Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
33 L
10

M

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

¶ Beati et venerabilis Simonis de Cassia: sacri ordinis eremitarũ Aurelij Augustini: eximij et preclarissimi quõdã professoris: de religione christiana: summa et vigilanti industria nuper diligenti admodum castigatione pluribus a mendis purgatũ: aureũ opus: Euangeliorũ ordine ante inuiso pene angelicam cõtinens elucidationẽ: tã cõcionantibus q̃z contẽplantibus ac om̃ibus christifidelibus ad conscientiarũ serenã illustrationem: nõ minus necessarium q̃z cõmodatissimũ.

¶ Repertoriũ bifariã ordinatũ eorũ que in toto opere cõtinentur.

ANNO M. D. XVII.

BIBLIOT. COLLEGII SS. BLASII
P A

ANDREAS HARTMANNI ARGENTINVS, PIO LECTORI S.

Ipsa re liquet innumeros, uel inscitia, uel quauis incuria eorum qui castigandorum librorũ pro suorũ libidine animorũ prouincia potiunt̃, succreuisse errores, atq; in dies passim exoriri. Necnõ & id nõnunq̃(ut uerũ fatear) tenaci æris parsimonia bibliographorum accidere uidemus, ne modico dispendio exemplaria prius exactiori limæ, q̃ pressorio prælo submittantur, obstante. Sunt prohdolor plæriq; tam sacra auri fame il lecti, ut potius rei pecuniariæ, q̃ literariæ consulant, pluris pendentes aurum fluxibile, q̃ literarum studium nunq̃ intermoriturũ. Quapropter ad quæq; imprimenda, etiã quæ obliterari satius esset, q̃ per omneis orbis parteis diuulgari, temere ac inconsulto se accingunt, modo fœnoris emolumentum sperent, crumenãq; refartiant. Quo fit, ut egregia, excellentissima illa transcribendorum uoluminũ peritia, nobis mortalibus, præsertim Germanis a Deo opt. max. pro amplissimo beneficio cõcessa, hodie in publicam omniũ iacturam uergat. Huius quippe impressoriæ artis abusu sepicule euenit, ut tenuia tyrunculorum ingenia, aut falsa pro ueris, obscœna pro castis, capessant & imbibant, aut errorum scaturie, quibus libri nostro æuo inficiuntur, absterriti, ab eorundem lectione prorsus desciscant, ac demũ literis quibusuis infesti gymnasia repudiant. Præterea nõnullos scio (quod in primis stomachũ mouet) ad exemplũ Aesopicæ corniculæ se uenditare plumis, qui Herculeis laboribus seipsos uel cæteros, uelut muli (ut aiũt) scabentes se mutuo, librorũ mendas omnifariã obelo dispunxisse, simulatq; asterisco cũcta illustrasse, in illorum fronte inflato calamo præfantur, ceu Gordianum nodum, ut Alexander ille Magnus, Sphingisq; ænigma perplexum, ut Oedipus, sua industria soluerint, plenis buccis gloriantes, qui protinus apiculũ in toto opere nec legere, nec tentauerint elimare. Vbi si qua recte, concinne & adamussim fuerint aliorũ ope excusa, suæ solertiæ adscribi gestiunt, absonum ac omne erratũ in calchographũ impingentes. Ecce uersuta, uafra, & cachinno digna huiusmodi uersipelliũ purgatio. At de his uberius prosequi, epistolicus character uetat. Porro nostra Basilea inclyta Germaniæ ciuitas (ut ad id quod uolui reuertar) tanto præ cæteris, dignioribus effertur laudibus, quanto ipsa in castigatis omnigenæ literaturæ impressionibus existit excellentior. Ex qua quidem noster iam prodit Simon Cassianus, pluribus a mendis nostra quãtulacũq; opera uindicatus, qui hactenus squalidus, mutilus & saucius puluerulentis in bibliothecis latitabat, nunc nitidus, integer & curatus in lucẽ exit, id quod & prioris impressionis ad illam collatio satis superq; testabitur. Errata tamẽ leuicula, siqua inter legendum fortassis me inscio obrepserint, laboris arduitas, temporisq; angustia facillime excusabunt. Quantũ profecto quatuor exciperent præla singulis diebus, solus legere ac emendare astringebar, nullius uel subsidiaria opera fretus, nisi q; scripturæ sacræ authoritatũ marginarias annotationes interdũ in prototypo suis insertas locis inuenerim. Tuum igitur est, candide lector, hoc in amœnissimo euangelicorum florũ horto oblectari, a Simone nostro magnis uigilijs, miroq; ordine plãtato, ut casianam christianissimorũ morũ & theoricæ deuotionis fragrantiã redolens, Christi bonus odor, cum Paulo illo Tharsensi, in æternam uitam efficiaris. Vale, ex ædibus Adæ Petri, ciuis Basileiensis, optimarum literarum patroni uigilantissimi. Anno restitutæ salutis. M. D. XVII. Ad Cal. Aprilis.

Digitized by Google

PRAECLARISSIMO DEI VERBI SEMINATORI patri Theobaldo, F. Stephanus de Ratisbona Salutem.

PROPTER SIMONIS CASIANI AVRELIAnæ eremitarum familiæ, nō minus egregio morum amictu & uitæ sanctimonia spectatissimi, ꝙ solidissima & uatidica doctrina uehementissimi ac efficacissimi sua tempestate diuinorū eloquiorum fuzioris, pater Theobalde concionator facundissime, temporū uetustate in desuetudinem atq; abdita dilapsi, artificiosissimum laborē, nō sine continentissimis uigilijs & anxissimis studijs, in autoritatum quotatiōe, in lucidissimi adiunctiōe repertorij luculenter peractū, quantum tibi non modo nostra religio, cui in singulare cedit decus, uerum omnium uerbi dei declamatorum & fidelium obligatur caterua, haud dignis a quouis dici potest præconijs. Reuera non minus laudis perpetuiq; decoris, ꝙ olim Curtius animo & sanguine excellens, aut Decij generosi rempublicam uiribus destitutam, suis deuotionibus recuperantes, perindeq; Gedeon habræus (ut Iudicum octauo patet) de truculento delectam gentem Madian iugo eripiens, uel Ioseph sua ferme diuina prouidentia ab imminenti Aegyptios cauens penuria, apud quosq; peritos tibi uendicasti. Quis enim doctorum, nullius tamē laudē obfuscando, nostro Simone ethologo clarissimo, suis elogijs uehementius, exactius mores informat, facinora refellit, uirtutum palmites inserit, sensualitatem & exteriorem rationi subijcit hominem, auget deuotionem, diuino nutrit charitatem fomite? Et nō secus ac medicinalis casia ordinatissimarum eruditionum ad æternitatis aditum redolentissimos reliquit odores. Quis benedictis saluatoris nostri gestis, quibus se formantes adoptatam consecuntur salutem, tā animasticas ꝙ etiā corporeas christiani hominis actiōes adamussius adaptauit? Quis deniq; charitatissimæ incarnatiōis mysterium, unicum saluberrimæ passionis antidotum, sententiosius, doctius, deuotius, luctuosius tradidit? Paulus Euganeus non sine honore debito nominandus, suo æuo omnium theologorum fere & philosophorum princeps, Egidium Romanū illuminatissimum, beatumq; theologum, ac omnimodæ scientiæ eruditissimum uirum, quodam singulari diuino bonitatis munere e cœlo nobis datū memorat. Id quippe de eudoxo Simone nostro haud ab re autumari sane debet, qui scelerū acerrimus detestator, angelicis & ferme diuinis dicterijs, obscœnis mūdi illecebris item periclitanter seductos, affectuosissime ad ętheream euocat beatitatē. Cui rei astipulari uidetur ubiq; de eo famatum & illustre miraculum. Adolescēs corā crucifixi imagine uerenter, ut solebat, genua flectēs, formosissimum puerum, calicem gestantem aureum astare, ac sibi arridere cernit, his uerbis exhortās, Puer munde mecū de calice bibe. Quo gustato inexpertæ dulcedinis suauitate absorptus, socijs id quoq; gustādum porrigi postulat. Hinc in singulare sanctitatis suæ præsagium tali glorificatur oraculo, Si totum ebibisses, uniuersum mundū aduocasses. De huius cœlestis calicis gustu, eo pacto uerissimus Christi imitator effectus, eiusdem mirificissima gesta ordine a nullo ante tentato doctore, in unum congessit aceruum, qui nuper tua in luçe redactus ope, & de doctrina christiana ab eo appellatus est. Cęterū de patientia, symboli expositione, speculo crucis, spiritualium disciplina, seraphica cusit opuscula. Epistolas insuper christianissimis refertas sententijs, Florentinis & Senensibus, necnō aliis priuatis & magnis personis direxit, quarum una ad totum populum Florentinum tempore inundationis Arni fluuij, magnam partem urbis diluuiantis, in operis fronte additur. Dono non minus prophetiæ gloriosus, multa euentura prædixit. Claruit tem

pore Caroli quarti. Tu igitur amplissime pater, iamiam (ut ita dicam) sermonũ in politissimis profundissimisq; sentẽtijs, diu a multis tuis auditoribus quæsitum, in palam exhibens ærarium, teq; ualidissimum spiritualis structuræ uiuũ Simonis nostri imitans simulachrũ, architectorem. Salu: atq; uale Franciscinæ familiæ in nostra Germania præcipuum specimen, tui Stephani Sutoris de Ratisbona, omnium Augustinianorum minimi, in orationibus memor &c.

P. STEPHANO SVTORINO, ORDINIS EREMITARUM professo, uerbi diuini Viennæ præconi, sacræq; theologiæ lectori. F. BENEDICTVS CHELIDONIVS.

SIMON eremitis patribus decus utile, uitam
Christi qui panxit rite salutiferam.
Recte & qui patria CASIANVS, odore beati
Q, spiret casias largius eloquij.
Iure tibi colitur STEPHANE amplexate tenorem
Ordinis & sophiæ (non sine laude) parem.
Consilijsq; tuis meliori excuditur ære,
Præsto sit ut semper quem decet usq; legi.
Vtpote quo lecto mentes reparantur inertes,
Et lector mores induit ingenuos.
Christus quandoquidem nobis exemplar haberi
Se uoluit, cuius doctor hic acta docet.

Digitized by Google

VENERABILIS FRATRIS SIMONIS DE CASsia ad cunctum populum Florentinũ, tempore inundationis fluuij Arni, diluuiantis magnam partem ciuitatis, EPISTOLA.

VNIVERSIS FLORENTINIS CVIVSCVNque status, conditionis & gradus, frater Simon & respirare in deo, uinci a uero, contentari de iusto, & de necessitate uirtutem nec non peccati poenam in uirtutis & iusticiæ arma transferre. Est effusio lachrymarum, & narrationis materia ubiq; panditur dolorosa, & prodigiosa omnibus demonstratur. Quia italicus incipit deflorari, & secũdum gloriam eius multiplicatur ignominia eius, ut quantum glorificauerit se Florentia, & in delitijs fuit, tantũ ei paretur tormentum & luctus, & uilior fiat omnibus, quoniam super ciuitates alias gloriam præferebat, & redigatur in ima, quæ in superiora propria iactantia ferebatur, & sub omnipotenti manu conculcata subiaceat, quam manus humana humiliare non potuit. Audite audite omnes, & nolite auertere aures a clamoribus ueritatis, sed cõuertite, ut peiores possitis euadere cruciatus. Ad naturalem diuinũq; ordinem iusticiæ pertinet, ut peccata omnino non fiant, aut cum iusticia contempta perpetrata constiterint, q; nullatenus prætereant impunita, & si non ab homine, certe a deo procedat iusta punitio, ut naturalis diuinusq; ordo non pertranseat inseruatus, & si non manifesta peccatorẽ uel peccatores poena plectatur, in uindictam peracta mala conscientiã uexant, cum lumine iusticiæ peccatores peccando priuantur, etiam si dolores non sequantur, qui plectendis corporibus animisq; seruantur. Necnon exardescit dominus ultionum, naturalem iusticiæ ordinem seruari iubẽs, perturbari uetans in aperta supplicia, ut cognoscant se homines peccatores esse, ac deum super homines iusto iudicio superferri, nec regi casu fortuito creatura rationalis, ad quam non merito eius, sed sua benignitate diuinitatẽ essentialiter copulauit, & ut multi terreantur, exẽplo plerorum pleriq; corrigantur, fit multotiens, & ut e coelo natum fiat iudicium ultionum'. Peccatũ peccauit Florentia, propter quod instabilis facta est, sæueq; punita manifestam pertulit ultionem, & quæ frequenter diuersorũ hostiũ sustinuit impetus, & ibi semper incubuit ubi est uisa succũbere, nec aduersus eam ex toto præualuit inimicus, nunc ab imbribus de coelo lapsis madefacta sordescit, & muri qui non patuissent arietibus, pluuijs patuerunt, & domus quæ lapides machinarum inconcussæ tulissent, prostratæ iacent guttulis pluuiarũ, & quæ exterorũ totiens pertulit rabiem, & ubi est deficere credita, inde sumpsit augmentum, nunc detrimentum patitur impetu fluuiorũ, & quod improbus prædo nõ rapuit, decurrens aqua destruxit, reddiditq; inutile quod utile sperabatur. Et hoc propter peccata uestra, quæ longo tempore manserant impunita, dũ uobis misericordia, quæ punit impios, uerteretur ut sua benignitate ad poenitentiã uocaret. Vos autem thesaurizastis cor impoenitẽs, & iram dei pro benignitate suo tempore messuistis. Sed manus dei a uindicta retracta est, sed ad hoc extenta super floridos peccatores. Cogitauit dominus dissipare muros pulchritudinis uestræ, contererеq; superbiam eleuatam, mandauitq; nubibus desuper, & ianuas coeli aperuit, & uentos aqueos produxit de thesauris suis, ut percuteret in Florentia primogenitam uanitatem, ad eius imperiũ cum impetu aquæ de montibus descenderũt, torrentes ex conuallibus uelociter defluxerunt, inundauerũt aquæ multiplices super terram, irruerunt repente & subito super ciuitatem alti cordis, obicemq; non habuit, scutum protegens tenere non potuit, adiutorium nõ inuenit, in prouidentia defecit, perijt a sapientibus consilium, ut ipsa liberaretur de manibus ualidæ tempestatis. Vbi sunt Florentia terreni domini, amici tui, in quibus habebas fiduciam? Surgãt & opitulentur uobis, & in tanta necessitate uos protegant. Vbi Caroli tui? nonne solum re

ges Siciliȩ, quos tua beluina partialitate fœdaſti? Vbi Robertus ſuperſtes, quē ſimili
fœdatione nutriſti? Vbi dux eius genitus, quē ob tuā defenſionem uſq; ad te ſtipēdijs
conduxiſti? Vbi lombardi nobiles, dei eccleſiæq; rebelles, quoꝝ aliqui in campo tali-
ter conflixerunt, tuis ditari ſpolijs aſpirantes? Cum quibus te maculaſti fœderibus, ut
reſiſtere poſſes dominis, eorumq; uitare dominia, uenientibus de partibus aquilonis,
& ut Legarti lombardi tyrannidem poſſis effugere, ſociaſti uexilla uexillis, & milites
tuos eoꝝ militibus aggregaſti, unde conflictū pertulit gens, quæ nomine eccleſiæ mi
litauit. Et tu nomen perdidiſti magnificum, quo ſolebas pro eccleſia ſub Petri uexil-
lo fideliter militare. Quamobrem Chriſti uicarij pateris indignationem merito non
placandam. Vbi rex nouus partes ingreſſus Apuliȩ, quem ut tuis uitiares malitijs, for
tibuſq; coniungeres, legatoꝝ multitudine præueniſti? Vbi omnes amici tui? ueniant
& occurrant, militent & defendant, rogent & interueniant, mitigent & auertant iram
domini dei tui. Vbi aurum & argentum tuū, quod diuerſis mundi partibus, auaritia
auriga, duce ſuperbia, labore remige, uanitate flante, timore comite, periculo ſequēte
uſq; infra tua mœnia conduxiſti? Sed unum hoꝝ foras proijcietur, alteꝝ uero ſterqui
linium erit, nec te liberare ualebunt in die furoris domini. Cuius oculus & furor non
parcit in die uindictæ, nec pro redemptione accipit dona plurima. Poſuit te dominus
omni populo in deriſum. Et qui oderunt te, lætantur ſuper te: qui diligūt, derident te:
qui audiunt, iudicant te: qui uident, ſubſannant te. Ita ut omnes loquantur ore & cor-
de, dicētes: Vindicauit dominus orbem terraꝝ de malitia florentina. Qua infecti ſunt
eccleſiæ pontifices, terræ deturpati ſunt reges, & oēs finitimi atq; remoti uitiati ſunt
homines. Diſpoſuit nempe cœleſtis altitudo cōſilij, omniū hominum licet non ſimul
humiliare ſuperbiam, ſubneruare inuidiam, confundere irā, deſtruere auaritiam, era-
dicare luxuriam, ſuffocare gulam, humanam inquietare quietem, abnegare ab omni-
bus dilectam uanitatem. Merito igitur uerſus Florentiam ſuū omnipotens uertit furo
rem, & ſuper eā calicē indignationis effudit. Quæ in ſuos ciues extitit impia, ſine cau-
ſa conſtituendo rebelles, qui erant ciuitatis optimi defenſores, eoꝝ bona locando in-
dignis, atq; depopulatiōe uaſtando, priuatis dare uxoribus natæ neceſſitate confectis
uirginibus potius coactis meretricari penuria q̃ honeſta monaſteria ingredi, aut legi
tima coniugia copulari. Et quod magis accendit celum altiſſimū, nō poteſt in crudeli
ciuitate uerbum proferri diuinum, ut tales indulgentias aſſequantur, inuitentur ad ue
niam, innocētibus reſtituantur bona pro paruulis, ut qui eoꝝ bona tenent, tenere nō
ualeant, ſed impie teneantur, donec de medio tollantur, de medio a diabolo præfoca-
ti. Et qui odio & ira exarſerunt in eos, eoꝝ continentia ſatientur, inopia reficiantur,
miſeria. Et tunc credant pacifice uiuere, cū in eis pietas moritur, cōtra eos non intelli-
gentes circunſpectionē dei, ad quē ſpectat iudicium ultionis, uindicta retributionis,
ut cū non ſperatur, retributionē, ultionē effundat, cū nō creditur, uindictā retribuat.
Auaritiam auxiſti uſuris, artium falſitate uallaſti, roboraſti rapinis, furtis multiplicibus
dilataſti, exercuiſti dolis, uerbis mendacibus & periurijs perpetraſti. Et cū ſic parca ex
pendis in conuiuijs, prodiga in effuſione ſanguinis, libera in ſubuentionibus neceſſa-
rijs, in elemoſynis parca. Hæc eſt illa fera peſſima, quæ dolis armata inuidiæ, contra na
turæ ordinem, infidelium humanitatē, beſtiarum more, omen occiſionis, effuſionis, ut
filius patricida, ſimiliter & matricida, frater fratricida, conſanguineus conſanguinici-
da, amicus amicida, homo homicida, cupiditate poſſidendi non debita, tollendi nō ſua
in te innūerus ſit repertus. Hȩc eſt quæ tuos ſuffocauit clericos, ut magis propter pecu
niam, q̃ propter partem domini tondeātur, & ut multi in Chriſti patrimoniū admittā
tur, ſubijciuntur inuite, atq; ſponte ſe diſciplinæ ſubijciūt litterali. Monachos in te fœ
dauit innumeros, qui ea quorum contēptu fuerint monachi, ſemper quærūt, pauperta
tis religioſos infecit, ut tanta ſit improbitas quæſtuandi ut lingua deficeret in narrādo.
Qui ædificijs pandunt quā ferūt in corde ſuperbiā, ore querulo, ſed potius quæſtuoſo
pandunt auaritiam, quā corde profundiſſimo & inſatiabili conceperūt, beatificantes

Digitized by Google

prædicationibus usurarios, extollentes uerbis perfidos mercatores, cõmendantes ty-
rannos & nobiles, qui apud eos sarcophagos constituunt, quærũt sua quæ eis tribu-
unt, creditoribus non satisfactis, & cæteris pauperibus defraudatis. Hi sunt qui præ-
dicant pro fauore, absoluunt pro munere, ligant pro re, canũt in excelsis pro pecunia
sceleris. Hi sunt Florentia sacerdotes tui falsi, q̃plures prædicatores tui, qui te beatam
dicebant, laudum præconijs extollebant, & ipsi falsitate decepti non aperiebant igno
miniam tuam. Hæc est quæ iusticiam & dei in te fecit iura peruerti, ut quæstiones ad
uocatorũ malicia prorogentur in longũ. Et quæ mẽsis terminari posset circulo, termi-
nare spaciũ anni quærat, ad eliciendã pecuniã & clientulorum pauperum, ad euacuandã
crumenam tabelliones tuos multiplices deuastauit, falsaq; instrumenta exarata legũ-
tur, ut alijs semel, alijs bis detur ius non debitũ plus petendi. Hæc est quæ testari plu-
res patres non permisit, testamenta mutauit, & post mortẽ loqui fecit multotiens inte
status, notariorum, proximorum, testiũ malicia subintrante. Medicos tuos impios ars cõ
demnat, qui aliorum languoribus satiantur, affectantibus infirmitatibus, ita ut eis pe
ritia medicinæ occasio sit ruinæ. Hæc est quæ fidem moresq; eius te fecit relinquere, nõ
in deo, sed in mundo sperare, charitatẽ perdere, currusq; quatuor uirtutũ cardinaliũ in
te subneruauit. Hæc est quæ christũ omnino cõtẽnere te fecit, sacramenta male tracta
re, necnon & diuinorum præceptorum te constituit contẽptricẽ, spiritussancti te fraudauit
muneribus, æternas beatitudines a tuæ mentis conspectibus aboleuit. Sed habet in me
dio tui aliquem equũ diuina potentia, qui superposita onera deportat ad mare, ut un-
de exeunt tua negocia reuertantur. Et gabellæ constituti prohibitos pauperes oppri-
mentes, iura ecclesiæ offendentes, prædia, uineæ, horti, nemora, prata, domus, officinæ
cameræ uel aulæ, laquearia, fenestræ, fundamenta, tecta, parietes, lecti, ceruicalia, cor-
tinæ, tapeta, coopertoria, uestes, mensæ, tabulæ, cutelli, urcei, cyphi, paropsides, inciso
ria, focelaria, camini, gradatores, picturæ, sedilia, & si qua sunt talium in ciuitate, extra
ciuitatem clamant, & dicũt & ostendunt, non ipsa nos, sed usura & uanitas fecit nos.
Heu heu deturpamur a uanitate utentiũ, ob quã in materia creata non fuimus, & ue-
lut gentiliũ idola adoramur, propter quod in esse ab omnium authore producta nõ su
mus. Fœminæ tuæ adulteræ sunt, & si non adulterantur lectulos maritorum, a naturæ
adulterio non desistunt. Quarum aliquæ relicto decore fœmineo, uirorum appetentes effi
giem, attonsæ sunt, comã, uestes histrionicas sunt indutæ, ut garsiones ex habitu poti⁹
q̃ fœminæ uideantur. Aliquæ capita stercore uermium perornantes, cum capillis alie-
nis proprios fulcientes, tegenda detegunt, & non prodenda produnt. Magistræ perdi
tionis de se natis existunt, gestus, mores, habitus, uestes, oculos, linguã, supercilia, tẽ
pora, hulã, colliũ, pectus, mammillas, compositum gradũ, pedes, & omnia membra, &
si qua sunt taliũ, procaci audacia perniciosoq; conatu peruertunt, ut omnino clament
luxuriã, indicent impudicitiã, prædicent carnalitatẽ, cõmoueant honestatẽ, confun-
dant iuuentutem, & emortuã suscitent in hominibus senectutem, & in religiosis reli-
gionem usq; ad perniciẽ persequebantur. Et illa uilior quæ non peior, illa gratior quæ
in peiora fuerit peractura. Iustificauit tuus sexus fœmineus iniquitates omnium muli
erum, ut in tantã prauitatẽ creuerint corda peruersa, & ostenderint corda distrouersa,
ut deum irritauerint in cœlis, et tu Florentia iram eius pro eis acciperes de excelsis. Et
si oĩs alia a ciuitate Florẽtia defecisset iniquitas, ut insons a deo pœnã nõ mereretur,
tantarum & tam innumerabilium fœminarum uanitas improba astabat altissimo, ut
nõ solum tẽporale, sed æqua lance pensata iusticiæ, ad se potius æternã cõtraherent ul
tionem. Et in medio tui fuit qui publice Florentiam dignã diluuio iudicauit, propter
multipliciũ fœminarum multiplicationem, & lasciuiæ uanitatem. Sed nec mirum est, cũ
una mater omnium Eua totũ genus humanũ damnationi astruxit propter propriam
uoluntatẽ. Sed nõdũ manus abbreuiata persistit altissimi, sed magis dilatata, ut puniat
Florẽtiã, quæ nõ puniuit gestus & mores meretriciũ, in quib⁹ doctæ sunt adulterare na
turam finitimæ mulieres. Quid in plura dilabitur sermo literis exaratus, ut uelim scri

pro pandere malitiam florentinam, ad quam declarandam serie literarꝝ dorsa elephā-
tum ferre nequirēt uolumina describenda? Nam maior iniquitas tua est, ꝙ aquarum
inundatio existit super terram. Cessauerũt quidem flumina impetuose labentia, pro-
hibitæ sunt pluuiæ de cœlo, aquæ sunt diminutæ cum impetu de montibus descenden
tes, pene sunt desiccati torrentes de uallibus. Sed adhuc decurrunt Babylonica flumi
na, & iniquitatum torrentes semper fluunt, & inualuerunt super altitudinem turrium
& murorꝝ, ut non deficiat ex pœna suscepta de tuis plateis usura & dolus. Nec intelli
gas uindictam, ut debita pœna corrigaris, & sponte humilieris, quæ inuita damna pa
teris & ultionem. Facta es quasi polluta mēstruis in medio nationũ. Et contra te cla-
mat inflicta iusticia, repleta es luto densissimo per plateas, quæ cœno detestabili pec-
catorum in anima replebaris. Et terrena querebaris, flumina deduxerũt in medio tui,
habitacula ceciderunt, in quibus prius animæ collapsę iacebant in fecibus peccatorꝝ.
Sed adhuc uæ tibi ciuitas deflorata, quia prius ad cementa & lapides subijciens hume
ros, ut domos reconstruas desolatas, quasi ut tuas animas per pœnitentiam suscites de
multitudine uitiorꝝ. Madefacta sunt mercimonia tua turbinibꝰ uel turbidis aqs, quæ
prius falsitatibus nefarijs infecta pallebant. Diruptæ sunt in te tres numero pōtes tui,
ex quibus mutuus cursus ciuiũ decurrebat, ut mōstretur signo uisibili, quia Christus
pontifex, qui nobis de cruce pontē fecit ad uitam, de tuis moribus cadebat. Et creatrix
trinitas erat dirupta in tuis cordibus sceleratis, ut non esset cōmunicationis transitus
uos expectantiũ ciuiũ supernorum. Vinũ tuũ mixtum est aqua, quæ prius iusticiæ ui-
num laruali pollutione fœdasti. Ciues tui præfocati sunt aquis, quos prius in malorꝝ
locum profundissimum dimersisti. O o tibi Florētia dicitur, quæ te præterijt iniqui-
tas? quam maliciam non hausisti? quæ lucra nefaria non tentasti? quæ indicibilia nō
commisisti? Merito igitur cũ deus uoluit terrā aquis rigare, pauesces sub undarꝝ for
midine situata. Et te a cũctis progerminibus terrę pluuia terrebit, ne aquæ sup te simi
li diluuio inualescant. Nec tantus amor pluuiæ pro fœcunditate terrarum, uinearꝝ
ubertate residebit in animo, quin etiam amorem sedem timoris maiestas in mente nō
habeat, ne de terræ superbia delectaris, ut uelut monstrum in orbe terrarum maneas.
Cũ amoris pariter & timoris colaphos sustinebis, faciant te tremere semper futura to
nitrua, quæ sunt aquarum præsagia futurarum. Et cum cœli lampades excandescent,
pauor erit & luctus, cũ deus more solito coruscabit, stridebũt dentibus omnes, & præ
timore fient squalidæ facies uirginales. Et cum dominus operiet cœlũ nubibus, ut pa
ret terræ pluuiam, cum solis iubar eripiet ex aere densato caligine, luminaris splendor
ob aliquā tenebrositatē obibit, cœliq; stellas nō poteris intueri, uelut amēs agoniam
timidam patieris, ut infra tua męnia cũ securitate nunꝙ aliquis dormiat soporatus. Iu
ste in tuo æuo sic timorata mardesces, quæ ut deum timeres in suo penitus non hausi-
sti merito, aqua tegeris, quæ sicut aquam iniquitatē bibere non cessasti. Sed uelut ab
aliquo exorsus principio, defleo quod defles, plango quod plangis, sed dispari causa,
dispari cultu, dispari fine. Defles sane cæca Florentia. Dāna irrecuperabilium rerum
non deploras, non plangis pericula peccatorꝝ, animarum damnationem non prospi-
cis. Super destructione uirtutum inuisibilium non anxiaris, angustiam nō pateris, su
per disciplinā Christi tui, nec de tuis sceleribus a te fit cōuersio tua, ut ad deum pro in-
dulgentia conuertaris. Exurge exurge igitur Florentia, quæ bibisti calicē iræ dei, sed
nec ad feces usq;. Sed adhuc restat tibi mors uentura ciuiũ tuorꝝ ex corrupto aeris ele-
mēto, quæ de sua incorruptione ingratissime lætabaris, eo ꝙ humanæ pacis tranquil
litate cum leta frueris, in securitatem uanissimam cōuertisti, terræ peregrinationē pro
patria dilexisti, salutem corporũ ad usum disposuisti pessimum uitiorꝝ, bonorũ afflu-
entiam necessitate relicta in uoluptatis uoragine destruxisti. Pulchritudinē persona-
rum amabilium utriusq; sexus seruire fecisti luxuriæ, ut ex corruptis animis elatione
polluta pro placito unusquisq; eligeret, aut uxorē delectationis causa potius ꝙ respe
ctu couiugij, aut pellicem, aut adulteram deo cōtemptā sanctione mandati. Et tantus

erat facierum comptarum lasciuijs aspectus ,& occursus illippium oculorum ; ut hu-
manę propagationis aperta secreta uiderentur, ex corruptis moribus in aperto. Cuius
rei causa originali mundo non pepercit altissimus, mirabili diluuio illum delẽs, ut illũ
iterum propagaret, solũ octo hominibus reseruatis. Quod diluuiũ in te pro parte reui
xit Florentia, ꝙuis immerito tibi remanserint milia personarum. Sed nec est insirmata
manus domini, sed usq; adhuc in iudicium ultionis extenta. Exurge igitur Florentia,
& leua cor tuum accepta malicia, ut salua fias in miserationibus sempiternis. Sustine
irã Iudæ in conualle iniquitatis tuæ uias, & scito quid feceris, ut dominũ ad iracundiã
prouocares, & dicas in corde tuo, Quid feci semp̃, ꝙ iniuste me dñs cõtriuit? Sed cla
ma in altitudine cordis tui uoces certas ore profundo : Iustus es dñe in oẽs gentes, &
rectum iudicium tuum fecisti descendere super nos. Peccauimus de tanta Florentia,
iniuste egimus, iniquitatem fecimus domine in omnem iustitiam tuam. Sed tu dñe
non obliuiscaris, nec auertas faciẽ tuã a nobis. Sed declinare ad dñm a facie tẽpestatis
nõ prodest ab iniquitate descẽdentis, nisi maliciæ causa de medio auferat, dñm ad ira
cundiam prouocantis. Corrige igitur iniquitates tibi obiectas in facie, reuoca disper-
sos per orbem filios tuos, non qui te propria uoluntate deliquerunt negocia inquirẽ
tes, sed quos tu beluina, immo diabolica crudelitate pepulisti. Restitue bona plangẽ
tibus uiduis, cõiugatis, & cæteris. Redde prædia quæ tulisti, aufer bona quæ uelut in-
dignis locasti agricolis, & iustis possessoribus illa trade, quos tua fecisti feritate rebel
les. Non credas malis consultoribus tuis, qui te in hac impietate confiscant, ut ipsi bo
na possideant depulsorꝝ, quorꝝ clamor in conspectu intrauit altissimi, deoq; sabaoth
aures ualide propulsauit. Corrige tuarum fœminarꝝ improbam uanitatem, firma per
statuta, sanci per populi tui optima consilia, ut stercus uermium deponatur de capi-
tibus mulierum, ut incedãt uelato capite, si sunt tuæ fœminæ christianæ, ut non extẽ
dant humeros, pectus, similiter mamillas, tuis legibus religentur, ut non sint attonsæ
comam iuuenculæ, ut nutriant crines statutis immutabilibus arceantur. Hoc potius
debuisti legibus refrenare Florẽtia in honorẽ Christi tui, firma statutis, ut se possibili-
tas offert, decentia exigit, honestas requirit, altissimus quęrit, honorem & cultum dei
quæ tuis statutis deũ totiens offendisti, penitus metu legis multum arceatur audacia,
quæ dei timore postposito non arcetur. Quia nisi tu improba debite corrigaris, hæc
damna quæ pateris, tibi dico initia esse peiorũ, ideo penitus & maiorum, ut relinqua-
ris deserta, uelut ciuitas quæ uastitate hostili crudeliter deuastatur. Sane in omnibus
ad quæ potest obuiare cõmunitas, quæ dominum prouocent ad uindictam, facere nõ
dormitet, quæ ad placendum non retardet, antiquas uirtutũ releuare domunculas fe
stinet, quę festinat ut dominus qui percussit, ipse sanet. Et quod hũana potentia nõ po
tuit, sapientia ignorauit, bonitas non habuit, usus non inuenit, natura defecit impe-
tu subito tẽpestatis, ipse deus suppleat miseratus. Qui si placatus a uobis extiterit, aut
prohibebit, aut se faciet obicem ad torrẽtes, Per oĩa benedictus deus in secula. Amen.

In sequentē operis indicem cōpendiosa prenotatio.

IN repertorio sequēti signant euangelia euangelistarum per annū de tēpore et de sanctis/et capitula eorundē. Signantur etiā in eo numeri librorū et capitulorum de gestis saluatoris: in quibus habentur expositiones euangeliorum siue tractatus/ eisdem euangelijs vel eorundē materie congruentes. Pro cuius euidentiori intellectu sciendū q in locis hoc in repertorio designatis non semper ponuntur verba euāgeliste descripti/sed aut eiusdē aut vnius aliorum/ qui eadē vel vicina scripserūt. Verbi gratia: Euangelium de festo sancti Andree: Ambulans Jesus etc. sm Mattheum/in hoc libro nō inuenitur. Cuius ratio hec esse videtur: quia sm aliquos doctores in hoc euangelio et in euangelio dominice quinte post pentecosten/scilicet: Cum turbe irruerēt ad Jesum etc. sm Lucam/vna et eadem vocatio aliquorum apostolorū describitur. Quod autem autor huius libri istius opinionis fuerit / videtur probabile ex eo q vltimam clausulam lectionis predicte sm Mattheum et Marcum/ scilicet q Jacobus et Joannes relictis retibus et patre suo zebedeo in naui cum mercennarijs secuti sunt eum/statim subnexuit huic lectioni sm Lucam. Quapropter vtraq lectio sub eisdē numeris hic signata est. Notandum etiā q in capitulis in repertorio signatis non semper statim tractatur de euangelio signato/ sed aliquando alia premittuntur: nec semper euangelice lectionis textus tractando continuat/sed alio textu aliquādo interposito differtur. Quorum tamen aliqua: licet particule quedam textus quorundam euangeliorum vel aliquid eis congruens in eis tractetur: propter breuitatem suam in repertorio non sunt signata. Similiter in locis signatis non semper in tractādo seruatur ordo verborum lectionis euangelice: sed aliquando ponitur ordo preposterus. Que omnia diligēti lectori faciliter patebunt: maxime cū verba euangelij quādo primo ponuntur/vel grossiori charactere descripta sint/vel hoc signo ⌊ interclusa. Et quia euangelica lectio non semper integraliter in vno capitulo tractat: sz aliquando tantum quedam pars eius/ vel etiā parua clausula: Et similiter quia aliqua nō solū semel/sed bis vel sepius in diuersis locis tractantur: ideo etiā talia in hoc indice circa euangelium per se signata sunt: in quibus talis ordo seruatur: vt quod in lectiōe euāgelica prius ponitur/ primo signetur: q̄uis in ordine libri postponatur. Quando etiā in euāgelio vel materia in repertorio signatis pluribus capitulis continuis tractatur: tunc numero sibi asscripto additum est/ etc. Quando vero de euangelio nusq̄ in libro tractatur: tunc ei zifra o assignatur. Si tamē particula aliqua de eo tractet: illa prope euangelium per se signatur.

Repertorium siue index euangeliorū per anni circulū. Et primo de tempore.

¶ Dominica prima

aduentus. Cum appropinquasset hierosolimis. Matthei.xxi.libro.iiij.capi.viij.
De ascensu aialiū moraliter. li.iiij . ca.viij.
Feria quarta. Venit Joānes baptista. Matthei.iij.in parte. li.iij.ca.i
Penitentiam agite prout est verbū christi ibidem.li.ix.ca.vij.
Feria sexta. Dicebat ioānes ad turbas. Luce.iij.li.iij.capitulo.i.
Genimina viperarum quis ostēdet vobis. ibidem.li.viij.ca.xi. etc. et iiij.ca.
Itē de eodem. Prout est verbum Christi. libro.vij.ca.xiiij.
¶ Dominica secunda. Erūt signa in sole et luna. Luce.xxi.o
Videte ficulneam et omnes arbores.ibidē li.vi.ca.xxvij
Feria quarta. Initiū euāgelij etc. Ecce mitto angelū. Marci.i.li.iij.ca.iij.
Vox clamantis in deserto.ibidē. li.iij.ca.i.
Fuit Joannes in deserto baptizans et predicans.ibidē infra.li.iij. ca.i.
Feria sexta. Amen dico vobis nō surrexit. Matthei.xi.li.iij.ca.iij.
¶ Dominica tertia. Cū audisset Joannes in vinculis. Matthei.xi.li.iij. ca.iij.
Quid existis in desertū videre? Arundinē ibidem .li.iij.ca.ij.
Feria quarta. Missus est Gabriel angelus Luce.i.li.ij.ca.i. etc.
Feria sexta. Exurgens Maria abijt in mōtana. Luce.i.li.ij.ca.xij. etc.
Quatuor temporū. De eodē.li.iij.ca.i.
Fecit potentiam in brachio suo. Et deposuit.li.viij.ca.iij.
Sabbato. Anno quintodecimo imperij tiberij. Luce.iij.li.iij.ca.i.

Vox clamātis in deserto.ibidem.li.iij.ca.i.
¶ Dñica quarta. Miserūt iudęi ab hieroso lymis. Joannis.i.li.iij. ca.i.
¶ In vigilia natiuitatis. Cū esset desponsa ta mater iesu maria. Mat.i.li.ij.ca.xiij.&c.
In gallicantu. Exijt edictū a cesare Augu sto. Lucę.ij.li.i.ca.iij.&c.
De eodem.li.ij.ca.xix.
In aurora. Pastores loquebantur ad inui cem. Lucę.ij.li.i.ca.ix.
Maria aūt cōseruabat oīa vba hęc.ibidē. libro. ij.ca.xx.
Ad summā missam. In principio erat ver/ bū. Joan.i.li.i.ca.i.&c.
Et lux in tenebris lucet.ibi.li.vij.ca.xxxvi.
Fuit hō missus a deo cui no.ibidē.li.iij.ca.i
Stephani protomarty. Dicebat iesus tur/ bis iudeorum & prin. Mat.xxiij.li.viij.ca.37
Quotiens volui congregare filios tu. ibi/ dem.li.vij.ca.xxxij.
¶ Joannis euangelistę. Dixit iesus Petro: Sequere me. Joan.xxi.li.xiiij.ca.i.
Innocentum. Angelus dñi apparuit in sō mnis. Mat.ij.li.ij.ca. xxij.
¶ Dñica infra octauas nati. Erant Joseph et Maria mirantes. Lu.ij.li.ij.ca. xxi.
Circūcisionis. Postq consummati sunt di es octo. Lu.secundo.li.ij ca.xvi. ca.x.li.i.
¶ In vigilia epiphanię. Defuncta herode/ ecce angelus. Mat.ij.li.ij.ca.xxiij.
In die sancto. Cū natus esset iesus in beth leem iudę. Mat.ij.li.i.ca.xi.&c.
Item de eodem.li.viij.ca.iiij.&c.
¶ Dñica infra octauas.epipha. Vidit ioan nes iesum venientē ad se. Joā.i.li.iij.ca.i.
In octaua epipha. Venit iesus a galilea in iordanē. Mat.iij.li.iij.ca.i.
Item de eodē.li.i.ca.xviij.
Sine modo: Sic enim decet nos implere, ibidem.li.ix.ca.iij.
Itē de baptismo christo moralr.li.iiij.ca.iij
¶ Dñica prima post epipha. Cū factus eēt iesus annorum du. Lu.ij.li.i.ca.xvij.
Item de eodem.li.ij.ca.xxiiij.
Item de eodem.li.ix.ca.i.&c.
Itē de eodē:et de obedientia.li.iiij.ca.i.
Item de eodem.li.iiij.ca.ix.
De sapientia dei.li.i.ca.xxiij.
Feria quarta. Cū audisset iesus q ioannes traditus esset. Mat.iiij.li.iiij.ca. vij.
Pęnitentiā agite.verba christi.ibidē. li.ix.
Feria sexta. Joannes testimoniū (ca.vij. perhibebat. Joan.i.o
Qui post me venturus est/ante me factus. ibidem.li.tertio.ca.i.
¶ Dñica secunda. Nuptię factę sunt in cha na galileę. Joan.secundo.li.v. ca.i.
Vinum nō habent.ibidē.li.secūdo.ca.xxv.
Feria quarta. Egressus iesus venit in patri am. Marci.vi.li.ix.ca.x.
Feria sexta. Cū venisset iesus in templum. Mat.xxi.li.xiij.ca.i.
¶ Dñica tertia. Cum descendisset iesus de monte. Mat.viij.li.v.ca.xi.&c.
De descensu iesu in montibus.li.ca.ix.
De voluntate dei.li.i.ca. xxiiij.
Cū aūt introisset capharnaū.ibi.li.v.ca.xij
Feria quarta. Circūibat iesus totam galile am. Mat.iiij.li.v.ca.x.et.xxi.
Feria sexta. Venit ad iesum leprosus. Mar ci.i.li.v.ca.xi.
De voluntate dei.li.i.ca.xxiiij.
¶ Dñica vacante. Ascendente iesu, in naui culam. Mat.octauo.li.v.ca.ij.
Item de eodem.li.quarto.ca.ix.
Salua nos &c. Quid timidi estis modice. ibidem.li.octauo.ca.xxxv.
De ascensu iesu in nauiculā.li.iiij.ca.vij.
¶ Dñica in.lxx. Simile est regnū cęlorū pa trisfamilias. Mat.xx.li.vi.ca.xxi.
Feria quarta. Circūibat iesus ciuita. Mat thei.ix.li.v.ca.xxi.
Messis qdē multa sm Joan. iiij.lib.ix.ca.
Feria sexta. Egressus iesus ibat per (xviij. galileā. Mar.ix.li.ix.ca.xxxvij.
Item de eodem.li.ix.ca.xl.
Quid in via tractabatis.ibi. lib.ix. ca.xlij.
¶ Dñica in.lx. Cū turba &c. Exijt qui semi/ nat. Lucę.viij.li.vi.ca.ij.
Feria quarta. Qui nō est mecū. Mat.xij.li. Ideo dico vobis: Omne pec/ (ix.ca.xliij. catū et blas.ibidem.li.viij.ca.xxij.&c.
Aut facite arborem bonam et fruct. ibidem infra.li.vij.ca.xxiiij.
Feria sexta. Dissere nobis parabolam ziza/ niorum. Mat.xiij.li.vi.ca.iij.
¶ Dñica in.l. Assumpsit iesus. Ecce ascen/ dimus. Lucę.xviij.li.ix.ca.xxxvij.
De eodem.li.ix.ca.xl.
De ascensu dñi in hierusalē.ibidē.li.iiij.ca. Factū est autem cū appropinquaret (viij. hierico.ibidem.li.v.ca.xxxij.
In capite ieiunij. Cū ieiunatis nolite fieri. Matthęi.vi.li.x.ca.xxxvi.&c.
De hypocrisi.li.viij.ca.xxxvij.
Feria quinta. Cū introisset iesus capharna um. Mat.viij.li.v.ca.xij.vt supra.
Feria sexta. Audistis quia dictum est: dili/ ges. Mat.v.li.x.ca.xxiij.&c.
Sabbato. Cum sero esset factum/erat na/ uis. Marci.vi.li.v.ca.xxxiiij.
Itē de eodem.li.iiij.ca.ix.
Confidite/ego sum:nolite timere. ibidem. libro.octauo.ca.xxxv.
De ascensu iesu in nauiculā.li.iiij.ca. vij.
¶ Dñica in.xl. Ductus ē iesus i deser.a spi/

ritu. Mat.quarto.li.iiij.ca.iiij.ꝛc.
Nō in solo pane viuit hō.ibi.li.ix.ca.iiij.ꝛc
De eodem.li.viij.ca.xiij
Feria secunda. Cuz venerit filius hominis in ma. Mat.xxv.li.xi.ca.lv.
Feria tertia. Cū intrasset iesus Hierosolymā. Mat.xxi.li.xiij.ca.i.
Feria quarta. Accesserunt ꝛc. Magister volumus a te. Mat.xij.li.viij.ca.xxvij.ꝛc.
Ecce mater tua et fratres tui foris stant. infra.li.ij.ca.xxvi.
Feria quinta. Si vos manseritis in sermone. Jo.viij.li.xi.ca.xxxviij.ꝛc.
Uos ex patre dia.estis.ibid.li.viij.ca.xxxi.
Si veritatē dico vobis.ibi.infra.li.viij.ca.xxxij.
Feria sexta. Erat dies festus iudeorum. Jo.quinto.li.v.ca.xvij.
Sabbato. Assumpsit iesus Petrū/Jacobū ꝛ Joannē. Mat.xvij.li.iiij.ca.vij.
¶ Dñica secunda. Egressus iesus de Genezareth. Mat.xv.li.v.ca.xxiij.
Feria secūda. Ego vado ꝛ queretis me. Joannis.viij.li.xi.ca.xxxvi.
Si em̄ nō credideritis/qz ego suz.ibi.li.viij.ca.xxxij.
Feria tertia. Sup cathedrā moysi sederunt. Mat.xxiij.li.viij.ca.xxxvij.
Feria quarta. Ascendēs iesus ꝛc. Ecce ascēdimus. Mat.xx.li.ix.ca.xxvij.
De eodem.li.ix.ca.xl.
De ascensu iesu in hierusalē.li.iiij.ca.viij.
Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum.ibidē.li.vij.ca.xxix.
De eodem.li.viij.ca.xxxvij.
Qui voluerit inter vos primus esse.ibi.infra.li.ix.ca.xlij.
Feria quinta. Homo quidā erat diues q indu. Lu.xvi.li.vi.ca.xij.
Contra diuites.li.viij.ca.xv.
Feria sexta. Homo erat paterfamilias qui plantauit. Mat.xxi.li.vi.ca.xxiij.
Sabbato. Homo qdaz habuit duos filios Luce.xv.li.vi.ca.xvi.
Itē de eodem.li.octauo.ca.xl.
¶ Dñica tertia in.xl. Erat iesus eijciens demonium. Lu.xi.li.v.ca.xxiij.
Cū imundus spūs exierit.ibi.li.viij.ca.xxix
Feria secunda. Dixerūt pha.ꝛc. Quāta audiuimus. Lu.iiij.li.ix.ca.xij.ꝛc.
De eodē.li.octauo.ca.xiiij.
Et eiecerūt illū extra ciui.ibi.li.iiij.ca.vij.
Feria tertia. Respiciēs ꝛc. Si peccauerit in te. Mat.xviij.li.ix.ca.xliiij.
Feria quarta. Accesserunt ꝛc. Quare discipuli tui. Mat.xv.li.viij.ca.xxxvij.
De eodem.li.xi.ca.xxi.
Feria quinta. Surgens iesus de synagoga. Luce quarto.li.v.ca.ix.ꝛc.
Feria sexta. Venit iesus in ciuitatē samarie Joannis quarto.li.xi.ca.i.ꝛc.
De eodem.li.quarto.ca.ix.
Sabbato. Perrexit iesus in montem oliueti. Jo.octauo.li.xi.ca.xxxiij.
De eodem.li.quarto.ca.xi.
De ascensu iesu in montē oli.li.iiij.ca.viij.
¶ Dñica quarta in.xl. Abijt iesus trans mare galilee. Jo.vi.li.v.ca.iij.
Cū pasturus turbā iesus ascēdit in montē.li.iiij.ca.vij.
Feria secunda. Prope erat pascha iudeorum. Joan.secundo.li.viij.ca.xxxvij.ꝛc
Soluite templū hoc.ibidē.li.vij.ca.xxxiij.
Feria tertia. Jā die festo mediante. Joannis.vij.li.xi.ca.xxvij.ꝛc.
Feria quarta. Preteriens iesus vidit hominem cecum. Jo.ix.li.v.ca.xxxiij.
Quādiu in mundo sum/lux mundi.ibidē.libro.septimo.ca.xxxvi.
Feria quinta. Pater meus vsq modo operatur. Joan.v.li.xi.ca.xxxv.
Feria sexta. Erat quidā languens lazarus. Joannis.xi.li.v.ca.xv.
Sabbato. Ego suz lux mūdi. Jo.viij.li.xi.ca.xxxv.
De eodē.li.vij.ca.xxxvi.
¶ Dñica in passione. Quis ex vobis arguet me de. Jo.octauo.li.xi.ca.xl.
De eodem.li.viij.ca.xxxij.
Feria secunda. Miserūt principes et pharisei mini. Jo.vij.li.xi.ca.xxx.ꝛc.
Feria tertia. Ambulabat iesus in galilea.ioannis.vij.li.xi.ca.xxiiij.ꝛc.
Feria quarta. Facta sunt encenia in Hiero. Joan.x.li.xi.ca.xliiij.ꝛc.
Loquor vobis et nō creditis mihi. Opera.ibidem.li.viij.ca.xxxij.
Sed vos non creditis mihi:qz non estis ex ouibus.ibidē.infra.li.vij.ca.xiij.
Feria quinta. Rogabat iesum quidam phariseus. Lu.vij.li.ix.ca.xxix.ꝛc.
De eodem.li.octauo.ca.xl.
Qualiter se habuit iesus inuitat' ad cō.li.iiij.ca.x.
Feria sexta. Collegerunt pontifices et pharisei. Jo.xi.li.xi.ca.xlv.
Sabbato. Subleuatis iesus oculis in celū. Joan.xvij.li.xij.ca.xvi.ꝛc.
¶ Dñica palmarū. Scitis quia post triduū pascha fiet. Mat.xxvi.li.xiij.ꝛc.
Cū esset iesus in bethania.ibi.li.ix.c.xxxiiij
Et hymno dicto exierunt in montē oliuarum.ibidem.infra.li.xij.ca.vi.
Feria secunda. Ante sex dies pasche venit iesus. Joan.xij.li.ix.ca.xxxiij.
Cogitauerunt autē principes sacerdotū vt lazarū inter.li.xi.ca.xlvi.ꝛc.
Nisi granū fru.cadēs in ter.ibi.li.vij.ca.39.
Dum lucem habetis/credite in lucē.ibidē.infra.li.vij.ca.xxxvi.
Feria tertia. Erat pascha ꝛ azyma ꝛc. Marci.xiiij.

ci.xiiij.libro.xiij.ca.iij.&c.
Et cum esset Bethanię in domo Simonis ibidem.li.ix.ca.xxiiij.
Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum.ibidem.infra.li.xij.ca.vi.
Feria quarta.Appropinquabat dies festus azymorum.Lucę.xxij.li.xiij.ca.iij.&c.
Simon ecce sathanas expetiuit.ibidem..libro.vij.capitulo.xliij.
Qui non habet/vendat tunicā suā et emat gladium.li.vij.ca.xliij.
Et egressus ibat s̄m consuetudinem.ibidē.infra.li.vij.ca.vi.
De latrone.li.viij.ca.xl.
In cena domini.Ante diem festum paschę.Joannis.xiij.li.xiij.ca.v.
In parasceue.Egressus ē Jesus cū discipulis suis trās tor.Joan.xviij.li.iij.ca.viij.
Stabat iuxta crucem Jesu mater eius.Joannis.xix.li.ij.ca.xxvij.
De miraculis in passione domini monstratis.libro.v.ca.vij.
De ascēsu iesu in crucē moralr.li.iiij.ca.viij
In vigilia paschę.Vesperę aūt sabati q̄ lucessit.Matthei.xxviij.li.xiiij.ca.i.
¶ In die sancto.Maria magdalena et maria.Marci.xvi.li.xiiij.ca.i.
Feria secunda.Duo ex discipulis iesu.Lucę.xxiiij.li.xiiij.ca.i.
Feria tertia.Stetit iesus in medio discipulorum.Lucę.xxiiij.li.xiiij.ca.i.
Feria quarta.Manifestauit se iesus discipulis suis.Joannis.xxi.li.xiiij.ca.i.
Feria quinta.Maria stabat ad monumentū.Joannis.xx.li.xiiij.ca.i.
Feria sexta.Undecim discipuli abierūt in galileā.Matthei.xxviij.li.xiiij.ca.i
Sabbato.Una sabbati maria magdalena Joannis.xx.li.xiiij.ca.i.
¶ Dominica p̄ma post paschę.Cū sero eēt die illa vna sabbati.Joan.xx.li.xiiij.ca.i.
Feria quarta.Exierūt mulieres cito de monu.Matthei.xxviij.li.xiiij.ca.i.
Et ecce occurrit illis iesus dicēs:Auete.ibidem.li.xiiij.ca.i.
Feria sexta.Surgēs iesus mane.Mar.xvi.libro.xiiij.ca.i.
Et illi audiētes q2 viueret.ibidē.li.xiiij.ca.i
Post hęc aūt duobus ex eis ambulantib⁹.ibidem.infra.li.xiiij.ca.i.
¶ Dn̄ica secunda.Ego sum pastor bonus.Joannis.x.li.vij.ca.xxxviij.
De eodem.li.vij.ca.xviij.
Feria quarta.Una sabbati valde diluculo Lucę.xxiiij.li.xiiij.ca.i.
Feria sexta.Accesserunt &c.Quare nos et pharisei.Matthei.ix.li.vij.ca.xv.&c.
¶ Dominica tertia.Modicū z iā nō videbitis me.Joan.xvi.li.xij.ca.xliij.
De parabola mulieris in partu tristiciā habentis.li.vi.ca.xxxiiij.
Feria quarta.Facta est questio ex discipulis Joannis.Joan.iij.li.iij.ca.i.
Qui habet sponsam sponsus est.ibidem.libro.vij.ca.xxxv.
Feria sexta.Ego lux in mundum veni.Joannis.xij.li.ix.ca.l.&c.
De eodem.li.vij.ca.xxxvi.
¶ Dn̄ica quarta.Vado ad eū qui me misit Joan.xvi.li.xij.ca.xiij.
Feria q̄rta.Subleuatis Jesus &c.pater sancte.Joan.xvij.li.xij.ca.xvij.&c.
Feria sexta.Filioli adhuc modicū vobiscū.Joannis.xiij.o
¶ Dn̄ica quinta.Amen dico vobis si quid petieritis.Joan.xvi.li.xij.ca.xv.
In rogationibus.Quis vestrū habēs amicum.Lucę.xi.li.vi.ca.i
Petite z accipietis &c.ibidē.li.xij.ca.xv.
De orationis instantia.li.vi.ca.xxvi.
In vigilia ascensionis.Subleuatis &c.Pater venit hora.Joan.xvij.li.xij.ca.xvi.
In die sancto.Recumbentibus vndecim discipulis.Marci.xvi.li.xiiij.ca.i.
Feria quarta et sexta.Ecce mitto promissū patris.Lucę.xxiiij.lib.xiiij.ca.i.
¶ Dominica infra octauas.Cū venerit paracletus.Joan.xv.li.xij.ca.xij.
Feria sexta.Si māseritis in me z verba mea in vobis.Joan.xv.li.xij.ca.viij.&c.
In vigilia pentecostes.Si diligitis me mādata mea seruate.Joan.xiiij.li.xij.ca.iij.
¶ In die sancto.Si quis diligit me/sermonem meū.Joan.xiiij.li.xij.ca.iiij.
Feria secunda.Sic deus dilexit mundū vt filium.Joan.iij.li.xi.ca.vi.
Lux venit in mundū z dilexerunt &c.ibidē libro.vij.ca.xxxvi.
Feria tertia.Amen amē dico vobis:qui nō intrat per ostiū.Joan.x.li.viij.ca.xxxij.
Oues vocem eius audiunt &c.ibidē.libro vij.capitulo.xviij.
Ego sum ostium ouium &c.vbi supra.li.xij
Feria quarta.Nemo pōt venire ad me nisi pater.Joan.vi.li.xi.ca.xv.&c (ca.xxxvij.
Feria quinta.Conuocatis iesus duodecim Lucę.ix.li.ix.ca.xviij.&c.
Feria sexta.Factū est in vno dierū et Jesus sedebat.Lucę.v.li.v.ca.xvij.
Homo remittuntur tibi peccata.ibidē&c.libro.viij.ca.xxxvi.et li.v.ca.xvij.
Sabbato.Surgens iesus de synagoga.Lucę.iiij.li.v.ca.ix.
¶ In octaua pentecostes.Erat hō ex phariseis Nicodemus.Joan.iij.li.xi.ca.vi.
Sicut Moyses exaltauit serpentem.ibidē.

libro.viij.capitulo.xxxiiij.
In octaua trinitatis. Cum venerit paraclitus. Joan.xv.li.xij.ca.xij.
In festo sacramenti. Caro mea vere est cib⁹ Joannis.vi.li.xi.ca.xvij.
De mysterio corporis & sanguinis domini. li.i.ca.xx.nō ex textu nisi de cena dñi.
¶ Dñica prima post pentecosten. Homo qdā erat diues q̄ indu. Lu.xvi. li.vi. ca.xij.
Cōtra diuites doctrina.li.viij.ca.xv.
De auaricia doctrina.li.viij.ca.l.
Feria quarta. Nolite putare quia veni soluere legem. Matthei.v.li.x.ca.xvi.
Feria sexta. Impossibile est vt non veniāt scandala. Luce.xvij.li.vij.ca.xxv.
Si peccauerit frater tuus.ibidem . libro.ix. capitulo.xliiij.
Si habueritis fidē sicut &c. Luce.xvij. De eodem li.vi.ca.iiij.
¶ Dñica secunda. Homo quidam fecit cenam magnū. Lu.xiiij.li.vi.ca.xix.
Feria quarta. Egrediente Jesu de hierico. Matthei.xx.li.v.ca.xxxij.
Feria sexta. Cum venisset iesus in templuz. Matthei.xxi.li.xiij.ca.i.
¶ Dñica tertia. Erant appropinquātes ad iesum. Luce.xv.li.vi.ca.xiiij.&c.
De oue cētesima et drachma decima moraliter.li.vi.ca.xiiij.&c.
Feria quarta. Esto consentiens aduersario tuo. Matthei.v.li.vi.ca.xxxi.
De eodem.li.x.ca.xviij.&c.
Si oculus tuus dexter.ibidē.li.vij.ca.v.
Feria sexta. Cum introisset iesus hierosolymā. Marci.xi.li.v.ca.vi.
De eodem.libro.ix.ca.xlix.
Item de eodem.li.xiij.ca.i.
¶ Dominica quarta. Estote misericordes. Luce.vi.li.x.ca.xliiij.&c.
De misericordia dei.li.i.ca.xxvi.
Nunquid potest cecus cecum ducere.ibidem.li.xi.ca.xxij.
Non est discipulus super magistruz. ibidē infra.li.ix.ca.xxij.
De sīlitudine festuce et trabis.li.ix.ca.ix.
Feria quarta. Accesserunt quidā phariseorum ad iesum. Luce.xiij.o
Hierusalem hierusalem que occidis.ibidē. libro.viij.ca.xxxvij.
Quotiens volui cōgregare. ibidem.infra. libro.vij.ca.xxxij.
Feria sexta. Exurgens Jesus venit in fines iudee. Marci.x.li.x.ca.xx.
¶ Dominica quinta. Dū turbe irruerēt ad Jesum. Luce.v.li.ix.ca.xv.
De ascensu Jesu ad nauiculā.li.iiij.ca. vij.
Feria quarta. Surgens iesus abijt in fines Tyri. Marci.vij.li.v.ca.xxiiij.
Feria sexta. Cū videritis nubē orientē. Luce.duodecimo.o
Cum vadis cum aduersario tuo.&c.ibidē. li.vi.ca.xxxi.
De eodem.li.x.ca.xviij.
De penitentia quā predicauit ioannes baptista.libro.iij.ca.i
Itē de penitētia quā Christus predicauit. libro.ix.capitulo.vij.
¶ Dñica sexta. Nisi abūdauerit iusticia vestra. Matthei.v.li.x.ca.xvij.
Qui irascit fratri suo.ibidē. li.viij. ca.xvij.
De vitio ire.li.viij.ca.xlvij.
Feria quarta. Cū egressus esset iesus in viā precurrens quidā. Mar.x.li.ix.ca.xlvi.
Feria sexta. Uenit iesus in regionē Gerasenorū. Marci.v.li.v.ca.xvi.
¶ Dñica septima. Dū turba multa esset cū Jesu. Marci.viij. li.v.ca.iiij.
Feria quarta. Accesserunt ad Jesum pharisei et sadu. Mat.xvi.li.xi.ca.lij.
De fermento.li.vi.ca.v.
Feria sexta. Abijt Jesus in sabbato per sata. Matthei.xij.li.xi.ca.v
¶ Dñica octaua. Attēdite a falsis prophe. Mat.vij.li.vij.ca.xij.&c. et li.x.ca.xlviij.
De eodem.li.x.ca.xlviij.
Feria quarta. Dixit ioannes ad iesuz: Magister vidimus. Mar.ix.li.ix.ca.xliij.
Feria sexta. Ue vobis scribe pharisei.matthei.xxiij.li.viij.ca.xxxvij.
De hypocrisi.li.viij.ca.xxxvij.
¶ Dñica nona. Homo quidā erat diues q̄ habebat villicū. Lu.xvi.li.vi.ca. xiij.
Feria quarta. Qui fidelis est i minimo. Luce.xvi. o
Nemo pōt duobus dominis seruire. Luce. xvi.li.x.ca.xxxix.
Audiebant aūt hec omnia pharisei q̄ erant auari.ibidē.li.viij.ca.xxx.
De auaricia.li.viij.ca.l.
Feria sexta. Rogabat iesum quidā phariseus vt pranderet. Lu.xi.li.viij.ca.xxxvij.
Ue vobis qui estis vt monumenta. vbi supra.li.vij.ca.xxx.
¶ Dñica decima. Cum appropinquaret Jesus hierusalē videns. Lu.xix.o
Et ingressus in templum cepit eijcere. ibidem.libro.xiij.capitulo.i.
Feria quarta. Cū videritis circūdari ab exercitu hierusalem. Lu.xxi.o
Feria sexta. Attendite vobis ne grauentur corda ve. Lu.xxi.li.vi.ca.xix.
Vigilate orātes oī tpe. ibidē.li.vi.ca.xxx
¶ Dñica vndecima. Dixit iesus ad quosdā duo homines. Lu.xviij.li.vi. ca.xxv.
De superbia.li.ca.xlv.
De vana gloria. li.viij.ca.xlvi.

Feria quarta. Exierunt pharisei et ceperūt conquirere. Mar. viij. li. viij. ca. xxvij.
De fermento. li. vi. ca. v.
Et veniunt Bethsaida et adducunt ei rc. ibidem. li. v. ca. xxvi.
Feria sexta. Omni cui multum datum est. Lu. xij. li. vi. ca. xxx
Ignē veni mittere rc. li. ix. ca. xxiiij.
¶ Dominica duodecima. Exiens Jesus de finibus tyri. Mar. vij. li. v. ca. xxv.
Verbis etiam variis similitudinariis, parabolicis τ simplicibus usus est. Idcirco sextus liber est de similitudinibus.

¶ Titulus septimi libri.

Septimum de parabolis posui.

¶ Titulus octaui libri.

In simplici doctrina quandoq̧ vitia reprehendit: et autoribus cōminatus est. Quandoq̧ virtutes laudauit: τ factoribꝰ vitā aliā repromisit. Inde octauū cōtra vitia ſm euangeliū notaui:

¶ Titulus noni libri.

Nonū de virtuosis verbis inscripsi ſm euāgelium.

¶ Titulus. X. XI. XII. librorū.

Et cū contra vitia seu pro virtutibus loqueretur: aliquādo specialem edidit ad discipulos, et ad turbas omnes, et omnis conditionis aduenientes sermonē: quandoq̧ per disputationē et disceptationē: quandoq̧ ad solos discipulos locutus est: maxime ante sue captionis horam: τ vere dici potest testamentū dilectionis. Quā obrē decimū librum verborum montanorum: vndecimū disceptationū: duodecimū testamentum dilectiōis: id est, libri testamenti finalis institui ſm euangelium.

¶ Titulus tredecimi libri.

Et quia verbū increatū, factū, incarnatum post actiones iustas et optima verba: per portā mortis voluit egredi de mundo, qui per portā ꝟginitatis intrauit: τ multa pati voluit: Tredecimū de passione dñi vocaui ſm euangelium.

¶ Titulus decimiquarti libri.

Verum quia non potuit a morte detineri: τ resurrexit: et locutꝰ est: et ascendit: et spiritūsanctū misit: q̄ omnia gloriā arguunt: quartūdecimū de morali gloria insigniui ſm euangelium.

¶ Titulus decimiquinti libri.

Et quidem eo q̄ oīa per verbū facta sunt et fienda que restant: et homo propter homines factus est: et ad fines debitos omnia perducit, sicut et fecit. Ideo quintumdecimū librum de fine hominum consignaui.

¶ Prologorū et titulorū finis.

¶ Celeberrimi doctoris Simonis de Cassia liber primus: de verbo increato pro nobis in tempore incarnato, secundū Ioannē solum. Capitulum I

Ipse orationis ordo deposcit: vt post factum magnum cognitū, precedētia et cōcomitantia τ sequētia inquirantur. Nullū vero ab eterno maius factū, q̄ verbū caro factum. Et cum in principio fecisset deus ex nihilo celū et terram: excedit tamen q̄ eius filius incarnatus fuit: extra opus adhuc eternus artifex erat: in factione autē huiuscemodi p̄ veram vnionē vnū sunt artifex τ artificiū eius. Inuestigandū quidē fide, non ratione: credulitate non sensu: quid contemplandū in verbo carne facto. Si tēpus inquiritur, occurrit eternitas. In principio erat verbum. In principio: Joan. i. ante quod nihil quod ante omnia subsistebat: a quo cuncta in suis rationibus peruenerunt. In principio non cōprehensibili ab homine puro: vt eternitas credat ex dicto. Nec hoc verbū situatū erat in loco: τ modus essendi eiꝰ segregatus ab omnibus erat. Et verbum erat apud deum: non appositiue, aut aliq̄ diuersitate subsistendi: quoniam erat idē quod ille apud quē erat. Et deus erat verbū. Et talis essendi modus non temporalis extitit, s3 eternus. Hoc erat in principio apud deum. Artifex erat ab eterno verbum: nō tamen extra seipsum illuxit aut innotuit ab eterno. Nihil erat enim in aliquo participās ipsum Quoniā omnia per ipsum facta sunt: vt nihil in spiritualibus atq̧ corporalibus, nihil in visibilibus atq̧ inuisibilibꝰ excludat quod ipse non fecerit: et in magnis et in paruis, et in his que de merito primorū parentū aduersant delicate tenerrimeq̧ nature. Quoniā nature sine ipso factum est nihil. Si clausula punctabitur hic: excluditur, abrogatur atq̧ negat oīs alius creator: quia esse non potest nisi vnus. Et hoc dictū negatiuum, ante dictū affirmatiuum roborat. Nā cum dicatur: Omnia per ipsum facta sunt: ergo creator vnus. Et sine ipso factū est nihil: igitur nullus alius. Peccatū τ oīe malū ab eius factione depellitur: quia omne malū est positiue nihil: etiā nihil aliud subsistentiā habet preterq̄ quod ipse creauit. Si vero ista sententia siue clausula vltra progredietur ad punctum: vt sic proferatur: Et sine ipso factū est nihil quod factum est: prestabit aliū intellectū: vt omne quod factū est, in preadiacentē nihilitatis materiā tenderet, nisi ipse conseruaret. Nam ea

dem dei sapientia: qua cūcta ex nihilo facta sunt
ne redeant in nihilū gubernātur: redirent quidē
nisi tuerētur. Si primā punctationē sequimur:
pspicuū est q omnia q facta sunt in ipso/ ab eter
no viuebant: vt aliter nō produxerit/ nisi prout
ab eterno producenda cōspexit. Et illa imago
cunctarū rerū in ipso habebat vitā anteq dedu
ceretur ad esse. Quod factū est in ipso
vita erat: videlicet in diuina mente/ nō extra.
Si secundā: eque aptior sensus est. In ipso vita
erat/ immortalis videlicet et eterna: omnis vite
Ps. 35. origo: qm apud te est fons vite: Psalmista dicit
Hec quidē vita erat lux hominū: nō pe-
corū aut quorūcunq irrationabilium seu insen
sibilium corporū: sed hominū factorū ad ima-
ginē et similitudinē eius: q alibi videnda nō vide
rūt/ preterq in ista luce natiuitatis eterne. Lux
ista tenebras fugat: nō se miscet cunctis/ neq cō
prehēditur ab eis. Immaculabile porro est oē
quod dei est. Et tenebre infidelitatis/ aut igno-
rantie/ aut iniquitatis illā nō apprehendunt: sed
aut fugant ab illa luce/ aut nō sumunt incogni-
te/ aut multantur q non recipiūt illā. Et lux
in tenebris lucet: et tenebre eā nō cō
prehenderūt. Si lux lucet in tenebris/ ergo
fugate sunt. Nā si tenebre/ quō lux lucet in eis?
Si lux lucet/ quō tenebre? immo non tenebre/ idō
nō cōprehenderunt vt essent tenebre cū lucēte
diuina luce: quia fugate sunt: cū sup eas lux diui
ne vite atq claritatis influxit: de tenebris infide
litatis/ idolatrie/ ignorantie/ prauēq vite verba
talia sonuerūt: Sed ad testimoniū lucis missus
est Joannes: non q ipse lux esset: qm vna erat
lux vera q illuminat omnē hominē
venientē in hūc mundū. Nō omnē ho-
minē illuminat/ vt oēs illuminati sint: sed omnis
qui illuminatus sunt/ ab ista luce circūfulsus est:
Ne autē crederetur verbū increatū extra mun-
dū sepositū: neq in mundo inclusum: nec mun-
dus esse creatōis aut dominationis alterius: ad
iectū est: In mundo erat: et mūdus p
ipsum factus est. Erat in mundo vt rex in
regno suo/ nō situatus aut circūscriptus in lo-
co intus et extra implens et cōtinēs. Et hic mū
dus factus p ipsum/ vt iā assertum est: omnia p
ipsum facta sunt. Aut erat in mundo/ in arche-
typo quidē: et mundus p ipsuz factus
est: per ipsum maior et minor: insensibilis/ et ir
rationalis atq rationalis. Sed rationalis argu
itur: qz mundus eū non cognouit: cui
videlicet data erat potētia cognoscendi: etsi nō
ex natura/ saltē ex fidei gratia. Et si venit: nō in
aliena venit/ sed in propria creatōis imagine et
amoris act i populi peculiaris. In ppria ve
nit: et sui eū nō receperūt. Omnia sunt
sua. Oēs sui sunt: sed illi maxime volūtate et ele
ctione sunt sui/ q pacto circūcisionis et legis ob
seruande eius populus secretus ab oibus aliis
nationibus idolatrantibus facti. Sed qui rece
perunt eū fide/ spe/ charitate/ imitatione possibi
li: ab ipo autoritatē maximā acceperūt: q nul-
la maior/ nulla dignior et vtilior et delectabilior
potuit cōferri mortalib9/ vt in diuinā filiationez
transiret. Quotquot aūt receperūt eū
dedit eis potestatem filios dei fieri
his qui credūt in nomine eius. Un9
dūtaxat est naturaliter etern9 filius dei: pter quē
in illa filiatione fieri omnino impossibile factuz
est. Adoptio filios facit non cunctos hoies/ sed
credentes in nomine videlicet ipsius verbi incre
ati. Hec filiatio nulla carnis traduce agitur: nec
propagat damnata siue correcta humana ppa
gine: nullo semine carnis mundo si dici fas est/
aut immundo vt est/ sed gratia diuina traducit.
Ex quo sequitur: Qui nō ex sanguinib9
neq ex volūtate viri neq ex volūta
te carnis/ sed ex deo nati sunt. Qui sci
licet filii q filiationis diuine p adoptionē et gra-
tiam potestatē a domino acceperunt/ nō sunt ex
coagulatione sanguinis: in quā semen generati
uum per nouē dies versum manet. Neq ex san
guinib9 videlicet ex peccatis: ex quibus libera-
ri Psalmista poscebat/ dicēs: Libera me de san Ps. 50.
guinibus deus deus salutis mee. Neq ex vo-
lūtate viri/ scilicet hominis masculi. Neq ex vo
lūtate carnis/ scilicet mulieris: q cōmuni volun
tate insimul coeuntes fiūt vnū ad generandum
carnē vnā: animā vero nullā: sicut scriptum est:
Et erunt duo in carne vna. Neq ex volūtate vi Gen. 2.
ri: vt rationis voluntas in hac parte aliqd ope
rando cōsentiat: Neq ex voluntate carnis/ scili
cet sensualitatis: vt aliqd subiacendo aut cōsen
tiendo efficiat. Totū quod in hac filiatione agi
tur/ noscitur esse diuinū: qz ex deo est ista natiui
tas. Sed ex deo nati sunt: vt sm aposto Rom. 8.
lū sim9 heredes dei: coheredes aūt christi. Etiā
nō iure successionis naturalis legis siue cōsue-
tudinis: Sed prout gratia est filiatio: sic ex ipsa
filiis diuina tribuatur hereditas: vt omnis qui
gloriatur/ non in seipso/ sed de bonis omnibus 2. Corin. 10.
in domino glorietur.

¶ Qualiter incarnatū sit verbuz/ et vbi/ et quādo. Et q anima christi ex natura nō est nobilior ceteris animabus/ sed similis. Ca. II

Sed hoc verbū increatū p quod omnia
facta sunt/ ex quo nobis tanta bona p
uenerūt/ se fecit pro nobis incarnatū: vt
sibi essemus in humanitate fratres/ q nequiue-
ramus in deitate. Ac etiā essemus in eterna bea
titudine coheredes: q facti sumus in humanita
te fratres. Proinde et verbū caro factuz
est: et habitauit in nobis. Hoc intende Joan. 1.
bat Aquilinus euangelista differere: ad hoc inui
tare mortales ad imaginē dei factos. Hoc sua-
dere credendū/ scilicet pro nobis verbū caro fa
ctum. Ideo tā alte ante pnotuit: edisserēs vt po
tuit quando erat/ quomodo erat/ et qui erat: qua
li eternitate cōstabat/ qualis artifex esset: quod
quantum/ quale opus effecerat: quid in ipo erat
et quod in ipso erat/ quid aliis erat/ quidue pre-
stabat/ vbi erat incircūscripte: quo descendere

dignatus erat anteꝗ̄ a summis/ineffabilibus et incomprehensibilibus ad huiusmodi ⁊ tam ima descenderet: asserens verbum dei eternū/ in tpe caro factum: non tamē in carnē mutatū: nec cū aliqua mixtione/seu cum cōfusione naturarum. Sed quando caro factū? Annis solaribus ab origine mundi quinqꝫ milibus centum sexagintaseptem. Ubi caro factū? In ciuitate nazareth: in regione iudeorū: in virginali aula. Quibus actoribus/quibusue ministris? Patre mittente: spū sancto superueniente: filio descendente: angelo nunciante: maria cōsentiente: in cuiꝰ vtero/virginaliqꝫ thalamo verbū increatū/verbū eternū/ verbum apud patrem/verbū in patre/verbū de patre/verbū cum patre/verbū ineffabile/ verbū incōprehensibile/verbū incircūscriptibile/caro factū est: vt habitaret in nobis. Factum caro de carne/factū in carne/factū inter carnē/factū infra carnē/factū preter carnē/factū contra carnē. Illo instanti factum/ quo Maria virgo angelo nuncianti respondit: Ecce ancilla dñi: fiat mihi sm verbū tuū: fiat in me verbū increatū/ penitꝰ incarnatū sm verbum tuum/quod insonuit auribus meis: vt verbum dei eternū/carnē humanā assumeret in visceribus meis. Ecce verbū cōceptum ad verbū diuinū/ad angelicū: ac si angelo diceret: fiat in me verbum eternū/ iuxta tuū verbum prolatum. Cōuenerunt itaqꝫ in vnū in illo thalamo virginali creator ⁊ creatura/ factor et factura/deus ⁊ hō/redēptor ⁊ redemptus/ captiuitas ⁊ redemptio/precium ⁊ emptum/ amor et amatus/mors ⁊ vita/nobilitas ⁊ abiectio/diues ⁊ paup/iudex iustus ⁊ iuste dānatus/liberans et liberandus. Mutata sunt nature iura: vna ē mater et virgo: vnus deus ⁊ hō: in vnū cōuenerunt eternū ⁊ tpale/antiquū ⁊ nouū. Substātia in tribus distincta personis: substātia spiritalis in tribus creata potentijs: substantia corporalis ex q̄tuor elementis vnā effecere psonā: sicut tres diuine persone habent vnam substantiam. Inuisibiliter ineffabiliter/ incognoscibiliter/ incomprehensibiliter ista incarnatio celebrata est: supra naturam/supra vsum supra scientiam angelicam ⁊ humanam atqꝫ sathanicam/supra ordinem/supra modum omniū explicabilium/ ratione/lingua/scriptura. Credi potest ꝙ verbum caro factum est: et ꝙ pro nobis incarnatū est: quomodo latet omnem intelligentiam/latet etiam illius theotocon que thalamitauit. Ecce ad tempus eternum coniunctum / inseparabili vnione vnitum: vt ad eternitatem temporalitas transferatur. Uita que semper erat/mortalitati se contraxit: non vt maneret mortalis/ sed vt ad vitaꝫ omnino imortalem esset accessus ab hominibꝰ necessario morituris. Induta nostre cōfusionē miserie beata misericordia dei: vt ab ipa liberati/eterna beatitudine potiremur. Nobilior tamē facta est humana natura in eo ꝙ a verbo eterno assumpta: ꝙ beatificata erit: ꝙ in vno nobilitas/ in altero felicitas attendatur. Magnus aūt theologus magis studuit infigere mētibus hominū nobilitatem q̄ ipsam felicitatem: cum ad Hebreos ait: Nusq̄ angelos apprehēdit: sed semē abrae. Et alibi: Factus est ex semine dauid sm carnem: quam angeli sic venerantur in superis: vt omnimodo conseruos dicant homines/qui morātur in terris: cum nō acceptauerint Joannis reuerentiā/quādo vnus angelus dixit: Uide ne feceris: conseruus eīn tuus sum ⁊ fratrū tuoꝝ. Attendant homines mortales/q̄ alte humana natura sublimata est in assumente verbo: vt etiam supergressa sit angelicam dignitatē/ ⁊ potestatē diuine filiationis acceperit: vt in filium pauper ignobilis et extraneꝰ sit prouectus. Dignissima quidem facta humana natura: non tamē vilefacta diuina. Ineffabilis ista dilectio que vnionem fecit. Etenim propriū amoris/vnionē facere atqꝫ intrinsecationē. Appetit enim amans intrinsecationē cum amato/et participiū suijpsius inferre. Amator eternus et omniū hominū deus/ diuine amat omne quod sui amoris susceptibile fecit. Quod ideo creauit non existens: et tale vt ipse posset in eius participium deuenire: qui soluꝫ ab eterno ad seipsum existens fecit aliquid extra se ad quod posset participatiue existere: cōsignans illud imagine atqꝫ similitudine sua: vt cum vnum fecisset amatū: separatum alterū/alterum ex duobus constare voluisset: vtrūqꝫ tamen ab eo defecit ad quod factū erat: vnū in parte/alterū in toto: se ab alta dignitate deijciens. Ad cadētes separatas substantias non est equaliter porrecta diuina liberans manus: eo demerito quo semetipse nullo suggerente exciderunt. Ad totū deperditum in protoplasto diuina manꝰ ineffabili misericordie modo liberatura puenit: assumēs illud indiuisibili ⁊ inseparabili vniōe: vt vna psona assumens ⁊ assumptū diceret ⁊ esset: Et exulans a rege ⁊ a regno/non solū in regnū haberet regredi libertatē: sed vna veste/vna sede/vna potestate cum rege frueretur. Et qui iudicandꝰ erat/indulto dato atqꝫ suscepto factus est iudiciarie potestatis: vt homines filius hoīs iudicaret. Equidem etsi filius dei dictus est factusqꝫ filius hoīs non traduce carnis/sed ex carne traducta: sed et sanctificata in vtero: ⁊ iterū sanctificata post vterum: carne tegebatur simile peccatrici: nil gerente de damnata propagine: omnis membrorū lineatio ilico facta est: q̄uis corporis mole naturę processu nature creuisset. Anima creata nouiter ⁊ cum crearet infusa simul ⁊ vnita verbo: vt nulla interpositio aut mora tēporis affuerit: sed eodem instanti/eodē momento/eadēqꝫ subitatione vnio triplex extiterit cū anime creatione: videlicet deitatis ad animā ⁊ carnis ad animā/ ⁊ deitatis ad carnē: vt neutrum precederet in aliquo alterum. Nec ipsa creatio anime de nouo precederet infusionem in corpore: nec vnionem deitatis quāq̄ iure creationis/alterius nature non fuerit anima christi q̄ rationales anime ceterorū. Sed et plurimi: ex quibus aliquem noui mihi sic asserenti declamatorie ad populum/eodē actu publice aduersantem: ꝙ ex natura anima christi anig

Luce.1. — Hebreo.2. — Rom.1. — Apo.19.et.22.

mas ceteras per omnia excedebat. Si hi quot
⁊ quot sunt: cum ex fide teneant creationẽ anime
christi non ꝓcedere vnionẽ ad verbũ ⁊ infusio-
nem in carne seu vnionẽ: labuntur in quendam
impietatis errorem: vt velint christi animã etiã
ex natura sup ceteras attollere: nõ discernẽtes
quid anima illa christi nobilitatis habuit ex na-
tura cũ ceteris: ⁊ quid ex vnione ad verbũ ma-
gnificentie singularis. Iter videt deuiũ / quod
graditur: quoniã sicut nõ accepit nobiliorẽ ex
natura cõdita carnẽ: quãq̃ sanctificata a corru
ptela cõtracta: sic nec alterius nature animã: cũ
voluerit ꝑ omnia assimilari fratribus suis / dun
taxat excepto pctõ. Quod si aliter esset / similis
non fuisset. Nec animã aut corpus de celo aut
aliunde attulit: nec carnẽ creauit de nouo / sed
assumpsit ex antiquo. Nec animã in natura vo-
luit habere dissimilẽ: sꝫ eiusdẽ qualitatis ⁊ equa
litatis assumpsit: sicut primã creauit ad suã simi
litudinẽ ⁊ imaginẽ. Ac ꝑ hoc prout erat hũana
natura in duob⁹ cõstituta / in aĩa et corpe absq̃
cõtagiõe cõtracta: sic a verbo assũpta est: nõ in
aliquo depressa / seu in aliquo sublimata: preter
ꝙ ꝑ assumptionẽ cum qua erat cũ diabolo cer-
taturus: cui fecisset iniuriã / aut decipulam para
uisset: si potentia / non iusticia certare cũ illo vo
luisset: si ei obiecisset alterius aut nobilioris na-
ture formã / nisi quã decepit: iure christ⁹ certare
voluit / non potestate. Alioquin nec expediebat
ad pugnã naturã humanã assumere: cũ sola vo
luntate humanũ genus a diabolo eripere potu
isset: absq̃ ꝙ incarnaret / ꝙ nasceret / ꝙ tot et ta
lia pateret / ⁊ ꝙ sic turpiter necaret. Arcere vo-
luntate sua poterat oẽm sathanicã potestateꝫ.
Qui etiã retundendus erat in supbia sua / cũ in-
surgeret aduersus hominẽ: ꝙ tam vilis ex cor-
pore / tam in anima variabilis. Ad cuius cõfusio
nẽ ⁊ hoĩs exaltationẽ humana natura vt cõdi-
ta fuit / sic assumpta est: nõ aucta excellenti⁹ ex
creationis initijs: vt non amplius insurgat dia
bolus aduersus infirmitatẽ nostrã: cum verbo
cognoscit assumptã / non aliunde nobilificataꝫ
atq̃ susceptã. Non enim (vt supra diximus) de
celo eduxit: sed in vtero virginali corpus hũa-
ne carnis accepit: neq̃ illã animam portauit de
celo / sed simul et eodẽ instanti nouiter creatam
simul cũ carne sibi vniuit in vtero: nil amplius
habentẽ ex nature nobilitate ab animabus ce-
teris: ꝙuis illico plus habuit ex gratia vnionis.
Sed in hoc intellectus hũanus obruit: vt equa
litatẽ nature omniũ animarũ et increate non vi
deat: sed aliquã differẽtiã ponat: cũ tã fuit celer-
rima / subita et instantanea vnio triũ substantia
rum antiqui et noui: vt ex tpe nulla rõne ab vni
one ipsa creatio anime discernatur.

¶ De natiuitate domini saluatoris secundum Lucam. Capitulũ. III.

Inclusa deitas in vtero virginali: nõ cir-
cumscripta / quin alibi tota: nec in cõpo-
sitione / sed in vnione: non in depressiõe /
sed in assumptione: non ꝙ natura naturam as-
sumpsit / neq̃ persona personã: sed persona na-
turam / in qua credat facta vnio naturarũ. Ex-
pectabat cõmune tempus cõcessum conceptis
ex semine: quo ꝑfecto ex aula illa virginali ꝓce-
deret / peteretq̃ publicum: ne illa ꝑsona ex assu-
mente ⁊ assumpto iã facta / infra materna visce-
ra ꝑamplius lantaret: finis apponendus erat: ꝓ
pter quẽ verbuꝫ caro factum est. Nasci volens
naturali ordine detulit / quem in tpe ⁊ modo na
scendi retinuit: illud ad nobilitatem nature atq̃
totius mysterij addẽs / ꝙ claustra virginalia in-
uiolata nascendo seruauit. Iã decurrentib⁹ no
uẽ mensib⁹ ab incarnationis seu cõceptiõis ho
ra qñ nasceret: multa huic natiuitati cõueniẽtia
⁊ decentia in simul cõuenerũt: in designatione
facti / atq̃ in cõmendatione mysterij. Ne autem
extra veritatẽ euãgelicã euagari videamur: ꝓter
missis historijs aliunde cõpositis / etiã veris: so-
lum quod est irreprobabile / interam⁹. Nam eo
tpe quo christus mũdo ꝫm ꝙ verbũ caro factũ
erat / nasci voluit: Exijt edictum a cesare Luce.2
Augusto / vt describeretur vniuer-
sus orbis. In vnã monarchiã mundus de-
uenerat: si vnius monarche precepto / vniuer-
sus describi poterat. Et pacatũ tenebat orbem
terrarũ / qui omniũ hominũ quot essent ꝗrebat
habere noticiã. De supbia processit cesaris scꝫ
Octauiani rhomani imperatoris: qui frena or-
bis tenens / scire studuit quot homines suo im-
perio subdebãtur: qui ad rempublicã / iusticiam
pacẽq̃ vbiq̃ seruandã in vniuerso quadraginta
quatuor statuit militũ legiões. Bonus hic erat
ad regimen orbis: sed descriptio de animo ela-
to processit. Non tñ legimus tpaliẽ punitũ hũc
impatorẽ idolatrã ⁊ paganũ: sicut dauid / q̃ simi 2.Re.24
le facere in suo regno presumpsit: in quẽ de⁹ po
testate data ⁊ accepta vindicando deseuit. Qm̃
deus pater omnipotẽs / apud quẽ sunt omnia iu
ra regnorũ / hoc ad mysterij filij sui / quẽ pro no
bis incarnari mãdauit ⁊ nasci / dignitatẽ: ⁊ futu
rorũ ꝑsagiũ fieri prouidẽtia sũma ꝑmisit. Siqui
dẽ hic futurus erat monarcha in assumpta hu
manitate: vnus impaturus omnibus: vnus non
solũ mortalibus / sed etiã supnis substantijs. Nã
in assumpto cunctis spiritibus ꝓest. Et hic ẽ de
quo iã merito ꝓphetatum erat: Erit vnus rex Ezech.37.
omnibus imperãs. Et alibi: Et congregabunt Osee.1
filij iuda ⁊ filij israel pariter: ⁊ ponent sibi caput
vnũ. Filij iuda ⁊ israel ꝑ allegoriã ad ecclesiã ca
tholicam pertinẽt. Et iterũ: In die illo erit do- Zach.14
minus vnus: ⁊ erit nomẽ eius vnum. Itaq̃ sub
vno temporali monarcha temporaliter regnã-
te / vnus eternus monarcha mũdo nasci digna
tus est: eterne / iuste / vbiq̃ / in celo ⁊ in terra: an-
gelis ⁊ hominibus dominãs: nõ ad suã / sed ad
subiectorũ dũtaxat vtilitatem edicta proponẽs:
vt ex eo cognoscatur ꝑfectissimus ⁊ summus ꝑ
omnia ⁊ sup omnia dominus: non ꝙ seruo / sed
quia ipso penitus indiget seruus. Qui non indi
get inuestigatione aut descriptione ministrorũ
calculando scire subiectos: quoniã angelorum

ꝛ hominũ/bonorũ atq̃ malorum sibi soli est co-
Ps.46 gnitus certus numerus. Qui etiam nouit multi
tudinẽ stellarũ: ꝛ oĩbus eis nomina vocat. Nec
ignorat numerũ capillorum ꝛ foliorũ/arborũ et
animaliũ atq̃ ferarũ: ꝛ arenam maris ipse dinu-
Sap.11 merat: Et omnia prout fecit/sic ꝛ mẽte gerit in
numero/pondere ꝛ mensura: ꝛ qui filiorum no
mina scripserat iam in celis: iuxta quod dixit:
Mat.5 Gaudete et exultate: quoniã nomina vestra scri
pta sunt in celis. Et non solum christus in eo ꝙ
sit super omnes/futurus erat: in populo iudeo-
rum prefiguratus ꝛ prophetatus erat: sed etiã
de ipso in populo gentiliũ prophetie atq̃ presa-
gia sunt inuenta. Ecce sub vno Augusto cesare
orbem describi iubente: qui bello/armis/tyrãni-
de acquisiuit imperium: mundo ẜm carnẽ nascit
dei filius: qui auxit virtutibus hunc inferiorem
orbem: beatitudinibus ẜo incõprehensibilibus
atq̃ ineffabilibus superiorem excellentissime de
corauit. Cesar vnus magnus/mundo nouus: q
per suam excellentiã ab omnibus segregatus et
cesus: ꝛ cõmilitones suos ab omnib⁹ visibilib⁹
voluit esse cesos: et per abdicatum amorẽ segre
gari mandauit: ceu pulchra cesarie cõptus apo
stolorum/discipulorũ/atq̃ cunctorũ fideliũ: qm̃
Apoca.1 caput eius et capilli erant candidi/ tanq̃ lana al
ba et tanq̃ nix: q̃uis et sponsa eius hunc impe-
Canti.5. ratorem sponsum suum aliter circa eum affecta
denunciet/dicens: Caput eius aurum optimũ:
come eius sicut elate palmarum/nigre quasi cor
uus. Quod cum cetera dicta conueniant: tamẽ
inter albedinem et nigredinez distare videt: sed
in mysterio congruit: eo ꝙ albedo ad mundiciã
et puritatẽ/nigredo ad penitentiã et ad miseriã
nostri incolatus pertineat. Qui anteq̃ in orbe i
carne fieret/ipsum fecit: quia mundus per ipsuz
factus est. Ipsumq̃ describit: q2 cuncta cogno
scit. Nec tyrãnide vnq̃/aut quomõlibet vsurpa
to dominio: sed eum pater heredem constituit
vniuersorum/per quem fecit ꝛ secula: qui cuz sit
filius/et heres per deum.

¶ Descriptio orbis: locus natiuita tis; egressus de vtero virginali.

Capitulum IIII

Lu.2. Hec descriptio prima facta est
a preside syrie cirino. Hic pre-
ses in prouincia syrie a cesare et a sena
tu vrbis cõstitutus erat: tũc ille denuo
edictũ descriptionis accipiens: nõ authoritate
sua/sed authoritate imperatorie maiestatis age
bat. In qua descriptione hec sũma requirebat:
vt numerus oĩm hoĩm haberet: et imperatori Au
gusto et senatui rhomano notus esset: ad osten
tandũ vel ostendendũ quãta gloria/ et quãta hu
mana laude rhomanus populus attollẽdus eẽt
q propria libertate sibi omnẽ orbem subiecerat.
Fertur ꝙ tunc in vrbe Rhoma nonagies tri-
cẽties milia hoĩm et octuaginta milia amplius:
exceptis senibus ineptis ad militiã et mulierib⁹
et paruulis: in etatẽ armigerã reperta sunt. Sed
vt descriptio hec seriosius fieret: ibant oẽs
vt pfiterẽtur singuli in suã ciuitatẽ.
Joseph aũt spõsus marie virginis/ex precepto
ꝛ reuelatione angeli/ amoto timore atq̃ suspitio
ne de cõceptione virginea dũxerat eã in domũ
suã: nõ intuitu cõsummãdi matrimonij per car-
nalẽ copulã: cũ nec agnouerit eã: sed ad conue-
niendũ/habitandũ/ꝛ cõmunendũ/ꝛ ad custodien
dũ eã. Qui cũ esset nazareth/volẽs parere decre
to cesaris/qui vniuersum premebat orbẽ: ex cu-
ius etiã ordinatione atq̃ rhomani senatus ꝑ fa-
milias ꝛ trib⁹ seu genealogias fiebat descriptio:
q̃obrem eos q erant in alijs ciuitatibus/ oporte
bat ad illam ciuitatẽ tpe huius descriptionis cũ
censu redire: in qua ex antiquo sua genealogia
ꝑamplius seruabatur. Proinde: Ascẽdit et
Joseph a galilea de ciuitate Naza-
reth/in iudeã ciuitatẽ dauid/que vo
catur bethleem: eo ꝙ esset de domo
et familia dauid: vt pfiteretur cum
maria despõsata sibi vxore pregnã-
te. Nõ liberantur a decretis ꝛ ab exactionibus
imperatoris seculi/parẽtes dñi saluatoris: nec a
deo/nec ab hoĩbus eximuntur ob aliquod insi-
gne virtutis. Nec adhuc tẽpus aduenerat/ vt ꝑ
hãc exceptionẽ mysteriũ hoc diuinũ ꝛ occultuz
clarescerer: cũ christus iã perfecte factus etatis/
in multis miraculis clarus/voluit exactionib⁹ ce
saris ꝑ petrũ dari tributũ ad scandalũ deuitcen Matt.17
dũ. Voluit oĩno christus ab ipso natiuitatis sue
exordio subiacere legibus tãq̃ hõ: ne videretur
rempublicã cõturbare voluisse/ qui venerat ad
melius reparare corruptum: insinuãs ꝙ iuste re
gnũ gratũ habet: ꝛ oĩa sibi sanctio est accepta/
q in pace atq̃ in iusticia rempublicã seruat. Nec
aduersari debẽt potestati eque regenti quicũq̃
mortales: cũ ei subiacere voluerit in humilitate
deus. Et oĩs potestas a dño deo est: ꝛ q potesta Rom.13
ti resistit/diuine ordinatiõi resistit. Igit ascẽdit
ioseph a nazareth: vbi cõceptio celebrata est/et
incarnatio verbi dei: ꝛ venit bethleẽ ciuitatem
dauid/vbi erat celebranda natiuitas. Presagi-
unt mysteriũ atq̃ cõueniunt christi futuris acti-
onibus iste due ciuitates/nazareth ꝛ bethleem:
si ipsarũ significationes ꝛ prouinciarũ/ vbi site
sunt/in exquisitã speculationez deueniãt: vt nec
alibi concipi/nec alibi nasci debuerit q̃ vt est.
Erat aũt hõ de familia dauid ꝛ de tribu iuda: ex
qua ẜm carnẽ christi est facta traductio/ẜm re-
promissionẽ quã fecit: De fructu ventris tui po Ps.131
nã super sedẽ tuã: vt domus ad progeniẽ/ fami-
lia ad familiaritatẽ morũ ꝛ vite referatur. Pro-
fectus ascenderat iuxta edictũ cesareum/ descri
pta progenie/descripto noĩe/descripta ciuitate
datoq̃ cẽsu: pregnãs tñ maria erat/vicinaq̃ par
tui: cuius ioseph sic sollicitã gerebat custodiaz:
vt postq̃ illã iussu angeli in cõtuberniũ duxerit:
nec eã dimiserit/ducens illã secũ sibi desponsa-
tã/non cognitã. Que improuisa venit/de tẽpore
partus nõ cogitãs: diuine directioni ꝛ guberna
tiõi oĩa derelinq̃ns: cũ diuina operatiõe/nõ hu-
mana/cõcepisset: nihil secũ deferẽs/q edita pro-

les in cultu educatiõis inquirit. Similiter & spõsus ioseph improuide venit: Nõ eñi ascendens bethleẽ vt pareret ibi mariã secũ duxit: sed vt profiteretur/ascendit. Diuine quidẽ factũ est vt illã duceret: & vt ibi nescia tẽporis/vicina partui peperisset. Unde: Factũ est aũt cum essent ibi: impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filiũ suũ primogenitũ. Uenerant ioseph & maria bethleem: nec infra ciuitatẽ fuerant hospitati/ob multitudinẽ eorũ q̃ aduenerant: sed in quoddã epidochiũ seu diuersoriũ extra ipsam/in quo paupes diuertebant. Urgebat qdẽ hos sic hospitari paupertas: magis aũt diuina dispositio sic agebat/ propter mysteriũ & presagiũ futuror. In quo tpe/in quo loco impleti sunt dies virginei partus: ignorati tamen a custode virginitatis & ab ipsa virgine paritura: soli deo cogniti. Et peperit filium suũ primogenitũ. Signata locutio a spũscto edita: peperit filiũ suũ sez virginis parientis/ nõ ioseph putatiui p̃ris: vt duorũ parẽtũ traduce carnis non sit filius/sed vnius: quanq̃ eterni patris ab eterno filius sit eternus. Primogenitũ: nõ ordine posteriori/ vt haberet sequentẽ quẽ nunq̃ habuit: sed ordine anteriori: quẽ null⁹ ex vtero virginali nascẽdo precessit. Peperit virgo virũ: viri nec vsa consortio: Imo femina deũ ineffabili modo. Nam ille de⁹ qui virginis vterũ ingressus est/non satus: egressus est sua virtute: sua potestate/nõ humana lege: supraq̃ oẽm humanã cõprehensionẽ eius celebratus est partus: nõ natus ptãte parientis/nõ nature impetu quo decursis nouẽ mẽsibus fetũ vi ex vtero natura depellit: vbi doloribus angitur pariẽs: tristiciaq̃ tenet cũ illã venit in horã: vt maiorib⁹ cõfodiat penarũ aculeis cuz parit/q̃ fuerit refecta delectationibus cũ concepit. Nec violentia ille partus emissus est: vt lege nature non se potuerit amplius intra materna viscera continere/si voluisset: qui naturã oĩbus rebus inditam volũtate sua in omnibus superabat: & potuisset virgineum claustrũ incolere per multa tẽpora nõ turbatũ. Qui q̃uis in illo carnẽ assumeret/non destiut esse quod ab eterno erat: qui voluntate/nõ necessitate oĩa fecit: hecq̃ faciebat q̃ sic p mortalibus nasceretur: factusq̃ absq̃ peccato mortalis: non vt semper esset mortalis/sed vt mortales ad vitã proueheret ex mortuis: vt & mortalis competeret morte multatis atq̃ multãdis: et natus mundo & in mundo cõditor eius. Nec duarum personarũ est celebrata natiuitas/sed vnius: q̃uis duarũ naturarũ ex vtero virginali sit celebratus egressus: quarũ vnius tñ in cõcipiẽdo in eũdẽ vterũ sit factus ingressus. Nõ enim humana natura in illũ vterũ est ingressa per semen: sicut protoplasto traducta propagat: nec alia lege immissionis exterioris christus vt homo est satus in virgine: sed ex ipsa virtute spũssancti caro ministrata est. Natura vere diuina i assumente verbo suo ineffabili mõdo duntaxat in vterũ virginalẽ/humilẽ fecit ingressum: ex triũ substantiarũ vnione perfecto expectato tẽpore/in cõmuni nature ordine deus & homo p virgineã portam nasci dignatus est: inde incipiens esse docibilis/quo cepit esse visibilis: natus inter omnia/naturatẽ omnibus certis legib⁹ ordinans: & ordine nouo natus/humanũ gen⁹ ad nouam nationẽ prestruxit. Et clare factũ est quod olim sertũ erat in humana natura et post peccatũ: vt in illa mũdo visibilis dei filius appareret: & in eadẽ plagata carne superinducta sanctificatione demũ medicina reperta est. Excedit ingenij humani similiter & eloquij facultatẽ/ q̃ nõ satus in virgine/sed ea lege qua non satus nec natus agnoscit: sed diuina virtute fieri creditur omne quod agitur. Taciturnitate potius opus esset q̃ disertione verborum: vbi a grandi materia intellectus humanus obruitur: etiam & angelic⁹ superatur. Quid eñi est q̃ fari gestit hõ mortalis: nisi q̃ in tempore venit eternitas/immensitas in mensurã/creator in creaturã/ infigurabilis in figurã/inenarrabilis in sermonez/ inexplicabilis in linguã/incircũscriptibilis in locũ/inuisibilis in visionẽ/inaudibilis in sonuz/inolfactibilis in odoratũ/ingustabilis in cibũ/impalpabilis in tactũ/dñs in seruitutez/imperator in vile obsequiũ/libertas in mancipium/liberator in precium/expeditus in cõpedes/sanitas in egritudinẽ/satietas in famẽ/fons in sitim/continens in contentũ: artifex ingrederetur opificiũ suum: longitudo in breuitatẽ/latitudo in angustum/sublimitas in imũ/nobilitas in ignobilitatẽ/gloria in cõfusionẽ: vt ista sit in isto ineffabiliter nato cõsisterẽt: nec vnũ opprimeret ex altero/nec alterũ ex reliquo pelleret: donec humane redẽptiõis cõsũmato mysterio oĩ penali deposito i carne duntaxat glorioss resurgeret/ celosq̃ penetraret. Quid ẽ quod ctedẽdũ: nisi q̃ eo malo se dei filius induit/quo nos exuere nitebatur excepto pctõ: a quo etiã nos exuẽs nõ assũpsit. Et progauit magnũ insigne hoibus. Fact⁹ est hõ/vt homies deos faceret: nõ natura/sed grã similitudine nõ substãtia: q̃ caro fact⁹ in vtero in hãc lucẽ ex illo pcessit ipse lux incõprehensibilis creatorq̃ lucis. Et in assũptis minorat⁹ a creaturis suis atq̃ suppositis: illis in aliq̃b⁹ eq̃lis: i vtroq̃ assũptor minor fact⁹ ab ãgelis: iuxta illã Dauidicã sniam: Minuisti eũ paulomin⁹ ab angelis. In altero ab elemẽtat⁹ ex elemẽtis/edit⁹ sub celo/sub stellis atq̃ planetis: q̃ oia ex nihilo in esse pduxit: vt illo p assũptũ iponeret vnde venit: & ex illo suscitaret quo ipẽ descẽdit: Suscitãs de terra inopẽ: & de stercore erigẽs pauperẽ. Et nõ solũ esset assũptũ vt vna eẽt psona: sz singlos se crediturs sibi similes i assũpta natura. Equs eqdẽ apparuit: qm̃ seipm exinaniuit/formaz serui accipiẽs: in siltudie hoim fact⁹/& habitu inuent⁹ vt hõ. In cui⁹ natiuitatis hora digna fari appuerit: vt pariẽs obtegeret a nube: nec vlli cognita/neq̃ visa dũ peret: nullo pgrauata dolore nec fatigata penis/aut i aliq̃ ibecillis: sit pariẽtis sic & obstetricis sola gessit officiũ: null socitata cõ

Ps. 8

Ps. 112

Phil. 2

pācibus: nullis fulta pedissequis: vt pio errore
multi autumauerūt. Sic bethleē venit: sic stetit
sic pepit: sic oībꝰ pūata copijs: sicut paup mulier
paupis carpētarij vxor incole se habēs: ⁊ in epi
dochio icognite ꝯstituta. Que ilico surgēs/ edi
tū partū anteꝙ̄ tāgeret adorauit: primo prima/ i
pfunde humilitatis abysso/ genuflexo/ pcliuo
corpe sup terrā: deinde letabunda pariter ⁊ tre
mebūda/ suspenso in admiratione anio/ cepit in
manibus prolē: suscepit ad genua: peregit non
dū experta oīe obsequiū noui partꝰ. Sed hoc
omnē animū fidelē in abyssum tante humilita-
tis cōsyderando demergit: vt nil esset pparatuꝫ
ad tanti regis exortū. Et comparatio aliorū na
scentiū in tanta cura parentū et assistentiū/ ⁊ eo
rū que requirunt ad proles procerū primo susci
piendas ex vtero matrū: plus ostēdit quāta fue
rit carentia oīm in ortu saluatoris. Qm̄ ⁊ nascē
do mōstrauit mundi contemptū: cū inops/ ege-
nus ⁊ pauper ingredit cūctorū creator existēs.
Baiulat sola solum: ⁊ monas monadē portat.
Fert a puella puer/ deꝰ a femina/ creator a crea
tura. Lactat ab vbere vbertas infinita: et a ne-
scia plis alēde/ ipsa sūma sapientia gubernatur.

¶ Genealogia christi texitur: secun-
dū Mattheū et Lucā. Capi. V.

Ex quibus aūt iste primogenitꝰ virginis
vnigenitus dei sm carnem originē tra
xerit/ euangeliste declarāt. Unus breui
ori serie descendendo: ab eo incipiens qui pri-
mo repromissionem de ipso nascituro recepit:
alter a putatiuo patre/ calculans vsq̄ ad deū pa
trē ascendendo puenit: q̄ hunc vnigenitū misit.
Non aūt ociose describitur genealogia saluato
ris: ne crederet aliunde natus ꝙ̄ ex his patribꝰ
qui cultum vnius dei nūc tenuerūt: et appellati
sunt populus sanctꝰ dei. Adhuc etiā nemo hesi-
tet/ aut perperā iudicet si aliq̄ peccatores et pec
catrices in saluatoris generatione ponunt: qm̄
p peccatoribꝰ ipse carnē assūpserat. Nec pctm̄
originale ex traduce carnis ptractū/ ad eū in ma
terna carne sanctificata seu purgata peruenit.
Cuius genealogiā sic mattheus seruādo descri
Mat.1. bit: Liber generatiōis iesu christi fi-
lij dauid/ filij abraā. Prepostera locutio
ē. Nā prior abraā/ posterior dauid: sed christo i
genealogia vicinior. Et dū pdicaret iesus/ mira
culaq̄ faceret: dauid filius acclamatꝰ est. Et Jo
seph pater putatiuus eius (vt supra dissertū est)
erat de domo ⁊ familia dauid. Et tēpore dauid
erat distinctio tribuū iā facta ex filijs iacob: que
nondū erat tēporibꝰ abrae. Quāobrē primo po
situs est dauid tanꝙ̄ insignior in genealogia: q2
rex: q2 de tribu iuda/ ex qua christus carnis tra
duce descendit: quia ad ipsum de christo repro
missio facta est. Et tn̄ in vita sua christꝰ eius fili-
us dictus et primior sibi: qui etiā dauid filiꝰ mul
tis interpositis fuit abrae. Proinde mattheꝰ he
breus scribens in hebreo/ sic cōtexuit: Liber ge
nerationis iesu christi filij dauid: scꝫ lōga tradu
ce carnis multis iterpositis: filij abraā. Hoc aūt

refert ad dauid/ vt filiꝰ dicat abrae: aut ad chri-
stū/ vt filius dicatur duorū ppter repromissionē
eis pcipue factā. Uterq̄ sensus ꝯgruit veritati.
Abraā genuit isaac: isaac aūt genu
it iacob. Jacob aūt genuit iudam et
fratres eius. Judas aūt genuit phares et za
rā de thamar: phares aūt genuit esrom. Esrom
aūt genuit arā: arā aūt genuit aminadab. Ami-
dab aūt genuit naasson: naasson aūt genuit sal
mō. Salmō aūt genuit booz de rachab. Booz
aūt genuit obed ex ruth: obed aūt genuit iesse:
Jesse aūt genuit dauid regē: dauid aūt rex ge-
nuit salomonē ex ea q̄ fuit vrie. Salomō aūt ge
nuit roboā: roboā aūt genuit abiā. Abia aūt ge
nuit asa: asa aūt genuit iosaphat. Josaphat aūt
genuit iorā: iorā aūt genuit oziā: ozias āt genuit
ioathā: ioathā āt genuit achaz: achaz aut genu
it ezechiā. Ezechias āt genuit manassen: manas
ses aūt genuit ammō. Ammon aūt genuit iosi-
am: iosias aūt genuit iechoniā et fratres eius i
transmigratione babylonis. Et post trāsmigra
tionē babylōis/ iechonias genuit salathiel. Sa
lathiel aūt genuit zorobabel: zorobabel aūt ge-
nuit abiud: abiud aūt genuit eliachim: eliachim
autē genuit azor. Azor autē genuit zadoch: za
doch autē genuit achym. Achym aūt genuit eli
ud/ eliud aūt genuit eleazar. Eleazar aūt genuit
matthan: matthā aūt genuit iacob. Jacob aūt
genuit ioseph virū marie. De qua natus est ie-
sus qui vocatur christus] Ecce a quibꝰ patribꝰ
christus ē natus i carne. Perspicuū est christū
ex iustis et ex pctōribus traxisse carnis originē
nō tn̄ ita iustis vt nō idigerēt misericordia: nec
tn̄ ita pctōribus quin cōuerti possent per indul-
gentiā. Oēs ergo generationes ab Abraā vsq̄
ad dauid generationes quatuordecim: a dauid
vsq̄ ad trāsmigrationē babylonis generatiōes
q̄tuordecim: et a trāsmigratiōe babylonis vsq̄
ad christū generatiōes q̄tuordecim. Et oēs ge
nerationes ab abraā vsq̄ ad christū generatio
nes q̄draginta due erāt. Christi autē generatio
sic erat/ ꝙ mater eius despōsata fuit ioseph filio
istius iacob. Que anteꝙ̄ cognita: nūꝙ̄ tn̄ cogno
scēda: a deo per nunciātē angelū pdicta ē. Que
assensum prebēs/ ex spūsancto virgo concepit:
virgo decursis decē mensibus/ filiū dei i carne
assumpta peperit. Et sic natus est tali genealo-
gia/ vt ptractū est. Et qm̄ triplex est christi nati-
uitas: vna eterna de patre eterno omnino ineffa
bilis: alia tpalis ex carne qua natus est in terris
tertia sacramētalis qua natus ē sacramētis: id-
circo alius euāgelista aliter ascendēdo vsq̄ ad
deū eius schema christū cōtexuit: id ratus/ qm̄
ex carne ipse processit ad nos. Ex natiuitate vo
spūs in elemētis sacramētaliter edita/ nos acces
sum celebramus ad deū. Hinc scriptuꝫ est ilico
post baptismū vocēq̄ paternā. Et ipse ie- Luce.3.
sus erat incipiens quasi annorū tri
gīta: vt putabatur filiꝰ ioseph: q̄ fuit
heli: q̄ fuit mathat: q̄ fuit leui: q̄ fuit melchi: qui
fuit ianne: q̄ fuit ioseph: q̄ fuit mathathie: qui

fuit amos: qui fuit naum: q̇ fuit hesli: q̇ fuit nagge: qui fuit maath: qui fuit mathathie: qui fuit semei: qui fuit iosech: qui fuit iuda: q̇ fuit ioanna: qui fuit resa: qui fuit zorobabel: qui fuit salathiel: qui fuit neri: qui fuit melchi: qui fuit addi: qui fuit cosan: qui fuit helmodan: qui fuit her: qui fuit iesu: q̇ fuit heliezer: qui fuit iorem: qui fuit mathat: qui fuit leui: qui fuit symeon: qui fuit iuda: q̇ fuit ioseph: qui fuit iona: q̇ fuit eliachim: qui fuit melcha: qui fuit menna: qui fuit mathata: qui fuit nathan: qui fuit dauid: qui fuit iesse: qui fuit obeth: qui fuit booz: qui fuit salmon: q̇ fuit naazon: qui fuit aminadab: qui fuit aram: q̇ fuit esrom: qui fuit phares: qui fuit iude: qui fuit iacob: qui fuit isaac: qui fuit abrae: qui fuit thare: qui fuit nachor: qui fuit seruch: q̇ fuit ragau: qui fuit phalech: qui fuit heber: qui fuit sale: qui fuit chaynan: qui fuit arphaxat: qui fuit sem: qui fuit noe: qui fuit lamech: qui fuit mathusale: qui fuit enoch: qui fuit iareth: qui fuit malaleel: q̇ fuit chaynan: qui fuit enos: qui fuit seth: qui fuit adam: qui fuit dei.]

Q; natus iesus pannis a matre inuoluitur: et ĩ presepio reclinatur: secundũ Lucam solum. Capi. VI

Signanter euangelista p̱ spiritũsanctuz expressit: q̧ virgo mater alias mulieres in partu sibi obsecundãtes nõ habuit: (Luce. 2.) cũ solũ de ipsa singulariter dicat: q̧ pãnis eũ inuoluit: et reclinauit eũ ĩ presepio: q2 nõ erat ei locus in diuersorio. Inuoluit pãnis oĩa explicãs explicatus: et fasciis stringitur platonicus infinitus. Et qui latas celi plagas elementorũq; campos creans ampliauit: paruulis linteolis fasciatur. Pater verbum explicat: ꝛ mater carnis inuoluit. Nud9 ex terra pduꝯ hõ primus: nudusq; nõ perfusus pudore manebat: quousq; peccãdo ex rubore pallesceret. (Gen. 3.) Et erubescens pizomata ficus accepit: deinde de paradiso depulso dñs deus tunicas pelliceas fecit. Equidẽ sed nec iste ob illaz aut similẽ causam pannis operiẽtibus nuditatẽ inuolut9 est: sed ob defectũ nature sibi inculpabilẽ quem assũpsit/ vt similis esset p̱ oĩa fratrib9 suis: et ad tegumentũ damnose verecũdie/ quã humanum genus incurrerat. Et vilitate pannorũ tecta est illa supba nobilitas/ quã ex suggestiõe sathanica desyderauit adã. Et absterse sunt nostrorũ peccatorũ feces: necnõ et condemnate sũt pompe indumentorũ ex fastu mortaliũ: cũ rex etern9 rex omniũ seculorũ vilibus tegumentis inuolui tur: que (vt pie creditur) nec preparata erant ꝓuisione parentũ: sed aut erant illi panniculi ex velamẽtis virgineis/ aut forte mutuatis. Ac p̱ hoc in vtroq; paupertas ꝛ vilitas innuit: in eo q̧ sic in paupertie natus est/ ꝛ vilitate opertus est. Initiauit caput ecclesie christus viã nouã in his bonis que mundus abhorret: ꝛ dilexit que mũd9 odio habuit: extorsum faciẽs/ natus ab his tamius q̧s magnus effectus predicaturus erat fuisse introitum ad regna celorũ. Cepit ab ea hora/ qua mũdo apparere voluit/ prius facere q̄ docere altissimã paupertatẽ rerũ omniũ abdicationẽ: vt ei nõ essent panni nisi viles: nõ sua/ sed aliena edes: nõ amicorũ/ non cõsanguineorũ/ non conducti stabuli determinati hospitis: sed loci vagi atq; cõmunis: vt non crederet natus alicui prius: sed cõmunis omnibus factus: ꝛ totũ diceretur esse diuinũ/ vbi nihil apparebat humanũ. Reclinat in presepio procer: ponitur in stabulo animaliũ irrationabilium rector: iacet in feno factor eius imo dñs eius fenũ factus: quia omnis caro fenum. Reclinat in presepium filiũ virgo mater/ vere pariendi nescia temporis. Etenĩ q̄uis pauper prouidisset de domo ꝛ de his que ad huiuscemodi ministeria requiruntur/ si prescia extitisset. Sed omnia fiunt in contẽptu carnis: in contemptu visibiliũ rerũ: in designatione nascentis qualis ꝛ vnde sit: in cuius ortu nihil mũdiale refulget. Totũ diuina dispositione agitur: propellitur humana prouisio. Arguunt oĩa ista deum non hominẽ purũ/ q̄uis verum. Quis videt introitus tanti regis in hanc vmbratilẽ vitam: ingrediturq; per insolitam portam: quam natura non fecit apertam/ humana opatio semp̱ tenuit clausam. Ingressus eius nullis humanis magnificentijs fultus est: clandestine inopinateq; factus: nemine dei filium in vtero virginali pretubicinãte/ vt regibus seculi: q̄uis de proximo atq; remoto precesserint oracula ꝛ preconia ꝓphetarũ. Sed nullus hanc virginẽ suam matrẽ in vtero suo gestasse dei filiũ dum grauida ferebat/ agnouit: sola ipsa que gerebat excepta: ꝛ matre precursoris/ ꝛ precursore in vtero exultante qui clausus in vtero similiter agnouit. Non de terris/ sed de celis declaratus est: quoniã ipse solus de celo celestis. Omnia vilia/ oĩa penalia/ omnia humilia pro nobis assumpta ꝛ tolerata sunt: vt in ipso/ ꝛ per ipsum/ ꝛ ex ipso essent cuncta nobis meliori conditione donanda. Et q̄nto magis fuerunt humana ꝛ mũdana ꝛ secularia cuncta remota: tanto prestantius diuina credẽda sunt astitisse. Prerogata ẽ spes diuini amphitheatri ad diuinitatẽ spectãdã: cũ ipsa se p̱misit in p̄sepio reclinare: vbi eterni pabuli sub pollicitatione annonã accepimus: nõ q2 iumẽtorũ fenũ/ sed p̱ hominib9 positus ꝛ inuent9 est christus. Infans iacebat: sed vagiens: vt infãs peccatũ primi hoĩs dialogice locutiõis excluderet: ꝛ vagitus eius nos a miseris planctib9 liberaret. Nõ erat ei ali9 in diuersorio locus: vbi p̱terq̄ in p̄sepio poneret. In angustũ venerat/ q̇ latitudines celorũ ꝛ vasta terrarũ fecit. Et venerat lucrari pro hoĩb9 locũ: ꝛ ascẽsurus erat ĩ celũ/ vt electis suis pararet optimũ locũ. Et nũc mire nato nõ est loc9 in diuersorio: nõ capit deũ regio nostra: nec ei in mũdo locus apt9 ad manendũ. Et quẽ celi ꝛ terra nõ capiunt/ in p̄sepio reclinat: igit loc9 erat ei p̄sepiũ. Corpus ei9 assũptũ locabile q̇dẽ ꝛ locũ exigebat ad situ. Quõ ergo locus/ ꝛ nõ locus? Non erat ei p̄ inopia mũdi alius commodior in diuersorio/ vbi multi

diuerterant. Terrena quidē spacia numerosita
te cōsortū angustant: et aptiora sepe ꝓoccupan
tur a potioribus: vilia vero sunt relicta paupe-
ribus: et ipse paupertates seruaturus ꝛ ꝑdica-
turus aduenerat. Altiori sensu exactū verbū ali
ud intelligibile prestat. Non erat ei locus in di
uersorio: quia incircūscriptibilis deus est: sed
reclinatur in ꝑsepio puer homo. Non erat ei
locus in diuersorio aptior sibi in designatio-
nem futurarum actionum eius locus presepij
vero magis. Nam comestibilis panis in come
stione futurus: necubi locatur aptius ꝙ in mē
sa famelicis antepositus: vt accipiant ꝛ come-
dant, esuriemqꝫ depellant. Conficiebat homi-
nes seua fames: qui ratione defessa velut bru-
ta animalia facti erāt: q̄ ad ꝑsepia vt annonā ca
piant, sepe ligantur: ante quos puer Jesus co-
mestibilis in fide: cuius caro vere est cibꝰ: cuiꝰ
sanguis vere est potus: in ꝑsepio reclinatus est.
Nō defuit deo locus, cuius est oīs locus: ꝙuis
nusꝙ locetur in loco. Nō defuisset puero locꝰ
sed locus non erat ei in diuersorio: qm̄ futuris
mysterijs in presepio locus aptior sibi erat. Ni
hil q̄dē preter causam multā et manifestā ab ip
so et ꝑ ipsum ꝛ in ipso dei filio humanato factū
esse credatur: vt eorū gesta per que apparuerūt
abiecta, causa penitus abiecta non fuit.

¶ De vigilia pastorū et euāgelizati one, eqꝛūqꝫ hymno in natiuitate Jesu secūdū Lucā solum. Ca VII

Vigilant pastores bono nascituro pa-
stori: q̄ de seipso protulit cū esset adul
Joan.10. tus: Ego sum pastor bonus. Pasto-
res animaliū pastori angelorū ꝛ animarū excu-
bias celebrāt. Custodi hominū ipsi nascenti, cū
sint ouiū custodes, vices nocturnas agunt. Et
ad insinuandū q̄s est iste qui nascit: ad demon
strandū presagijs in ipsa natiuitate saluatoris:
quid in ipsa ecclesia sit futurū in studio acq̄ren
de salutis. Nā introducendus erat alius pasto
ratus ordo: et alta inuisibilis spūalis ordināda
pastura in vberrimis montibus diuinorū sacra
mentorū atqꝫ virtutū: vt in ratione fidei om̄i cō
sūmato mysterio pastorali pastores boni ꝛ gre
ges sub eterno pastore in montibus eterne glo
Luce.2 rie pascerentur. Hinc est quod dicitur: Et pa
stores erāt in eadē regiōe vigilātes
et custodientes vigilias noctis su-
pra gregē suū. Actio cōsona veritati ꝛ hu-
manū officiū diuinis alludēs: ꝙ pastores in qua
christus natus est regione vigilarent: nō ob ali
ud noctis vigilias transigentes, nisi vt custodi
rent ex mercede cōmissum aut ꝓprium gregē:
ne oberrarent oues: ne lupus raperet atqꝫ disp
geret: vt quod languet aut hebet, confoueatur
vt in caulis seruarentur: vt debita hora proui-
deretur de pastu. Ad hoc vigilia, ad hoc custo-
dia figitur supra gregē. Eadē imagine rationa
bilis pastor sup rationabili grege inuigilat atqꝫ
firmat custodiā: ꝛ a custodia ꝛ vigilia sup irrati
onabilia typus trahitur: quo rationabiles atqꝫ
fideles oues a pastoribus gubernentur. Nō vi
gilabant hi pastores sup noua natiuitate reue-
lata: nec diuina humane, aut hūana diuine de-
clarari cogitabāt. Nō alta sapientes, nō tūc ꝓ-
phetias impleri de dei filio expectabāt: sed viue
bant in simplicitate cordis: i puritate legis agē
tes sollicite officiū cure pastoralis: q̄ sic in lege
vixerūt vt primi christi noticiā exceptis parēte
et Joseph, in terris habuere meruerūt: vt q2 bo
ni erāt bonitate virtutis ꝛ circūcisionis ꝛ obser
uatiōis legalis, mererent christū habere in no-
ticiam cū ceteris bonis. Quia pastores in desi-
gnatiōe mysterij singulariter de dei verbo reue
latū est illis. Hoc eīn ꝑcipue bonū habuit Mo
ysaice legis obseruantia simplex atqꝫ possibilis
vt futuri Christi in fide noticia obseruatoribus
prestaretur: et demonstraretur ecclesia in ortu
capitis q̄liter esset i bene mēbris dispositis vsqꝫ
ad finē seculi regnatura. Simplex deus in car-
ne natus, nō cū carne cōpositꝰ, mēte simplicibꝰ
primo innotescere voluit: qm̄ cū simplicibꝰ ser-
mocinatio eius et nō multiplicatus intellectus
fidei subditur citius atqꝫ facilius. Nec dei filiū
mundo decuit primo predicari ꝑ aliquos sapi-
entes siue potentes, sed per plebeos atqꝫ pasto
res: ne humanis actionibus diuina inuoluisse
crederentur. Inculta est corpore atqꝫ agrestis
vita pastoribus: ꝛ inculte natus se notū fecit in
cultis: astruēs q̄bus expedit ꝑdicatio ꝛ reuela-
tio diuinorū. Hinc Et ecce angelus dn̄i
stetit iuxta illos: et claritas dei cir-
cūfulsit illos. Aduenit angelꝰ dn̄i emissus
celitus ad terras hūani incolatꝰ: ad ima de su-
peris: ad hoīes ex diuinis: āgelus ex officio nū
ciandi dn̄i: ne Luciferiana potestate mitti cre-
deret. Sed cū oēs spūs rōnabiles seu separate
substantie ꝑmanētes ꝛ apostatici dei sint: ꝛ ipsi
us potestati subdant: quid est quod de isto ꝑci
pue dicit angelus dn̄i: Nihil ꝑfecto aliud dice-
rim: nisi ꝙ ille Gabriel q̄ nūciauit precursorē: q̄
missus est ad virginē dei matrē, huius mirenati
nunciare conceptionē atqꝫ natiuitatē: ipse sit q̄
nunc ad denunciandū ꝑdictorū effectū et salua
torem omniū natū, iuxta ipsos pastores assistit.
Aut dicitur dn̄i velut nuncius qui solū domini-
ca venerat nunciare. Et claritas dei circūfulsit
illos. Depellitur et tacetur claritas creati solis
cuius lumen est in potestate diei, nō noctis: sed
solus deus hanc noctem sicut diem illuminat:
cuius claritas perstringit ex omni parte pasto
res in corpore similiter ꝛ in corde irradians: vt
nō paruipenderent factū quod tam insolitū vi-
debatur: nec crederetur fuisse ociosū quod tā
to declarabatur lumine claritatis. Lumē mani
festatur ex lumine: ꝛ a luce clara noctis tenebre
depellūt: ꝛ filij dei et hoīs noua natiuitas ex no
ua claritate noctis innotuit. Qm̄ mūdꝰ innouā
dus erat doctrinis, sacramētis atqꝫ decretis
tanti ꝛ magni regis in clara facta nocte nascē
tis: et pellēde tenebre idolatrie cūctarūqꝫ praui
tatū a corde credētiū erāt: ꝑ eū q̄ vera lux ē illumi

nans oēm hominē in hunc mundū vtiq₃ venien
tē: que cū sit increata/nata mundo/a creata luce
depromitur propter insolitam nouitatem sua/
collustratione insolitos videre deterrente pasto
res. Et timuerūt timore magno. Ma
gnus timor ex magno paruos hos pastores in/
uasit: obstupescunt humana/cum diuina clare/
scunt: et paruus hominis animus superatur a
magnis: et aspiciens inferiora ex subita actione
magna pauescunt. Sed cito auellitur timor q̄ di
spensatiue ad aliquid magnum insinuandū im/
mittitur: presertim cum a substantiis ꝛ supernis
actionibus venit. Diuina prouidentia precūt se
pe tristia/vt gaudiosa sequantur. Propterea se
quitur. Et dixit illis angelus: Nolite
timere. Siue ex assistentia celici seu angelici
spiritus in aliqua visibili assumpta forma stātis
iuxta illos: siue ex claritate circūfulgēte ipsos ti
mor obuenerit: ab angelo loquente remouetur:
subiiciente causam leticie non querule: cum ait:
Ecce enim euāgelizo vobis gaudiū
magnū/quod erit omni populo: q₂
natus est vobis hodie saluator mū
di qui ē christus dn̄s/ in ciuitate da
uid. Gaudiū humana natura in ipsa creatiōe
accepit: cū ad dei similitudinē et ad imaginē fa/
cta est. Et ad vsum corporeū in Eden tenuit mā
sionē/omnibus fulta bonis/ oēm creaturā exce/
dens/preter substantiā separate creatā posita in
illa felicitate paradisi: vbi nil erat aduersum sub
pollicitatione melioris/si mansisset in illis. Sed
statim iniit pro voluntaria culpa suppliciū: et ver
sum est in luctū gaudium eius. Nunc in gaudiū
redit ipsa corrupta ꝛ immulcrata natura in nati
uitate saluatoris: quod euāgelizat preco ille cele
stis/asserēs magnū ad propellendum magnum
pastorū illorum timorē. Magnū ex magnitudi/
ne infinita nascentis ex integritate pariētis: ma
gnū pro virtute: magnū pro nouitate: magnum
pro omni salute: magnū pro eterna beatitudine
magnū pro incōprehensibilitate. Declarat an/
gelus vnde magnū: quia natus est vobis hodie
saluator. Pastoribus territis et timidis ex visis
insolitis quasi singularibus cōmune bonū ange
lus euangelizat eis: pro eis edisserens natiuitatē
domini saluatoris. Ecce gaudiū dicit: vnde cau
setur: q₂ saluator natus est nobis. Nulla gaudii
materia potior/q̄ de magna periclitatione sal/
uatio. Etiā ex hoc magnū: quia magna et certa
damnatio/magnā ex magno liberationē acce/
pit. Quā natiuitatē eiusq₃ causam leticie pastori
bus factā angelus aperit: nō ꝙ duntaxat natus
sit ipse pastoribꝰ/eorū sit de natiuitate dn̄i oīe
gaudiū: cū ipse nō assumpserit incarnando pso
nā/sed et in cōmune naturam humanā: et Esaie
Esaie. 9. vaticiniū pro omnibus intelligitur: Paruulus
natus est nobis: et filius datus est nobis. Sed
quia ipsi velut primitie nascentis ecclesie myste
rium hoc a seculo absconditū/ in tempore reue
latū/cōpletū in plenitudine tēporis/pro se ꝛ oīb
bus subsequis audierunt. Ecce vnde gaudium
propter nascentis officiū: q₂ saluator. Ecce desi
gnat ex nomine ille qui nascitur: quia christus
dominus. Christus ad hominē: dominus ad de
um oīpotentē refertur. Christus: id est/ vnctus
quia reges et sacerdotes in lege veteri vngebā/
tur. De quo per insigne dicitur: Vnxit te domi Ps. 44.
nus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis
Et dominꝰ deus ille est qui natus est. Igitur
ex nascendi circumstantiis/in tuo animo ne vi/
lescat. In ciuitate Dauid: sc₃ Bethle
em: in qua natus fuerat multo ante Dauid: qui
de ipso repromissionē accepit. De fructu vētris Ps. 131.
tui ponā super sedē tuā. Quod ad Salomonem
in carne ad christū in figura seruabatur. Et ipse
Dauid etiā christū in gestis et verbis suis pluri
mis figurauit. Nec Bethleem q̄uis modica ob
humilitatē ad nascendū electa excludebat a my
sterio saluatoris: cū ipsa interpretatiue dicitur
domus panis: ꝛ ipse mirenatus in ea sit panis vi
uus qui de celo descendit. Nō tn̄ ex toto perspi
cuū est/an hoc ꝙ dicitur: qui est christus domi/
nus/sint verba euangelizantis angeli aut scribē
tis euāgeliste. Sed quō se habeat ordo gestorū
huius mirenati duplex nomen ex euangelio cla
ruit: scilicet Jesus: id est/saluator: et Christus/q̄
dicitur vnctus. Sed amplius pie credulitati cō
sonat: q₂ ille idē angelus qui Marie dixit/vt vo
caret eū Jesum: nunc pastoribus declarat eū es
se Christū: ne ipsi et ceteri aliū Messiam expectā
do fallantur. Ecce cōpleta est prophetia ꝓphe/
te/dicentis in persona totius humane nature:
Ego aūt in domino gaudebo: ꝛ exultabo in deo Abacuk. 3.
iesu meo. Jesus dicitur hebraice/latine saluator
qui pro omnibus natus est. Et psalmista dicit:
Cōuertisti planctū meū in gaudiū mihi. Plan/ Ps. 29.
ctus perseuerans ab Adā vsq₃ in presens/de me
rito eius in gaudiū dominice natiuitatis cōuer/
sus est: quod angelus pastoribus euangelizat.
Unde alia maior aut similis gaudendi ratio pro
uenire hominibꝰ potuit/q̄ ꝙ dei filius homo fi
eret inter homines ipsos suo merito saluaturꝰ?
Ac per hoc nō ociose incarnatus atq₃ natus est
inter homines factus homo: sed vt saluaret ab
omnibus periculis in excelsis: Nec hūc mirena
tū ab re pastoribus angelus nūciauit: sed vt que
reretur/quesitus inueniret. Nā ipse quidē mox
vt voluit nasci/voluit ex fide cognosci: voluit in
quiri/ te inueniri ab in simplicitate querētibus.
Et vt credatur atq₃ queratur/angelus altitonat
vt inuentus agnoscatur/nō ex altis/ nō ex diui/
nis/nō ex magnis/ sed ex humanis et imis ipm
designat dicens: Et hoc vobis signum
Inuenietis infantē pannis inuolu
tū/et positū in presepio. Datur signum
de Jesu ꝙ nō in apparatu et cultu regio mundū
intrauit: q₂ infans a nō fando dictus est: existēs
mutus/qui aliis dedit linguā: nō voluens diser/
te suā/qui omnibus loquentibus dat loquelam:
Et mirū supra modū videre verbū mutū inuo/
lutū a matre vilibus pannis: vt ex omnibus pau
pertas ipsa clarescat.

¶ Cur in pannis inuolutio et in presepe reclinatio pastoribus pro signo datur: Canitur ab angelis/gloria in altissimis deo. Capitulum VIII

Quae est ista euangelizatio angelica: vt ad signandū iesum christū dominum inuolutū pannis reclinatū in presepio clamet? Sunt ne ista tria/infantia/ pannorū inuolutio/et situatio in presepio/perfecte signātia saluatorem? Cur pro signo tanti signati aliquid celeste nō dedit? Cur nō induxit in signum illius noctis insolitā claritatem? Cur ei locutionē pro fide nō dedit? Cur nō aliquod magnū insigne pro signo monstrauit? Inueniūtur alta data signa in manu Moysi et Aaron et Helie ⁊ Helizei et multorū prophetarū: vt eorum dicta ⁊ facta crederentur. Quāobrē pro tanto domino vt in cognitionē veniat/designādo tam vilia signa sunt inducta: vt inuolutus pannis/et positus in presepio saluator omniū crederetur? Erant ne pastores tam menti alte subiecti/ vt tā ex vili signo eum crederent omniū saluatorem? Potius autē ex signo dato debuit patuisse contemptui. Uerū quia nihil potuisset inueniri hoc grande mysteriū/ scilicet dei filium hominē factū inter homines pro saluandis hominibus natum: diuine signare deficiens/ima pro signandis diuinis assumpsit: eo videlicet pretextu quod neque inueniebatur aliud diuinum angelicum siue humanū/celeste siue terrestre cōpetens et pro signo sufficiēs ad ea signa se contulit ostendenda/que ostenderent deū ab humanis rebus liberum existentē. Et vt sciretur quod nō venerat in potestate/sed in infirmitate carnis et contemptu visibiliū genus liberare humanum: necnō et ingressum et egressum a mundo voluit concordare: vt in paupertate natus/in illa etiā moreretur. Et cum ipso predicante signa de sua magnificentia et in miraculis quereretur: aliud quam Jone signū pro sua morte et sepultura nō dedit. Equidē consona sunt signa: quia natus: quia mortuus et sepultus: in natiuitate inuentus est infans: ⁊ corā Pilato siluit ita vt miraretur preses. Signum Jone pro sua morte ⁊ sepultura imaginē quandā cū signo dato in natiuitate per angelū habet. Nam sicut natus inuolutus est pannis: sic mortuus syndone inuolutus est/prout mos erat iudeis sepelire. Et sicut reclinatus est et positus in alieno presepio: sic positus ē in alieno sepulchro. Et sicut per quadraginta dies virgo exclusa a templo in puerperio stetit: sic per quadraginta horas mors eius verificata est. Nec etiā aliter credamus hūc Gabrielē angelum aliter perfecisse diuina iussa quam ab ipso iubente accepit: nec ipsum aliter designasse quam ipse signandus edixit: quia sic precepit vt voluit: sic voluit vt decuit: sic decuit vt ab eterno extitit ordinatū atque preuisum. Cuius rei querere rationē nihil aliud dixerim quam velle inuestigare superbe infinitā et irreprehensibilē et debite agentē omnia domini voluntatem. Que cum inuestigari a mortalibus nequit; in aliquo errare non potest: que laudanda semper ab hominibus de omnibus est: nō discutienda per quare: fortassis signū dabatur vt inuentus cognosceretur: cū nullus vnquam natus sic extitisset expositus. Non ideo datū vt fides huiuscemodi nati infunderetur pastoribus: cum nulla signa sufficiētia sint ad fidē: quā solus deus infundit sua beneficentia largitatis/nō merito capientis. Nō enim angelus predicabat aut infundebat fidem sed predicabat credenda etiā speranda et diligē da per illā. Uerum quia homines nō hymnizabāt huic clandestine atque incognite nato: multitudo celestis militie ipsum cognoscēs/ hymnizabat: et fiunt in laudibus familiares hominibus in terris quos in celis sperant habere cōciues. Et ne credatur vnius duntaxat huic mirenato angelus astitisse cum precone: primo nouitatem actā pro hominibus super terram/ celestium ciuium/separatarum substantiarū/diuinorū spirituū in formatis vocibus ex assumptis corporibus multitudo consonat. **Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis laudantiū deū et dicentiū: Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone volūtatis.** Sine intercapedine temporis cum angelo euangelizante deum/celestis militie multitudo collaudat. Et confestim quod mirenatus declaratus fuit ab angelo pastoribus: insonante per vocē sibi militia celestis alludit in testimonium dati preconij: vt nō solum in ore vnius/sed in ore plurium ex celo dicentium testimoniū verū fiat. Et in excellentiam noui partus: quia peperit virgo mater: nec nō in illā ineffabilē humilitatē laus illa tēdebat/ qua deus homo factus voluit mūdo nasci. Mirabatur celestis illa militia ducē suum talibus armis indutum ad nouum congressum cadentiū angelorum. Et deficiens intelligere/laudat vocibus quod miratur. Mos tamen est assistentium militū/regē laudare sibique applaudere schemate nouo vestitum. Militia quidē in ipsa natiuitate celestis apparuit: ⁊ humanis auribus vocibus assumptis intonuit que duci suo semper immaculate in supernis assistit ⁊ ipsum descendentē ad terras sequitur: nō querēs quo eat infallibilis et eternus dux: sed sequēs quo iuerit cū aduersis parata bellare. Et ne crederetur iste mirenatus homo duntaxat de terra terrenus/sed de celo celestis: ideo eū militia celestis laudibus effert. Que idcirco militia celestis dicitur: quia infatigibiliter pro hominibus terrenis militāt/ vt possint esse celestes simulque cōciues. In quorum similitudinē in plenitudine temporū/ducē suum factū agnoscunt: qui eos in principio creationis ad imaginē suā et similitudinē fecit: vt nunc versa vice quod dedit assumpserit. Et hymnizat diserte illa superna militia/ edisserens quid obuenit: quia gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Nō gloria noua deo quod ab eterno incōmutabiliter atque inuariabiliter gloriosus extitit: neque ab imis gloria infer-

sit in summis: sed ex noua natiuitate verbi sui
ab hominibus amplius glorificādus ē atq̧ lau-
dādus. Peramplius quidē q2 p nobis verbū ca
ro factū est: q̄ q2 nos fecit ex nihilo: ꝛ in esse pro
duxit. Et ex innouatione facta per verbū / etiā q̄
blasphemabant: qui idolatrabāt: ad glorifican-
dū et laudandū deū conuertenſ: sicut Esaias de
Esa.43. dño ait: Ecce ego facio noua: et nūc orientur: ꝛ
cognoscetis ea. Ponam in deserto viā / et in via
flumina: ꝛ glorificabit me bestia agri / dracones
et struthiones: Quia dedi i deserto aquas / ꝛ flu
mina in inuio: vt darē populo meo potū electo
meo. Populū meū formaui mihi: laudez meam
narrabit. Hec oīa referunſ ad verbū incarnatū
et ad populum christianuz. Ipsum est nouū: q2
nouum fecit dñs super terrā. Ipse christus via
ipse flumen / ipse aqua / ipse potus. Cetera quidē
ad populū collectum de gentibus. Seu etiā q̄a
gloria erat hominibus in altissimis coraz deo:
pax quidē solum bonā voluntatē habētib9: q̄m
Esa.48.et.57 non est pax impijs / dicit dñs deus. Ad impieta-
tem tendit bona voluntate carere: quia nihil ad
pietatem prestantius in hominibus inuenit.

¶ De transitu pastorū vsq̧ bethleē et inuentione iesu: et de primis epiphanijs: secundū Lucā solū. Ca. IX

VErum q2 non ab re angelica voce de-
claratum est: q̄ qui natus est / saluator
est et dñs seculoꝝ: sed vt quereretſ: et in
dicatus est per signū / vt inuentus cognosceretſ:
opportunū erat ex debita et honesta decentia:
vt hi qui hoc celeste oraculū audierant / quia ad
querendū illum in animo moti / simpliciter et in
Luce.2. corpore mouerētur. Unde: **Et factū est vt
discesserunt ab eis angeli in celum:
pastores loquebātur ad iuicē: Trāseamus vsq̧ bethleez: et videamus
hoc verbū quod factū est: quod dominus fecit et ostēdit nobis.** Perspi-
cuū est angelos in celo existētes / ad deitatis cō-
spectū ad sequendū ducem ipsoꝝ velut milites
infra nostra inferiora descēdisse: cum pacta euā
gelizatione de mire nato / ꝛ hymno dicto / in ce-
luz vnde venerant fecere regressum. Pastores
autē ammirantes in aīo de tanta oraculi nouita
te / atq̧ de mysterio delectati: ad inuicem confe
runt: quid agendū pponunt: et condicūt q̄ non
ociose hoc eis extitit indicatū et manifestatum
tam ab eterno secretū: et q̄ arguendi essent at-
q̧ mulctandi / si hanc negligēter quererēt noui-
tatē. Deliberant transitū ab eo loco quo erant:
vsq̧ quo saluatoris eis est enunciata natiuitas
visendi causa verbū eternū: quod erat in tpe ca-
ro factū: et per angelū eis ostensum. Et serian-
do verba post angeloꝝ discessum: vt nec eos vi
derent in assumptis corporib9: neq̧ audirēt in
vocibus: pastores ad inuicem sunt locuti: expri
mentes ex cōmuni deliberatione quid agendū:
dicentes scz: Trāseam9 vsq̧ bethleem: ne cuncte
mur amplius / ne nostra mora possit esse aliqua
frustratio: et videam9 et agnoscamus hoc ver-
bum quod ab angelo factū est nobis: seu verbū
scz mysteriū antefactū: seu negociū quod factuz
est. Luce clarius liquet / q̄ fidē inhesitantē ange
lo euangelizāti dederant: cū dicunt quod factū
est / q̄ solus dñs fecit: ab alio nō factum / neq̧ fa
ctibile. Et ostendit nobis: angelo scz docente
per fidē. Ostendit omnipotens deus pater ver
bum ab eterno: nō factū / sed genitum: per quod
omnia facta sunt: inter ipsa oīa caro factum: in
angelica seu celica voce pastoribus: vt magni
cōsilij angelus ab angelis / celestis a celestibus:
bonus naturaliter / pastor bonus in effectu fu-
turus: vigilans super salutē generis humani / vi
gilantibus pastoribus monstrareſ: vt a maiori-
bus ꝛ superioribus / scz ab angelis: pastoribus
a pastoribus ad subiectos pdeat in hac vita no
ticia diuinoꝝ: donec euacueſ omīs ordo et oīs
principatus: et ipse deus homo sit oīa i omni
bus. Simplex et affectuosa cōsueuit esse et de-
bet vita pastoꝝ circa subditas oues ꝛ aīalia / qui
bus habent puidere de pastu: et pietatis cultuz
offerre deo de fetibus / quos ex ouiū fecundita
te suscipiūt. Et qui desuper spectator est omniū
respicit super ipsos: vt simul cū muneribus gra
tos accipiat. Sic quidem primus omnium pastor Gen.4.
corde innocens atq̧ manu: et in vtroq̧ iustus
in ipsa infantia seculi omnipotentē deuz hono-
rabat: cui per omnia gratus: a fraterna inuidia
interemptus est. E regione itaq̧ in ipsa renoua
tione seculi extitit vindicatū: cum verbū caro fa
ctum sub celo / primo pastoribus est ostensum.
Multa quidem reponunſ in diuinis volumini-
bus gesta pastoꝝ / attestantia huic mysterio: q̄
dei filius incarnatus ipsis pastoribus est osten
sus: vt nō sit ambiguū recte sapientibus pasto-
ribus animarū / recte viuentib9 / p se atq̧ p sub
iectis omībus a deo supra humanū sensum mul
ta monstrari: et ipsorum iusto ministerio agi et
gubernari decentius ecclesiā sanctam dei. Nā
Moyses in interioribus deserti pascens com- Exo.3.
missum gregem / deum vidit in flamma ignis in
rubo: et audiuit documenta / qualiter oppressū
populū ab egyptiaca seruitute liberaret. Et de 1.Reg.16.
post fetātes dauid accept9 a deo rex iudaici po Ps.77.
puli factus est. Et pphetatuz extitit: Dabo vo Hiere.3.
bis pastores iuxta cor meū. Cōgruum eñ erat
vt daturus pastores in populo iuxta cor tuū: q̄
ad tale presagium primo vigilantibus pastori-
bus pmo ostenderet filiū suū. **Qui venerūt
festinātes: et inuenerūt mariā et iosephb / et infantē positū i presepio.** Ur
gebat celeste preconiū corpore festinare pasto
res: qui ex credulitate festina in animo ad pse-
pium iā vsq̧ peruenerunt: ꝛ eo pedib9 amplius
festinabāt / quo fides āgelicis dictis accesserat
q̄ esset qui erat. Spes exercerat p salute: chari-
tas stimulo p dignatione illoꝝ animos agi a-
bat. Equidem vsq̧quaq̧ assolitū est velocius
agi p corporis effectus / quod agendū i animo
maior vrget affectus. Raro quidem corpus fe
stinat: nisi aliqua mentis affectio festinare cō-

pellat. Nescit amor tarde moueri cum deserit: presertim cũ diuinũ apponitur ad amandũ. Et ipsa tarditas ad querendũ nullius aut modici amoris argumentum existit. Etenim hi qui cor suũ in terrenis thesauris ꝛ rebus perfunctorijs posuerunt: cum queq̃ preciosa relatione cognouerint dono posse ꝯsequi siue cõmertio: data fide/posita spe/amore adiecto: expellunt omnem a corporeis actionibus tarditatẽ: desudãt ꝛ ambulant: laborant et pergunt: ingruunt pericula et transuadunt: in interminatione sunt ṽbera/ plage/expoliatiões ꝛ carceres: minat mare naufragiũ: insidet ĩ itineribus predo: ꝛ crudelis bestia dente venenoq̃ sepe impetit: nec ab his cupidi animus deterret/ne limẽ domus exeat: ne cũ iter inceperit/ repedare disponat. Afficit sepe fame: conficitur sepe ineptitudine hospitandi: socios patitur importunos: ab ipsis plerũq̃ decipitur atq̃ necatur: interdũ ꝓ hominib⁹ hõ consortia bestiarũ/et multotiens int alioꝝ tormenta reoꝝ: et inueniendi cupiditas festinare p huiuscemodi pericula cogit. Quanto quidem esset ocyus pro diuinis muneribus festinandũ vbi talia pericula non obsistunt. Et si aliquando factis aliqua molesta illata seu assumpta extiterunt ĩ corpore: altissima dei premia in remuneratiõe affuerunt. Monet animos vere credẽtiũ festinare ad veras virtutes earũq̃ actiões/ cum audierunt ad presepiũ festinare pastores. Presepiũ et fenum in quibus christus infans adhuc iacuit/sunt ipsa fides et humilitas/ ceterarũq̃ fasciculi virtutũ. Non cunctentur qui de celo agenda didicerunt: sed festinent ne ex tardo molimine arguantur. Etenĩ omnino de celo nobis loquentem aduertimus: quoniã de celo celestis est Christus. Et si qua hominibus sm̃ euangeliũ eius alia lingua fatur: de celo loqui credẽda est. *Prouer. 9.* Scriptum porro est: Doce iustum: et festinabit accipere. Justi isti pastores erant/qui de celo docti festinauerunt accipere quod docebãtur. *Hebre. 4.* Festinemus ergo inquit apostolus/ingredi in illam requiem: vt ne in idipsũ quis incidat incredulitatis exemplũ. Per virtutis ianuam/ non aliunde ad eternam requiẽ introitur. *Gen. 18.* Et Abraam festinauit in preparatione ad obsequiũ hospitum: cũ sibi diuina sedẽti ad ostium tabernaculi sui apparere ceperũt. **Videntes aũt cognouerunt de verbo quod dictũ erat illis de puero hoc.** Videntes oculorũ corporeoꝝ intuitu puerũ inuolutum/in presepio reclinatum/ mariã matrẽ pauperem/in nullo terrena pompa fulgentẽ: et Joseph q̃ senẽ vtriusq̃ custodem: cognouerũt per fidem in corde a deo infusam: q̃ hic erat ille puer ĩfans saluator seculi/de quo eis sermo ab angelis factus erat. Quid ṽo plus habuit ista cognitio: quia viderunt ab illa: quia in voce angeli audierunt: quodãmodo animus mouet: cum vtraq̃ sit in fide. Quoniam si non credidissent/non venissent. Igitur primo cognouerũt per fidem. Cum autem venerunt et viderũt/cognouerunt. Que cognitio si supra id quod humanũ erat omnino ferebatur/etiam erat per fidem. Non eñ oculo corporis deus videbatur in carne: sed pastorũ prima cognitio per fidem erat in verbo angelico vsq̃ ad datum signum: videlicet q̃ infans pannis inuolutus esset/et in presepio reclinatus. Cũ autem viderũt signum quod supra rerũ ordinem erat: etiam et signatum cognouerunt de verbo dicto illis ab angelo: non de ṽbo increato facto incarnato nuperrime mire nato. Et si quod preter signũ datum in ipso signo et signato diuinũ aliquid cognouerunt: quod pie credendũ est: cũ deus nõ eis miserit angelum euãgelizare dũtaxat signũ sed signatum: per fidem tamen/non per speciẽ fuit illa cognitio: scilicet q̃ verbum increatum esset incarnatum: ꝛ q̃ hic puer natus esset in salutem cunctoꝝ. Hoc eñ erat omne verbũ quod dictum est eis de puero hoc: qui sic natus esset saluator christus dñs in ciuitate dauid: ꝛ q̃ esset pannis inuolutus ꝛ in presepio positus. Proinde anteq̃ peruenirent dum euangelicam euangelizationem audirent/crediderunt q̃ natus esset saluator: sed sub dato signo. Cum vero peruenerunt ꝛ inuenerũt/cognouerũt de omni verbo dicto de signato sub signo et de signo in signato. Cognouerũt signum visibile: quia reuolutus inclinatus erat: addiderũt ꝛ credendo cognouerũt signatũ q̃ esset saluator dñs christus q̃ oculo non conspicitur/sed fide tenetur. Et pastores inspectis ab angelo dictis/nõ scãdalizati in tãta despectiõe/sed ampliꝰ in fide roborati/ceperũt feruenter ꝑdicare marie in puerperio existenti/Joseph custodiẽti/ ꝛ cũctis astantibus de ciuitate/illam claritatem quam viderant et illam euangelizationẽ de puero ꝛ angelicos hymnos/vt aure intenta ꝑceperãt: ita vt oẽs sup̃ sensum pariter mirarent. **Nã et oẽs qui audierũt/mirati sunt et de ipsis/que dicta erãt a pastoribus ad ipsos.** Mirabant propter insolita in rusticitate pastoꝝ: qui ad hanc venerant vrbanitatem verborum vt celestia predicarent. Mirabantur/quia non intelligebant non intellectum/sed clausum admirationem in mentibus hominum facit. **Maria autẽ cõseruabat omnia verba hec conferẽs in corde suo.** Non mirabatur velut altiori cognitione plena: sed conferebat in corde dicta pastorum: q̃ pulchre q̃ apte alludebãt ei que sine corruptione conceperat ꝛ pepererat virgo mater. Atsi erat aliter a ceteris in admiratione suspẽsa ꝛ intẽta gestis ꝛ dictis: in fide tñ vt mater existẽs. **Et reuersi sũt pastores glorificantes et laudãtes deũ in oĩbus que audierant et viderant: sicut dictum est ad illos.** Reuertebant pastores ad ꝓpria ꝛ ad solita ꝯuersi ꝛ auersi. Cõuersi ad infantẽ deũ: auersi a stulticia ꝛ a ꝑuaricatiõe iudeoꝝ. Habuit eñ iesus hoc potestatiue ꝓpriũ/ex intuitu solũ simplicium etiam ad meliora corda mutare. Ideo reuertuntur glorificantes

et laudantes deũ verũ/ de deo vero modo nato mũdo monstrato: qꝛ om̄ia que audierãt et viderant/ vera erãt: qm̄ sicut audierunt/ sic et viderãt. Nec plus aut melius põt hominũ humana fragilitas ex datis ⁊ acceptis a deo magnis et paruis: ꝙ corda/ ora/ opera in dei gloriã laudẽq; cõuertere. Nec adest nobis facultas potior ꝟ credendo vicẽ/ ꝙ de omnib⁹ glorificare et laudare olim creatorẽ. Cuius in hac natiuitate verbi incarnati prime incipiunt epiphanie. Nã incarnat⁹ non apparuit: nec manifestum se fecit: sꝫ totum copulans in vtero virginali. Natus vero innotuit primo virgini matri ꝙ deus et homo erat: ꝑ clausam portã egressus de templo corporis sui. Et om̄ibus ciuib⁹ supernis extitit manifestus: qui cũ in voce vnius euangelizante/ in multitudine hymnizante/ vigilantibus pastorib⁹ reuelatus est: qui quesierũt/ inuenerunt: et viderũt/ et glorificauerunt deũ. Ab eo ꝙ mundi creatio cepit/ dei epiphanie ceperunt: cũ tale tantumq; opus declarauit artificẽ. Sed nõ illis intendimus: sed eis dũtaxat ꝙ in carne mundo natus manifestus apparuit: et semꝑ de superis declaratus est: qꝛ nõ de deorsum/ sed de supernis erat: cui superna oĩa obsecundabãt. Et qm̄ in sua deitate mortalibus ab om̄ibus manifestus esse nõ poterat: carne obtectus est velut sol in suo pleno fulgore radians reuerberat per valide oculos intuentiũ: vt tã luce valida nõ figant: sed interdũ nube quadã exili obtegit/ qua mediante conspicit: Et sic deus sue imagini volẽs innotescere: sub vmbra carnis se posuit: hoc i illa faciens/ vt ad manifestationẽ sui sine velamie veniatur. Et spissetũs alios in admiratione suspẽdit:
Psal. 143. ita vt act⁹ ab eo diceret: Dñe quid ẽ hõ/ qꝛ innotuisti ei: aut filius hoĩs qꝛ reputas eũ? Stupens super eo ꝙ deus talibus epiphanijs suijpsius intenderet: ꝙ appareret in carne visibilis: ⁊ ꝙ vellet ab hominibus sciri/ queri ⁊ inueniri.

¶ De circũcisione et declaratiõe nominis christi saluatoris: et de secundis epiphanijs: secundũ Lucam solum. Capitulum X

Circũcidit incorporeus/ sed carne vestitus: et ineffabilis noiatur. Cepit fundi sanguis innoxius ex deo christo: nõ ex forma dei/ sed ex forma serui. Et incognit⁹ vocat ex noie: neq; non satus/ sed satus circũcidenti cultro subiacere tenebatur. Vocatione quidẽ nõ imitatione paterna a christo suscepta ẽ. Etenim ipsa nõ fuit ex lege/ sed ex patribus. Cui⁹ exer
Gen. 17 cito: primus extitit abraam: qui ad distinctionẽ a gentibus alijs: et in fedus ad deũ illã accepit/ non ad iustificationẽ in vitam eternã. Et facta est in porta ꝓpagationis humane: in qua pctm̄ quod est pena peccati/ scriptũ extitit ab ipso adã: vt noscat qui ad hanc vitã satus ingreditur/ qualiter debeat viuere: cũ ex porta circũcisa traducitur. Hoc firmũ documẽtũ illis debuit esse ꝗ circũcidebant hebrei: nobis autẽ figura: cũ christ⁹ illã accipiens abstulit: aliorꝫ modo cõmutãs in illam que agitur cordis. Quam ideo christus accepit: ad confirmandã ꝓmissionẽ factã abrae/ illico post edictũ circũcisionis. Sic em̄ ait apostolus: Dico em̄ iesum christũ ministrum fuisse cir Rom. 15.
cũcisionis propter veritatẽ dei/ ad confirmandas ꝓmissiones patrũ: que scꝫ erant de ipso christo futuro/ et gloria eius sempiterna. Nec nõ et testimoniũ assumpte carnis perualidũ fuit: ꝙ i octaua die circumcisus est/ fususq; sanguis: ꝙ verum humanũ corpus/ non phantasticũ habuit. Et ipse suscipiens testificatus est/ ꝙ a deo data patribus erat: nunc terminãda nobiliori permutatione per ipsum: vt nõ habeat vnde causetur fidelis in christo de duricia cultri/ et tolerando dolore. Altitudo quidem fidei credendoꝝ leuia corporalia fecit. Ex altissimis est fides christianorꝫ: cũ humana siue diuina de christo credũtur: immo quo viliora eo altior fides: cuꝫ ea que sibi nõ videtur competere: quia deus tanꝙ homo perfecit. Dignum protinus est cum spiritualia intendunt/ ꝙ corporalia remittãtur. Igit fides infusa cordi de omnibus actionib⁹ saluatoris: dura in leuia/ ⁊ leuia in leuioribus/ ⁊ leuiora in leuissimis i corpore ꝑmutauit. Nemo igit velut fascinatus repetat circũcisionem: postꝙ abstulit ille qui dedit: in se suscipiens vt subseq̄ non subirent: quoniam omnes fideles in illo circũcisi sunt: caput em̄ illam pro omnibus suis mẽbris accepit. Sufficiens est quidẽ tale caput agere cuncta pro corpore sibi insepate coniuncto. Octau⁹ etiã dies circũcisionis octauũ diem illum denunciat: qui non erit de septem/ sed penitus extra septem: quo veri fideles erunt ab omnibus impertinentibus et materialibus circum
cisi/ durissimo tamen cultro mortis: que sanctis Ps. 115.
preciosa in conspectu domini fit pons per quaꝫ transitur in patriã/ eternamq; vitam/ et in libertatem glorie filiorum dei. Sic eniꝫ euangelicus testis eloquitur: Et postꝙ consummati sunt dies octo/ vt circũcideretur puer. Consũmati octo dies a die natiuitatis: ecce ꝙ eternus ex tẽpore mensuratur: quia creatura inter creatã factus est: et tangitur manibus hominũ homo deus: et manuducitur et reuoluit/ et giratur in latera: et durus cultellus applicatur ad diuinam carnem/ seruato cõmuni circumcidendi more in conspectu pluriuꝫ superstite matre: vt veritas humana clarescceret: ⁊ om̄is suspició tolleretur. Intacta quidẽ extitit impassibilis illa diuina natura: et vere passa/ vere passibilis: vt cõfodiẽs dolor ad gemitũ cõmoueret infantuluꝫ: vt moris est/ turbat ex dolore illa etas octo dierum. Aliter extra sensum humanũ fuisset creditus ille puer/ et potius magia ꝙ hõ verus: si non doluisset: si non ostẽdisset ex ploratu dolorem: vt vnio quidem naturaꝝ semꝑ inseparata mansit/ vtraq; natura manente in ꝓprietatibus suis. Circũciditur in carne deitas incircũcisa: que simplicissima existẽs nihil habet addẽdũ neq; demendũ/ aut quomodolibet decidendũ: solũ ens quod habet habẽs quod est. Illa

vero circūcisa caro seu circūcisus homo sic mā-
sit in signato vt accepit in signo. Nā ab oībus
materialibus rebus ꝛ tempalibus curis ꝛ his q̄
habent possessorē cum seculo conformare vsq
ad regressum ad celos/christus segregatus in-
cessit: ꝛ hoc erat circūcisionis signatū in christo
ꝛ in corpe mystico sancto suo. Signum autem
erat ipsa circūcisio quā accepit corpi suo/quod
est ecclesia: daturus eā in expoliatione corpis
carnis/ad exhibendū illam sibi mundā ꝛ imma-
culatā in conspectu suo/vt digna fieret sociari in
supernis cū substantijs sepatis auferendam: ne
amplius fieret in corpore carnis huius/sed in re
nouatione mentis ꝛ spūs. Mos quidem erat vt
circūcisione peracta/circūcisus puer ad paren-
tum ꝛ cognatoꝝ placitum intitularet ex nomine
quo pter effigiem ꝛ ornatum corporis distincte
homines cognoscunt. Proinde vocatuꝫ est
nomen eius Jesus. Quod vocatum
est ab angelo priusq̄ in vtero conci
peretur. Nomen nō imponit ab angelo: fue-
rat ante pdictum ab actione fienda/nō facta. Ex
officio et opere nomen est: relatiuū quidem ad
eos qui saluant. Magna quidem ingerit huma-
nis cordibus de noīe tali leticia: qr tā in magnis
et varijs periculis existētibus saluator de celis
aduenerit: ꝛ sic vocari voluit pur saluaturus ad
venerat. Propriū est nomē ipsi mire nato: quo-
niam solū sibi ppriū est posse saluare. Substan-
tiuum est: quia verā ꝛ beatā substantiā facit. Ap
pellatiuū est: qr ad saluationem oēs appellat. Ad
iectiuū est: adiecit quidem multa super naturam
conditam. Cōmune est: cōmuniter oībus factus
est iesus. Indeclinabile est: attn̄ p nobis decli-
natur. Et inuariabile cum sit p casus: ex effectu-
bus variat. Si pmum rectum casum accipimus
per eum nomina saluādoꝝ scripta sunt in celis.
Si secundū: per eū vocamur ad veram refectio
Mat. xi nem. Ipse quidem dixit: Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis: ꝛ reficiam vos. Si
Jacobi. i. pmum obliquū: p ipsum pater volūtarie genuit
nos verbo veritatis/vt simus initiū aliquod cre
Jo. xiij. ature eius. Si secundum: omnia sibi dedit pater
Mat. xxviij. in manus. Et est sibi omnis potestas in celo ꝛ in
Ro. viij terra. Et omnia nobis cum ipso pater deus do-
nauit. Si tertium: accusatos damnat/quos ipse
excusare nō potest. Excusat aūt coram patre ac
cusatos penitentes. Si quartū: aufert a suis ele-
ctis omnem tribulationē. Figure simplicis est:
qr simplex omnino est deus. Cōposite: quia ho-
mo ex quatuor elementis: ex duobus/ex anima
ꝛ corpore atq cōpositione membroꝝ. Singula-
ris numeri est: qr solus vnus deus vnus est chri
stus. Pluraficat vero pluralitate bonoꝝ: ꝛ quia
vnius corporis caput in pluralitate membrorū:
Generis masculini: quia masculini sexus. Femi
nini: qr de femina natus. Neutri: neutram bonā
vitam seruantibus. Cōmunis: cōmunitatem in
omnibus diligens. Promiscui: vtrūq sexū ser-
uare disponens. Omnis: omniū creator ꝛ domi
nator existens. Primitiue speciei: quia vt deus a
nullo deriuat. Deriuatiue: qr vt filius a patre ge
nerat: qr vt homo ab ipso creat. Declaratur no-
men illius eo tempe quo nihil noīat lingua car-
nis: ꝛ mutus existit p adā/q ex data sibi ex deo
facūdia omībus nomen imposuit/sicut scriptuꝫ
est: Omē quod vocauit adā anime viuētis/ipsuꝫ Gen. ii
est nomen eius. Longe ante pfiguratū extitit in
ioseph de noīe saluatoris: cuius pharao cū po- Gen. xli.
pulo egyptiaco vertit nomen: ꝛ vocauit lingua
egyptiaca saluatorē mūdi. Jesus autē saluator
dicit. Sic enī et angelus euangelizat: qr natus Luce. ii.
est hodie saluator mūdi. Et in Josue: cuius no-
men vulgatū fuit in omni terra: Nā fuit dn̄s cuꝫ Josue. vi.
iosue: ꝛ nomen eius vulgatum est in omni terra.
Et deus pater cū filio ait: Nomen meum vbiq
vulgatū est: qr ipse saluator omniū est. Et spon-
sa de ipso longe ante pdixerat: Oleū effusum no Canti. i.
men tuū. Effusum per generalē atq vniuersaleꝫ
noticiā. Effusum vt oleum per leticiā: qr ipse no
minatus oleo leticie vnctus est. Effusum p mise
ricordiā: qr oībus miseratus aduenit. Et de da-
uid ad noīs iesu psagium/q sit vulgatū atq dif-
fusum/scriptū est: Diuulgatuꝫ est nomen dauid i. para. xiv.
in vniuersis regionibus. Et ipse dauid pphetī-
ce de hoc noīe ait: Dn̄e dn̄s noster q̄ admirabi- Ps. viii
le est nomen tuū in vniuersa terra. Hoc nomen
potestatis atq officij: quia saluare pōt et saluat.
Laudare nominatū monuit atq cstituit. Sic et
psalmista dicit: Secundū nomen tuū sic et laus Ps. xlvii
tua. Nomini laus addēda ꝛ adequāda est. Quid
igit laude dignius q̄ ille qui solus saluare a peri
culis pōt/ꝛ vult ipsius dūtaxat bonitate: non ta-
men aliquo merito saluādoꝝ. De cuius cfessio-
ne laudis adiectū est: Cōfitebor nomini tuo: qm̄ Psal. liii
bonū est. Cōfessio laudis bono nomini dāda est
Bonū autē est nomen quod spem salutis credē
tibus dedit. Et alibi: Laudate pueri dn̄m: laude- Psal. cxii.
te nomen dn̄i. Et a solis ortu vsq ad occasum/
laudabile nomen dn̄i. Et rursus: Laudabo no- Eccle. vli.
men tuū assidue Hoc quidem nomen sup omne
nomen p laude ꝛ p effectu. Sic enī ait aposto-
lus: Dedit illi nomen quod est sup omē nomen: Phil. ii.
vt in nomine dn̄i iesu omne genu flectat: celesti-
um/terrestriū ꝛ infernoꝝ. Et in actibus aposto-
rum: Preter hoc nō est aliud nomen datū ho- Actuū. iv.
minibus in quo oporteat saluos fieri. Et ipsi di-
scipuli saluatoris non solū verbo/sed facto in tri
bulationibus ꝛ morte ipsum nomen vtiq lauda
uerūt: qm̄ ibant apostoli gaudentes a cōspectu
csilij: qm̄ digni habiti sunt p nomine iesu contu Actuū. v.
meliam pati. Morale quid astruit ipsa circumci
sio ꝛ nominis declaratio: cum post natum dn̄m
pfert nomini saluatoris/quod ante conceptionē
angelus nominauerat. Vel qr ipsa nominis ap
pellatio cum leticia pariter intulit ꝛ timorem: cū
omnes ipse saluator saluos esse voluerit potuis-
setq saluare: non tn̄ omnes eius actione saluan
tur: sed spūales circūcisos salus ipsa consequit:
ideo circūcisio saluatori nomini pꝛogat. Est autē
esseq debet fidelibus christi nō manufacta car-
nis/sed circūcisio spūalis: vt sequat effectus no

saluatoris: de qua in Deuteronomio scri
circũcidite ꝑpuciũ cordis vestri: et ceruicez
am ne induretis amplius. Et rursum: Cir-
et dñs deus tuus cor tuũ et cor seminis tui:
igas dñm deũ tuum in toto corde tuo et in
nima tua. Cor quidem circũcidendum est:
in ipso duricia in credendo: neq; impeni-
post peccatum et ab omni malo et imperti
affectu: vt solus deus et dñs sup omnia di
Et apostolus ad Corinthios: Circũcisio
ꝑpucium nihil est: sed obseruatio manda-
ri. Et alibi: Circũcisi estis non circũcisio-
anufacta in expoliatione corporis carnis:
circũcisione christi. Ecce signata circũci-
ce veritas vmbre ꝑterite. Ecce translatio
nis carnis ad spm̃. Ecce circũcisio spũalis
rcũcisos saluat virtus nominis saluatoris
vocaꝛ iesus: qui omnes saluari volẽs et sa-
is: non tñ saluat nisi spũales circumcisos.
ꝑteriti circũcisi patres salui facti fuissent
ctato aduentu saluatoris ex obseruato fe-
date circũcisionis in ꝑpucio carnis/ nisi ve
habuissent circũcisionem in interiori ꝑpu-
ordis. Declaratio vero iam impositi nomi
hoc ostendit in mẽbris/ vt per omnia virtus
tiani nois inclarescat: quis mẽbra eius nõ
nꝛ nomine iesuano/ aut latina lingua nomi
luatoris. Attamen hoc mentibus hominũ
et esse ꝓximum/ nõ adesse virtutẽ nominis sal
oris: nisi nomen vnctiõis corde/ verbo et ope
rit custoditum: aut porrecta venia ꝑ deli-
Patent autem et clarescũt secunde epipha-
oñs saluatoris: cũ in circũcisione apparuerit
no verus in homine declarato/ ꝙ sit vere de
qui solus saluare in perpetuũ potest: de sup
nomen: desuper insinuatũ est per angelũ ad
ginem: nunc nomen datum eidẽ a deo quod
super omne nomen/ declaratũ est apud oẽs:
per supernũ nomẽ epiphaniatus est.

De ortu noue stelle in ortu salua- ris: in cuius apparitione credẽdo m nouitas excitatur. Et de tertiis iphaniis: secundum Matthaeum ium. Capitulum XI

A D noue supersubstantialis/ inuisibilis
insituate/ increate creatricis in carne
assumpta: nouiterq; apparentis stelle/
ccessibilisq; lucis manifestatione: stella noue
inositatis/ insoliti gressus/ inaudite directio
apparuit: vt a celestibus supercelestis sub ce
n terris editus designeꝛ: vt eius membra fu-
a felicia in ortu noui syderis excitentur. Que
orientali regione ꝑmicando apparens osten
ꝙ ille qui natus est/ oriens est nomen eius: et
occidentem vadẽs/ ꝙ omnia mala occisurus
t occisus. Et contra occidentez culpam siue
culã occidendã et occidentales tenebras de
llẽdas illuxerat: peramplius illustratura hu-
ne mẽtis meridiẽ/ et calefactura septentrionẽ
ex situ mire natũ monstrabat esse celestem.
ue mire facta oculos intuentum ꝓuocauit: et
animos in admiratione suspendit: in ꝓfundã cõ
syderationẽ intrusit: fidez ꝓstitit intellectui: vt in
nouo signo magnũ signatũ crederet: et non esse
cunctanduz huiuscemodi velociter inuestigare
signatũ. Erexit in superis spem/ ex supernis ap-
parens. Inflãmauit affectũ nouitas claritatis il
lius: q2 deus charitas erat dñs eius. Perstrin-
xit exterius oculos noui syderis lux: et interius il
luxit per fidẽ: vt tres sapiẽtes oriẽtales cõmoue
ret in peregre/ vt quererent eum qui se venerat
ostendere requisitũ. Mysteriũ quidẽ magnum
est ꝙ stellam stella demonstrabat. Precesserat
longe ante hominis ꝓphetia dicẽs: Orieꝛ stel- Num.24
la ex iacob. Que non de alio ꝙ ex deo erat: ex il
lius lumbis multis generationibus intermedi-
is ꝯm carnẽ/ per carnem traducta: ad cuius or-
tum expleto matutino stella noue claritatis ap
paruit. Nec nõ a stellis adũbrato mysterio isti9
stelle deifice fideles consignati erant: dũ abrae
multitudo per ipsum propaganda monstratur.
Cui a dño dictum est: Suspice celũ/ et numera Gen.15
stellas si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuũ:
quod de semine fidelium christi ꝓnunciatũ est:
qui designabãꝛ in stellis. Et nouitate stelle oriẽ
talis admonentur in deifera stella stelle futuri
celestes. Sic et moyses multitudinẽ populi nu-
merare nesciens/ cõsignauit dicẽs: Dñs deus Deu.1
noster multiplicauit vos: et estis hodie sicut stel
le celi plurimi. Et alibi: Gloria celi/ species ẽ stel Eccl.43
larum. Et ipse stella suas cõstellas agnoscit: iu-
xta quod scriptum est: Qui numerat multitudi Ps.146
nem stellarum: et omnibus eis nomina vocat.
Nõ loquebatur stella ista et admouebatur: nec
signum existens nominabat signatũ: motu con
trario mouebatur a planetis: neq; motu firma-
menti mouebatur cum ceteris. Ipsa segregata
singulari distinctione a cunctis existens/ segre-
gatum a cunctis ostendebat deum et dominum
iesum christum: quis hominẽ segregata bonita
te omnes bonos et oĩa bona excedẽte. Et mi-
rum quidem et ꝯtemplandum ꝙ iudei scz pasto-
res qui signa petebant/ signis magnis assoliti
erant: rationalem legem habebant: acceperũt
euangelizationem in voce euangelica de excel-
sis: signum autem in imis ꝙ infans esset inuolu
tus in pannis. Gentiles vero naturalibus scien-
tiis et mathematicis intendentes/ stellam nõ lo
quentem viderunt/ et animo et corpe moti sunt:
hoc in animo ꝑintelligẽtes/ ꝙ singularitas stel
le/ singularitas esset signi: ad designandũ singu
larem et incõprehensibilẽ excellentiã designati:
Attamen vox angelica/ stella noua. Illa pastori
bus/ ista magis: illa in oriente/ ista in meridie: fe
req; in occidente de mire nato attruere fidem:
Et vt ad puer venireꝛ/ audientiũ et videntiũ cor
da et corpa cõmouerũt: Sed iudeis pastoribus
signũ et signatũ extitit ipse de celo euangeliza-
tus infans/ pannis inuolutus/ et in ꝑsepio posi-
tus: gentilibus vero magis stella solũ extitit/ non
signatũ. Magnã ꝯsyderationẽ magni mysterii
ratione vtentibus intulit: ꝙ sic varie/ sic differẽ

ter mystice iesus in ortu suo iudeis atq3 gentilibus intimatus est: et q eadem hora qua christus natus est/ vox angelica pastoribus in iudea fieret: et stella noua magis in oriente visibiliter appareret. Et qui propiores erāt deo ex federe circūcisiōis/ obseruātia legis/ ex latrie cultu: citius ppinqui⁹ atq3 festinius inuenerūt: qui aūt remotiores fuerūt a diuinis federib⁹/ tardius accesserunt: omnes vero de celo susceperunt indiciū. Nec refert quibus ducibus quisq3 ambulet atq3 ducat/ dūmodo veniatur ad christū. Octo autē stellas in mysterio istoꝝ magorū reperimus differēter & mystice se habētes: que quasi quadā in vmbra colligūtur: collecte vero sanis intellectibus se ostendūt in quadā inuisibili claritate. Nā stellam videbant sydus nouitatis: stellam habebant fidē veritatis: stellā sequebātur ducē claritatis: stellam querebant regē equitatis: stellā inuenerunt pueꝝ humanitatis: stellā cognouerūt archimatrē virginitatis: stellā adorauerunt verbū dei patris: stelle obtulerunt amatori paupertatis. Sed stella visa signū dirigens ad signatū: que cū sequentes magos ad eū perduxisset/ euanuit. Non enī ad aliud nouiter facta erat: nisi vt celeste signū terrenos hoīes ad regē mire natū et celestē perduceret/ pcedendo sequentes: et per ipsum tertie epiphanie fierent dūi saluatoris. Nā prime per angelos facte erant ea nocte qua eū peperit virgo mater: in circūcisione secūde. Que ideo statim euanuit peracto ministerio ne crederetur vna de ceteris: quarū numer⁹ nūq̄ a prima pductione auctus aut diminutus est. Et ne si mansisset/ credita fuisset sup christū habere decretū: put de constellationib⁹ mathematici opinant. Ipsam quidē deus creādo denuo apparere fecit: et apparendo creauit. Cui⁹ apparitio ad vtilitatē hominū facta est: vt mundo in carne nouiter apparentē ostenderēt. Sed nec mansit in specie aliarum: sicut illa columba que descendit super baptizatū iesum: et ille ignite/ illeq3 lingue in quibus misit apostolis spiritūsanctum: desinētes omnino esse post pactū officiū. Nam tertie epiphanie saluatoris omnium facte sunt per editā nuperrime stellā: vt si in circūcisione apparuit q̄d humanū/ hic cognoscat totū eē diuinū: si ibi velut homo de terra/ hic tot⁹ de celo: et in noua pductione syderis appareat potentia pueri vagientis. Quod si oīa sunt horrori velut una in imis stella demōstrat quid sit iste in summis: et quid operari possit in terris.

¶ Qr magi noui syderis ductu/ ab oriente hierusalem veniunt: et interrogant/ et enunciabant: secundū Mattheum solum. Capi. XII

Mat. 2 Cum natus esset iesus in bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriēte venerunt Hierosolymam/ dicentes: Ubi est qui natus est rex iudeoꝝ? Uidimus enim stellam eius in oriēte: et venimus adorare eum. Descripta est per tempus et locū alma natiuitas: que sub octauiano cesare augusto/ orbi dominante vniuerso terrarum: et sub Herode iudeorū rege: non de iudeis/ sed de gentilibus facta est: nunc ad sequentia dissertaturus sermo deriuatur Nouiter mire natus ilico vniuersū cōmouet orbē: et supcelestes virtutes ad sui testimoniū attrahit de supnis. Et in isto ethere habitabili vicino telluri/ signū noui syderis claruit: quod sine sono vocis/ et pter articulatū sermonē mētes sapientū mūdi pmutauit: et ad incertū locū certa peregrinatiōe disposuit. Unde cū statim natus esset iesus in modica et fere incognita ciuitate/ i diebus regū: sub quoꝝ imperio/ eorūq3 decreto mūdi gesta nouitatesq3 insolite apparentes/ in libris annalibus annotabantur/ ad tradendum memorie posterorū: vt futura de Jesu pdicatio p apostolos i orbe terrarū/ apud futuros inimicos nominis christi in eorū libris quoddam testimoniū reperiret. Ac per hoc spūssancti ordinatione factū est: vt euangeliste alta christi mysteria sub quib⁹ principibus regnātibus erāt facta describerēt. Unde nato Jesu sub huiuscemodi regimine principū: ecce magi ab oriēte venerunt. Supplemento ad historiā opus ē: vt cōtexatur in dicendo rectus ordo gestoꝝ. Erant in regione aliqua orietalis plage tres viri nobiles: parui tamē reges: magi a sapientia sic dicti more quodā loquendi: vt quos nos sapiētes dicimus/ magi alibi appellētur/ mathematice sciētie intendentes. Qui nesciū futuri mysterij reuelandi: sed p consyderatione syderū: quoꝝ decreto putabant omnia ista inferiora dispōni: simul puidentia diuina conuenerant/ de dispositione celestiū corporū inuicē colloquētes. Et cū animo in cōtemplatione suspenso: et oculis quantū humanitatis patiebatur exiguitas/ intuerentur in celos seu in planetarū orbes: si ex motibus eorum sub mansione signorum aliquid noui futuri capere potuissent: & vn⁹ alteri scientiā put nouerat/ eructabat. Et cū contemplarent stellarū veterē legē/ solitūq3 cursum/ & antiquū decretū: mox ex nihilo apparuit sydus nouum: vt eis et posteris scientia prestaretur/ iesum non esse natum sub decreto stellarum: pro quo stella noua claruit ad obsequium. Quam magi intuentes/ & sollertes in animo: redierunt introrsū/ velut attoniti et stupentes in apparitione superne claritatis. Et videntes ipsam ab alijs stellis singulari lege discretā: quo nec ab eorum aspectibus se tollebat: nec erat in firmamento/ nec in aliquo planetarum circulo: sub grossam etiā igneam spheram in aere stantē: tremulam/ velut moueri dispositā: excepto sole oībus alijs in claritate prelatā: & forsan humanā effigiē nuperrime nati pueri ostendentē: et iterum ab introrsū in verba prorūperunt adinuicem dicentes: vt penitus mouerentur ad inquirēdū id quod signū insolitū demōstrabat: et regem aliquē existimauerunt mire natum in aliqua mūdi parte: qui p stellam nouā declarabat in ethere. Uolentesq3

scere quisnam esset: si ab eis inueniretur
strũ eũ p terrena dona tentare: non pre
ses in donis magnitudinẽ z preciositatez/
ũ significationẽ. Nam solitum erat hũa
ientibus rerũ significatiõibus dare fidẽ:
brẽ aurum/thus z myrrhã in suis dona
tulerunt: assumptis compẽdijs opportu
um dispositione debita in pegrinatiõe co
sup regionarijs animalibus vecti: clarissi
elle ducatu hierusalẽ vsq venerunt: quia ci
regia/sacerdotalis/ pphetalis erat: famo
tẽplo/ex numerositate ciuium z pdecessorz
n: quis tunc in deditionẽ rhomanorũ ve
/eorum imperio regeretur. Vulgatũ por
t atq famosum/ q in iudea z hierusalẽ re
abantur a deo in vnctione sacerdotum et
tione pphetarum. Unde non immerito
erunt de mire nato in tãta ciuitate fuisse
dũ: non tamẽ q aliquis rex preteritus in
n talibus indicijs vt puer iesus extitit de
s. Quã ciuitatem ingressi/secundo anio/
lingua/sine timore de rege mire nato in
r pcunctari: non autumantes displicere
ibus z habitantibus ciuibus: sed cõgau
cum eis/quos de mire nato gaudere pu
/tanq de glorioso domino: qui regnum
stitueret z eriperet a tyrannide rhoma
/dicentes: **Ubi est qui natus est/**
deorum: Ad accusationẽ iudeorũ est
um aduentus z interrogatio: quia ibi de
udeis/non rhomanis: z pluris estimant
spectu dei iudeorum populũ q rhoma
qui orbem vniuersum alte premebãt: cũ
deos credunt mire natum regem: non
omanos maiores impio/aut apud ali
ones. Cui populo ingrato ve/qui suam
tem non agnouit: qui ab omnibus nati
ei populus dicebatur: eo q circũcisionẽ
ceperit: z legem in monte/z reges i re
sacerdotes ad offerendum/prophetas
a videndũ. Quem nunc magi cũ sic in
nt/prehonorant per propriam linguã:
e ante vidicerant: aut per interpretes/
cum ducebant. Qui cum interrogarent
re sic quererent: vnde de iudeorũ rege
icerant/cum ipsi ignorarent: ilico testi
ntulerunt: **Uidimus stellã eius**
nte. Sed cum omnes stelle sunt eius/
unc singulariter ista stella dicitur eius:
a gerebat eius imaginẽ: aut quia signũ
t z indiciũ: ad cuius ducatum ipsi veni
um vo ab eis amplius quereretur/ qre
t/quare quererent: addiderunt gauden
venimus adorare eum. vti di
hesitanter: Dicite nobis de vestro mi
rege: quoniam non ad iniuriam queri
venimus adorare eum. Alia iterroga
atur in deum. Quoniã qui vbiq est/qui
est. Interrogatio z responsio ab ipsis
on capiunt autoribus. Non adierant
mo regẽ: sed plebeos seu quoscũq pri

mõ viderant/interrogabãt. Noui ex effigie/no
ui ex vestib9/ex vbis/ex moribus: noui ex nouis
admirationẽ magnã ciuib9 intulerũt. Ex solito
more referẽdi a subditis pncipib9 nouitatẽ/vbũ
interrogationis huiuscemodi puenit ad regẽ.

De turbatione herodis regis et hierosolyme ciuitatis in auditu noui regis: secũdũ Matt. solũ. Ca. XIII

Turbant rex z hierosolyme ciues i no Mat. 2.
uitate vbo: nondum certi si plena rei
veritas subsequat. Grande mysteriuz
psagiebat ista turbatio: q rex de gẽtib9 maior/z
famosior turbat ciuitas de iudeis. Turbata iam
erat in intellectu gentilitas/sculptilibus subdita
z ante pstrata lapidibus: z idola z demones ve
nerata: z solũ intenta presentibus: qd vo futuz
esset post hanc vmbraticã vitã/q ab eius cõtẽ
platione desierat: z velut amissura dignitatem/
quã sub cultu idolatrie retinebat/iã in suis prin
cipibus turbabatur: z amans terrenã dignita
tem/ pauescit ne potẽtia supioris amittat. Sem
per aũt erat ppuciatis circũcisio carnis odiosa/
Idcirco paganus iudeũ natum regem horre
bat: ne forte iudeus fieret pagano superior: cui
iam iudeus ceperat subiacere. Timebat autẽ ne
iterum cesarem rhomanũq senatum offende
ret/si regem nouũ permisisset insurgere: sibiq
timebat ex proprijs/si ortu noui regis potestate
ipsa regia priuaretur. Necnon z ipsa hierosoly
ma turbabatur eo prisco demerito/quo reges
pprie gentis perdiderat z pphetas. Lex in ob
seruatione viluerat: inualuerat auaricia z ido
latria z iniusticia/homicidiũ/furtum z rapina: z
omnis violatio bonitatis et iniquitatis tyran
nis increuerat. Iam pro parte didicerat mores
gentiũ: iam a diuinis mandatis recesserat: z lu
xuria publica erat in precio: z vanitas mulierũ
semetipsas diabolo mancipauerat: z virorũ ani
mas pdabatur. Mala huiuscemodi prophete
predixerant et reprehenderant: z aduersus sa
cerdotes z reges signis/ portentis/verbis acer
rimis insultabant: vt secaret Esaias: Hieremi
as in carcere poneretur: ceteri pphete damna
z ɔuitia paterent. Quod si qs pphetias ipsorũ
pphetarũ legeret: non ignorat quãta mala sup
hierusalẽ viderint in moribus/z a pprijs vitijs
ɔturbatã. Et quoniã amabat malã et terrenam
pfunctoriamq pacẽ/regem ex celo signatuz in
animo phorrebat: magis ɔtenta incircumcisis
idolatris z alienigenis subijci/q a rege misso ce
de sup nos delapsa v̄tute: serui tm̄ inutiles sum9.
Nam si salus ex iusticia bonorū operum esset:
frustra christus crucifixus est: ⁊ gratia nō esset
gratia / si saluaret nostra iusticia. Misericor-
dia dei nō esset misericordia / quā ꝑ iustis ⁊ pec
catoribus cōtinue querit a deo ecclesia. Ipsam
igitur inuocemus: ipsam queramus: ad eius cu
riam a sententia diuine iusticie appellem9: ipsi
subdamur: sub eius alis q̄escamus ⁊ dicamus /
Tre.3 Misericordie dn̄i q2 nō sumus cōsumpti: nec
defecerūt aut deficiēt miserationes eius: q̄ mi-
sereri non deficiēs: dedit nobis vnigenitū suū:
1.Co.1 qui sm̄ aplm̄ factus est nobis a deo sapientia
⁊ iusticia ⁊ sanctificatio ⁊ redēptio: vt nō in no
bis sim9 ꝯfidentes / sed i ipso. Sol est misericor
dia dei: q̄ radios sup vniuersos effundit: nā ipse
omniū ꝑ suo modo miseret. Misericordia dn̄i
sup angelos: misericordia dn̄i sup homies bo-
nos ⁊ malos: misericordia dn̄i sup viros ⁊ mu
lieres: sup iuuenes ⁊ senes: sup fortes ⁊ debiles:
sup sapiētes ⁊ insipientes: super nobiles ⁊ igno
biles: super diuites ⁊ pauperes: sup reges et po
pulos: super p̄ncipes et p̄uincias: super p̄latos ⁊
subditos: super doctores et discipulos: sup vigi
lātes ⁊ dormiētes: super ambulātes ⁊ q̄escētes:
super artifices et inertes: super piugatos et mo-
nachos: super cenobitas et anachoritas.

¶ De diuinis beneficijs. Ca. XXVII

GRatāter grata ⁊ gratis dei bn̄ficia ad
nostrā reuocant memoriā. Que licet
penes nos ex effectu sortiant diuersa
vocabula: vnū tm̄ sunt i mente diuina. Que bn̄fi
cia ideo dicunt / q2 nobis gratis diuia bn̄ficētia
elargit. Nam cu3 non eramus / deduxit in esse.
Quid ei dedim9 nō entes vt daret esse? Gratis
ergo dedit essentie bonū: cū et multa bona cō-
feret in poster. Et tale nostrū esse differentiauit
ab omnib9 sub celo: tm̄ entibus / ꝯferēdo vitā: a vi
uentib9 solū / ꝯferēdo sensū: a sentiētib9 solū / cō
ferendo rationē: a multis rōnē habentib9 / ꝯferē
do fidē: et a multis fidelib9 / aliquos p bonā ope
rationē: Quod donū singulare dei est / posse bn̄
operari. Ut breuiter aliq̄ bn̄ficia nota hāt: ex q̄-
bus deo aīa grās agat: vt gratā se deo faciat: q̄

hec legit/intelligat q̄ creati sumus ad imaginē t similitudinē dei: nō sm corpus/sed sm aiam. In quo. bñficio excedimus in dignitate/nobilitate/virtute celū/solē/lunā t stellas/ q̄tuor elemēta: t oia elemēta corpea/viuentia t nō viuētia: qr oia facta sunt ꝓpter nos/non ꝓpter ea nos facti. Et ipsa facta est aia imortalis/arbitrio libera: imꝑfecta q̄tū ad virtutes: ꝑfecta q̄tuz ad potētias naturales: scz memoriā/ q̄ cōprehēdit ꝓterita/ꝑsentia t futura: q̄tū ad intelligentiā/ q̄ cognoscit deū supra se/se i se/angelos iuxta se: q̄cq̄d aliud celi t ṫre ambitu ꝓtinet/itra se. Intelligit tñ cū discursu q̄ sibi cōcessa sūt itelligere intelligit bona t mala/iusta t iniusta/ corpalia t spūalia. Perfecta etiā ꝑ liberā voluntatē/suā ꝑtātem ad quodcūq̄ voluerit inclinationē conuertibilē t reconuertibilē ad bonū t ad maluz: capax virtutis et vitij: susceptibilis pene vel p̄mij: ꝑfectibilis in virtutibus: caret pondere/figura/colore: eo magna quo capax est eternitatis: eo recta quo appetēs est bonitatis: eo btā quo ꝑticeps est deitatis. Pōt accipe t accipiunt multe signaculū fidei/gratiam spūsctī/fieri sponsa christi/vocari ꝑ adoptionē filia dei. Et in his nullū nostrū ꝓcessit meritū/vt daret huiusmodi beneficiū. Nascimur more bestiaruz: possumus accipere celū: t cōsortiū expectam⁹ angelorū. Et nō solū hec: dedit etiā posse nos diligere ipsum. Et tāte capacitatis fecit: vt repleri aut ꝓtētari nō possit aia nisi ꝑ ipm. Dedit hec oia: ꝓmisit celestia: ꝓrogauit maiora: immo dedit t maxima: vt q̄d det vltra t excellenti⁹ nō habeat: cū ꝑ nimiā charitatem q̄ dilexit nos ab eterno pr oim deus misit filiū suū: vt ipm habeamus in nostra natura similē/quem in sua dissimilē nesciebam⁹: vt habeamus doctorez actu t theoria in doctrina supna: non hereamus in terrena: vt habeamus in cibū t potū: quē q̄ māducat t bibit/viuet in eternū. Et morientem habemus in preciū: qr nos vnde possemus soluere/carebamus. Et resurgentē ascendentēq̄ in celū habemus in p̄miū: q̄ tota est merces et retributio meritorū. Quid eñ in oibus his p̄misit hūana fragilitas meriti? Quid obtulit obsequij? Nōne nos deus ꝑuenit creando/preuenit amando/ꝑuenit beneficia ineffabilia cōferēdo/ꝑuenit redimendo? Nōne hec oia inuitātia sūt ad amorem: cōstringētia vt gratiarū reddamus possibilem actionem? Unde bona est beneficiorū memoria: ne simus ingrati: sed ad repēdēdū debita ꝓmpti. Nā ingratitudo recepta perdit: ꝓmissa non recipit: ductū gratie infūdende intercidit. Facit declinare penitus a pctīs/ beneficiorū dei iugis memoria. Et q̄ consyderat q̄re dederit/insistit opibus bonis. Oia nāq̄ q̄ nobis a deo data noscuntur/nos ad deū quasi q̄busdā funibus trahunt: sicut ꝑ Osee ꝓphetam
Osee. xi. dicitur: In funiculis adam trahā eos: t in vinculis charitatis. Funiculi adam sunt beneficia q̄ contulit parentibus primis. Uincula charitatis sunt beneficia q̄ contulit nascentibus ceteris. Non offendit benefactorē memor beneficiorū: qr beneficia nature quisq̄ consyderat animo t actu/non peccat: qr ipm malū ingratitudo contra nature beneficiū militat: necnon et dabit bonis opibus operā/si quare deus tāta nobis contulit consyderat causam: qr nullū donū deus dedit aduersus seipsum. Et dono dei modo vtitur/gratis contra voluntatē dei: si ad eius honorem oia nō ordinauerit: ad cuius honorē oia sunt collata. Utilis est igit̄ beneficiorum dei memoria.

¶ Libri primi de mysterijs verbi increati/facti incarnati/finis.

¶ Liber secundus de virgine Maria eiusq̄ ꝓcessu: Et de his q̄ in ipsa et ꝑ ipsam ꝓ nostra redēptiōe gesta sunt/vsq̄ quo spūssanctus apostolis missus est. Capitulum I

Vita omniū t cōditor deus/datā hominibus nolens deserere vitā: quā ꝑ mulierem antiq̄tus hostis auferre conatus ē: t primo abstulit creatricē vitā/q̄ dederat vitā: Ante oia eñ in malorū exordio a deo q̄ est vita separatio facta est: demū vita insufflata mortis p̄miū sumpsit. Oblatio mortē inferentiū prime porrecta est mulieri: ex q̄ ois est dānata ꝓpago t ꝑpetuata dānatio: quousq̄ ꝑ altitudinē diuine ꝓuidētie sueq̄ benignitatis tpe p̄finito adesset nouiter mūdo ꝓducta mulier: cui vite ꝓcessi imo ipa vita possit offerri. Que cū ab eterno p̄destinata/ꝓmissa/p̄figurata/ ꝓphetata fuisset: ꝓpe finē seculorū nascitura nūciat ab angelo: t ex vtroq̄ sterili parente cōcipit: in ꝓpagatiōe ipsa dānatione seruata/q̄ originaliter procedit infectio. Aniat ordine seruato nature: sed ilico scificatur. Nascitur ex originali purgata ꝓtagio: t in ipa p̄mo natura hūana reuersa est in puritatē: in q̄ primus factus est ꝓtoplastus. Naturalibus crescit augmētis: educat pie ꝑut decebat futurā dei spōsam filijq̄ matrē. Offertur in templo ꝑ legē: spōsatur scō viro. Qua nōdū ab ipo traducta in cōtuberniū/ipo nesciēte: ipsaq̄ vacāte diuinis q̄bus solita erat itēdere: die q̄ mulier prima cōdita est/sic t ꝓceptū diuinū ꝓterijt: accedēte ad ipam diabolo in serpēte horrendo celebrato dialogo decepta est: decursis ab ipis ꝓtoplastis sm quosdā q̄nq̄ milibus q̄ngentis septē annis: sm alios q̄nq̄ milibus ducentis vigintiseptem: sm alios q̄nq̄ mili bus nonaginta octo: ad celebrādū nouū cōmerciū diuinisq̄ mysterijs/ad exordiendā redēptionē ꝑdite libertatis/ad cōsulendū de vita cū femina: qr cū ipsa de morte fuerat in dolo ꝑuisum: missus est angelus ad mariā. Sic eñ lucas assertionē facit dicens:
In mēse aūt sexto missus est gabriel angelus a deo in ciuitatē galilee/cui nomē nazareth/ ad virginez Lu. i

desponsatam viro/cui nomē erat io
seph de domo dauid: et nomē virgi
nis maria. In mēse sexto a cōceptione ioan
nis: p cuius mirabilē conceptionē ex sterili atq
sene quodāmodo astruenda erat fides in virgi-
ne: p cuius vocē etiā mūdo christus primo nun-
Gen.1. ciandus erat. Sexto die creatus est hō: q eodē
die deliquit. Sexto die creatura mixta sub celo
cōfabulationē diuinā habuit/ et funestā: duplicē
siquidē primā/ precepti et argutionis pterimissit: al-
terā deceptionis dūtaxat. Sexto die cōpletus ē
mūdus: celebratus est esus: etiā in speciebus ope
rari cessauit omps. Sexto die nuditas laudabi-
lis mutauit speciē et ruborē: qsierunt subterfuge
re aut se abscondere delinquentes. Sexto die
sunt reqsiti ad vesperā: et celebrata exilia labori-
osa: et lignū custoditur. Sexto die post rebellio
nē ad deū/ilico et caro aduersus animā rebella-
uit. Sexto die imago creatoris sumpsit ex lapsu
similitudinem pecoris: naufragari virginitas cepit
nobile nature decus: et libidinosa facta est ppa-
gatio hūani generis/ q fuisset ex castis: et corru
pta/ q fuisset ex integris: et p honestate verecun
dia pnuba successit. Et vt pstringā/ fons indefi
ciēs olim malorum vbiq deriuādus ppetuo die se-
xto exortus est. Sexto die quasi nescio vnde/ ca
stramentari ceperūt in tam orbe pulcherrimo
conturmatim et globatim cuncta mala corpo-
rea: et turbe fantasmatū in cordibus hoim sim
pliciter castra posuerūt: vitia cōtra naturā cru-
deles acies direxerūt. Alterari ceperūt in cōpo
sitis elemēta: penalitates ppe ad agonē agmina
festinarūt: plia/ seditiones/ homicidia/ fraudes
sua fixere tētoria: terremotus/ tēpestates/ pesti-
lentie: omneq molestū/ horrendū atq tremēdū
hostilis ptra hominem obsidio venerūt. Sexto
die inhiauit infernus: et tristia cum spiritibus
apostaticis facta sunt federa: qr diuina sunt fra
cta: et hō demonibus repromissus est ad penale
cōsortiū/ amittē pdens diuinū. Limbus paratus ē
et alius limbus: et ois mense dolorose ipo die se
xto ad miserabiliter puitandū pparatio facta ē.
Sexto die sub celo prima leticia exorta est: quia
exultauit rōnalis creatura cū dño cognoscens
dñm. Nō enī in qnq pactis diebus aliqd crea-
tū legimus/ quod leticiā i dño accepisset/ atq ipz
exultādo cognosceret. Neq celū et terra/ neq
lux/ neq ignis/ aer/ aq: neq sydera celi/ aut ger-
minātia terre: nō volucres celi/ nō natantia ma-
ris/ nō quadrupedia/ nō reptātia sup terrā/ gau-
dia de dño susceperunt: neq illis collatum fuit
interne posse gaudere. In sexto die sub celo p-
ma gaudia sunt exorta: et e vestigio et e regione
prime atq secunde tristicie habuerunt initium:
Volucres celi et pisces maris/ q pambulāt semi
tas maris: bestie terre/ atq vniuersa pecora ...
pl/timori facta sunt homi: q sub eius imperio fa
cta erant: et ab ipsorum viribus corporis hō mino
ratus est: qbus i eisdē supior factus erat. Quid
in plura defluimus? Eximia bona et mala sub
celo in die sexto sunt condita: illa a deo/ ista ab
homine cū operante diabolo introducta. Ve-
rūtamē dei sapientia edens et calculans tempo
ra/ et ad ordinis concentū cuncta deducēs: in
mense sexto non put annus cōstruitur reuolu-
tione solaris orbis: sed prout tēpus incepit no
stre redēptionis a cōceptione ioannis iam ela-
psa parte tēporis. Erat in tēpe sexte etatis sexto
die: quō multis reuolutis anni circulis/ eodem
die quo primus homo conditus est: missus est
angelus ad virginē incorruptā: vt in vno quod
sibi offerebatur sempiterno dei verbo: in gratia
q euanuerat in natura: puincia galilee et ciuitas
nazaree mysterio psius cōueniunt. Iam appa
ruerat et p multa tēpora rotata fuerat rota vna:
erat addenda rota alia: vt rota esset in medio
rote. Galilea enī rota interptatur. Rota vete-
ris testamenti dum rota erat/ multos in orbe iu
stos effecit/ multosq pscripsit: non tamē iustos
regno celorum pficere potuit: alioqn supflua fuis-
set passio saluatoris. Addenda erat et rota me
liore orbe volubilis: cuius volubilitate iustifica
rentur p ola peccatores: et regni celorum pmissio
certa daretur credentibus: et transmigratio in
dubitata parabatur ad aliā vitam. Proinde ad
futurorum bonorum psagium decebat hanc vir-
ginē/ in qua tam alta mysteria condebātur/ pro-
uinciā incolere galileam: vt illo flagremus amo
re transmigrandi ab ista misera vita in aliā vi-
tam. Flos qui ascensurus de radice iesse/ in flo
re nunciandus erat. Et similiter virgultum co-
rā deo in alta protendendū/ ad dñandū olm na
tionū vsi pcederent vera sceptra dominantiū:
initiādum erat in figuratiuo virgulto. Et sum-
ma sanctitas a qua et per quam omis sanctitas
et consecratio bonorum omniū: ex quo conse-
crandi erant homines in vir... /in sacramētis/
et in omni statu gratie: in sanctitate et consecra
tione prenuncianda erat. Ecce prouincia/ ecce
ciuitas/ ecce virgo simplex/ pura/ recta/ timens
et diligens deum: recedens ab omi malo/ adhe-
rens bono: inimica vitijs/ amica virtutibus an
gelicis: spiritibus similis: singulariter electa: ni
hil relicto ad pficiendam eam: parata in his lo
cis/ in qbus erat aptitudo ad celebrandū diui-
na sponsalia. Humana siquidem iam celebrata
erant: quia eam ioseph iustus acceperat/ quā in
templo sponsauerat: sed necdū eam cognoue-
rat. Cognouerat ipsam mente/ nō carne: amore
casto/ nō amore corrupto. Sed spōsata erat ad
euadendū terros et ad sigillandum ora oblogu
tiū iudeorum/ imo cunctarum nationū: ne quod nasci
turū erat de spū sancto/ stuprali turpitudini ap-
propriaretur. Vir iustus erat ex lege/ iustus ex
fide/ iustus ex moribus: ioseph nomen eius cui
sponsata erat. Nomen augmenti erat virgina-
li sponso/ sibi cōgruum magisq mysterio: quo-
niam omnia erant augmentanda per gratiam:
et mundi detrimenta iam ad incrementa reuol
uebantur. De domo dauid propagine seruata
descenderat: vt regalis dignitas pro regimine
sancto virtutis adesset. Et q nihil peruage/ ni-

hil precipitio/nihil irregulate: sed oῖa sub ter
minato regimine agebantur/que spectabant ad
redemptionē hominū captiuorum. Et ad dire
ctiuū vite hominū factū ē: ꝙ de regali ꝟtutū de
scēderat ꝓgenie/ꝗ spōsalia presumpserit ī ma
riam. Non in illam dixerim que fuit dn̄i carnis
mater: quia hoc dūtaxat erat: sed in illam ꝗ sur
sum est omniū mater nostra. Necnon et manu
fortis dicebatur dauid: vt fortitudo sit in ani
mo ⁊ moribus hominū: qui supernā vitā ⁊ eter
nam sponsam ꝓoccupare contendunt. Aptius
tamen hec ꝓgenies terminatur in christum: vt
ipse sit regia excellensq́ʒ maiestas: ipse manufor
tis: ipse decorus/multumq́ʒ desyderabilis: ipse
bonorū augmentū. In ipsoq́ʒ figurata proge
nies carnis per virtutem in ꝟitate transfundit.
Nomen ꝟo virginis maria. Quod sibi cōgruit
⁊ mysterio. Insigne nomen in paucis preterꝗ̄
Exo.15. in sorore moysi ꝓcesserat: ꝗ hāc tympanizādo
signauit. Decebat em̄ vt ex ꝓprio nomīe tanto
mysterio aptaret. Etenim filiꝰ nomē habuit cō
petēs actiōibus eius. Sic ⁊ matrē talē habere
voluit: vt intrinseca ⁊ extrinseca/nomē ⁊ gesta in
vnum cōcentum concurrerēt: in vnūʒ conflata/
vnum ens virtutis immaculatū efficerēt: vnum
vas ederetur/in quo reponerentur omnia diui
na mysteria. Sed angelus est qui mittitur nun
ciare ineffabile sacramentū: nec decebat homi
nem talia nunciare: quoniā omnis homo men
dax. Et si missus non a seipso loqueretur: veruʒ
equidē: sed primo contagio penitus oēs obno
xij subiacebant patriarche similiter et ꝓphete.
Et si magne virtutis viri velut corpore: non vir
gines non cōpetebant virgini. Et hominū cau
sa tractabatur: cuiꝰ ipsi ꝓsenche fieri pro nullo
pacto debebant. Sanctificari prius aliquis po
tuisset in vtero: ⁊ deinceps ad virginē delatum
fieri affirmauerim: sed nec ꝓter semen cōcipien
dus extra nature vsum/ꝑ cōceptos ex semīe de
buit in sua conceptione nunciari: quāq̄ natus ⁊
passus ⁊ resuscitatus sit ꝑ conceptos ex semine
ꝓdicatus. Sed diuersa erant mysteria: illud sic
⁊ istud sic decentiam habuit. Unde regis erat
nouus aduentus/inde debebat esse precedens
legatus. De celo tunc prior eius expectabatur
aduentus: igitur oīno celestis debebat esse ꝓ
currens/qui etiam nullis criminibus teneretur
obnoxius. Et ex nomine/ex ordine/ex omnibꝰ
ad legationem suam cōgruentiā habet: pro eo
ꝙ ad virginē mittitur omnino impollutā. Vir
go scilicʒ in vtroq́ʒ homīe decus nature portās
existens quod facta erat: fulcita optime in natu
ra/peramplius ex gratia. Una vni apta/sola so
li: nō multiplicans affectum neq́ʒ opus: nō cor
pus nisi ab vno/⁊ eundem vnū. Virginea enim
virtus/deitatis prima imago. Unus siquidem
solus est deus: nequiens facere alium deū. Sed
si pater gignit filium: idem cū patre filius. Per
sonalis enim distinctio/deitatis substantiā non
distinguit. Virginitas quidem germane se habet
ad deum: seipsa vnā existens. Virgo primitiuū

femine nomen. Appellauit enim adam sue natu Gen.2
re primam cōsortem virago: eo ꝙ de viro sum
pta esset: sed syncopato verbo remansit hoc ꝙ
dicimus virgo: que est secunda pulchritudo hu
mane nature: vt prima ꝙ sit/secūda ꝙ virgo cō
sistit. Virgo ꝓinus est depurata natura/im
maculata mens: incorrupta per libidineʒ caro:
affectio vnica: sanctitatis studiū: tota deditina
deitatis: sanctuarium spiritussancti: immorta
lis actio: theoria laudabilis: honestas alliciens
supra naturā sensus: pugna propugnans: soluʒ
ex celo sperans auxilium: cum senserit ingruere
bellum: auxiliarij sui sunt ignei spiritus: splēdo
res superni luciferi. Sed diuina virgo/filia pa
tris eterni/mater eterni filij/habitaculum spiri
tussancti: plus habet in occultis suis/ꝗ̄ capiat
hominū mens/ꝗ̄ possit sermo proficere/ꝗ̄ scri
bi membranis: quam sibi totam coaptauit il
le qui condidit: ad nil aliud ꝗ̄ ad diuina pre
struens/vt dei mater esset ⁊ filia. Moribus ex
terioribus signabatur mirifice: vt nec quidem
motꝰ corporis exorbitaret a iudicio rationis.
Tota in se formosa erat: ⁊ tota in virtutibus et
actiōibus forma. Exemplar eterni exemplaris:
exemplar vt nil artificio celestis mysterij exercē
dorum morum: capessende vite atq́ʒ agende in
ueniretur: quod non redderetur compossibile
atq́ʒ aptum in edificio ascensionis in celum.
Uitium nihil in ipsa vendicabat: virtus regna
bat in pace: non habebat quid expugnaret: nec
marcebat virtus eius hoste sopito. Uiuifice vir
tutes infusionem fundentes potius ꝗ̄ acquisi
tione adherebant ei: vt preter illam internam
intuitionem qua deitas videbit quod sic est: cō
munem siquidem quempiam in virtute insignē
excederet viatorem. Disponentes ꝟo singula
res atq́ʒ cōmunes hominū mores ad id/ proti
nus erant ei: quoad melius esse non possent:
nec quisꝗ̄ ad magis arduum potuisset illas intē
dere. In illum finem aptitate pronius erant/
propter quē omnia fiunt/aut fieri desinunt: qui
ad finem alium non constituitur. Prudētibus
enim cunctis ipsa prudentior: dum species om
nibus id solum elegit/quo melius inueniri neq̄t
precauens quicquid esse potuit minimū ad offē
sam: adinueniens quicquid per rationem ⁊ vir
tutem inhesitanter placet. Iusticia ex omni sui
perfectione assistebat: dum tota se reddidit ei a
quo tota in subiecto natura ꝓcessit: et ei super
omnem viatorem operata est gratia quam acce
pit: ex qua existens quod erat/in vacuū nō tenu
it minimā sui partem. Fortis omnia vincens/a
nulloq́ʒ victa: nec aīo hebes: ad opꝰ decēs ipel
lebat ⁊ corpꝰ. Nūꝗ̄ mēte fracta ex magnis rerū
euētibꝰ: ī fide magnanimis: in illa oībꝰ deficiēti
bꝰ nō defecit. Hoc solū/sʒ sacrū ⁊ irreꝓhēsibile
habuit imbecille/ꝙ in passione morteq́ʒ filij do
loris gladio diuerberata est. Fuisset enim seue
re mentis/non fortis: non fieri illius altissimi fi
lij cōsociā passioni. Et audacter dixerim: ipsam
pre ceteris decebat acriori dolore perfodi: hoc

etiam amplioris cognitionis ⁊ excessiui amoris
ratio suadebat. Regula modestie tenebatur: vt
nihil plus sibi/nec minus in omnib⁹ ꝙ iuris or
do poscebat/adesset. Exemplo eius alias i san
ctimonia virgines alloquamur: ostendentes
quas esse oporteat: que nuncios ex celo suscipi
unt: que diuinas reuelationes inquirunt: ꝗ cir-
ca se gratulantur angelos militare: que consor
tium/alloquiū/auxilium appetunt ciuium sup-
norū: que non carne/sed spiritu volūt fieri chri-
sti matres. Non est ꝑ omnia imitabilis ista vir-
go: vt nulla deinceps sit aut secundetur ad tam
alta deputanda mysteria. In donis superoga-
tionis nulla similis sibi fiat in his ꝗ gratificāt.
Et si manet imitabilis/non tamē equa propor
tione possibilis: cum ⁊ suaꝝ virtutū/meritis an-
geloꝝ vicerit dignitatē: quoꝝ prerogatiua me-
ritorū non solū ex acceptis: sed etiā ex his ꝗ re
pendit/extrabat. Sed sint saltē hanc virginē se-
ctatrices in ꝓuincia galilea: habitēt in ciuitate
ꝗ dicit nazarea: vt rotentur ad euangelicā ro-
tā. Sed sm̄ ꝙ quatuor rote euangelice eleuant/
sic ⁊ ipse pariter eleuentur ad altitudinē virtu-
tū/ad spem supernoꝝ: ⁊ illa mente sedula ꝯtem
plentur/que rote euangelice cōtemplari docue
runt. Non enim vera extat quecūq alia cōtēpla
tio mentis/si ex euangelio exordita non fuerit.
Stent cum stantibus/vt vltra euangeliū nō ꝓ-
cedant. Nil aliud sapiant: nil plus in moribus
addant: ⁊ cū euntibus vadant: quoniā spūs vi-
te agende similiter ⁊ significande penitus est i
rotis. Querant trāsmigrationē virgines/virgi
nē virginū imitantes: vt in nullo visibili virgina
lis liget affect⁹. Nil diligat quod castissimi spō
si dilectionē impediet: nec ꝗrat diligi a quo de-
ceat separari/ꝗ non possit beare. Et si rota cuꝫ
voluitur/tangit ꝙ quisq̄s diligat proximū sicut
semetipsum: quis virginem nō diligentem pro
ximū excusabit? Nemo siq̄dem. Sed cōmunem
neminē ꝓprie diligat. Affectus nāq cōmuniter
diligēs nemini alligatur: eo ꝙ oēs diligit/ab oi-
bus liber manet. Trāsmigrationibus intendē-
tes non grauantur ponderibus. Virgines ga-
lilei nihil terrenū querunt. Animalia sunt pēna-
ta: deuitant viscaria terrenorum: ne penne vir-
tutū ac desyderioꝝ impediātur ex visco. Pau-
pertas eis in ꝑcio est: ⁊ eo amplius quo ex ipsa
maior approximatio fit ad sponsum: qui paupe
res requirit: sed diuites non repellit. Verūtamē
virgo pauper ꝓpius accedit ad crucē/nuda re
bus tēporalibus. Virgo nudam crucē astringit
ardentius: ⁊ tanto illius arboris fructus gustat
sapidius/quo sibi fructū terrenaꝝ arboꝝ inter-
dixit. Conuenit dicatis deo virginibus ciuita-
tem nazareth incolere ꝓpter florem campi/⁊ li
lium ꝯualliū dn̄m omniū christū: ad florendum
ꝑ eū ⁊ iuxta eū ad aliaꝫ vitā: quoniā in ista nihil
manet aut floret/quod in vespere non decidat
⁊ arescat vel marcescat: ⁊ sub virgulto directio
nis eius fieri: qm̄ virga directionis/virga regni
eius. Exorbitauerūt angeli ꝗ nō steterūt sub vir
ga directionis eius: ⁊ ꝓtoplasti obmiserunt se-
mitas eq̄tatis. Alia quecūq virga ꝑcutit/sed nō
dirigit. Virga vero eius anteq̄ ꝑcutiat/dirigit: ⁊
dirigendo ꝑcutit/⁊ ꝑcutiendo in viam rectā de
ducit. Virga eius virtutis est virga: imo ipse vir
tus ⁊ virga quā ex sion misit omnipotens dn̄s
oibus dominari ad directionē patrie/nō ad ty-
rannidem vie. Cōsecratio ⁊ sanctitas sunt in ci
uitate nazareth: quā incolit virgo dauidica/im
mo virgo diuina: que ꝑficiunt virgines hui⁹ vir-
ginis sectatrices: ⁊ omnē animā celestia suspi-
rantē ⁊ cōtendentē captare: quod ⁊ in virtute ꝑ
fectū/quod ꝯsecratio ⁊ sanctitas ex seipsis ꝑturi
unt. Sed nec ꝯsecratio sine sanctitate: nec san-
ctitas sine cōsecratione. Cōsecratio aūt est cuꝫ
aliquid ad dei cultū ex oibus suis partibus ordi
natur. Sed melior ꝯsecratio templi viui ꝙ mor
tui: cū homo ex omni se ordinatur ⁊ offertur ad
deū: nihil retinens ad seipsum/nec se conuertēs
ad alium vsuꝫ. Fas enim nō est vasa dicata deo
in alios vsus inuertere. Punitus fuit ꝓnnus
balthasar: quia vasa templi ad cōmunē mēsam
adducta fecit: vt cū eis biberent ꝯuiuantes. Nul
lum maius sacrilegiū reperimus: nisi cuꝫ quis
semetipsum iam ex fide atq sacramentis sanctū
se abstulerit a sacrosanctoꝝ/ad deteriora con
uersus. Ex sacrilegio interdum anathema iter
hoies incurrit: ⁊ ꝑter restitutionē ablate ꝯsum
pteq rei ꝑ penitentiā indulgentia inuenit. Con
secratus vero deo ad alia reuolutus/nisi ad dere
licta reuersus/ nullam misericordiam cōsequit.
Sed nunq̄d dicata virgo/deinde stuprata: quo
quo mō in id quod reliquit/faciat aliquando re
gressum? Nullo modo dixerim. Est enim virgi
nitas si ꝑditur/ irrecuꝑabile bonū. Poterit si-
q̄dem penitens misericordiā ꝯsequi: nō autē co
ronam asseq̄ virginalē: neq illud cantare can-
ticū/quod solū centū quadragintaquatuor mili
bus corā agno cantare conceditur. Statimq
cōsecrandi sanctitas iungit: quia eoipso q̄s san
ctus efficitur/ꝙ dn̄o consecratur. Sed nec vir-
go sancta/q̄r virgo: sed q̄r dedicata deo. Et cū
sanctus aliquis factus aut sancta/siue aliq̄d san
ctum/vlterius violare non licet: sicut non vult a
deo disperdi. Hinc enim apostolus ait: Tēplū 1.Cor.3
dei sanctū est/quod estis vos. Si quis violaue
rit templū dei/disperdet illū deus. Non tamē il-
lam appellauerim sanctitatē ea que vulgo dici-
mus miracula ꝑfecisse: sed sup naturā ꝑ gratiā
in vita ⁊ affectibus atq moribus fidei. He sūt
igitur regiones/hec ciuitas/quas virgines de-
bent excolere: quas inhabitare debent ꝗ diui-
nas theorias inquirunt: ⁊ volunt fieri bonoruꝫ
atq perfectorum hominū sectatores. **Et in-
gressus angelus ad eam dixit: Aue
gratia plena/dominus tecum: bene
dicta tu in mulieribus.** Aduocat a deo
in illa coitione intellectualium substantiarum
singularis spiritus administratorius dei fac⁹:
⁊ nulla meditatione corporalium vocum sibi se
creta panduntur. Exponitur sibi virgo: ꝗ quis

suis virtutib⁹ iā in celestibus cognita: non tñ
ad thalamizandū vnigenitum dei filiū: clausum
hoc mysteriū ab eterno preuisūa cognitione
oīm angeloꝝ. Et q̄uis deitatē oēs angeli ce-
lestes intuerentur: hoc ab eis inapprehensibile
stabat quousq̄ deus pater voluit reuelare. Insi-
nuatur ad creaturā creator velle assūptiue ꝓce-
dere: non ad spūalem/ sed ad compositā. Et in-
gressus summi opificis suū denūciatur ad opus
⁊ tempus miserendi eius/ quando ꝑnimū vene-
rat tempus: datur determinata legatio q̄ incō-
ꝑhensibilis virginali claudetur in aluo: ⁊ vt eaꝫ
salutet almifice/ seriose docet. Stupet auditor:
mirātur oēs insimul hierarchie celestes: q̄ ad
huiusmodi legationē nūcius celestis egreditur/
quē ilico est secutura diuina maiestas. Suspen-
duntur illorū altis cōsyderationibus mentes: q̄
deus ad hominē/ immortalis ad mortalē/ incor-
poreus ad corpus/ inuisibilis ad visibilem/ sim-
plex ⁊ incomposit⁹ ad cōpositā creaturā/ infini-
tus habitator ad finitā edē/ ad peregrinationē
vbiq̄ existens/ ad miseriā temporis eterne bea-
tus velit accedere. Plus in admirationib⁹ au-
get: cū voluntas omnia possit repente ꝑficere/
q̄ deus in carne velit fieri actiosus. Hac lega-
tionis insinuatione intellectuali/ paranymph⁹
ille celestis in forma suscepta properauit ad ter-
ras/ tūc in superiori hemisperio nocturnalib⁹
tenebris occupatas: ⁊ insolito lumine splendēs
a tabernaculo virginis tenebras abstulit/ et in-
eius irradiauit: ne ipse phātasma fortassis a vgi-
ne crederet: ⁊ ne quod sibi explicatur⁹ aduene-
nerat/ verteretur in dubiū non ꝯspecto legato.
Ingressus angelus ad eā. In conclaui erat vir-
go/ nec tunc lecto cubabat: non eam excitauit a
somno depssā: vigilantē inuenit: deditā lectiōi/
aut orationi vacantē. Nox appendebat ex me-
dio: nec adhuc tenella virgo sua mēbra in q̄ete
collegerat. Nec ꝑdocta huiuscemodi prestola-
batur ipsa legatū. Nec ī ista fide viuebat/ velut
dei cito futura mat: q̄q̄ ex spūsctō potuisset ad-
uertere quampiā virginē dei matrē esse futurā:
nō tamē velut humilis/ et in hoc a spiritusancto
limitata/ de seipsa rem altissimaꝫ huiuscemodi
presumebat. Ecce ingressus est angelus nullo
aperto ostio/ nullo dimoto repagulo/ nullis se-
ris ex aliquo defirmatis: ad honestū cubiculū/
ad virginale reclinatoriū/ ad pudice studiū. Ni-
hil obstabat glorificate atq̄ spūali substātie: cor-
pus quod assūpsit similiter introduxit. Aliquā
enī formā corporis iuxta mandatū dn̄i angelū
credimus assumpsisse: in quo sonantibus voci-
bus in auribus alme virginis loqueretur. Ecce
in ꝯclaui creature due insignes assistunt/ ange-
lus ⁊ maria: in maiori vero ꝯclaui terrestris cu-
rie paradisi/ diabolus ⁊ eua. Precessit dialo-
gus vnde sunt mala oīa subsecuta: nunc incipit
vnde oīa bona ꝓuenīūt. Magnus angelus/ ma-
gnaq̄ maria. Maior angelus/ maiorq̄ Maria:
Magnus et magna: q: vterq̄ vt creatura rōna-
lis esset accepit. Maior angelus in natura: ma-
ior maria ex gratia: que in terris existens visita-
uerat internis speculatiōibus angelos in celis:
nūc ab ipsis ꝑsonaliter visitatur in terris. Cele-
stis ⁊ terrestris celestē superans/ in modico loci
spacio cōuenerūt: de pace dei/ de ineffabilibus ⁊
diuinis mysterijs/ de reparatione hūani generis
absq̄ interp̄tibus tractaturi. Nō sic locuturus
erat angelus/ vt non intelligeretur. Nō sic igna-
ra erat virgo vt non intelligeret. Quis ibi tabel-
lio: vt vtriusq̄ dicta notaret/ cōmendaretq̄ stilo
ad memoriā posterorū? Quod si Lucas scripsit
ꝑsens ibi non fuit. Qui dicendorū testes? Quo
decernente iste dialogus ꝯdebatur? Quis inter-
rogationum et responsionum iustus iudex? O
si quis astitisset appositis auribus ad verba ca-
ptanda: q̄ta potuisset exultatione iocundari: cū
ad virginē angelus orsus est dicens: Aue gra-
tia plena. Ecce in ꝑtoriolo virgineo agebantur
nostre salutis mysteria. Ecce dicebantur in oc-
culto que in publico differenda erāt. Et que ty-
rannorū non erant silenda terrore/ clamdestine
atq̄ nocturnis silentijs ferebantur. Ecce cele-
stis virginitas terrestrem virginitatem alloqui-
tur: superna imam/ spūalis vtrāq̄ scilicet spūs et
carnis affatur. Exultate qui creditis: gaudete
qui cognoscitis: qm̄ missus est angelus ab om-
nipotente deo ad mariaꝫ virginem. Ingressus
ad desponsatam/ loquitur angelus ad mariam:
Aue gratia plena. Non apprehensus an-
gelus/ neq̄ apprehēdēdus: quia nunq̄ deus an-
gelos apprehendit ad naturarū vnionem: sed se-
men abrae. Quam in qua erat apprehendēdum
alloquitur/ dicens: **Aue gratia plena.** Ap-
paruerūt angeli agar/ abrae/ iacob/ moysi/ iosue/
gedeoni/ multisq̄ ꝓphetis/ p multisq̄ mysterijs:
non aūt totius hūani generis nūciauere salutē:
nisi cū galileā virginem alloquuntur: quorū sin-
gularit destinatus dicit: Aue gratia plena. Om-
nia plena sunt suis ꝯtentis: put natura vacuum
aliquid esse non sinit. Et multa ꝯcertatio est in
rebus anteq̄ possit vacuum statui: aut si arte fu-
erit aliquando statutum/ ipsa natura non pati-
tur. Proinde oīa capabilia esse plena cernūtur
et vbi plenitudo vnius rei adesse cognoscitur/
alterius remouetur. Alia siquidem est plenitudo
nature/ alia gratie: neutra tamen alteram exclu-
dit: alteram altera semꝑ admittit. Precellit aūt
gratia oīno naturā: ⁊ eius plenitudo ꝑfectionē
habet: quam decebat deificā virgineꝫ: ⁊ ex hoc
angelus inquit: Aue gratia plena. Domus regē
peregrinantē hospitatura expectās/ annona re-
gi apta debet oīno cōpleri: alioquin rex ab epā-
dochio declinaret. Rex eternus deus/ futurus
peregrinus i terra/ pmū intrare decreuerat ho-
spitiū virginale: ⁊ ne preteriret defectu delectā-
tium regiam maiestatem/ omnibus regi placitis
virgo ꝑfusa ē: ꝓpter quod angelus ad eā: **Aue
gratia plena.** Multa siquidē sunt quare vir-
ginem oportebat gratia oīno repleri: sed salu-
tatio de celo ꝑmittitur. Non a seipso angelus sa-
lutare presumēs: sed officium ex parte mittētis

exequitur: excludens omne ve/proferendo virgi-
ni aue. Preter cōditionē hoc verbū fuit ad vir-
ginē: quoniā prius omnē radicē iniq̄tatis abie-
cerat. Ad ceteros aūt apposita est conditio: vt
si excluderēt ꝓpter quod eternum ve infligitur/
cum aue oīno manebunt. Omnis salutatio aut
salutis enunciatio tristiciā remouet/adnectens
quod potest esse leticia/tacite aut expresse: duo
hec oīs vera salutatio ꝑintendit. Sicut in dece
ptione prime mulieris satagebat diabolus sibi
omnē auferre leticiā auferendo deum: quo dere
licto penam oēm inducebat: sic angelus salutā-
do mariam excludit omnē tristiciā/ꝛ diuinā leti
tiam administrans. Et sicut ille malignus blan
de hostis/seuere amicus non solum illos ꝑmos
protoplastos his malis/sed omnē sobolem ꝓpa-
gandā ex eis disponebat inuoluere: quod et fe-
cit: ꝓuidens acutate intelligentie sue/ ꝙ ex eis
ꝑ traducē innumerabilis hominū vtriusq̄ sex⁹
erat ꝓpagāda propago: sic gabriel angelus nō
dumtaxat virgini pro seipsa/sed ipsam salutan
do totius mundi simul cum illa nūciat adesse sa
lutem: ꝛ eterne tristicie fiendam depulsionem.
Minatur dn̄s per ꝓphetas suos ob iustas cau
sas hominibus ve: q̄bus remotis ꝑ omnibus
Esa. 1 marie indicitur aue. Ve genti peccatrici/popu-
lo graui iniq̄tate/semini nequā/filijs sceleratis.
Gens peccatrix que semꝑ in fluxu mali peccare
nō desinit. Populus aut homo quilibet iniq̄ta
te grauis/q̄ maiora mala peccando superappo
nit. Semen nequā sunt q̄ malos imitantur: a q̄-
bus velut semina seminantur: ꝛ in alios etiā se-
mina iniq̄tatis diffundunt. Scelerati autē filij
sunt in seipsis absq̄ pudore peccantes: quibus
vite dn̄s eternū ve ꝑmittit. Quibus malis abie
ctis/ad meliora cōuersis videtur virgini pro eis
dici aue. Peccauerat hierusalē contra dn̄m lo
quens/ꝛ adinuentiones faciens in peccatis: et
ex cognitione peccabat: ꝛ peccatum suū iactan
Esa. 3 ter extulerat. Cui statim dicitur: Ve anime eoꝝ:
quoniā sunt reddita eis mala. Noli ergo exerce
re linguā tuam contra dn̄m: nō querat adinuen
tiones in peccatis/cū cognitio peccati arguit:
oīno de vita non efferas quod te deliquisse co-
gnoueris: ꝛ tuis auribus intonabitur aue. In-
Ibidē quit etiā: Ve impio in malum: retributio manu
um eius fiat eis. Impius est q̄ deum in veritate
non colit/ad religionē contrariā affectu ꝛ ope-
re colligatus: cui eternum ve repromittit: cū di
uina dictante iusticia/malū agēs retributionē
manuū suarū in vltione suscipiat. Sic etiā Job
Job. 10 asserit de seipso: Si impius fuero/ve mihi est.
Ad religionem vero pietatis conuersus/aue alla
tum virgini sortietur. Interminabilis ambitio
in humanis rebus/ꝛ insatiabilis appetitus ad
eternum ve: cōtraria vero applicant ad aue. Scri
Esa. 5 ptum est enim: Ve q̄ cōiungitis domum ad do
mū/ꝛ agrum agro copulatis. Nimis ambit qui
aptitudinē nature aut artis velit sub suo domi-
nio copulare. Ex aptitudine nāq̄ nature om̄es
cōiuncti sunt agri: nō terre moles discontinuat
in parte: nisi ꝙ maria mediterranea in eius su-
perficie rōne ꝓfundarū vallium/que receptacu-
la sunt aquarū/interponi videntur. In abyssa-
libus vero ꝑtibus terra non interdicitur. Et q̄ꝙ
terra vna/moles vna/cōtinuatio vna/diuersita
tem multiplicē sortitur ex dn̄is: tamē vnitas ē
naturalis elementi. Domificatio est ex arte/ma
teriē ꝑparante natura. Et oīs domus in ciuita-
tibus ꝛ inhabitationibus/ alteri ꝑ vsus cōmo-
ditate respondet. Vellent aūt multa/imo cūcta
improbi appetētes oīa simul iungere dominio
suo/ ꝓut sunt ex natura ꝛ ex arte cōiuncta. His
iuste ve. Charitatē vero diligentibus castū aue.
Multi sunt q̄ ebrietatē sectantur: nō dūtaxat vi
ni/sed amoris ꝑuertentis affectum: q̄bus ꝑ Esa
iam eternum etiā ve dn̄s cōminatur/dicēs: Ve Esa. 5
q̄ mane cōsurgitis ad ebrietatē sectandā. Ebrie
tas protinus est vbicūq̄ abijcitur/aut nō serue-
tur ordinata mensura: quā ꝑtermittentes ordi-
nantur ad ve: q̄ vero illam in oībus seruant/dis
ponuntur ad aue. Omnis iniq̄tatis actor/reus
est coram deo. Iniq̄tas autem est statute cogni
tione veritatis ꝛ boni/fuga optimi ꝛ sponta-
nea cōtrariorum electio. Contra quos ꝑ Esaiā Ibidē
dicitur: Ve qui trahitis iniquitatē in funicu-
lis vanitatis: ꝛ sicut vinculum plaustri pecca-
tum. Trahitur iniquitas in funiculis/cū addū
tur peccata peccatis. Vanitas aūt cū animus
per inania diffunditur/funiculorum facit ipsa
cōtextum. Peccatū vero in vinculati plaustri
similitudinē ducitur: cū ex ꝯstitutis male ver-
gentibus rotis/parte posteriori eleuata/ante-
riori depressa/peccator homo detrahitur. Qui
vero ad contrariū trahendo se prestruit/ disso
ciabitur a ve: ꝛ quod ꝑ omnibus virgo alma ꝑ
cepit/coniungetur ad aue. Peruertentes iudi
cium/ꝑuertentur a deo. Contra quos ꝑ Esaiā
dn̄s eternum ve cōminatur: Ve qui dicitis bo Esa. 5
num malum/ꝛ malū bonū: ponentes tenebras
lucem/ꝛ lucem tenebras: ponentes amarū dul-
ce/ꝛ dulce amarum. In quo amplius peruerti
posset iudiciū rōnis: ꝙ quod est naturaliter bo
nū/aut ex eo quo bonū eterna bonitas esse de-
creuit: in malū quod substātia ꝛ positiōe caret/
iudicādo conuertere: aut malū oī bonitati ad-
uersū/ i bonitatē male decernēdo trāsferre: At-
tribuere tenebris habitū lucis/ꝛ luci horridi-
tatē tenebraꝝ iferre/subuerse noscitur iudiciū
rationis. Gust⁹ infect⁹ remota excusatione cē
seretur: si amaꝝ dulce/aut dulce amarū oīno iu
dicaret. Ac ꝑ hoc bonū dicūt malū/q̄ in aliquo
iudicāt ꝑfeīn oīm deū q̄ de sua ꝓuidentia mur
murant: q̄ cum iuste punit/ei seuitiā/sibiq̄ in-
nocētiā tribuūt: q̄ abyssū iudicioꝝ ei⁹ non itel
ligētes/ꝛ iꝑrouidū aut acceptorē ꝑsonarū opi-
nātur: q̄ sparsas sup hoies penalitates/q̄b⁹ pos
sint ad meliora conuerti/reꝑhēdūt: q̄ flagellis
ei⁹ ꝑhs aut iustis detrahūt: q̄ misicordiā ꝛ pa-
tientiā ei⁹ i peccatores/ꝛ in his malis q̄ conti
nue fiūt ꝯfundūt. Tenebras vero lucē ponunt/lu
cēq̄ tenebras: cū mendaciū in veritatē/ verita-

tem in mendaciū transferre conant̄: cū quod ha
bet imaginem tenebrarū/luce vestiūt: et quod est
ad similitudinē lucis/tenebrositate obuelare cō
tendūt. Amarū vero dulce fore ꝓdicāt: cum vite
huius amaritudine velut a dulcedine pascūtur
illecti. Dulce amarū dicūt: cum abdicationē tem
poralium rerū/cum spūale studium abominent̄
decepti. Quibus iuste donabitur ve. Conuer-
sis ad contraria/merito et in perpetuum ꝓsta-
bitur quod ꝓ oibus marie dicitur aue. Sapien-
1.Corin.1. tia huius mundi stulticia est apud deum: ⁊ pru-
dentia carnis mors est. Et plerīq sapiētes sunt/
vt faciant mala: bn̄ aūt facere nescierunt. Non
querit aūt deus huiuscemodi sapientes: sed eis
Esa.5. eternam miseriam cōminatur dicens: Ue qui sa
pientes estis in oculis vestris/et coram vobis-
metipsis prudētes. Sapientes in oculis suis sūt
qui in his que cupiūt siue agūt/non iudiciū veri
tatis/non sententiam aliorū recte viuentium: sed
ꝓpriam regulationē attendūt: et vsq adeo sibi
placentes/et cōsentanei sibi sunt: vt in nullo eis
contradici posse videatur. Ut suam sapientiam
inferant/asserunt esse stulticiā sapientiam cete-
rorū. Nec exquirūt a doctoribus honesta consi
lia: oblata respuunt: nō credentes extra seipsos
in aliis sapientiā inueniri: magis autem sapien-
tes in ꝓpriis oculis esse videntur ⁊ prudētes in
semetipsis: qui spreta omni vtilitate cōmuni et
ꝓximi/ꝓuatis cōmodis student: omnē industri-
am quam possident a natura: quā didicerant ex
vsu: quam ex aliis tradentibus ꝑceperūt: spretis
ceteris ad se conuertūt: et actione dumtaxat re
ciproca sibi ꝓuident in futurum. Erit istis nisi
resipiscant/ꝓtinus vndiq ve: resipiscētibus ve
ro adiicitur aue. Amat in omnibus consistenti-
am iusticie: ꝑ quam omnia pacata consistūt: nul
le insurgūt in animo ex moribus passiones/nō
questiones forinsece: respublica in pace quiescit
non deflet damna miser/quod aduersus eum ꝓ-
ualuit male causans: non lachrymabitur quispi
am de ꝑuerso iudicio. Eos aūt qui ob causaȝ or
dinem iusticie ꝑuerterunt/debita pena ꝯsequi-
Esa.5. tur. Nam scriptura dicit: Ue qui iustificatis im-
pium ꝓ muneribus: et iusticiaȝ iusti aufertis ab
eo. Ad regiminis sceptra tenentes factū est ver
bum istud: quorū est exercere iusticiam/illamq
distribuere/auferre siue conferre. Sed cum ip-
sa in obliquitate se porrigat ad ꝓmium siue sup
plicium ſm exigentiam meritoruȝ: sepe quibus
incumbit in illa ex autoritate decernere: ex mu
neribus ꝑuersi/ꝑuertunt et tribuunt eius censu
ram/cui aduersatur ipsa iusticia: et quem ipsa cō
demnat/ipsi absoluunt: et fit impius iustus/ qui
reus est ipsa iusticia decernente: a iudicio egre-
ditur liber iniquus: vbi remanet innocens con
demnatus. Eque malum dixerim/impium iusti-
ficare in iudicio submissione munerū: et a iusto
debitā sibi auferre iusticiam. Suggreditur aūt
si hec adderet̄ iniqtas: ꝙ impio deliberato/iu-
stus traderet̄ exitio. Nā quanꝙ malū sit impium
iustū dicere/⁊ iusto auferre iusticiā: excedit aūt
omnino si iustus ⁊ innocēs punientur. Differt enī
ꝑ omnē modū: nō subuenire iusto de sibi cōpe-
tēti iusticia/⁊ ipsam ꝑ iniusticiā ledere: cū aliud
sit nō inferre iuuamē/aliud inferre iacturā. Iu-
ste iniusticiā ꝑuertētibus apponitur ve: ꝓ ipsa
vere laborātibus virgini oblatuȝ est aue. Quid
aūt in moribus hominū dānosius inueniri pos
sit/ꝙ iniquitatē firmare ꝑ leges? Nā quis rector
fasces portabit/si ſm legē iniquos sennat insub
iectos? Unde respublica sumet argumentū: an-
cta quō stabit/si ex iniquis legibus ꝓsidentium
erit ꝓlata censura? Si exorbitatio ex legib9 est:
exorbitantes quō reducentur ad equum? Unde
arcebuntur vagi hominum mores? Fiet omni-
no iudicium: autoritatē habebit iniquitas: nun-
ꝙ equa erit retributio meritorū. Malus malus
erit: deplorabit damna ⁊ exilia iustus: innocens
discriminibus subiacebit. Confusa erit humana
conditio: ad vitia nemo obex: ad vītutes nullus
adiutor. Erūt pauꝑes emolumenta crassantiū:
ab eis iusticie iudiciū ꝓcul erit. Oppressi recla-
mare non poterunt. Uim patientur humiles: in
quirentes pacem improbe vexabuntur: vidue ꝑ-
da fient: pupillorū substantia in direptionē erit.
Quamobrem per Esaiam dominus dicit: Ue Esa.10
qui condunt leges iniquas/⁊ scribentes iniusti
ciā. Scripserunt vt opprimerēt in iudicio pau-
peres: ⁊ vim facerent cause humiliū populi mei:
vt essent vidue preda eorum/et pupillos dirripe-
rent. Clarent ista ⁊ expositione non indigent: ⁊
ꝑ eos contra quos ꝑ ꝓphetam dominus loque
bat̄/futuros similes arguebat: quod si ad cōtra-
riam relabitur partem/ꝓ ve donabit̄ aue. Mul-
ta ve in sacra scriptura reperimus/ac varias ma-
ledictiones: habent tamen suppositis ex malis
actibus rōnes: q̄ singula hic annectere/fastidio
esset opus. Ideo tīn ista posuerim: vt aue quod
ab angelo nūciatū est virgini/ꝑmo remotionē
eius quod ve īportat insinuat. Attn̄ sic vt id ꝓpē
quod infert̄/ab effectibus ⁊ actibus hominū ex-
cludat̄. Ex hoc loquēdi genere ad alia cūcta q̄ in
veteri ⁊ nouo testamēto/sub q̄cūq cōminatiōe
aut interminatiōe reperiunt̄/potest esse aptitudo
⁊ habilitas differendi.

¶ Benedictio virginis edita per angelum. Capitulum II

Quod aūt ista salutatio tā mirifica ex ce
lo ad vīginē ꝑ angelū in ꝯclaui delata:
nō solū alme vīgini/sed oīuȝ indicet es
se salutē: nomē futuri filij manifestat. Et ꝓseqūs
angelus sue legatiōis officiū/salutās nomē vīgi
nis reticet: ab eo quod pl9 in eo erat denoīans/
dicēs: Gratia plena. Uīderat ei oīpotēs q̄ Luce.1
delegauerat eū/q̄ ⁊ q̄lis eēt hec vīgo: ⁊ q̄bus co-
piis ditata ꝯsisteret: cū omniū abiecta copia re-
rū solum polleret plenitudine gratiarū. Rex na-
turalium fulgor pallet/compositus plenitudini
diuinorū charismatū. Erant siquidē in virgine
grē superogate: ad quas nulla sua merita potuis
sent accedere: sȝ solū accepit bonitate donātis:
q̄ sic eā replere ab eterno decreuit/vt ad theo-

toconiū decentiſſime aptarēt. Ipſa vero ex ac
ceptis omni virtute ſe gratificauit ad omnium
deū patrē: ⁊ omnimode grā plena ſalutatᷣ ab iſto ce
licola ꝗ ad terrā miſſus/ad eā tā feſtine deſcēde
rat. Dominus tecū. Sic ꝗdem o virgo eſt:
nulla plenitudo grē tibi amplior ꝯſiſtere poteſt
Ois lingua deinceps balbutit/cū in tuam nunc
laudē: venerari te ſilentio decētius eſſet. Si dñs
eſt tecū: ⁊ cum ipſe in oībus rōnibus ſit: diſpari
tamē eſſendi modo: tecū tñ intrinſecacius ⁊ di
ligentius adeſt: vt ꝑter vnionē quā in thalamo
ventris tui celebrauit cū hūana natura/cū nul
la creatura dñs colligatius aſtringatur: vt nec
ſolum ad ſeipſam ſit gratia plena: ſed vt refun
dat in ceteros exigentes: ⁊ detur in illa intelligi
ꝙ plenitudinem gratie futura chriſtianitas poſ
ſit accipe: que numeroſitate ſingulari virgini ꝓ
ferenda erat. Etenī ad totam chriſtianitatē or
dinabatur quod fiebat in virgine. Sicut vna ꝓ
ma virago non ꝓ ſeipſa tantū/ſed ꝓ omnibus
plenitudinē culpe ſuſcepit: nec vt dumtaxat cū
hac virgine dñs deus eſſet: ſed ex ꝓſagio mon
ſtraretur ꝗtum ad futurā fidelium plebem dñs
potuiſſet aſtringi. Et bñdicta tu in mulieribus
dicta eſt/propter id ad quod ordinata eſt: et ob
hoc ꝙ ipſa ſe totam tradidit in placitum eam de
ſuꝑ elegentis. Neqꝫ iſta bñdictio ſibi ſoli ꝓpter
eam ſolam applicata eſt: ſed vt in ea omniū bñ
dicendoꝝ ⁊ vocatoꝝ in extremo iudicio ad per
cipienda regna celeſtia/ſimiliter ⁊ eterna bene
dictio ante celebraretur/enunciata ꝑ angelum/
de numero angeloꝝ: in quoꝝ ſimilitudinem bea
titudinis electi ſunt transferendi. Non benedi
citur ſuꝑ homines/ne filium diceretur excede
re: magis aūt in diſtinctionem ſexus iſta in mu
lieribus bñdicitur: qm̄ chriſtus in viris/ipſa in
mulieribus: ⁊ viri ⁊ mulieres in ipſis in benedi
ctionibus celeſtibus bñdicantur: quanꝙ ex ipſo
chriſto benedictio in omnes homines ſua pie
tate ꝓueniat:

¶ Heſitat tacite virgo turbata/noui
tatē verborū cogitās. Ca. III

Que cum audiſſet/ turbata eſt
in ſermōe eius: et cogitabat
qualis eſſet iſta ſalutatio. Cō
flauit in vnum hec verba virgo in animo ſuo: ⁊
quod dicebatur per angelum/ſibi peregrinū et
inſolitum videbatur: maxime cum ſe tam humi
lem reputaret: et ſupra id quod exiſtimabat de
ſe/huiuſcemodi ſalutationem eſſe cognoſceret.
Percepit auribus quod angelus ꝓferebat in
voce. Corde cogitabat quod audiendo ꝯcepe
rat/qualis eſſet iſta ſalutatio celeſtina/ l terriſqꝫ
peregrina. Cogitabat mittentem: ſimiliter ⁊ le
gatum in ſuis fulgoribus ꝓceſſibus et ſermoni
bus orenotabat. Et cum in animo verba ſaluta
tionis diſtingueret: ſeꝑabatur ab eis/et eoꝝ am
plitudine vincebatur. Heſitabat ſecū loquens:
et in tanto ſermone angeli turbabatur. Nō tur
babatur dolens: non aliquid male patiens: non
ſtomachans angelum: non abhorrens verbū:
nō vllis malis paſſionibus mota: ſed velut igno
rans admiranſqꝫ ſalutationis huiuſcemodi no
uitatem. Ignorantia enī admirationem et tur
bationem ſemꝑ cōſueuit inducere: velut quis in
animo turbaretur/non intelligendo quod legit:
ſeu que repente accidit nouitatem in animo nō
aduertit: aut non apprehendēdo quod ab alijs
audit. Ex pietate turbatio iſta erat: nō ex inde
bita paſſione. Improuiſus aduētus celicole/in
ſolita ſalutatio magnum myſterium continens/
non repentina compꝛhenſio agendoꝝ/turbatio
nem piam atqꝫ prudentem adduxit: ⁊ virginalē
animum pauidum fecit. Ex his argumento fa
ctum eſt: ꝙ virgo ꝗuis plena ſpū/ſe matrē dei
feram ignorabat: alias turbationem ex ſermone
angelico in animo non ſenſiſſet: quā nec turba
tam/aut vllo modo pauidam ex angelica ꝓſen
tia ſcriptura cōmemoret/velut viſionibus ange
licis aſſuetam/et eoꝝ ſingulariter fultam cuſto
dijs. Dumtaxat ex ſermone angelico virgo ad
miratiue turbata eſt: cogitationem ſuū non in
aliud ꝗ in qualitatē ſalutationis immittēs. Qua
lis erat iſta ſalutatio/remouens ve culpe/ſimili
ter ⁊ pene: inferens plenitudinem gratie: cui alti
tudo glorie ſubſequa facta eſt? Qualis iſta ſalu
tatio: que creatorē creature/deū homini/immor
talem mortali/beatū miſero cōnectebat? Que in
ſalutatione altior qualitas ꝗ dicere: dñs tecum?
Qualis iſta ſalutatio: que omne maledictum an
tiquum expulit/et omnē bñdictionem induxit?
Nō improuide virgo cogitabat qualis eſſet iſta
ſalutatio celica/hec annūciatio tam ſuꝑma. Nō
dabat angelo virgo reſponſum: nec hūano mo
re faceta vocem reſalutando repēdit: aut velut
familiaris ex priſtina ꝯſuetudine illi celicole/ aut
verecunda cenſura modeſtie: magis autem di
xerim occupata in ꝯſyderatiōe dictoꝝ: ſicqꝫ tur
bata reticebat. Mos etiam appoſitus deo dedi
catis virginibus eſt: vt plus audiant ꝗ loquantᷣ:
nec ꝓferant ad incerta ſermonem: interrogate
reſponſum ſuſpendant: niſi ꝓus quod offertᷣ in
telligant. Admirationi audientium ex raritate lo
quendi eſſe debet ſermo virgineus. Hinc vir
go alma ꝓus vult intelligere ꝗ quid loquatur: ⁊
ante diſcere ꝗ reſpondeat. Idcirco admiratur
et cogitat: turbatur et deliberat: audit et reſer
uat: et omnia tacite ſecum confert/et conferen
do timet: non penam preſentem ſiue futurā: ſed
ignorans timebat: timens turbabatur: quā ſic
ꝓnoſcens angelus agitari ſalutatam taꝫ eximie
declarationem adnexit.

¶ Remouet angelus timorem a vir
gine: quam gratiā inuenerit apud
deū inſinuans. Capitulum IIII

Ne timeas maria: inueniſti enī
gratiā apud deū. In declaratiōe
nomen virginis exprimitur: quod in pri
ma ſalutatione tacebatur. Nam ꝓus ꝗ angelus
experiretur ꝗd humilitatis eēt in virgine: cū ad
theotocomium noſceret aſſumptā: ex eo ꝙ ab om
nipotēti deo in legationē acceperat: velut alte

virginē ipse indignior nominare ipsā verit⁹ est: etiam pretendēs grave plenitudinē qua potior erat: vt supra pretulimus. Nunc vero ipsā considerans verbor̄ novitate timentē/dubietatis timore turbatā: statim ad ꝓpellendū dubiū ꝛ timorē/ipsam iterum allocutus est dicens: Ne timeas maria. Frustra timore cōcuteris/ quā deus ex alto salutat. Cur alma virgo times? Suggrederis animo conditionem celestiū spirituum quot ꝛ in humana natura ꝓducti sunt/tu sane ꝑcellis. De celo tibi ministratur salus: ꝛ ꝑ omnibus tibi offertur: non ad turbationē animi tui non ad incutiendam timoris passionē. De celo descendi: sed vt hec tollētur de cordibus hominū: ꝛ si que peiores fuerint passiones in causa tua ꝛ omniū/te primo adorsus sum. Quā sacrosanctus ꝓcessus angeli: qui turbatā virginē atq verbor̄ novitate timentē sic confortat/ sic docte removet eius animi passiones/ dicens: Ne timeas maria: invenisti enī gratiā apud deū. Ecce concipies in vtero et paries filiū: et vocabis nomē eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. In altiora virginis animū cū declarare nititur angelus/ ex admiratione suspendit: ꝙ virgo que in domo domini se reputabat abiectam/apud deū huiusce modi gratiā inveniret: vt cōciperet filiū quē sibi videret in humanitate subiectū/ pendentem ad vbera/aliorum more vagientē: quem non solū ꝯceptura similiter ꝛ paritura erat ad propriā filiationē atq maternitatē/ sed totius humani generis salvationē. Quāobrē ꝑ effectu futuro angelus nomen nunciando predicit. Et vocabis nomen eius iesū: quod ab alio euāgelista expressū est. Ipse em̄ saluū faciet populuz suum a peccatis eor̄. Sed quomodo hec serena virgo gratiā apud deū invenit: cū invenire nil aliud sit nisi cū homo venit in id quod querit/ aut quasi cū ad eum venit? Non hanc gratiā virgo querebat: non prestiterat studiū dei filio maternari: non oraverat: non ieiunaverat: non se affecerat vigilijs: non ad huiuscemodi contemplationē noctes ducebat insomnes: nil offerebat ex voto/ vt hanc gratiā inveniret. Que inquā mulier a seculo presumpsisset hoc inquirere: vt vndecūq ꝯcipere aut parere potuisset hoiem hoim salvatorē? Que inqnam sancta virgo ab humilitatis terminis excessisset: vt in alto preces porrigeret/ vt filij altissimi esset mater? Nō minor fuisset hec supbia ꝙ illa luciferiana/ que altissimo similis fieri satagebat. Ac ꝑ hoc si non quesiuit/ quomodo invenit? An preter intentionem fuit inventio? Sed quis invenit quod non intendit? ꝛ si forte vsu loquēdi multa inveniri dicantur que non exquirūtur: omnino ab inventione est aliena ꝓprietas/cū ad inventionē penitus inquisitio preferatur. Nā si quispiā invenit lapidem preciosum/quē non cognouerit: si salutiferam herbā/ cuius virtutē ipse ignorat: si egrotans obuiū habuit medicū/quem ad suā sanitatem multo labore quesierat: quem solū audiuit ex noīe: faciē eius intuens nō cognouerit: quomodo dixeris invenire: cū in cognitionē neuter istor̄ venerit: nec ad animā hor̄/ lapidis/ herbe/medici venerat plena cognitio? Unde igitur hāc invenit gratiā nō quesitā/ aū quā nulla ratione cognouerat? Veruntamen in hoc nec more humano facienda est disserio: quoniā cum ab eterno divina maiestas disposuerit hanc gratiam generi humano conferre: vt esset vnio naturarū/divine scilicet ꝛ humane/in vna electa virgine celebranda: in qua verbum caro fieret: ad habitandum in nobis/similiter ꝛ nobiscum: ad redimendum nos/ad moriendū ī carne pro nobis: inventa est vna virgo ex alto/ divinis muneribus fulta: vt tali esset apta commercio: que non invenit gratiā quā nō querebat: sed omnes creaturas ꝛ alias virgines suis meritis trāscendendi hec gratia oblata est. Querebat humanū genus redemptoris gratiā: nā valide ꝑmebatur ab hoste: vita debellabat a morte: affligebat pena naturā: nondū gratia redemptionis advenerat: nūc dicitur invenisse vna virgo hāc gratiā/quam querebat damnata ꝓpago: ex qua singulari sanctificationis muliere libera facta est: que gratiā non invenit qꝛ ipsā in seipsa quesiuit: sed qꝛ sibi ꝑ omnibus digne ad hoc dicate de⁹ obtulit/ideo invenit. Ecce cōcipies in vtero et paries filiū. Subiicet adhuc mod⁹/quousq virgo deposcat. Et vocabis eū iesum. Non tu nomē impones: nō nomē ex genere/sed ex eventu. Non ex placito cuiuscūq/sed ab effectu quē ipse cōpleturus est. Impositū erat angelo anteꝙ de celo descenderat: cū legationem a deo accepisset ad virginem: ꝙ tale nomen autoritate paterna imponeret eterno dei filio/nuper in carne ꝑ hominib⁹ nascituro. Invariabile autem est quod discernit pater eternus. Hic erit magnus. Hic superflua est omnis verborum disserio/ si de huius magnitudine disseratur. Quid de huius magnitudine dici potest: cum sit omnimode infinitus: quia est eternus filius dei? Et ꝙuis ex assumpta forma sit homo: est etiam infinite virtutis copulatus per omnia deitati. Non enim de mole corporis angelus contendit edicere: que non excessit cōmunem hominum formā: cuius quantitatē multi precelluere gigantes: sed de illa magnitudine que omnino ineffabilis est. Nam magnus dominus et laudabilis nimis: et magnitudinis eius non est finis. Psal. 144

¶ De dignitate prolis ex patre. Capitulum V

Et fili⁹ altissimi vocabitur. Nō vocaret nisi esset: tamē esset si nō vocaretur. Porro res excedēs sensū hoim/ similiter ꝛ angelorum: vt filius altissimi et filius hominis esset in filiatione cōmunis: nō tamen in natura filiationis. Nam alia est filiatio que invenit in natura deitatis: alia que ī humanitate sit virtute traducis. Illa eterna sine corruptio-

ne atq3 multiplicatione substantie: vt idem in
substantia sit filius q̄ τ pater: idem cū patre fili
us/filioq3 cū patre: ista ṽo temporalis cū corru
ptione: q̄uis corruptio depelleretur a virgine.
Ista cū multiplicatione substantie: vt alius sit
parens/alius filius. Alter in substantia q̄ gene-
rat/alter qui generatur: vt preter id quod hab3
relatio substantialiter fiat oīno diuisio. Et nūc
indicitur/q̄ dei τ hoīs vnus ꝑsonaliter filius sit
cōmunis. Et si virginē angelus alloqueretur di
cens: Uirgo ne timeas: nā ex inuenta grā quez
es conceptura similiter τ paritura/non erit fili-
us atq3 dicetur homis imi/nō serui/non proce
ris humani siue terreni: sed vocabitur filius al-
tissimi. Nec ita dicetur filius tuus/q̄uis ſm car
nem ex te cōceptus τ natus: quin ꝓut est ab eter
no filius altissimi: sic a vere credentibus appel-
letur in tēpore. Ac per hoc vnus filius est dei si
militer τ marie.

De dignitate ꝓlis et anteritate. Capitulum VI

Lu.1. ET dabit ei dn̄s deus sedē da
uid patris eius: et regnabit ī
domo iacob in eternū: et re-
gni eius non erit finis. Ad formā serui
angelus verba cōuertit: ad ostendendū quantū
potuit illa forma subuehi: postq̄ edisserit quan
tum altissimi forma potuit inclinari. Sed vn-
de pater dauid/nisi ex forma serui? Nam in for-
Ps.109 ma dei ꝑ spiritum/dn̄m eum vocat/inquiēs: Di
xit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. Quā scri
pturā cum a iudeis quid eis videretur de chri-
sto/exquireret: respondentibus quia dauid: sal-
uator obiecit/quia dauid christū sane dominu3
ante vocauerat: sed hoc ſm formā dei/quam iu
dei nō intelligentes in christo/ dūtaxat dauid
filium appellabāt. Et vere sic erat ex carne quā
de virgine traxit. Proinde angelus dauid eius
nominat patrē: non illa ꝓpinquitate aut effusio
ne seminis/qua practicatur in carne: sed ratiōe
deducte ꝓpaginis/qua q̄s pater generis dicit
ex longa traduce. Ac ꝑ hoc promissionē facta3
dauid de christo angelus nunciat iam adesse:
cū eum eius nominat patrē/ cuius sibi dominus
daturus est sedem. Et omne ambiguū ꝓcul re-
pellitur: quoniā ex dauid descendit: atq3 per ma
riam genitus est ex carne. Sedes aūt dauid re-
gis data est christo/in eo q̄ homo erat: vt ipse
sit rex regum/dn̄s dominantiū. Sedes est iudi-
ciarie potestatis: vt ex typo dauid qui iudicaret
omnē populū circūcisionis/pater omne iudici-
um filio suo dedit: τ potestatē plenarie dedit ei
iudiciū facere: quia filius homis est. Nec nō ea
in hominibus iustis in hac vita degentibus/ a
deo filio suo christo traditur sedes: quoniā aīa
iusti/sedes est sapientie. Porro regnū eius cū
domo iacob/sc3 cum eis q̄ mundū istū in mali-
gno positū/virtute gratie supplantauerunt/erit
in eternū: nō erit finis rōne infiniti regis τ bea-
titudinis interminabilis. Quā altis ꝓmissioni
bus virgo allicitur: vt dictis angelicis ꝑstet as

sensumq̄ magnis cōmerciis sit adorsio: q̄ ma-
gna humilitate diuinitas: q̄ altitudine magna
hūilitas sit censenda: vt trahatur ad id quod in
ꝑcio humane redēptionis offertur: vt q̄ ꝯcipiē
dus atq3 pariendus ꝑdicitur/effectu τ nomine
sit saluator. Infinitus sit magnitudine: filius q2
est/vocetur altissimi. Sup sellam sessurus sit iu
diciarie potestatis/τ regnaturus in eternum in
domo iacob: sup illos filios quos dū moreret ī
egypto/morti vicinus dans benedictionem eni
gmatice manifestat. Bipartitur aūt regnū eter-
num sicut in hoc seculo tēporale/atq3 sicut i ec-
clesia mysticū. Et quāq̄ dicat apl̄s/ q̄ christus Ephe.5.
diligit ecclesiā non habentē maculā neq3 rugā:
sed in hac vita macula est τ ruga. Quoniam ad
ecclesiā dei pertinēt oēs baptizati: nō tamē oēs
facti sunt salui/omnes credenda credētes etia3
si mali: vt in arca noe coruus τ columba/ ho-
mines τ aīalia. Et in vna ecclesia boni τ mali/
q̄uis credentes incessanter reperiuntur: quo-
niā in ecclesia est fides vna: τ e regione ipsa ea-
dem potest esse mortua: de qua dicitur: Fides Jaco.2.
sine opibus mortua est. Proinde si christus sic
ecclesiam diligit absq3 macula τ ruga: hoc ē vt
ita sit: non q2 sic ipsa tota cōsistit: aut aliā eccle-
siam suā ipse non diligat: sup quam christus in
hoc ꝑcursu temporis regnat etiā sup omnes q̄
cōtra eius ecclesiam diuiduntur. Itaq3 sup oēs
beatos τ reprobos equa τ vna potestate regna
bit: beatifice super bonos: horrende atq3 terri-
biliter sup malos: tā eterne q̄ eternus est deus:
vt infinitati finitas nulla succedat. Ista dauidi
ce sedis donatio ad formā serui refertur: nullius
nouella honoris accessio ad formā agitur. Nec
de nouo regnum accepit eternum eterna dei for
ma: q̄uis creaturā sup quam regnaret/ex tēpo-
re fecerat: non ad augmentū honoris τ cōmo-
di sui/sed profectum cōdite creature. Proinde
si creatura est ex tempore/regnū est ex eternita
te: sed ad homis formā/ eterni regni traiicitur
ipsa largitio. De impio huiuscemodi atq3 du-
rabilitate tradēdis homini christo/sacre scriptu-
re veteres ꝑdixerunt. Nā in figura dictū dum
saltē legimus: Ipse erit mihi in filiū: τ ego ero il 1.Pa.17
li in patrē: firmaboq3 soliū regni sup isrl̄ in eter
nū. Nō spectat hoc nisi ad formā seruilē: ipse erit
mihi in filiū: qm̄ ex forma dei semꝑ cū p̄re filius:
Et in psalmo septuagesimoprimo/q̄ scribit ad
salomonē: τ in psalmo octogesimooctauo/ qui
scribitur intellectus ethim israelite: enigmati-
cis ṽbis plenissime sunt differta. Nec nō spūs ꝑ
Esaiā hoc etiā sub clariori enigmate mōstrauit
de ipo q̄ ꝯcipiēdus τ in mundo nasciturus erat.
Paruulus enī natus est nobis: τ filius datus ē Esa.9.
nobis: τ factus est p̄ncipatus sup humerū eius. Uo
cabit nomē eius admirabilis/cōsiliarius/deus
fortis/p̄r futuri seculi/p̄nceps pacis. Multipli-
cabitur eius imperiū: τ pacis nō erit finis. Sup
soliū dauid τ sup regnū eius sedebit: vt ꝯfirmet
illud τ corroboret i iudicio τ iusticia/amodo τ
vsq3 i sempiternū. Tāta luce ista se intellectibus

offerunt/ꝙ amplior declaratio potius obuelaret. Ac per omnia supradicta corpore absentes/ spũ presentes/hanc almã virginẽ theotocam alloquamur. Placet ne tibi virgo legatus sacrosanctus celicola? Nõne altipendis mittentem? Nam deũs eternus est. Nõne tibi salutatio est in voto? Noua est: sed ad nouitatẽ vite. Peregrina est: sed pro patria sempiterna. Insolita ẽ: sed ꝑ ꝯsuetudine gratie ꝯsequende. Nõne ablatiua dolorum/ et collatiua bonorum? Nõne copias habet gratie sursum agentis? Nõne dominum tecum offert? Nõne te subleuat in benedictionibus super merita mulierum? Quid igitur in tanto sermone turbaris? Quid cogitas qualis salutatio sit/q̃ nihil habet aduersi? An ignoras quãta munera secum defert: ꝙ sunt ineffabilia dona q̃ ꝯtinet? Ecce tibi angelus cogitanti aut hesitãti/ et turbate in eius sermone respondet. Hortatur ne metuas vel timeas: nã frustra te illa passio molestabat. An ne tibi placet: quia gratiã inuenisti apud oim creatorẽ: nõ ad teipsam tantũ vertẽdã/sed ad omnẽ tibi nature ꝯsortem? Ea virgo non tibi prestat ineffabilis delectationis augmenta/ꝙ ꝯceptura sis in aluo: paritura etiã vtero impolluto filium/effectu et nomine saluatorem infinite magnũ/altissimi filium/sessurum in sella dauidica/regnaturum sup oia in eternitate deitatis: cuius regni non erit finis? Nonne ista omnia tibi sunt grata virgo? Respondit itaqꝫ: Sunt vtiqꝫ ꝑ oia grata: nihilqꝫ detestor: nihilqꝫ abhorreo: supra esse/ supra cognitionem/ supra visum/supra sensum sunt que ab angelo nunciãte percepi. Et cũ oia sint in placito: dũtaxat mihi modus detegitur.

¶ Cum omnia virgini sunt in placito: modum conceptionis et partus exquirit. Capitulum VII

Notinus iure virgini oia grata erant merito siquidem: qm̃ nunq̃ ante fuerũt tam alta cõmercia/ neqꝫ futura succedent. Et alte censura silentij agebatur: cuiꝫ vsqꝫ ad inq̃sitionẽ modi virgo non loquitur: sed di-
Lu.i xit maria ad angelum: Quomõ fiet istud: quoniam virum non cognosco? Uirginitati videbatur tam virgo dicata: cũ modum ꝯceptionis et partus inquirit: acsi per oia plene ad sua vota respondeant. In modo hesitatio tantũ erat: cũ sibi esset virginitas ex natura/placeret ex gratia: ex spiritusancto quo plena erat agnosceret ꝙ magnis et eximijs esset ditãda muneribus: et illa placere studuerat creatori. Nouerat ex scientia qua dotata erat ex visu humano/ex mulierum damnata ꝓpagine: ꝙ nõ esset cõceptio sine corruptione/sine infuso semine: non portatio sine grauedine: nec partus sine dolore: etiã ꝙ absqꝫ viro a primis parentibus deinceps non fuerat celebrata cõceptio. Et quanq̃ virgo tam sancta in huiuscemodi speculationibus animũ non versaret/diuinis semp theorijs intenta: non tamẽ hec subterfugiebant scientiã eius/ꝙ illa pter ista in decursu ꝓpagationis humane non fuerant. Et ipsa virum nõ cognouerat ex ꝯiunctione: neqꝫ cognoscitura erat ex voluntate. Nã quãq̃ ioseph desponsata esset eam nõn tamẽ ipsam secũ ad habitandũ traduxerat: aut sibi carne copulandus erat. Nec obstat virginẽ viro vere ꝯsensisse assensum: cum aliter vera desponsatio nõ fuisset: sed nec carne ꝯiungẽdi erant: quoniã vterqꝫ vtiqꝫ virginitatis amator: vterqꝫ seruaturus illã deo ꝓmiserat: vterqꝫ subiacens diuinis directionibus/et expectans decreta diuina: nec de illis duobus ꝯiugibus est vt de ceteris asserendũ: singulariter q̃ppe diuinitus agebantur. Nec in matrimonio horũ et omniũ virginũ derogatio apponatur: ꝙ si nõ intersit corruptio carnis/nõ sit veritas cõiugalis: q̃n vt audacter affirmẽ/eo matrimonium dignius atqꝫ honestius est censendũ/ quo maior castitas ipm̃ fouet. Quod si semp habenat atqꝫ gubernat deo dicata virginitas: nihil habꝫ vnde causetur: magis autẽ vnde diuinis muneribus fulciatur. Hinc virgo incõcusse tenẽs virginitatis ꝓpositũ: manẽtibus in suo placito angelicis dictis/modũ ꝯceptionis et partus inquirit/dicẽs: Quõ fiet istud: quoniã virũ non cognosco? Acsi pter id quod ipsa seruare firmauerit/aliud sapientia diuina decreuerit. Uirgo siquidem sum: virginitas mihi placet: altipendo eã: ꝓ ea defendenda tormẽta subirem: virũ non cognoui: cognoscere non decreui: meipsam virginẽ obsecraui altissimo: ex illa credo ineffabilia dona sortiri: de ipsa mihi spiritussanctus illuxit: dei ex oĩ me facta sũ. Quid igitur angele de me ordinauit altissimus? Fiet istud cũ viro/an pter virũ? A te dicta meo grata facta sunt animo: et tacite mecũ versans pauesco. Edissere modũ quẽ possim mente ꝯsyderando reuoluere: an velut expositũ gratius accedat. Nulla per me tibi erit diffinita responsio/nisi claruerit modus factionis. Quã succincta virgo verbis: ꝙ in responsione prudens: vt nihil de expositis expetat: animũ et verba trãsfert ad ordinẽ fiendorum: vt plene formet ad inquisita responsum. Cõnectenda sunt omnia prius: si facta modis/si factis modi cõueniunt. Ex his q̃ppe clarefacta ratio/ea que nouit respondenda pronunciat.

¶ Aperit angelus modũ: vt animũ virginis alliciat ad consensum. Capitulum VIII

Respondens autem angelus Lu.i
dixit ei: Spũssanctus superueniet i te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Jam aderat spũsanct9: nec cunctandũ est cũ superuenturus pdicit. Si vero quod dicit/refertur ad locum: vt desup spũssanctus venire diceret: non aliquem fallat opinio: quoniã spũssanct9 nõ mouet de loco/vt vadat relictis spacijs ad aliũ locũ: sed spũssanctus iaꝫ astiterat sibi: cũ eã sanctificauit in vtero: purgãs ab illo cõtagio/quo tota humana ꝓpago cum traducebat ex ꝯcepto semine/tenebatur obno-

tia: t purgationē dūtaxat fecerat virginis. Ne scimus an in illa se in sū accelerauerit: vt ipsi⁹ anima p̄ter sanctificationē illustraretur ampliori lumine: sicut fecit postmodū in sui filij precursore: q̄ vltra id q̄ sanctificatus fuerat/ existens in ventre vndū sterili/ exultauit ad gestatū dei filium in vtero virginali. Pie tamē credendū sanctior q̄ ad similiter cōtingentia hec t ampliora illa fecisset. Sed nec spiritussanctus operat̄ in anima: nec alicui precipuā gratiam cōcedit in casum: nec ad p̄phetiam/ ad omnē cōsolationem/ ad p̄uectū p̄fectionis/ ad miracula spiritumsanctū sibi credimus defuisse: Quis quod spiritu p̄phetico cognouerat/ stilo non cōmendauerit: nec sibi obuenerit opportunitas miracl'a faciēdi. Sp̄s autē sanctus qui nunc supuēturus in virgine dicitur/ non refertur ad virginē/ sed ad filij conceptionē: que acta non est virtute iniecti seminis/ sed spiritussancti in ea superuenientis. Proinde omnis aduentus spiritussancti vsq̄ ad superuentionem eius fit ad virginem sanctificandam/ purificandam/ t ad diuina mysteria coaptandam. Hoc autē quod superuenire dicitur/ ad conceptionē filij referatur: que spiritussancti operatione/ non alia facta est: vt cum modū cōceptionis t partus ab angelo virgo perquireret: vt alliciatur/ vt assentiat: p̄pelletur corruptio: libido non aderit: eodē modo semp se habebit virginitas: addetur tamē tā digna/ imo diuina fecunditas: ad modū insinuandū spiritui sancto tribuit actionē: cuius est propellere vitia: conseruare virtutes: separare repēte supra id quod sperare potest mortalis infirmitas: ac si ab angelo virgini diceretur: Omnia dicta sunt delectantia mentē: solū modus hesitationē adduxerat. In velamento tibi erat: edissero p̄ut a mittente suscepi: assensum p̄stare nō differas. Modus nihil habet humanū: ex diuinis est totus: esse nequiret honestior in natura gratior nullus. Ex spiritusancto est modus: efficit mox t p̄ter molestiā agit: erit ipse pro semine: cōgregabit ad se purissima corporis tui: subministrabit creatura materiā. Coagulatio carnis subito t ex nihilo aīa creata t creatrix deitas/ videlicet verbū patris illico simul erūt. Inexplicabili tēporis breuitate in te creabitur homo nouus/ dei t tuus filius. Hoc efficiet i te superueniens spiritussanctus. Non exquiras huiuscemodi rationē: miraculū enim est nō simile in seculis tēpoꝝ. Singularitatē in oībus habet/ nō causam. Ipsa eīn dei voluntas incōp̄hensibilis est causa. Sed q̄obrem nimia charitas: p̄pter quā deus diligens humanā naturā/ p̄me p̄uaricationi parentū totā subiacentē/ obnoxiam: in te t p̄ te mittit filiū suū in terris: vt mediator dei t hoīm hō christus iesus/ tuus futur⁹ filius/ p̄ eterna recōciliatione se offerēs intercedat. Sit oīno modus in placito: qm̄ t virtus altissimi obumbrabit tibi. Nō ex hoc q̄ obūbrare virtus altissimi dicit̄/ in mentē audientiū aliqd obscuritatis obueniat. Nihil eīn vmbrositatis esse pōt/ vbi lux eterna refulget: ideo p̄pe in carne lux ista veniebat/ vt oēm hoīem appropinquare volentē suis fulgoribus illustraret. Sed hec virtutis altissimi obūbratio ad tectionē traijcitur: vt a virtute illa sup̄na tota virgo tegatur: vt nihil sit in aīa eius t corpe/ quod nō obtegatur diuina virtute. Ad defensionē t munitionē ab oībus ɔtrarijs obūbratio illa p̄mittitur: vt caro virginis dona nature nō perdat. Qm̄ ex natura etiā ex corruptis oīs nascit̄ virgo: vt cōcipiēdo t pariēdo: t deinceps ita inuariata in carne p̄maneat/ sicut ex materno ventre nascēdo p̄seuerat: t sic vndiq̄ munita consistat ab illa obūbratione/ vt sibi nihil in virtutibus desit: expugnās oīa/ inexpugnabilis ipsa p̄ oīa. Et sicut in alijs supra p̄tulimus: aliqua virgo nō solū ad seipsam/ sed etiā p̄ nobis ipsa suscepit: Quis q̄dam sic appropriate ad eā sint facta/ vt nec modo debet alicui alteri possint eē cōmunia: t ita sūt mysterialia/ vt nūq̄ possent esse moralia: nec p̄ similitudinē in mores traijci: nisi rei geste veritas mutata: q̄ in tropologicis locutiōibus oīno seruāda est. Nā eo ipso q̄ veritas historialis in suo vigore non stabit: sensus tropicus inde sumptus friuolus erit: ex eo q̄ ex imitatiōe historie capit̄: Quis in se sine trāssumptione bona multa cōtineat. Aliud eni est bona moralia quecūq̄ irrelatiue dicere: aliud in relatione gestoꝝ. Inculpabile primū: culpabile oīno secundū: si nō stabit historie veritas: ex qua tropicus sumit̄. Quoniā oportet sm̄ censurā diuine p̄uidētie in exponēdis sacris scripturis/ ex eis sumpta moralia cōmēsurari penitus cū eisdē. Hoc siqdē p̄ tāto diximus: vt eoꝝ q̄ de virgine ad virginem dicta sunt/ aliqua sibi tantū/ aliqua possint ad nos sine historie p̄iudicio tropica locutione cōuerti. Nā virtutis obumbratio sacra ad virginē p̄ cōceptione filij/ ad nos deriuanda est in omni p̄tectione sp̄ualis auxilij: vt ab alta virtute obumbremur ad obtectionē/ ad defensionē/ ad munitionē: sicut obumbrata virgo extitit ad dei conceptionē. Etenim hec oīa christus nobis est factus: vt sub vmbra alaꝝ suaꝝ p̄tegamur/ a facie impioꝝ: q̄ prius affligere conantur. Et sub vmbra diuinaꝝ alarū speremus: donec transeat illa iniq̄tas/ qua nostroꝝ affectuū t moꝝ oīs eq̄tas cōturbata est. Sumus in bello cōtinuo: nec inimici n̄ri ex parte aliqua sunt pacati. Impugnat nos ex omniuerso sathan. Et cū in suis agonibus esset dauid/ in se nostrā imaginem p̄ferens: velut gratias agens d̄no dicebat: Obumbrasti sup̄ caput meū in die belli: vt ereptio ab inimicis aut de illis reportata victoria/ nisi obumbratione diuine virtutis/ penitus non fuisset. Nec nos de inuisibilibus hostibus nisi obumbraret nobis virtus altissimi/ felicem possemus habere victoriam. Altissimi nāq̄ virtus sathan cōteret sub pedibus n̄ris: vt tropheantes de hostibus/ in castris triūphalibus eius eterna btitudine coronemur. Proinde p̄rogatum est virgini p̄ conceptione filij dei/ quod nobis

Ps. 139

ꝑ auxilio fuerat alte donandũ. Sed ꝑnt angeli verba virginẽ exhortantur ex superuentione spiritussancti/ex obumbratione virtutis altissimi adijcitur de nascituro. Ideoq̃ quod nascetur ex te sanctũ/ vocabitur filius Dei. Equidẽ impossibile oĩno est/vt ex spũsancto ꝛ ex virtute altissimi aliud q̃ quod sanctum est nascatur: sed hoc quod ex virgine / vocabit̃ filius dei. Supra vocãdus altissimi filius dict⁹ est: nunc aũt filius dei. Dissonantia hec verborum dissonantiã in rei veritate non facit. Idez altissimus ꝛ deus. Non tibi pudori sit virgo: q̃ cum deo patre filium vnũ habeas: qui tecum ex tua integritate/non ex corruptione participare disposuit. Nec ad opprobrium tue virginitatis concipietur atq̃ nascetur. Cum ṽo coalescet: cum in noticia hominũ venerit quod ex te natus est: cum appellaberis mater: fortassis hesitas de opinione hominũ falsa: q̃ mater virgo in ṽitate consistens/inter corruptas matres a cõiter iudicãtibus deputeris. Sed speculare altius virgo: q̃d tibi de opinione vbi apte veritas claret? Nemo rectius incessit/q̃ opinionibus deseruiuit. Gaudiũ apud se possidere nõ valuit certans in opinionibus hominũ viuere. Veritas hec est/q̃ virgo ꝛ mater es. An te amplius molestabit falsa opinio/q̃ sis mater cõmunis: q̃ rei ṽitas/q̃ virgo ꝛ mater existis? An ignoras q̃m veritas huiusmodi apud electos manebit ex fide: falsitas apud reprobos ex opinione cõmuni? Quoniã preterq̃ tu/nulla fuit aut erit virgo mater. Non ergo mireris si vulgare iudiciũ cũ singulari veritate certabit. Longa experientia ꝑ incredulis est vsus ratio ꝛ corrupta natura. Quid igitur ad te alma virgo ꝑtinet de iudicio reproboꝝ? Ad electos deriuatur mysteriũ: q̃ tui filij ex adoptione fratres erunt: q̃bus cum ipso tu oĩbus pia mater. Cum cõplebitur mysteriũ/ quod in te pater adorsus est: cũ inualuerit fides hoĩm/quã in cordibus operabitur: q̃ hoc in te oꝑatus est spũs; diceris virgo mater: ꝛ fili⁹ tu⁹ dicetur filius dei: quẽ aliter nõ decebat q̃ de virgine nasci. Proinde tue virginitatis derogatio redundabit in filiũ: q̃ alte vlciscens/ ꝑpetuabit in eternis doloribus ꝯtumaces. Si ṽo alia opinio q̃ erat in hoĩbus/te confodit: q̃ sponsus q̃ te non tetigit: q̃ nihil oꝑatus est ad conceptũ: altissimi filij reputabitur pater: excusatio tua in exordio isto erit: quousq̃ futura fides hominibus clarescat: qua sponsus a paternitate pellet̃: cui⁹ tu sola es ex carne virgo mater: ꝛ deus eternus solus ẽ pater. Euanescãt igitur ista ex tua mẽte virgo: electi a filio tuo vt sunt in te ṽa gesta credent: venerabunt̃ te pro his: ꝑceu has tibi ponent/vt intercedas ad filium: post quẽ singulare subsidiũ atq̃ refugiũ oĩbus facta es. Cuz ṽo totius seculi cõsummato mysterio iudiciũ clarũ erit: ꝛ electi ꝛ reprobi matrẽ virginem te cognoscent. Illi ad gaudium eternum/isti ṽo ad supplicium sempiternũ: q2 increduli existentes/aut creduli ꝑuerse agentes/sub tuum presidium cõfugere correctis moribus nescierunt.

¶ Ut virgo credat se posse cũ integritate cõcipere/senẽ et sterilẽ introducit. Capitulum IX

Ad faciliorẽ credulitatẽ virginẽ inducendã/grauida sterilis ꝛ senex in exemplum inducit̃: Et ecce helisabet Lu.i
cognata tua: et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mẽsis est sextus illi q̃ vocatur sterilis: q2 nõ erit impossibile apud deũ omne verbũ. Quibus ꝑlocutionibus angelicis helisabet deuenerit in cõceptũ/supra declaratũ est. Que virgini ad fidẽ astruẽdã offertur: cui cognata erat ex eadẽ parentela descendens: que filiũ in senectute cõcepit/renitente lege nature. Quod senex ꝛ sterilis erat/miraculũ porro fuit: vbi natura destitit/aut nõ poterat oꝑari: via credẽdi virgini mõstratur habilior/q̃ ꝛ miraculose poterit ipsa concipe: sicut senex ꝛ sterilis ante cõcepit. Non tamẽ in sterili ꝛ virgini agitur eq̃ portione miraculũ: quoniã si miraculũ est/ quoniã sterilis cõcepit: nõ tamẽ ꝑter senẽ: non sine carnis corruptiõe ꝑhabita: nõ sine grauedine. Neq̃ vno momento in sterili cõceptio ꝛ animatio facta est: nõ in momẽto corporis lineamẽta cõpleta sunt: nõ partus sine dolore/ neq̃ ianua clausa. Hec siq̃dem oĩa in virgine cõceptionis ꝛ partus miracula ꝑfecerunt. Sed satis erat angelo virgini potuisse monstrare/ vt dictis eius animũ inclinaret: q̃ supra naturã in sene ꝛ sterili potuisset esse cõceptio. Ualent nãq̃ preterita vt futura credantur. Et vnũ incredibile aut difficiliter factũ/aliud arguit posse fieri. Et sextus mensis erat a conceptione sterilis/vsq̃ in illam horã qua virgo exquirebatur ab angelo ad cõceptum diuine prolis. Ad rationẽ ṽo/q̃ ex veritate diuina est: que ex authoritate diuina est: q̃ ꝛ responsum cõtradictionis nõ patitur: virginẽ angel⁹ includit: q2 nõ erit impossibile apud deũ omne verbũ. Si nihil apud deũ est impossibile: nec sterilis ꝯceptus/ nec virginis virgine⁹ cõceptus ꝛ partus. Quod enim potuit/voluit: quod voluit/hoc effecit: nihil ꝑter indecẽs sibi ex impossibilitate repugnat. Et in hac fide ipsa nutrita fuerat/q̃ deus erat omnipotẽs: nec habebat vnde de potentia diuina nutaret/si hoc crediderat deum velle. Ad quod figure precedẽtes/similiter ꝛ prophetie sibi testimonio erant: q̃ hoc eternus deus ꝛ omnipotẽs facere dignabatur. Nuperrime vero ad ostendendã iã diuinam fieri voluntatem nuncius celestis astabat: cõmonefaciens virginem/ sibiq̃ suadens per veritatem altissimi/vt diuine voluntati sine tarditate assentiat. Ecce omnis cõpleta est nuncij superni delegatio: facta est salutatio: ꝑcul pulsus est hesitationis timor: declarat⁹ est modus/quo possunt diuina humanis / et diuinis humana coniungi: insolubilis ratio apposita est: quoniã nihil erit impossibile apud deũ: nihil restat fieri ex parte legati vt verbum caro

bat: solum superest vt respondens virgo tā alte legationi prestet assensum. O si homines hunc dialogum agnouissent. O si tempus ⁊ locꝰ tūc foret / quādo ad quē potuisset esse accessus. O si diuulgatū scienter in mundi partibus ante fuisset. O si adam cū omni sua ꝓgenie ab ipso vsqꝫ ad ipsas penaliter / inculpabiliter propagata sciuisset. O si cū omnibus patribus / cū qbus tenebatur inclusus / ad secretum cubiculum virginis cuꝫ corporibus aut in animabus potuisset accedere. O si eua ⁊ sena mater cum cunctis in partus dolore damnatis / sciens que ab angelo cum virgine de se longe genita agerent / obtinuisset licentiā ꝓdeundi. Accessissent protinus oēs ꝓuolute ante cubiculū eius: ꝓsenchas homines porrexissent: dantes in alta voces: ꝓfundentes deorsum lachrymas: singultibꝰ atqꝫ gemitibus nō parcentes: exposuissent miseriam q̄ premebant: mala que incurrerāt ex prima olim matre. Quomodo subiugabātur a mortis imperio: ⁊ eos tyrānis diabolica includebat: q̄diu extiterant ab amenis sedibus exules / q̄diuqꝫ futuri. Quō erit spes oīs redēptionis adempta: ꝓterq̄ in eo ꝙ angelus exigebat: ⁊ ꝙ clausa erat vite via: repagulata erāt vndiqꝫ regna celestia. Inimicitie firme stabāt cōtracte in ꝓtoplastis: deus ab homine offensus erat / a nulloqꝫ placatus. Celestis exercitus terrenas acies abhorrebat: exterminassetqꝫ castra: nisi qꝫ retinebat ab eo q̄ disponebat eruere. Totales cohortes hostiliter in hoīes priuatis auxiliarijs seuiebant. Quasi cōfusis vocibus hec virgini disseruisset humana cōditio: vt sicut rex omniū / decorē huius virginis ad redemptionē humani generis exquirebat: sic ipa in hanc obedientiā suū animū inclinaret. Uim fortassis fecissent tabernaculi postibus / ⁊ dulcē insultū virgini: ne differret apologiā facere alloquenti: quoniā ꝑ eā hec penalia remouenda erant. Omne pondus certaminis supꝫ eā vertebatur. In responsum eius incumbebat omniū hominū salus: ⁊ tollende ꝑ eius adorsum inimicitie ad creatorē ⁊ ad ciues supcelestes: ꝑanus erant ꝑ eā bona mortua / rediuiua futura: ⁊ ab eterno disposita / in tempore ꝑ peccatū dilata reordinabātur in priscū. Merito vice necessitatis illā natura humana compulisset ꝓseuchis humilibus: vt pro causa omniū / que agebatur cū ea in secreto cubili sub eterna sanctione / ad deū se totā omni exceptione deiecta transferret. Sed q̄uis non essent q̄ procliue huic virgini supplicarent: etiā sua causa illi celicole assentire cogebat: quoniam nec sanctificatio vterina eximebat a limbo: nec infra celestia ꝑmortuā transtulisset: nisi per suū assensum duarum naturarū in suo aluo fuisset celebrata cōiunctio. Ratio flagitabat ⁊ cognitio / quam ex deo acceperat: vt esset prima ⁊ palmaris virgo prudentior: cui datū erat / vt sibi ⁊ omni humano generi ꝓuideret. Nā cum multe filie cōgregarent diuitias: ipsa sola supergressa est vniuersas: ⁊ in diuitijs sapientie cunctas excedens: sibi ⁊ omnibus cōsulens: a seipsa suasa prudēter / et ab angelo: q̄ tam docte ex diuinis ꝓmissionibꝰ ⁊ operationibus ipsam ad expectatā responsionē induxerat: que oīno erat infinitis pendenda muneribus / ⁊ nulli cōparanda sermoni: quā virgo angelo prestolanti / pia humilitate / sine ꝯtradictione / sui ⁊ omniū miserata perfecit / dicens.

¶ Assensus virginis in humilitate fundatus. Capitulum. X

Ecce ancilla dñi / fiat mihi secūdū verbū tuū. In ꝓfunda se deiecit. Que inuitabatur ad alta et ad dominatum / in ancillatum animum conuertit ⁊ corpus: cū respondit: Ecce ancilla dñi / scilicet sui ⁊ omniū. Nihil sibi virgo retinuit: totā se posuit in diuino famulatu. Noluit ipsa de seipa decernere: cū audisset factū / intellexissetqꝫ modū preterq̄ obedientiā / nō amplius habuit q̄d possit obijcere: qbꝰ se ad sua vota relatis optabat sibi fieri: ⁊ in ea oīa celebrari secundū angelicū dictum: Fiat mihi ſm verbū tuū: vt cōcipiā et pariam iesum / infinite magnū / ⁊ vocatum altissimi filiū / sedentē supꝫ sedem dauid / regnantem in domo israel in eternū: cuius regni etiā nō sit finis. Sed nec aliās virgo dedisset assensum: nisi verbū angeli ꝑ omnia seruaret: nisi sibi ſm verbum angeli expositū / ex parte omnipotentis fieret ꝯceptus ⁊ partus. Dixerim non esse hic aliquid questionibus huiuscemodi differendum: cum virgo totā se dedit in voluntatē dñi. Nec sibi ad decentiā prudentie imputatum fuisset: si aliter q̄ inquisita ⁊ clarefacta in facto ⁊ mō protulisset ipsa ⁊ responsum: ꝓpheticos enim dialogos in alia nō debebat cōclusione terminari. Apprime nāqꝫ in omni dialogo agitur / si ſm ꝓposita ⁊ quesita formatur respōsio: ab eo videlicet qui finalem apologiam habet respondere: quod prudentissima omniū virgo sane ꝑfecit.

¶ Subita et instātanea incarnatio illico post assensum virginis subsecuta est. Caplm XI

Ad quam cōplendā mox superuenit spiritussanctus: obumbrauit virtus altissimi: coagulati sunt ex virgine ꝓ mole carnis purissimi sanguines: affuit deitas / scilicꝫ verbū patris eterni: anima ex nihilo creata infusa est: ⁊ factus est ꝑ omnia ꝑfectus vnus nouus homo ab illo instanti: viator ⁊ cōprehēsor / beatus ⁊ miser / mortalis ⁊ imortalis / moriturus ⁊ nō moriturus / omnia sciens / omnia ꝓspiciēs: ꝓterita / presentia ⁊ futura equa cognitione cōplectens: talis conceptus / qualis ⁊ natus: talis in vtero / qualis dum obuersaretur in seculo: qualis in vtero / talis in patibulo: qualis in vtero / talis ⁊ in celo: qualis nunc / talis tunc: vt excepta mole corporis que per incremēta temporum creuit / per omnia siquidem esset equa perfectio. Nec obstant penalitates assumpte / passiones illate / tolerata mors: quam assumpsit voluntarius / non tolerauit inuitus. Exquisiuit a puella virgine omniū miserans pater / quod tūc

miserendi erat et venerat tempus: volens per assensum eius omnibus misereri. Et per alloquium factum virgini, celestis nuncius executus est. Diuinis theorijs alma virgo consensit: et emisso sermone vitalis obedientie, sine vlla intercapedine temporis, ineffabili atque incomprehensibili celeritate repente concepit: et verbum in ea caro factum est, vt deinceps habitaret in nobis ineffabilis. Et miranda conceptio: vbi per auriculam ingresso verbo angelico, per os emisso verbo virgineo, spiritusancto insensibiliter operante, verbo dei eterno non per sensus ingresso, ipsa supercastissime facta est et inseparabilis vnio naturarum: vt ex vna parte deitas in simplo, ex alia humanitas in duplo, in simul conuenirent: vt simplum et duplum nulla ratione soluerentur. Et duplum quod semel in diuortio factum erat reuniendum inseparabiliter et eterno. Nondum discesserat angelus repetiturus superna: et hec ineffabilis conceptio ex toto perfecta est. At vbi omnis eius est completa legatio: discessit ab illa angelus: non relationem acturus: omnia enim nouerat qui illum legauerat: sed discessit: quia cognouerat effectum superuenientis et obumbrantis virtutis, et completam conceptionem, et totius deitatis adesse presentiam. Quid amplius facturus erat, vbi sciebat virginem ex omni se in mysteria diuina migrasse? Non eum decebat in inferioribus vltra morari, postquam iussa superna perfecerat: et aduenerat ad virginalem aulam, cuius fuerat ipse precursor. Sed nec discessit quin ampliori reuerentia illam veneraretur, quam salutando fuerat veneratus: quoniam quod in illa prenunciabat futurum, nouerat iam completum: et deitatem cuius legatus extiterat, virgineo iam adorabat in aluo: illa suprema latria qua diuini spiritus deum adorant in superis, gabriel angelus veneratus est in vtero virginis. Et discessit, maiori cedens qui venerat: insinuans esse completum secretum eternum, a seculis absconsum tunc in virgine maria: non tamen relinquens custodiam eius: si custos eius erat, sicut annunciator tanti mysterij.

Ascensus virginis post conceptionem, vt senem et sterilem inspiceret grauescentem. Ca. XII

Et cum operationem diuine virtutis, et conceptionem ineffabilem iam in ipsa nouisset, ad exemplum sibi positum ab angelo de cognata visenda: visura se contulit: non velut in dictis angelicis hesitans. Maiora iam in ipsa celebrata cognouerat: sed vt miraculum miraculo coniungeret: nouitatem nouitati sociaret: et veneratur in sterili diuina mysteria, que suum conceptum paritura erant. Spiritu enim prophetico multa virgo nouerat: et illam sterilem gestare preconem, cuius ipsa deferebat iudicem. In magno autem mysterio: quoniam lex et euangelium in magnis montibus hypantare inuicem se debebant. Proinde Exurgens autem maria in diebus illis, abijt in montana cum festinatione in ciuitatem

Lu. 1

iuda: et intrauit in domum zacharie et salutauit helisabet. Festinat Maria montana conscendere: non voluntate vagandi, aut ad curiositatem oculorum in montibus dilatandam: sed ad illam dirarat ciuitatem in domum ingreditur: vbi noui prophete, suique filij precursoris nouerat esse matrem: seruans humilitatem, sterilem matrem mater virgo preueniens: et illum naturalem humilem morem, quo a iunioribus est antiquioribus deferendum. Pie tamen crediderim: quod si sterilis cognouisset de virgine quod angelo nunciante virgo cognouit de sterili: velut altioribus muneribus dotatam, in visitatione virginem sterilis preuenisset: nisi quia potuisset ocyus ambulare iunior. Attamen protinus sterilis non illam expectasset in domo: potius obuiam processisset. Sed cognouit ex presentia visitantis, quod ante non nouerat. Magna nobis documenta exhibentur in ista visitatione, quam virgo sterili exhibet: ad seruandam humilitatem, ad visendum a quocunque, in quocunque inuenta fuerint semina sanctitatis: in quo relucent diuina mysteria: in quo deus operatur super nature virtutem: vbi plus gratia quam natura refulget. Magna est contemplatio creaturarum magnarum, celi atque stellarum. Magna consyderatio elementorum et elementatorum ex eis. Magna speculatio processus naturalis ordinis, eiusque pulchritudinis: et elimatio inde nascitur ad maiora: vt ex contemplatione creature creator possit agnosci. Sed maior est meditatio, speculari opus diuine gratie, sanctitatem animarum, morumque grauitatem, sapientiam diuinorum, habitum virtutis in anima que nature operationes transcendunt. Sancta itaque pergit ad sanctam: et que maiori sanctitate resplendet: humilioribus atque ardentioribus moribus agitur. Sepe quidem maioris virtutis signum est actio. Non paruus est fructus etiam cum electi in hac vita symbolum faciunt. Intrat igitur virgo in domum zacharie: a quo domus possessio dignus dicebatur: et salutauit helisabet cognatam suam: non quia cognata: non enim cure virgini erat familiarem se prestare secundum carnem cognatis: que iam cognita et cognata celestibus spiritibus facta erat, et totius deitatis hospitium: auulsus erat ab amicis secundum carnem: amor eius solum agebatur ad deum spiritu: quo permota salutauit helisabeth: quia in ipsa spiritussancti operationes factas agnouerat. Salutauit siquidem: sed nescimus quibus verbis. Fortassis vt mos erat salutare iudeis. Magis autem fuit adiectum: quoniam tanquam sterilem atque senem diuine atque miraculose operationis officinam virgo humilis salutauit: velut si omnibus qui bene vixerunt in lege sterili atque sene, nunc per eam salus adueniat que salutat. Responsio siquidem helisabet, quam in ante exposito libro pretulimus, ad hoc concidentiam facit: admirans quod ad eam mater domini saluatoris accesserit: et in spiritu facta dixit ad virginem: Benedicta tu in mulieribus; et benedictus fructus ventris

tui. Cū benedictione angelica helisabet ī hac
parte consentit/ꝙ super omnes mulieres bene/
dicta consistat. Sed ipsa sterilis/nunc grauida
plus adiecit: cū fructū in virgine diuinū existe/
re precognouit/benedicens eum: quoniam di/
uina fruitio per illū sanctis in eterna patria dā/
da erat. Et benedictus fructus ventris tui. Cla/
ret illa hora/qua virgo verbū obedientie protu/
lit/cōcepisse: cū statim ascenderit ꝛ manserit mē/
sibus tribus cum helisabet: que fructum vētris
eius spiritu ꝓphetico bñdixit: ꝛ ipsa virgo par/
tum sterilis expectauit. A die siquidē conceptio/
nis virginis vsqꝫ ad partū sterilis/ tres nume/
ro menses sunt.

Oraculū helisabet ad virginē mariā: ad quā helisabeth reuersa est.

Capitulum XIII

Lu.1 ET btā es q̄ credidisti: quoniā
ꝑficientur in te q̄ dicta sunt ti/
bi a domino. Beata virgo ab he/
lisabet predicatur/ex eo ꝙ credidit angelo nun/
cianti. Spiritu reuelante nouerat ꝙ diuina re/
cepisset alloquia: que credens ad seipsam ꝛ pro
omnibus saluandis beata erat. Sed querendū
nobis est: cum angelus dixerit benedictā/ ꝛ he/
lisabet benedictā ꝛ beatā: quid interest inter be/
nedictam ꝛ beatā/seu benedictū ꝛ beatū? Sed
aliud benedicere deū: aliud benedici a deo: ali/
ud benedici ab hominib⁹. Benedicere deū est
in omnibus que in mundo fiunt/sibi attribuere
bonitatē: nobis autem maliciā vel defectū: vt
in camino ignis ardentis fecerunt tres pueri.
Dan. iij. Benedici a deo est: cum ipse reb⁹ om/
nibus tribuit propriā bonitatē: quā nos natu/
ralē vocamus: ꝛ cū omnibus in his que agunt
aut volunt/tribuit prosperari: sicut Job primo
ca. sathan dño de iob inferebat/dicens: Operi/
bus manuū ei⁹ benedixisti. Ac si diceret: Nec
mirū si iob timeret deum: quoniā bonitatē ꝛ ꝓ/
speritatē tribuisti operib⁹ manuū eius. Et ali/
Job.42 bi: Benedixit deus vltimis iob. Cum autē die
sexto deus crearet primos homines: benedixit
eis bonitatē dans/datā insinuans sup omēs su/
Gen.2 percelestes creaturas. Similiter ꝛ diei septimo
benedixit singulariter/quietis bonitatē illi tri/
buens. Sic etiam benedicere dicit: cum omēs
gētes in christo suo filio bñdixit: ac singulis be/
nedicit/vt possint adipisci salutē. Omnibus q̄
bñdicuntur in christo/illa bonitas tribuit: qua
illa salus tribuatur/quā ipse acq̄siuit in sangui/
ne. Ab hominibus vero benedici est: cum gesta
hominū reuocantur in laudabilē rerum partē:
aut cum ex his que a deo donantur/datarij be/
nedicti vocantur. Ac per hoc si benedictio vir/
ginis ꝙ ab angelo ꝛ ab helisabet benedicta in
mulieribus predicatur/a deo protinus sic erat:
vt illam ei dñs bonitatē conferret/ qua sibi sup
omnes posset placere/ac dei filiū generare: ab
hominibus etiā talis erat benedictionibus ex/
tollēda: vt nihil in ea ꝛ ex ea in alterā rex partē/
q̄ in virtutū bonitatē possit inflecti: vt ex ventre
ipsius ille benedictus q̄ venit in noīe dñi/afflue/
ret sup oēs. Beata siquidē ꝑdicabat viatrix exi/
stens: qꝛ crediderat angelicis dictis: ꝛ qꝛ in ipsa
dicta ꝑficienda erāt. Virtutis erat existētis in
anīo ista beatitudo: vt nil posset repugnare fu/
turis: nec ipsa in mente habebat aliq̄d impaca/
tū. Beatitudo est sic virtutibus adijci/ vt nihil
aduersum eax impediat actionē: ad quā beati/
tudo interminabilis seq̄tur: cū sit assumptio ī su/
perna. Inquit igit helisabet: Beata q̄ credidi/
sti: qm̄ ꝑficient in te q̄ dicta sunt tibi a dño/ scꝫ
angelo nunciante.

Canticū marie corā helisabet.

Capitulum XIIII

ET ait maria: Magnificat aīa Lu.1
mea dñm. Nō magnificat virgo de/
um/vt ipm̄ magnum efficiat: a quo ipsa
etiā magna facta est: sed sic cū anīa marie cōsp/
derat/vt quod vult efficiat: ꝛ quod in re parua/
magna possit efficere: ad magna vero ea que sūt
exigua/subleuare. Magnificabat anīa virginis
dñm/cū laudabat dñm īterne/atqꝫ ꝯtēplabat ꝙ
magnalia in se ancilla ꝑfecerat: ꝛ ad infinuta/
tem eius deficiens/ab illa magnitudine vince/
batur. Et propter magna q̄ statuit in re parua:
Exultauit spūs meus in deo saluta/
ri meo. Exultauit spūs virginis: qꝛ in ea sup/
uenerat spūssāctus: q̄ docuit eā: fecundauit eā
virginē seruauit intactā. Ex his nempe q̄ a spū
sancto suscepit/exultauit spūs eius in deo salu/
tari suo: in filio videlicet quē gestabat in vtero.
Nō sic suo/quin etiā omniū. Sup quē symeon
ꝓphetauit/cū natū portauit ad tēplū: Quia vi/ Lu.2.
derunt oculi mei salutare tuū: quod parasti an/
te faciē oīm populoꝝ. Quare exultauit? Quia
respexit humilitatē ancille sue: ecce
enim ex hoc beatā me dicent oēs ge/
nerationes. Ad quā veritatē virgo se ꝯtulit
vnde a dño respecta est aduertamus. Quia re/
spexit humilitatē ancille sue. Virgo hec noue/
rat/q̄d gratā corā dño ipsam potuisset efficere:
Quod cū reppērisset: cunctis visibilib⁹ preter/
missis/sibi ascuit in voce. Non ꝓpinquitatē ge/
neris/nō pulchritudinē corporis/non artis addi/
tamēta/nō eloquentiā/nō humanā prudētiam/
nō diuitias: nō cetera taliū/vt a deo respiceret
enunciat: necnō ꝛ q̄ maiora sunt reticet: nō san/
ctificationē in vtero/nō virginitatē in placito/
nō orationē/nō ꝯtēplationē/nō sensuū custodi/
am. Alias oēs silet ipsa virtutes: dumtaxat sibi
de humilitate blandit: ꝙ illā in ipsa pre omnib⁹
vernātibus bonis intuitus esset altissim⁹. Apte
porro: quoniā a cōtraria fenestra eius se prima
mulier cū omni sua ꝓle de arce bonitatis deie/
cerat. Et inde lucifer de altissimis sedib⁹ ad pal/
lidas sedes cū suis sequacibus potenter eiectus
est. Mirū in modū nō prodit fidē: subticet spē:
nō nominat supexcedentē oīa charitatē. Cūcte
virtutes in silentio facte sunt: ꝓ hūilitate solū
se respectā a domino gloriat. Quia respexit hu/
militatē ancille sue. Nō ab re: nā cū hūilitatē al/

pit illā obedientiā oīm ⁊ oīs eius quod erat do-
minauit: qua inexceptuate creatura deo subijci
tur: qua oēm voluntatē/intentionē ⁊ affectionē
⁊ actionē transfert in eum: nihil sibi ꝑ humane
cōplacentie voto reseruans. Preit enim dicata
obedientia deo cūctas virtutes/graditurq̨ cuȝ
oibus. Nā quō quis crederet/nisi obediret vo-
canti ⁊ ꝑdicāti: ⁊ captiuaret omnē intellectū in
obsequiū fidei? Nā quō quis speraret/nisi obe-
diret? Quō quis diligeret diligenter diligenda:
nisi vellet ex obedientia iubentis mādata ꝑfice-
re? Unde ipsoꝝ digna obseruatio/nisi ex obedi
entia digna? Uñ inuisibiles theorie in alta ten-
dentes? Unde honeste atq̨ fructifere hominū
actiones: nisi ex illa humilitate ꝑfunda/q̄ hoim
animus fit subditus deo: factus obediēs in ma
lis tolerandis etiā vsq̨ ad mortē: in cauēdis vi-
tijs sine termino in bonis agendis: quousq̨ dū
viuit possit esse ascensio? Est enim humilitas il
la prima nature libertas: qua hō libere sine im-
pedimēta poterat superioris cōplere mādata iu-
bentis. Est humilitas illa prima creature subie
ctio ad diuine agentē: quā virgo habēs loq̄tur
ꝑfidenter: Quia respexit humilitatē ancille sue:
vt in illā videlicet diuine atq̨ humane possit ꝑfi
cere quod ab eterno nō decreuerat. **Ecce eni
ex hoc beatā me dicent oēs genera-
tiones.** Frustra beataȝ diceret/nisi esset: sed
vnde beatā? Quia huiuscemodi humilitatē pos
sedit. Unde beata: nisi q̄ in ea dominus ineffa
bilia opatus est: cum in illa eternū dei verbū sit
in plenitudine tꝑis caro factū? Unde spūs vir-
ginis etiā exultauit. **Quia fecit mihi ma-
gna qui potēs est: et sanctum nomē
eius.** Multa magna ꝑtracta sunt/q̄ in illa do-
minus opatus est: quoꝝ nō exq̄renda est a mor
talibus ratio: cū in his magnis que supra sensū
⁊ apprehensionē hoim opatur/q̄ potuit et vo-
luit/illa ratio sit palmaris. Hinc virgo decātat:
qui potens est. Ideo mihi magna fecit: q̄ oipo
tens est: ⁊ q̄ sanctū nomē eius. Quid hic ad fa-
ctionē magnaliū sanctitas? Quid sanctitas in
nomine/cū in ꝑsona taceatur? Quis ordo loq̄n
di? Nulla est vera potentia/ si sanctitate caret:
nec ꝑter illā magna pōt efficere. Ueritas poten
tie id exquirat/vt sibi sanctitas sit germana. Et
factoꝝ magnaliū est/ vt sanctitate resplendeāt.
Reprehensibilis est oino potentia/ nec lauda-
bilis actus: si sanctitas non assistit. Est igitur
sanctitas illa infallibilis veritatis atq̨ iusticie
regula: que affectū ⁊ intentionē etiā in modico
exorbitare atq̨ pigrescere oino non sinit: q̄ vi-
res interiores ⁊ exteriores exercet/vt omne ꝑ
grediatur in fas: que sic cuncta disponit/vt nul
la possint improbitate causari. Sanctitas autē
in deo/deus est. Est enim deus oē quod ha-
bet. Sed cum deus ad creaturas suo ineffabili
modo aliq̄d operando ꝯtrahitur: sanctitas de
ipso eo sensu dicitur quo stabiliter/vtiliter/irre
prehensibiliter/laudabiliter atq̨ mirabilr ope
ratur. Cōpetit igitur sanctitas ad factionē ma
gnorum. Et cum nomen dicitur sanctū/ ad no
ticiam refertur: ⁊ ad effectum nostre salutis:
quoniam iesus appellabitur nomen eius. No-
mina etiam que fm linguam hebream atq̨ gre-
cam habet/ omnia sanctitatem insinuant. Nec
hic sumpsimus differenda nisi hoc paululum:
ne canticum virginis indiscussum preterisse vi
deamur. **Et misericordia eius a proge
nie in progenies timentibus eum.**
Nō solū sibi a deo magna facta mater virgo cō
memorat: sed vt oib⁹ timētib⁹ eū a ꝑgenie ꝑmi
hois/ꝑ oēs ꝑgenies filioꝝ hoim/dei misericor
dia magnifice sit ꝑstanda. Una siquidē fuit ho-
minū prima ꝑgenies: que deinceps in multas
ꝑgenies est diffusa. Et ab oi alia ꝑgenie distin
cta erat ꝑgenies iudeoꝝ/ dūtaxat vnius dei cul
tū tenentiū: q̄bus primo credita sunt eloq̄a dei.
Et ad israeliticas oues primo dei filius missus Mat.15.
erat: vt eis prius/deinde oibus misereref. Naȝ
ꝑ Osee dominus dicit: quod etiā aps̄ ad Ro- Osee.4 Ro.9
manos cōmemorat: Et vocabo nō plebē meaȝ
plebē meā: ⁊ nō dilectā meā dilectā meā: ⁊ nō mi
sericordiā cōsecutā/misericordiā cōsecutā. Et
alibi: Cōclusit enim dñs oia in incredulitate: vt Ro.11.
oim misereatur. Et in sapiētia scriptū est: Mi- Sap.11.
sereris oim domine: q̄m oia potes: ⁊ dissimu-
las peccata hoim ꝑpter penitentiam. Diligis
enim oia que sunt: ⁊ nihil odisti eoꝝ que fecisti.
Cantat virgo adesse dei misericordiā omni ꝑ-
geniei: sed timētibus eū. Nihil excluditur a mise
ricordia dei: nisi qui dei misericordiā ꝑ impeni
tentiā exclusit. Sed nec ita misericors/vt iudici
um nō faciat: nec ita iustus/vt misericordiā ex-
cludat. Cōpetentibus enim cōpetētia facit. Et
dauid ꝑspiciens decantat dicens: Misericor Ps.100
diā ⁊ iudiciū cantabo tibi domine. Sic ⁊ virgo
mater post misericordiā subiunxit dicens: **Fe-
cit potētiā in brachio suo: dispersit
superbos mente cordis sui.** Uulgaris
vsus loquēdi hoc habet: quod cum aliquid ma-
gnum quis fecit in hostem/vt virtus referatur
in brachiuȝ. Sed non sunt hec verba virginea
immo ⁊ spiritusancto deprompta: non excludē
da in angustū: alte lateq̨ diffundi possunt. Bra
chium quod virgo cōmemorat/in quo deus su
am potentiam fecit eterni patris: eternus est fi-
lius/in corpore virginis filius factus: vnde illū
extollit quem gestabat in vtero. Quod autem
brachium eius sit vnigenitus ab eterno filius
eius/nunc in tempore caro factus: ex mire fa-
ctis atq̨ facturis sacra scriptura cōmemorat.
Nam prima tympanistria ad presagium protu
lit/que nunc secunda decantat: Irruat super Exo.15.
eos formido et pauor in magnitudine brachij
tui. Aduersus egyptios illo in tempore soror
moysi et aaron intēdebat ex verbis cantici ei⁹.
Preuidebat aūt in mysterio quod nunc maria
ꝟgo recitat de filio ei⁹. Nā in magnitudine di
uine potentie super egyptios formido ⁊ pauor
irruit: sicut i illo trāsitu maris gesta manifestāt
vt egyptius suffocat. In magnitudine ꝟo chri

sti super vniuersum orbem terrarum pauor ir-
ruit et formido: cum in ortu eius trepidauerunt
reges et geniculauerūt. Alij ne perderent mun-
di regnū/pauoribus flagellati sunt. In die mor-
tis eius totus mundus expauit: resurgens ter-
ruit inimicos. In subsequis eius in timore cō-
cussit reges terre: aut idolatricum populū om-
nino idola et phana demoliendo/terrendo tur-
bauit. Dominus cum Iob vellet reprimere/di-
Iob.40. xit: Et si habes brachium sicut deus. Brachi-
um dei/eius est filius: eternus ex patre/tempora-
lis ex matre. Quod brachium aut Iob aut ne-
mo hominum habet/vt magna sicut deus pos-
sit efficere. Magna in isto brachio virgo deū
fecisse decantat: quod Dauid ante preuiderat
Psal.76. dicens: Redemisti in brachio tuo populū tuū/
filios iacob et ioseph. In quo redemit populū/
nisi in filio suo? Quid igitur brachium eius/ni-
si humanatus filius eius? Que hac magnitudi-
ne maior/ꝙ redimere populum diabolo subiu-
gatum/criminibus abstractum/per filium cru-
ce suspensum? Redemit igitur in brachio po-
pulum omnium nationum: filios iacob/aut fili-
os circūcisionis: ꝛ filios ioseph/videlicet genti-
les ꝓ eo ꝙ nati sunt in egypto. Filij ioseph filij
sunt augmenti: qui ꝑtinent ex significatione ad
alias nationes: cum magis ex eis ꝙ̄ ex iudeis sit
ecclesia dilatata. Fecit igit̄ potētiā in brachio
suo: cū in ipo creauerit celū ꝛ terrā. Fecit potē-
tiā in brachio suo: cū dispsit supbos mente cor-
Psal.88. dis sui. Et ī psalmo scptū est: Tu hūliasti sicut
vulneratū supbū: in brachio ꝟtutis tue dispsisti
inimicos tuos. Qui aūt inimici dei/nisi demo-
nes supbi: ac etiā hoīes ꝗ ei⁹ mādata ꝯtēnūt: ꝗ
eius impiū paruipēdūt? Demones dispsit eripi-
endo predam: superbos autem homines humi-
liat aut damnat. Hoc est brachiū quod spcias
scilicet animas electorum legit: brachium quod
omnibus dominatur: brachium quod difficili-
ter per fidem et mortem ꝛ sanguinem ꝛ in mul-
tis miraculis reuelatum est. Ad iudicium etiā
iusticie sue ꝑtinet ꝛ quod sequitur. **Deposu-
it potentes de sede: et exaltauit hu-
miles.** Neqꝫ nouum est hoc virginis verbū:
longe ante predictum est: necnon ꝛ experientia
claret. Ad dei iusticiam pertinet deponere ad
ima qui nequiter sublimia tenuerunt: ꝛ exaltare
humiles tenentes virtutem/dum abiecti vide-
Iob.5. bantur. Hinc in Iob scriptum est: Qui ponit
humiles in sublimi: ꝛ merentes erigit sospita-
te. Pro humilibus quidem dicta sunt hec: pro
depositione vero superborū potentum/ꝛ exal-
tatione humilium clarius in sapientia legitur:
Eccli.10. Sedes ducum superborū destruxit dominus: ꝛ
sedere fecit mites ꝓ eis. Radices gentium su-
perbarū arefecit deus: ꝛ plantauit humiles ex
ipsis gentibus. Si ꝑ allegoriam vellemus discu-
tere: depositio iudeorū ꝛ gentium exaltatio in-
telligitur. In moribus etiam talia fieri sepe vi-
demus. Cum vero finis vite hominis venerit:
rota voluetur rationis humane infra rotam di-

uine iusticie: vt ſm virtutes/non ſm opiniones
hominum merita tribuantur. Et in euangelio
saluator plerūqꝫ verba huiuscemodi iterauit:
Omnis qui se exaltat/humiliabitur: et omnis ꝗ Mat.23.
se humiliat/exaltabitur. Perseuerat adhuc in Lu.14
verbis iusticie virgo mater: et illā explicat alio Luce.18.
loquendi genere. Infert equidem: **Esurien-
tes impleuit bonis: et diuites di-
misit inanes.** Nondum natus erat Chri-
stus: et mater gestās eum/predicabat que ipse
predicaturus erat. Nam factus adultus/ape-
riens in monte os suum dixit: Beati qui esuri- Mat.5.
unt et sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabū-
tur. De ista esurie virgo preloquebatur: nō de
illa que dicitur panis et vini. Defectum esuries
portat: et prout certat cum corpore/vacuitas
eius est. Sed oportet etiam omnino lege natu-
re vacuum impleri: natura enim ipsa vacuum
abhorret. Sed terrenis vacui/celestibus reple-
būtur: insaturati suapte perfunctorijs/comple-
buntur eternis. Esuries animati corporis est
impatiens appetitus eorum/que possunt ſm
naturam sustentare naturam. Esuries autem
anime rationalis est deuenire in verum ꝛ opti-
mum. Cum vero anime rationali fuerit addita
gratia: in ampliora tendit esuries: vt etiam im-
patienter appetat liberari a vitijs/inherere vir-
tutibus: et penis intentatis et morte appete-
re non desistat: et semper subiaceat laboribus
quousqꝫ obtineat. Post istam vero beatitudi-
nem esuriens/quam virtutibus repositam cre-
dit. Huiuscemodi esurientes qui potens est im-
pleuit bonis: ꝛ diuites dimisit inanes. Diuites
scilicet in terrenis: qui non in deo/non in virtu-
tibus/sed in seipsis diuites sunt. Consona in
psalmis verba precesserant his que nunc virgo
decantat. Diuites eguerunt ꝛ esurierunt: inqui- Ps.33.
rentes autem deum non minuentur omni bo-
no. Inquirere dominum/ad esuriem anime ra-
tionalis refertur: que cum fuerit gratia predita/
ipsum impatiēter desyderat. Diuites vero mū-
di egebunt/ꝛ esurient/ꝛ dimittentur inanes. Et
alibi. Animam esurientem satiauit bonis. Me- Psal.106
rito aīa bona incessanter desyderās/bonis re-
pleta est. Quod semꝑ facit ille ꝗ potēs est: ꝗ etiā
nouit ꝙ̄to desyderio ad ꝟtutes anima eleuetur.
Hinc etiā dicit̄: Qui dat escā esurientibus. Escā Psal.145.
virtutū/que aīas alit: ꝛ escā sui corpis ꝛ sangui-
nis/quam omnibus fidelibus ꝑparauit: in ostē-
sionem amoris ineffabilis/quo diligit nos: ꝛ in
tutelā a malis purgationē criminū: in terrorē spi-
rituum nobis aduersantiū ad salutē. Sed diui-
tes seculi/existimātes maiores diuitias opes ꝛ bo-
na pfunctoria egypti ꝙ̄ improperiū christi/om-
nino dimisit inanes. Et hoc habet ꝓpriū boni-
tas/ꝟtus ꝛ sapia: ꝙ post esum iterū esuries seq̄-
tur: ꝛ gustata desyderium reaccendūt. Sic ꝑ sa-
pientiā dicit̄: Qui edūt me/adhuc esuriēt: ꝛ qui Eccli.24.
bibūt me/adhuc sitiēt. In argumētū inherētis
ꝟtutis ista verba depremunt̄: ꝙ āplior bonorū
gustatorꝫ esuries illa iā adesse demōstrat. Argūtur

in anima esse virtutem ad ipsam desyderium pamplius inardescens. Hos esurientes bonis implet largitas eius qui cuncta potest: inanitate remanente apud diuites insatiabiles/quorum anima terrenis satiari nō potest. Post decreta iusticie/mater misericordie ad misericordiam dei canticum suum iterū reconuertit. Suscepit israel puerum suum/recordatus misericordie sue. Pro populo suo hic singulariter loquitur: q̄ populum israeliticū quasi puerum ab eo p̄ multa erudimenta nutritum: velut misericordie recordatus: cuius vnq̄ obliuisci non potuit: nunc saluare dignatur: suscipiens illum in humeris eius: crucem portans p̄ peccatis illius. Sicut locutus est ad patres nostros abraam: quibus facturus talia repromisit. Et semini eius vsq̄ in finem seculi: quod saluare disposuit. Ecce compleuit maria canticum suum/plenum laude/actionibusq̄ gratiarum: dei misericordiam et iusticiam plene demonstrans.

De mora Marie cum Helisabet. Capitulum XV

Luce.1 Mansit autem maria cum illa quasi mensibus tribus: et reuersa est in domū suam. Magna fuit in primo congressu istarū prophetissarum mirabilium verborū celebrata collatio: nec ilico in presentiarū corporū est secutus abscessus. Grata est enim ista societas duarū excellentium mulierū: que diuinis refecte muneribus/fetibus grauidate/delatrices operū spūssancti: quanq̄ disparitur: vt alteram altera p̄ omnia excederet non excessa: vt in superna verbis et affectibus inhiabant: et dignum suaueq̄ duxerant insimul ad tempus contubernium facere: vt diuinū adinuicem possint habere colloquium: quarum mens nihil disputare nouerat de terrenis/que dona celestia in anima et corpore congestabāt. Quid et q̄tum eis credimus affuisse gaudij: dum de diuinis sole confabularentur: dum referebant q̄ non proprijs meritis/sed ex diuina gratia talium fetuum facte fuerant portatrices: tam magnorum filiorū se pnoscerent esse matres: tam hospitum magnorum hospitia: qui non ab hospitijs/sed ab ipsis hospitia firmabantur. Nesciebant diuortiari ab inuicem/quas amor celestis coniunxerat. Senex non repellebat iuuenculā: neq̄ suam remittebat in domum. Magis vero illam tanq̄ deum gestantem hortabatur ad moram: alte ditari considerans/dum dei filium in virgine suo retineret hospitio. Nec virgo libens discedebat a sene: quā festinanter animo visendi accesserat: et quousq̄ videret natum/quē miraculose audierat ab ipsa sterili fuisse cōceptum/quem sui filij nouerat pcursorem. Non tam cito dimittenda bonorū consortia/vbi possibilitas est morandi. Nō leuitate animi recedendū est ab his/in quibus vere virtus adesse cognoscit. Hoc enim est examē virtuosorum: libēter syningiū facere/separi cū tedio. Si discēdū est aliqd a puritate fulgētibus: nō p̄tinuo apphēdunt cūcta: nec subito ad pceptionē veniūt recte agentium mores: et pseuerare apud virtutis compotes est iusticie vita/et mos incondēnabilis iudicatur. Coartanī ad melius vnius ad alterum reflexo exemplo: cū insimul conueniunt virtutum celestium sectatores: et vnus ab alio plus addiscit. Specula sunt vnius ad alterum/cū insimul conueniūt regere cupientes: vt vnus in altero videat quid sibi in actione deficiat: et q̄tum possit decorari virtutibus plus agnoscat. Nō q̄ iste talibus indigerent: vna plena omniū gratiarū: altera gratiā habens: sed vt posteris in actionibus huiuscemodi pfecte agendi pberēt exemplum. Et optime sedulitatis est finem pstolari ceptorū. Hinc virgo expectat pcursorē filij nasciturū. Quo nato/et exhibito sue honestatis officio: didicit et cognouit partū cōmunis corruptionis/partum sterilis: vt pamplius exultaret in partu virginitatis: quo expedito p̄ omnia/completis tribus mensibus/repedaret ad domum.

Q̄r virgo anteq̄ cohabitaret cum ioseph/inuenta est ab ipso pregnās ex spūsancto. Capitulū XVI

Quecum esset desponsata ipsa maria mater ioseph. anteq̄ cōuenirent/inuenta est in vtero habens de spiritusancto. Math.1 Supra diximus angelum ad desponsatam virginem missum: et desponsationis causas paucas adnexi-mus. Sed decens erat vt desponsata esset/non cognita/virgo paritura deum: que anteq̄ conuenirent illa scilicet et ioseph: non in copula carnali/sed habitatione comuni: et ab ipso ioseph inuenta est in vtero habens de spiritusancto. Ecce sponsus transiuit in testem: cui aptius erat testificari de sponsa suscepta: quoniam virgo erat: quam ipse non tetigerat/non cognouerat. Sic eam inuenit ioseph habentem fetum in vtero: non de alio/sed de spiritusancto: et hoc anteq̄ simul conuenirent: quoniam nō statim desponsatam traduxit ipsam in domum ioseph. Iterum angelus mysterium maioris desponsationis exequitur. Quo pfecto maria mōtana conscendit: vbi cum helisabet mansit mēsibus tribus: deinde reuertens in domum/ab ipso grauida per spiritumsanctum inuenta est: non experientia tactus: sed quia illam cognouit ex exterioribus gestis: q̄ aliquid gestabat in vtero: et squalidabatur facies virginis/et attenuabatur in carne. Cognitio vero helisabet per exultantem in suo vtero filium/in illis tribus mensibus iam ad iustum peruenerat. Vel forte ipse ascenderat ad mōtana/sciturus quid sua sponsa ibi ageret: et visitaturus affinitatem est. Unde patuit data fide dictis/quod virtute spiritussancti habebat in vtero. Dubio tamen suspendebatur ioseph. Nec credendus est tante virginis sponsus/tāte virginitatis custos et testis/exclusus a scientia diuinorum: q̄uis in il-

lox cognitionē paulatiue deuenerit: moderante
Mat.1 spūsancto/ et angelo reuelante. **Joseph autē vir eius cū esset iustus: et nollet eā traducere: voluit occulte dimittere eam.** Justus ex lege/ iustus ex bona volūtate/ iustus ex bona opatione: et si nihil aliud ad testimonium sue iusticie: q virgo/ q virginis matris sponsus/ q christi nutritius est electus/ additamentum facit. Et nolebat eam traducere/ velut pplexus/ nesciens quid futurū esset. Nam ppositū virginitatis erat in eo: et mariam credebat virginē: sed ipso nescio grauidatam: q uis si res postulasset de illa differere/ sermo dubius erat. Nam si dixisset illam virginē et grauidam/ sicut erat: videbatur insolitū et incredibile. Si virginem et non grauidam: alterū horū vertebatur omnino mendacium. Si neutrū edixisset de illa: vtrūqꝫ subiacebat obnoxium falsitati. Proinde in re tam dubia deuitabat iudiciū: testimonium pferre nolebat. Meditabatur fugam: et occulte illam dimittere disponebat. Et hoc quidem quia iustus erat: cupiens seruare iusticiā: vt non pferret hesitanter quod p certo nō nouerat: ratus meliorem partem secedere q p re dubia deuenire in causam. Sancta enī puritas agitabat eum: nō aliqua sinistra suspitio de maria. Non enī pmittebat deus tantū sponsum/ senem fidelem/ de matre sua iniqua meditari. Alias nec iustus merito dici posset. Obliqua enī et incerta suspitio contra primū/ iniusticiam non iusticiam arguit. Sed supra intellectum suum attollebantur gesta que in virgine videbatur aduertere: q obrē occulte illā dimittere cogitabat. Quō occulte? Nemini ppalaturus sui secessus causam: sic occulte/ vt a nemine sciri posset vt qd et quo iret. Nolebat enī aliqd cōferre cū aliquo de maria: ipsaꝫ diuine dispositiōi cōmittēs: quousqꝫ huius rei veritas aliter elucesceret/ absentiā meditatus. Expeditioris ꝓximus est ꝯsilij explicari q dubijs implicari.
Mat.1 **Hec illo cogitāte: Ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicēs: Joseph fili dauid noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim de ea natuꝫ est/ de spiritusancto est.** Argumēto palmari factū est/ q nulla suspitione iniqua ioseph ad virginem mouebatur: quoniam ei p angelū dn̄s in sua pplexitate desup et de celo subuenit. Nō enī in sacris voluminibus inuenimus/ q dn̄s iniquis atqꝫ nequiter cogitātibus/ et fingentibus nequia et dubia cōtra ꝓximū/ q spūssancti opationes occultas et secretas/ et secreta mysteria semp a seculis reuelaret. Dum in animo ioseph pia pplexitas insideret: apparuit ei angelus dn̄i: bonus siquidē et non malus: verificans eum/ et non eludens: certificans/ non in ampliorem hesitationē deducens: qui eum blando refundit alloquio: incognito tn̄/ cū in somnis mouefaceret eum. Cui apparuit in illa certitudine visionis/ quā sibi joseph indubitate credere potuisset: vt quāqꝫ a somno sensus illius tenerent oppressi: non tn̄ somniaret vt somnijs fidem daret: quoniā qui credit somnijs/ ex toto reprobus est. Sed spiritu eius iaꝫ in extasi facto/ angelus ad hoc deputatus a deo/ diuina mysteria facta in sponsa virgine declarauit: quē preter annunciatorē alium esse nō credimus. Hic cū aperit spūssancti mysteria: marie sponsum hesitantē ex nomine et progenie vocat dicēs: Joseph fili dauid: vt nomen p mysterio et virtute dicatur: quoniā omnia erāt augmentāda per iesum. Ex progenie dauid: vt de tribu descendēs regia in virga ferrea decreto paterno regeret orbē vniuersum. Sed quid? Cum ioseph pater non fuerit saluatoris: cū nihil sibi concipiēdo contulerit: nempe de virgine tollitur dubiū: seruatur honesta consuetudo scripturarū: cū filij denominātur a patribus. Et si nihil cōtulit ioseph in carne saluatoris: ita vt per eū iesus nō possit dici de domo regis dauid. Nec virgo ex qua carnē assumpsit/ nihil contulit vt esset rex regū et dominus dominantiū. Significatiōes et imagines ista sunt: vt quia descendit de progenie dauid/ habeat diuinū regnum: sed quia dei est filius/ catholicum habet imperium.

¶ Remouet angelus dubium a Joseph: edisserens vnde concepit virgo: et quis sit ipse conceptus.

Capitulum XVII

Post remouet angelus timorem dubij: quo tenebatur/ et qui eum retinebat: ne Mariam coniugem suam ad secuꝫ contubernandū acciperet: quoniā quod ignorabat vnde maria omnino intacta conceptum haberet/ ex spiritusācto protinus est. Nā quod in ea natū est/ de spiritusancto est. Nondū natus ex vtero iesus/ et iā vtero natus dicitur: vt conceptio tam noua dicatur natiuitas: ad illā conceptionē que fit ex feminea virgine remouendam: vt conceptio et natiuitas eius equaliter pro mirabilibus attollantur. Quid paritura erat virgo iam audierat: sed necdū nouerat ipse ioseph. Proinde angelus apte subiecit. **Pariet autem filium: et vocabis nomen eius iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorū.** Mat.1 De hoc nomine virgini angelus supra predixerat: nunc iterum notificans sponso ioseph adiecit effectum. Ipse enī saluum faciet populū suū a peccatis eorū. Horrenda/ sed iusta dānatio: qm̄ non salui fient qui non sunt de populo dei. Quem aūt appellauit deus populum suum/ nisi populū circūcisum: vt spūali circūcisione se cernat qui de populo dei satagit nūerari? Sed qs populus dei/ nisi qui flagellatus est in egypto? Flagellis erudiri oportet qui vult esse in populo dei. Populus dei est qui dimisit spirituales et obscuram egyptiacam regionem: qui effugit seruituteꝫ inuisibilis pharaonis: qui cessauit ab opere laterū: nec terrena igne auaricie solidat: qui sequitur moysen et aaron/ legem et sacerdotiū/ doctrinam et gratiā/ euangeliū et sacramēta

qui transit mare seculi sicco vestigio: ne pedes
animarũ intingant mala doctrina ⁊ luto tempo
ralium rerũ: qui mũdi discrimina transit illesus:
qui videt egyptios malarũ delectationum in li
tore suffocatos: qui ꝑ deserta sequitur christuȝ:
qui ꝑuenit ad montẽ diuine legis / quã sub polli
citatione seruandi accepit. Populus ergo dei
custodiẽs mãdata dei / sabbata dei / cerimonias
dei. Proinde huic a dñó dictũ est / facta enume
Leui.26 ratione pactoꝝ. Uosq; eritis populus mihi: ego
dñs deus vester. Hinc moyses in sua expositio
Deute.4. ne cõmemorat: Uos auteȝ tulit dñs ⁊ eduxit de
fornace ferrea egypti vt haberet populum here
ditariũ. De hoc eodem populo etiam moyses:
Deu.7 Te elegit dñs deus tuus / vt sis illi populus pe
culiaris: de cunctis populis qui sunt sup terraȝ.
Igitur populus dei est qui ꝓmpto animo eius
Deute.26. mandata custodit. Sic rursum scriptum est: Et
dñs elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris
sicut locutus est tibi / vt custodias omnia ꝓce
pta eius. Et sine intercisione verborũ de sua sa
lute sequitur: Et faciet te excelsiorẽ cũctis genti
bus: quas creauit in laudẽ ⁊ nomen ⁊ gloriaȝ: vt
sis populus dñi dei tui: sicut locutus est. Ecce
populus dei dictus electusq; ꝓpter custodiam
mandatorũ eius: ecce salus: vt sup omnes nõ in
hac vita / sed in alia fiat excelsus. Omnia siquidẽ
in figura ꝯtingebãt illis: vt nõ terrena / sed cele
stis celsitudo credat. Sepe dei populuȝ in terra
flagellatũ / ⁊ afflictũ / ⁊ subactum recolimus. Nec
aliquẽ moueat celsitudo terrena populi christia
ni: qm̃ nõ omnes salui fient: sed illa po christia
ni populi excellentior in salute cognoscitur / que
hic magis subacta iacuit. Interrogemus mar
tyres ⁊ pauperes: ⁊ respondebũt nobis. Quam
igitur signanter angelus locutus est: Ipse eñi
saluum faciet populuȝ suum a peccatis eorum:
Ac per hoc credentes saluari condemnabun
tur / si non sunt de populo dei: de cuius nume
ro aliter q̃ p virtutẽ nemo potest esse ꝯscript9.
Hinc etiã Moyses per nomina filiorum iacob
populũ hunc benedicendo in figura conclusit:
Deute.33 Beatus es tu israel: quis similis tui popule qui
saluaris in domino? Qui a virgine gestabatur /
vnde esset ignorante ioseph: ipse saluum faciet
omnẽ populum suũ a peccatis eorum. Sed an
gelica verba in admirationẽ traijciunt. Si po
pulus dei / quomodo peccator: cum a peccatis
primo saluus fiendus est? Si peccator / quomõ
populus dei? populus est dei: peccator est po
puli. Saluabit populum suũ a peccato suo: nõ
merito populi / sed eo merito quo dignatus est
nasci et mori. Sed si in populo dei non possit
esse conscriptio / nisi per virtutẽ: a quib9 pecca
tis saluandus / vbi assistit ⁊ virtus? Prima nẽ
pe salus est a criminib9 introductione virtutũ:
quã iesus in populo qui suus esse satagit / opera
tur. Alia ṽo cũ in superna producit. Multi ex
pectant a domino saluari / dicentes q2 sui sunt:
quoꝝ facta e regione consistũt. De quibus per
moysen in cãtico suo quod edidit paulo ante q̃

morereur / perspicacibus animis declaratũ est.
Hoc autẽ totum factũ est / vt adim Mat.1.
pleretur quod dictũ est per prophe
tam dicentẽ: Ecce virgo ĩ vtero ha Esa.7
bebit: et pariet filiũ: et vocabitur no
men eius emanuel: quod est inter
pretatũ / nobiscũ deus. Sepe diximus ⁊
dũ cõtinget / similiter edicemus: ꝓphetias nõ
esse causas eorum que in carne christus imple
uit: sed q2 sic impleturus erat / ipsas ante ꝓmisit.
Hec ꝓphetia quã mattheus allegat / ĩ libro scribi
tur Esaie. Et ex hoc soluitur obiectio iudeorũ
dicentiũ: q̃ de virgine nõ debebat intelligi: cũ
in hebreo scriptũ sit alma / ⁊ nõ virgo: qm̃ euan
gelista mattheus ꝑ virgine christi matre ĩ sua
editione cũ scriberet euangelium / introduxit.
Ostẽderat spũssãctus Esaie ꝓphete: cũ achaz Ibidẽ
nollet signũ petere in ꝓfundũ aut in excelsum:
quod dñs in signũ liberationis populi sui da
ret mundo: virginẽ pariturã nõ purũ hominẽ /
sed deũ ⁊ hominẽ: vt esset nobiscũ de9. Hoc no
men quo vocãdus erat expressit: q2 vocabitur
nomẽ eius emanuel: quod dicitur a nobis / no
biscũ deus: deus ĩ se caro factus nobiscũ: eque
cũ omnibus est in humana natura / ꝓut illã as
sumpsit: que nisi vna nõ est: dispariter autem in
virtute nobiscũ fit: ⁊ in gloria maxima differẽ
tia erit / prout exigunt nostra merita / nõ natura.
Studendũ est igit̃ rationib9 / nõ virib9 satagen
dũ esse cũ illo qui vult esse nobiscũ: sine quibus
totũ est quod est: sine quo nos nihil aut miseri
sumus. Preanticipauit ipse nobis sociũ fieri:
et omnibus modis factus est socius / excepta
societate peccati: vt etiam penarum nostrarum
et malorum a quibus nos exonerare querebat
voluntarie oneratus est. Querit vicẽ: tenemur
illam omnino rependere: et simus socij eius / cõ
municantes passionibus eius. Ad hanc socie
tatem apostolus satagens actu perfecit / idipsũ
cõmonefaciens nobis. Uerumtamen existimo Philip.3.
omnia detrimentũ esse / propter eminentẽ scien
tiam Jesu christi domini nostri: per quẽ om
nia detrimentũ feci / et arbitror vt stercora: vt
christũ lucrifaciam: et inueniar in illo: non ha
bens meam iusticiã que in lege est: sed illã que
ex fide est Jesu christi: que ex deo est iusticia /
in fide ad cognoscendũ illum / ⁊ virtutẽ resurre
ctionis eius / ⁊ societatem passionis eius: confi
guratus morti eius ꝑ omnia. His verbis apo
stolus cũ christo se velle esse denunciat: vt alibi
sic christum secum esse cognouerit: quod au
dacter asserunt: An experimentũ queritis ei9 qui 2.Corin.13
in me loquitur christus? Permaxime Christus
in paulo / et in christo paulus erat: cũ ipse loque
retur / christũ affirmabat audacter in ipso fuis
se locutũ: Palmarẽ vero huiuscemodi symbo
li rationẽ / in canonica sua Joannes edocuit di
cens: Deus charitas est: et qui manet in cha 1.Jo.4.
ritate / in deo manet / ⁊ deus in eo. Grata ꝓphe
tia / ⁊ gratior adimpletio: vt virgo sic pariat quod
nobiscum sit deus.

¶ Declaratus ioseph ab angelo/virginem ad contubernium accepit. Capitulum XVIII

Mat. 1. Exurgens autem ioseph a somno/fecit sicut precepit ei angelus: et accepit mariam coniugem suam. Et non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum. A dulci somno surrexit ioseph: in quo angelica documenta perceperat. Et perfecit tanq̃ precep̃tum id quod sibi fuerat declaratũ. Accepit nãq; mariam ꝯiugem suam: vtiq; spũsancto cõprobatam atq; fecundatam: in cõmunẽ habitationẽ ⁊ ꝯtubernium honestum. Quam cognoscẽs ex nomine/ex sanctitate/atq; ipsam factam habitaculum dei sup terram: tactu/approximatiõe corporis/nec aliquo motu matrimonij ꝯsummãdi p copulam carnis cognoscebat eam. Etenĩ virgo insigne hoc habuit: cum esset pulcherrima mulierũ: q nec a viro/nec ab aliquo ipsam aspiciente/in carnis copula honeste aut turpiter põtuit concupisci. Et sic ioseph nõ cognoscebat: presertim sciens q matrimoniũ ⁊ seminalis virtutis bonum/quod est proles/de celo in vterum eius ꝓdierat: donec pareret filiũ suũ p̃mogenitũ. Nec deinceps cognoscituruset erat: q̃ꝛ partus virginis non erat terminus cognoscendi/quo pacto esset ioseph liberior licentia in mariã: sed erat terminus cognoscendi dei filiũ sup terram/quo iã cognito esset in reuerentiã omnibus virgineus aluus seruandus in ꝑpetuum castus: ex quo verbũ caro factũ ꝓdijt: nec esse posset accessus ad illã v̾gineã portã: ex qua egrediens deus hõ/ipsamq; sanctificãs reliqt intactã: postea velut ante in ꝑpetuũ clausam.

¶ Quo tẽpe/quo loco pepit filiũ suũ virgo mater. Capitulum XIX

Luce. 2. Et cũ edictũ egrederetur ab augusto cesare de orbis descriptione: ioseph q̃ traduxerat mariã ex angelico dicto ad cõtubernandũ secũ: ascendit a galilea ciuitate nazareth in bethleem/cum maria desponsata sibi vxore pregnãte. Factum est autem cum essent ibi/impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum: et pannis eum inuoluit et reclinauit eum in presepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Nõ hoc in loco ꝓ christi natiuitate differẽda/sed ꝓ marie gestis intendimus. Accepit ioseph secum habitare/atq; custodire mariam. Ideo secum ducit/dum ad ꝓfitendum sub cesare bethleem ascendit: ignarus tamen q virgo sic esset proxima partui. Similiter et ipsa non cognouerat tempus: quoniam sicut preter legem susceperat fetum: sic nesciebat si naturali ordine nouem mensibus calculatis/esset editura partum. Et cum gestasset in vtero molem illius diuini ineffabilisq; conceptus: pondera vẽtris in alijs pregnantibus solita ignorabat. Ferebatur enĩ leuiter a quo portabat. Diuina dispensatio ꝓtinus fuit/q virgo ascenderet cum ioseph in ciuitatem bethleem: vt accepta societate laudabili ꝓphetatum mysterium erat implendum: q virgo in bethleem pareret: ex qua dux recturus populum israeliticum egressurus erat: non necessitate ꝓphetica/sed ordinatione diuina. Non venerunt p̃uisi vt ibi virgo pareret: sed casu magni fastus velut compulsi/q mundus in hominibus viuentibus describebatur. Alte in hoc contemplari docemur/quod totum erat diuinum quod in virgine agebatur: vt nec ipsa in his que agebantur in ea/esset cõscia futurorũ. Cuius tẽpore orbis totius descriptionis celebratus est partus: qui sine tabellionibus describentibus et absq; p̃teritis vrgentibus vno intuitu p̃scos p̃sentes nouerat et futuros. Nec esse poterat latendi locus a cognitione eius. Et peperit filium suuz primogenitum. Non tamen secundogenitum/aut deinceps filium habitura: sed eo sensu sic dictum legimus q p̃mogenitus aut vnigenitus ꝓferatur. Et pannis eum inuoluit: vilibus siquidem. Erat enĩ virgo pauper et in peregre constituta/carpentario indigno coniugata: ope modica fouebatur. Reclinauit in presepio filium: cum sibi non esset cum ceteris diuitibus locus. Aspice mundi reginam incedentem peregre ducatu vnius hominis/ꝯ̃uis iusti senis. Sola edidit ex vtero filium: nulla pedissequa/nulla cognata/nulla femina secum. Ipsa diligentius se coaptat ad partum: veruntamen doloribus non preuenta: nullis agitata molestijs: angustijs nullis artata: obstetricum officia ibi penitus non fuerunt. Ipsa primo emissum partum in terra iacentem adorauit p̃maria super terram. Ipsa cum ꝓprijs manibus de terra in gremium et super genua sustulit: ipsa sola paupercula suis pannis inuoluit: ipsa deficiente cunabulo in presepio reclinauit. Hec omnia virginis paupertatem exaggerant: etiam christi/qui alio ineffabili ordine dicendus est pauper. Apta paupercula apte christo facta est virgo mater: vt pauperem in terris genitricem haberet: qui cum esset omnium diues/egenus ꝓ omnibus factus est.

¶ Conseruabat virgo mater que de filio dicebantur. Capitulũ XX

Et cum de digno digna dicerentur ab angel' atq; pastoribus: maria conside rabat omnia verba hec conferens in corde suo. Lu. 2. Attẽte audiebat maria que de nouo partu suo mirabili dicebãtur: et conseruabat omnia/ne a memoria laberentur: Non auditrix surda neq; immemor auditorum: sed conseruabat delectantia interiorem sensum: quoniam auditio diuinorum est pastus suauis interiorum. Audit ab angelis maria/omnium magistra virtutum: ⁊ velut a sapientioribus verba deprompta custodit. Audit a pastoribus: ⁊ ipsorũ velut maxima suscipit documẽta: retinet ⁊ ꝓseruat: humilitatez suam protestatur.

q audit ab eis quibus est ipsa superior: et affe-
ctū mouet in prolē: cū omnia que de ipsa noui-
ter dicebātur/ex delectatione captū animi reti-
nebat/ꝯferens in corde suo. Nō cū ioseph/non
cū aliqua creatura/noua ⁊ insolita verba virgo
ꝯferebat. Nemo sibi aderat tam solers mente/
tam viuax eloquio/ad collationē auditoꝝ suffi-
ciens. Fit sepe collatio duorum inter duos aut
plures: aut ad inueniendā concordiā eorū que
dicunt: aut ad percipiendā doctrinā: aut ad in
quirendā possibilē actionem: sed in corde suo
ꝯferebat: vbi nullus nisi solus deus inspector.
Et ꝯferebat angelorū verba/similiter ⁊ pastoꝝ
si concētū facerent ⁊ symphoniā. Cōferebat in
corde suo/pleno diuino spiritu: in corde vbi ve
ritas interlucet: vbi tacita inquisitio plus inue-
nit ꝙ clamosa. Quid enī est conferre ī corde: ni
si eorū que audiūtur/per rationē aut ꝑ fidē no-
ticiā inuenire? Quid est conferre ī corde: nisi stu
diosa meditatio mentis in ducatu rationis vel
fidei/veritatē rerū potissimū inuestigās? Et se-
ipso prius est facienda collatio/si dicta sunt du
bia: si recte capi aut fide ꝑsit ab homine comꝑ
hendi: si quid habent impertinēs/vel inhone-
stum/propriū vel annexū/consulēs siue iubens/
mysticū vel morale/tēporale siue perpetuū/diui
nū siue humanū/indifferens siue relatū. Confer
Luce.11 uemus igitur verba: qꝛ beati qui audiūt verbū
dei ⁊ custodiunt illud. Illud audisse non suffi-
cit/si audita ex memoria elabūtur: maxime que
de agenda vita tradūtur/⁊ de canone credēdo-
rum. Et ꝯseruatio diuinorū verborum dilectio-
nem habet ad christū. Sic enī ipse testatus est:
Io.14 Qui habet verba mea ⁊ seruat ea/hic est qui me
diligit. Consyderemus in cordibus nostris: qꝛ
virgo conferebat in corde suo. Exemplo noue
virginis matris animemur: vt interna mēte my
steria meditemur: vt fide nos viuificent: spe eri-
gant: dilectione pascāt. Conferamus in corde
que de verbo eterno dei eterne tēporaliterqꝫ di
Ioh.1 cuntur. Nā eterne: ī principio erat verbū: ⁊ ver-
bum erat apud deū: ⁊ deus erat verbum. Siqui
dem temporaliter: ꝙ hoc idē verbum caro fa-
Philipp.2 ctum est: ⁊ habitauit in nobis. Hic christus ie-
sus qui cū in forma dei esset/ non rapinā arbi-
tratus est esse se equalē deo: sed semetipsum exi-
naniuit formā serui accipiens: ī similitudinē ho
minū factus/⁊ habitu inuētus vt homo. Confe
ramus dei dignationē ⁊ hominis dignitatem:
dei humilitatē ⁊ hominis exaltationē: quantū
potuit altitudo diuina inclinari/⁊ humana in-
firmitas prouehi: vt illa istā susciperet: ista ve-
ro susciperetur in illa: vt de⁹ homo/ ⁊ vtiqꝫ ho-
mo fieret deus. Si conferam⁹/ exultabimus et
amabimus: ⁊ apponetur cōfidētia: ne aliqua de
speratione frāgamur. Et iterū hanc sententiā
Luce.2 de maria matre dn̄i Lucas cōmemorat: cum in
duodecim annis filiū in medio doctorū reinue
nisset in templo: que sic vt prima differūt: nisi ꝙ
maioribus contēplationibus ⁊ pijs suspitioni-
bus est apposita virgo mater: cum audiuit a fi
lio: ꝙ in his que patris erant/eum esse decebat:
De qua re differenda restat alius locus.

¶ De purificatione et oblatiōe pro lis et hypanti. Capitulū XXI

Cum vero cōpleti essent dies Lu.2.
purgationis eius: scꝫ quadrage-
narius dierū numerus a partu eius: cū
filio ascendit in templū: seruans legem que legi
non subiacebat/ ꝓ eo ꝙ semen hoīs non susce-
perat ad conceptū: sed spūsancto agebatur: vt
hanc ꝯsuetudinē obseruaret: ne in primordio
christi nascentis ꝑ legē vt contumax haberet:
⁊ in suis initijs iesum portauit in templū: ī quo
docturus erat gentē perfidā iudeoꝝ: vt sic eū
suscipiamus in tēplo cordis nostri/sicut est ob
latus a matre: nec velimus eū supra fidē in ma-
iori agnitione suscipere/ꝙ ꝙ humanat⁹ est de-
latus ad templū. Et adhuc paruulus impotēs
fandi/admonet quales nos ad eū oporteat fieri
scꝫ malicia paruuli: si secū ī eterno volumus tē-
plo versari. Defert mater eum velut oblationē
nouā ꝓ omnibus mūdi criminibus expiādis: ⁊
ꝓ ipso pie obtulit munera paupertatis: insinuās ꝑ
sentibus atqꝫ posteris: ꝙ mundi diuitias non
habebat: ⁊ ꝙ nec in magnis muneribus placa-
tur oīm rerū conditor: sed in affectibus ⁊ in vir-
tutibus magnis/quibus virgo fulgebat. Non
ad quantā ordinationē legis/sed quāto affectu
legem implere posset/virgo tentabat. Et altiꝰ
quidē atqꝫ secretū: ꝙ cum oblatione que primus
est eterna ⁊ incorruptibilis/ tꝑalia et corrupti-
bilia offerūtur: scꝫ par turturum/seu pullus ge
minus columbarū. Sed hoc est quod typicus
sensus habet: vt cū ipso bona nostra sociata fi-
ant/factaqꝫ valeant. Et nihil reprobationi sub-
iaceat quod cū christo venit in templū: nil repu
dietur christo sociatum. Ad nostre spei auxesim
factū agnouimus: ꝙ expulsioni non dantur que
sibi christus associat: nec ex aliqua deformitate
ꝓpelletur/quod cū christo ⁊ ꝓ christo offertur
in templū. Sed nec excludamus castū sponsum
a sponsa castissima: cū christū ad templū manu-
factū ambo portarent: ⁊ non subiecti legi legis
iussa ꝑficerent: qm̄ ꝓ quo huiuscemodi agebā
tur/legē non venerat soluere/sed adimplere. Io
seph ergo/putatiuus pater ex carne: maria vir-
ginior/vera mater in carne: iesum deducunt cū
illis significationibus oblationū: vt gemētes ꝑ
voces/contēplatiui ꝑ pennas simus. Et potior
ecclesia ꝙ christi vicarius: nam ille moritur: ista
in suis directionibus remanet. Remansit spon-
sa virgo post mortē ꝟginis sponsi: ⁊ ecclesia oī-
bus mortuis ꝑsidentibus simpla manet. Et eti-
am si diu morte ꝑsulis remaneret acephala: non
ipsa in fide deficeret. Sed ad aduentum christi
pueri sm̄ legē/non ex lege ad templū et delatorū
parentū iustorū obuiationes fiūt. Non enī chri
sto exitur obuiā aliter ꝙ in templo. Et in templo
fidei sibi obuiā fieri ⁊ sibi occurrere cum adue-
nit/iusticia est. Quā apostolus nō legis/ad Phi
lippenses scribens/gloriatur habere dicēs: Ut Philip.3

inueniar in illo: nō habens meā iusticiā q̄ in le-
ge est: sed illā q̄ ex fide est christi iesu: que ex deo
est iusticia in fide. Per iusticiā eñ fidei salui fa-
cti sunt patres: nō legis/q̄ ad pfectū neminē du
xit. Unde symeon ꝛ anna christo veniēti occur-
runt: q̄ vt sisteret domino scribat. Ad hominē
nō ad deū ista sistentia ptinebat. Ab eterno eñ
semp cū patre filius. Sicut scriptū est in
Exo.34. lege dñi: Quia oē masculinū adape
riens vuluā/sanctū dño vocabitur.
Magnū sacramentū ꝓrogat signata distincta
locutio: vt masculinū primogenitū/non femini
nū domino sisteret: qm̄ omne quod virile ꝛ for-
te ꝛ firmū esse cognoscit/est domino ꝯsecrādū:
quod ꝟo est ꝯtrarie actionis/domino in suo tē
plo deferre nō ꝯuenit. Nam ꝛ lex domini sic de-
sanxit: quā ꝑ eo ꝙ eterna est/imutari nō licet: et
hostia p eandē domini legē offerenda est. Non
enim offertur aut seruitur deo/aut colitur arbi
trio nostre voluntatis/aut iudicio electionis et
directionis humane: sed decreto sue legis eter-
ne. Et ecce hō erat i hierusalē/ cui no-
men symeon: et homo iste iustus et
timoratus/expectans consolationē
israel. Erat in hierusalē obuiaturus christo: q̄
visio pacis dicitur: nō tamē pax: qm̄ in hac vi-
ta nullus viuit in pace/vndiqꝫ sonantib⁹ bellor̄
fragoribus. Et si parcitur interdū a bellis ho-
minū: nō tamē parcit a bellis diaboli atqꝫ vitio
rū: nec q̄ iusti sunt/in pace oīmoda viuūt: etiā si
nō turbato aīo ꝓpulsant. Habent ꝓpri⁹ iusti
si nō manifesta/saltē occulta certamina: cū qui
bus intra se ꝯfligant: ꝛ si nō a vitijs/tamē ꝑ cōser
uatione virtutis. Sed bene sunt in visione pa-
cis: qꝛ cognoscūt quale sit bonū/ad quod tpali
ter suspirant eternū. Erat itaqꝫ symeon in visio
ne pacis: qꝛ p spm̄ christū verā pacem agnouit.
Ephe.2. Nā vt ait aplus: ipse est pax vera/q̄ fecit vtraqꝫ
vnū. Mansio optima in visione pacis: quoniā
ingruente bello/mēs pace delectata deficit. Et
cū insultus aduersi ꝯueniūt: aīa videt pacem.
Nulla religiosa ꝛ honesta est habitatio preter
pacē. In qua vir obediēs habitat: nā ꝑter obe-
dientiā nō habitat in pace. Hoc enim prenotat
vocabulū symeonis/si p interpretationē transfer-
tur. Et hō iustus iste erat/q̄ viuebat ex fide: quo
Ro.1. niā iustus ex fide viuit. Et timoratus erat: qꝛ vt
Eccli.1. scriptū legitur: q̄ sine timore est/nō poterit iusti
ficari. Et nō ꝓpriā/sed totius populi expecta-
bat salutē. Preferebat cōmune bonū ꝓprio: ve
lut qui p iusticiā nouerat meliora decernere. Et
spūssanctus erat in eo/ad sanctificādū ꝛ ad do-
cendū futura. Et que ventura erant/ipse mon-
strabat: a quo in aīo suo absqꝫ testimonio alie
no responsum acceperat: nō visur̄ se mortē/nisi
prius videret christū dñi. Non solet dare respō
sum/nisi aliquid interroganti. Et ab eo respon-
sum dicitur quod inq̄renti repēditur. Sed vbi
symeon interrogauerit/aut quō a spūsancto fla
gitauerit/ignoramus. Sed incunctanter asseri
mus: ꝙ de christo ꝓphetias intelligens eo spū

q̄ in ipso erat/orauit ostio clauso in secreto lo
ci: magis ꝟo in cubiculo cordis: vt nō sentiret
corpis mortē/ nisi videret in corpe oīum vitam
christū. Expectans huiuscemodi non ab hoīe/
nō ab angelo/sed a spūsancto p occultā infusio
nē accepit responsum: nō visurū se mortē in cor
pore/nisi videret vitā in carne. In magnā con-
templationē traijcitur animus: si homo iste spū
sancto monstrante in aīa sua christi sacramēta
videbat: cur carneis oculis videre exiuit: cur sic
videre respōsum accepit: cur sic adimpletū quo-
tidie lectitamus ꝛ credimus: maxime cū oculis
carnis ꝑterꝙ christi carnē nō potuisset aspice-
re? Non enim erat oculis subiecta incarnata di
uinitas: nec vita q̄ christus est/poterat corrupti
bili visu videri. Quid igitur est ꝙ illa visiōe in-
trinseca nō cōtent⁹/forinsecā expectabat? Plus
enim est mēte ꝙ corpe quippiā cōspexisse. Men
te veritas nō oculis est facta visibilis: nec besti
as excedimus ꝛ volucres ꝛ serpentes in visione
corporea: sed qꝛ mente decernimus aspecta per
corpus. Si tā symeon totū mente videbat quod
aspicere gliscebat in corpore: attamē et spiritu
venit in templū/scꝫ quo plenus erat. Et iustus
ꝛ timoratus/hoc est spiratus ad christi sciendū
aduentū in tēplo sibi obuiā factus. Ecce iustus
obuiat iustificatori ꝛ portitorib⁹ eius: ꝛ i tēplo
cōueniunt infans in carne verbū/ꝛ gestātes in
carne deū. Et iust⁹ hinc obuiat trinitati. Quid
Maria nisi fides? Quid ioseph nisi spes? Quid
christus delicatus nisi charitas? Procedit a fi
de ꝛ spe vera charitas/velut a patre ꝛ filio spiri
tussanctus. Quid senex iste iustus/nisi oīs cho-
rus iustor̄: qui ad ecclesiā sanctā venit/ has vir
tutes aīo ꝛ in actionibus suscepturus? Ac per
hoc datur intelligi q̄d senex iste spiritu videns/
corpore videre satagebat: cōformitatē operū
exteriorū ad diuinas virtutes volebat offerre.
Et genus humanū peccato veterascens/purū
in puro puero fieri annuebat: ꝛ christiformita-
tē in corpore hoīm fieri erat oīno ꝓsegiū. Pro
inde omni cōpleta cōsuetudine legis ꝑ christo
ipse symeon/nō tēpli sacerdos accepit eum
in vlnas suas/et benedixit deū. Non
erat illud sacerdotū/tenere in manib⁹ christū:
qꝛ p iusticiā legis credebāt ꝯferri salutē: quā eti
am nō impleuerāt: sed alius de hierusalē veniēs
ipm accepit/trāslationē templi ꝛ sacerdotij ꝛ sy
nagoge ꝑnunciās. Senex erat: antiquior genti
litas ꝙ synagoga: q̄ christū synagoga reprobā-
te suscepit. Et bene sunt impleta vota petentis:
q̄ de seculo erumnoso exire nolebat/ nisi prius
videret seculi cōditorē atqꝫ reparatorē: ꝛ horre
bat mortē/nisi spes infallibilis ꝓstaretur de vi-
ta: ꝑ qua cōquirēda ꝛ tenenda oēm fortitudinis
actionē exposuit. Et eo typo quo eū symeon ac-
cepit in vlnas/fecit ꝛ facit ecclia/ꝛ in membris
suis vsqꝫ in finē seculi est factura: ꝛ benedictura
deū in donis suis: quor̄ nullū altius ꝙ ꝙ filium
dederit terris/ vt terrenos redderet celis. Ni-
hil tā obligat hoīem ad reddendā possibilē vi-

ctũ ad eius seruanda mandata: ꝙ ꝙ seipsm deꝰ
hoibꝰ tradidit humanatũ. Proinde cũ alia nõ
possimus rependere: benedictio ꝛ laus de ore
atq; corde hoim nõ recedat: iuxta ꝓpheticũ di
Ps. 33. ctum: Benedicã dñm in oĩ tpe: semꝑ laus eius
in ore meo. Et benedicẽs ꝓrumpit in canticũ:
Lu. 2. **Nunc dimittis seruũ tuũ dñe secun
dũ verbũ tuũ in pace.** Uiso ꝛ tacto chri-
sto/in pace dimittitur seruꝰ dei: magis contẽ
platiua mentis ꝙ corporis visione gauisus. Di
mittitur in pace ſm verbũ/scʒ resurrectionis:
quod a spũsancto susceperat/ꝓmittente infalli
biliter visionẽ. Fidelis enim deus in ṽbis suis
semꝑ efficit quod ꝓmittit: si ꝓmissarius sua ius
sa custodit. Dimittit in pace seruũ suũ: nõ idolo
rũ/aut quorũlibet vitiorum/seu rerũ tpaliũ seruũ:
nec eũ q tpalibus dñis seruit in peccatis: aut euʒ q
in licitis actionibus infideliter seruit: sed seruũ
suũ: qui voluntatẽ eius nouit ꝛ facit: q nihil fa-
ciendũ omittit: q vnũ ꝓ alio nõ postponit: q cũ
oĩa benefecerit/se inutilẽ sentit: ꝛ nihil se fecisse
iudicat: pensans altitudinẽ ꝑceptoris/ꝛ sui defi
cientiã seruientis: q nõ ꝯtẽnit ad verbũ: nil gra-
ue iudicãs quod iubetur: cui nullum ꝑceptũ dis
plicet: q dñi placitum suũ facit: q etsi non possit
plene ꝑficere quod iubetur: nõ ad impossibilita
tẽ ꝑcepti/aut indiscretionẽ dñi hoc asscribit: sʒ
suo defectui deputat quod non fecit. Et hic est
seruus dñi/quẽ dñs dimittit in pace. Sed quid
est ꝙ hic senex nõ videbatur sibi de hoc seculo
migrare cũ pace: nisi christũ dominũ talit aspe-
xisset? Nõne ꝛ ceteri sancti patres mortui sunt
in pace? Nõne ꝛ ceteri ꝓphete domini/quanq;
aliq fuissent crudeli morte ꝑempti? Sed quõ ad
dei regnũ spectabãt/si cũ pace mortui non fuis
sent? An iste pacẽ dicebat mori/morte nõ ab ali
is irrogata? Quid iste tantus senex asscribebat
ad pacẽ? Id ꝑfecto dixerim: ꝙ alij longa expe-
ctatione viderunt in fide atq; spe. certissime te-
nebãt ꝙ sic futurũ erat: incerti penitus erãt quã
do maiestas diuine ꝑficeret. Et hinc certi ex fi-
de/securi de spe/incerti de tpe/ante hũc senem
pr̃es ceteri decesserũt: iste ṽo de tpe certus/ vi-
tã finiuit in pace. Et pie credendũ est ꝙ ꝑter id
quod christus puerulus/imo infantulus in eiꝰ
brachijs requieuerit: ꝙ in eius mente aliqd diui-
nũ ꝛ arcanũ ostenderit: vnde se fatebat in pace
dimitti. Sed si q hanc gratiã sortiri cupimꝰ/ha
bitemus in hierusalẽ: qm̃ nõ cõmouebitur ieter
nũ q habitat in hierusalẽ. Ueniamus in tẽplum
in domũ scʒ orõnis ꝛ obsecrationis ꝛ laudis/in
ꝯtẽplationẽ diuinorum: qm̃ tẽplum a ꝯtẽplãdo re-
perimus: ꝛ in locũ mysteriorum christi. Et suscipi
amus manibꝰ puritatem: excutiẽtes illas ab oĩ
ope malo: vt nobis fiãt actiua que nouimus di-
gna fieri. Magis aũt ipe causam subrogat q̃re
sit dimissus in pace. **Quia viderunt ocu
li mei salutare tuũ.** Que viderunt illiꝰ se-
nis oculi? Carnem/nõ deitatẽ christi. Sed mẽ-
te itellexit/ꝙ ipse penitus erat salus dei/ab eter
no cunctis mortalibus hominibus preparata.
Unde sequitur: **Quod parasti ante faci
em omniũ populorũ.** Uere ante faciẽ po
suit/nõ a tergo: vt illam aspiciamus/illamq; co-
gnoscamus in anteriori ꝑficiẽtes: nõ retrouer-
tentes ad ea que ꝓ melioribus antepositis ab-
dicauimꝰ. **Et lumen ad reuelationẽ gẽ
tium: et gloriam plebis tue israel.** Lu-
men illuminans positũ ante conspectus homi-
nũ: vt si nõ recte ambulatur/ non asscribatur lu
mini: sed errare volenti/ ꝛ oculos claudenti ad
splendorẽ eius: quod reuelat gentes ambulan-
tes in tenebris: quoniã gentiũ populꝰ q ambu-
labat in tenebris/vidit lucẽ magnã: ꝛ sedẽtibus
in regiõe vmbre mortis/lux orta est eis. Et glo Esa. 9.
ria erit israelitice plebi: cũ in fine seculi isrl̃ sal-
uus erit. Necnõ lumẽ est ad gentes/scʒ ad ho-
mines peccatores: vt de tenebris reuertantur
ad lucẽ. Et ad israeliticos scʒ iustos: vt non ab
errent a luce: sed in ipsa interius splendente ꝑfi
ciant. Hac cõditione omnibus christus est lu-
mẽ: vt peccator tenebrosus lumẽ veritatis aspi-
ciat/detestatus tenebras ꝑ lumẽ: ꝛ iustꝰ in lumi-
ne palmate ꝑficiat: delectatus lumine/effugiẽs
tenebras. **Et erant pater eius et mater** Lu. 2.
**mirantes sup his que dicebãtur de
illo.** Sup his admiratio fit que sensum ꝛ intel
lectũ hominũ oĩno transcendunt: ꝛ quorum veri-
tas intellectui nõ equatur: nec ad illã intellectꝰ
sua virtute ascendit. Sup omne quod humanũ
est/symeonis verba tonabant: vt etiam paren-
tes eius in admirationẽ leticia plenam induce
rent. Et quãq; pia mater spiritũ symeonis exce
deret: ꝛ pre cunctis mortalibus plura videret
atq; sentiret de filio: attamẽ non desinebat ad-
mirari ꝙ sic eũ senex iste cognouerat: sicq; alte
de ipso ꝓnunciabat. **Et benedixit illis sy-
meon:** scʒ duobus parentibus/aut tribus cũ
filio: nõ velut supior authoritatẽ habẽs: sed ve-
lut deuotus gratias agens. **Et dixit ad ma
riam matrẽ eius:** nõ ad patrẽ ioseph: quia
nõ tanta dilectione velut mater ferebat in chri-
stũ. Aut q2 spiritu ꝑnouerat ante christi passio-
nẽ esse moriturũ: nec illi penose cruci cũ matre
debere assistere. Solã ergo matrẽ in hoc vatici
nio alloquitur: q crucis futura erat discipula: ꝛ
sui filij ꝑ oĩa cõsocia passiõi. Quid enim hic se-
nex de filio ad hanc iuuenculã matrẽ virginẽ
dixerit audiamus. **Ecce positus est hic in
ruinã et in resurrectionẽ multorum
in israel: et in signũ cui cõtradicetur**
Lenis tristia miscet: supremis ima cõnectit: et
duci bellum parat: ꝛ glorie ignominiã coniun-
git: ꝛ que sunt dei ꝛ hominis cantat: ꝛ simul vir-
tutis ꝛ infirmitatis prosequitur actiones: ꝛ for
mã dei ꝛ hominis/domini ꝛ serui adesse simul i
vna christi persona declarat: vt sic cõnectãtur
que ad formã deitatis/ꝛ que ad formã humani-
tatis/ordine debito tribuuntur. Salutare ꝛ lu-
men omniũ gentium/ꝛ gloria populorum/ diui
nitatis est forme. Et ꝙ ruinam infidelium atq;
non credentium/ꝛ aliorum delinquentiũ ꝛ pec-

tamē facīat: ⁊ resurrectionē in his q̄ vere cre-
diderunt/⁊ conuersi ad deū fuerint operet: etiā
forme attribuitur deitatis. Quod ꝟo signū sit
cōtradictū/humanitatis est forma. Et ꝙ signū
fuit est hominis ⁊ nō dei. Semꝑ enim signum si
gnato noscitur minus. Et quoniā virgo in paſ-
ſione filij velut pungēti gladio erat fodiēda do-
lore: humanū totū esse insinuat: ꝙ hic puer cru-
deliter ⁊ innocenter moriturus erat: adiecit eīn
Et tuā ipsius animā ꝑtransibit gla-
dius: vt reuelentur ex multis cordi-
bus cogitationes. Vide quanto amoris
vinculo matrē ligauit cum filio/ filiumq̧ cum
matre: vt animā matris/animā filij esse denun-
ciet: nō in vna substantia/sed in dilectione oīno
indiuidua. Et vere anima matris aīa filij erat
prout omnes anime sunt: sed ipsa tanto ligati-
or/quanto in eius amore feruentior est reperta
⁊ pre cunctis decorius ornata virtutibus. Aut
alia sit relatio seu verboꝝ cōnexio: Et tuā aīam
gladius ipsius ꝑtransibit. Sed quomodo ꝟba
cōnectāt ur/sentētia vna elicit̄: videlicet vt ani
ma virginis matris in passiōe filij doloris gla-
dio foderetur. Aliter esse nō poterat/nec debe-
bat: vt tam alte digneq̧ dilectus/ sine diligētis
dolore acutissimo sic amare moreretur. Nec ad
matris imꝑfectionē cedit/ꝙ humanitus doluit
tam acute pro filio: quoniā ꝑ omni homine in-
nocenter ⁊ iniuste morti tradito/hec pia virgo
doluisset: sed maxime pro ipo dolere debuit: ex
qua carnē in qua pateret̄/eduxerat: Et apte vi-
debat se in passiōe filij sui redimi: que nec aliter
potuisset ⁊ ipsa saluari. Nam ⁊ ipa ꝑius imma
culata/in passione filij sui nihilominꝰ in causa/
⁊ hoc summe ad dolorē eius faciebat augesim:
vt etiā excederet ex dolore martyrū passiones.
Quod aūt adijcitur: vt reuelētur ex multis cor-
dibus cogitationes. vt credentiū ⁊ nō creden-
tiū/iustorum atq̧ iniquoꝝ/ diligentiū ⁊ odiētiū
futura sit nota ꝯditio. Passio enim christi dis
cretauit reprobos ⁊ electos. Ecce quomō bea-
tus symeon allocutus est virginē: qualia ꝓphe-
tauit de prole: vt post prospera ilico aduersa cō
necteret/⁊ dulcibus amara sociaret: vt discamꝰ
in filio ⁊ in matre inter ipsa inculpate transire:
Audi que virgo mater audit in templo: et cum
ipsa symeonis de christo ausculta presagia: et
mirare in cōtemplationē animū dirigētis: ⁊ hu
militatē agnosce marie: q̄ nō velut mūdi regina
⁊ eterni regis mater/sed vt discipula accipit ꝟ-
ba senis: nō stomachans verbum: nō dedignās
auditum: equanimiter leta ⁊ tristia recipit: vere-
cunda facie/moribus compta: obmissa enim re
sponsione atq̧ repensione verborū: vt peroga
ret omnibus audiende veritatis formā: ⁊ virgi-
nibus loquendi auferat audaciā. Et vt incōtra
dicte audiant̄ ꝟba q̄ de christo dicunt̄: ipa ⁊ pu
tatiuus pater silenter oracula diuina suscipiūt:
⁊ animo constans/seruansq̧ in lingua censurā
non mutata facie in auditis de sua ꝓle magnis
⁊ seuis passionibus: ⁊ ꝙ sit doloris gladio fodiē
da: eandem cōsistentiā ꝯseruauit: vt nec leta de
letis/nec tristis de tristibus videretur. Et ꝓsta-
ta fide dictis disputationē ⁊ causaꝝ inquisitio-
nem abiecit: nam vere intellectis aut creditis q̄
dicuntur/suꝑuacue cōtendit auditor: ⁊ magnā
criminis notā habet velle disputare de certis.
Sed si bona virgo audisti: cur gratias nō repē-
dis? Si ꝟo indigna/cur hunc senē non arguis?
Spectat ad celicolā virginē in omnibus lingue
seruare modestiā: nec in laudes ⁊ verborū blan
dimēta prorumpere: nec arguere seniores. Et
quoniā ab omni etate/⁊ similiter sexu christus
erat testimonia suscepturus: qui hoīes vtriusq̧
etatis ⁊ sexus saluaturus erat: anna longo tēpo
re vidua supueniit spū plena: de iesu altissime lo-
quebatur: causas sui aduentus exponens expe-
ctantibus redemptionē populi israel: quā ipse
ꝑfecturus aduenerat. Et insonuerūt hec verba
virgineis auribus: vt iam in templo in his q̄ ipa
sentiebat de filio/inuenisset vtriusq̧ sexus ho-
mines in veritate ꝯcordes. Resonant in tēplo
apte ꝓphetie/cōcordes de christo voces: ⁊ pre
terq̄ in dei tēplo/nō inuenitur iste ꝯcentus. Et
vnū est dei templū/patres veteres cōtinēs ⁊ mo
dernos. Vna est omniū veroꝝ fideliū eccl̄ia: eo
rum scȝ qui de christo equaliter sentiunt. Vna
fides veteꝝ ⁊ nouorū: vna spes oīm saluandoꝝ:
q̄uis pro iusta ⁊ ordinatissima distributione tē
porū fuerint sacramenta diuersa. Nec mirum ꝙ
in tēplo veteres ⁊ annosi clamāt ⁊ ꝓphetant/ ⁊
iuuēcula virgo tacet: quoniā testamentū vetus
plus extitit in verbo q̄ in facto: nouuȝ ꝟo plus
facto q̄ verbo. Et silentio/nō verbis ꝓstatur fi-
des dictis: ⁊ corde/nō lingua ꝓphetie recipiunt̄
in fide: sed in moribus viuendi forma ꝓrogatur
hominibus. In sene forma ꝑfecte iusticie/boni
desyderijq̧ cōmunis: in anna forma sancte vi-
duitatis ⁊ castitatis ꝓscribitur his qui post nu-
ptias vitā celebrē tenere decreuerint. Hec a vi
ro in iuuenili etate soluta/monogamiam vsq̧-
quaq̧ seruauit. Quod ⁊ apl̄s in posteꝝ tradidit
in consiliū: Soluta es a viro/noli querere virū. 1.Co.7
Sed nō oīs vidua vere vidua: sed q̄ ꝑ christo
castitatē custodit. Et hec honoranda si expe-
dit/vt alimētis ecclesie ipsa pascatur: vt ad Ti- 1.Tim.5.
motheū scribit apl̄s. Nō est christi vidua/nisi vi
due huius tā antique formā accipiat/ vt nō dis
cedat a tēplo. Et cū phas nō sit mulieribꝰ i ma-
nufactis ecclesijs semper consistere: non tamē
recedat cor de templo sacre doctrine: nec animo
cōmunitatē vere credentiū intermittat: ne dis-
crepet ab ecclesia: extra quā veri sacrificij ⁊ bo-
ni alicuius digni ꝓmio nō est locus. Non viuat Ibidē
deliciose: q: vidua in delicijs viuens mortua ē:
sed ieiunijs ⁊ abstinentijs corpus afficiat: ne de
liciate viuēs in libidinē expumet: ⁊ philocapta
viuat turpiter etiam preter virum. Refrenāda
sunt omnino ieiunijs incētiua libidinis: nec suf-
ficit pulla vestis si exculta caro nitescit: si ex ci-
bo crassescit: si ex nimio potu somnescit. Nō sit
vaga discursibus: sed obsecrationibꝰ ⁊ oratio-

nibus crebris insistat: nõ seruiat mũdo / sed do-
mino: nõ vbera / sed sterilia ꝓferat: sed eius sint
de deo ⁊ de virtute sermones: ⁊ aliqd expediẽs
loquaẜ his qui secũ in christifera virtute parti-
cipant. Necnõ ⁊ huius vidue nomẽ ⁊ genealo-
gia si in interpretationẽ deueniant / ꝑut in euã-
gelio scribitur: mores viduis debitos ꝑamplius
Lu.2. cõmendabunt. Inquit enim: Et erat anna
ꝓphetissa filia phanuel de tribu a-
ser. Et hec ꝓcesserat in diebus mul-
tis: et vixerat cum viro suo septẽ an
nis a virginitate sua: et hec vidua
erat vsq ad ãnos octogintaqtuor.
Optimã quadrã hec vidua in annis viduitatis
ꝑfecerat: vt solida ex om̃i sua parte persisteret.
Et octies decẽ ãni / ꝓcepta decẽ pro octaua ve-
re seruasse insinuant. Et quatuor reliqui deco-
re quatuor moraliũ virtutũ esse prefultã: magis
ꝗ̃o ad rotas quatuor euãgelij preparatã. Que
nõ discedebat de templo: in honesto loco consi
stens: quoniã decet eligere viduas habitacula
honestatis: ⁊ que sua corpora virtute castitatis
ascribunt / ibi habitare ꝑtigant / vbi testes deui-
tare non possunt. Confert ad custodiam castita
tis / vbi humani deuitari non possunt aspectus:
maxime illorum qui decentiam templi habent.
Surrepit sepe importuna tentatio delinquẽdi
vbi nullus timetur aspiciens. Nec deserẽda sũt
loca / q̃ cõferunt ad officium sanctitatis. Ieiu
nijs et obsecrationibus seruiẽs do-
mino die ac nocte. In loco dicato deo / ꝑ
ter que dei sunt / oĩno fiẽda nõ sunt: quoniã do-
Ps.92 mũ dei decet penitus sanctitudo. Ve autẽ eis /
qui domũ orõnis in secularia facta conuertũt.
Virtutibus seruitur / ⁊ nõ mechanicis actioni-
bus dño: sed impretermisse / scʒ die ac nocte: vt
nõ dies diuino seruitio / nox ꝗ̃o somnolẽtie tri-
buatur. Nec noctes ꝓ deo ducanẜ insomnes:
dies ꝗ̃o in ocio culpato aut maculate ꝑtrãseãt.
Necnõ in die ꝓsperitatis / ⁊ nocte cuiuscũq ad
Ps.1. uersitatis seruiendũ est dño. Et beatus est vir
qui in lege meditatur die ac nocte. Et hec ip-
sa hora superueniens cõfitebatur do-
mino. Superuenit hora qua christus aduenit:
cum quo in templo cõuenit. Quo aũt ⁊ quomõ
superuenit / si nõ discedebat de templo? Dum sy-
meon virginem alloquebatur / aduenit: ⁊ ad de
stinatũ locum templi in quo fiebat primogeni-
torum oblatio / superuenit: ⁊ frustra tam diu fuis-
set obseruata in templo / si cum iesu non conue-
nisset in ede. Nulla preteritoꝝ patrũ sanctitas /
nulla eorum virtus / nulla obseruatio legis ces-
sisset ad meritũ / nisi ꝑuenisset ad christum: neq
vnius confessio suffecisset / nisi christo dareẜ cõ
fessionis honor. Et oĩa mortua opa prisca erãt
nisi reuixissent in christo. Superuenit igitur anꝰ
ista debita hora: qm̃ ante illam venisset incas-
sum: qꝛ scriptũ est: Vanũ est vobis ante lucẽ sur
Ps.126. gere. Vanũ porro cũctis viuẽtibꝰ factũ erat / an
lucẽ que est christus / boni aliqd peregisse: post
venisse protinus ignauie asscribereẜ. Cepit bo

ra cõuenire posse cũ christo / ab eo tẽpore quo i
mundo incarnatus apparuit: ⁊ vsq ad seculi ter
minũ ꝑdurabit. Post mortẽ ꝗ̃o hec hora in su
is gradibus finẽ sortietur interminũ: vt qui cũ
christo in hac hora / in hoc templo non conue-
nerint: post mortẽ conuenire nullatenꝰ possint.
Et cũ omnes habeant horã: ve qui ꝑdiderit cõ
ueniendi horã cũ christo: qui omnẽ semꝑ para-
tus est ad horã / quando ad ipsum redire decer
nimus. Et cõfitebatur dño / scʒ offerens ei in tẽ
plo sacrificium laudis: quod deũ honorat / vbi
ostenditur salutare dei. Hinc ꝑ ꝓphetam dñs
dicit: Sacrificium laudis honorificabit me: ⁊ il Ps.49
lic iter quo ostendam illi salutare dei. Confite-
bantur dño completa fuisse in christo / que ipsa
prophetico spiritu ꝑnouerat: q̃ legerat de pro-
phetis: ⁊ omnia mysteria legis. Et eo spũ quo
prophetissa erat / officium euãgelizandi assum-
pserat: vt de puero iesu oblato in templo loque
retur cũ expectantibus redemptionẽ isrl̃: ꝙ ipse
puer erat tunc delatus ad templũ: ꝙ votũ datũ
erat expectantibus: ꝙ erant cõpleta vota iusto
rũ / ⁊ adimpleta iusta desyderia patrũ: ⁊ ꝙ inde-
fesse puer iste currebat nõ quietusꝰ: nisi ꝑ mor-
tem ⁊ sanguinẽ omniũ faceret in cruce redem-
ptionẽ. Optima cuiuscũq locutio / cũ solum de
salute tractatur: nam nil tam mortalibus est sic
expediens. Optima predicatio / cum diffidẽtia
remouetur: spes profutura promittitur. Huius
cemodi erant templaris vidue sermones: ⁊ an-
teq̃ euangeliũ condereẜ / euangeliũ ꝑdicabat: ꝓ-
phetissa enim erat: ⁊ eius spiritus ꝑamplius ex-
citatus est ad noticiã futurorũ / cũ christum con
spexit in templo. Adimplere protinus venit bo
na: nõ soluere atq terminare habentibus am-
pliora. Hec oĩa virgo mater audiuit in templo:
admirãs verba / letabatur in prole. Gaudio mi
scebat tristiciã: neutrũ ex altero ꝑmutabat: sci-
ens filium esse deũ / et suã imaginẽ esse redẽptu-
rũ. Ex omni verbo euge multiplicia resultabãt:
sed propter mortẽ et sanguinem dolor et tristi
cia fodiebant: neutro ex altero terminato / nisi
resurrectionis ꝑacta victoria. Nouerat hec oĩa
virgo / etiã si nõ venisset ad templũ: sed fides ad
posteros facta est solidior / et ipsa virgo deuo-
tior: cum collatio celebraẜ in templo. Paratur
omnibus forma scientibus: vt quanta sciendo-
rum appareat certitudo: atq docendarum rex
videatur certa scientia: quod expedit in ecclesia
et cũ ecclesia orthodoxa exemplariter atq colla
tiue cõferre. Nec quisq confidat etiam si desu-
per spiritus gratia illucescere videatur: nam cũ
apostolus decadẽ vnã cõtinue ꝑdicasset: ne in- Gal.1.
uacnũ cucurrisse videretur: cũ his qui predica-
bant hierosolymis / euangeliũ cõtulit: quẽq̃ nil
aliud q̃ id quod ipse a deo acceperat / sibi contu
lissent. Omnis heresis procul ꝓpellitur: oĩs ab
rogatur disceptatio: schisma intrare non siniẜ:
vbi tenetur concordia scripturarũ: vbi omnes
in templo cõueniunt. Omnẽ formã sciẽdi atq
addiscendi et viuendi / ad soliditatẽ virtutum et

instar actionū nobis virgo prestruxit: veniēs purificari ad templū: audiens a senioribus diuinas theorias in templo velut discipula diuinorū. Grata sibi oīa erant: et ipsa grata gratis assistit. Omnibusq; pfectis iuxta censurā legis/ reuersi sunt in galileā in ciuitatē nazareth: vnde ascenderat in bethleem: vbi preuenta partu p dies quadraginta stetit: quousq; purificari venit in templū in ciuitatē hierlm.

ℭ De fuga virginis cū puero i egyptum. Capitulum XXII

Mat. 2. Post que decreto patris altissimi/ reuelatione angeli: regū timore malorū ne pdant teneram prolē: fugere cogitur: peregrinari cōpellitur in extraneas nationes. Nec sua titubat fides/ q alta in templo de ipsa ple audierit/ q ilico datur in fugam: nec sua credulitas minoratur ad filium/ qn sit altissimi: q nis terreni regis edicto superno decernat vita re tyrannidem. Agnoscebat sup eo diuinā prouidentiā: et q in eo quod de se matre susceperat ordinabatur ad fugam: non in eo quod de celis aduenerat. Et iam incipiebat cudi acutus doloris gladius: cū iam cito noua sua teneraq; proles cogeretur regū timore quos terrebat/ puincias egyptiacas incolere. Et mirū in hoc infante tenello/ q terrens terrebatur: et territus plus terrebat: qui ob hoc fugiebat/ quia ab ipso terrebatur herodes. Itaq; celebratur fuga p prole/ que fugiebat ex matre: ac mater p filio damna exilij sustinebat. Uadit in peregre angelorū dn̄a: et superna ciuis ciuibus sociata supnis/ originali relicta patria/ querit extraneū incolatum. Sed nulla patria sibi erat ad propriam: cui preterq virtus nihil erat ad propriū: et nihil habere omnino sibi vendicabat in pprium. Nec aliquam regionem sibi cōputabat extraneā: q solum habitabat in regione virtutū. Que patria extranea esse potest ppriā nō habenti? Que aliena patria qui mundū nō diligit: qui oēm in hac vita incolatū dicit exiliū: qui incessanter ad supna suspirat: qui cū sapientia contuberniū fecit? Que potest esse horenda puincia/ cui de sensibilibus nihil placet? Que grata/ cui viuere pena est? Que ppria/ vbi manere nō sinitur? Sed quibus hec virgo mater inexperta cōuersandi iuuencula/ humanis fulciatur auxilijs: quibusue pedissequis/ aut famulorū copia socief: qb9 vecta currib9 aut eqs: qb9 ornata schematib9 vadat i pegre: q apicē euāgelicū scrutaris aduerte. Ut paupis carpētarij vxor paupercula icedebat: ipso solo ɔtēta comite p cura: et ut familiaris et i testimonū honestatis/ et nutrimēto plis. Ecce regina mundi egyptiacas ingreditur ciuitates/ nullo humano comitata fastu: sed nec pedissequā vnā legimus habuisse: incognita mūdo/ ignorata in populo: quā si q erat cognouisset egypt9/ apparatu et magnis copijs occurrisset. Conducit hospitiū carpentarius: introducit matrē cū prole fugientē. Cōgregat suppellectilē modicā ad fouendā matrē et prolē: artis carpentarie instrumenta producit. Incipit inquirere si ex illa possit captare modicā stipem: denunciat se i arte peritū. Explorat si quis ad ligna bipennibus et dolabris habet opus: facturum se dicit placide p mercede: vt sustētet virginē matrē: vt posset alere prolem. Necnō ob id etiā huiuscemodi artis se actuosum insinuat: vt euadendi fulcimenta ex illa cōquireret: ne ociosus aut in fraudem alicuius videref ad illam prouinciā accessisse. Non tamē vt abraam saram pmonuit iste Gen. 12. mariā: vt diceret se ipsius esse sororē: veritus pter eius pulchritudinē mortem/ si se fateretur vxorem: que specie sua et pulchritudine sua sarā et rebeccam supauit. Nec ipsa sublata est in domo alicui9 egyptij regis/ vt sara in domo pharaonis: sciebat enim q melius q sara custodiebatur ab angelo: a quo sepe ipsa responsa acceperat. Et talē gratiā in matre virgine deus posuit: vt nec pter eius excedentē pulchritudinē potuisset ab aliquo ob imūdiciā cōcupisci. Nouerat hoc ioseph experimento sui: qui nunq ex ipsa carnis tentationē psenserat/ q̄uis secū pariter habitaret. Stat in egypto puerula mater cū puero: nec procedit in publicū: nō verita hominū fraude: sed custodiens honestatē/ formaz prestans iuuenibus/ qualiter cōstantes in peregre cōuersentur. Net/ suit/ laborat q; manibus: et querit sic cōpendia vite. Nullas vicinales visitat edes. Fit nota omnibus p modestiā magis q si ingrederetur limina vicinorū. Admirationi fit oībus: sermo diffunditur q in egypto similis mulier nunq fuit. Trahit oēs in sui ɔsyderationē pter insitā honestatē: que velut magnes ad se ferrū secreto tractu vere trahens/ omnes ad sui admirationē trahebat. Subdita viro/ intenta p filio/ et in suis quieta negocijs se positaz in peregre letabatur: abiectui faciens quicqd de patria potuisset esse amenū. A nexibus soluta: quibus fere omnes humanus nectit amor. Nō incipit aliquando tintillare virū/ si iā repatriandi tēpus adesset: Nō pferens qd delectabile reliquisset in patria: nec qd amplius cū cognatis reuersu possidere potuisset. Non subinfert pegrinationis incōmoda: que cito solent in patriā reuocare pegrinos: sed quid pater eternus decernat/ expectat. Non cōturbat virū velut insolens: nō ifestat more mulierū/ multa requirens: nō querulaf: tantū intenta supius/ vt iussionibus diuinis obediat.

ℭ De reditu virginis cum puero in iudeam. Capitulū XXIII

Mat. 2. Itaq; angelus iterū eius virū affaf in somnis: vt redeat in iudeā. Non alloquif eā de cura viandi: ne videref mulieri supra virum pstare velle ducatū. Nec omniū agēdorū noticia sibi refulsit in animo: quāq sup homines plus nouisset: vt innotesceret nemini vim eius cōmisisse/ sed sibi reseruasse de filio. Nō decens erat q plena esset in terris noticia mysteriorum/ que filio pater ab eterno decreuerat: et vt in futura ecclesia seruaretur ista censura: vt

nō viri a mulieribus/ sed mulieres a viris agen dorum documenta susciperent. Reuertit in iudeam cū prole: sed adhuc ipsa cū viro timorib⁹ angitur. Regnante archelao p patre suo herode defuncto: ex angelica admonitione ipsa z vir suus nō vadunt in iudeā: sed secedunt in galileam in ciuitatē nazareth: vbi cōsensu suo in ventre dei filius fuerat incarnatus. Et eandem sue vite moruq; cēsurā sicut in peregre in patria retinebat: nec exultauit amplius in patria/ q̄ in peregre letata fuisset. Nō enim variabat in animo p loca/ p tpa: vbiq; eandē consistentiam seruans: tota intenta p filio: q̄ apud eam deus existens/ vt puer sub cura materna constitutus degebat.

Qr virgo mater in duodecimo etatis filij anno perdens eū alloquitur inuentum. Capl'm XXIIII

Lu.2. Quem in duodenis annis deducens in templū/ ad tēp⁹ obmisit: p quo velut impatiens ad absentiam eius/ inter cognatos z notos dei filiū queritabat. Anxia semper erat mater p filio: z absentia modica prodibat in longū: nec a questione desistens/ ipsa cū viro redit in templū: vbi repperit eū alte agentez in medio senioꝝ atq; doctoꝝ. Stupet in ꝓle mater: z exultat ad prouentū eius. Nō impedit verba doctorū: sermonibus filij sedulū prestat auditum: diligens z admirans/ ꝯsyderās z exultās: sed dato fine verbis pia mater pie alloquitur filium/ ex honore ꝓferens virū/ dicens: **Fili/ q̄d fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te.** Maternali authoritate vsa est virgo/ cum dei filiū filiū suū appellauit: nō in deitatē/ sed in humanitatē ꝓsumens: q̄uis vnus sit dei filius z marie. Non potuit amplius ꝯtinere affectū: cū in verba excessiui amoris erumpit. Nō aliunde ipsuz denominās: nisi q ipse sit filius/ ipsa mater. Stupor z gaudiū humanis mentibus ministratur: q virgo mater dei filiū nomine filiandis appellat. Omnis amoris signū in isto verbo superatur/ fili. Lingua in amore manifestare plus nequit dicēs/ fili. Nihil ex amore breuius/ nihil efficacius ad proferendū q̄ cū dicit/ fili. Tota cōmouentur viscera matrū/ cum prolē nomine filiali denominant. Nulla loquendi copia pl⁹ apposuit/ q̄ filiale nomē. Diffundit anima matris in filiū: quē videt de suis puris humoribus generatū. Amat ꝯtin⁹ pre cūctis filiū mater: a quo pre ceteris se nouit amari. Sed nec virgo mater p cōparationē ad alios hunc filium diligebat: ꝓter quē alium nō habebat: sed ipsa pre cūctis diligebatur ab ipso/ ab eterno electa mater. Prestatur nobis magna securitas/ cū virgo sic filiū natum alloquitur: cū talis filius sic se patitur nominari sine federe nostro: quoniam est frater nr̄. Quid fecisti nobis sic? Non increpat mater: nec hoc increpationis est verbū: sed querit causam cur se ab eis distraxerit. Defert humilis virgo viro: quē in loquendo ꝓponit/ se q ꝓposterat: vt sepe de ipsa dixim⁹: q̄m olim bonoꝝ moꝝ atq; vꝉtutū est norma: vt discāt mulieres suis deferre maritis: z nō solū in alijs/ sz etiā in loquēdo ꝓferre. Dolorē virgo ꝓtestatur: nō inquirendo filiū: sed passa sollicitudinē z laborē/ scz nō reperiēs p voto quesitū. Nō fit dolor in actionib⁹ pijs/ etiā si laborare ꝯtingat: sed cū iusta z pia desyderia defraudātur: quācq̄ si ꝓseuerāt/ differri possunt/ fraudari nō possunt. Dolor vbicūq; in corpibus adest/ bone nature testimoniū est. Nā bonum est q natura dolet: q̄uis posset esse malū ꝓpter quod dolet. In animab⁹ aūt dolor aut bone aut male volūtatis ē testis. Nā dolor p amisso bono/ p malo cōmisso/ pro nō habēdo quod habendū est/ bonā voluntatē insinuat: sic a cōtrarijs dolor fallacē arguit voluntatē. Bonus erat virginis dolor: quia q̄rēs iesum inter cognatos z notos/ non inueniebat amissum. Ex virtute dolet q̄ ob peccata cōteritur: q̄ agitur impatiētia quousq; bonū vel eque quod amisit/ inueniat: quousq; possideat / sine quo se nō existimat felicē. Sed mirū q̄ppe q nūq̄ matrē virginē legimus iesum christū ꝓterq̄ hic/ filiali vocabulo nominasse. Ad magnū mysterium res ipsa reducit/ q reinuētus christus a matre virgine fili⁹ appellat: vt sit spes nostra solidior: q velut piam matrem impossibile sit a pio filio derelinq̄: sic q̄ cuz pie z pure dilexerint christū/ impossibile ꝯtin⁹ est ad inferna demergi. Et vehementius est gaudiū cū reinuenit deperditū: quod anteq̄ pderetur/ quasi nō curabatur: vt velut maiori fiducia mater ꝓsumat in filium/ q ad extremū nō ꝓmiserit cōtristari. Querant ex hac ꝓrogata materia virgines cū virgine matre filium: etem̄ ipse magis est virginitatis filius q̄ virginis: cuius oēs sibi dicare virgines possunt esse ꝑticipes: sed non inter cognatos z notos s̄m carnē: q: in carne supra carnē ē christus: nō traductus ex semine/ sed diuina vꝉtute. Nō nouerunt hi q̄ s̄m carnē viuunt: q̄ solū q̄ terrena sunt sapiunt: nutriri christo/ sed mūdo: nō illā ornare p dei filio/ sed p hominis filio fucare criminaliter didicerunt. Nō imortali spōso cōsecrant: sed mortali sepe ad ꝑditionē adijciunt: z p mortalib⁹ nuptijs magna impendūt munera: longo tpe parta dispergunt: exhauriūt crumenas: accipiūt sepe sub fenore: q̄ habēt chariora suppignorāt: vt tradāt vꝉgines seruituti hominū: vt diiūgāt matrimonia dissoluēda ꝑ mortē. Et ex his q̄ nō ꝓuisa ꝓueniūt/ si possent vellē retractare iā factū: vt christi sint/ etiā secum habitare nō sinūt. Nō q mrīmoniū dixerim criminosum: sed illū p oēm modū ꝓfero/ vbi p christo seruat integritas. Igit virgines cognatos z notos s̄m carnē dimittite/ si christum cupitis inuenire. Redite ad tēplū aīe vestre/ vbi christ⁹ inhabitat: non extra vos inq̄sitio sit de christo: intra vos citi⁹ inuenit. Sed non carne matres: spū m̄res spōsesq; fieri potestis. Et r̄nsiōe pacta **descēdit iesus cū ill' nazareth: et erat subdit⁹ ill'.** Pro vꝉgine matre sumpsim⁹ dis-

A.i.ca.17. fecundum: Nam in hac parte de christo alibi dis
ferum est. Ecce habet virgo mater subditum/
quē vniuersitas dñm habet: ⁊ virtutū omniū ce
lestium cunctorūq3 regem exercituum superno
rum/in humanitate virgo mater suis lorizat ha
benis: ⁊ pfertur virgo filio/in eo ꝙ ei se subijcit:
⁊ eius facta est abbatissa/qui oīa fecit. Eum gu
bernat/qui sua sapiētia formā ⁊ differētias om
nibus dedit. Eum dirigit humanatū/cuius bo
nitate ne in nihilū redeāt/oīa ꝯseruātur/⁊ dep
dita restaurant. Erāt eñ in illa etate puerili om
nes thesauri sapientie absconditi: nec sibi ali
qñ scientia creuit ex tpe. Proinde mentē in alta
suspendit/ꝙ eum subditū sic vna virgo possedit.
Magna virginibus ē dignitas ꝓrogata: ꝙ chri
stus duobus virginibus factus est subditus: vt
nouerint hoc sacramentū hoīes: ꝙ illorū3 chri
stus complet vota: desyderia pficit: q se puritati
⁊ mūdicie tradiderīt. Et spes magna facta est
amātibus celibē vitā/ꝙ ta eis sit christus in alia
patria familiaritate donādus: q duobus castis
in hac vita fact⁹ est subditus. Quali ꝙtoq3 stu
dio/ꝙto syncero affectu virgo mater tēdebat in
ꝓlem: cui subditus in hūanitate dei filius fact⁹
erat: qua sollicitudine agebatur in illum: quis
enarrare psumat: cum videret ipsum ad se ꝓcli
uum: nil puerile gerentē: expectantē tpa pfini
ta ꝓ implenda volūtate paterna: in quem mat
solum ferebat pietatis officia: ⁊ illam curam ad
natum/ad quā deputataz se nouerat. Nec in eū
credatur psumpsisse blanditijs: aut eū gestibus
palpasse cōmunibus ⁊ humanis: vt assolent ma
tres que amore feruēt ad filios. Sed ꝙuis se ma
trem in humanitate cognosceret: tamen qꝛ de
us erat/in omnibus se fatebatur ancillam: stu
pensq3 ꝙ in terris erat socia persone deifere: at
q3 ꝙ simul cū homine deo sibi cōtuberniū erat.
Non suppetebant merita/quibus sibi tanta ne
cessitudo erat ad filium. Suspēdebatur animo
in aspectu eius: et semper in contemplationib⁹
erat/videns apud se diuinā degere maiestatē: ⁊
introrsus mirabatur vehementer: non compre
hendens deū: quē in humanitate habebat sub
iectū. Porro defecisset in se: nisi quia nouerat
illam eternā ⁊ infallibilē prouidentiā latere in fi
lio: qua nil agebat impertinēs: et ꝙ sine myste
rio nō loqbat neq3 tacebat. Erat ꝓfusus amor
eius in prolē: ⁊ nihil ad seipsam virgo: sed tota
erat ad filiū: ⁊ amplius ferebatur in eū qꝛ deus/
ꝙ quia filius: qꝛ iesus/ꝙ quia natus: ampli⁹ cō
munitate nature/ꝙ quia illa caro ex ꝓprio ven
tre. Tota in rationibus ⁊ virtutib⁹ erat: nec vin
cebatur affectu carnis/quā spiritus infuderat
Nec animus eius festinabat ad prolis augmen
tum: prenoscens ꝙ illa humanitate oīa ꝓgre
diebantur diuine. Non interrogationibus agi
tabat eū: velut curiosa parens sepe facit ad filiū
quid fecerit/aut quid sit facturus interrogans:
tacens intendebat in eū: et in silentio audiens
si quippiā aliqñ loqueretur: Seruabat ad ipsū3
pudorem virgineū: ⁊ verecundie moderamina
firmā censura tenebat: nullo impertinenti ver
bo/nullo gestu/nullo motu/neq3 visu/ preterꝙ
sub censura spūssancti fiebat ad eū. Erat eñ in
psentia maiestatis diuine: quā effugere nullus
potest: sed aliter ꝙ omnes ipsa sentiebat: ⁊ sup
hoc diuini filij verebatur aspectū: quē secū cor
poraliter habitantē habebat. Nil agebat argu
tione dignū: nihil sibi placebat de seculo: non
implicabat mēs eius: solū ꝯtēta de filio: cui ali
unde delectatio nulla erat: nulla placita venie
bāt. Huic matri ꝟgini oīa filius erat: hic amor
eius: hic solamē eius: hic desyderiū eius: hic ꝯtē
platio eius: hic qstus eius: hic sollicitudo eius
hic beatitudo eius. Extra filiū nihil se hr̄e noue
rat: oīa virgo mater possidebat in filio: ⁊ in om
nibus diues erat in illo. Intēdite ꝟgines ⁊ regi
ne ꝟginū coaptate mores: oīs vester ornat⁹ inte
rior christus existat/⁊ tota iocūditas: ⁊ ad ipsū3
exēplo virginis matris inculpate vestros mo
res dirigite: in illo facte diuites/cui corpus et
animā dedicastis.

Ꞇ Qr virgo mater nuptijs interfuit: et obedire oēs suo filio verbo predocuit. Capitulum XXV

In nuptijs acsi paranympha seu ꝓnuba Joan.2
foret/se inuenit virgo mater: non velut
apta cōnuuio: sed apta mysterio: phono
rās sua psentia nuptias: qm̄ ex nuptijs nata erat
Nō eligēs illas ex aīo: qꝛ ipsa mater virgo. Nec
qꝛ tāto dedicata ꝟginitatis decore videret abh
cere ꝯiugatas: qm̄ ⁊ ꝓ ꝯiugatis talis filius sibi
erat. Cui nihil videbat indignū/quod de diuino
ꝓcesserat sacramēto: ⁊ diuina ꝓuidētia ꝯiugiu3
nouerat ordinatu3: quanꝙ ex christianismo seu
ex paganismo sint ordinata coniugia: acsi nec
ex gratia/nec ex circūcisione/aut ex ꝓputio cō
iugia sunt instructa. Solū ꝙ tali sacramento in
indiuiduis ꝓpagaret hūanitas: ⁊ homini viro
simile adiutoriū esset ad ꝓlem: nō libertate vagā
di ⁊ appetēdi: sed debita certitudinis lege: ne si
esset in cōiunctione maris ⁊ femine voluptas
effrenis/multa sequeretur: sicut in libro de chri
stiana iusticia monstratū est. Nā coniugiū non
ob hoc institutū est: qꝛ christianitas ē: neq3 qꝛ
circūcisio/neq3 qꝛ ꝓpucium. Ante hec omnia/⁊
ante ꝓpucij discretionem coniugiū nouimus in
stitutū: quod tam diu ꝓcelebre mundo fuit quo
usq3 cepit clarere virginitas: cuius serenissima
conseruatrix nuptias non abhorruit: cum inter
bona ipsarum ex ipsis nascatur virginitas: que
nō solum ex licito coitu/sed ex turpi ꝯcubitu ipa
vtero grauidato descendit. Non tñ de concu
piscentia ⁊ libidine/que regnat in mēbris: s3 de
bono nature/quod cōditor iste creauit. Stabat
virgo in nuptijs nō oblectata cōuiuio/sed soci
ata filio: cui amore indiuiduo iungebat: cuius
nō satiabatur aspectu: cuius velut inoblite me
morie verba captabat: ⁊ alte cōsyderabat quid
illa diuinitas humane opabatur in terris. Et ꝓ
magno sacramento in nuptijs assistit filio in
opportuno tpe intercessura ꝓ nuptijs: cū defece

vini videlicet interne leticie atq superne consolationis adesset. Nam deficiente illo materiali vino mater ad supplendum defectum pia securitate intercessit ad filium: id quod minus erat/aut quod deficiebat enuncians: ut ipse qui erat omnipotens illico que voluisset facturus: nulla temporis intermissa capedine liberaret ab illa opportunitate conuiuas: sponsi reuelans inopiam: verecundiam propulsans quibus confundebantur nuptiarum autores. Nouerat virgo mater omnem creaturam subiacere defectui: expugnari ab inopia: debitam non habere leticiam: turpissimis subiacere pudoribus: et confundi ex defectu veri boni: dum in presentiorijs nuptijs letaretur. Quamobrem intercessit ad filium/dicens: Vinum non habent. Non faciens ipsum memorem/qui omnia nouerat: sed interpellans locuta est: acsi ad eam cura omnium pertineret. Et omnium hominum aduocatam se sciens/que pro omnibus creatoris cunctorum facta fuerat virgo mater: officium aduocationis et pie auxiliatricis assumpsit: cum videret inopiam: que nec rogata prouenit: acsi opus non sit ipsam precibus excitare: que omnes oculum sue pietatis direxit in nos: presciens indigentiam nostram: et se cunctorum omnium matrem pietatis agnoscens: sollicita pro filijs irrequisita etiam ad diuinum filium intercessit. Non expectat sedula mater et propensa in filios/quod clamoribus excitetur: cum eos cognouerit subiacere defectui: ab amore inherente fortius viget in illorum reuelationem intendere. Amplius angit quempiam diligentem internus amor/quam persecutio forinseca. Compellit omnino vehemens amor in occultis exire in publicum: cum dilectus minus habet: aut si eum aduersa perturbant: et deducit in officia sensus: vt ferant opem ei quem amor fecit obiectum. Hinc virgo mater interne commota/prorupit in verbum: vt prestaretur iocunditas hominibus: quos amabat: quos indigere cognouerat. Nihil reboans in auribus corporis eius a deo commouisset: sicut inuisus amor. Si hoc non rogata perfecit/quid rogata perficiet? Si hoc viatrix existens/quid cum regnat in patria? Si hoc apud filium morti temporali subiectum: quid cum mortem superauit: carnem immortalem reuocauit a tumulo: collocauit in celo: paternam sedet ad dexteram tenens totius et omnis regionis et potestatis imperium. Prerogat in terris quod sit pro nobis in celo factura. Et magna sibi erat de filio inserta fiducia: vt nullis prosenchis interiectis/patefacta rei carentia/se a filio credebat audiri. Nouerat benignitatem eius amplius se velle infundi quam suscipi posse: seu quam auderent opportuni gratia postulare. Sed recompingit filius verbum matris: non iratus ad eam/aut indignatione factus: sed docens illam pariter et astantes: si quo iure virgo presumpsisset in eum/dicens: Quid mihi et tibi mulier? Nondum venit hora mea. Non appellauit matrem ex carne: qui tantum virtutes in hominibus querit. Ac si dicere voluisset: quid tu mihi es ad condenda miracula? Nihil. Quid a te in supernaturalibus habeo? Nihil. Quid a te seorsum a communi natura? Nihil. Quod a te habeo/non splendet miraculis: sed subiectum opprobrijs est. Nondum venit hora mea in qua daturus sum generi humano leticiam. Nondum venit hora mea: vt ostendam quod deus sum: quod non sum quiuis fuerim in te. Que verba velut maximi sacramenti virgo mater accepit/ad sui documentum atque cunctorum: et in profunda humilitate degens/interna pace e potita: sciens in certitudine mentis sue quod nihil nisi sanctum et iustum ex ore filij laberetur. Optima discipula filij virgo mater: verba que videbantur in conceptu astantium resonare repulsam/in humilitate audiuit: pro doctrina recepit: cur hec diceret/a filio non exigit. Habet hoc proprium mens perfectibus anxia/humilitatis ornata decore: sine contradictione cogitationis atque verborum subijcere animum veritati: etiam si videatur nostris volitis atque sensibus aduersari. Proinde virgo mater sic leniter increpata/maiorem fiduciam sumpsit in filio: non quia filius carnis erat: sed quia deus indeficiens virtus aduenerat ad indigentes: ad ministros verba conuertit: in certitudine facta quod summa bonitas in necessarijs non deesset. Inquit eis: Quodcunque dixerit vobis facite. Per obedientiam eos preparat ad gratiam capessendam. Nihil sic propter gratiam dei meretur atque suscepit/quam decretis obtemperare diuinis. Inexceptuate premonet virgo mater: vt omnne quod infinita sapientia precipit/faciamus. Nihil est exceptuandum a preceptis dominicis: Irreprehensibilia quidem sunt omnia/impossibilia nulla. Unde nouit sapientiam filij virgo que genuit: et indigentiam hominum non ignorat: quam nisi per obedientiam releuandam aliter non decernit. Lucerna mentium omnium humanarum est deifera virgo: que per factionem omnium mandatorum nos parat ad filium: si calamitates volumus a nobis excludere deprimentes. Et sua mititate nos instruit/cum non disceptat cum filio: quales diuinorum verborum esse debeant auditores. Et prestat nobis de seipsa fiduciam: cum a se mota intercessit. Dat sanam doctrinam: cum obedire perdocuit/dicens: Quodcunque dixerit vobis facite. Uidebitis mirabilia/si obtemperabitis huic: qui velut homo in hac mensa recubit: qui super omnem creaturam mensam vberem in omnibus alte tenet. Qui humane ad humanas nuptias inuitatus: si eius iussa complebitis: diuine ad diuinas et ineffabiles nuptias inuitabit. Preuia existente matre ad rogandum pro eternis nuptijs: que pro temporalibus non requisita etiam intercessit: facilior spes erigitur in superna posse conscendere ad nuptias veri et immaculati agni: qui pro nobis per virginem in ista inferiora descendit. Nec ob aliud filij eterni temporaliter facta est virgo mater: per quam eius et nos sumus fratres: nisi vt interpellet beatum filium pro fratribus eius miseris/eterne stantem pro caducis/iustum pro iniquis/deum pro hominibus/verum filium pro filijs adoptatis.

Quomodo virgo mater filij requirebat presentiam: cuius non ferebat absentiam. Capitulum XXVI

Arte diligens dilecti egre absentiam sustinet: et percunctatur reparare presentiam: cum in ista quietem/in illa turbationem

expimēto pſenſerit. Et infirmitas eſt patiēter ſe
bñ in abſentia optimoꝝ: ꝟtus aūt reqſiſſe ꝑpē
ſiue. Hinc ꝟgo mat filij reqrebat pſentiā: vānū
nimiū rata ſi diu patereť / ſine quo bñ eſſe nō po
terat. Quod euāgeliſta refert denūciatū eſſe ſal
Mat.12 uatori. Ecce mater tua et frēs tui foris
ſtāt / querētes loqui tibi. Nemini niſi fi
lio ꝟginis amor inhęſerat: nihil aūt amare didi
cerat ꝙ ꝟtutē. Nec ſpūſſctūs in illā ſua opatiōe
deſcendēs / aliquē terrenū amorē abegit ex ea: ꝙ
in ſanctificatiōe occulta puſꝙ ꝑdiret in partuz /
purgationē originalis culpe ſuſcepit ⁊ tutamē.
Neſcit viles amores īducere. Nec erat hūanis
amoribus apta: quā ſpūſſctūs amoribꝰ diuinis
aptauerat. Solita ſolū diligere quē diuine con
cepat atqꝫ genuerat: alio nō vinculabať amore:
vnici eius dilectiōe ꝯtēta. Preterꝙ amare ne
ſciebat: ꝑuari nolēs ad modicū qn reqreret fili
um: ſemp alloquijs inſatiata manēs. Miſer eſt
animus homiz ineptis amoribus deditꝰ: quos
⁊ ꝯſuetudīe ſepe reqrit: ⁊ difficulter diuelliť hu
iuſcemodi colligatus. Nulla vincula corpa ma
gis nectūt ꝙ animi ꝑmitiui amores / ſiue hone
ſti ſiue inhoneſti extitāt: a qbus ſolui habēt mor
tis imaginē / i his q honeſtate carēt ⁊ turpitudi
nē habent: quos velut deceptas aues laqus / ſic
illos amoris hamus iuaſit: a quo raro qs ſoluiť
niſi āplioris dilectiōis vehemētia: ſiue hūana ſi
ue diuina dilectio illa ꝯſtiterit. In his vero qui
chriſti charitate nectunť: ſi palmaris fuerit: ne
qꝫ blādimēta / neqꝫ tormēta / neqꝫ ſi q ſunt q ha
bent aſpeꝛ ſenſum / dulces eꝰ nexus ſoluere po
tuerūt. Et ipſa terribilis mors potius ꝙ a chri
ſto / a corpe aīaz ſepauit. Hinc apłs ad Roma
Ro.8. nos ait. Quis nos ſepabit a charitate chriſti?
Et cū multa enūeraſſet: nihil quod ſepare poſ
ſet inuenit. Quā bonū vt a ꝑmeuo aīa ꝑmitias
honeſti amoris depaſcat: illo ſe imbuat: cū illo
pariter coaleſcat: vt ex vſu amor iuſtus in natu
re potentiā tranſeat. Quo aſſolita ꝟgo / ab alijs
actiōibus vacās: iura honeſtiſſime dilectionis
exequiť: reqrens iuſte dilectum: nō tātū q: ſuus
filius erat ex carne / ꝙ q: dei erat ex deitate. Ta
lis vniuſcuiuſqꝫ amor / quale amoris obiectum.
Diuinum erat in quo amor virginis ferebatur:
pura in purum / mūda in mundū / caſta in caſtū /
virgo in virginem / humilis in humilē / prudens
in ſapientiā / paupercuł in pauperē / virtuoſa in
virtutez ignitis amoribus agebatur. Et opibꝰ
oſtendebat quibus interiꝰ ignibꝰ eſtuabat: a qui
bus ſucceſa / motibus corporis prodibat in pu
blicum: que conſueuerat ſemper tenere ſecretū:
nihil in reprehenſione arbitrans dignuz in re
quirendo virtutem. Fiat interdū in exteriora
proceſſus: ſi ꝙ domi vtilitas ponor: ſi neceſſi
tas exigit: ſi charitas vera cōpellit: ſi fructu
oſior poteſt eſſe peruentio ad requirendū chri
ſtum. Non tempus / non locus / non natura / nō
generoſitas / non etas / non ſexus / non religio
poteſt eſſe pudori. Honeſtus eſt ille diſcurſus /
qui debitum peruenit in finem: tū finis omniū

chriſtus: ad quē omnis religioſa feſtinat inten
tio. Nō verebatur chriſtifera ⁊ chriſtola virgo
chriſtū expectare p foribuſ: ⁊ inter multitudinē
diſciplinabilē exhibere formā: vna ſup ceteros
equanimiter tñ auditura chriſtū cū ceteris aſſi
ſtebat: ⁊ inter auditores humiles ipſa i humili
tate ꝑcliuior: nec auſa i filiū vt eū autoritate ma
terna depoſceret: ſed ꝑfunde ſubdita ſilēter ſta
bat ad verbū: cedēs doctrine publice ꝓ publi
ca vtilitate / potiꝰ ꝙ vellet ſibi filiū reducere in
priuatū. Nō violauit diuinā doctrinā: quā ipſa
toto hauſtu pectoris dulciſone capiebat: potiꝰ
abſtrahebať i verbis ad ſanitatē verberātibus
animos: quoꝝ doctorē ſupra naturā ipſa genue
rat. Nec ipſa dixit quod ille iudeꝰ ꝓtulit / ꝙ ei lo
qui vellet: ſed aut chriſtū increpare ſatagēs / ꝙ
ex paupcula natus eſſet / etiā alta docēs: aut hu
mane diſcretus ad matrē / autumās ipſaz aſſiſte
re p foribus pſtolātem vt filio loqueretur. Sed
ipſe aut dolos aduertens / aut alte decernēs: ma
ternitatē ſpūs carni ꝑpoſuit. Nō aūt dedigna
ta mater in hoc iudicio: qſi ſe denegataz agno
ſcēs / ſeu poſtpoſitā matrē carnis ei matri q p di
uinū ſpm efficiť: qnimmo altius verba chriſti in
telligēs / ſe cognouit duplicē matrē: carnis vide
licet: q: vere ſic erat: ⁊ ſpūs ſup oēs aīas: qm ꝑ
amplius dei voluntatē ipſa ꝑfecerat: que plene
ꝑfecta iuxta ſententiā ſaluatoris / eam animam
que fecerit / efficit chriſti matrē. In qua mater
nitate ꝑfectius virgo ꝑfecit / ꝙ in illa que ſoluz
eſt carnis: magiſqꝫ in illa grata facta filio / ꝙ in
illa p quā ipſum geſtauit in aluo: natuz nutriuit
in gremio: poſuit in cunabulo.

¶ Qꝫ virgo fuit filij conſocia paſſioni: et cōpaſſiue et contemplatiuē aſſitit cruci. Capitulum XXVII

Silet de ꝟgine alma euāgelicus textus
quouſqꝫ ad aſſiſtentiam crucis: quāuis
pie credatur / velut diſcipula filij pri
ma / inter primam illam diſcipulorum ⁊ diſcipu
larum modicam turbam ſemper magiſtro filio
aſtitiſſe: conuerſantemqꝫ cuz eo prout decebat
cum dei humanato filio conuerſari: poſtpoſi
ta omni autoritate materna / tacite ſub eo de
gens admirans ⁊ laudans mirabiles actiones
eius: non inquirens cauſam actionum eius: in
dubitata fide ad eum exiſtens ꝙ omnia diuine
atqꝫ inculpate / voluntate non coactione / no
ſtra non ſua re in aſſumpta humanitate facie
bat. Nullum ſibi ad eū auſum vendicabat / quia
in carne filius: ſed ꝑfunde reuerebatur / quia in
hūana natura deus: ⁊ optime nouerat iura hu
mani feminis / quibus ipſum nec ipſa concepe
rat: ⁊ iura virtutis altiſſimi / qua in aluo geſta
uerat / incorrupta enixa fuerat. Quamobrem di
uina iura mente adorabat: nihil ex his vendi
cabat in ꝓprium: ſicut corrupta mater quan
dam autoritatem habet in filium: quia femina
corrupta ſuſcepit: quia graueſcuit: quia pon
dera ſenſit: quia clanguit / quia cum dolore par
turiuit: quia moleſtiā plurimaz tulit / velut mole

flũ lactãs: qꝛ somnos ꝑdidit ad iprobos clamo-
res puuli: qꝛ vigilias multas exercuit/ excubãs
ne lederet ad cunas. Ista ꝛ silia ꝓ filio nõ sen-
erat vgo mater/ quẽ sciebat esse dei filiũ: ꝛ si hu
manatũ/ tñ diuinus angelicis ꝛ spiritibus custo
ditũ. Uere ꝓprius mater erat: sꝫ lege altiore illu
strior: ad quã quicqd est nature/ quicqd est hu-
mane potẽtie/ quicqd inuisibilis vtutis atqꝫ visi
bilis/ nõ potuisset attingere: nisi se diuinitas in-
clinasset. Huic subdit vgo mater: nihil sibi ap-
propriãs ex carne de filio: in nullo audẽs in eũ:
nisi ꝙ ante ↄceptũ ꝛ partũ ꝛ post partũ sibi an-
cilla subsistat: vt hec disparitas sit sua vtus: sit ei9
gloriatio in filio: sit ptãs: hec sibi sint iura ma-
terna. Id vnde grata facta deo: mater facta fi-
lio. Attñ quanꝙ vginis gesta cũ filio silẽtio mul
ta ꝑtereãt: magnoꝝ moꝝ magnicꝫ mysterij sunt
credẽda: ꝙ vsqꝫ ad expirationẽ filij pendẽtis in
cruce subdita doctrine/ ↄformis verbis dedita
moribus: tandẽ ↄsocia passioni: quã christus in
cruce pendẽs/ ipsam virginẽ cuidã vgini disci-
pulo cõmẽdauit: indicendo nouã filiationẽ atqꝫ
maternitatẽ: nõ alterãdo naturam: sed ꝑferẽdo
gratiã: cuius noua ꝓcessio agebatur sub cruce.
Sic qppe cũ cõmendatio facta est/ euãgelista
Joan. 19 describit. Stabant autẽ iuxta crucez iesu mater
eius: ꝛ cetera. Comitata fuerat filium virgo ma
ter: ꝛ tota facta erat ↄsocia passioni: alta mẽte cõ
tractans eas quibus se subiecerat filius passio-
nes/ plus spũ indiuisa ꝙ corpe. Illa scꝫ hora se
comitem tremebundã/ nimiũqꝫ dolentem: se cũ
illa turba occidentali que vocibus christũ mor
ti iudicauerat/ tradidit sicut decuit moderami-
na spũsancti: quanꝙ in illa turba esset quedam
mulierũ naturalis humanitas: ex qua compassi
one quadam animo fodiebant: in consyderatio
ne iusti ꝛ adiudicati iuuenis/ curantis infirmos
carũ/ ꝛ instruentis animos inpertitos/ neminẽ
qꝫ ledentis. Necnõ ꝛ illa sententia suspecta fere
omnibus erat: cum illoꝝ inuidia in causa fue-
rit/ nõ christi culpa. Et conspicabant virginez/
non vt virginẽ: sed vt honestã/ modestã/ paup-
culãqꝫ matrẽ: non fultaz cognatoꝝ auxilio/ sed
vnico mirabili pilati sententia iam priuatam.
Et ꝓfundis agitata doloribus cũctis id quod
erat incognita/ cum tristibus tristior: ꝛ cum le-
tis ꝑuata leticia: sequebat aspiciens crudele spe
ctaculũ/ crudelius ꝛ spectura: affectiori aio intẽ
dens in hũc innocentẽ ꝛ iustũ qꝛ dei filius/ ꝙ qꝛ
filius: cũ sciret ex luce fidei/ ꝙ nec patiebat/ nec
erat passura deitas passiões/ nec subitura mor-
tẽ. Et cũ illa societate partim honesta/ partim
qꝫ funesta/ in nullo iusta/ incedens: semꝑ oculis
cordis ꝛ corpis intendens in filium: ꝑuenit ad
locũ supplicij destinatũ: intuitura seueritatẽ de
cretã sup illam carnem quam ex spũsancto ge-
nuerat. Multa contemplabilia fidelibus cosy-
derationibus obijciũtur: si mens fidelium nite-
retur pie ꝑquirere quid ex tãto crudore filij age
retur in matre. Uidit nãqꝫ affigi patibulo: ꝛ sup
clauos audiuit valide mallari: ꝛ post erectum
patibulũ mesta ꝛ flebilis astabat ipsa cruci. Hic
euangelista consocius verba resumit: de cruci
formitate virginis dicens: Stabant autez iuxta
crucẽ iesu mater eius. Ad quid mater iesu iuxta
crucem eius? Insolitus mulieribus mos ꝙ fi-
lioꝝ sequantur corpora damnatoꝝ: quis ipsis
assistant sedulo/ si in domibus et lectis ꝓprijs
moriantur. Uitant humane matres videre cru
delia exitia filioꝝ: ꝛ atrocẽ ab atrocibus illatã
mortem spicari repudiant: ꝛ fere sustinere pos-
sunt ipsos inter manus ꝓpas alas exalare. Si
erat in hac matre crudelitas: aberat ab ipsa ma
terna compassio: non aderat humanitas. Que
mentis fortitudo? Que animi virtus? Que in-
terna constantia? Quid ista statio iuxta crucẽ?
Que mater secuta filium ad truncationem ca-
pitis/ mutilationem membrorum/ ad effossio-
nem oculorum/ ad incendium: ad si qua crude-
liter per asperum sensum et tenerũ sensum/ iu-
ste vel iniuste hominibus a potentioribus iudi
ciaria seu autoritate tyrannica inferuntur? Ra
ram vel nullam dixerim. Et hec virgo mater vi
dere filij supplicia non veretur: quibus nec se-
ipsam potuisset auertere vsqꝫ ad crucem filium
prosecuta. Intonabant auribus eius mallei fe-
rientes/ confodiẽtes clauos immaculatam car
nem ꝛ virgineum tenerumqꝫ cor eius alte per-
cutiebant. Et clamorem intercessionis ei9 quo
pro crucifixoribus interpellabat ad patrẽ/ sus-
penso animo audiebat: admirans crudelitatẽ ꝛ
incomprehensibilem benignitatẽ filij patiẽtis.
Portionem vestimentoꝝ eius/ ꝛ sortem desup
missam ipsa conspexit: contemplans quid age-
retur: preautumans quid futurum. Sed magis
intenta christi passionibus: ex earũ confixa do-
loribus/ nihilo pendebat ꝛ vestes: nec aliquid
de filij rebus repetebat in sortem/ ad suã susten-
tandã pauperiem/ more matrum bona repeten-
tium filioꝝ. Aspiciebat in filiũ impendentem ꝓ
hominibus vitã: multo magis ꝛ vestes: que ad
futura signanda mysteria sunt diuisa: ꝛ incõsu-
tilis magne fidei ꝛ charitatis ꝓ integritatis my
sterio indiuisa ex sorte venit in sortẽ. Nõ stabat
virgo mater ociosa intelligentia/ sed cõtempla-
tione altissima iuxta crucem: doloris confodiẽ-
da gladio: ex precacto Symeonis vaticinio per
mortem atrocem: ꝛ mirabatur compatiens: et
cõpatiebatur admirans in filium dei et suum:
decreta paterna tam seue in illa carne ꝑ mini-
stros mortis impensa. Et letabatur dolens/ et
letabunda dolebat/ ꝙ offerebatur sacrificiũ ve-
spertinum in saluationẽ sui/ et in redemptionẽ
omnium nationum: quo placabatur iratus: qa
non pecoris/ sed iusti sanguis immolabatur in
noxius: et precium soluebatur in illo ligno diui
num: quo genus liberabatur humanũ. Et ipsa
se in illa cruce iuxta quam stabat/ redimi ꝛ libe-
rari sentiebat: prenoscens et gaudẽs ꝙ sic erat
et ꝙ ante illum sanguinem fusum premortui/
cum ceteris descendisset ad limbum. Altecꝫ do
lebat contemplãs cruciatũ et cruci: ꝙ de carne

ipsius erat redemptio eius. Ad cumulum doloris vergebat: q de carne quam ipse contulerat filio: eius liberatio per mortem et sanguinē procedebat. Et post illas dignationes qua in vtero sanctificata: qua electa virgo mater sine dolore pariens: qua nutritus ab illa: obligatam amplius cognoscebat: q per mortem sui nati saluabatur in cruce. Proximus equidem illa crux virgini matri necessaria fuit: et si non ad abolenda peccata/ a quib9 mundabatur ex vtero: saltem vt illi sicut saluandis ceteris clauis esset ad regnum: que Esaie vaticinio super humerum filij danda erat. Unde proxima cruci stabat: non amore arboris sed dilectione pendentis: velut prima discipula huius hominis cruciati/ et magistra sequentium: vt stent iuxta crucem: ex qua salus animarum/ et peccatorum occasus/ et inferni clausura/ et apertio celi: non iuxta mundi delitias/ et delectantia sensum: que subuertunt mentes mortalium: et a christo auertunt: et tandem ad inferna demergunt. Cruci debet assistere omnis vita mortalium: postq finiuit per crucem immortalis: p nobis factus mortalis: non vt maneret mortalis: sed vt mortalis fieret immortalis. Et cōmorari cum virgine iuxta crucem in altitudine contemplationis ipsa charitas docet: suadet veritas: necessitas omnino cōpellit. Rependenda gratitudo nos trahit: vt cōtemplemur qnte dignitatis homo extiterit: qui deum imitari potuit: talibus inimicitijs non soluendis nisi per crucem intereuntem. Quantum deo peccatum displicuit: q magni ponderis fuerit: vt pro illo per dei filiū deueniretur ad crucem. Quam homo fuerit dilectus: vt requireret per crucem. Que dignatio/ que humilitas/ que charitas ineffabilis: vt voluntarie dei filius in carne p nobis pateretur crucem. Et q omnis alius moriendi modus deuitatus est: cum multi essent: dumtaxat voluit subire crucē. Que lex/ que iusticia iustum p iniusto/ sanctum pro iniquo iudicauit ad crucē? Stat iuxta crucem virgo Christi mater: quia etiā iuxta vetitam arborem stetit: non verita penas futuras si tangeret. Illa vero intuita posteriores glorias/ si qspiam in illam ascenderet: contemplatur et nos cum illa. Quid sibi vult tale signum in fine appositum euangelio sancto christi: nisi q euangelica doctrina hoc docet: vt vita sequentium christum agatur in cruce: terminetur in cruce/ decidente delectantia sensum pp̄ter superna excedentia sensum. Intuebatur animo quomodo supernaturali ordine christianis de cruce perennis delectatio nascitur: de opprobrio eius honor immensus: et de cruce tantum necatur corpus/ corporis et anime vita vitalis exoritur. Uicinabatur virgo arbori decore fructus eius: qui non naturali ordine/ sed superna virtute in illa erat insertus. Stabat iuxta crucem: cum qua et nos pariter assistamus. Adhuc enim in virtute stat: quāq illud lignum ex monte caluarie sit defixū que licet pene vocabulum teneat: necnon hominem exteriorem conturbat et sepe interimat: pie tamen tolerata delet culpam: gratiam auget: paratq amatoribus suis gloriam tortura eius. Sed nec ob hoc diligenda quia torquet et necat: cum nec ex natura seu lege aliqua sit indicium; vt tortores et tortorū instrumenta querantur vt torqueant: sed vt iniecta patienter tolerētur: quia si p pietate/ supernam gloriā parant. Stemus iuxtā crucem velut iuxta apothecam aromatum: ex qua vulneribus nostris vera medicina defluxit. Et velut iuxta lucem: qua fulgente in mentibus hominum/ nunq ambulatur in tenebris. Uelut iuxta fontem: in quo abluti sumus: quo inundante potamur. Uelut sub vmbra: sub qua requiescere potest malis ardoribus estuatus. Stemus iuxta crucem corpore similiter et mente: immo magis mente q corpore. Solus quidē christus stetit in cruce: sed deiformiter: intacta deitate/ et anima imperturbata circa ledentes/ et sine delicto et peccato: non viator solum/ sed comprehensor existens: non spe premij vt mercede promissa pateretur: sed quia hominum creatorū supernaturaliter erat amator: vt moriendo vitam mortuis omnino tribueret. Uirgo et ecclesia orthodoxa stare noscitur non in cruce/ sed iuxta crucem: et suas penas cruciatus et merita illi approximat: in ea fide qua reformamur ad gratiam: et p christo animamur ad penas. Stat iuxta crucem altigena virgo mater/ ad intuendum vnde fecit exortu; nam ex duobus lignis: vno contempto scilicet vitali: altero scilicet scibili contra inhibitionem tacto: ipsa velut ex duabus amaris radicibus produxit. Nec alia genimina fecere crucem: in qua christus penaliter et diuine stetit: iuxta quā virgo mat stetit: nisi negligere debitū/ et opari prohibitum. Necnon vt iuxta virtutis exercende imaginem ipsa stetit. Quadrifaria enim virtus et comprehensio optimi in illa consistit: sublimitatis/ longitudinis/ latitudinis et profundi: que dimensiones dum indagare comprehēduntur/ iuxta crucis virtutem non ociose consistitur: prolixe dissertiones existentes inexquisite pretereunt. Igitur facta per omnia christiformis et cruciformis: stat diligens et diligenter iuxta crucem: auditura loquentem filiū verba doctrine atq gratie septiformis: et nouam gratie filiationem/ dum audit: Mulier/ nō mater: ecce filius tuus: et velut alij assignata: Ecce mater tua. Et hinc de virgine scriptura sacra silet: q̄q multa deduci possent in priam narrationem: vsq quod expectabat cum ceteris apostolis spiritumsanctum/ quo plena iā erat: qui in eam iterum superuenerat: qui eam solā diuinis mysterijs aptauerat: ab humanis ineptās: ipsam super angelos celo parans.

¶ Libri secundi de virgine Maria finis.

¶ Liber tertius/de parentibus et ortu atq3 pcessu precursoris Ca. I

Lu. i. Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias/de vice Abia. Et vxor eius de filiabus aaron: et nomen eius helisabet Erant aut iusti ambo ante deū: incedentes in omnibus mādatis et iustificatiōibus domini sine querela. Ut ad christū τ ad gesta eius τ verba veniat: put a spūsancto acceperūt euāgeliste: narrationis ordinē ptulerūt. Et qm sanctussanctorū ipse christus qui venerat: pco sanctus pmittendus erat: non solū laudabilis ppria/sed etiam sanctitate parentū: qui nec etiā origine incognitus esse debebat/illū annunciaturus qui oīa nouit: quē nihil latet: qui oībus volentibus venerat sui dare noticiā. Quāobrem Lucas incipit a fama parentū domini pcursoris: notans illos p tēpora terreni regis maxime gentilis: quia iā iudea regibus pprij generis pūata erat. Et chronicandū fuit sub illis regibus de gestis domini saluatoris/eiusq3 pcursoris: quorū facta inter gentiles Romanoꝝ decreto in libris annalibus magno studio scribebant: vt certissima gestoꝝ memoria ex tēpore pfinito posteris traderetur. Et quedā pcogabat congruitas τ animatio: vt euāgeliū pdicandū ocyus a gentilibus reciperetur quoꝝ regnātibus regibus illa incarnati verbi condebatur historia: τ illucescebat superna doctrina. Fuit igitur zacharias sacerdos iustus ex nomine: iustus ex officio: iustus ex vice familie de qua erat: quoꝝ interpretatio nominū congruit mysterio pcursoris: Sed nec ex vno parente dūtaxat pcursor tanti regis cōmēdandus erat: nisi τ adderetur alterius fama notabilis: nā et vxor sacerdotis pcursorisq3 mater de primo affutura/erat de filiabus aaron: cui9 nomen etiā ipsam extollebat: que helizabet vocabatur. Bene originaria pgenies precursori cedebat in famam: magis vō moralis vita parentum: quoniam erant iusti ambo ante deum/incedentes in omnibus mandatis τ iustificationibus dñi sine querela. Bonitas parentum precursorē attollebat laudibus nasciturū: sed ipsis tantū retorquebatur in premiū. Non eñ quorumcūq3 sanctitas in alios ad meritū glorie transfunditur/ nisi dūtaxat sanctitas christi: que meritū est omniū: sine qua etiam nil meretur sanctitas singuloꝝ. Siquidē ambo iusti erant: nō vt vnius ab alterius pgrederetur iusticia: nec q alter ad alterū iusticie causa esset q̃uis vnus alteri ad iusticiam possit prestare iuuamen. Sed ipsi mutua voluntate in illa conuenerant/facti sancta cōuentione cōcordes: vt neuter vellet q ad bonitatē alterum impediret: vterq3 alteri prestaret quod virtutis posset esse cōpendiū. Hec est eñ omniū vera societas/ veraq3 sodaliū amicitia/τ optima conuersatio ceteroꝝ: vt in iusticia illa sectanda cōueniāt: qua recisa de medio/turpis est omnis cōuersatio hominū: feda est dilectio animoꝝ: τ amicoꝝ amicitia in damnationē venit. Ipsa eñ est que reprehensione caret. Sed neq3 bonū esset/si soli ocijs hominū deseruiret: nisi ante deū incedant in placito sancto suo/ qui eius splendoribus vestiūtur. Proinde subsequitur: Ante deum incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus sine querela. Ecce totū quod habet perfecta iusticia: ecce i quo versatur iusta hominū vita/hic prefigit: hic est incessus eius. Uie cetere sunt distorte: cūcti ad inferos incessus hominū penetrāt: nisi per iusticiā diuina mandata seruentur: nisi ante deum suo placito/nō humano in mandatis omnibus incedatur. Unū enim aut plura seruasse nō sufficit/si cetera vel minimū negligātur: quoniam qui in vno offenderit/factus est omniū reꝰ: et exceptionē aliquā diuina mandata non sustinent. Addebatur autē q in omnibus iustificationibus dirigebātur. Iustificationes dñi sunt omnia que a delictis retrahūt/virtutibusq3 coaptant: in quibus recte conuersantē oportet incedere. His porro mandatis talibusq3 iustificationibus agebatur Dauid/cū sepe dicebat: In Ps. 118. mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: nō obliuiscar sermones tuos. Optimū exercitiū dñi mandatoꝝ/viasq3 ɔsyderare diuinas: que ptinus ad nos sunt misericordia et τ veritas. Infinita protinus est consyderatio viarū dei: nullaq3 contēplatio mortalibus aptior/q mente in ipsis intēdere: cū misericordia hominē retinet ne labatur: reuocatq3 labentē: erigit spe lapsum: qua omne aspexit genus humanum: qua deductus ipse plasmator ad plasma: qua q̃ erat immortalis/se mortalitate vestiuit: τ in veritate fieri speculatorē/cultus est deitatis. Etenim ipsa docet/dirigit/conducit τ introducit in potiora q a quibus est exclusus adā: q2 omnis homo mendax: nisi ex diuina volūtate fiat per omnia verax. Et vnicuiq3 sua mentitur iniquitas: nisi veritas diuina illam excludat: qua p nobis in foribus assistēte iudicij/nō est vnde causetur aduersus animā nostrā: que omnino in obscura loca detrudit/cū sibi reppererit aduersantē. Quāobrem alio loco dauid ipse pdixerat: Mi Ps. 100. sericordiā τ iudiciū cantabo tibi dñe. In iustificationibus vō domini meditari se dicebat psalmista: in quibus hi iusti coniuges incedebant: in quibus omnis humane mētis actio est dicanda: quoniā in omnibus frustratur studiū mentium humanarū: preterq cū iustificationes domini meditātur. Hoc eñ omnis sedulo meditando agat/vt iustificatus existat. Uera sui cognitio/τ debita confessio peccatoꝝ: τ cū intunsione interni pectoris deū inuocādo ppiciādo indi

gnū oīno se reputare celestibus: neqꝫ ꝓsumpte appropinquare diuinis/ sed humiliter: nō desperate longe fieri ab eisdem obice inspecto peccati: iustificatū hominē fecit. His enim regulationibus publicanus euangelicus a phariseo iustificatus descendit in sue cōsciennie atqꝫ ecclesie sancte domū. His meditationibus act⁹/ sermonū dñi non fiat imemor: etenim ⁊ ipsi iustificant ⁊ mundant: saluatore dicente: Uos mūdi estis ꝓpter sermonē quē locutus sū vobis. In ipsis siquidē consistit iustificatio animaꝝ. In his ꝑcursoris genitores corā domino incedebāt: vt etiam nulla in eoꝝ operibus posset esse querela. Optima queqꝫ virtus siue hominū vita/ cū sic graditur corā deo: vt etiā hominibus nō paret materiā querulandi: ⁊ sic se cōtinet infra tēperantie gremiū/ vt nihil vnde iure calumniā patiatur efficiat: cuius iniuste possint facta q̄qꝫ bona hominū a male iudicantibus reprehēdi. Sed nec timenda est iniusta querela: vbi querele iuste nō prestatur occasio. **Sed his duobus sic iustis nō erat filius: eo q̄ eēt helisabet sterilis: et ambo processissent in diebus suis.** Potuisset esse ante filius zacharie si ei vxor fecunda/ nō sterilis astitisset: quoniā nō ipse/ sed vxor de sterilitate causatur. Nā animus hominis semꝑ apt⁹ esset fructus educere: nisi caro sterilis repugnaret. Sꝫ ꝓcesserant ambo iā in diebus suis: ⁊ vnus propter sterilitatē ⁊ ꝑmortuā senectutē/ alter ob senectutē filijs priuarent. Ecce vni etas ⁊ sterilitas/ alteri tantū in causa noscitur etas: quod sepe in moribus hominū agitur: vt qui sterili vite in iuuētute se sociat: nisi speciali munere gratie/ bonū nō possit agere cū senescit. **Sed factum est in altero istoꝝ bonoꝝ: cū sacerdotio fungeretur zacharias i ordine vicis sue ante deū: secūdum cōsuetudinē sacerdotij sorte exijt/ vt incensum poneret: ingressus in templū dñi: et oīs multitudo popli erat orans foris.** Sacerdotio fūgebat zacharias: quia sacerdotiū veteris testamenti erat neqꝫ vsqꝫ in finē secli duraturū: ante finē debitū post seculum accepturū. Hoc tamē erat bonū disponens ad melius: quod secundū ordinē agebat. Nam qui ordinē obmisit in rebus/ optatum sibi finem ademit: seruatus autē ordinaticios in mēsa refectionis discumbere fecit. Nō anteriorandus aut ꝑposterandus est ordo: sed exercēdum est mysteriū etiā ministeriū/ cū in sua vice ordine disponente vnūquēqꝫ cōtingit. Ante deum sacerdotiū est in suo ordine ministrandū: non eni flamines paganoꝝ ante deum verū/ sed ante deos quos finxerant/ ministrabant. Et quicūqꝫ ex sacerdotio humana fulcimenta cōquirit/ aī deum suo sacerdotio nō fungitur: sed aī id quod ex illo affectu sectatur. Ue qui ante homines et propter lucra sectanda/ nō ante deū sacerdotio fungitur: vtilius porro esset ligonibus q̄ sacerdotio captare stipēdia. In retrouerso aspectu ⁊ inobliquato penit⁹ ad mercedes/ sacris oportet insistere: cuius altaribus fideliter seruiētes/ iuste cōsequi possint necessariā vite stipem. Ante deum ⁊ ꝓpter deū: vt ipse sacerdotalis mysterij premiū fiat: ⁊ huiuscemodi etiā et cuncta sūt exercenda mysteria. **Secundū consuetudinē sacerdotij sorte exijt/ vt incensum poneret.** Traditio erat hominū ex antiqua ꝯsuetudine introducta: vt sorte sacerdos thurificaret pro populo: sed submittuntur electiones ⁊ humana iudicia/ cū in agendis sortes obueniunt: quaꝝ q̄ sit approbatio in cōspectu altissimi/ diffinire nō possumus. **Et zacharia i gredienti templū/ multitudo populi foris erat.** Nō enim vulgaribus pandenda sunt secreta mysteria: ⁊ imperitia vulgaris a noticia occultoꝝ excluditur: vt amplius vereatur que minus agnouit: ⁊ ne diuina vilescant apud indoctos. Audiant moralia populi/ extraqꝫ maneant: scripturarū secreta rimentur sedulo sacerdotes: plura ⁊ speculabilia oportet scire docentē q̄ populū audientē. Hoc tamē populus addat: vt iuuet orationibus sacerdotē: auxilietur precibus ꝑdicantē. Non est populi cōficere sacramenta/ neqꝫ cognoscere: sed credere q̄ aguntur. Nō est ex authoritate/ sed ex participio accedere ad altare: neqꝫ ipsoꝝ est scripturarū inquirere altissimos intellectus. Orent dūtaxat ⁊ iūgant orōnes eoꝝ precibus sacerdotū: ⁊ ꝑcamina doctrinalibus addant. Et dū hora est acceptabilis incensi/ populus nō discurrat: sed oret extra videlicet illud quod apprehendere neqt. Nō tamē expedit in ecclie nouitate secludi corpore ab edibus vbi diuina mysteria celebrantur: sed in hoc tātū extra fieri/ ne in eis pl⁹ deo decernēte ꝑsumat. Oret siquidē corde: veneretur corpore: lingua laudet. Cū aūt zacharias ageret quod sibi ex officio cōpetebat/ ⁊ ex sorte ꝑuenerat: ⁊ populus suo modo clamaret orationibus in auribus dñi sabaoth hora incēsi: **apparuit enim ei angelus dñi stans a dextris altaris incēsi. Et zacharias turbatus est videns: et timor irruit super eum.** Hora incensi apparuit angelus ⁊ cū extra popul⁹ moraretur in laudib⁹: vt ostēderet omnipotens fiduciāqꝫ prestaret: q̄ orationem humilē nō respuit sacerdotum: sed acceptat etiā ꝑcamina populoꝝ: maxime autem cū vtroꝝqꝫ in iustis petitionibus ⁊ in humili spiritu facta est cōnexio. Forma vo apparitionis talis fuit/ qualē decebat eū q̄ alloqui venerat sacerdotē: qualemqꝫ sacerdos tolerare potuisset. Ecce prima supernorum spirituum apparitio: q̄ nostre salutis intrauit exordiū: ex qua supra speratum exauditū se zacharias agnouit: ⁊ popul⁹ sup petitum consequi poterat libertatem. A dextris apparuit altaris incensi: quoniā oīa erant in meliora mutanda: ⁊ a dextris ponendi erant omnes credentes ea que ipse nūciaturus aduenerat. Stabat siquidem a dextris/ non discurrebat: quoniā futurum sacerdotiū non erat am

Lu.18 · Joā.15 · Lu.1

pñtis nutabundum: et stabilitas firma donādā
erat his qui de leua in dexterā vocabūtur. Sed
zacharias ex repentina visione turbatur: quo-
niā turbādū erat sacerdotiū et omne ministeriū
iudeorum/illucescente christifera veritate: quā ex
scriptura sic repente aduenire non nouerat: ne
q; cognoscebat q; essent oīa tanta nouitate do
nanda. Ac etiam sensu alio turbabatur: qm̄ ad
insolita et que supra ipsam sunt/cū repente pue
nerint: subito expauescit hūanitas: neq; zacha-
rias his visionibus assuetus erat. Semper cor
dā et sensus hominū/quousq; intelligant super-
na/nouitate terrentur: ppter quod cū vidisset
zacharias/timor irruit sup eū. Presagium enim
erat: quoniā oēs terruit: et sup omnē orbē timor
magnus incubuit: cū magni consilij angelus ap-
paruit. Sed nec culpabilis huiuscemodi timor
fuit/aut de pena peccati: cū ordo peminēne in-
sit creaturis exposcat: vt minor a potiori/cū
subito et improuise aderit/terreat. Necnon in-
culpabiliter agitur: cū ipsa natura secū ferat/vn
de ab insolitis expauescat. Bonorum tamē spiri-
tuū cū ad solamen apparuerint semp pprium est
cōfortare pauentes: sed cōtraria est oīno cōdi-
tio aduersorum. Proinde dicit ad illū ange-
lus: Ne timeas zacharia: quoniā ex-
audita ē deprecatio tua. Et vxor tua
pariet tibi filium: et vocabis nomē
eius ioannē. Mirū prorsus quoniā zacha-
rias p filio illo tunc nō fuerat deprecatus: cū
iam desperasset pro sterilitate vxoris/ac etiā ex
vtriusq; assistentia senectutis: cū angelus in pa
riendo filio nunciat exauditū. Salutē quidē suā
et populi tunc sciscitabatur a dño: pro peccatis
proprijs et populi incensa porrexerat: quid est
quod in filio eius deprecatio exaudita perhibe
tur? Sed nec hesitatio corda conturbet: qm̄ fi-
deles ad vtilitatē exaudiuntur potius q̄ ad vo-
tum: et aliter q̄ petatur diuina prouidentia petē
tibus prestat auxiliū: vt cū sacerdos et populus
postularent a dño libertatē: hanc orationem de
celo exaudiuit altissimus: et p angelū precem nū
ciauit admissam: eo videlicet ordine/q; preco p-
mo nasciturus erat: nō in quo populi salus eēt:
nō qui liberaturus: nō in quo ponenda esset ho
minū spes: sed qui precederet predicando/cla-
mando necessario venturū illius et omniū salua
torē. Sed pcursori nomen nō homo/sed celica
virtus imposuit/cū dixit: Et vocabis nomē eius
ioannē. Cōgruum enim erat vt nomen a celesti
bus sumeret/q ad tanta mysteria parabat: nec
omne nomē/sed gratie: que sola christo desup
venienti animos preparat: et tali receptui quan-
tum phas noscitur/dignos facit. Et subintu-
lit angelus quid conferret iusti ortus. Et erit
tibi gaudiū et exultatio: et multi in
natiuitate eius gaudebunt. Patri p-
mittitur gaudere in filio: quoniā gloria est pris
filius sapiens: magis aūt filius virtutibus ful-
gens. Sed nec cōmune bonū vnius ditarat de
bet esse leticia/sed etiam plurimorum. Et tāto bo-
num melius/quanto diffusius: et tanto minora-
tur/quanto ad priuatum redigitur. Unde mul-
ti in natiuitate eius gaudebunt. Gaudiū et exul-
tatio parentibus in eius origine parabat: gau-
dium multis eius natiuitas fuerat illatura. Nil
enim hominibus tam deberet esse ad gaudium
q̄ cum ex voluntate aut ex carne vxorio iure in
virtute subiecta/gratiam pariāt: et q; ex eis fru-
ctus egrediatur acceptus: maxime cum vite hu
ius appropinq̄t occasus. Sed nemo a deo mit-
titur ad vnius tantū auxiliū siue gaudiū: qn eti-
am ex eo efficiat quod bonum possit esse mul-
torū. Gauisuri siquidē multi erant in natiuitate
ipsius: nō ex eo q; nasciturus erat: sed in his p-
pter que missus fuerat. Sic enim alius euange-
lista testatur: Fuit homo missus a deo: Joh.1.
cui nomē erat ioannes. Hic venit in
testimoniū: vt testimonium perhibe
ret de lumine. Stabat presens seculū igno
rantie peccatorumq; tenebris obuolutum: quas
cum assunt/vnusquisq; festinat pro posse depel
lere: et dum patienti aderit impossibilitas remo
uendi: vtiq; magno gaudio exultaret/si remoue
re valentis nunciaretur aduentus. Hinc patri
et pluribus nascituri pcursoris exultatio et gau-
dium presto erat: quoniā in testimonium missus
erat luminis sempiterni: non tamen ipse lumen
potestatiue fontale aut lux originalis existens:
sed vt oēs qui sedebant in regione vmbre mor-
tis/magis autem in pessimis tenebris/ per ipm
crederent indefectibilē lucem. Porro lux ipse
nō erat: vt gaudiū et exultatio ex ipso tanq̄ a ra-
dice pcederent: sed vt testimonium perhiberet
de lumine: quod seipso/in seipso/ p seipsum/et
ad alios velut lux vera diffunditur: illuminans
in hunc mundū omnē hominē venientē: obte-
nebrans diligentē: obscurans quēpiam mane-
re volentē. Igitur in hac vita vmbratica viuen
tibus/preterq̄ de ortu gratie/de nullo fit gaudi
um. Et in tenebris ignorantie peccatorūq; se-
dentes non letentur: nisi cum lux affutura nun
ciatur. Etenim Tobias dicebat: Quale gaudi- Tobie.5
um est mihi qui in tenebris sedeo/et lumē celi nō
video? Non est nec hominibus esse debet ex ali-
quo gaudium: nisi cum gratia et virtus in aīa
ceperit vigere. Proinde multis erit in eius
natiuitate iocunditas: quoniā eterne lucis affu
ture verissimū testimonium erit. Radius est lucis
qui lucem annunciat. Habet suam aurora lucē
que sequentis lucis est preuia: et eo amplius in
clarescit/quo ppinquius lux illam insequitur.
Propterea celestis nuncius subiūgebat dicēs
Erit enim magnus coram domino. Lu.1.
Parum fuisset esse magnū/nisi coram dño: im
mo nec magnus nunciaretur/nisi esset corā di-
uino conspectu. Porro magnus futurus erat
fama/preconio/vita/fuga seculi / collatione ba-
ptismi/animi cōstantia mitis: quod plus est/sub-
limitate virtutis. Apud deum nulla pensat ma-
gnitudo: nisi que de virtute grandescit: et q̄ in-
uisibiliter in fastigijs suis attollitur. Soli dño

nota est magnitudo virtutis: qui nō fallitur in sciendis. Homines vo sepe falluntur: cū plus in homines autumant ꝙ virtutis inhereat: aut quod minus ꝙ ipsa desistat. Beatus igitur qui coram dn̄o in virtute magnus agnoscitur/ maxime cum existit: nō huic oberunt derogatiões mortaliū: nec erit necessaria fama viuentium: quod de ipso fit in opinionibus hominum/ sibi nō cedit in causam: nec sibi cure fuerint cū despicitur. Habet vnde cūcta despiciat: habet vnde cuncta cōtemnat: habet vnde desyderia cōpleantur: qui corā domino magn⁹ existit. Dia que infra creatorē in omni alio magnitudinis genere magna dici possunt/ huic magnitudini ꝓtinus incōparabilia sunt: non huic magnitudo celi equabitur: nō giganteoꝝ aut excelsorum ⁊ sensibiliū corpoꝝ: nō scientie/ aut pecunie/ seu imperij magnitudo: nō chiliadica ⁊ bina vel trina etas: nō locorū immēsa magnitudo: nō quorumcūq; corruptibiliū bonorum magna cōgeries cōponetur virtutis magnitudini corā deo. Non potuit amplius precursor nondū natus extolli/ ꝙ vt corā domino magnus esset. Quaz magnitudinem per comparationem ad ceteros magnos/ iudex quem precurrebat/ prenunciaturus erat atq; dicturus: Inter natos mulierū nō surrexit maior ioanne baptista. Festinādum igitur est ꝓtinus ſm illam dignā embolaz magnū fieri: atq; in virtute: sine qua oīs ē paruus/ ⁊ fiet penitus pusillus abiectus: ⁊ quāꝙ in eadē magnitudine fieri equa portione nō possumus: nihilominus vnusquisq; se coartet: ne deses remaneat quo posset esse ꝓuectus. Ecce iaz in parte angelus magnitudinē nasciturī ꝑcursoris denunciat dicens: Uinū et siceram non bibet. Scimus in corpore ab huiuscemodi abstinuisse ioannē: ⁊ qui deserta fere a cunabulis adijt/ corporis renunciasse delitijs. Magis autē atq; prestantius a se abiecisse significata mala ꝑ vinū: ⁊ abdicasse figurata ꝑ siceraz: vt nulla ei ebrietas humani amoris adesset: nulla concupiscentia leticie temporalis: nulla hilaritas mundane dulcedinis cor eius vel in modico ꝓpulsaret: cū alia inuisibilis magnitudo qua replendus erat/ istā excluderet. Quoniaz et spiritusctō replebitur ex vtero matris sue. Quod apostoli iam etate ꝑfecti/ vocati a domino/ exercitati cuz christo/ instructi salutaribus disciplinis/ supnaturalia speculati/ quinquagenario resurrectiōis dn̄ice die habuerunt: iste nondū natus obtinuit. Nec de ipsis apostolis amplius fertur: nisi ꝙ repleti sunt spiritusancto. Illi in cōclaui: iste in vtero. Illi cuz linguis: iste iam existens elinguis. Illi cū sonitu: iste nondū aurium officio fungens. Illi cum igne: iste adhuc maternis visceribus inuolut⁹/ illorum calore confotus. Hec est protinus incōparabilis in hominib⁹ magnitudo: cui quecūq; alia oīno subijcitur: cum quis spiritussancti plenitudinē habet. Uide aliā officij magnitudinem: ⁊ ad quid repletio spiritussancti vel agnosce. Quia multos filiorū israel cōuertet ad dominū deū ipsorū. Erat opportunū mundo/ vt auersi cōuerterentur ad dominū: ⁊ medius interponendus erat: nā ꝑseuerās auersio in inferna detrudit. Duo igitur mediatores aduenturi erant: vnus qui corda filiorū israel ꝯuerteret ad christum/ deū ⁊ dn̄m omniū nationum: ⁊ alius qui reconciliaret ad patrem. Proinde ioannes mediator erat: ⁊ corda hominū prout in ipso erat cōuersurus ad christū: christus vo recōciliaturus ad patrē omniū deum. Rectus vsq;quo ꝓcessus: ꝙ primo gratia homines disponat ad christū: christus vo alia ⁊ maiori mediationis lege ad deū/ ad se cōuersos plene cōciliet. Igitur nullus in hac vita ꝑsumptione degat: quoniā nisi gratia primo ad christū reduxerit hominē/ ipse nunꝙ recōciliabit ad patrem. Hoc de helia longe ante ꝓphetatum fuerat: Et ipse ioannes precedet ante illū in spiritu et virtute helie: vt cōuertat corda patrū in filios/ et incredulos ad prudentiam iustoruz. Quē precedet ioānes? Christum. In quo spiritu? In qua virtute? Helie. Textus immo nunctians angelus videtur asserere: sed adhibendus est cautior intellectus: quoniā vnus spūs tam ille qui dicitur anima/ non transit in alterū: nec ille qui infunditur homine medio/ in quoꝙ trāsfertur. Et ioannes ex vtero repletus spūsancto nūciabatur: absq; illo ꝙ in eo spiritus effunderetur helie. Uirtus enim vnius nō potest esse alterius: nec iure hereditario a decedente homie derelinqui: ꝙuis multi possint diuini spūs ⁊ vnius virtutis esse participes. Terrenarū possessionum potest heres institui/ non virtutū: ⁊ nullus efficitur qualis qualitate ꝑmortui. Sed hoc ad similitudinē trahitur date ꝓportionis: vt in ea mensura spūs atq; virtutis ꝑeat ioannes christum/ in qua helias precessit/ speratur iterumq; venturus. Sed quid facturus preco redemptoris? Quid fecisse scribitur preco iudicis? Cōuertere scz corda patrum in filios. Sed quis pater tam ferus/ qui cor ad filium de se natum nō habeat vsq;quo cōuersum? Filij quidē sunt oēs qui renouantur in gratia noui testamenti. Patres sunt qui ꝑcesserunt/ illi tantūmodo applicandi: qui dn̄o inexceptuate placuerunt. De quibus vtrisq; psalmista: Pro patribus tuis nati Psal. 44. sunt tibi filij. Pro patribus veteris testamēti/ noui testamenti filij sunt exorti. Corda igit̄ patrum ad filios cōuertenda sunt: vt illa credam⁹ que illi crediderunt: speremus que sperauerūt: diligamus que dilexerunt: ⁊ creatori placeam⁹ illa synceritate cordis/ qua ipsi placuerunt: inhesitanter incedentes ad omne imperiū sanctissimū eius. Nā oēs patres sub nube fuerunt: ⁊ oēs mare transierunt: et omnes in moysi baptizati sunt in nube ⁊ in mari: ⁊ oēs eandē escam spiritualē manducauerūt: ⁊ oēs eundē potum spūalem biberūt: imobili fide/ incōcussa spe: nec sibi ipsis in laboribus et actionibus pepercerunt.

Quid aūt in fide fecerint: quātaq; cōstantia ꝓ-
diti fuerint patres veteris testamenti: quorum
corda in filios noui testamenti / ioannes scilicet
gratia noua data cōuersurus erat: qui epistolā
Hebreo.10. Pauli ad Hebreos ad plenū legerit / oīno intel
liget: ab illa scz parte qua hortatur ad patiētiā /
dicens: Patientia enim vobis necessaria est: vt
ꝙ quasi ꝑ tantā nubem testiū eos quib⁹ scripse-
Hebreo.12. rit / dixit cōfirmatos. Ideoq; ⁊ nos tantā habē
tes impositā nubē testium / deponentes oē pon
dus ⁊ circūstans nos peccatū: ꝑ patientiā cur-
ramus ad propositū nobis certamen: aspicien-
tes in authorem fidei ⁊ cōsummatorē iesuz. Ec
ce corda patrum: ecce fides ipsorum: ecce actio
nes venientes de soliditate cordiū: que conuer
tenda sunt in animos filioꝝ: que tunc conuersa
feruntur in filios / cū filij hisdem directionibus
aguntur in nouo testamento quibus illi in vete
ri agebantur. Fuit enim ipsoꝝ vna credulitas
expectantiū christū / que ⁊ nouoꝝ filioꝝ qui eum
ꝓcessisse iam credunt. Nec a vero absonat intel
lectus: vt gratia id efficiat ꝙ qui priores sunt /
eos qui minorant / tanꝙ filios sacra pietate gu-
bernent. Satis aūt catholice veritati se sociat:
ꝙ patres authoritate ad filios intuitu gratie i-
clinent. Nulla dissonantia in ecclesia turpior:
nulla damnosior possit esse scissura: ꝙ si patres
in spūalibus ꝓsidentes / filios subditos suos nō
ducerent regia via: nō instituerent sacra doctri
na: seu si se nō ꝓberent sancte imitatiōis exem-
plū: si nō reuocarent erroneos: si nō solidarent
infirmos: si pusillanimes nō cōfortarent: si nō
corriperent inquietos: si nō cōpaterent egenti-
bus: si indigentibus nō subuenirēt: si nō tracta
rent singulos affectu paterno: si amor rect⁹ nō
traheret ad corda filioꝝ. Sed hoc bonū suadet
gratia: hoc fieri ipsa sollicitat: quā signat ꝓcur-
sor / quā ioānes in oī sua imagine ꝓfigurat: qui
etiā cōuersurus nunciabat ab angelo incredu-
los ad prudentiā iustoꝝ. Omnis incredulus in-
Psal.13 sipiens est: ⁊ oīs insipiens incredulus est. Quo
niā dixit insipiens in corde suo / nō est de⁹. Vn
insipiēs? Quia incredulus: dicēs in corde suo:
quia nō est deus oīm creator / atq; in humanita
te redemptor: Et ꝙ nō est ille q̇ humanatus hu
milia gessit / docuit / ⁊ miracula operatus est: q̇
sic humiliatus est / vt tanta opprobria pateret:
vt crucem tandē mortēq; subiret. Eque autē in-
credulus: nisi quia insipiens in insipientia sua ꝑ
sistens / nolens humiliari ad credendū. Nā insi-
pientia ostendit incredulitatē: incredulitas ꝟo
pandit insipientē. Sed est gratie mysteriū: vt in
credulos ducat ad prudentiā iustoꝝ. Proinde
cognoscat vnusquisq; incredulitatē insipienti-
am / immo stulticiā esse: cui iustoꝝ prudentia ex
aduerso obijcitur. Proinde relicta incredulita-
te in sapientiā atq; intelligētiā ꝑuenitur: Esaia
dicente: Nisi credideritis / nō intelligetis. Qui
nō credit / nō intelligit: q̇ nō intelligit / insipiens
est / aut sapiens esse nō pōt. Iustoꝝ aūt pruden-
tia credulitas vera est: quoniā iustus ex fide vi-
uit. Unde viuit iustus? Ex eo ꝙ credit. Que iu-
sti vita? Ipsa est sapientia. Porro id agit gra-
tia / vt ad iustorū prudentiā veniat. Verūtamen
si discutimus / est prudentia paganorū: qui non
iusti: quū ceruices idolis inclinabāt. Est ⁊ mun
danorū: que teste apostolo / stulticia est apud de 1.Co.1
um: Est ⁊ carnaliū: quo etiam tradente dicitur: Ro.8
Prudentia carnis mors est. Est ⁊ secularium: se-
cularia queq; sectantiū: de q̇bus saluator cōpa-
ratiue disseruit: Dico vobis: quia filij huius se Lu.16
culi prudentiores filijs lucis in generatione sua
sunt. Et filij agar exquisierūt prudentiā que de
terra est. Iustoꝝ ꝟo prudentia illa est que in di-
uinis prouidū facit: iuxta quē intellectū loque-
batur Dauid: Sup inimicos meos prudentem Psal.118
me fecisti mandato tuo: q2 in eternū mihi est. Il
le qui christi est amicus / inimicos habet inuisi-
biles terros: qui omnibus inimicant christi ser
uis / nullo interpossibili feciali ad patrē: qui sup
oēs sunt atrocissimi / penis insatiabiles: ⁊ quod
nefandi⁹ est / omnifarie deceptores: fulgētes
adhuc īgenij subtilissimi claritate: imagine ple
rūq; virtutū fucantes mala que suggerunt: vt i-
uadāt hostilius: hostilius sepe cedūt: q̇ aut tra-
hunt in baratrū vitioꝝ: aut extollunt: aut cōtri-
stant: aut fallunt in actiōe virtutū. Sed satis fa-
ctus est prudens sup huiuscemodi inimicos / q̇
eos potuit ꝓcauere: q̇ eorum laqueos deuitauit.
Prope modū excessit adaz: qui supra inimicos
inuisibiles factus est prudens: quorū fortitudo
ꝑualida / sapientia nō obtusa. Sed nemo fit pru-
dens nisi mandato dnī: nō q2 mādat / sed obser-
uando quod iubet. Inimicus mundus: inimi-
ca caro: inimica nouerca natura: inimici hoīs
domestici eius. Perstat prudētia: stultus est q̇
ad hoꝝ inuoecliuauit insidias. Ab ipsis illesum
existere prudentia coronabilis est. Siquidem
mandato dnī hec prudentia dirigit: prudentēq;
facit authorē: hec eniē initiū prudentie est iusto
rū. Plena ꝟo est theoria ⁊ actu virtutib⁹ peror
nari: maxime illis q̇ aīam reuiuiscere faciunt a
morte infidelitatis ⁊ a mortuis curis vite laben
tis / eijcientes possessorē in eū q̇ ꝑ mortē libera-
uit a morte. Hec ꝓrimus est iustoꝝ prudētia: vt
ab omni dissoluat visibili: ad inuisibilē deuz / in
carnē visibilē factum suū cōtubernalē inducat:
ꝓpter quē stultū mundo fieri apex est prudētie.
Quid igit hac dissertione angelus intendebat?
cū ioannē dicebat ad prudentiā iustoꝝ incredu
los ꝯuersurū: nisi prudentiā illā edicere cū acti
one preconis: que omnē aliā stulticiaz appellat:
Humana prudētia vsq; quo trāscendit: cū cruci
fixum stultū / crucē stulticiaz / sequaces crucifixi
terrena sapientes dixerunt esse vesanos. Sed
quod stultum est dei / sapientius est hominib⁹.
Ad quam stulticiam gratia ⁊ intelligentia veri-
tatis q̇ in ioanne signatur / inuitat: vt in hoc ista
conueniant: vt populus in conspectu dei fiat in
veritate perfectus. Quod angelus subsequen-
ter adduxit / dicens: Parare domino ple
bem perfectam. Nullus perfectus est po-

pulus: Concio nulla recta. Omnis cõgregatio publica res hebescit: nisi omniũ dño sit parata: in illa ꝑfectione distaxat qua ꝓpter christum maioribus prestatur sancta obedientia: consulitur ꝓpense minoribus: vt exigit indigentia sub neniatur: qua tollantur iniurie: qua fides vera est vades: qua iusticia est cõmunis: qua nulli venditur quod sibi de iure debetur: qua ꝓpulsatur iniquitas: qua innocẽtia nõ succumbit: qua regnũ nõ tenet nequitia: qua honore inuicẽ homines se preueniũt: qua plus attollit sanctitas ꝙ scientia: qua virtutes verbis ⁊ eloquentijs ꝓferunẗ: qua populus cõgregatur in nomine dñi: qua diuine virtuti condita ciuitas cõmẽdatur: qua nihil statuitur legibus quod diuinã legem effugiat: qua plus morũ ꝙ meritorũ caueẗ ꝑditio: qua cor vnũ ⁊ anima vna plebeorũ olim est in dño: qua nõ in hoc mũdo aut in seipsa tãtũ: sed in christo dño gloriatur: qua nil ad ꝓfectuȝ vendicatur: nilq₃ ad defectum euenisse causaẗ: preterꝙ in ratione virtutis: qua ꝓpter illã nõ timetur vulgare iudiciũ: qua deridetur exempta machera: mine vt inania / tormẽta velut somnia estimantur: qua verũ nõ terrore siletur: qua est omniũ quod singulorũ: ⁊ singulis offerẗ in cõmune deductũ: qua intendiẗ vt numerositate virtutũ popul⁹ augeaẗ. Sed que celestis celestiũq₃ nũcius arcanorũ terreno sacerdoti nũciabat / ꝑoptime sibi placuere: sed suã ⁊ vxoris ꝓcogitãs senectutẽ / posse fieri hesitauit: ꝓpterea dubitanter exquisiuit ab angelo. Cui dixit zacharias: Quomodo? Vñ hoc sciam? Ego enim sum senex: et vxor mea ꝓcessit in diebus suis. Humana sapiẽs / rationes ꝓtendebat humanas: cũ supra naturã penitus nõ aspiceret: quã in seipso ⁊ in vxore ad cõditionem ꝓlis defecisse causatur. Sed supra nature virtutẽ ex sterili atq₃ sene nasciturus erat ioãnes: quoniã nõ de lumbis nature / sed de virtute sup̃ne potentie virtus ⁊ gratia ipsa procedit. Sepe quoq₃ in hominibus agitur: vt sp̃us inueterauerit in terra nõ sua: ⁊ caro ꝓcesserit in delectationib⁹ suis: ꝙobrem difficile videaẗ posse gratiã ꝓmereri. Sed optimus arcanorũ ⁊ impositorũ dissertor nõ sua / sed posse fieri asserit virtute mittentis: cũ dicit: Ego sum gabriel qui asto ante dñm: et missus sum loqui ad te / et hec tibi euangelizare. Non sua voluntate aut authoritate angelus se venisse dicebat: cũ suã assistentiã esse dixerit ante deum ad iocundã fruitionẽ / ⁊ ad obedientiã exequendã: nec se venisse / sed missum fuisse dicit / vt loqueretur zacharie in templo a dextris altaris incensi: ⁊ euangelizare / id est talia bona non sperata / nõ petita nũciare sibi. Pretulit ad certitudinẽ respõdendo angelus suũ nomẽ / q̃ dei fortitudo interpretaẗ: vt id efficiat diuina potẽtia / nõ virtus angelica: Et questioni ex hesitatione ꝓposite: vt quod dicebatur / vnde fieri posset agnosceret: ꝓ signo future rei ⁊ ꝓ multatione icreduli taciturnitas ẽ adiecta. Et eris tacens et nõ poteris loqui vsq₃ in diẽ illum quo hec fiant: pro eo ꝙ nõ credidisti verbis meis / que implebuntur in tempore suo. Quoniã oĩa tempus habent / que suis dispositionibus currunt / vniuersa sub sole: aliũ locũ dissertionis habet incredulitatis ista multatio. Sed vera taciturnitas cõpetebat / quousq₃ ꝓnunciatus ioãnes ab angelo nasceretur: quoniã imponendũ erat synagoge silentiũ: ⁊ legis cerimonie abolẽde: cũ noua mundo figura gratia parabatur. Magis autem esse vetus testamentũ tacendo cõstãbat: quousq₃ noui testamenti gratia desuꝑ illuxisset: aperuissetq₃ labia elinguium: ⁊ disertas faceret linguas mutoꝝ. Siluisse dicitur loquens nõ exauditus: ⁊ qui postulãrã nõ obtinet / ac si tacuisset. Nã clamor moysaice legis / omnis exclamatio ꝓphetarũ / tota precãtio veteris sacerdotij / oĩs bestiarũ oblatio / taciturnitas quedam erat: cũ vsq₃ in id temp⁹ dñs inexorabilis extitisset: ⁊ nubẽ opposuisset / ne transiret oratio peccatorum. Nec nõ ⁊ iustorũ precamina repulsia bãtur ad glorã: quousq₃ plenitudo temporis aduenisset: in quo signanter sacerdos multaretur silentio: quia nõ erat ille summus sacerdos / q̃ semel ꝑ ꝓpriũ sanguinẽ intratur⁹ erat in interiora velaminis: ꝑ quẽ erat soluenda captiuitas peccatorum: danda remissio adoptionis: prestãda libertas: ⁊ sup̃ne patrie petitio admittenda. Nõ erat illud sacrificiũ occisi pecoris offerẽdũ in ꝓcium: sed sanguis christi / clamaturus de terra ꝓ omnibus exaudiendus in cruce. Intrãte veritate noui testamenti / merito taciturnitate sacerdotiũ erat plectendũ: quasi semꝑ in silentio ꝑmansisset: donec mundo pateretur q̃ i lachrymis ⁊ clamore valido ꝓ sua reuerentia exaudiretur in cruce. Et vnũ esset sacerdos et hostia / eternus vterq₃: vno clamore vterq₃ ꝓ eternis exaudit⁹ eterne. Interea erat populus expectans zachariam: et mirabatur ꝙ tardaret ipse in templo. Laudabilis mos est tãdiu expectare sacerdotẽ / ꝙdiu sacrificare ꝑficiat: vt sit ꝑseuerantia vtrorũq₃. Sed miratur populus diuinorũ nescius arcanorũ: cuȝ moram facit qui diuinas suscipit theorias. Et egressus nõ poterat loqui ad illos. In tẽplo multatus / egressus extra nõ loquitur: vt virtus alia ꝙ humana credaẗ astitisse in templo: cõplens silentio veterẽ sacerdotem: in quo scȝ christus nouus noua docẽns / sup̃na ꝓmulgans / reprobandus erãt / ac si tacuisset / aut si fuisset locutus inania. Egressus extra nõ loquiẗ / penã possidens quã accepit: quasi populo innueretur ꝙ sacerdotũ oratio ad exhaurienda peccata inualida extitisset: ⁊ ꝙ ad nouũ aliũ se pararent / cũ a veteri nõ potuissent habere respõsuȝ: ⁊ desperatiõ indicebatur / cum a muto doctrina non posset egredi / neq₃ consilium. Sed spes ex aduerso constabat: vt in se rediret populus meditans quomodo sperare posset in aliũ. Et cognouerunt ꝙ visionem vidisset i

templo. Cognouerunt ꝙ vidisset: sed ignorauerunt quid viderat: vt reparentur introrsus in meditatione spiritus/ꝙ a ꝯditione templi nūꝙ simile extitisset: qui velut rudes terrenis adhuc implicati/nesciebant ex partus eximia cogitare: nec se transferre in altitudinē sciendorum. Sed illis innuens permansit mutus. Aliorum membrorum signo ⁊ motu notū fecit: vt populus a templo recederet/nec amplius expectaret: quoniā ipsi pro sua vice incensa posuerat: et ꝙ ipse impotens loqui erat. Nam quanꝙ lingua differens muta consistat: tamē multis alijs signis atqꝫ figuris testamenti veteris cūcta mysteria recessum innuebant a templo: ne amplius redemptio expectaretur ab illo: ⁊ ꝙ in spiritu ⁊ veritate locus orationis ⁊ exauditionis futur⁹ omnino erat: ⁊ ꝙ omni posito incenso veteris testamenti protinus erat christus. **Et factum est vt impleti sunt dies officij eius/ abijt in domū suam.** Redeat vnusquisqꝫ ad seipsum: vacet vtilitatibus ꝓprijs: ocio non marcescat/ qui est amotus a publicis. Post hos autem dies vxoris corpore fungens/nō excitatus ardore libidinis/ sed promisse mot⁹ desyderio prolis: vxor eius helisabet casta mente/ non corporis excitata libidine/immissione seminis in originali culpa concepit: quam spiritussanctus paulo post anima infusa corpori penit⁹ expiauit: vt gabrielis verificaret ꝓmissum: quoniam spiritusancto adhuc existens in vtero replendus erat. Et occultabat se helisabet mensibus quinqꝫ: pudicitia repressa senili: eo ꝙ in senectute aufugisset sterilitas: ⁊ transacta iuuentute adesset fecunditas. Bonus est pudor: sed non operibus creatoris. Bonus est pudor/scilicet quo culpa cauetur: non quo virtutis opus obtunditur. Laudabilis erubescentia: que ita refrenat ne procedatur in nimiū: ne in id quod non expedit/declinetur: ne id quod est impertinens/in actionem deueniat. Sed nec quisqꝫ debet erubescere a superiori impositā actionē: aut quod est miraculi seu bene ꝯstitute nature. Nec quisꝙ plus sibi in honestate tribuere/ ꝙ decreuerit iusti amoris authoritas. Plus debito sibi arrogat/qui in seipso magis cauet insolitam ꝙ domini facilem actionem. Habebat siquidē talis occultatio aliquid humani respectus: ⁊ porrigebat audientium risus/ꝙ steriles ⁊ senes carnalibus actionibus se dedissent. Timebat adhuc infamiam: ⁊ famā amabat humanā: cum se se quinqꝫ mensibus occultauit: tacite secum conferens/dicens: **Quia sic fecit mihi dn̄s/ in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.** Vir mutus effectus vxori quod viderat ⁊ audierat in templo/nunciare non poterat: idcirco helisabet talibus suspitionibus laborabat: a quo si audiuisset mysterium/ non talibus angustijs angeretur/aut perplexitatibus titubaret. Sed quid est quod dicit: quia sic fecit mihi domin⁹? Sic vt in senectute atqꝫ sterilis existens cōciperet: vt duo nature ordine penitus obuiarēt/ne cōceptio fieret: sed in his que supra naturam facta noscuntur: siquidem reputatur quod concepit etate grandeua ⁊ sterilitati subiecta. Sꝫ hoc ad maius credendum prerogabatur mysteriū: quoniam virgo erat conceptura pariter ⁊ paritura omniū salutare. Sed fecit hoc quando disposuit illi auferre opprobrium inter homines. Opprobrium inter homines infecūditas erat: sed non apud deum damnabatur opprobrio: cum non sit in hominis potestate/sed in domini voluntate posse concipere. Sterilitas atqꝫ fecunditas solum a creatore dependent. Proinde multa velut opprobriū in conceptu sunt hominū: que apud deū defectuū nota carent. Sed cum deus hoc voluit remouere opprobriū/sterili dedit ipse conceptum: que virgini virginū ad faciliorem credulitatem ab angelo eodē infertur: dum sibi saluatorem omniū concepture atqꝫ pariture nunciatur. Quam cum se quinqꝫ mensibus occultaret: maria ab angelo nunciatam in sexto mense detexit/cum montana conscendit. **Et intrauit domū zacharie/ et salutauit helisabet. Et factum est vt audiuit salutationē marie helisabet exultauit infās in vtero eius. Et repleta spiritusancto helisabet/ exclamauit voce magna et dixit: Benedicta tu inter mulieres: et bn̄dict⁹ fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater dn̄i mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in aurib⁹ meis/exultauit infans in gaudio in vtero meo.** Non hic aliqͩ sumpsimus differendū ꝓ parte marie/sed ꝓ mysterijs ꝓcursoris ⁊ matris. Detegit helisabet ne amplius delitescat/cū maria virgo illā visitatura ꝓcessit: cū hec mirabilia i eis nō fecerit natura/sed dei discreta potētia: ꝙ sterilis ⁊ senex preconē/⁊ ꝙ virgo sine semine ꝯceperit iudicē. In illa mirū ꝙ senex ⁊ sterilis: in illa mirandū ꝙ fecunda/sed ꝓter virtutē seminis. Sed salutatur helisabet iam onerata ꝓcone a virgine/q̄ saluatorem sine ponderositate gestabat: vt salus a nouis mysterijs referatur ad priscos: ⁊ per virtutem noui conceptus vetera liberentur. Antiquior mundo fuerat helisabet ꝙ maria: ⁊ ioannes christum in conceptione precesserat: sed salus processit a lege noua per hominem nouum in eos qui precesserant ad salutem predestinatos. Qua salutatione percepta/ conceptus sexti mensis agnouit mysterium: dum exultat in vtero anteꝙ nascatur: et officium peragit ad quod erat: et gaudio adoratur/ cum voce non possit edicere. Impotens fandi exultatione dominum profitetur: nondum percepto visu lucis corporee/etiam in carne velatam inuisibilem lucem mundo aduenisse cognouit: ⁊ occultus occultum/seruus dominum/miles regem/preco iudicem/precursor postsequum imperatorem sine sensuum argumento preuidit ꝓ

propriū fecit in eo sensum diuina potentia/
quem sic ante nemo habuerat ex natura. Uide
quanta simul ex omni parte conueniunt: vt tan
ta mirabilia oriūtur. Hinc helizabet/ inde ma-
ria gratia plena: hinc vxor sacerdotis/sed ab eo
caste cognita: hinc vxor fabri/ ab illo intacta:
hinc senex/inde iuuencula: hinc sterilis/ inde fe
cūda: hinc sanctificati parens/inde sanctisan-
ctorum mater: hinc iustoruz filius/inde ab eter-
no ex deo patre progenitus: hinc saluatus/ in-
de salus; hinc creatus/inde creator duplici car
ne velatus. Proinde ad exultationem Ioānis
prophetica virtus adnectitur: cum Helizabet
continuo spiritusancto repletur: quo concita-
ta prorumpit in vocem magnā affectu/magnā
nouitate mysterij/magnā studio disserēdi/ ma-
gnam vtilitate credendi/magnā cōsyderatione
sui: quia mater pueri hominis: magnā existima-
tione matris omniū redemptoris ad eā venien
tis: magnā protinus ex veritate/quā spiritu di
ctante prenūciat. Ait enim: Benedicta tu inter
mulieres: ⁊ benedictus fruct⁹ ventris tui. Sed
nec vt maior/q̄uis antiquior helizabet Marie
benedicit: quaz ex spiritusancto matrē dn̄i esse
cognouit. Non ex autoritate illi dedit benedi-
ctionem/ acsi esset illi aliquo iure prelata: nec p
phetat futurū quod mente conspicit factū: sed
extollit laudibus virginem: eo q̄ benedicta pri-
us a domino extiterit quez gestabat: quo virgi
naliter grauida erat: non benedictione cōmu-
ni/sed illa que omnes excessit penitus mulieres
Ac etiaz fructum quē absconse virgo gestabat/
agnouit. Cui nec etiā benedictionē inferens be
nedicit: sed enūciat quod sibi spūssanctus ostē-
dit. Non autem benedicit fructū ex arbore: sed
arborem ex benedicto fructu asserit benedictā.
Ecce due arbores fructuose/noua poma feren-
tes in fructib⁹: vt vna gratiā/ altera ferret gra-
tie largitorē. Sed vnius benedictior suauiorqz
fructus/⁊ vsqzquaqz profusior: in quo erat oīm
salus: per quem solum omniū humanorum fru-
ctus esset acceptus: preter quē omniū esset ine-
ptus. Et secum mirans helizabet/quasi mentis
pateretur excessum: quia regina mundi ipsā vi-
sitatura conscenderat/etiaz clamando adiecit:
Unde hoc mihi/ vt mat̄ dn̄i mei veniat ad me.
asserens ea que infans quem gestabat in vtero/
exultando p̄fecerat/propter fidē marie: q2 cre-
didit denuncians esse beatā/ vnde perficiant̄ i
illa ea que p̄ficiēda restabāt: hinc p̄phetico spū
helizabet iaz facta pariter ⁊ futura nunciabat.

**Que cū impletum esset tempus pa-
riendi/peperit filium. Et audierunt
vicini et cognati eius/quia magnifi-
cauit deus misericordiā suam cū il-
la: et congratulabantur ei.** In lege ve
teri velut ioannes in vētre/gratia ⁊ veritatis in
telligētia claudebatur: reuelāda tamē in tp̄e suo
In cuius completione mysterij iā plena dieb⁹/
ioannē peperit helizabet. Hoc etiā cōtingit in
moribus hominū: vt sepe bona mēte concipiāt
sed nō semper tempus agendi: cum vo dispo-
nēte altissimo tempus affuerit/cōcepta in animo
virtus p̄cedit in actum. Non paruū est bonū/
cum concipientibus virtus aderit pariēdi. Nā
concepisse quid proderit/ si partus defecerit.
Nec em̄ boni agendi sufficit desyderiū: nisi cuz
possit/succedat effectus. Filium/non filiam pe
perit: vt tam pro mysterio q̄ p̄ agende vite stu-
dio cognoscam⁹ quantū sacra scriptura demon
strat/nunq̄ angelo reuelante/ neqz supra natu
ram in conceptu mirabili feminā esse cōceptā/
aut p̄disse de partu: sed semp̄ predicente virtute
superna p̄ceptus fuisse mirabiles: ⁊ part⁹ fuisse
viriles: vt non effeminate/sed fortes fiāt homi-
nū actiones. Nec ex hoc velut reprobata tenea
tur natura feminea: sed i significatione p̄batur attol
litur. **Et audierūt vicini et cognati ei⁹
q2 magnificauit domin⁹ misericor-
diā suam cū illa: et cōgratulabātur
ei.** Uere sic gesta sunt hec: siquidem fama noui
ortus diffunditur: q2 p̄ omnē orbē diffundenda
erat fama maioris: quē ioānes ordinatis dispo-
sitionibus p̄cedebat. Et quod cōmune nascitur
bonū/ ubiqz reboatur: vt fiat participiū ama
toribus bonitatis: et cognoscantur ex publico
hominū affectus: qui letantur ad gratiam: ⁊ cū
fructus iusticie prodeunt: nam iusta parēs iu-
stum fructum p̄duxit. Sed vicini sunt ⁊ cogna-
ti qui audiunt: hi etiā qui letantur. Expedit siq-
dem p̄pinquū fieri vite sanctoꝝ et iusticie con-
uersatione: et velut generis propinquitate con-
iungi: si volumus audire mirabiles/ac etiam sa-
lutiferas nouitates: et congratulari his quib⁹
deus sua magnalia cōferre disposuit. Nec cre-
datur de⁹ denuo suā magnificare misericordiā
que semper vtiqz magna ē: sed cū helisabet tūc
magnā ostendit dando p̄ceptū: educēdo ad par
tum cuius vuluam ante cōcluserat. Miris mo
dis agit in hominibus diuina potentia: vel cuz
peccatores miserando conuertit: aut cuz iustos
in altiora opera p̄uehit: ⁊ vbiqz misericordia ma
gna: donis diuinis nostris meritis non equa-
tis. Et pars est superne vite aliorū prosperitati-
bus colletari: ⁊ congratulari eis quibus alludit
diuina potestas. Hinc videt̄ inuidia trāsmigras-
se ac in extremum p̄fecisse: suppressum odium:
vera charitas illuxisse. Hinc in beatitudinis cō
finia secessisse: vbi nō est cōgratulatio de p̄ue-
ctibus proximorū. Nā quod est vnius leta festi-
uitas/dicit̄ omniū: ⁊ quod est omniū/esse nosci
tur singulorū. Eia inq̄ bono examine positi no
scuntur/qui aliorū virtutibus ⁊ b̄n̄ficijs gratulā
tur. Habet in se q̄sqz p̄fecto quod in alijs amat
nec virtute priuat̄ qui in veritate diligit virtuo-
sos. **Et factum est in die octauo vene
runt circūcidere pueruz: et vocabāt
eum nomine patris sui zachariam.**
Circumcisio diei octaui que non ex lege/sed ex
patribus erat/includebat mysteriū: scilicet a q̄-
bus mali in octaua resurrectōis futura sit plebs
fidelū circūcisa. In mortali hoīuz vita castita-

tem & continentiā notat ex mēbro: necnon abdicationem placiti & decisionē superflui. Quod autem eum nomine paterno vocabant/ deferebāt origini naturali & dignitati paterne fm cōsuetudinem multarum nationum: q primogenitus nomine paterno censetur. Sed quoniā iam natura defecerat in parentibus/ vt per nature legem venire potuisset ad ortū: magis vero gratia presta batur: decens non erat vt nomen sortiretur paternum/ neqꝫ alicuius cognati. Proinde mater eius respondit dicens: Nequaqꝫ: sed vocabitur ioānes. Adhuc helisabet spiritussancti virtute pphetabat: immo a spiritu didicit/ quod non didicerat a marito. Non ipsa in tēplo audierat de noīe precursoris: nec maritus mutus existens poterat nūciare: sed hoc sciebat superna reuelante virtute q sic iā diffinitū erat/ vt ioannes filius eius vocaretur: quod nomen non erat ab hoībus inuentum: sed ab eterno preuisum/ & per angelū tēpore cōgruo reuelatū. Etenī sepe nouimus sacras scripturas acute scrutantes/ noīa multis cōpetere ratione bonitatis atqꝫ mysterij: ac etiā sic a primeuo fuisse imposita/ in pluribusqꝫ mutata: quod in posterū rerū mōstrauit euentus. Cū aūt pphetica mater sic filiū vocari assereret: cognati ex humana consuetudine responderūt/ ignorantes gratiā tali consuetudine non teneri/ dicētes: Quia nemo est in cognatiōe tua qui vocetur hoc nomine. Igitur magis congruū erat vt nomen nō habitū haberetur/ q in alio repeteret quo quis antea censebat. Et ꝓpterea verū erat/ q in cognatiōe carnali tantū existens nomen a celestibus non accepit. Nam cognationē carnalibus fieri expedit adeptione gratie/ non extinctione nature: in cognatiōe spirituali cognatum esse virtutibus qui priuilegia nominum querit: quoniā non fm nomen quod ab hominibus imponitur/ ascribimur in libro viuentiū: sed fm nomen quod sortimur in cognatione virtutū. Sed hi cognati ex carne/ mōdum supra ipsam facti: Innuebant patri eius quem vellet vocari eum. Innuebant patri eius vt ipse innueret: quoniā adhuc mutus. Innuebant cui iure nature maior erat potestas in filio: vt ipse dissereret quo noīe natus filius vocaret: nō ꝓteri quod sua mater dixerat. Qui voce puatus/ signo aliquo postulans pugillarē/ scripsit dicens: Joannes est nomen eius. Scripsit in pugillari/ in aliqua scilicet tabella que infra manū portabilis erat: ipsorū more qui notare ad firmiorem memoriā aliqua consueuerūt. Sed nec ipse scribendo nomē imposuit: sed quod ab angelo audierat in tēplo/ reserauit. Joannes est nomen eius. Ac si aperte dicat: Non sibi mater/ non ego potior parēs huic nomē imponimus: sed hoc est penitus nomen eius. Nos sibi non damus: vosqꝫ cognati more solito in alijs nato huic nomen non imponetis: habet nomen: tenet nomen: de celis non de terris est nomen. Frustra de huic imponendo vocabulo litigatis: quod de superis est sanctum/ humanis iudicijs non transfertur: velle q transferri criminis damnabilis notā habet. Igitur Joannes est nomen eius. Ad quam scripturā nomen huiuscemodi differentem/ mirati sunt vniuersi. Quare mirati? Nouitate gestorū: que illorū nō penetrabat acutas intellectus. Nouum enī atqꝫ incognitū semper consueuit homines in admirationem adducere. Sed maior admirationis occasio subdebat. Quia apertū est ilico os eius: et loquebatur benedicens deum. Videte mirū: corde annotate quod geritur. Predixerat angelus zachariā voce priuandū quousqꝫ hoc quod dixerat compleretur: sed iā completū erat/ quoniā natus erat: cur igitur in natiuitate aut in ipso ortu Joannis os zacharie non fuit apertū: sed vsqꝫ in octaua die dilatū? Quia nascendo noscebat quia filius: in nomīe vero eius mysterium pandebatur: cuius nati dignitas attollebatur ex mysterio plus q q nat⁹ esset homo. Et ex hoc non credimus zachariam mutitate punitum/ eo q incredulus esset de filio: sed q ad tantū pararetur mysteriū/ hesitauit. Proinde filio nascente lingua nō soluitur: sed declarato ioannis noīe in octauo die os increduli aperitur. Ecce potestas celici noīs: vt quod hesitatio claudit/ ipsa resoluit. Et ab eo liberatus est pater ꝑ quo multatus extiterat: vt quod est causa culpe/ sit venie: quod pene/ sit premij: si in partem contrariam transferatur. O magnū nomen: quod patri vocē/ conciuē ciuibus/ vicinum conuicaneis/ populo sacerdotem/ vxori virū ꝑ vsum loquele restituit. Et magno factū est hoc presagio futurorū: qm sola gratia linguas hominū facit in veritate disertas: sola gratia miracula opat: sola gra est ꝑula saluatoris: sine q plectimur: qua inherēte liberamur. Sꝫ hū die octauo quo puer circūcidit: quo eꝫ nomē venit in publicū: senis hoīs veterisqꝫ sacerdotij lingua resoluit: cū muta fuerit oīs antiqua conditio/ & ministratio veteris testamenti: cuius os & lingua in aduētu noui hoīs/ in ortu noue lucis/ reconciliātisqꝫ gre/ mox resonet in laudē. Et hoc fuit testamēti tota pfectiō: qm prefigurauerat christum: que resolutis vocibus & magnis laudū pconijs resonabat benedicens deū: q: fecit nobiscū misericordiā suā. Factus est autem timor super omnes vicinos: et super omnia montana iudee diuulgebantur omnia verba hec. Timor terrens incutit cū stupēdā clarescit: q aut terret incredulos/ aut cōmouet ad credēdū: sꝫ ꝑungit vicinos corpe/ vt pliūs mēte virtutibus vicinent. Semp enī timor qui de mirādis virtutibus exit/ ad veritatē intelligendam virtutemqꝫ peragendaꝫ inuitat. Et fit timor super omnia montana iudee: quoniā omne quod altū in mundo credit/ virtus diuina deterret & timere facit dū clangit. Sed nec credat timor immissus: magis aūt ex consyderatione mirandorū exortus: quoniā filius ex vete-

ranis vltra naturalē virtutē ꝑdiderat: qm̄ nomen ab angelo/ nō ab hoīe acceꝑat: in cuius virtute solutū erat lingue vinculū senis hoīs/ iam octo diebus ꝛ nouem mensibus mutescentis. Hec in admirationē homines induxerunt: hec fecerūt pio timore pauētes: qm̄ ista tam insolita ꝑ montana iudee ꝛ ꝑ loca vicina vulgabātur: ꝛ fecerūt homines redire introrsus ad conspicuā considerationem gestoꝝ. Nam et posuerunt omnes qui audierant in corde suo/ dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Quid posuerunt in corde suo? Ea que audierant. Quare? Ut considerarēt: vt memoriter tenentes qui viuere possent/ mirabilem rerum expectarent euentum. Ea que diuinis theorijs audiuimus/ omnino sunt in corde ponēda. Etenim cor nostrum sic creatum est/ vt sit i terra quoddam armarium atq₃ repositorium diuinoꝝ. Ponenda sunt in corde sancta mysteria verbaq₃ diuina: vt credamus ꝛ diligamus: vt in illis sedulo meditemur: ꝛ ex eis fiat directio gressuū nostroꝝ: ne a vero deuiantes in aspera incidamus. Psal. 118. Etenim hoc sensu propheta dicebat: In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.

Et hi de Joanne verba huiuscemodi audientes posuerunt in corde: vt intra se dicerent/ aut foris loquēdo cōdicerent: Quis putas puer iste erit? Admiratiue loquebātur rerum nescientes euentum: existimantes tamen ex ipso atq₃ sperātes magnum euenire ꝓuentū: qm̄ manus domini/ virtus scilicet dei/ potestas altissimi erat cū illo in operatione futuri mysterij ꝛ operatione tanti miraculi: paterni oris in suo nomine resoluti. Et zacharias pater eius impletus ē spiritusancto: et prophetauit dicēs: Benedictus dominus deus israel: quia visitauit et fecit redemptionē plebis sue. Multa ꝛ excedentia sensum sunt donata parentibus in huius virtute nascentis: vt helisabet ꝛ zacharias spiritusancto replerētur: repleti vero in verba ꝓphetica ꝓrumperēt. Nam pater mutitate depulsa/ spiritu afflatus/ in altitudinem ꝓphetie verba depromit: a laude atq₃ benedictione incipiens creatoris: Bñdictus dominus deus israel. Non dij gentiū: sed ille os/tarat quem populus israeliticus a ꝑncipio sue institutionis coluerat. Et quanq₃ esset deus et dominus omnium nationum: deus israel tantū latrio cultu erat: in quo multa miranda profecerat ab eo quo eum disposuit educere de egypto: quem insuper visitauit: et fecit redēptionē illius per vnigenitum filium eius. Uisitauit sepe dominus plebem suam: sed adhuc redemptionem non fecerat. Sed nunc zacharias ex certitudine quam habebat/ verbis expressit vt factū. Et benedixit: quia benedictus est ab eterno. Benedixit eum qui in celestibus benedixit: cuius benedicti omnes electi. Benedixit q̄ omnibus benedicit. Quia visitauit: a creatione hominis vsq₃ in plenū visitare nō desijt: plebem suā: quā etiā ꝓprio sanguine in cruce redemit. Et visitationē protin⁹ nostre opportunitati cōnexit. Nam post peccatū illico visitauit Adam/ dicens: vbi es? vt ad semetipsū penitendo rediret: qui iussum contemnendo/ a seipso ac etiam a deo discerpserat. Uisitauit cain ante actum criminis quod operari decreuerat/ ne ꝑficeret: visitauit post scel⁹ vt peniteret. Uisitauit Noe vt a diluuio eripiendus intēderet: post diluuiū quomodo viueret. Abraā/ isaac ꝛ iacob sepe sepius: necnon ꝛ eorū vxores ꝑ angelos ꝛ oracula/ ꝑ non speratos conceptus: docēdo/ reuelando. Necnō moysen in deserto ꝑ rubum. Et populum in egypto: pharaonem ꝑ moysen ꝛ aaron: demū ipsum ꝛ egyptum ꝑ validas ꝛ mirabiles plagas. Sepe populū in deserto: gedeonem/ sampsonem: annam in conceptu: heli per reprehensionem/ ꝛ alterius sacerdotij predicendo successionē. Samuel dirigēdo quid ageret: dauid/ salomonem: plurimosq₃ reges. Prophetas per spiritūsanctū: ꝛ populos in clamoribus prophetarū. In plenitudine quoq₃ temporū: zachariā per angelū ipsum/ ꝛ vxorem eius ꝑ nouum filium. Et omnem populum vniuersumq₃ mundum per redemptorē omniū christū/ eternū dei filiū/ in tēpore filiū hoīs factū/ misericorditer visitauit. Proinde zacharias a mutitate iam liberatus/ spiritusancto repletus exclamabat: Benedictus dominus deus israel: quia visitauit ꝛ fecit redemptionē plebis sue. Quod etiam dauid longe ante predixerat. Redēptionē Ps. 110. misit dñs populo suo: mandauit ineternū testamentum suum. Hoc idem saluator cum predicaret asseruit/ dicens: Filius hominis nō venit ministrari/ sed ministrare: ꝛ dare animā suam redēptionē ꝑ multis. Mat. 20. Et apostolus ad Corinthios iam factum exclamat/ dicens de dei filio: q̄ facta sit nobis ab ipso nostra redemptio. 1. Corin. 1. Et alibi: In quo habem⁹ redemptionē per sanguinem eius. Ephe. 1. Et ad Timotheū de huiuscemodi fide instruxit. Unus em̄ deus/ vnus mediator 1. Timo. 2. dei ꝛ hominū hō christus iesus: q̄ dedit redemptionem semetipsum ꝓ nobis. Qui introiuit semel in sancta/ eterna redemptiōe inuēta. Et erexit cornu salutis nobis in domo dauid pueri sui. Erectū esse cornu salutis in domo dauid asserit zacharias: et nouo loquēdi genere monstrat adesse salutē. Et velamentū est i narratione verboꝝ: quod statim auferetur cū trāsimus in christū. Cornu quasi os est: et discreta origine ab alijs ossib⁹ ꝓcedere ꝑspicuū est: qm̄ cetera corio ꝛ carne velātur: cornu vo carnem excedit: preter coriū ꝛ supra corium se protendit: ꝛ alicui animali preter q̄ i capite nō apparet. Arma sunt animaliū cornua in capitib⁹ orta. Cornu signatur regia potestas quoniā in veteri testamento oleo quo vngebantur reges/ ferebatur in cornu: iuxta quod dictū est samueli/ cū reprobatus esset saul: Imple cornu tuum oleo: ꝛ mittam te ad Isai bethleemitē 1. Reg. 16. prouidi enim in filijs eius mihi regem. Quod

samuel vsqquaqꝫ perfecit. Proinde cornu ere-
ctū in domo Dauid/est regia christi potestas:
qui ſm carnem de lumbis dauid scriptura tra-
dente/genealogia diligēter inspecta(vt Mat
thens et Lucas cōmemorant)mūdo natus ap-
paruit. Erecta est christi potestas: quoniā om-
nis depressa erat potentia iudeorū:quibꝰ omīs
spes salutis erat adempta/ nisi redderetur per
christum:et omnis humana potestas male per
fundata vitijs subiacebat: ꝙꝙ etiam humano
fastu romana esset diffusa per orbem. Nulla pi
sus est erecta potestas: nisi erigatur super vi-
tia:nisi ad celestia subleuetur. Nempe depressa
erit omnis potestas in moribus nequiter sub-
iecta demonibus:post hanc vitam suis inclu-
denda carceribus. Que regalis hominum/que
imperialis potestas mortalium: que nec seipsā
neqꝫ subditos poterat a potestate tartarea libe
rare? Sed christo vt dei filio:ꝗuis esset ab eter-
no summa potestas:in plenitudine ꝓo tempo-
rum erecta dicitur in domo Dauid:ex cuiꝰ se-
mine per incorruptam virginem factus est ho
mo ſm carnem: antiqua promissione nunc tra-
Psal. 88. dita veritati:cum sibi legimus: Et ponam in se-
Ibidem. culum seculi semen eius. Et iterum: Semel iu-
raui in sancto meo si dauid mentiar: semē eius
in eternum manebit. Et alibi dictum inueni-
Psal. 131 mus:De fructu ventris tui ponaꝫ super sedem
tuam: O ꝙ erectum cornu salutis nostre: cum
semen Dauid in filio dei sedeat super sedem al-
ti omnipotentis dei. Omnifarie cornu salutis
nostre erectum dicitur:cum dei filius dauidi-
ca carne vestitus/ celos penetrauerit: super-
na conscenderit:⁊ a dextris sedeat altissimi dei
Et velut cornu excedit carnem ⁊ coriū/ sic chri
stus terrā excessit omneqꝫ celum: cui a patre in
celo ⁊ in terra omnis est collata potestas. Hoc
Anna ꝓphetico spiritu longe ante preuiderat/
1. Reg. 2 dicens: Dominꝰ dabit imperiū regi suo:⁊ sub-
limabit cornu christi sui. Erectū est cornu:sub-
limatum est cornu. Salutem dat Christus in
suo cornu:liberat a demonibꝰ in suo cornu. Nā
⁊ Dauid ante preuidit/quod nunc zacharias in
ortu filij de christo nondum nato prophetauit/
Psal. 17. dicens: Protector meus et cornu salutis mee.
Protector est christus ab omnibus incursan-
tibus malis:et omnibus sperantibus in euꝫ est
cornu salutis/ et in eo merito subueniens no-
bis/ quo de lumbis ſm carnem descendit: in
qua passus/mortuus/sanguineꝫ fudit: resurgēs
a mortuis superna conscendit. Hoc per dauid
deus pater ante predixerat: cuꝫ introducturus
esset filium in orbem terrarum ad confringen-
dum omnia cornua superborum: ꝙ cornu eius
esset erigendum/ et super omnia exaltandum.
Psal. 74. Et omnia cornua peccatorum confringam: et
exaltabuntur cornua iusti. Nemo iustus inter
homines//nisi qui peccare non potuit. Et ꝙꝙ
multi dicantur iusti:non tamen proprio/sed isti
us iusti merito sunt facti participes: cuius exal
tata sunt cornua/videlicet crucis: que prophe-
ta dicente fuerunt in manibus: in quibus stat Abacuk 3
abscondita fortitudo illius. Et vt ad aliud lo-
quendi genus me transferam: christiana pote-
stas in cornu natura signatur. De carne cornu
consurgit: sed carnem omnino esse negamus.
Qui cornu nunc vtitur in carne viuens/ super
carnē faciꝰ agnoscitur. Cornu vtitur ꝗ a carnali
bus vitijs omnino recessit: qui in virtute solida
tus/non mollescit terrenis delicijs:qui munduꝫ
ventilat a seipso excutiens:qui repugnat impu-
gnantibus:qui cornupetit inuisibiles demonū
potestates:qui velut cornu sustinet aereas po-
testates:qui carnem per omnia superat:qui tē-
poralium rerum pellem per omnia suppeditare
cōtendit: qui manet impassibilis ad forinsecas
actiones. Etenim cornu in his impassibilis di
citur esse nature: vt neqꝫ pluuiam/neqꝫ aeris se-
renitatem/neqꝫ aeris qualemcūqꝫ ꝓ tempore in-
temperiem expauescat:ꝗuis et bestiarū pili hac
impassibilitate potiantur: sed carent ꝟtute qua
possint violenter aut vltro aduersa depellere.
Dicam cuiqꝫ ꝙ ei sit bene: si existens in carne
ipsam excessit: degens in corpore/ ipsaꝫ supera
uit: corporali pondere pressus/ spiritualiter vi-
xit: in terrenis habitans/in celestibus mēte cō-
uersatus est. Sed hoc cornu non insurgit a na
tura corrupta: non a nobis radicatur in capite
erectum est nobis in domo dauid pueri sui/ser
ui dei/famuli dei: scilicet in christo/ ⁊ eiusqꝫ do
mo/in ecclesia sancta eius: vbi est omnis sancti
tas eius. Domus christi ecclesia christi. Extra
illam nemini erectū est cornu salutis. Nulli sa-
lus qui de ipso non erit. Domus christi/domꝰ
virtutū/domusqꝫ donorū: vbi nobis erecta sūt
cornua. Nam ⁊ ioannes vidit agnum tanꝗ oc- Apoc. 4
cisūm: in cuius capite cornua septem. Cornua
septem/virtutes septem: dona septem/ beatitu-
dines septem: quibus omne ad salutem nobis
oppositum impugnemus: non in nostra/ sed in
agni virtute: qui tollit peccata mūdi: vt nō con-
demnetur/ sed saluetur mūdꝰ per ipsū. Sicut
locutus est ꝑ os sanctorū: qui a secu
lo sunt prophetarū eius. Nō ꝗsi de no
uo ꝑ eū ꝓphetatū hoc loqͥtur zacharias: sed as
serit multifarie antedictū per ora prophetarū:
Et vt fides dictis indubitanter accōmodetur/
sanctos fuisse testatur: non autem a seipsis mis-
sos/sed ab ipso deo directos: quoniam multi ꝓ
phetauerunt non missi: non vera/sed falsa pre-
dicentes in seipsis decepti. Sed sancti prophe
te/ ab eo seculo christi aduentum incipienti-
tes predicere/in quo deo patri placuit reuela-
re. Nā Moyses scripsit quid ante se de christi
visitatione: ⁊ qua incarnatio eius atqꝫ natiuitas
⁊ omnis eius conuersatio apprehēditur: extite
rit prenunciatū: quid ve sibi fuerit scire cōmis-
sum. Scripsit nēpe ꝙ fluuius egrediebatur de lo- Gen. 2.
co voluptatis ad irrigandum paradisū: christū
videlicet in illo egressu commemorans: quem
misit pater ad visitandum hoc seculū. Et Abra Gen. 12.
am descendit in Egyptum/vt peregrinaretur

ibi. Unigenitus dei ex paterno precepto descen-
dit/quasi peregrinus visitare hunc mundum.
Gen.21 Et visitauit dominus saram sicut promiserat: et
impleuit que locutus est. Concepit et peperit fi-
lium in senectute sua. Uisitando autem saram/
synagogam in futuro visitaturus erat. Que cū
senescens deficeret/concepit in virgine filium:
et mundo edidit almum partum. Hoc idem ia-
Gen.49 cob iudam filium benedicens prophetauit: Non
auferetur sceptrum de iuda/neq3 dux de femo-
re eius donec veniat qui mittendus est: et ipse
erit expectatio gentium. Clara est in his prophe-
tia: q christus prophetabatur mittendus/q nunc
missus iudeorum populum et gentium visitauit.
Et impletum est in christo quod moyses a deo
Exo.3 poposcit dicens: Obsecro domine/mitte quem
missurus es. Ipse primus de quo zacharias lo-
quitur/erat mittendus: hicq3 missus omnem po
pulum visitaturus apparuit. Et Balaam sub
nomine stelle ad illuminationem orbis iesu3 mū
dum visitaturum/in ipso nasciturum ostendit:
et velut virgam correctionis et directionis et ple
Num.24 ne dominationis asseruit. Orietur stella ex Ja-
cob: et consurget virga ex israel. Stella ex Ja
cob christus est: ex ipso per dauid ordinata/et
non pretermissa propagine: vsq3 etiam virginee
coniuges peccatorum ignorantie tenebras fu-
gaturus apparuit. Et virga iusticie in mani-
bus eius: ad dirigendos bonos in viam eius:
perimendosq3 ineuitabiliter rebelles sermoni-
bus eius. Multa sunt testimonia prophetarum/
per quorū os locutus est deus: que si per singu
la vellemus disserere/longa volumina ederen-
tur. Sed vt breuiter absq3 alia declaratione per
stringā: ad affirmationem eius quod de christo
protulit zacharias/etiā dauid locutus est dicēs:
Ps.2 Dixit domin9 ad me: filius meus es tu: ego ho-
Psal.71 die genui te. Quia descendit sicut pluuia in vel-
Psal.84 lus. Et ipse veritas existens de terra orta est:
quia vt homo natus est in sionitico populo. Et
Psal.97 lux orta est. Et notum fecit dominus salutare
Ps.110 suum. Et redemptione3 misit dominus populo
Psal.111 suo. Et exortū est in tenebris lumen rectis cor-
Psal.17 de. Et dei filius celos inclinauit et descēdit. Et
Psal.143 emisit manum suam de alto altissimus deus: cū
filium manifestauit in carne: ad ostendendam
sue virtutis potentiam: ad conferendum bona
bonis/et supplicia digna dignis. Et Esaias suo
modo testimonia dedit: que fuerunt prophetie
Esa.1 penitus futurorum. Nisi dominus reliquisset no
Esa.2 bis semen/quasi zodoma fuissemus. Et erit in
nouissimis diebus mons domus domini/pre-
paratus in verticem montium. Et confluent ad
Esa.5 eum omnes gentes. Idem: Apprehendent se-
Esa.7 ptem mulieres virum vnum. Et alibi: Ecce vir
go concipiet et pariet filium: et vocabitur nomē
Esa.9 eius emanuel. Idem: Paruulus natus est no-
bis: et filius datus est nobis. Et que sequuntur
quod intenditur exprimunt. Et alibi vt factū
Esa.16 iam agnoscamus: Emitte agnum domine do-
minatorem terre: de petra deserti ad monte3 fi-

lie sion. Et Hieremias: Nouu3 fecit dominus Hiere.31
super terram: et mulier circūdabit virum. Da-
niel: Lapis precisus est de monte sine manib9. Dan.2
Quid enim iuuat omnes prophetas percurre-
re? Ac etia3 omnes prophetias suis modis ob-
uelatas reperire difficillimū esset. Sed hoc ne-
mini diuinas scripturas scrutāti in dubiū ve-
niat: q omnes veri prophete/ sicut zacharias in
suo cantico protulit/de visitatione domini ve
re atq3 mystice sunt locuti. Et salutē erexit sci Lu.1
licet nobis: ex inimicis nostris: et de ma
nu omniū qui oderūt nos. Erectu3 est
cornu: sed nec frustra: quoniā in ipso nobis ere
cta est salus ab inimicis nostris inuisibilib9: ne
vltra violēter animas raperēt: ne iustas aīas
patrū amplius detinerent. Ipse saluat de ma-
nu implacabiliter odientium. Ipse cornupetit
omnes homines/suos electos cornu persecutio
nis et superbie impetētes. Erectū est cornu salu-
tis: Ad faciendā misericordiā cū pa-
trib9 nostris: et memorari testamen
ti sui sancti. Temp9 erat miserendi: quia ve-
nit tempus quo sancti patres excluderentur a
potestate tartarea: quo preda sanctorum ab in-
iustis raptoribus tolleretur. Erat ammodo ce
lebranda misericordia cum antiquo patre adā
qui fletibus et penis culpam ad posse diluerat:
Necnon et cum misera prole sua: quam a para-
disi sedibus/a diuina gratia per inobedientiā
propriam fecerat exulare. Danda erat noe mi-
sericordia: qui euadendi spe pro reparationis hu
mane munimine centenariam arcam constru-
xit: a quo condita sunt seculi testamenta. Faci-
enda erat cum omnibus patribus misericordia
qui fidem veram/obedientiam promptā domi-
no seruauerunt. Et cum omnibus sanctis pro
phetis: qui vera hec futura predixerūt: et pro veri
tate ludibria et mortes et vincula passi sunt. Di-
lata erat misericordia/non ablata: prorogata/
non denegata. Sed nunc canit pre gaudio zacha
rias: quoniam deus visitauit et fecit redempti-
onem: et cornu salutis erexit: ad faciendam mise
ricordiam cu3 patribus nostris: et memorari te-
stamenti sui sancti. Testamentum sanctum est
promissio futurorum/promissio filij sui sancti
sanctorum/et firma pollicitatio supernorum: cu
ius memoratus est cum plenitudo temporis ve
nit. Hec iam in figura expertus erat Dauid: Me- Ps.118
mor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem
dedisti. Spes diuinorum dumtaxat datur ex
verbo. Nunquā aliter spes in diuinis/preterq̄
ex verbis innascitur. In humanis aute3 ex ver-
bis que adinuicem homines pollicitando con-
ferunt: aut ex consuetudine nature: qua semina
ex seminibus/fructus ex arboribus capiuntur:
Proinde Dauid spem tenebat ex verbo: cuius
memorem pollicitatorem dominum esse querit:
Sed est testamentum sanctum/et est testamentū
sancti sui. Testamentum sanctum vetus est: in-
tra quod si nobiscum incedit/nihil aliud immo
minus q̄ patres nostri suscipiemus. Sed inqt

Psal. 73. dauid: Respice in testamentum tuum: In eum videlicet quod disposuit p filiū sanctū suum: cuius zacharias dicit dn̄m memorari. Etiā Hieremias longe ante de testamento huiuscemodi
Hiere. 31. pphetauit. Ecce dies veniunt dicit dn̄s: et feriā domui israel et domui iuda pactū nouū (alias testamentū nouū) Nō sm̄ pactū quod pepigi cum patribus vestris: in die qua apprehendi manū/ vt educerem eos de terra egypti. Et que sequūtur/ in hac declaratione conueniūt. Nouum pactum nouūq3 testamentū non est sicut ex quo in hereditatem pterq3 temporalia nō cedebāt: sed est quo morte testatoris cōfirmato/ celestis atq3 superna cōfertur hereditas: non quo terrena salus corporalisq3 sanitas/ sed quo eterna spūalisq3 psperitas cōfertur. Testamentū sanctū sanguinem habet hircorū/ vitulorū et aliorū animalium. Testamentū sui sancti sanguinem pprium habet filij dei. Neq3 salus erat in sanguine animalium/ nec liberatio captiuorū: sed in sanguine testamenti sancti dei: put per alium zachariā p
Zacha. 9. phetā fuerat ante pdictum. Tu quoq3 in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo erat aqua. Qui sanguis ante passionē impassibiliter datur discipulis: quibus saluator di
Mat. 26. cit: Bibite ex hoc omnes. Hic ē sanguis meus noui testamenti: qui p vobis et p multis effundetur in remissionē peccatorū. Et ideo christ9 sui
Hebre. 9. noui sanctiq3 testamenti mediator existēs: quod cōfirmatur sine mortis intercessione: in redemptionem earū puaricationum que erant sub priore testamento: remissionē accipiāt omnes qui vocati et electi esse participes hereditatis eterne. Ubi eñ nouum testamentū est/ mors necesse est vt intercedat testatoris. Testamētū eñ in mortuis confirmatū est. Quod spū pphetico videbat zacharias dei memorari huiuscemodi testamenti: quod ab eterno disposuerat: p pphetas pmiserat: in quo salus: in cuius sanguine liberatio: in quo superna hereditas vocatis et electis tribuitur. Quod morte confirmandū ipse videbat: nosq3 in fide inhesitāte aspicimus cōfirma
Luc. 1. tum. De quo: **Iusiurandum iurauit ad abraam patrem nostrum daturum se nobis.** Quoniā in semine suo benedictionem constituit omnīū gentiū. **Ut sine timore de manu inimicorū nostrorū liberati/ seruiamus illi.** Porro nisi a demonum dominatu liberemur/ deo in veritate seruire nō possumus. Prius eñ a demōibus est habenda libertas: ante sunt soluenda vincula peccatorū: quibus voluntarie nosmetipsos innexnimus. Prius a carceribus oportet dimitti/ q̄ in istū deo famulatū exhibere possimus. **In sanctitate et iusticia corā ipso omnibus diebus nostris.** Quibus in timore ac misere viuimus super terrā. Ecce a quibus est habēda libertas. Ecce in quibus cōstituitur pietas. Libertas ab inimicis: euasio a peccatis. Pietas vero qua deo seruitur/ in sanctitate et iusticia plene cōsistit. Ad hec p moribus christi age

batur aduentus: vt liberaremur ab inimicis: et a criminū nexibus solueremur: vt sibi in sanctitate et iusticia diebus oībus seruiremus. Conectuntur tria hec adinuicē in ordine recte agendi: quorū vno deficiente/ moralis acceptaq3 latria non consistit. Primū liberari a maligno: secundū in iusticia et sanctitate seruire: tertiū sit oībus pseuerare diebus. Sed vbi spūs/ ibi sancta libertas. Et quoniā inimici semp impugnāt ideo saluator docuit nos quotidie dicere: Sed Mat. 6.
libera nos a malo. Et vt liberet/ ipse nobis factus est cornu. Fit libertas cum a visibilibus et corruptibilibus expeditur affectus: cum amor rerū non allicit: cū timor non inflectit ad nefas. Sibiq3 in sanctitate seruitur: cū supra sensum hominū agitur vita: cum affectiones in superna ascendūt: cū mores agūtur in omni directione virtutū. In iusticia porro altissimo famulamur cū dilectio est dignorū/ vsus et debitorū. Sed in his oībus pseuerātia opus est: sine q̄ nemo boni operis pmiū apprehendit. Et post hec conuertit ad puerū ppheta sermonē: et vates de vate vaticinium canit. Maior etate/ minor ministerio: de minore per tempus/ et maiore per gratiā exhibet pphetiam. **Et tu puer ppheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius.** Acceperat zacharias in templo per oraculū ab angelo/ qualis esset iste futurus: et q3 preiturus esset dn̄m in spiritu et virtute helie: vnde hoc quod de puero nato die octaua dicit soluto vinculo lingue/ magis est patefactio suscepti oraculi q̄ canticū pphetie: q̄ q̄ ipse spiritu prophetico loqueretur: Puer vocādus erat Joannes: quam do hoc promebatur a patre/ q3 vocādus esset ppheta altissimi. Sed parū erat q3 vocādus erat nisi euidens et index ppheta fuisset. Qui etiam vt angelus dixit/ parare viā christo i cordibus hominū baptizando et predicando pūnt. Laudatur omnino preire/ ad honorem et preparationem dn̄i subsequentis. Uituperatur autē qui ppria directione pambulat. Subsequitur dominus quos ipse pmittit: et pdicatores qui viam christo parare omni virtute cōtendūt/ fonēdo postergat. Ad quid etiā preiturus ioānes? **Ad dandā scientiā salutis plebi eius/ in remissionē peccatorū eorū.** Plebs dei prime salutis scientiā non habebat/ et q3 quē futura erat/ iā latebat in vtero: et de longinquo ad huc expectabatur a plebe. Salus aūt prima tēdebat in remissionē omniū peccatorū: cuius tūc ioannes scientiā plebi dedit/ cum dixit: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Predicatorū officium et intentio in his que zacharias de puero vaticinatur aut edicit/ ostenditur preire christū: nō a seipsis/ sed missi ab ipso aut ab autoritatē habente. Preire ante faciem eius vt semper christi noticia subsequatur. Parare vias eius/ scilicet pdicare virtutes: quibus iter est quo ad homines veniat altissimus filius altissimi dei. Et vt dent auditoribus scientiā de

salute: vt ostendant plebi: nõ in qbus corporis sed in quibus anime salus vera consistit: vt instruãt populum in quibus sit tota remissio peccatorum. Quo aũt affectu fiat ipsa remissio/ad
Lu.1. huc vaticinãdo profert. **Per viscera misericordie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.** Per illa interiora sui cordis vitalia: sc3 amores inuisibiles misericordie sue: qbus motus ex alto veniẽs nos visitare dignatus est: vt in illa sua ineffabili ꝛ incõprehensibili dilectione/ peccatoꝝ hominib⁹ tribuatur remissio: qua incarnari/ nasci/ visitare/cõuersari/docere/pati mori ꝑ nobis voluit. Quibus visceribus/qua dilectione **Illuminare disposuit his qui in tenebris et in vmbra mortis sedẽt: ad dirigẽdos** etiam **pedes nostros in viam pacis.**
Esa.9. Hoc Esaias multo ꝑdixerat tempore: Popul⁹ gentiũ qui ambulabat in tenebris/ vidit lucem magnã: sedentibus in regione vmbre mortis/ lux orta est eis. Corporales tenebre ille sũt/ vbi omnis est priuatio lucis: eo⁹ siquidẽ absentia regnũ cõstituitur tenebrarũ. Quanꝙ nihil ponatur in rerum natura: tamẽ sic est ordo loquendi vt priuatione lucis tenebrarum possit esse cognitio. Ipse lucem apprehendere nunꝙ possunt/que per priuationẽ fiunt. Tunc fugantur a luce: qua recedente veniunt. In tenebris ṽo sedere nõ situaliter dicimus: situm enim ipse nõ faciũt: sed in locis vbi nulla est presentia lucis. Sed nec de his corporalibus tenebris / seu de corporali luce istorum ꝓphetarũ fuit intentio: sed de tenebris ignorãtie atq3 peccatorum/quibus anime inuoluuntur. In quibus sedebãt iudei ꝛ populi nationũ: ꝑ eo ꝙ in his positi erant sedẽtes: velut q̇ corꝑalib⁹ tenebris circumscripti/cum quo pergãt nesciũt: etiam inuiti sedendo quiescũt. Nec lux ista veritas iam orta fuerat: quam sequi possent/ne in tenebris ambularent. Que cũ exorta fuisset/ꝛ apparere cepisset:
Jo.8. in moribus ꝛ in verbo clamauit/dicẽs: Ego sum lux mundi: qui sequitur me/nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite: quam q̇ secuti sũt/ tenebras euaserũt: tam ex iudeis/ ꝙ ex populis
Esa.60. nationũ. Hinc etiam hierusalem dicebat: Surge illuminare hierusalem: quia venit lumẽ tuũ. Et post: Et ambulabũt gentes in lumine tuo. Ut zacharie vaticinium de illuminatione illoꝝ qui sedebãt in tenebris/nõ solu3 ad iudeos/sed etiam referatur ad gentes. Quod vero vmbrã mortis adiũgit/in quandã secretiorẽ cõsyderationem immittit. Est eñ mors/ꝛ esse dicitur vmbra mortis: ꝛ vt a corporalibus ad spũalia transeamus: in his differendi sumamus exordium. Mors est priuatio vite: aut separatio anime vitalis a corpore vitam habente: que a mordẽdo nomen accepit: aut quia nimis mordet: aut q3 morsum solũ facit in parte: nõ enim in toto cõposito mors potest habere dominiũ. Non de animalibus ratione carentibus/sed de hominibus loquimur/in quibus mors virtute precedẽtis doloris corpori sensum adimit: vnde anima ipsa recedit: in qua mors non potest amplius deseuire: vt illi sensum adimat/ꝛ ad nihilum redigat. Proinde mors in parte mordet: in morsu3 totum vendicare nõ potest. Umbra vero mortis est somnus siue dormitio: que ꝓprie dicitur mortis imago. Est etiam vmbra mortis omnis infirmitas/qua peruallide corpus opprimitur: quando extasis aut sensuũ alienatio inualescit. Nam sicut vmbra prout in corporibus agitur/ est aer carens sole: sic cum in hominibus dicitur/est quedam vita sine vsu rationis ꝛ sensuu3 corporis. Sic in spiritualibus repetimus mortem/ꝛ vmbrã mortis. Mors spiritualis anime cũ peccando separatur a deo: qui est omniũ vita: ꝛ cum eterne in inferno detruditur. Umbra ṽo huiuscemodi mortis est carẽtia vere cognitionis/carentia veritatis ꝛ fidei ꝛ lucis eterne. Fit vmbra in aere ab obiecto corꝑe luci: quo remoto aeris pars illa clarescit. Sic aliquid fit in animabus hominũ/quod superne atq3 interne luci obijcitur: vnde illa vmbra mortis generatur. Sed remoueri dum viuitur potest / quousq3 detrudantur anime in infernũ/omne quod luci opponitur vt vmbra generetur. Hinc zacharias differendo fatur: Illuminare his qui in tenebris ꝛ vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viã pacis. Claret de corporali luce ac corporalibus tenebris non prelocutum zachariam/sed de spũalib⁹: vt tenebris huiuscemodi ia3 depulsis/vmbra mortis abiecta/ pedes nostri affectus pariter ꝛ intellectus / pacis dirigantur in viam: illius scilicet quã mũdus ignorat: quia carens alijs conferre non potest: sed in illam que superat omnẽ sensum: quã proximus passioni suis discipulis christ⁹ dereliqt. Deinde redit euangelista in declarationẽ ꝑcursoris: ob quem supra posita sunt cõtexta/dicẽs:
Puer autem crescebat: sc3 mole sui corporis: **et confortabatur spiritu**/ sc3 sancto: quo ex vtero plenus erat. **Qui accessit ad desertum: in quo moratus est vsq3 in diem ostensionis sue ad israel.** Lu.1
Tempus accessionis scriptura non explicat: sed a puerilibus annis desertum incoluisse credendus est: ꝛ loca quesiuisse custodie remotionis cõsistentie/apta cõtemplationi/oratiõi cõgruentia ꝛ amica meroribus: vbi tam diu stetit diuinis reuelationibus vacans/ꝛ ex omni se diuinis theorijs intendens: quousq3 mãdato domini ad israel in opere sacri mysterij monstraretur. **Et habebat vestimentum de pilis camelorum: et zonam pelliceam circa lumbos eius. Esca autem eius erãt locuste et mel syluestre.** Mar.1
Agrestis erat vita ioannis: neq3 delitijs aliquando legimus studuisse: qui ex teneris annis deserticola factus est. Qui contempta carnis mollicie / hispida veste ac riposa indutus est/de pilis scilic3 camelorum. Decens vestimentũ cuilibet christiano: vt vanitate careat; vt nõ pascat oculos

intuentium: vt sit sine nota lascivie: vt carnem
delicate non tegat: vt signet huius vite contem
ptū: vt vilitati et abiectioni cōueniat: necessitati
non voluptati cōmensuratum. Maxime autē
ei competit vestis inculta/ qui superna catego-
rizat: qui catechizat indoctos: qui ad contionē
profert rudimenta salutis: zona vero pellicea cir
ca lumbos ex aduerso confundit baltheos su-
perborum: qui etiā in zonis vanitatē ostēdunt:
et in cingulis extollentiam pandūt: et que prohi-
biturus erat quē precurrebat/ in se carendo dā
Lu.9. nauit. Quoniam saluator dicit: Nolite portare
aurum neq argentū in zonis vestris. Cibus eius
non esca electa/ sed vage locuste: vt etiam bene
famelicis comedere sit horrori. Syluestre mel
illud erat quod ex syluestribus apibus cōdeba-
tur: non hominū studio/ aut apparatu recepta-
culorum: sed prout in cōcauitatibus arborū his
auiculis natura dictabat. Igitur admirādo cō
syderate hunc puerum adolescentē/ quanta ine
dia corporali continuo laborabat: qui christū imi
tabatur: ante quē factus erat: quē vita et predicati
one preibat. Paternas edes abhorrens/ deser-
tum horridū cepit incolere: parentū alludimen-
ta deuitans/ diuinis directionibus agebat: co-
gnationē omnē dimisit/ in proprijs laribus dere-
linquens. In deserto celū pro tecto suscepit: cui
ad impressiones aereas penitus obex non erat.
Familiaritas hominū nō eū vinculauit in secu-
lo: sed in deserto bestijs domesticus erat: nō le
cto recubuit: nō opertorijs vsus est: sed guber-
nationi diuine totus expositus subiacebat. Ac-
curatio ciborum/ sollicitudo rerū/ cōpassio cor-
poris/ a suo animo et moribus exulabat. O ama-
bilis et admirabilis adolescēs/ spiritu pleno/ san
ctitate in vtero immaculate cōstans: que te tra
iecit necessitas in desertum? Quid te aduersuz
te tam rigiduz fecit? Que te culpa premebat: vt
ad illam abstergendā tot passionibus subdere-
ris? Multa tibi iā erat de te mittente noticia: pro
quo cūcta sic aspernabaris. Porro suspirabas
indubitata fide in aliā vitā: pro qua istā sic parui-
pendebas. Erat tibi pro stercore mūdus: cui re
pudij libellū tam subito intulisti. In mēbris ad-
huc rebellionē nō senseras: et ipsa quasi ab infā
tia cruciatibus mancipasti: tibi nullā alimoniaz
carni delectabilē prestās. Suspenso in celo spes
humane vite viluerat. Noueras certe mysteriū
tuum/ ad quod predestinatus atq missus eras.
Proinde te seruabas in desertis imaculatū: vt
purus purissimo occurreres venienti: cuius pro-
pheta altissimi dicebaris: et qui debebas aquis in-
tingere saluatorē/ ne te macula cōtingeret pre-
cauisti. Ad cōtēplandū hunc iuuenē sacra euan
gelij scriptura offert omnibus sectatoribus veri
tatis/ christianeq virtutis: vt sit forma viuendi
valentioribus in christi amore: atq forma hūili
tatis his qui ad tam ardua manū mittere nequi-
uerunt: aut velut tepidi noluerunt. Qui ab ipsis
primordijs quibus etas hominū absq admini-
culo itinerare potest/ habitator deserti factus est
hirsuta veste vtens: qua magis caro pungeretur
ad tactum/ quam ad solamen acciperet. Insolitus
cibus et asper/ et potus amnis erat. Et hoc is quod
non peccauerat: qui a spiritusancto ablutus erat
in aluo. Quid autem ex isto sumendo normam/
facere deberent hi qui peccauerunt? Qui tam
diu hec in desertis agebat/ quousq in iussu do-
mini mūdo ad mysteria cōplēda patesceret: nō
tamē vite agrestis mutata censura. Tempus ve
ro manifestationis euangelista seriosa narrati-
one descripsit/ dicens: Anno quintodeci- Lu.3.
mo imperij Tyberij cesaris: procu-
rante pontio pilato iudeā: tetrarcha
aūt galilee herode: philippo autem
fratre eius tetrarcha ituree et tracho
nitidis regiōis: et lysania abilenes
tetrarcha: sub principibus sacerdotū
anna et caipha: factū est verbū dn̄i
super ioannem zacharie filiū in de-
serto. Quia hic fuit missus a deo. Hic venit i Ioh.1
testimoniū/ vt testimoniū perhiberet de lumie: vt
omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed
vt testimoniū perhiberet de lumine. Et venit Lu.3
in omnē regionē iordanis. Descriptio
temporis ad euidentiā est factorum/ similiter et
fiendorū. Habet etiā inclusum mysteriū: mores
vero intendimus/ nisi per violentiā non contine-
ret. Manifestatio tamē precursoris se fideliū ob-
tutibus magis offert: que nisi per mandatū dei
facta nō esset: ad omniū valentiū verba profer-
re exemplū: ne preter mandatū dn̄i foris loquen
do procedant. Tumiditas est velle notum fieri: et
per virtutē prodire in publicū/ non parue teme
ritatis: nisi desuper iussio veniat et directio/ vbi se-
mina diuina iaciātur. Virtus in necessitate est
cuilibet ad seipsum: verbū vero ad alios habet
opportunitatē: non tamē ex propria volūtate/ sed
ex alterius directione: sed vbi volūtas et necessi
tas pari modo aut dispari quandoq cōcertāt:
necessitas preualeat/ nō voluntas. Hic vero fuit
missus a deo: et venit in testimoniū eterni lumi-
nis quod mundo apparuerat: vt de ipso perhibe-
ret testimoniū eorum que visurus erat. Et vere
agnus dei erat: qui mundi venerat auferre pec-
cata. Et testimoniū erat daturus superuenien-
tis spiritus in specie columbina/ et paterne vo-
cis que intonuit super eum. Proinde tot vir-
tutibus preditus erat ioannes: et a teneris annis
disponente dn̄o deserticola factus erat: vt ocyus
reciperet testimoniuz eius de christo a populo
iudeorum. Lux vero fontalis ioannes nō erat:
nec sua virtute refulgens: quanquam plurimū par-
ticiparet de lumine: sed christus cui testimoniū
dabat/ erat lux vera: non alterius participio/ sed
suo ortu proprio et eterno. Venit igitur ius
su domini in omnem regionem ior-
danis: in quo christum intincturus
erat: predicans baptismū peniten-
tie in remissionem peccatorū. Et vt
penitentiam agerent: quoniam ap-
propinquabat regnum celorū. Hec

siquidem verba de penitentia saluator etiam di
xit: que iam sunt disserta per modicum. Sed di
uersitas videtur in verbis: cum vnus referat di
xisse ioannem/agite penitentiā: alius dicere vi
deatur/predicans baptismū penitentie in remis
sionem peccatorum. Etiam ex euangelio plene
colligim⁹/q ipse personaliter baptizabat. Da
bat ioannes baptismū in preciū baptismi chri
sti/quem predicabat: non tamen baptismus io
annis poterat peccata diluere. Expediebat eū
suos intinctos baptismo christi ablui: vt seq̄
retur remissio pctorū: Disponebat porro io
annes verbo illos/qui baptismo christi abluen
di erant: actu vero etiam corpora preparabat.
Baptismū vero christi et penitentiam predicabat
in remissionē peccatorum: nam baptismus penitē
tiā includit. penitentia vero ad baptismū perdu
cit: vt nemo ad baptismū accedat/nisi primo pe
niteat: penitētia nō valeat/nisi aqua perfundat.
Et verbum interne factum super ioannem/dum
morabatur in deserto solitarie: ipsum ilico in
struxit/vt virtutem dandam elementis per ver
bum prolatum agnosceret: nec salus hominib⁹
esset nisi corporalis esset intinctio: que per vir
tutē inditam verbo inuisibiliter animas lauat:
his dūtaxat exceptis/qui in sanguine aut flami
ne abluuntur. Duo protinus ad initiandū ho
mines ad aliam vitā p̄dicabat ioannes/penitē
tiam et baptismū: penitentiā scz et recessum a vi
tijs/ab erroribus/ab infidelitatibus: quib⁹ ho
mines tenebātur: et ablutionē/qua ab huiusmo
di contagijs lauarent initiati ad actionē virtu
tum. Sic enim Petrus dicebat his qui timue
Act.2. runt/querentes de euadendo consiliū: Penitē
tiam inquit agite: et baptizet vnusquisq; vestrū
in nomine iesu christi/in remissionē peccatorū
vestrorum. Hec predicatio semper in necessita
te consistit: etiā his q ab originali contagio sūt
abluti/si alijs cōtagijs sunt infecti: vt videlicet
penitentiā agant/et iterū baptizentur: nō tamen
Hebr.6. rebaptizentur: quoniā vt ait Aposto.: Impos
sibile est eos qui semel illuminati sunt: gustaue
runt etiā donū celeste: et participes facti sūt spi
ritussancti: gustauerunt nihilominus bonū dei
verbū: virtutesq; futuri seculi: et prolapsi sunt: re
nouari rursus ad penitentiā: renouari scilicz ba
ptismo: quo culpa dūtaxat originalis deletur/et
omne crimen quo intingendus illa hora esset in
fectus. Sed a posterioribus vitijs postillā pri
mā ablutionē/nō est renouatio per eandem. Atta
men sunt alia baptismata/in quibus reabluitur
qui resorduit/cum penitentiā egerit. Omnia si
quidē sacramenta/excepto propagationis huma
ne/ablutoria sunt/baptismi sunt. Virtutes etiā
lauatoria sunt: quibus lauari possunt hi/qui p̄
mā ablutionē posterioribus peccatorum macu
lis fedauerunt. Confirmatur autem predicatio
ioannis vaticinio Esaie/cum dicitur: Sicut
scriptum est in libris sermonū esaie
Esa.40. prophete: Ois vallis implebitur: et
omnis mōs et collis humiliabitur,
Et erunt praua in directa/et aspera
in vias planas. Impletio vallium/exalta
tio est humiliū. Humiliatio montiū et collium/
depressio est superborum Qui deposuit poten Lu.1.
tes de sede: et exaltauit humiles. Et alibi: Ois Lu.14
qui se exaltat/humiliabitur: et qui se humiliat/ex
altabitur. Et Jacobus apostolus: Superbis Jaco.4.
deus resistit: humilibus autem dat gratiam. Et
Esaie textus sic continet: Omnis vallis exalta
bitur. Hec siquidem per aduentū domini/et per
operationem christi hominibus prouenire de
nunciat. Et erunt praua in directa/et aspera in
vias planas. Et videbit ois caro salutare dei.
Obliquati erant homines/et praui facti erant:
nec erat in eis rectitudinem reperire: cum syna
goga recesserit ab obseruātia preceptorū: et cul
tibus idolorum erat dicata gentilitas: q̄uis in
populo iudeorum pauci reperirentur adhuc ze
lum legis habentes. Et incessanter homies in
prauitate cordis sui ambulabant: nec erat q ad
veritatem dirigeret: neq; qui ad rectitudinē ho
mines reuocaret. Altitonabat Joannes illam
mundo aduenisse iusticiā: que prauū reuocaret
ad rectum/et asperū sua virtute molliret. Nā qd
prauū et asperum sit in rebus/ipsa euidentia do
cet: et loquendi cōsuetudo demonstrat. In mo
ribus alius se obijcit intellectus. Nam prauus
est omnis qui ex vsu longo et cōsuetudine mala
didicit male agere: rectitudinē rationis et iusti
cie in animo et moribus pretermittens. Corrigi
tur autem per iusticiā: quoniā ipsa est que de pra
uo rectum facit: siue iusticia fidei/que prauos per
incredulitatē dirigit. siue moralis/que homies
in perditis moribus deprauatos ad recta facien
da reducit. Prauus est peruersus ab aliquo vitio
intantū/vt intentionē pariter et actionem in se
ipso peruertit. Prauus est omnis qui se obsti
nate tuetur in malo: et aduersus quod est bonū
obdurate consistit. Asper est autem omnis qui
inequalitatē habet: et qui est dissuauis eloquio
et conuersatione molestus: qui aspernatur salu
tis monita: et plus rigide increpat eum iustissime
increpantes/q̄ fuerit increpatus. Erunt igitur
praua indirecta/et aspera in vias planas: cum
peruersi per iusticiam dirigentur: et iniqui ambu
labunt vias et semitas equitatis. Et videbit Lu.3
omnis caro salutare dei. Salutare dei
est dei filius ostensus in carne. Aliter ocul⁹ car
neus videre nō potuisset/nisi esset ab eo nostra
suscepta natura. Sed omnis caro rationalis
hominis/nō irrationalis animalis: omnis ca
ro iudei et greci: quoniā carnis nomie in hoc
loco signatus est homo. Sic et in Genesi legit:
Omnis caro corruperat viam suam. Nō enim Gen.6
deus de carne animaliū irrationabilium dicit:
quoniam eorum merito deus non disposuerat
diluuium inducere super terram: q peccare aut
aliquid in virtute agere recte non poterāt. Sed
propter peccata hominum volebat deus mun
dum vniuersaliter baptizare: vt aperte totū di
ceretur: omnis caro/id est omnis homo corru

perat viam suam. Sic et aperte totum in isto dicto prophetico quod allegat Joannes/accipitur: ut omnis caro/id est omnis homo videat salutare dei: scilicet humanatū filium dei. Et quāq̄ in hac vita singulariter eum omnis homo non viderat: attamen si vnus dūtaxat vidisset/ recte dici potest q̄ omnis vidit: cum nec sunt plus homo omnes homines q̄ vnus homo. Etiā si dū vixit/ab hominibus non est visus: videbit ab omnibus dum veniet iudicaturus: non tamen in deitate sua/sed humanitate suscepta: iuxta illam sententiā qua dicitur:
Apoca. 1 Videbit eum omnis oculus: et qui eū pupugerunt. In hoc q̄ Joannes de Esaia testimoniū ptulit/ q̄ videbit ōis caro salutare dei: quedam questiuncula me constringit: videlicet q̄ hoc non sequit ad id/quod primo allegauit. Nam cū dicitur: erūt praua in directa/et aspera in vias planas: statim sequit: Et reuelabitur gloria domini: et videbit omnis caro pariter quod os domini locutū ē. Et hoc quidem dicitur: cum hierusalem esset in babylone futura captiuitas: ne desperatione hierosolyma frangeretur. Quod autē in euāgelio cōmuniter scribitur/etiā ex Esaia sumptū est: sed multis mysteriis interpositis pro illo tempore quo populus in egyptum descendit/ assyriorum calumniā passus. Nō tamē omnibus verbis q̄bus in euangelio scribitur: sic enī illa scriptura
Esaie 40 dicit: Et videbunt omnes fines terre salutare dei nostri. Sed est sane cōcordia concentusq̄ verbor: si cōnexio sententiarum et causa intellectu pspicaci colligitur. Verūtamē vt sententiarum ɔcordiā possimus agnoscere/prius verborum dissonantiā videamus. In Esaia scribitur Et videbit omnis caro quod os domini pariter locutū est. Idem Esaias dicit: Videbūt oēs fines terre salutare dei nostri. In euāgelio aūt Videbit omnis caro salutare dei. Quod sequitur cōtinuo ad id quod Joannes allegat/scz q̄ os domini pariter locutū est: idē est quod salutare dei: hoc enī os domini locutū fuerat/q̄ in plenitudine tempor volūit ipse deus mūdo reuelare. Iuxta quā sententiā etiā symeon senex
Luc. 2 benedicēs dominū dixit: Quia viderūt ocli mei salutare tuū: quod parasti ante faciē omniū populorū. Quod dicit ōis caro idē est q̄ omnes fines terre/scilicet homines qui sunt in omnibus finibus terre: sensum verbor/ nō seriē accepit aut Joannes allegans/aūt euāgelista scribēs: De visione vere fidei atq̄ glorie nō est p̄ singula disserendū.
Matth. 3 Tunc exibat ad eum hierosolyma/et omnis iudea/et omnis regio circa iordanem: et baptizabātur in iordane ab eo/cōfitentes peccata sua. Ecce predicatio ioannis sortiebatur effectū: quia penitentiā agebant/cōfitentes peccata sua. Et querebant remissionē/cum baptisma susciperent. Et iam late dispersa erat fama ioannis: cum solū in regione iordanis existens/nō solū illa regio: sed etiam de hierosolyma et de iudea vt predicationem audirent/et baptisma susciperent/ pperabant: peccata etiā cōfitentes. Sed hec omnia dispositiones erāt ad christum: et ad illam sacramentorū formā/ que post spiritum sanctū tradita est ecclesie orthodoxe. Nam predicatio ioannis quanq̄ ex omnibus vera esset: attamen ad condendum euangelium disponebat baptismus eius ad eum quem christus daturus erat. Confessio vero turbarum distincta non erat: vt singuli singulariter peccata ioanni confiterentur: velut ecclesia spiritusancto predita/tradidit omnibus fidelibus in preceptum: vt si delinquūt recepto baptismate/ ad illam veniant iterum abluendi. Et nec ioānes huiusmodi cōfessioni potuisset intendere: cum turbarum multitudine vallaretur. Sed audientes predicationē eius cōpungebantur et confitebantur publice in legis peccasse iusticiā: nō in iusticiam fidei/quā nondū susceperant: cū christus adhuc predicare atq̄ palam fieri nō fuisset exorsus. Videns autem multos phariseorum et saduceorum venientes ad baptismū suū/dixit eis: Progenies siue genimina viperarum/ quis demonstrabit seu ostēdet vobis fugere a ventura ira? Pharisei sunt qui ob aliquid insigne foris ostensum/magis religiosi a ceterisq̄ diuisi videbantur. Saducei etiam iusticiam quā non habebant/pretendebāt: negantes resurrectionē/abrenunciantes pphetas: tm̄ quinq̄ libros moysi recipientes: et asserunt animas cū corporibus interire. Qui an recto zelo an fallaci venerunt ad baptisma ioannis/non immerito dubitat: ex eo q̄ ioannes eos tam audacter argueret/dicens. Progenies seu genimina viperarum. Diuersitas est vocabulorum/ non sententie: quoniā pgenies et genimina idē in significato et effectu rei cōueniūt. Quare autem hos appellauerit filios serpentis/est querēdum: ne nos posteri in hanc nequitiā veniamus: aut si venimus/abscedamus: q̄uis hoc pluribus sit dissertum. Filii autē serpentis qui pessimos et fraudilogos imitantur: qui terrena sectātur: quoniā terra illius est cibus/qui anfractuose pcedunt: qui humanā habent prudentiā: nō diuinam/non celestē: sed omnino terrenā. Proinde ioannes sic eos arguendo cōfundit: imo ne in posterum cōfundant/in cōsyderationē cautelorum immisit. Quis demonstrabit aut ostendet vobis fugere a ventura ira? Parum enim vobis ad me pro baptismo venisse/nisi vobis melius pvideatis in futurū. Si ostēsum est vobis vt ad me purificandi veniretis: si tremuistis ad verbū meū: si vos qui sapientes et iusti videbamini ab aliis similiter et in oculis vestris/humiliastis animas vestras: vt vos in aqua intingere patiamini: vobis oīno nō pderit: nisi vt ab ira ventura fugiatis/ab aliquo ostendat. Quis ergo ostendet vobis si ficte venistis: si animo cōtemnitis/quod ope diligere demōstratis: q̄ cum multitudine turbar curritis: si fidē seqmini plebeior: ne discordantes ab eis etiā iniqui habe-

remini: qui queritis iusti videri: vobis non cedit in psperitatem nisi futurū iudiciū caueatis: a quo sententialiter et eternaliter nō inuolui quis mōstrabit vobis? Sed quia penitentiā pdicaui/cōpuncti estis: nisi penitētie veritatē intus agatis/ nō sufficit vobis exteri⁹ abluī. Sed facite fructus dignos penitentie. In hoc protinus ostēdetur vobis fugere a vētura ira. Prudens et pia pdicatoris pditio/cū audacter de vitijs arguerit auditores: vt ilico curā adhibeat: vt statim opponat remedia: ne peccatores desperatione frangātur. Opportune predicatori hec debet adesse prudētia: cum viua voce ventura mala et eterna fuit cōminatus: vt sine intercapedine tēporis inferat de cauendo scientiā. In foueā desperationis cōtinue animus caderet: ineuitabiliter ire se credēs in eternū supplicium/si nullum posset esse remediū. Aut deus iudicaret impi⁹/si ineuitabiliter supplicia peccatoribus statuisset. Porro nunq̄ esset dei misericordia pdicāda/si vitari neumodolibet posset decernētis iusticie pena. At q2 sciebat ioannes dei esse iusticiā simul et misericordiā: nouerat etiam mundo nō defuere peccatores: et p penitentiā posse indulgentiā reportare: ac p penitentie dignos fructus venturā irā faciliter deuitare. Sāctus pdicator nō odit hoīes: q̄uis opportune et importune arguat de peccatis: immo si peccatores mordaciter pungit: in eo tamen q̄ sunt homines diligit. Proinde statim ad argutionē scelerum annectit remediū agēdorum. Facite ergo fruct⁹ dignos penitētie. Multi multa hic dixerunt/cum vellent fructus dignos penitētie declarare. Aliqui comice/aliqui plure: vtriq3 tamē optime differētes. Ego vero nescio qualiter sum traiectus in aliū ordinē differendi. Supra Joānes dixerat: Penitentiā agite: appropinq̄t enim regnū celorū. Similiter et christus hāc eādē sententiā ptulit/cū pdicare cepisset: addentes quid ad penitentiā subsequatur: baptismū3 sc3 et credulitatē euangelij/et regnū celorum in premiū penitentiū. Nunc vero Joānes aliter orsus/p deuitanda ira ventura fructus penitētie adiecit: acsi aliud esset penitētia/ aliud fructus ei⁹. Sed cū sepe penitentiā diffineamus/ ad psens tantū de fructibus eius disseramus. Ois quippe virtus pprios habet fructus: quorum primus est idē fecisse quod est. Nā primus fruct⁹ fidei est credere/spei sperare/charitatis diligere/ humilitatis humiliari/obediētie obedire: sic q̄dem est de omnibus virtutibus reperire. Nec primū fructū virtus extra seipsam habet: ad seipsam p actū eius fructificādo reflectit. Sicut et in artibus reperit: vt artis nautice nauigare primus sit fructus: lucrū vero quod ex nauigatiōe venit/ nō est fructus artis/sed hominis nauigātis. Et medicinalis artis fructus sit sanitatē inducere: lucrū vero fruct⁹ est medici/nō medicine. In sensibus etiā hominū/fruct⁹ visus est videre: quāq̄ sit alia hominis vidētis intētio: sic et in ceteris sensibus fructus est ppria obiecta sensisse. Primus igit penitētie fructus est in veritate penitere: fructus itaq3 dignus sc3 cōueniēs est penitētie: vt in veritate in animo fiat. Veritas igit penitētie omne placitum / paruū siue magnum/ mūdane delectationis excludit: et tā viā iniquitatis q̄ mortē corporis plus abhorret. Hui⁹ fructus visus sibi est indignior q̄ in veritate vidisse cui si omnis corporis moles in quo est deprimeretur/si ibi nō esset periculum: dum ipse posset in sua veritate cōsistere. Primus fructus et amor naturalis omniū rerum est in pprio esse posse manere. Porro fructus penitētie cū sit penitentiā sc3 cognitionē peccati et damni auersionis diuine/dolorem male actorum/odium iniquitatis/ cautelā omnimodā futurorum veraciter int⁹ in animo suscepisse: ista in veritate pficiet: cōtraria queq3 deuitans: nihil q̄ sic nō esse amplius ptimescens. Et cum pterq̄ de peccato nō sit in hominibus penitētia indita: et pterq̄ peccatū nihil sit penitētia dignum: expedit vt digne alterum altera cōpensetur. Dignum siquidē peccatū penitentia: et ipsa peccato digne debetur. Erit igit penitētie dignus alius fructus: cum ipsa equabit delictum/aut quod pperam est cōmissum. Dignior autē/si omnino superaret. Sed hoc omnino me in sciētia pterit/q̄ aliqua penitētia posset superare peccatum: cum sit infinitum: p eo q̄ infinito deo displicuit. Audacter dixerim: si potuisset homo delicta et peccata p penitentiā superare gratis fuisset crucifixio saluatoris. Sed q2 homo p penitentiā peccatū superare nō potuit: nec posset etiā si mala omnia in vnū cōflata paterentur: ideo infinitus deus p assumptā carnē p oibus in cruce penitentiā egit. Equari autē penitētia possit: vt tantus esset dolor animi/quanta fuit delectatio cōmissi peccati: et equa futurorum cautela: sicut fuit plapsio in cōmissis. Digne peniter/dignusq3 dicitur penitētie fructus: cū ipsa dolendo equat ad crimē. Alium fructū penitentie dignum attentius iudicaui: si virtutis amor preualuerit amori quē quis habuit in his quibus ante peccauit: et delectatio bonitatis delectationē nequā exuperet: et tantū ad id quod nefas est odium degeneret/quanta extitit delectatio in q̄b⁹ anima culpate delectata iacebat. Nec nō p abstinentiā licitorum fructus dign⁹ penitētie agitur: cum quis abstinet ab his quibus ante peccatum libere absq3 culpa vti potuisset. Apostolus autem in ministerium iusticie fructū dignum iusticie posuit: cum de liberatis a peccato loqueret/dicēs: Humanū dico propter infirmitatē carnis vestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire inmundicie et iniquitati ad iniquitatē: ita et nūc exhibete mēbra vestra seruire iusticie in sanctificatione3. Hec enim est opportunitas apostolice sentētie: vt sicut membra hominis que accōmodata sūt anime/vt sint instrumēta virtutū: que aīa nequā semp conuertit ad actionē culpabilē vitiosam: cum vero p penitentiā resipiscit: ita conuertat in obsequium diuine iusticie/sicut iniquitati per

Lu. 3 Ro. 6

Quid aūt in fide fecerint: quātaq; cōstantia p-
diti fuerint patres veteris testamenti: quorum
corda in filios noui testamenti ioannes scilicz
gratia noua data cōuersurus erat: qui epistolā
Hebreo.10. Pauli ad Hebreos ad plenū legerit/oīno intel
liget: ab illa scz parte qua hortatur ad patiētiā/
dicens: Patientia enim vobis necessaria est: vt
q; quasi p tantā nubem testiū eos quib⁹ scripse-
Hebreo.12. rit/dixit cōfirmatos. Ideoq; ⁊ nos tantā habē
tes impositā nubē testium/deponentes oē pon
dus ⁊ circūstans nos peccatū: p patientiā cur-
ramus ad propositū nobis certamen: aspicien-
tes in authorem fidei ⁊ cōsummatorē iesu3. Ec
ce corda patrum: ecce fides ipsorum: ecce actio
nes venientes de soliditate cordiū: que conuer
tenda sunt in animos filiorū: que tunc conuersa
feruntur in filios/cū filij hisdem directionibus
aguntur in nouo testamento quibus illi in vete
ri agebantur. Fuit enim ipsorū vna credulitas
expectantiū christū/que ⁊ nouorū filiorū qui eum
pcessisse iam credunt. Nec a vero absonat intel
lectus: vt gratia id efficiat q qui priores sunt/
eos qui minorant/tanq filios sacra pietate gu
bernent. Satis aūt catholice veritati se sociat:
q patres authoritate ad filios intuitu gratie i-
clinent. Nulla dissonantia in ecclesia turpior:
nulla damnosior possit esse scissura: q si patres
in spūalibus psidentes/filios subditos suos nō
ducerent regia via: nō instituerent sacra doctri
na: seu si se nō pberent sancte imitatiōis exem-
plū: si nō reuocarent erroneos: si nō solidarent
infirmos: si pusillanimes nō cōfortarent: si nō
corriperent inquietos: si nō cōpaterent egenti-
bus: si indigentibus nō subuenirēt: si nō tracta
rent singulos affectu paterno: si amor rect⁹ nō
traheret ad corda filiorū. Sed hoc bonū suadet
gratia: hoc fieri ipsa sollicitat: quā signat pcur-
sor/quā ioānes in oī sua imagine pfigurat: qui
etiā cōuersurus nunciabat ab angelo incredu-
los ad prudentiā iustorū. Omnis incredulus in-
Psal.13 sipiens est: ⁊ oīs insipiens incredulus est. Quo
niā dixit insipiens in corde suo/nō est de⁹. Vn
insipiēs? Quia incredulus: dicēs in corde suo:
quia nō est deus oīm creator/atq; in humanita
te redemptor: Et q nō est ille q humanatus hu
milia gessit/docuit/⁊ miracula operatus est: q
sic humiliatus est/vt tanta opprobria pateret:
vt crucem tandē mortēq; subiret. Eque autē in-
credulus: nisi quia insipiens in insipientia sua p
sistens/nolens humiliari ad credendū. Nā insi-
pientia ostendit incredulitatē: incredulitas vo
pandit insipientē. Sed est gratie mysteriū: vt in
credulos ducat ad prudentiā iustorū. Proinde
cognoscat vnusquisq; incredulitatē insipienti-
am/immo stulticiā esse: cui iustorū prudentia ex
aduerso obijcitur. Proinde relicta incredulita-
te in sapientiā atq; intelligētiā puenitur: Esaia
dicente: Nisi credideritis/nō intelligetis. Qui
nō credit/nō intelligit: q nō intelligit/insipiens
est/aut sapiens esse nō pōt. Iustorū aūt pruden-
tia credulitas vera est: quoniā iustus ex fide vi-
uit. Unde viuit iustus? Ex eo q credit. Que iu-
sti vita? Ipsa est sapientia. Porro id agit gra-
tia/vt ad iustorū prudentiā veniat. Verūtamen
si discurrimus/est prudentia paganorū: qui non
iusti: qm ceruices idolis inclinabāt. Est ⁊ mun
danorū: que teste apostolo/stulticia est apud de 1.Co.1
um. Est ⁊ carnaliū: quo etiam tradente dicitur: Ro.8
Prudentia carnis mors est. Est ⁊ seculariū: se-
cularia queq; sectantiū: de qbus saluator cōpa-
ratiue disseruit: Dico vobis: quia filij huius se Lu.16
culi prudentiores filijs lucis in generatione sua
sunt. Et filij agar exquisierūt prudentiā que de
terra est. Iustorū vo prudentia illa est que in di-
uinis prouidū facit: iuxta quē intellectū loque-
batur Dauid: Sup inimicos meos prudentem Psal.118
me fecisti mandato tuo: qr in eternū mihi est. Il
le qui christi est amicus/inimicos habet inuisi-
biles tetros: qui omnibus inimicant christi ser
uis/nullo interpossibili feciali ad patrē: qui sup
oēs sunt atrocissimi/penis insatiabiles: ⁊ quod
nefandi⁹ est/omnifarie deceptores: fulgētes
adhuc igenij subtilissimi claritate: imagine ple
rūq; virtutū fucantes mala que suggerunt: vt i-
uadāt hostilius: hostilius sepe cedūt: q aut tra-
hunt in baratrū vitiorū: aut extollunt: aut cōtri-
stant: aut fallunt in actiōe virtutū. Sed satis fa-
ctus est prudens sup huiuscemodi inimicos/ q
eos potuit pcauere: q eorum laqueos deuitauit.
Prope modū excessit adā: qui supra inimicos
inuisibiles factus est prudens: quorū fortitudo
pualida/sapientia nō obtusa. Sed nemo fit pru-
dens nisi mandato dñi: nō qr mādat/sed obser-
uando quod iubet. Inimicus mundus: inimi-
ca caro: inimica nouerca natura: inimici hoīs
domestici eius. Perstat prudētia: stultus est q
ad hoc uindeclinauit insidias. Ab ipsis illesum
existere prudentia coronabilis est. Siquidem
mandato dñi hec prudentia dirigit: prudentēq;
facit authorē: hec eīn initiū prudentie est iusto
rū. Plena vo est theoria ⁊ actu virtutib⁹ peror
nari: maxime illis q aīam reuiuiscere faciunt a
morte infidelitatis ⁊ a mortuis curis vite laben
tis/eijcientes possessorē in eū q p mortē libera-
uit a morte. Hec pmus est iustorū prudētia: vt
ab omni dissoluat visibili: ad inuisibilē deum/ ut
carnē visibilē factum suū cōtubernalē inducat:
ppter quē stultū mundo fieri apex est prudētie.
Quid igit hac dissertione angelus intendebat?
cū ioannē dicebat ad prudentiā iustorū incredu
los cōuersurū: nisi prudentiā illā edicere cū acti
one precomis: que omnē aliā stulticiā appellat?
Humana prudētia vsq;quo trāscendit: cū cruci
fixum stultū/crucē stulticiā/sequaces crucifixi
terrena sapientes dixerunt esse vesanos. Sed
quod stultum est dei/sapientius est hominib⁹.
Ad quam stulticiam gratia ⁊ intelligentia veri
tatis q in ioanne signatur/inuitat: vt in hoc ista
conueniant: vt populus in conspectu dei fiat in
veritate perfectus. Quod angelus subsequen-
ter adduxit/dicens: Parare domino ple
bem perfectam. Nullus perfectus est po-

pulus: Concio nulla recta. Omnis cõgregatio
publica res hebescit: nisi omniũ dño sit para-
ta: in illa pfectione dñs apparet qua pter christum
maioribus prestatur sancta obedientia: consuli
tur ppense minoribus: vt exigit indigentia sub
uenitur: qua tollantur iniurie: qua fides vera est
vades: qua iusticia est cõmunis: qua nulli ven-
ditur quod sibi de iure debetur: qua ppulsatur
iniquitas: qua innocẽtia nõ succumbit: qua re-
gnũ nõ tenet nequitia: qua honore inuicẽ homi
nes se preueniũt: qua plus attollit sanctitas ꝙ
scientia: qua virtutes verbis ⁊ eloquentijs pfe-
runt: qua populus cõgregatur in nomine dñi:
qua diuine virtuti condita ciuitas cõmẽdatur:
qua nihil statuitur legibus quod diuinã legem
effugiat: qua plus morũ ꝙ meritorũ cauet pdi-
tio: qua cor vnũ ⁊ anima vna plebeorũ oium est
in dño: qua nõ in hoc mũdo aut in seipsa tãtũ
sed in christo dño gloriatur: qua nil ad pfectuz
vendicatur: nilqz ad defectum euenisse causat
preterꝙ in ratione virtutis: qua ppter illã nõ ti-
metur vulgare iudiciũ: qua deridetur exempta
machera: mine vt inania, tormẽta velut somnia
estimantur: qua verũ nõ terrore siletur: qua est
omniũ quod singulorũ: ⁊ singulis offert in cõ-
mune deductũ: qua intendit vt numerositate vir
tutũ popul9 augeat. Sed que celestis celestiũqz
nũcius arcanorũ terreno sacerdoti nũciabat, p-
optime sibi placuere: sed suã ⁊ vxoris pcogitãs
senectutẽ, posse fieri hesitauit: ppterea dubitan
ter exquisiuit ab angelo. **Cui dixit zachari
as: Quomodo? Uñ hoc sciam? Ego
enim sum senex: et vxor mea pcessit
in diebus suis.** Humana sapiẽs, rationes
ptendebat humanas: cũ supra naturã penitus
nõ aspiceret: quã in seipso ⁊ in vxore ad cõditi-
onem plis defecisse causatur. Sed supra natu-
re virtutẽ ex sterili atqz sene nasciturus erat ioã
nes: quoniã nõ de lumbis nature, sed de virtu-
te supne potentie virtus ⁊ gratia ipsa procedit.
Sepe quoqz in hominibus agitur: vt ipsũs inue
terauerit in terra nõ sua: ⁊ caro pcesserit in de-
lectationib9 suis: ꝙobrem difficile videat posse
gratiã pmereri. Sed optimus arcanorũ ⁊ im-
positorũ dissertor nõ sua, sed posse fieri asserit
virtute mittentis: cũ dicit: **Ego sum gabri
el qui asto ante dñm: et missus sum
loqui ad te, et hec tibi euangelizare.**
Non sua voluntate aut authoritate angelus se
venisse dicebat: cũ suã assistentiã esse dixerit an
deum ad iocundã fruitionẽ, ⁊ ad obedientiã ex-
equendã: nec se venisse, sed missum fuisse dicit,
vt loqueretur zacharie in templo a dextris alta
ris incensi: ⁊ euangelizare, id est talia bona non
sperata, nõ petita nũciare sibi. Pretulit ad cer
titudinẽ respõdendo angelus suũ nomẽ, q dei
fortitudo interpretat: vt id efficiat diuina potẽ
tia, nõ virtus angelica: Et questioni ex hesitati-
one pposite: vt quod dicebatur, vnde fieri pos-
set agnosceret: p signo future rei ⁊ p multatio-
ne icreduli taciturnitas ẽ adiecta. **Et eris ta
cens et nõ poteris loqui vsqz in diẽ
illum quo hec fiant: pro eo ꝙ nõ cre
didisti verbis meis, que implebun-
tur in tempore suo.** Quoniã oia tempus
habent, que suis dispõsitionibus currunt, vni-
uersa sub sole: aliuni locũ dissertionis habet in-
credulitatis ista multatio. Sed vera taciturni-
tas cõpetebat, quousqz pnunciatus ioãnes ab
angelo nasceretur: quoniã imponendũ erat sy-
nagoge silentiũ: ⁊ legis cerimonie abolẽde: cũ
noua mundo figura gratia parabatur. Magis
autem esse vetus testamentũ tacendo cõstabat:
quousqz noui testamenti gratia desup illuxisset:
aperuissetqz labia elinguium: ⁊ disertas faceret
linguas mutorꝫ. Siluisse dicitur loquens nõ ex-
auditus: ⁊ qui postulata nõ obtinet, ac si tacuis-
set. Nã clamor moysaice legis, omnis exclama-
tio pphetarũ, tota precatio veteris sacerdotij,
ois bestiarũ oblatio, taciturnitas quedam erat
cũ vsqz in id temp9 dñs inexorabilis extitisset: ⁊
nubẽ opposuisset, ne transiret oratio peccato-
rum. Necnõ ⁊ iustorũ precamina repudiabãtur
ad gloriã: quousqz plenitudo temporis aduenis
set: in quo signanter sacerdos multaretur silen-
tio: quia nõ erat ille summus sacerdos, q semel
p pprium sanguinẽ intratur9 erat in interiora ve
laminis: p quẽ erat soluenda captiuitas pecca-
torum: danda remissio adoptionis: prestãda li
bertas: ⁊ supne patrie petitio admittenda. Nõ
erat illud sacrificiũ occisi pecoris offerẽdũ in p
cium: sed sanguis christi, clamaturus de terra
p omnibus exaudiendus in cruce. Intrãte ve
ritate noui testamenti, merito taciturnitate sa-
cerdotiũ erat plectẽdũ: quasi semp in silentio
pmansisset: donec mundo pateretur q i lachry
mis ⁊ clamore valido p sua reuerentia exaudi-
retur in cruce. Et vnũ esset sacerdos et hostia,
eternus vterqz: vno clamore vterqz p eternis
exaudi9 eterne. **Interea erat populus
expectans zachariam: et mirabatur
ꝙ tardaret ipse in templo.** Laudabilis
mos est tãdiu expectare sacerdotẽ, ꝙdiu sacrifi
care pficiat: vt sit pseuerantia vtrorũqz. Sed mi
ratur populus diuinorũ nescius arcanorũ: cuz
moram facit qui diuinas suscipit theorias. **Et
egressus nõ poterat loqui ad illos.**
In tẽplo multatus, egressus extra nõ loquitur:
vt virtus alia ꝙ humana credat astitisse in tem
plo: cõplens silentio veterẽ sacerdotem: in quo
scz christus nouus noua docens, supna pmul-
gans, reprobandus erat, ac si tacuisset, aut si fu
isset locutus inania. Egressus extra nõ loquit,
penã possidens quã accepit: quasi populo innu
eretur ꝙ sacerdotiũ oratio ad exhaurienda pec-
cata inualida extitisset: ⁊ ꝙ ad nouũ aliũ se para
rent, cũ a veteri nõ potuissent habere responsuz:
⁊ desperatio indicebatur, cum a muto doctri-
na non posset egredi, neqz consilium. Sed spes
ex aduerso constabat: vt in se rediret populus
meditans quomodo sperare posset in aliũ. **Et
cognouerunt ꝙ visionem vidisset i**

templo. Cognouerunt ꝙ vidisset: sed ignora
uerunt quid viderat: vt reparentur introrsus in
meditatione spiritus/ꝙ a ꝯditione templi nūꝗ̄
simile extitisset: qui velut rudes terrenis adhuc
implicati/nesciebant ex partus eximia cogitare:
nec se transferre in altitudinē fiendorum. Sed
illis innuens permansit mutus. Aliorum mem-
brorum signo ⁊ motu notū fecit: vt populus a
templo recederet/nec amplius expectaret: quo-
niā ipsi pro sua vice incensa posuerat: et ꝙ ipse
impotens loqui erat. Nam quanꝗ̄ lingua disse
rens muta consistat: tamē multis alijs signis at
ꝗ figuris testamenti veteris cūcta mysteria re
cessum innuebant a templo: ne amplius redem
ptio expectaretur ab illo: ⁊ ꝙ in spiritu ⁊ verita
te locus orationis ⁊ exauditionis futurꝰ omni
no erat: ⁊ ꝙ omni posito incenso veteris testa-
menti protinus erat christus. Et factum
est vt impleti sunt dies officij eius/
abijt in domū suam. Redeat vnusquisꝗ
ad seipsum: vacet vtilitatibus ꝓprijs: ocio non
marcescat/qui est amotus a publicis. Post
hos autem dies vxoris corpore fungens/nō ex
citatus ardore libidinis/sed promisse motꝰ de-
syderio prolis: vxor eius helisabet casta mente/
non corporis excitata libidine/immissione semi
nis in originali culpa concepit: quam spiritus-
sanctus paulo post anima infusa corpori penitꝰ
expiauit: vt gabrielis verificaret ꝓmissum: quo
niam spiritusancto adhuc existens in vtero re
plendus erat. Et occultabat se helisabet mensi-
bus quinꝗ: pudicitia repressa senili: eo ꝙ in se-
nectute aufugisset sterilitas: ⁊ transacta iuuen-
tute adesset fecunditas. Bonus est pudor: sed
non operibus creatoris. Bonus est pudor/sci
licet quo culpa cauetur: non quo virtutis opus
obtunditur. Laudabilis erubescentia: que ita
refrenat ne procedatur in nimiū: ne in id quod
non expedit/declinetur: ne id quod est imperti
nens/in actionem deueniat. Sed nec quisꝗ de
bet erubescere a superiori impositā actionē: aut
quod est miraculi seu bene ꝯstitute nature. Nec
quisꝗ̄ plus sibi in honestate tribuere/ꝗ̄ decre-
uerit iusti amoris authoritas. Plus debito sibi
arrogat/qui in seipso magis cauet insolitam ꝗ̄
domini facilem actionem. Habebat siquidē ta-
lis occultatio aliquid humani respectus: ⁊ por-
rigebat audientium risus/ꝙ steriles ⁊ senes car
nalibus actionibus se dedissent. Timebat ad-
huc infamiam: ⁊ famā amabat humanā: cum se
se quinꝗ mensibus occultauit: tacite secum cō-
ferens/dicens: Quia sic fecit mihi dñs/
in diebus quibus respexit auferre
opprobrium meum inter homines.
Vir mutus effectus vxori quod viderat ⁊ audie
rat in templo/nunciare non poterat: idcirco he
lisabet talibus suspitionibus laborabat: a quo
si audiuisset mysterium/ non talibus angustijs
angeretur/aut perplexitatibus titubaret. Sed
quid est quod dicit: quia sic fecit mihi dominꝰ?
Sic vt in senectute atꝗ sterilis existens cōcipe

ret: vt duo nature ordine penitus obuiarēt/ne
cōceptio fieret: sed in his que supra naturam fa
cta noscuntur: siquidem reputatur quod conce
pit etate grandeua ⁊ sterilitati subiecta. Sꝫ hoc
ad maius credendum prerogabatur mysteriū:
quoniam virgo erat conceptura pariter ⁊ pari
tura omniū salutare. Sed fecit hoc quando dis
posuit illi auferre opprobrium inter homines.
Opprobrium inter homines infecūditas erat:
sed non apud deum damnabatur opprobrio:
cum non sit in hominis potestate/sed in domi-
ni voluntate posse concipere. Sterilitas atꝗ fe
cunditas solum a creatore dependent. Proin-
de multa velut opprobriū in conceptu sunt ho
minū: que apud deū defectuū nota carent. Sed
cum deus hoc voluit remouere opprobriū/ste-
rili dedit ipse conceptum: que virgini virginū
ad faciliorem credulitatem ab angelo eodē in-
fertur: dum sibi saluatorem omniū concepture
atꝗ pariture nunciatur. Quam cum se quinꝗ
mensibus occultaret: maria ab angelo nuncia
tam in sexto mense detexit/cum montana con-
scendit. Et intrauit domū zacharie/ et
salutauit helisabet. Et factum est vt
audiuit salutationē marie helisabet
exultauit infās in vtero eius. Et re-
pleta spiritusancto helisabet/ excla-
mauit voce magna et dixit: Benedi-
cta tu inter mulieres: et bñdictꝰ fru
ctus ventris tui. Et vnde hoc mihi
vt veniat mater dñi mei ad me? Ec-
ce enim vt facta est vox salutationis
tue in auribꝰ meis/exultauit infans
in gaudio in vtero meo. Non hic aliqđ
sumpsimus disserendū ꝓ parte marie/sed ꝓ my
sterijs ꝑcursoris ⁊ matris. Detegit helisabet
ne amplius delitescat/cū maria virgo illā visita
tura ꝓcessit: cū hec mirabilia i eis nō fecerit na-
tura/sed dei discreta potētia: ꝙ sterilis ⁊ senex
preconē/⁊ ꝙ virgo sine semine ꝯceperit iudicē.
In illa mirū ꝙ senex ⁊ sterilis: in illa mirandū
ꝙ fecunda/sed ꝑter virtutē seminis. Sed saluta
tur helisabet iam onerata ꝑcone a virgine/ꝗ̄ sal
uatorem sine ponderositate gestabat: vt salus a
nouis mysterijs referatur ad priscos: ⁊ per vir-
tutem noui conceptus vetera liberentur: Anti-
quior mundo fuerat helisabet ꝗ̄ maria: ⁊ ioan-
nes christum in conceptione precesserat: sed sa
lus processit a lege noua per hominem nouum
in eos qui precesserant ad salutem predestina-
tos. Qua salutatione percepta/ conceptus se-
xti mensis agnouit mysterium: dum exultat in
vtero anteꝗ̄ nascatur: et officium peragit ad
quod erat: et gaudio adoritur/ cum voce non
possit edicere. Impotens fandi exultatione do
minum profitetur: nondum percepto vsu lu-
cis corporee/etiam in carne velatam inuisibi-
lem lucem mundo aduenisse cognouit: ⁊ occul-
tus occultum/seruus dominum/miles regem/
preco iudicem/precursor postsequum impera-
torem sine sensuum argumento preuidit; et

propriū fecit in eo sensum diuina potentia/
quem sic ante nemo habuerat ex natura. Uide
quanta simul ex omni parte conueniunt: vt tan
ta mirabilia oriūtur. Hinc helizabet/ inde ma/
ria gratia plena: hinc vxor sacerdotis/ sed ab eo
caste cognita: hinc vxor fabri/ ab illo intacta:
hinc senex/ inde iuuencula: hinc sterilis/ inde fe
cūda: hinc sanctificati parens/ inde sanctisan/
ctorum mater: hinc iustoru3 filius/ inde ab eter/
no ex deo patre progenitus: hinc saluatus/ in/
de salus; hinc creatus/ inde creator duplici car
ne velatus. Proinde ad exultationem Joānis
prophetica virtus adnectitur: cum Helizabet
continuo spiritusancto repletur: quo concita/
ta prorumpit in vocem magnā affectu/ magnā
nouitate mysterij/ magnā studio disserēdi/ ma/
gnam vtilitate credendi/ magnā cōsyderatione
sui: quia mater pueri hominis: magnā existima/
tione matris omniū redemptoris ad eā venien
tis: magnā protinus ex veritate/ quā spiritu di
ctante prenūciat. Ait enim: Benedicta tu inter
mulieres: ⁊ benedictus fruct⁹ ventris tui. Sed
nec vt maior/ q̄uis antiquior helizabet Marie
benedicit: qua3 ex spiritusancto matrē dn̄i esse
cognouit. Non ex autoritate illi dedit benedi/
ctionem/ acsi esset illi aliquo iure prelata: nec ꝓ
phetat futurū quod mente conspicit factū: sed
extollit laudibus virginem: eo q̄ benedicta pri/
us a domino extiterit que3 gestabat: quo virgi
naliter grauida erat: non benedictione cōmu/
ni/ sed illa que omnes excessit penitus mulieres
Hic etia3 fructum quē absconse virgo gestabat/
agnouit. Cu nec etiā benedictionē inferens be
nedicit: sed enūciat quod sibi spūssanctus ostē/
dit. Non autem benedicit fructū ex arbore: sed
arborem ex benedicto fructu asserit benedictā.
Ecce due arbores fructuose/ noua poma feren/
tes in fructib⁹: vt vna gratiā/ altera ferret gra/
tie largitorē. Sed vnius benedictior suauiorq3
fructus/ ⁊ vsq3quaq3 profusior: in quo erat oim
salus: per quem solum omniū humanorum fru/
ctus esset acceptus: preter quē omniū esset ine/
ptus. Et secum mirans helizabet/ quasi mentis
pateretur excessum: quia regina mundi ipsā vi/
sitatura conscenderat/ etia3 clamando adiecit:
Unde hoc mihi/ vt mat̄ dn̄i mei veniat ad me.
asserens ea que infans quem gestabat in vtero/
exultando ꝑfecerat/ propter fidē marie: q2 cre/
didit denuncians esse beatā/ vnde perficiant̄ i
illa ea que ꝑficiēda restabāt: hinc ꝓphetico spū
helizabet ia3 facta pariter ⁊ futura nunciabat.

**Que cū impletum esset tempus pa/
riendi/ peperit filium. Et audierunt
vicini et cognati eius/ quia magnifi/
cauit deus misericordiā suam cū il/
la: et congratulabantur ei.** In lege ve
teri velut ioannes in vētre/ gratia ⁊ veritatis in
telligētia claudebatur: reuelāda tamē in tp̄e suo
In cuius completione mysterij iā plena dieb⁹/
ioannē peperit helizabet. Hoc etiā cōtingit in
moribus hominū: vt sepe bona mēte concipiāt
sed nō semper tempus agendi: cum h̄o dispon̄ē/
te altissimo tempus affuerit/ cōcepta in animo
virtus ꝓcedit in actum. Non paruū est bonū/
cum concipientibus virtus aderit pariēdi. Nā
concepisse quid proderit/ si partus defecerit?
Nec eī boni agendi sufficit desyderiū: nisi cu3
possit/ succedat effectus. Filium/ non filiam pe
perit: vt tam pro mysterio q̄ ꝓ agende vite stu/
dio cognoscam⁹ quantū sacra scriptura demon
strat/ nunq̄ angelo reuelante/ neq3 supra natu
ram in conceptu mirabili feminā esse cōceptā/
aut ꝓdisse de partu: sed semꝑ predicente virtute
superna ꝯceptus fuisse mirabiles: ⁊ part⁹ fuisse
viriles: vt non effeminate/ sed fortes fiāt homi/
nū actiones. Nec ex hoc velut reprobata tenea
tur natura feminea: sed i significatione pl⁹ attol
litur. **Et audierūt vicini et cognati ei⁹
q2 magnificauit domin⁹ misericor/
diā suam cū illa: et cōgratulabātur
ei.** Uere sic gesta sunt hec: siquidem fama noui
ortus diffunditur: q2 ꝑ omnē orbē diffundenda
erat fama maioris: quē ioānes ordinariis dispo/
sitionibus ꝓcedebat. Et quod cōmune nascitur
bonū/ ⁊ vbiq3 reboatur: vt fiat participiū ama
toribus bonitatis: et cognoscantur ex publico/
hominū affectus: qui letantur ad gratiam: ⁊ cū
fructus iusticie prodeunt: nam iusta parēs iu/
stum fructum ꝓduxit. Sed vicini sunt ⁊ cogna/
ti qui audiunt: hi etiā qui letantur. Expedit siq̄/
dem ꝓpinquū fieri vite sanctoꝝ et iusticie con/
uersatione: et velut generis propinquitate con/
iungi: si volumus audire mirabiles/ ac etiam sa
lutiferas nouitates: et congratulari his quib⁹
deus sua magnalia cōferre disposuit. Nec cre/
datur de⁹ denuo suā magnificare misericordiā:
que semper vtiq3 magna ē: sed cū helisabet tūc
magnā ostendit dando ꝯceptū: educēdo ad par
tum cuius vuluam ante cōcluserat. Miris mo
dis agit in hominibus diuina potentia: vel cu3
peccatores miserando conuertit: aut cu3 iustos
in altiora opera ꝓuehit: ⁊ vbiq3 misericordia ma
bna: donis diuinis nostris meritis non equa/
tis. Et pars est superne vite aliorū prosperitati/
bus colletari: ⁊ congratulari eis quibus alludit
diuina potestas. Hinc videt̄ inuidia trāsmigras
se ac in extremum ꝓfecisse: suppressum odium:
vera charitas illuxisse. Hinc in beatitudinis cō
finia secessisse: vbi nō est cōgratulatio de ꝓue/
ctibus proximorū. Nā quod est vnius leta festi/
uitas/ dicit̄ omniū: ⁊ quod est omniū/ esse nosci
tur singulorū. Eia inq̄ bono examine positi no
scuntur/ qui aliorū virtutibus ⁊ bn̄ficijs gratulā
tur. Habet in se q̄sq3 ꝓfecto quod in alijs amat
nec virtute priuat̄ qui in veritate diligit virtuo/
sos. **Et factum est in die octauo vene
runt circūcidere pueru3: et vocabāt
eum nomine patris sui zachariam.**
Circumcisio diei octaui que non ex lege/ sed ex
patribus erat/ includebat mysteriū: scilicet a q̄/
bus mat̄ in octaua resurrectōis futura sit plebs
fidelū circūcisa. In mortali hoiu3 vita castiga/

tem ⁊ continentiā notat ex mēbro: necnon abdicationem placiti ⁊ decisionē superflui. Quod autem eum nomine paterno vocabant/ deferebāt origini naturali ⁊ dignitati paterne sm cōsuetudinem multarum nationum: ꝙ primogenitus nomine paterno censetur. Sed quoniā iam natura defecerat in parentibus/ vt per nature legem venire potuisset ad ortū: magis vero gratia prestabatur: decens non erat vt nomen sortiretur paternum/ neqꝫ alicuius cognati. Proinde **mater eius respondit dicens: Nequaqꝫ: sed vocabitur ioānes.** Adhuc helisabet spiritussancti virtute pphetabat: immo a spiritu didicit/ quod non didicerat a marito. Non ipsa in tēplo audierat de noīe precursoris: nec maritus mutus existens poterat nūciare: sed hoc sciebat superna reuelante virtute ꝙ sic iā diffinitū erat/ vt ioannes filius eius vocaretur: quod nomen non erat ab hoībus inuentum: sed ab eterno premissum/ ⁊ per angelū tēpore cōgruo reuelatū. Etenī sepe nouimus sacras scripturas acute scrutantes/ noīa multis cōpetere ratione bonitatis atqꝫ mysteriꝫ: ac etiā sic a primeuo fuisse imposita/ in pluribusqꝫ mutata: quod in posterū rerū mōstrauit euentus. Cū aūt pphetica mater sic filiū vocari assereret: cognati ex hūana consuetudine responderūt/ ignorantes gratiā tali consuetudine non teneri/ dicētes: **Quia nemo est in cognatiōe tua qui vocetur hoc nomine.** Igitur magis congruū erat vt nomen nō habitū haberetur/ ꝙ̄ in alio repereret quo quis antea censebat. Et ꝗppe verū erat/ ꝙ̄ in cognatione carnali tantū existens nomen a celestibus non accepit. Quam cognationē carnalibus fieri expedit adeptione gratie/ non extinctione nature: in cognatiōe spirituali cognatum esse virtutibus qui priuilegia nominum querit: quoniā non sm nomen quod ab hominibus imponitur/ ascribimur in libro viuentiū: sed sm nomen quod sortimur in cognatione virtutū. Sed hi cognati ex carne/ mōdum supra ipsam facti: **Innuebant patri eius quem vellet vocari eum.** Innuebant patri eius vt ipse innueret: quoniā adhuc mutus. Innuebant cui iure nature maior erat potestas in filio: vt ipse disfereret quo noīe natus filius vocaret: nō ꝓ̄teriti quod sua mater edixerat. Qui voce ꝓuatus/ signo aliquo postulans pugillarē/ scripsit dicens: **Joannes est nomen eius.** Scripsit in pugillari/ in aliquā scilicet tabella que infra manū portabilis erat: ipsorū more qui notare ad firmiorem memoriā aliqua consueuerūt. Sed nec ipse scribendo nomē imposuit: sed quod ab angelo audierat in tēplo/ reserauit. Joannes est nomen eius. Ac si aperte dicat: Non sibi mater/ non ego potior parēs huic nomē imponimus: sed hoc est penitus nomen eius. Nos sibi non damus: vosqꝫ cognati more solito in a[illegible]s nato huic nomen non imponeris: habet nomen: tenet nomen: de celis non de terris est nomen. Frustra de huic imponen-

do vocabulo litigatis: quod de superis est sancitum/ humanis iudicijs non transfertur: velleqꝫ transferri criminis damnabilis notā habet. Igitur **Joannes est nomen eius.** Ad quam scripturā nomen huiuscemodi disferentem/ **mirati sunt vniuersi.** Quare mirati? Nouitate gestorū: que illorū nō penetrabat acuitas intellectus. Nouum enī atqꝫ incognitū semper consueuit homines in admirationem adducere. Sed maior admirationis occasio subdebat. **Quia apertū est ilico os eius: et loquebatur benedicens deum.** Videte mirū: corde annotate quod geritur. Predixerat angelus zachariā voce priuandū quousqꝫ hoc quod dixerat compleretur: sed iā completū erat/ quoniā natus erat: cur igitur in natiuitate aut in ipso ortu Joannis os zacharie non fuit apertū: sed vsqꝫ in octaua die dilatū? Quia nascendo noscebat qūia filius: in nomīe vero eius mysterium pandebatur: cuius nati dignitas attollebatur ex mysterio plus ꝙ̄ ꝙ nat⁹ esset homo. Et ex hoc non credimus zachariam mutitate punitum/ eo ꝙ incredulus esset de filio: sed ꝙ ad tantū pararetur mysteriū/ hesitauit. Proinde filio nascente lingua nō soluitur: sed declarato ioannis noīe in octauo die os increduli aperitur. Ecce potestas celici noīs: vt quod hesitatio claudit/ ipsa resoluit. Et ab eo liberatus est pater ꝑ quo multatus extiterat: vt quod est causa culpe/ sit venie: quod pene/ sit premij: si in partem contrariam transferatur. O magnū nomen: quod patri vocē/ conciuē ciuibus/ vicinum conuicaneis/ populo sacerdotem/ vxori virū/ ꝑ vsum loquele restituit. Et magno factū est hoc presagio futurorū: qm̄ sola gratia linguas hominū facit in veritate disertas: sola gratia miracula opat̄: sola gr̄a est ꝑuia saluatoris: sine q̄ plectimur: qua inherēte liberamur. Sꝫ hū die octauo quo puer circūcidit̄: quo e⁹ nomē venit in publicū: senis hoīs veterisqꝫ sacerdotij lingua resoluit: cū mu͞ta fuerit oīs antiqua conditio/ ⁊ ministratio veteris testamenti: cuius os ⁊ lingua in aduētu noui hoīs/ in ortu noue lucis/ reconciliationisqꝫ gr̄e/ mox resonet in laudē. Et hoc fuit testamēti tota ꝓfectio: qm̄ prefigurauerat christum: que resolutis vocibus ⁊ magnis laudū ꝓconijs resonabat benedicens deū: q2 fecit nobiscū misericordiā suaꝫ. **Factus est autem timor super omnes vicinos: et super omnia montana iudee diuulgebantur omnia verba hec.** Timor terrenus incutit̄ cū supna claresc̄it: q̄ aut terret incredulos/ aut cōmōuet ad credēduꝫ: sꝫ ꝯtingit vicinos corꝑe/ vt plus mēte virtutibus vicinent. Semꝑ enī timor qui de mirādis virtutibus exit/ ad veritatē intelligendam virtutemqꝫ peragendaꝫ inuitat. Et fit timor super omnia montana iudee: quoniā omne quod altū in mundo credit̄/ virtus diuina deterret ⁊ timere facit dū clangit. Sed nec credat̄ timor immissus: magis aūt ex consyderatione mirandorū exortus: quoniā filius ex vete-

ranis vltra naturalē virtutē ꝓdierat: qm̄ nomen
ab angelo/ nō ab hoīe acceperat: in cuius virtute
solutū erat lingue vinculū senis hoīs/ nam octo
diebus ⁊ nouem mensibus mutescentis. Hec in
admirationē homines induxerunt: hec fecerūt
pio timore pauētes: qm̄ ista tam insolita ꝑ mon
tana iudee/ ⁊ ꝑ loca vicina vulgabātur: ⁊ fecerūt
homines redire introrsus ad conspicuā consy
derationem gestorū. **Nam et posuerunt
omnes qui audierant in corde suo/
dicentes: Quis putas puer iste erit?
Etenim manus domini erat cum il
lo.** Quid posuerunt in corde suo? Ea que audie
rant. Quare? Ut consyderarēt: vt memoriter te
nentes qui viuere possent/ mirabilem rerum ex
pectarent euentum. Ea que diuinis theorijs au
dinimus/ omnino sunt in corde ponēda. Etenī
cor nostrum sic creatum est/ vt sit i terra quod
dam armarium atq; repositorium diuinorū. Po
nenda sunt in corde sancta mysteria verbaq; di
uina: vt credamus ⁊ diligamus: vt in illis sedu
lo meditemur: ⁊ ex eis fiat directio gressuū no
strorū: ne a vero deuiantes/ in aspera incidamus
Psal. 118. Etenī hoc sensu propheta dicebat: In corde
meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.
Et hi de Joanne verba huiuscemodi audien
tes posuerunt in corde: vt intra se dicerent/ aut
foris loquēdo cōdicerent: Quis putas puer iste
erit? Admiratiue loquebātur rerum nescientes
euentum: existimantes tamen ex ipso atq; sperā
tes magnum euenire ꝓuentū: qm̄ manus dom
ni/ virtus scilicet dei/ potestas altissimi erat cū
illo in operatione futuri mysterij ⁊ operatione tanti
miraculi: paterni oris in suo nomine resoluti.
**Et zacharias pater eius impletus ē
spiritusancto: et prophetauit dicēs:
Benedictus dominus deus israel:
quia visitauit et fecit redemptionē
plebis sue.** Multa ⁊ excedentia sensum sunt
donata parentibus in huius virtute nascentis:
vt helisabet ⁊ zacharias spiritusancto replerē
tur: repleti vero in verba ꝓphetica ꝓrumperēt.
Nam pater mutitate depulsa/ spiritu afflatus/ in
altitudinem ꝓphetie verba depromit: a laude at
q; benedictione incipiens creatoris: Bndictus
dominus deus israel. Non dij gentiū: sed ille dū
taxat quem populus israeliticus a pncipio sue
institutionis coluerat. Et quanq̄ esset deus et
dominus omnium nationum: deus israel tamē
latrio cultu erat: in quo multa miranda profece
rat ab eo quo eum disposuit educere de egy
pto: quem insuper visitauit: et fecit redēptionē
illius per vnigenitum filium eius. Uisitauit se
pe dominus plebem suam: sed adhuc redempti
onem non fecerat. Sed nunc zacharias ex cer
titudine quam habebat/ verbis expressit vt fa
ctū. Et benedixit: quia benedictus est ab eter
no. Benedixit eum qui in celestibus benedi
xit: cuius benedicti omnes electi. Benedixit q
omnibus benedicit. **Quia visitauit:** a crea
tione hominis vsq; in p̄sens visitare nō desijt

plebem suā: quā etiā ꝓprio sanguine in cru
ce redemit. Et visitationē protinus nostre oppor
tunitati cōnexit. Nam post peccatū ilico visi
tauit Adam/ dicens: vbi es? vt ad semetipsū pe
nitendo rediret: qui iussum contemnendo/ a se
ipso ac etiam a deo discerpserat. Uisitauit cain
ante actum criminis quod operari decreuerat/
ne ꝑficeret: visitauit post scelus vt peniteret. Ui
sitauit Noe vt a diluuio eripiendus intēderet:
post diluuiū quomodo viueret. Abraā/ isaac ⁊
iacob sepe sepius: necnon ⁊ eorū vxores ꝑ ange
los ⁊ oracula/ ꝑ non speratos ɔceptus: docēdo/
reuelando. Necnō moysen in deserto ꝑ rubum.
Et populum in egypto: pharaonem ꝑ moysen
⁊ aaron: demū ipsum ⁊ egyptum ꝑ validas ⁊ mi
rabiles plagas. Sepe populū in deserto: gedeo
nem/ sampsonem: annam in conceptu: heli per
reprehensionem/ ⁊ alterius sacerdotij predicen
do successionē. Samuel dirigēdo quid ageret:
dauid/ salomonem: plurimosq; reges. Prophe
tas per spiritūsanctū: ⁊ populos in clamoribus
prophetarū. In plenitudine quoq; temporū:
zachariā per angelū ipsum/ ⁊ vxorem eius ꝑ no
uum filium. Et omnem populum vniuersumq;
mundum per redemptorē omniū christū/ eter
nū dei filiū/ in tēpore filiū hoīs factū/ misericor
diter visitauit. Proinde zacharias a mutitate
iam liberatus/ spiritusancto repletus exclama
bat: Benedictus dominus deus israel: quia vi
sitauit ⁊ fecit redemptionē plebis sue. Quod eti
am dauid longe ante predixerat. Redēptionē Ps. 110.
misit dn̄s populo suo: mandauit in eternū te
stamentum suum. Hoc idem saluator cum pre
dicaret assertuit/ dicens: Filius hominis nō ve Mat. 20.
nit ministrari/ sed ministrare: ⁊ dare animā su
am redēptionē ꝓ multis. Et apostolus ad Co
rinthios iam factum exclamat/ dicens de dei fi
lio: q facta sit nobis ab ipso nostra redemptio. 1. Corin. 1.
Et alibi: In quo habemus redemptionē per san Ephe. 1.
guinem eius. Et ad Timotheū de huiuscemo
di fide instruxit. Unus enī deus/ vnus media 1. Timo. 2.
tor dei ⁊ hominū hō christus iesus: q dedit re
demptionem semetipsum ꝓ nobis. Qui intro
iuit semel in sancta/ eterna redemptiōe inuēta.
**Et erexit cornu salutis nobis in do
mo dauid pueri sui.** Erectū esse cornu sa
lutis in domo dauid asserit zacharias: et nouo
loquēdi genere monstrat adesse salutē. Et vela
mentū est i narratione verborū: quod statim au
feretur cū trāsimus in christū. Cornu quasi os
est: et discreta origine ab alijs ossibus ꝓcedere ꝑ
spicuū est: qm̄ cetera corio ⁊ carne velātur: cor
nu solū carnem excedit: preter coriū ⁊ supra co
rium se protendit: ⁊ alicui animali preterq̄ i ca
pite nō apparet. Arma sunt animaliū cornua
in capitibus orta. Cornu signatur regia potestas
quoniā in veteri testamento oleo quo vngeban
tur reges/ ferebatur in cornu: iuxta quod dictū
est samueli/ cū reprobatus esset saul: Imple cor 1. Regū. 16.
nu tuum oleo: ⁊ mittam te ad Isai bethleemitē
prouidi enim in filijs eius mihi regem. Quod

samuel vsqquaqz perfecit. Proinde cornu erectū in domo Dauid/est regia christi potestas: qui s̄m carnem de lumbis dauid scriptura tradente/genealogia diligēter inspecta(vt Mattheus et Lucas cōmemorant)mūdo natus apparuit. Erecta est christi potestas: quoniā omnis depressa erat potentia iudeorū:quib⁹ omnis spes salutis erat adempta/ nisi redderetur per christum:et omnis humana potestas male pes fundata vitijs subiacebat: q̄uis etiam humano fastu romana esset diffusa per orbem. Nulla prius est erecta potestas: nisi erigatur super vitia:nisi ad celestia subleuetur. Nempe depressa erit omnis potestas in moribus nequiter subiecta demonibus:post hanc vitam suis includenda carceribus. Que regalis hominum/que imperialis potestas mortalium: que nec seipsā neqz subditos poterat a potestate tartarea liberare? Sed christo vt dei filio:q̄uis esset ab eterno summa potestas:in plenitudine tēporum erecta dicitur in domo Dauid:ex cui⁹ semine per incorruptam virginem factus est homo s̄m carnem: antiqua promissione nunc tradita veritati:cum sibi legimus: Et ponam in seculum seculi semen eius. Et iterum: Semel iuraui in sancto meo si dauid mentiar: semē eius in eternum manebit. Et alibi dictum inuenimus: De fructu ventris tui ponaz super sedem tuam: O q̄ erectum cornu salutis nostre: cum semen Dauid in filio dei sedeat super sedem alti omnipotentis dei. Omnifarie cornu salutis nostre erectum dicitur: cum dei filius dauidica carne vestitus/ celos penetrauerit: superna conscenderit:ꝛ a dextris sedeat altissimi dei Et velut cornu excedit carnem ꝛ coriū/ sic christus terrā excessit omneqz celum: cui a patre in celo ꝛ in terra omnis est collata potestas. Hoc Anna ꝓphetico spiritu longe ante preuiderat/ dicens: Domin⁹ dabit imperiū regi suo:ꝛ sublimabit cornu christi sui. Erectū est cornu:sublimatum est cornu. Salutem dat Christus in suo cornu:liberat a demonib⁹ in suo cornu. Nā ꝛ Dauid ante preuidit/quod nunc zacharias in ortu filij de christo nondum nato prophetauit/ dicens: Protector meus et cornu salutis mee. Protector est christus ab omnibus incursantibus malis:et omnibus sperantibus in euz est cornu salutis/ et in eo merito subueniens nobis/ quo de lumbis s̄m carnem descendit: in qua passus/mortuus/sanguinez fudit: resurgēs a mortuis superna conscendit. Hoc per dauid deus pater ante predixerat: cuz introducturus esset filium in orbem terrarum ad confringendum omnia cornua superborum: q̄ cornu eius esset erigendum/ et super omnia exaltandum. Et omnia cornua peccatorum confringam: et exaltabuntur cornua iusti. Nemo iustus inter homines/ nisi qui peccare non potuit. Et q̄uis multi dicantur iusti:non tamen proprio/sed isti us iusti merito sunt facti participes: cuius exaltata sunt cornua/videlicet crucis:que propheta dicente fuerunt in manibus: in quibus stat abscondita fortitudo illius. Et vt ad aliud loquendi genus me transferam: christiana potestas in cornu natura signatur. De carne cornu consurgit: sed carnem omnino esse negamus. Qui cornu nunc vtitur in carne viuens/ super carnē faci⁹ agnoscitur. Cornu vtitur q̄ a carnalibus vitijs omnino recessit: qui in virtute solidatus/non mollescit terrenis delicijs:qui mundū ventilat a seipso excutiens:qui repugnat impugnantibus:qui cornupetit inuisibiles demonū potestates:qui velut cornu sustinet aereas potestates:qui carnem per omnia superat:qui tēporalium rerum pellem per omnia suppeditare cōtendit: qui manet impassibilis ad forinsecas actiones. Etenim cornu in his impassibilis dicitur esse nature: vt neqz pluuiam/neqz aeris serenitatem/neqz aeris qualemcūqz ꝓ tempore intemperiem expauescat:q̄uis et bestiarū pili hac impassibilitate potiantur:sed carent v̄tute qua possint violenter aut vltro aduersa depellere. Dicam cuiqz q̄ ei sit bene: si existens in carne ipsam excessit:degens in corpore/ ipsaz superauit:corporali pondere pressus/ spiritualiter vixit:in terrenis habitans/in celestibus mēte cōuersatus est. Sed hoc cornu non insurgit a natura corrupta:non a nobis radicatur in capite erectum est nobis in domo dauid pueri sui/serui dei/famuli dei: scilicet in christo/ ꝛ eiusqz domo/in ecclesia sancta eius: vbi est omnis sanctitas eius. Domus christi ecclesia christi. Extra illam nemini erectū est cornu salutis. Nulli salus qui de ipso non erit. Domus christi/dom⁹ virtutū/domusqz donorū: vbi nobis erecta sūt cornua. Nam ꝛ ioannes vidit agnum tanq̄ occisum:in cuius capite cornua septem. Cornua septem/virtutes septem: dona septem/ beatitudines septem:quibus omne ad salutem nobis oppositum impugnemus: non in nostra/ sed in agni virtute:qui tollit peccata mūdi: vt nō condemnetur/ sed saluetur mūd⁹ per ipsū. Sicut locutus est per os sanctorū: qui a seculo sunt prophetarū eius. Nō q̄si de nouo ꝑ eū ꝓphetatū hoc loq̄tur zacharias: sed asserit multifarie antedictū per ora prophetarū: Et vt fides dictis indubitanter accōmodetur/ sanctos fuisse testatur: non autem a seipsis missos/sed ab ipso deo directos:quoniam multi ꝓphetauerunt non missi:non vera/sed falsa predicentes in seipsis decepti. Sed sancti prophete/ ab eo seculo christi aduentum incipientes predicere/in quo deo patri placuit reuelare. Nā Moyses scripsit quid ante se de christi visitatione:ꝛ qua incarnatio eius atqz natiuitas ꝛ omnis eius conuersatio apprehēditur: extiterit prenunciatū: quid ve sibi fuerit scire cōmissum. Scripsit nēpe q̄ fluuius egrediebat de loco voluptatis ad irrigandum paradisū: christū videlicet in illo egressu commemorans: quem misit pater ad visitandum hoc seculū. Et Abraam descendit in Egyptum/vt peregrinaretur

Marginal notes: Psal. 88. — Ibidem. — Psal. 131 — 1. Reg. 2 — Psal. 17. — Psal. 74. — Abacuk. 3 — Apoca. 5. — Gen. 2. — Gen. 12.

ibi. Unigenitus dei ex paterno precepto descen-
dit/quasi peregrinus visitare hunc mundum.
Gen.21 Et visitauit dominus saram sicut promiserat: et
impleuit que locutus est. Concepit et peperit fi-
lium in senectute sua. Uisitando autem saram/
synagogam in futuro visitaturus erat. Que cu͂
senescens deficeret/concepit in virgine filium:
et mundo edidit almum partum. Hoc idem ia-
Gen.49. cob iudam filium benedicens prophetauit: Non
auferetur sceptrum de iuda/neqȝ dux de femo-
re eius donec veniat qui mittendus est: et ipse
erit expectatio gentium. Clara est in his prophe-
ta: quod christus prophetabatur mittendus/qui nunc
missus iudeorum populum et gentium visitauit.
Et impletum est in christo quod moyses a deo
Exo.3. poposcit dicens: Obsecro domine/mitte quem
missurus es. Ipse primus de quo zacharias lo-
quitur/erat mittendus: hicqȝ missus omnem po
pulum visitaturus apparuit. Et Balaam sub
nomine stelle ad illuminationem orbis iesum mu͂
dum visitaturum/in ipso nasciturum ostendit:
et velut virgam correctionis et directionis et ple
Num.24 ne dominationis asseruit. Orietur stella ex Ja
cob: et consurget virga ex israel. Stella ex Ja
cob christus est: ex ipso per dauid ordinata/et
non pretermissa propagine: vsqȝ etiam virginee
coniuges peccatorum ignorantie tenebras fu-
gaturus apparuit. Et virga iusticie in mani-
bus eius: ad dirigendos bonos in viam eius:
perimendosqȝ ineuitabiliter rebelles sermoni-
bus eius. Multa sunt testimonia prophetarum/
per quoru͂ os locutus est deus: que si per singu
la vellemus disserere/longa volumina ederen-
tur. Sed vt breuiter absqȝ alia declaratione per
stringa͂: ad affirmationem eius quod de christo
protulit zacharias/etia͂ dauid locutus est dice͂s:
Ps.2 Dixit domin⁹ ad me: filius meus es tu: ego ho-
Psal.71 die genui te. Quia descendit sicut pluuia in vel
Psal.84 lus. Et ipse veritas existens de terra orta est:
quia vt homo natus est in sionitico populo. Et
Psal.97. lux orta est. Et notum fecit dominus salutare
Ps.110 suum. Et redemptionem misit dominus populo
Psal.111. suo. Et exortu͂ est in tenebris lumen rectis cor-
Psal.17. de. Et dei filius celos inclinauit et descendit. Et
Psal.143 emisit manum suam de alto altissimus deus: cu͂
filium manifestauit in carne: ad ostendendam
sue virtutis potentiam: ad conferendum bona
bonis/et supplicia digna dignis. Et Esaias suo
modo testimonia dedit: que fuerunt prophetie
Esa.1. penitus futurorum. Nisi dominus reliquisset no
Esa.2. bis semen/quasi zodoma fuissemus. Et erit in
nouissimis diebus mons domus domini/pre-
paratus in verticem montium. Et confluent ad
Esa.5 eum omnes gentes. Idem: Apprehendent se-
Esa.7. ptem mulieres virum vnum. Et alibi: Ecce vir
go concipiet et pariet filium: et vocabitur nome͂
Esa.9. eius emanuel. Idem: Paruulus natus est no-
bis: et filius datus est nobis. Et que sequuntur
quod intenditur exprimunt. Et alibi vt factu͂
Esa.16 iam agnoscamus: Emitte agnum domine do-
minatorem terre: de petra deserti ad montem fi-

lie sion. Et Hieremias: Nouum fecit dominus Hiere.31
super terram: et mulier circu͂dabit virum. Da- Dan.2.
niel: Lapis precisus est de monte sine manib⁹.
Quid enim iuuat omnes prophetas percurre-
re? Ac etiam omnes prophetias suis modis ob-
uelatas reperire difficillimu͂ esset. Sed hoc ne-
mini diuinas scripturas scrutanti in dubiu͂ ve-
niat: quod omnes veri prophete/sicut zacharias in
suo cantico protulit/de visitatione domini ve
re atqȝ mystice sunt locuti. Et salute͂ erexit sci Luc.1
licet nobis: ex inimicis nostris: et de ma
nu omniu͂ qui oderu͂t nos. Erectum est
cornu: sed nec frustra: quonia͂ in ipso nobis ere
cta est salus ab inimicis nostris inuisibilib⁹: ne
vltra violeter animas raperent: ne iustas animas
patru͂ amplius detinerent. Ipse saluat de ma-
nu implacabiliter odientium. Ipse cornupetit
omnes homines/suos electos cornu persecutio
nis et superbie imperete͂s. Erectu͂ est cornu salu-
tis: Ad facienda͂ misericordia͂ cu͂ pa-
trib⁹ nostris: et memorari testamen
ti sui sancti. Temp⁹ erat miserendi: quia ve-
nit tempus quo sancti patres excluderentur a
potestate tartarea: quo preda sanctorum ab in-
iustis raptoribus tolleretur. Erat ammodo ce
lebranda misericordia cum antiquo patre ada͂
qui fletibus et penis culpam ad posse diluerat/
Necnon et cum misera prole sua: quam a para-
disi sedibus/a diuina gratia per inobedientia͂
propriam fecerat exulare. Danda erat noe mi-
sericordia: qui euadendi spe pro reparationis hu
mane munimine centenariam arcam constru-
xit: a quo condita sunt seculi testamenta. Faci-
enda erat cum omnibus patribus misericordia
qui fidem veram/obedientiam prompta͂ domi-
no seruauerunt. Et cum omnibus sanctis pro
phetis: qui vera hec futura predixeru͂t: et pro veri
tate ludibria et mortes et vincula passi sunt. Di-
lata erat misericordia/non ablata: prorogata/
non denegata. Sed nunc canit pre gaudio zacha
rias: quoniam deus visitauit et fecit redempti-
onem: et cornu salutis erexit: ad faciendam mise
ricordiam cum patribus nostris: et memorari te-
stamenti sui sancti. Testamentum sanctum est
promissio futurorum/promissio filii sui sancti
sanctorum/et firma pollicitatio supernorum: cu
ius memoratus est cum plenitudo temporis ve͂
nit. Hec iam in figura expetiuerat Dauid: Me- Ps.118
mor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem
dedisti. Spes diuinorum dumtaxat datur ex
verbo. Nunqua͂ aliter spes in diuinis/preterqua͂
ex verbis innascitur. In humanis autem ex ver-
bis que adinuicem homines pollicitando con-
feruntur: aut ex consuetudine nature: qua semina
ex seminibus/fructus ex arboribus capiuntur:
Proinde Dauid spem tenebat ex verbo: cuius
memorem pollicitatorem dominum esse querit:
Sed est testamentum sanctum/et est testamentu͂
sancti sui. Testamentum sanctum vetus est: in-
fra quod si nobiscum incedit/nihil aliud immo
minus quam patres nostri suscipiemus. Sed inquit

Psal. 73. dauid: Respice in testamentum tuum: In eum
videlicet quod disposuit ꝑ filiū sanctū suum: cu
ius zacharias dicit dn̄m memorari. Etiā Hie
remias longe ante de testamento huiuscemodi
Hiere. 31. ꝓphetauit. Ecce dies veniunt dicit dn̄s: ⁊ feriā
domui israel ⁊ domui iuda pactū nouū (alias te
stamentū nouū) Nō ſm pactū quod pepigi cuz
patribus vestris: in die qua apprehendi manū/
vt educerem eos de terra egypti. Et que sequū
tur/in hac declaratione conueniūt. Nouum pa
ctum nouūqꝫ testamentū non est sicut ex quo in
hereditatem ꝓterꝙ temporalia nō cedebāt: sed
est quo morte testatoris cōfirmato/celestis atqꝫ
superna cōfertur hereditas: non quo terrena sa
lus corporalisqꝫ sanitas/ sed quo eterna spūalisqꝫ
ꝓsperitas cōfertur. Testamentū sanctū sangui
nem habet hircoꝝ/vituloꝝ ⁊ alioꝝ animalium.
Testamentū sui sancti sanguinem ꝓprium ha
bet filiꝫ dei. Neqꝫ salus erat in sanguine anima
lium/nec liberatio captiuoꝝ: sed in sanguine te
stamenti sancti dei: put per alium zachariā ꝓ
Zacha. 9. phetā fuerat ante ꝑdictum. Tu quoqꝫ in sangui
ne testamenti sui emisisti vinctos tuos de lacu
in quo erat aqua. Qui sanguis ante passionē im
passibiliter datur discipulis: quibus saluator di
Mat. 26. cit: Bibite ex hoc omnes. Hic ē sanguis meus
noui testamenti: qui ꝓ vobis ⁊ ꝓ multis effunde
tur in remissionē peccatorū. Et ideo christ⁹ sui
Hebre. 9. noui sanctiqꝫ testamenti mediator existēs: quod
cōfirmatur sue mortis intercessione: in redem
tionem earū ꝑuaricationum que erant sub priore
testamento: remissionē accipiāt omnes qui vo
cati ⁊ electi esse participes hereditatis eterne.
Ubi em̄ nouum testamentū est/mors necesse est
vt intercedat testatoris. Testamētū em̄ in mor
tuis confirmatū est. Quod spū ꝓphetico vide
bat zacharias dei memorari huiuscemodi testa
menti: quod ab eterno disposuerat: ꝑ ꝓphetas
ꝓmiserat: in quo salus: in cuius sanguine libera
tio: in quo superna hereditas vocatis ⁊ electis
tribuitur. Quod morte confirmandū ipse vide
bat: nosqꝫ in fide inhesitāte aspicimus cōfirma
Luc. 1. tum. De quo: Iusiurandum iurauit ad
abraam patrem nostrum daturum
se nobis. Quoniā in semine suo benedictio
nem constituit omniū gentiū. Ut sine timo
re de manu inimicorū nostrorū libe
rati/seruiamus illi. Porro nisi a demo
num dominatu liberemur/deo in veritate serui
re nō possumus. Prius em̄ a demōibus est ha
benda libertas: ante sunt soluenda vincula pec
catorū: quibus voluntarie nosmetipsos innexi
mus. Prius a carceribus oportet dimitti/ꝙ in
stū deo famulatū exhibere possumus. In san
ctitate et iusticia corā ipso omnibus
diebus nostris. Quibus in timore ac mise
re viuimus super terrā. Ecce a quibus est habē
da libertas. Ecce in quibus cōstituitur pietas.
Libertas ab inimicis: euasio a peccatis. Pie
tas vero qua deo seruitur/in sanctitate ⁊ iusti
cia plene cōsistit. Ad hec ꝓ moribus christi age
batur aduentus: vt liberaremur ab inimicis: ⁊
a criminū nexibus solueremur: vt sibi in sancti
tate ⁊ iusticia diebus oībus seruiremus. Cōne
ctuntur tria hec adinuicē in ordine recte agen
di: quorū vno deficiente/moralis acceptaqꝫ la
tria non consistit. Primū liberari a maligno: se
cundū in iusticia ⁊ sanctitate seruire: tertiuz sit
oībus ꝑseuerare diebus. Sed vbi spūs/ibi san
cta libertas. Et quoniā inimici sempꝫ impugnāt
ideo saluator docuit nos quotidie dicere: Sed Mat. 6.
libera nos a malo. Et vt liberet/ipse nobis fa
ctus est cornu. Fit libertas cuz a visibilibus ⁊
corruptibilibus expeditur affectus: cum amor
rerū non allicit: cū timor non inflectit ad nefas.
Sibiqꝫ in sanctitate seruitur: cū supra sensum
hominū agitur vita: cuz affectiones in superna
ascendūt: cū mores agūtur in omni directione
virtutū. In iusticia porro altissimo famulamur
cū dilectio est dignorū/vsus ⁊ debitorū. Sed in
his oībus ꝑseuerātia opus est: sine ꝙ nemo bo
ni operis ꝓmiū apprehendit. Et post hec con
uertit ad puerū ꝓpheta sermonē: ⁊ vates de va
te vaticinium canit. Maior etate/minor ministe
rio: de minore per tempus/⁊ maiore per gratiā
exhibet ꝓphetiam. Et tu puer ꝓpheta al
tissimi vocaberis: preibis enim ante
faciem domini parare vias eius. Ac
ceperat zacharias in templo per oraculū ab an
gelo/qualis esset iste futurus: et ꝙ preitur⁹ esset
dn̄m in spiritu et virtute helie: vnde hoc quod
de puero nato die octaua dicit soluto vinculo
lingue/magis est patefactio suscepti oraculi ꝙ
canticū ꝓphetie: ꝙꝙ ipse spiritu prophetico lo
queretur: Puer vocādus erat Ioannes: quan
do hoc promebatur a patre/ꝙ vocādus esset ꝓ
pheta altissimi. Sed parū erat ꝙ vocādus erat
nisi euidens ⁊ index ꝓpheta fuisset. Qui etiaz
vt angelus dixit/parare viā christo ī cordibus
hominū baptizando ⁊ predicando ꝓiuit. Lau
datur omnino preire/ad honorem ⁊ preparatio
nem dn̄i subsequentis. Uituperatur autē qui ꝓ
pria directione ꝓambulat. Subsequitur domi
nus quos ipse ꝓmittit: et ꝑdicatores qui viam
christo parare omni virtute cōtendūt/ sonē do
postergat. Ad quid etiā preiturus ioānes? Ad
dandā scientiā salutis plebi eius/ in
remissionē peccatorū eorū. Plebs dei
ꝓprime salutis scientiā non habebat/ ⁊ ꝑ quē fu
tura erat/iā latebat in vtero: ⁊ de longinquo ad
huc expectabatur a plebe. Salus aūt prima tē
debat in remissionē omniū peccatoꝝ: cuius tūc
ioannes scientiā plebi dedit/ cum dixit: Ecce
agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Pre
dicatorū officium ⁊ intentio in his que zacha
rias de puero vaticinatur aut edicit/ostenditur
preire christū: nō a seipsis/sed missi ab ipso aut
ab autoritatē habente. Preire ante faciem eius
vt semper christi noticia subsequatur. Parare
vias eius/scilicet ꝑdicare virtutes: quibus iter
est quo ad homines veniat altissimus filius al
tissimi dei. Et vt dent auditoribus scientiā de

salute: vt ostendant plebi: nō in qbus corporis
sed in quibus anime salus vera consistit: vt in-
struāt populum in quibus sit tota remissio pec-
catorum. Quo aūt affectu fiat ipsa remissio/ad
Lu.1. huc vaticinādo profert. Per viscera mi-
sericordie dei nostri: in quibus visi-
tauit nos oriens ex alto. Per illa interi
ora sui cordis vitalia: scz amores inuisibiles mi
sericordie sue: qbus motus ex alto veniēs nos
visitare dignatus est: vt in illa sua ineffabili & in-
cōprehensibili dilectione/ peccatorꝫ hominibꝰ
tribuatur remissio: qua incarnari/ nasci/ visita-
re/cōuersari/docere/pati mori ꝑ nobis voluit.
Quibus visceribus/qua dilectione Illumi-
nare disposuit his qui in tenebris et in
vmbra mortis sedēt: ad dirigēdos
etiam pedes nostros in viam pacis.
Esa.9. Hoc Esaias multo ꝑdixerat tempore: Populꝰ
gentiū qui ambulabat in tenebris/ vidit lucem
magnā: sedentibus in regione vmbre mortis/
lux orta est eis. Corporales tenebre ille sūt/ vbi
omnis est priuatio lucis: eꝰ siquidē absentia re-
gnū cōstituitur tenebrarū. Quanꝗ nihil pona-
tur in rerum natura: tamē sic est ordo loquendi
vt priuatione lucis tenebrarum possit esse co-
gnitio. Ipse lucem apprehendere nunꝗ pos-
sunt/que per priuationē fiunt. Tunc fugantur
a luce: qua recedente veniunt. In tenebris ꝟo
sedere nō situaliter dicimus: situm enim ipe nō
faciūt: sed in locis vbi nulla est presentia lucis.
Sed nec de his corporalibus tenebris / seu de
corporali luce istorum ꝓphetarū fuit intentio:
sed de tenebris ignorātie atqz peccatorum/qui
bus anime inuoluuntur. In quibus sedebāt iu-
dei & populi nationū: ꝑ eo ꝙ in his positi erant
sedētes: velut q̄ corꝑalibꝰ tenebris circumscri-
pti/cum quo pergāt nesciūt: etiam inuiti seden-
do quiescūt. Nec lux ista veritas iam orta fue-
rat: quam sequi possent/ne in tenebris ambula-
rent. Que cū exorta fuisset/& apparere cepisset:
Joh.8. in moribus & in verbo clamauit/dicēs: Ego sūz
lux mundi: qui sequitur me/nō ambulat in tene-
bris: sed habebit lumen vite: quam q̄ secuti sūt/
tenebras euaserūt: tam ex iudeis/ ꝙ ex populis
Esa.60. nationū. Hinc etiam hierusalem dicebat: Sur
ge illuminare hierusalem: quia venit lumē tuū.
Et post: Et ambulabūt gentes in lumine tuo.
Ut zacharie vaticinium de illuminatione illorꝫ
qui sedebāt in tenebris/nō solūz ad iudeos/sed
etiam referatur ad gentes. Quod vero vmbrā
mortis adiūgit/in quandā secretiorē cōsydera-
tionem innuit. Est enī mors/& esse dicitur vm-
bra mortis: & vt a corporalibus ad spūalia trans
eamus: in his differendi sumamus exordium.
Mors est priuatio vite: aut separatio anime vi
talis a corpore vitam habente: que a mordēdo
nomen accepit: aut quia nimis mordet: aut qr
morsum solū facit in parte: nō enim in toto cō-
posito mors potest habere dominiū. Non de
animalibus ratione carentibus/sed de homini
bus loquimur: in quibus mors virtute precedē
tis doloris corpori sensum adimit: vnde anima
ipsa recedit: in qua mors non potest ampliꝰ de
seuire: vt illi sensum adimat/& ad nihilum redi-
gat. Proinde mors in parte mordet: in morsūqz
totum vendicare nō potest. Umbra vero mor-
tis est somnus siue dormitio: que ꝓpterea dicitur
mortis imago. Est etiam vmbra mortis omnis
infirmitas/qua peruallide corpus opprimitur:
quando extasis aut sensuū alienatio inualescit.
Nam sicut vmbra prout in corporibus agitur/
est aer carens sole: sic cum in hominibus dici-
tur/est quedam vita sine vsu rationis & sensuūz
corporis. Sic in spiritualibus reperimus mor-
tem/& vmbrā mortis. Mors spiritualis anime
cū peccando separatur a deo: qui est omniū vi
ta: & cum eterne in inferno detruditur. Umbra
ꝟo huiuscemodi mortis est carētia vere cogni
tionis/carentia veritatis & fidei & lucis eterne.
Fit vmbra in aere ab obiecto corꝑe luci: quo
remoto aeris pars illa clarescit. Sic aliquid fit
in animabus hominū/quod superne atqz inter
ne luci obijcitur: vnde illa vmbra mortis gene-
ratur. Sed remoueri dum viuitur potest / quo-
usqz detrudantur anime in infernū/omne quod
luci opponitur vt vmbra generetur. Hinc za-
charias differendo fatur: Illuminare his qui
in tenebris & vmbra mortis sedent: ad dirigen-
dos pedes nostros in viā pacis. Claret de cor-
porali luce ac corporalibus tenebris non prelo
qui zachariam/sed de spūalibꝰ: vt tenebris hu-
iuscemodi iaz depulsis/vmbra mortis abiecta/
pedes nostri affectus pariter & intellectus / pa-
cis dirigantur in viam: illius scilicet quā mūdus
ignorat: quia carens alijs conferre non potest:
sed in illam que superat omnē sensum: quā pro-
ximus passioni suis discipulis christꝰ dereliqt.
Deinde redit euangelista in declarationē ꝓcur
soris: ob quem supra posita sunt cōtexta/dicēs:
Puer autem crescebat: scz mole sui cor Lu.1
poris: et confortabatur spiritu/ scz san-
cto: quo ex vtero plenus erat. Qui accessit
ad desertum: in quo moratus est vs
qz in diem ostensionis sue ad isra-
el. Tempus accessionis scriptura non expli-
cat: sed a puerilibus annis desertum incoluisse
credendus est: & loca quesiuisse custodie remoti
oris cōsistentie/apta cōtemplationi/oratiōi cō
gruentia & amica meroribus: vbi tam diu stetit
diuinis reuelationibus vacans/& ex omni se di-
uinis theorijs intendens: quousqz mādato do-
mini ad israel in opere sacri mysterij monstra-
retur. Et habebat vestimentum de pi Mar.1
lis camelorum: et zonam pelliceam
circa lumbos eius. Esca autez eius
erāt locuste et mel syluestre. Agrestis
erat vita ioannis: neqz delitijs aliquando legi-
mus studuisse: qui ex teneris annis deserticola
factus est. Qui contempta carnis mollicie / hi-
spida veste ac rigosa indutus est/de pilis scilicz
camelorum. Decens vestimentū cuilibet chri-
stiano: vt vanitate careat; vt nō pascat oculos

intuentium: vt sit sine nota lasciuie: vt carniem
delicate non tegat: vt signet huius vite contem
ptum: vt vilitati et abiectioni conueniat: necessitati
non voluptati commensuratum. Maxime autem
ei competit vestis inculta/qui superna catego-
rizat: qui catechizat indoctos: qui ad contionem
profert rudimenta salutis: zona vero pellicea cir
ca lumbos ex aduerso confundit baltheos su-
perborum: qui etiam in zonis vanitatem ostendunt:
et in cingulis extollentiam pandunt: et que prohi-
biturus erat quem precurrebat/in se carendo dam
Lu.9. nauit. Quoniam saluator dicit: Nolite portare
aurum neque argentum in zonis vestris. Cibus eius
non esca electa/sed vage locuste: vt etiam bene
famelicis comedere sit horrori. Syluestre mel
illud erat quod ex syluestribus apibus condeba-
tur: non hominum studio/aut apparatu recepta-
culorum: sed prout in concauitatibus arborum his
auiculis natura dictabat. Igitur admirando con
syderate hunc puerum adolescentem/quanta ine
dia corporali continuo laborabat: qui christum imi
tabatur: ante quem factus erat: quem vita et predicati
one preibat. Paternas edes abhorrens/deser-
tum horridum cepit incolere: parentum alludimen
ta deuitans/diuinis directionibus agebat: co-
gnationem omnem dimisit/in proprijs laribus dere-
linquens. In deserto celum pro tecto suscepit: cui
ad impressiones aereas penitus obex non erat.
Familiaritas hominum non eum vinculauit in secu-
lo: sed in deserto bestijs domesticus erat: non le
cto recubuit: non opertorijs vsus est: sed guber-
nationi diuine totus expositus subiacebat. Ac-
curatio ciborum/sollicitudo rerum/compassio cor-
poris/a suo animo et moribus exulabat. O ama-
bilis et admirabilis adolescens/spiritu pleno/san
ctitate in vtero immaculate constans: que te tra
xit necessitas in desertum? Quid te aduersum
te tam rigidum fecit? Que te culpa premebat: vt
ad illam abstergendam tot passionibus subdere-
ris? Multa tibi iam erat de te mittente noticia: pro
quo cuncta sic aspernabaris. Porro suspirabas
indubitata fide in aliam vitam: pro qua istam sic parui-
pendebas. Erat tibi pro stercore mundus: cui re
pudij libellum tam subito intulisti. In membris ad-
huc rebellionem non senseras: et ipsa quasi ab infan
tia cruciatibus mancipasti: tibi nullam alimoniam
carni delectabilem prestans. Suspenso in celo spes
humane vite viluerat. Noueras certe mysterium
tuum/ad quod predestinatus atque missus eras.
Proinde te seruabas in desertis immaculatum: vt
purus purissimo occurreres venienti: cuius pro-
pheta altissimi dicebaris: et qui debebas aquis in-
tingere saluatorem/ne te macula contingeret pre-
cauisti. Ad contemplandum hunc iuuenem sacra euan
gelij scriptura offert omnibus sectatoribus veri
tatis/christianeque virtutis: vt sit forma viuendi
valentioribus in christi amore: atque forma humili
tatis his qui ad tam ardua manum mittere neque-
uerunt: aut velut tepidi noluerunt. Qui ab ipsis
primordijs quibus etas hominum absque admini-
culo itinerare potest/habitator deserti factus est

hirsuta veste vtens: qua magis caro pungeretur
ad tactum/quam ad solamen acciperet. Insolitus
cibus et asper/et potus amnis erat. Et hoc is qui
non peccauerat: qui a spiritusancto ablutus erat
in aluo. Quid autem ex isto sumendo normam/
facere deberent hi qui peccauerunt? Qui tam
diu hec in desertis agebat/quousque in iussu do-
mini mundo ad mysteria complenda patesceret: non
tamen vite agrestis mutata censura. Tempus ve
ro manifestationis euangelista seriosa narrati
one descripsit/dicens: Anno quintodeci- Lu.3.
mo imperij Tyberij cesaris: procu-
rante pontio pilato iudeam: tetrarcha
aut galilee herode: philippo autem
fratre eius tetrarcha ituree et tracho
nitidis regionis: et lysania abilenes
tetrarcha: sub principibus sacerdotum
anna et caipha: factum est verbum domini
super ioannem zacharie filium in de-
serto. Quia hic fuit missus a deo. Hic venit in Joh.1.
testimonium/vt testimonium perhiberet de lumine: vt
omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed
vt testimonium perhiberet de lumine. Et venit Lu.3.
in omnem regionem iordanis. Descriptio
temporis ad euidentiam est factorum/similiter et
fiendorum. Habet etiam inclusum mysterium: mores
vero intendimus/nisi per violentiam non contine-
ret. Manifestatio tamen precursoris se fidelium ob-
tutibus magis offert: que nisi per mandatum dei
facta non esset: ad omnium valentium verba profer-
re exemplum: ne preter mandatum domini foris loquentes
do procedant. Tumiditas est velle notum fieri: et
per virtutem prodire in publicum/non parue teme
ritatis: nisi desuper missio veniat et directio/vbi se-
mina diuina iaciantur. Virtus in necessitate est
cuilibet ad seipsum: verbum vero ad alios habet
opportunitatem: non tamen ex propria voluntate/sed
ex alterius directione: sed vbi voluntas et necessi
tas pari modo aut dispari quandoque concertant:
necessitas preualeat/non voluntas. Hic vero fuit
missus a deo: et venit in testimonium eterni lumi-
nis quod mundo apparuerat: vt de ipso perhibe-
ret testimonium eorum que visurus erat. Et vere
agnus dei erat: qui mundi venerat auferre pec-
cata. Et testimonium erat daturus superuenien-
tis spiritus in specie columbina/et paterne vo-
cis que intonuit super eum. Proinde tot vir-
tutibus preditus erat ioannes: et a teneris annis
disponente domino deserticola factus erat: vt ocyus
reciperet testimonium eius de christo a populo
iudeorum. Lux vero fontalis ioannes non erat:
nec sua virtute refulgens: quamquam plurimum par-
ticiparet de lumine: sed christus cui testimonium
dabat/erat lux vera: non alterius participio/sed
suo ortu proprio et eterno. Venit igitur ius
su domini in omnem regionem ior-
danis: in quo christum intincturus
erat: predicans baptismum peniten-
tie in remissionem peccatorum. Et vt
penitentiam agerent: quoniam ap-
propinquabat regnum celorum. Hec

siquidem verba de penitentia saluator etiam di
xit: que iam sunt disserta per modicum. Sed di
uersitas videtur in verbis: cum vnus referat di
xisse ioannem/ agite penitentiã: alius dicere vi
deatur/ predicans baptismũ penitentie in remis
sionem peccatorum. Etiam ex euangelio plene
colligimus/ q ipse personaliter baptizabat. Da
bat ioannes baptismũ in preuiũ baptismi chri
sti/ quem predicabat: non tamen baptismus io
annis poterat peccata diluere. Expediebat eũ
suos intinctos baptismo christi ablui: vt seq̃
retur remissio petõrũ. Disponebat porro io
annes verbo illos/ qui baptismo christi abluen
di erant: actu vero etiam corpora preparabat.
Baptismũ vero christi ⁊ penitentiam predicabat
in remissionẽ peccatorum: nam baptismus penitẽ
tiã includit. penitentia vero ad baptismũ perdu
cit: vt nemo ad baptismũ accedat/ nisi p̃mo pe
niteat: penitẽtia nõ valeat/ nisi aqua perfundat.
Et verbum interne factum super ioannem/ dũ
morabatur in deserto solitarie: ipsum ilico in
struxit/ vt virtutem dandam clementis per ver
bum prolatum agnosceret: nec salus hominib⁹
esset nisi corporalis esset intinctio: que per vir
tutẽ inditam verbo inuisibiliter animas lauat:
his dũtaxat exceptis/ qui in sanguine aut flami
ne abluuntur. Duo protinus ad imitandũ ho
mines ad aliam vitã p̃dicabat ioannes/ penitẽ
tiam ⁊ baptismũ: penitentiã sc3 ⁊ recessum a vi
tijs/ ab erroribus/ ab infidelitatibus: quib⁹ ho
mines tenebãtur: ⁊ ablutionẽ/ qua ab huiusmo
di contagijs lauarent̃ initiati ad actionẽ virtu
tum. Sic enim Petrus dicebat his qui timue
Act.2. runt/ querentes de euadendo consiliũ: Penitẽ
tiam inquit agite: ⁊ baptizet̃ vnusquisq3 vestrũ
in nomine iesu christi/ in remissionẽ peccatorũ
vestrorum. Hec predicatio semper in necessita
te consistit: etiã his q̃ ab originali contagio sũt
abluti/ si aliis cõtagijs sunt infecti: vt videlicet
penitentiã agant/ ⁊ iterũ baptizentur: nõ tamen
Hebr.6. rebaptizentur: quoniã vt ait Apostolus: Impos
sibile est eos qui semel illuminati sunt: gustaue
runt etiã donũ celeste: ⁊ participes facti sũt spi
ritussancti: gustauerunt nihilominus bonũ dei
verbũ: virtutesq3 futuri seculi: ⁊ prolapsi sunt: re
nouari rursus ad penitentiã: renouari scilic3 ba
ptismo: quo culpa dũtaxat originalis deletur/ ⁊
omne crimen quo intingendus illa hora esset i
fectus. Sed a posterioribus vitijs post illã pri
mã ablutionẽ/ nõ est renouatio p eandem. Atta
men sunt alia baptismata/ in quibus reabluitur
qui resorduit/ cum penitentiã egerit. Omnia si
quidẽ sacramenta/ excepto ppagationis huma
ne/ ablutoria sunt/ baptismi sunt. Uirtutes etiã
lauatoria sunt: quibus lauari possunt hi/ qui p̃
mã ablutionẽ posterioribus peccatorum macu
lis fedauerunt. Confirmatur autem predicatio
ioannis vaticinio Esaie/ cum dicitur: Sicut
scriptum est in libris sermonũ esaie
Esa.40. pphete: Omnis vallis implebitur: et
omnis mõs et collis humiliabitur.
Et erunt praua in directa/ et aspera
in vias planas. Impletio vallium/ exalta
tio est humiliũ. Humiliatio montiũ ⁊ collium/
depressio est superborum. Qui deposuit poten Lu.1.
tes de sede: ⁊ exaltauit humiles. Et alibi: Omnis Lu.14
qui se exaltat/ humiliabitur: ⁊ qui se humiliat/ ex
altabitur. Et Jacobus apostolus: Superbis Jaco.4.
deus resistit: humilibus autem dat gratiam. Et
Esaie textus sic continet: Omnis vallis exalta
bitur. Hec siquidem per aduentũ domini/ ⁊ per
operationem christi hominibus prouenire de
nunciat. Et erunt praua in directa/ ⁊ aspera in
vias planas. Et videbit ois caro salutare dei.
Obliquati erant homines/ ⁊ praui facti erant:
nec erat in eis rectitudinem reperire: cum syna
goga recesserit ab obseruãtia preceptorum: ⁊ cul
tibus idolorum erat dicata gentilitas: ꝗuis in
populo iudeorum pauci reperirentur adhuc ze
lum legis habentes. Et incessanter homĩes in
prauitate cordis sui ambulabant: nec erat q̃ ad
veritatem dirigeret: neq3 qui ad rectitudinẽ ho
mines reuocaret. Altitonabat Joannes illam
mundo aduenisse iusticiã: que prauũ reuocaret
ad rectum/ ⁊ asperũ sua virtute molliret. Nã q̃d
prauũ ⁊ asperum sit in rebus/ ipsa euidentia do
cet: ⁊ loquendi cõsuetudo demonstrat. In mo
ribus alius se obijcit intellectus. Nam prauus
est omnis qui ex vsu longo ⁊ cõsuetudine mala
didicit male agere: rectitudinẽ rationis ⁊ iusti
cie in animo ⁊ moribus pretermittens. Corrigi
tur autem per iusticiã: quoniã ipsa est que de pra
uo rectum facit: siue iusticia fidei/ que prauos p
incredulitatẽ dirigit. siue moralis/ que homĩes
in perditis moribus deprauatos ad recta faciẽ
da reducit. Prauus est puersus ab aliquo vitio
intantũ/ vt intentionẽ pariter ⁊ actionem in se
ipso peruertit. Prauus est omnis qui se obsti
nate tuetur in malo: ⁊ aduersus quod est bonũ
obdurate consistit. Asper est autem omnis qui
inequalitatẽ habet: ⁊ qui est dissiuanis eloquio
⁊ conuersatione molestus: qui aspernatur salu
tis monita: ⁊ plus rigide increpat eum iustissime
increpantes/ q̃ fuerit increpatus. Erunt igitur
praua in directa/ ⁊ aspera in vias planas: cum
puersi per iusticiam dirigentur: ⁊ iniqui ambu
labunt vias ⁊ semitas equitatis. Et videbit Lu.3
omnis caro salutare dei. Salutare dei
est dei filius ostensus in carne. Aliter ocul⁹ car
neus videre nõ potuisset/ nisi esset ab eo nostra
suscepta natura. Sed omnis caro rationalis
hominis/ nõ irrationalis animalis: omnis ca
ro iudei ⁊ greci: quoniã carnis nomĩe in hoc
loco signatus est homo. Sic ⁊ in Genesi legit̃:
Omnis caro corruperat viam suam. Nõ enim Gen.6
deus de carne animaliũ irrationabilium dicit:
quoniam eorum merito deus non disposuerat
diluuium inducere super terram: q̃ peccare aut
aliquid in virtute agere recte non poterãt. Sed
propter peccata hominum volebat deus mun
dum vniuersaliter baptizare: vt aperte totũ di
ceretur: omnis caro/ id est omnis homo corrũ

perat viam suam. Sic ⁊ aperte totum in dicto
prophetico quod allegat Joannes/accipitur:
vt omnis caro/id est omnis homo videat salu-
tare dei: scilicet humanatū filium dei. Et quāꝗ
in hac vita singulariter eum omnis homo non
viderat: attamen si vnus dūtaxat vidisset/ recte
dici potest ꝙ omnis vidit: cum nec sunt plꝰ ho
mo omnes homines ꝙ vnus homo. Etiā si dū
vixit/ab hominibus non est visus: videbiꝭ ab
omnibus dum veniet iudicaturus: non tamen
in deitate sua/sed humanitate suscepta: iuxta il-
Apoca.1 lam sententiā qua dicitur: Uidebit eum omnis
oculus: ⁊ qui eū pupugerunt. In hoc ꝙ Joan-
nes de Esaia testimoniū ꝓtulit/ ꝙ videbit oīs
caro salutare dei: quedam questiuncula me con
stringit: videlicet ꝙ hoc non sequiꝭ ad id/quod
primo allegauit. Nam cū dicitur: erūt praua in
directa/⁊ aspera in vias planas: statim sequiꝭ:
Et reuelabitur gloria domini: ⁊ videbit omnis
caro pariter quod os domini locutū ē. Et hoc
quidem dicitur: cum hierusalem esset in baby-
lone futura captiuitas: ne desperatione hiero-
solyma frangeretur. Quod autē in euāgelio cō
muniter scribitur/etiā ex Esaia sumptū est: sed
multis mysterijs interpositis pro illo tempore
quo populus in egyptum descendit/ assyriorū
calumniā passus. Nō tamē omnibus verbis q̄-
bus in euangelio scribitur: sic eñ illa scriptura
Esa.40. dicit: Et videbunt omnes fines terre salutare
dei nostri. Sed est sane cōcordia concentusq̧
verborū: si cōnexio sententiarum ⁊ causa intelle
ctu ꝑspicaci colligitur. Uerūtamē vt sententia-
rum ꝯcordiā possimus agnoscere/prius verbo
rum dissonantiā videamus. In Esaia scribitur
Et videbit omnis caro quod os domini pari-
ter locutū est. Idem Esaias dicit: Uidebūt oēs
fines terre salutare dei nostri. In euāgelio aiꝭ
Uidebit omnis caro salutare dei. Quod sequi
tur cōtinuo ad id quod Joannes allegat/scꝫ ꝙ
os domini pariter locutū est: idē est quod salu-
tare dei: hoc eñ os domini locutū fuerat/ꝙ in
plenitudine temporū voluit ipse deus mūdo re-
uelare. Iuxta quā sententiā etiā symeon senex
Luc.2. benedicēs dominū dixit: Quia viderūt ocli mei
salutare tuū: quod parasti ante faciē omniū po
pulorū. Quod dicit oīs caro idē est ꝙ omnes fi
nes terre/scilicet homines qui sunt in omnibꝰ
finibus terre: sensum verborū/ nō seriē accepit
aut Joannes allegans/auꝭ euāgelista scribēs.
De visione vere fidei atq̧ glorie nō est ꝑ singu
Matth.3. la disserendū. Tunc exibat ad eum hie-
rosolyma/et omnis iudea/et omnis
regio circa iordanem: et baptizabā-
tur in iordane ab eo/cōfitentes pec-
cata sua. Ecce predicatio ioannis sortieba-
tur effectū: quia penitentiā agebant/cōfitentes
peccata sua. Et querebant remissionē/cum ba-
ptisma susciperent. Et iam late dispersa erat fa
ma ioannis: cum solū in regione iordanis exi-
stens/nō solū illa regio: sed etiam de hierosoly
ma ⁊ de iudea vt predicationem audirent/⁊ ba
ptisma susciperent/ ꝓperabant: peccata etiā cō-
fitentes. Sed hec omnia dispositiones erāt ad
christum: ⁊ ad illam sacramentorū formam/ que
post spiritum sanctū tradita est ecclesie orthodo
xe. Nam predicatio ioannis quanꝗ ex omnibꝰ
vera esset: attamen ad condendum euangelium
disponebat baptismus eius ad eum quem chri
stus daturus erat. Confessio vero turbarum di
stincta non erat: vt singuli singulariter peccata
ioanni confiterentur: velut ecclesia spiritusan-
cto predita/tradidit omnibus fidelibus in pre-
ceptum: vt si delinquūt recepto baptismate/ ad
illam veniant iterum abluendi. Et nec ioānes
huiusmodi cōfessioni potuisset intendere: cum
turbarum multitudine vallaretur. Sed audien
tes predicationē eius cōpungebantur ⁊ confite
bantur publice in legis peccasse iusticiā: nō in
iusticiam fidei/quā nondū susceperant: cū chri-
stus adhuc predicare atq̧ palam fieri nō fuisset
exorsus. Uidens autem multos pha-
riseorum et saduceorum venientes
ad baptismū suū/dixit eis: Proge-
nies siue genimina viperarum/ quis
demonstrabit seu ostēdet vobis fu-
gere a ventura ira? Pharisei sunt qui ob
aliquid insigne foris ostensum/magis religiosi
a ceterisq̧ diuisi videbantur. Saducei etiam iu
sticiam quā non habebant/pretendebāt: negan
tes resurrectionē/abrenunciantes ꝓphetis: tm̄
quinq̧ libros moysi recipientes: ⁊ asserunt ani
mas cū corporibus interire. Utrum recto zelo
an fallaci venerunt ad baptisma ioannis / non
immerito dubitaꝭ: ex eo ꝙ ioannes eos tam au-
dacter argueret/dicens. Progenies seu geni-
mina viperarum. Diuersitas est vocabulorum/
non sententie: quoniā ꝓgenies ⁊ genimina idē
in significato ⁊ effectu rei cōueniūt. Quare au-
tem hos appellauerit filios serpentis/est querē-
dum: ne nos posteri in hanc nequitiā veniamꝰ:
aut si venimus/abscedamus: quis hoc pluribꝰ
sit dissertum. Filij autē serpentis qui pessimos
⁊ fraudilogos imitantur: qui terrena sectātur:
quoniā terra illius est cibus/qui anfractuose ꝓ
cedunt: qui humanā habent prudentiā: nō di-
uinam/non celestē: sed omnino terrenā. Proin
de ioannes sic eos arguendo cōfundit: imo ne
in posterum cōfundanꝭ/in cōsyderationē cautē-
dorum imisit. Quis demonstrabit aut ostendet
vobis fugere a ventura ira? Parum enim vo-
bis ad me pro baptismo venisse/nisi vobis me-
lius ꝓuideatis in futurū. Si ostēsum est vobis
vt ad me purificandi veniretis: si tremuistis ad
verbū meū: si vos qui sapientes ⁊ iusti videba-
mini ab alijs similiter ⁊ in oculis vestris/humi-
liastis animas vestras: vt vos in aqua intinge
rem patiamini: vobis oīno nō ꝓderit: nisi vt ab
ira ventura fugiatis/ab aliquo ostendaꝭ. Quis
ergo ostendet vobis si ficte venistis: si animo cō-
temnitis/quod ope diligere demōstratis: ꝙ cum
multitudine turbarum curritis: si fidē sequimini ple
beiorum: ne discordantes ab eis etiā iniqui habe-

remini: qui queritis iusti videri: vobis non cedit in pspeꝝ/ nisi futurū iudiciū caueatis: a quo sententialiter ⁊ eternaliter nō inuolui quis mōstrabit vobis? Sed quia penitentiā pdicaui/ cōpuncti estis: nisi penitētie veritatē intus agatis/ nō sufficit vobis exteri⁹ ablui. Sed facite fructus dignos penitentie. Lu. 3 In hoc protinus ostēdetur vobis fugere a ventura ira. Prudens ⁊ pia pdicatoris cōditio/ cū audacter de vitijs arguerit auditores: vt ilico curā adhibeat: vt statim opponat remedia: ne peccatores desperatione frangātur. Opportune predicatori hec debet adesse prudētia: cum viua voce ventura mala ⁊ eterna fuit cōminatus: vt sine intercapedine tēporis inferat de cauendo scientiā. In foueā desperationis cōtinue animus caderet: ineuitabiliter ire se credēs in eternū supplicium/ si nullum posset esse remediū. Aut deus iudicaret impi⁹/ si ineuitabiliter supplicia peccatoribus statuisset. Porro nunq̄ esset dei misericordia pdicāda/ si vitari neumodolibet posset decernētis iusticie pena. At q2 sciebat ioannes dei esse iusticiā simul ⁊ misericordiā: nouerat etiam mundo nō defuere peccatores: ⁊ p penitentiā posse indulgentiā reportare: ac p penitentie dignos fructus venturā iraz faciliter deuitare. Sāctus pdicator nō odit hoies: quis opportune ⁊ importune arguat de peccatis: immo si peccatores mordaciter pungit: in eo tamen q̄ sunt homines diligit. Proinde statim ad argutionē sceleꝝ annectit remediū agēdoꝝ. Facite ergo fruct⁹ dignos penitētie. Multi multa hic dixerunt/ cum vellent fructus dignos penitētie declarare. Aliqui comice/ aliqui plixe: vtriq̄ tamē optime disserētes. Ego vero nescio qualiter sum traiectus in aliū ordinē disserendi. Supra Joānes dixerat: Penitentiā agite: appropinq̄t enim regnū celoꝝ. Similiter ⁊ christus hāc eādē sententiā ptulit/ cū pdicare cepisset: addentes quid ad penitentiā subsequatur: baptismuz sc3 ⁊ credulitatē euangelij/ ⁊ regnū celoꝝ in premiū penitentiū. Nunc vero Joānes aliter orsus/ p deuitanda ira ventura fructus penitētie adiecit: acsi aliud esset penitētia/ aliud fructus ei⁹. Sed cū sepe penitentiā diffineamus/ ad psens tantū de fructibus eius disseramus. Ois quippe virtus pprios habet fructus: quoꝝ primus est idē fecisse quod est. Nā primus fruct⁹ fidei est credere/ spei sperare/ charitatis diligere/ humilitatis humiliari/ obediētie obedire: sic ꝙdez est de omnibus virtutibus reperire. Nec primū fructū virtus extra seipsam habet: ad seipsam p actū eius fructificādo reflectit. Sicut ⁊ in artibus reperit: vt artis nautice nauigare primus sit fructus: lucrū vero quod ex nauigatiōe venit/ nō est fructus artis/ sed hominis nauigātis. Et medicinalis artis fructus sit sanitatē inducere: lucrū vero fruct⁹ est medici/ nō medicine. In sensibus etiā hominū/ fruct⁹ visus est videre: quāq̄ sit alia homis vidētis intētio: sic ⁊ in ceteris sensibus fructus est ppria obiecta sensisse. Primus igit penitētie fructus est in veritate penitere: fructus itaq̄ dignus sc3 cōueniēs est penitētie: vt in veritate in animo fiat. Veritas igit penitētie omne placitum/ paruū siue magnum/ mūdane delectationis excludit: ⁊ tā viā iniqtatis q̄ mortē corporis plus abhorret. Nul⁹ fructus visus sibi est indignior q̄ in veritate vidisse cui si omnis corporis moles in quo est deperet/ sibi nō esset periculum: dum ipse posset in sua veritate cōsistere. Primus fructus ⁊ amor naturalis omniū reꝝ est in pprio esse posse manere. Porro fructus penitētie cū sit penitentiā sc3 cognitionē peccati ⁊ damni auersionis diuine/ dolorem male actorum/ odium iniquitatis/ cautelā omnimodā futuroꝝ veraciter int⁹ in animo suscepisse: ista in veritate pficiet: cōtraria queq̄ deuitans: nihil q̄ sic nō esse amplius ptimescens. Et cum pterq̄ de peccato nō sit in hominibus penitētia indita: ⁊ pterq̄ peccatū nihil sit penitētia dignum: expedit vt digne alteꝝ altera cōpensetur. Dignum siquidē peccatū penitentia: ⁊ ipsa peccato digne debetur. Erit igit penitētie dignus alius fructus: cum ipsa equabit delictum/ aut quod pperam est cōmissum. Dignior autē/ si omnino superaret. Sed hoc omnino me in sciētia pterit/ q̄ aliqua penitētia posset superare peccatum: cum sit infinitum: p eo q̄ infinito deo displicuit. Audacter dixerim: si potuisset homo delicta ⁊ peccata p penitentiā superare gratis fuisset crucifixio saluatoris. Sed q2 homo p penitentiā peccatū supare nō potuit: nec posset etiā si mala omnia in vnū cōflata pateretur: ideo infinitus deus p assumptā carnē p oibus in cruce penitentiā egit. Equari autē penitētia possit: vt tantus esset dolor animi/ quanta fuit delectatio cōmissi peccati: ⁊ equa futuroꝝ cautela: sicut fuit plapsio in cōmissis. Digne penitet/ dignusq̄ dicitur penitētie fructus: cū ipsa dolendo equat ad crimē. Alium fructū penitentie dignum attentius iudicani: si virtutis amor pualuerit amori quē quis habuit in his quibus ante peccauit: et delectatio bonitatis delectationē nequā exuperet: ⁊ tantū ad id quod nefas est odium degeneret/ quanta extitit delectatio in q̄b⁹ anima culpate delectata iacebat. Nec nō p abstinentiā licitorum fructus dign⁹ penitētie agitur: cum quis abstinet ab his quibus ante peccatum libere absq̄ culpa vti potuisset. Apostolus autem in ministerium iusticie fructū dignum iusticie posuit: cum de liberatis a peccato loqueret/ dicēs: Humanū dico pro- Ro. 6
pter infirmitatē carnis vestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire imundicie ⁊ iniquitati ad iniquitatē: ita ⁊ nūc exhibete mēbra vestra seruire iusticie in sanctificationez. Hec enī est opportunitas apostolice sentētie: vt sicut membra hominis que accōmodata sūt anime/ vt sint instrumēta virtutū: que aīa nequā semp conuertit ad actionē culpabilē vitiorū: cum vero p penitentiā resipiscit: ita conuertat in obsequium diuine iusticie/ sicut iniquitati per

omnia mancipauit. Nec impossibilitatē alleget
sectando iusticiam/valitudinē habens operan
do nequitiā: vt ſm mēsurā humanitatis fiat: ne
minor sit valitudo membrorū obsequendo iusti
cie ꝙ fuerat obtēperando nequitie. Hic proti
nus est vltimus penitentie dignus fructus: cū
actio in executione virtutis atqȝ iusticie/ iniqta
tis equabit actioni. Sed qui male agendo vete
rauit: cuius omnino membra tabescunt: animo
tamē ⁊ opere a peccato resilit: quid faciet cū
non possit membra sua tam valide operibꝰ exhi
bere iusticie/sicut in iniquitatis obsequiū ante
cōstituit: ⁊ denarium diurnū sicut aurorarius/
ita ⁊ vespertinus accepit? Responderim quo
niā quod membra nō possunt/a positore agonū
in actionibus nō exigit: ⁊ diues affectus operū
supplet omnino defectus. Uerūtamē quoniam
multi credunt sibi deberi veniā bonitate parē
tum: cōtinuo excludit Joannes/dicēs: Ne ce
peritis dicere: patrē habemus abra
am. Quia sicut nec iniqtas/ita nec iusticia de
riuatur in filios: ⁊ sua quequ merita pro premio
siue supplicio/nō alia seu paterna hominibꝰ in
diuino examine respondebunt. Nam sicut filꝰ
non portabit iniquitatē patris: sic nec paterna
iusticia fulcietur. Anima que peccauerit/ipsa mo
rietur: vt iusticie vnius in aliū nō possit esse trans
fusio. Nemo igitur cōfidat in predecessoris iu
sticia/si sibi dominatur iniquitas. Nemo sibi de
sanctitate alterius blādiatur/nisi ⁊ ipse velit se
in virtutibus exercere. Ut incunctāter affirmē:
nec christi misericordia ⁊ omne meritum eius/
ac etiam totius sue sancte ecclesie/ opem pos
sit hominibus ferre/nisi ab iniquitatibus resi
piscant: ⁊ quantum pmittitur/ dignos penitentie
fructus agant. Decreuit ab eterno diuina iusti
cia: vt voluntarie male agentibus ⁊ impeniten
tibus merita nulla subueniant. Proinde ioan
nes hanc ꝓsumptionē interimit/vt filijs merita
paterna subuenirāt: quoniā filij abrae non com
putantur in semine/sed in fide ac imitatiōe morū
Matth.3. ⁊ directiōe virtutū. Dico enim vobis: qr
Lu.3. potēs est deus de lapidibus istis su
scitare filios abrae. Qui ſm repromissio
nē sibi factā nō sunt traduce carnis/sed infusio
ne virtutis. Ac ꝑ hoc vndecūqȝ homines ad fi
dem christi veniant/sunt filij abrae. Nā zacheꝰ
qui gentilis erat/nec de populo circūciso fuit
natus: a christo in domo sua recumbēte/appel
latus est filius abrae: pro eo ꝙ fidē abrae imita
batur. Hanc etiā ꝯcertationē apostolus ad Ga
Gal.3 lathas aperte disseruit: Abraā credidit deo: et
reputatū est illi ad iusticiā. Cognoscite ergo: qr
qui ex fide sunt/hi sunt filij abrae. Prouidens
autē scriptura: quia ex fide iustificat gentes de
us: ꝓnunciauit abrae: Quia bñdicentur in te oēs
gentes. Igitur qui ex fide sunt/benedicentur cū
fideli abraam: cuius filij ſm Joannis baptiste
sententiā/possent de lapidibus/imo de quibus
cūqȝ creatis a domino suscitari. Sed intēdebat
Joannes his verbis in eos qui de gentilibꝰ ad
erant: ⁊ idolatrico cultu lapides adorabāt: qui
credentes in christum facti sunt filij abrae: cum
fidem quam abraam tenuit/sunt professi. Non
poterant iustificari pharisei ⁊ saducei ex operi
bus legis: nec abrae merita eis prodesse potuis
sent: nisi fidem abrae ostensam in christo/animo
⁊ moribus profiterentur. Et transfertur in oēs
gētes omnesqȝ iudeos/quod ioānes aduersus
phariseos protulit ⁊ saduceos. Gentiles vero
qui a ioāne lapides appellati sunt: sic ⁊ aposto
lus ad Galathas subsequenter ad predicta di
cit/qui gentiles ⁊ greci fuerant: Omnes enim Ibidē
filij dei estis/qui christū induistis. Non est iude
us neqȝ grecus/neqȝ seruus neqȝ liber: non est
masculus neqȝ femina: omnes enim vos vnum
estis in christo iesu. Si ergo vos vnum estis in
christo iesu. Si autem vos christi/ ergo abrae
semē estis: ſm promissionē heredes. Uerbū au
tem ioānis de suscitatione filiorum abrae/ enū
ciatiuum erat diuine potentie: necnō ⁊ prophe
ticum: quoniā sic in posterum factum est: vt or
thodoxa ecclesia christi vbi sunt ſm repromis
sionem ⁊ fidem filij abrae/de gentibus sit colle
cta. Nullus igitur dona diuina desperet: nullꝰ
causetur de potentia saluatoris: quoniā si non
repugnabit: ꝙuis vt lapis appareat durus ⁊ in
sensibilis: si diuine vocationi subiacebit: vt la
pis pmittet se manuduci ad formā fidei et cete
rarum virtutum inuisibiliter inducēdam: susci
tabitur in filium dei: quia quod impossibile vi
detur hoibꝰ/diuine subiacet potestati. Et ideo
dicit Joānes: Facite fructus dignos penitē
tie. Ne ceperitis dicere: patrem habemus abra
am: credentes in eius saluari iusticia: eius fideȝ
penitus nō habentes. Quoniā iam secu Mat.3
ris ad radicez posita est. Omnis er
go arbor non faciens fructū bonū/
excidetur et in ignem mittetur. Simi
litudo est ſm quā ioannes loquitur: nō per pro
prietatē. Unde sicut securis ad radicem steri
lis arboris iudicio domini ponitur/vt excidatur
ad combustionē ignis: sic sententia diuine iu
sticie ad voluntatē hominis posita est: vt homo
sterilis excidatur de congregatione verorū fi
delium electorum: eternis ignibus incōsumpti
biliter mancipandus. Ad radicem siquidē: quo
niam omnis virtus arboris est principaliter a
radice: qua euulsa protensio arboris non subsi
stit: nec fructus germinare amplius potest. Il
lud ꝓpter quod homo fructificat/ipsa est ei vo
luntas: que sic est in homine/sicut radix est in ar
bore. Igitur merito sentētia diuine iusticie poni
tur ad voluntatē: qr nemo ex eo ꝙ male egit: sed
ex eo ꝙ male voluit/quo fructificare in virtuti
bus ꝑ beatitudine noluit/iudicatur. Quod vo iā
dicit/tēpus insinuat: sed ab eterno fuit diuina iu
sticia. Tūc vo dicitur posita/cū creatura illiꝰ ca
pax ꝑdita est: vt bene agens pmiaretur/⁊ puniretur
delinquēs. Magis de primo videtur ioānes assi
stere/in christum distarpat intendēs: quia pater
omne iudiciū dedit filio: ⁊ potestatē dedit ei iu-

dicium facere: quia filius hominis est: q̄ bonas preseruet arbores: ad meliora cōmutans: steriles vero ignibus tradat. Ad cuius verbum expauefacte sunt turbe: incipientes querere copiā euadendi. Nam sequitur. Et interrogabāt turbe dicentes: Quid ergo faciem⁹? Si dei verbum in veritate a concionatore processit: si vere ad audientium corda peruenit: primus timorem incussit. Timor vero cautelā a periculis fecit inquirere. Signū euidentissimū est pfectus verbi: timor ꝛ cōpunctio audientiu3: qm̄ statim se conferūt: vnde eterna possint cauere pericula: Euidentius aūt esset si ad actionem virtutum se per omnia dedicarent: qm̄ initiū timoris est velle culpā succidere: vnde homo torquetur: mediū vero eius id velle pficere vnde quiescat: tota eius pfectio cum abscesserit: sedemq3 omnimodā mala reliquerit charitati. Querunt ergo turbe quomodo possint diuinā securim effugere: ne velut sterilis arbor mittantur in ignē: dicentes: Quid ergo faciemus? Solerti ꝛ torrenti verbo ioannes locutus est: ad quod etia3 est solertissime vigilandum. Nam non dixit ioānes securim positam ad radicē arboris malos fructus vtiq3 pducentis: sed quia bonos non pduxit: sit p ignibus euellenda. Quid ergo de his qui operati sunt iniquitatē: qui tyrannidem exercuerunt: qui bella finitimis perperā intulerūt: qui minus potētes debacchati sūt: qui pauperes ꝛ innocētes indebite vexauerunt: qui diuites facti sunt spolijs alienis: ꝛ vt perstringam: qui sunt ceteris sceleribus ꝛ criminibus irretiti. Nempe a minoribus factus ē ascensus ad penā: vt si is qui bona non fecerit: cibus ignis efficiatur: quid fiet his qui omni contēpta diuina lege domino peccauerūt? Sed turbe tantū audiētes a ioāne de nō faciēdo bonū positā vltionē: vt in illā non veniant: quid sit faciēdum inqrūt. Iuxta quod quesitū eruditio est ioānis. Qui respondēs dicebat illis: Qui habet duas tunicas: det non habenti: et qui habet escas: similiter faciat. Nō dat hic de non faciēdo malo cautelā: sed de bñfaciēdo doctrinam: qm̄ ad bñfaciendū actio iniquitatis excluditur: tanq̄ bonū nō possit pcedere ab iniquo. Et si bonū interdū pficit opus: iniquo facienti nō cedit in meritū. Hinc btūs Esaias cū populū instrueret: prius mundationē a sceleribus ꝛ detē a vitijs posuit: q̄ intulisset de bñfaciēdo scientiam dicens: Manus vestre plene sunt sanguine: lauamini: mundi estote: auferte malū cogitationum vestrarū ab oculis meis: quiescite agere pperse: discite bñfacere. Sic ioannes quasi iam anathematizasset p verbum ab hominibus viciatuum: de ope subuētionis ad proximū protulit disciplinam. Qui habet duas tunicas: det non habēti: in remediū scelerū iam factoru3. Et qui habet escas: similiter faciat. Hoc nēpe consilium dederat Daniel regi chaldeorū vt sibi super peccatis suis indulgētia pstaretur: dicens: Quāobrē consiliū meū o rex placeat tibi: ꝛ peccata

Luce.3

Esa.1

Dan.4

tua elemosynis redime: ꝛ iniqtates tuas in misericordias pauperū. S3 nec ioānes p indiscretionē aut p difficultatē iubet turbis elemosynas elargiri: cū de eo quod supest: mādat fieri compēdia indigētiū: ꝛ de superexcrescētiā habētibus nō habētibus fieri supplemētū. Nulla erit excusatio iā fulcins: si nō fouēt de supfluis indigentes. Charitatē ꝛ compassionē ad pximū in verbis suis includebat ioannes: ꝛ effugere futura3 sentētiam p subuētionē proximi fieri posse monstrauit: quoniā charitas ad proximū adesse insinuat charitatē ad deum. Et charitas que operit multitudinē peccatorū: sine qua nemo iustus: cum qua omnis manet securus. Huic alius ioānes quasi simili sententia correspondet: licet cōmunem videantur inducere: Qui habet substantiam huius mundi: ꝛ viderit fratrem suum necessitatem habere: ꝛ clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Ac si charitas dei non manet in homine: quomodo sibi ab incidēti securi ꝛ ab intrusione gehēne potest esse suffragium? Quāobrē quod consulit pcursor: exequatur auditor: ꝛ si non de necessario: salte3 de supfluo indigētibus tribuat. Venerūt autem et publicani vt baptisarentur: et dixerunt ad ipsum: Magister quid faciemus? Uirtute plenus erat sermo ioannis: huiuscemodi hoīes ad se trahēs: vt publicani q̄ erāt ab imperatore in publicis exactiōibus pstituti: p remedio salutis accederēt. Quibus ioānes nō dānās officiū: dat exigēdi cēsurā: cu3 dixit ad eos: Nihil amplius q̄3 quod cōstitutum est faciatis. Hoc nomē non maculam portat: s3 a publio scipione romano consule: qui ad exactionationē huiuscemodi primo hoīes posuit: initiū sumpsit: ac etiā quia talis exactio in vtilitatē reipublice vertebat: vñ publicanum nomē in posterū inoleuit. Non damnat ioannes exactiones principū: cum fiscalē interdum exigunt p cōmuni vtilitate pecuniam. Et principibus mundi expedit rēpublicam in tranquillitate tueri: ꝛ p euētuum varietate in prouisionibus ꝛ agēdis fiscum regium semp decet esse refertum: velut fons in se cōntinens originalis aque abundantiam: qui diuersis riuulis ad diuersa loca deriuatur. Sed hi quibus est exigere constitutum: nihil amplius exigant q̄ quod prima dictauit autoritas. Nec suo cōsilio suasit ioannes publicanis a republice actione recedere: sed ipsam exercere s̄m iusticiam constitutā. Indiget gubernatione principum ꝛ legū constitutione mundus: ne malorum insurgat improbitas: insurgens preualeat: ne succumbat innocētia non defensa: ne impie pturbetur bene ciuitas constituta: ne hominū mores impunita iniquitate procedant: ex quo fit oppoztuna exactio fiscalium rerum: dum transit vera ꝛ iusta intentio ꝛ actio exigētium: ne publica exercētes officia pessimētur rōne puati. Nā hec est recta ordinatio quorūcūq3 hoīu3: vt iuste pficiāt ad quod sunt p publicā iusticiā instituti. Interroga

1.Jo.3

Luce.3

Luce.3 **Interrogabant autē eum milites dicētes: Quid faciemus et nos? Et ait illis: Neminē concutiatis/neq₃ calumniā faciatis. Contēti estote stipēdijs vestris.** Nō abrogat ioānes militiā que reipublice seruit: sed illā non tanq̄ malū vituperās/quid in illa sit cauendū edocuit. Nam bonū est sub iusto principe militare/iuste bella mouēte/atq₃ ꝓpulsante improbitatē hoīm: vt in pace agatur vita bonorū. Bonū est militare: vt tuta maneat imbecillitas: ne ipsā opprimat fera validitas. Feliciter militaꝶ/ꝛ iuste arma mouenꝶ cōtra eos q̄ vexant hoīm pacē: qui cōtra quietos crudescūt ad necē: magis laudabiliter militaꝶ/ vbi pro fide bellū indiciꝶ. Porro expedit ſm rei euētus necessario militare/ maxime sub iusto duce iustam causam tuente: ita dūtaxat vt nullus concutiaꝶ iniuste sub velamine iuste militie: nec inferantur damna eis quibus militia debuit esse ꝓtectio. Et si non protegi debuerūt/ aut nō indigerunt: tamē ex ipa nō debēt eos reportare: ne velint ditari alienis emolimētis: sed contēti maneant stipēdijs ꝯstitutis. Indignū enī est et oīno in moribus intolerabile: vt iusticie fautores fiant grassando predones: ꝛ reipublice cura illico destruitur/cum militaris ordo grassatur. Et inemendabiliter mala nocent/cū tutor predo efficitur: cum miles per improbitatē accipit que per probitatē defendere debuit/ ne ab hostib⁹ tollerentur. Perperam protinus cum damno q₃ tenetur gladius militaris: cum ordinatur ad emulos: debacchatur in suos. Proinde Joannes milites admonet/ vt neminem aliquo modo concutiant: cū ad hoc constituti sint/ne indebite ab alijs concutianꝶ: ne inferāt calumniā/ cū debeāt ꝓpellere illatores. Sint contenti constitutis stipendijs: Que vt imperator daret/ ab hominibus defendendis accepit. Et publicani cōstituti ad exigendū insinuāt/quod ad fiscū implendū p militibus exhauriendum exigebāt Non ergo fas est/vt qui constitutū censum dedit in obsequium reipublice/iterum exigēdo vexetur a milite facto predone. Atq₃ videꝶ esse iusta militia: cū ioannes nō reprehenderit milites: sed tm̄ dissuaserit quod in militia tribui posset ad crimen. Sed vtiq₃ iusta/immo necessaria extunc: vt lex exorsa diuinitus: nō dico tm̄ mosaicam aut euangelicam: sed cum lege nature militia sociatur. Nam lege originalis iusticie licitum est ꝑuersos homines ꝓpulsare: ac resistere illis qui bella pacificis ꝛ innocētib⁹ indicere tētauerunt. Et q̄q̄ saluator tolerare sine repensione vicissitudinis dixerit mala que posset inferre quicūq₃ alijs vellet esse molestus/vt nō repetat autoritate sua ille qui patitur: tamē voluit vt per rectores reipublice iniquitas hoīm arceatur: nā nec fuisset necessariū militare/nisi homo aliū hominē vi opprimere pretētasset. Et sicut lex mosaica omnisq₃ aliā lex ꝓpter ꝑuaricatores posita est: ita ꝓpter reprimēdū infestos debuit esse militia. Nam deus ꝑ suos angelos semper militat aduersus malos: ꝛ boni cōtra superbos in celo victricē militiā ꝑfecerūt. Et abraam postq̄ promissionem terre chananeorū accepit/ ꝛ cum esset dei electus: pro defensione oppressorum innocentium militauit: ordinās ad expeditiones suas trecentos decem ꝛ octo vernaculos: cum quibus ordinatis in bellum/irruit super reges qui alios per rapinā potenter oppresserāt: ꝛ reduxit predā: ꝛ retraxit spolia: restituit spoliatis: nec preter victum quippiā plus accepit. Gen.14. Dedit tn̄ victimas melchisedech sacerdoti dei: ꝛ ipse ab eo accepit benedictionem: ꝛ panē ꝛ vinum in figuram futuri mysterij. Nihilominus tamen illi intunc sibi fuit licita ratio militādi: reprimēdo improbos/tuendo quietos. Militauit moyses cū interfecit egyptum: qui iniuste opprimebat hebreum. Militauit in eremo: cum aduersum se videbat iniusta bella consurgere. Militauerūt ducesq₃ militādo fuerūt iosue/gedeō/barach/sampson/iepte/samuel/dauid: multiq₃ reges veteris testamenti: quos recte incessisse dicimus/ꝛ saluos esse fide tenemus. Militauerūt machabei: militauerūt etiā iuste q̄ multi ꝑncipes ꝛ populi christiani/in honorem dei ꝛ zelo legis: amore virtutis/odio iniquitatis: ad coercendum humanā audaciā/ad tuendā innocentiā: ꝛ vt sedareꝶ respublica: ꝛ scipio esset omnibus vera iusticia. Et quanq̄ multi fungantur militie nomine: illorū tantū est vera militia qui aduersus peruersa ꝛ turpia bella mouent: ceterorū vero non est militia: sed aut violenta predatio quod iuris est alieni: aut indignati animi odiosa vindicta.

Luce.3 **Existimante populo et cogitātibus omnibus in cordibus suis de ioāne/ne forte ipse esset christus: miserunt iudei a hierosolymis sacerdotes et leuitas ad eum/vt interrogarent eum: Tu quis es?** Jo.1 Pia ſ₃ nō vera erat ista existimatio populi de Joāne: q̄ taliter seipsum in virtute mōstrabat. Sic ꝑdicabat veritatē atq₃ iusticiā: vt nondū innotesceret christus/quod sic non immerito credereꝶ. Sed hec existimatio in eorū iudiciū vertebaꝶ: q̄ cognitionē ꝑ fidem de christo venturo habebant quē iam in ioanne venisse credebant. Et nimirū ipsoꝝ damnatio cumulaꝶ: cū tāta esset existimatio de Joanne/vt christus esse credereꝶ: q̄ ei de christo vera dicenti nulla ratione credebant. Sic vnusquisq₃ quantum sibi permittitur/bonus sit virtutis amator: non vt de ipso bonitatis fama peruolitet: sed ne infamia curat omnino deuitet. Si vero fama virtutem excesserit: caueat ne super id quod est rapiatur. Nam et Joannes se infra claustra humilitatis tenebat: cu₃ plus q̄ esset de ipso crederetur: nec presumebat rapere quod sibi imperitum vulgus videbatur offerre. Si autem sopito virtutis nomine infamia quandoq₃ tabesceret: constantia opus est: ne virtus elidaꝶ in animo: ꝛ ne animus atteratur ꝑ infamiā deꝑssa virtute: quē neq₃ fama bonos/nec infamia potuit facere cri

minosos. Et iustus index meritorūqz librator/ non ſm famā aut infamiā/ sed ſm veritatē virtutis ⁊ vitij hoīes iudicabit. Proinde quid ioannes interrogatus a leuitis ⁊ sacerdotibus respōderit audiatis. Et confessus est et nō negauit: confessus est/ qz non sum ego christus. Optimi serui est ⁊ cuiuscūqz legati sibi non appropriare quod nouit esse dñi sui: et si quippiā offerret/ dare repudiū. Nemo vt stultus supra seipsum opinione hominuz rapiat: si nouit sibi oīno deesse quod credit. Spectat ad mentis constantiā/ existimatione magna hominū nō extolli: etiā si adesset quod fama vulgariū clamat/ intra humilitatis ⁊ vilitatis claustra se famosus includat. Ecce ioannes diuina nō rapit: oblata respuit: quod nouit esse christi/ non arrogat sibi. Suspendunt patibulis qui temporalia diripiunt: qui domino inuito aliena contrectant: quid aūt erit eis qui diuina rapiūt: qui diuinos honores inquirūt: qui etiā impertinenter oblatos nō respuunt? Formā prestruxit ioānes: ne quisqꝫ supra id quod est rapiat. Et iterum

Ma.1 interrogant euz: Helias es tu? Qui dicit: Non sum. Predixerat angelus zacharie qꝫ ioannes Jesum in spiritu helie preiturus erat: non tamen qꝫ personaliter ioānes

Mat.11 esset helias. Saluator etiam protestatus est: Et si vultis recipere eum/ ipse est helias qui venturus est. Ac per hoc si vera est sententia dñi saluatoris qꝫ ipse sit helias: quomodo stabit responsio precursoris: non sum helias? Sed ipsa verba sacre scripture perconsyderata propensius ipsorum dubia soluunt. Dicit nāqz iesus de ioanne: ipse est helias qui venturus est. Quomodo ioānes qui iam venerat/ fuit helias qui venturus erat: nisi quia ioannes qui iam venerat/ re non erat helias: sed spiritum habebat eius qui iam tempore regum venerat/ ⁊ ante iudicium iterum venturus erat. Firmam igitur tenet ioannes veritatis censuram: qꝫ neqz christus/ neqz sit helias in

Joan.1 sinuās. Iterum interrogant: Propheta es tu? Qui respondit: Non. Propheta helias erat: quē esse se denegat. Quid igitur an sit propheta vlterius interrogatur? Respondetur: Erat propheta helias: ⁊ singulos tamen habebat incessus: ⁊ more ioannis deserta incoluit: aut ioannes imitando heliam/ in desertis quasi ab infantia solitudinaliter habitauit. Posteros nāqz prophetas sic peregisse nō legimus: Quamobrem si nō est christus aut helias: an sit aliquis ex priscis prophetis inquirit. Et hoc quoqz denegat: quia dūtaxat presens propheta existens/ aliquis ex priscis esse nō poterat: qui nedū propheta/ sed plus qꝫ propheta fuisse cōmendabat a christo. Dixerunt enim ei: scilicet hi qui missi fuerant: Quis ergo es? vt responsum demus his qui miserūt nos: Quid dicis de teipso? Ait

Esa.40 Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam domino: sicut dixit esaias propheta. Hoc quod de Esaia inducit/ predixerat turbis: sed nūc seriose interrogatus/ replicat sacerdotibus ⁊ leuitis. Aliter rei geste veritas/ ⁊ series verborū ioannis ordine recto contexi nō possent. Ego vero initiū verborum Esaie hic differendū distuli: pro eo qꝫ nuncijs iudeorū dederat in responsū. Turbis vero nō interrogātibus quis esset/ gratis aperuit ad quid ipse venisset. Uerūtamē turbis/ sacerdotibus atqz leuitis ostēdit sue legationis ⁊ officij veritatē: nil supra id quod erat insinuās. Ego vox: nō mea dicēdi auctoritate/ sed habilitate loquēdi. Ego vox illius dumtaxat in deserto clamātis/ christi videlicet qui de proximo in deserto mundo clamaturus erat. Uox non semetipsaz format: nec sua virtute inuenit verba differenda: sed aliūde virtus est vnde vox ipsa formatur. Non a seipso ioānes erat sed ab eo qui est/ et qui erat/ et qui venturus est. Joannes verba differenda nō inuenerat: quia vox erat: cuius officiuz est verba iam in animo inuenta depromere/ nō inuenire. Erat vox dearticulata Joannes: non vllius animalis: que ſm naturam a deo eis insitam voces inarticulatas emittūt. Sed diserte pronūciabat ad quod missus erat: vt voce premissa verbi concepti in animo intelligentia sequeretur. Erat porro ad hoc vox omniū prophetarum quasi vehiculum quo Christus per fidem in animas hominū ferretur. An forte ad seipsum referebatur: qui in deserto clamabat presens Christum ad corda hominum cito venturū: vt serie debita subsequatur: Dirigite viam domino. Non est in hominū potestate dirigere viā dño: etenī directa est ab eterno. Si Christus est via: sic illam viam dixerim dirigendam/ per quam christi fides ingreditur: hec siquidem est nulla voluntas: que tunc dirigitur/ cum ad credere velle inclinat: ⁊ suo imperio in obsequium fidei vinculat intellectum. Obliqua protinus erat via hominum voluntatis: cū id querebat quod deuiabat ab hominum conditore: quod tandem vrgebat in penam: cum in diuersa concupiscibilia inhiabat: et semper plura esuriens velut impasta manebat. Obliquabatur voluntas hominum a peruersa et erronea intelligentia veritatis: cū pro deo idola coleret: cum hi qui diuina scripta receperāt/ prophetasqꝫ habebāt: et in illis venturū christū non intelligebant: a veris auersi/ ad falsa conuersi: exclusi ab eternis/ temporalibus inuoluti: priuati virtutibus/ vitijs irretiti. Quam viam tunc homines direxerunt: cum fide/ theoria et actu se conuerterunt ad christū. Nō autem quis abhorreat qꝫ viam dirigendam dixerim voluntatem: quoniā internarū virium ipsa est imperatrix: quāquā non sit ipsa directrix: sed vera ratio ipsam ad recte concupiscenda deducit. Uerūtamen magis voluntas cogit rationē vt recta perquirat: vt credenda intelligētia credat: qꝫ ipse possint augere voluntatē/ vt se ab eo quod bene aut male velit auertat. Sepe quippe volūtas appetit quod ratio denegat: ⁊ quod ratio protulit/ ipsa refugit: nec intelligentia po-

tes quippiã crederet:si volũtas noluerit assenti-
re:igit directio volũtatis est directio vie domi-
ni. Et qui missi fuerant/erãt ex phari-
seis. Quibus aderat ex inuidia curiositas inq-
rendi:non tñ ex volũtate credẽdi. Proinde sic
ad improbationis argumẽta conuertũt. Et in-
terrogauerũt eum et dixerũt: Quid
ergo baptizas:si non es christus/ne
q3 helias/neq3 propheta? Bona interro
gatio in veritate rei:sed dolo animi tenebãtur:
qm nullus ablutionẽ põt dare alat[illegible]/neq3 sa
cramẽta diuina pferre:nisi autoritatẽ habeat p
priã vel cõmissam. Propria in christo:cõmissa
in helia siue ppheta. Due sunt ptinus ecclesie
claues:potestas in helia/sciẽtia in ppheta. He-
3.Reg.17. lias potestate tradita celũ clausit:ideoq3 aperuit
4.Reg.1. sup duos quinquagenarios iustã vltionẽ3 indu-
4.Reg.5 xit. Heliseus vero ppheta leprã cognouit ali-
ter non curãdam q̃ in baptismo iordanis:om-
nesq3 alij veri dei pphete discernendi inter bo-
num et malũ scientiã habuerũt. Porro inexcu-
sabiles sunt iudei/de christo ignorantiã allegã-
tes:nã si christũ non credidissent esse venturũ/
habiturũq3 sup crimina hominũ potestatẽ/atq3
sacramẽta ex autoritate debere pferre:ioãni pri
mus nõ dixissent:quid ergo baptizas/si tu nõ es
christus?tanq̃ si christo hoc agendi adesset ple
na potestas. Verũtamen hic arguũtur omnes
qui nõ cõcessam accipiũt potestatem. Proinde
ioannes acsi iusta fuisset:quanq̃ ex inuidia:q̃q̃
ex ignorãtia rescuipens iterata interrogatio nũ
ciorũ:apologeticũ fecit. Unde respõdit eis ioã-
Ioan.1. nes dicẽs: Ego baptizo in aqua in peni
tentia:medius autem vestrum stetit
quem vos nescitis. Ipse est qui post
me venturus est:qui ante me factus
est:et fortior me est:cuius non sũ3 di
gnus calciamenta portare/aut pro-
cumbens corrigiam calciamentorũ
eius soluere. Ipse vos baptizabit in
spiritusancto et igne. Cuius ventila-
brum in manu sua:et purgabit areã
suam. Qm nunciũ nouerant similiter et omnis
synagoga iudeorũ q̃ solus deus põt pctã dilue-
re:pamplius aũt nouerat et ioãnes:idcirco non
in remissionẽ pctõr/sed in penitentiã in aqua se
asserit baptizare. Christus vero quẽ ipsi nescie
bant:qui inter iudeos natus erat:qui mediatu-
rus inter deum et hominem venerat:baptizabit
in spũsancto/in quo remissio concedit peccato
rum:necnõ et in igne charitatis/que similiter ha
bet operire pctã. Hoc non puri hois/sed solius
christi est dei et hominis/spiritũsanctũ posse cõ
ferre:et hãc charitatis virtutem in cordibus ho
minum operari. Abnegat ioãnes sibi nihil arro
gasse diuinum:in christum solũ retulit iura sua:
quem ad se superlata comparatione describit.
Ipse est qui post me venturus est. Acsi diceret:
Preco sum:sequit ipse iudex:vox sum ego:ver
bum est. Prius est verbum conceptum/q̃ vox
enũcians verbum:precedit tamen vox verbũ

ad alios declaratur3. Ipse ante me factus
est. Quomodo factus per quem omnia facta
sunt? Non deitate factus/qui sit ens ante omnia
secula deus:carne non ante factus:cum sexto
mense post ioannẽm fuerit conceptus iste:sed
ante me factus etiam vt homo/ad maiora my-
steria ordinatus. Greca nãq3 editio ante pro co
ram dicit:acsi in conspectu ioannis omnia de
christo sine nube clarescãt. Ante me factus/po-
testate scilicet beneficia conferendi:et ad soluẽ-
da vincula peccatorũ:ad confringendũ regna
tartarea:et vt electos suos ponebat in super-
na. Unde Ioãnes adiecit: Et fortior me est. Mat.3 Lu.3. Marci.1
Non erat ista cõpositio deitatis:cum inter deu3
et hominẽm comparatio aboletur:sed hominis
et hominis erat:qz christo homini omnis erat
donata potestas:quam vt deus ab eterno habe
bat. Non erat ioannes illo fortior/qui fortis ar
mati potuisset introire hospitium3 ac eius vasa di
ripe. Christus vero fortior illo erat:qui forti de-
bebat indicere bellum:sibiq3 inferre conflictũ:
vasa diripe:ipsumq3 sua potestate ligare:ac co
fortior quo passus vicit:moriens superauit:se-
pultus ppria virtute surrexit:et terrenũ corpus
non aliena/sed ppria virtute in celi supiora sub
uexit. Indignitas vero calciamenta portandi
aut soluendi corrigiam/per quandã serui simili-
tudinem ad humilitatem refertur. Nam porta-
re calciamenta in obsequium dominorũ/et cor-
rigiã soluere intervilia seruitia deputat:quanq̃
et nobilis seruus posset hoc agere humili amo-
re inclinatus ad dominũ. Quã similitudine3 ad
seipsum reprimendum/cum tanta fama ipsũm
extolleret/ioãnes assumpsit. Verũtamẽ hic mul
ti multa dixerũt:que tacentes nostra descripsi-
mus. Equidem ex hoc in se standi et non ascen-
dẽdi vnde casus horrendus eueniat/omnibus
forma monstratur:vt q̃to quis p famã ab alijs
reputatur/tanto magis se ad ima deijciat. Et p
similitudinem humanarũ actionum habitũ hu
militatis insinuat:vt ab exterioribus ad interio
ra capessendo virtutes fiat accessus. In chri-
stum vero iudiciariã retulit autoritatem:p eo q̃
pater omne iudiciũ dedit filio. Unde subiũgit:
Cuius ventilabrum in manu eius:et Lu.3
purgabit aream suam. Etiã ad ostendẽ-
dem autoritatem/similitudinem eorũ que ab ho
minibus agunt accepit. Cõsuetudo artificialis
messoribus est:cum messis delata in aream fue
rit/varijs tonsionibus cedere:aut animalia sup
inducere ad terendum:deinde accipe ventila-
bra/vt granũ cũ paleis et aristis in area eleuent:
ad experientiam insufflationis venti/paleas extra
areã deferẽtis rõne leuitatis:grano rõne graui
tatis in areã retundente. Quo typo christus su-
am mundabit ecclesiã:iustis granibus ex fide p
plenitudinẽ gratie tribuens pmia merito/con
gregans in suum supernum horreũ:et gratia va
cuis conferens tormenta penarũ. Proinde se-
quitur: Et congregabit triticu3 in hor
reum suum:paleas autem con.bu-

ret igne inextinguibili. De iudicio extre
mo ꝓximus locutus est: cum de messe ventilata si
militudinem posuit: ⁊ ignē inextinguibilem ad-
iecit dānandis. Et merito ꝑ venti similitudinez
adijcitur pena: qm̄ circūlati sunt hi cum vento
doctrine/sanā doctrinā animo ⁊ moribus ꝯtē-
nentes. Et nec inuenti sunt in fide stabiles: nec
in oꝑe efficaces a vanitatibus ⁊ cupiditatibus
mundi: velut palee aride a ventis validis agita-
ti: q̄bus erit inextinguibilis ignis: qꝛ ipsis viuē-
tibus ignis male ꝯcupiscentie nō defecit. Naz
anima calida quasi ignis ardēs: ⁊ non extingue
tur donec aliq̄d degluttat. Mixta est bonis et
malis area christi dei: nec apparet quanta ele-
ctis sit tribuēda felicitas/aut impijs seua dam-
natio. Mixta sūt grana cū paleis: mutua ē ꝯuer
satio vtrorūqꝫ: q̄ ad suꝑna gaudia/⁊ q̄ spectant
ad regna tartarea. Protinꝰ vltimū vētilabrū ex
pectat: q̄uis i ol decedēte a vita/causa sua eq̄ssi
me vētilet. Multa q̄dē ⁊ alia euāgelizabat popu
lo: q̄ntapat que possent in credulitatē illius quē
ꝑcedebat inducere. Omnis ꝓximus sermo ioā
nis intendebat in christū: ad quē cōuertere nite
Joan. 1. bat corda populoꝝ. Hec facta sunt in be-
thania trans iordanem: vbi erat ioā
nes baptizans. Nō in illa que ꝓpe hierusa
lem erat. In vtraqꝫ tamen obediētia designat:
que mortē facit ⁊ vitaz. Nā ꝓpe vnā celebratur
baptismus: vbi baptizatus moritur ⁊ resurgit:
in altera etiā mortuus christi potētia resurrexit.
Mat. 3. Tunc venit iesus a nazareth galilee
in iordanem ad ioannem: vt baptiza
retur ab eo. Joannes autez prohibe
bat eum/dicens: Ego a te debeo ba-
ptizari: et tu venis ad me. Gesta ꝑcurso
ris/nō saluatoris sumpsimus differenda: q̄ vir
tutez sibi humilitatis insertā in oībus seruat: ⁊
pia contētione alloquitur christū/ꝙ non sit ba-
ptizandus ab eo: qm̄ quotquot ioānes baptiza-
bat/ad christi baptismum disponebat: ⁊ ipse ba-
ptizando peccata tollebat: christum baptizare
iudicauit incongruum: qui suo baptismo laua
re venerat peccata cunctorū. Et viceuersa ra-
tus est fieri/ꝙ ipse ab eo deberet potius baptiza
ri. Nouerat ioannes ꝙ in baptismo peccata la-
uantur: qui quanq̄ sanctificatus esset in vtero:
non se ab eis/sed christum asserebat immunem;
Proinde contēdit ꝙ non christus ab eo/sed ip
se a christo debet baptisma suscipe. Sed ne ioā
nes aliqua macula fedebatur ab illa sanctifi-
catione quam accepit in vtero: que aquarū im-
mersiōe deberet abstergi: omnino negauerim.
Nam si omnia scelera cōmisisset/non erat iteruz
baptizandus: quem in materno vtero ab origi-
nali cōtagio abluerat spiritussanctus: nec vltra
conceditur aquarū sacramētalis immersio/vbi
per spiritūsanctū culpa originalis est tersa: quia
pro illa dumtaxat noscitur instituta. Et velut
non iteratur baptismus: sic non cōceditur vbi
primo modo abluit spiritus. Quid igitur est ꝙ
ioannes cum saluatori contendit/dicens: Ego
a te debeo baptizari: et tu venis ad me: Porro
ioannes in christi sanguine intendebat: preno-
scens se descensurum ad inferos/ibiqꝫ mansu-
rū: nisi ad superos christi passio reuocaret. Un
de quanq̄ ioannes immunis dici potuisset a ta
li contagio/quod per baptisma ablui nō habet:
non tamen potuisset in superna conscendere: ni
si christi passio: qua hūani generis peccata do-
nantur: cuius merito conceditur regnum celo-
rum: ⁊ mors ⁊ resurrectio ⁊ ascēsio precessisset.
Audeam in christi virginem matrem: que om-
ni prerogatiua donorū atqꝫ virtutū excedebat
ioannem: ꝙ nec illa etiaz si premortua translata
fuisset ad superos/nisi filij sui tam seua morte ꝑ
uenta. Non abs re ioannes cum christo contē
dit/ꝙ ab ipso debeat baptizari: qui iaz a spiritu
baptizatus erat: sed nec sic ꝙ sine christi sangui
ne omniū peccata tergente/traijci potuisset in
regnū. Uerūtamen sic decernentē iesuz/nō am
plius reluctans ioannes aquis immersit. Et vi
dit spiritūsanctū in columba: ⁊ audiuit vocē pa
ternam: ⁊ totius trinitatis accepit christum ba-
ptizando noticiā. Magnus ioannes totius tri
nitatis minister/imo totius deitatis amicus: q̄
patrē deum audiuit in voce: filium deum bapti
zauit in carne: spiritūsanctū deū aspexit in colū
bina specie: nec aliud q̄ vnum deum in substan-
tia/⁊ trinum in personis credidit: ⁊ opera trini
tatis esse omnino indiuisa cognouit. Et cū chri
stus in desertum abisset: ioannes sue legatiōis
agebat officia: nec recedebat a regione iorda-
nis baptizās ⁊ ꝑdicans: vt etiā expectaret chri
stum a deserto regressūz: qui quadrageno exple
to ieiunio/⁊ diaboli peracto cōflictu/inde disce
dens ꝑexit iterū ad ioannē. Quez ioānes vidēs
ad se venientē/his qui secuz astabant ait: Ecce Joan. 1.
agnus dei: ecce qui tollit pctā mun-
di. Omnem causam christi aduentus ioannes
suis auditoribus apit: qm̄ venit tollere nostra
peccata. Sed agnus est dei/agnitor dei ⁊ oīuz
que sunt ⁊ que fiunt/bonoꝝ atqꝫ maloꝝ: et ni-
hil est quod suam agnitionē effugiat. Agnus dei
agnitus a deo: et cui pater dixit: Hic est filiꝰ me
us dilectus. Agnus dei/mansuetus dei. Agnus
innocens. Agnus inter lupos/ in breui occiden
dus a lupis. Credamus cū priscis ꝓphetis ꝯcor
diā habuisse ioannē: et vnū spiritum ꝓpheticuz
suscepisse. Nam vt agnū quē mō digito demon-
strabat/ꝓphete ꝑdixerunt esse venturū: rogātes
et affuturum. Inquit em̄ Esaias: Habitabit lu Esa. 11
pus cum agno. Insolitum est lupū cū agno vel-
le habitare/quē festinat occidere: sed agnus dei
de quo sic ꝓphetabatur/hoc habuit ꝓpriū: vt cū
ipso voluerint habitare lupi rapaces. Nōne lu-
pus rapax saulus cum agno isto habitauit in ce
lo: cum arcana diuina conspexit? Nōne habita-
uit cum agno dei: ꝑ quo sibi mundus crucifixꝰ
est/ipseqꝫ mundo? Nōne cū ipso habitauerunt
multi lupi rapaces/diuinos rapiētes honores
cū rapacitate deposita/ facti sūt agni cū agno/
habitātes cuz ipso? Quotquot em̄ que sua sunt

querũt/lupi rapaces sunt: sed cũ resipiscunt ad
bona cõuersi/facti agni nouelli cõtubernant in
virtutibus cũ agno dei: demũ habitãtes eterne
cũ eo in altioribus partibus celi. Nunc eundez
Esa.16 Esaias expetebat venturũ dicẽs: Emitte agnuz
dñe dominatorẽ terre/de petra deserti ad mon
tẽ filie sion. Agnina masuetudine diaboli super-
bia ꝓpulsanda erat: ne videret potentia solum
hũane nature vicisse victorẽ. Quasi ad excusati-
onẽ suã assumeret callidus hostis: ꝙ non equo
certamine esset deuictus: sed superioris violẽ-
tia suscepisset conflictũ: contra quem vt agnus
emissus est dei filius inire certamen: qui euz vi
cit passus: ⁊ peccata tulit occisus. Ecce agnus
dei similitudine/nõ ꝓprietate: qui quasi agnus
corã tondente obmutuit: vt cũ sibi auferret vi-
ta/ipse a nobis auferat nostra peccata. Hũc eũ-
dem agnũ siue ip̄m christũ in similitudine agni
multis enigmatibus alius aspexit ioãnes. Sic
Apoca.5. enĩ inqt: Et vidi: ⁊ ecce in medio throni ⁊ quat-
tuor animaliũ/⁊ in medio seniorꝝ agnuz stantem
tanq̄ occisum: ⁊ habentẽ cornua septem/⁊ ocu-
los septẽ: qui sunt septẽ spiritus dei missi in om
nem terraz. In medio stabat agnus tanq̄ occi
sus: quia q̄uis resurrexit/tanq̄ occisus stat cum
merito mortis vsq; ad finẽ seculi/ ꝓ oibus q̄ vnã
fidẽ de christo tenuerunt. Animalia vero ad euã
gelicos viros: seniores ad eos qui in originali
dũtaxat iusticia: siue in circũcisione siue in lege
mosaica decesserunt: omniũ sane istoruz agnus
occisus peccatã i se purgatur⁹ accepit: quẽ ioãnes
baptista intẽdens digito indicauit. Et cornua
septẽ videbat habere/vniuersalem videlicet po-
testatẽ ad repugnãdas omnes aduersarias po-
testates. Et oculos septez vniuerse visionis: vt
eius scientiã nihil possit effugere. Qui spiritus
dei dicuntur improhibiles atq; inuisibiles ad
agenda: necnon ⁊ septẽ dona spiritus: q̄ vt mun
dus possit accipere/ipse meruit agnus: qui ec-
Apoca.19. cleſiã orthodoxã accepit vxorẽ. Et nuptie agni
venerunt: ⁊ vxor eius ꝑparauit se: quã cooperu-
it byssino splendido ⁊ candido: quod nequaq̄ fe
cisset/nisi prius eius peccata lauanda in suo san-
guine abstulisset/vt iustificari a dño mereretur.
Quod idẽ ioannes secutus adiunxit: Byssinuz
enĩ iustificationes sanctorũ sunt. Et ipse agnus
huius mundi ꝯsummato mysterio/lucerna eius
erit in gloria eterne claritatis. Sed magno stu-
dio precauendũ est ne qui nunc ipse agnus est
oibus mãsuetus/in fine seculi fiat iratus. Quod
ioannes preuidit cũ diceret quosdã rogaturos
mõtes ⁊ colles: vt sub eis ab ira agni in illo tre
mẽdo examine abscõdant. Ecce agnus dei. Ad
intellectũ nostrũ demonstratio ista refert. Qui
peccata tollit: inuitatio peccatorũ est: ⁊ omnes
vocant ad veniã: vt ad agnuz hunc veniant/qui
ab oibus põt hoies exonerare peccatis. Cui ne
credat abiectus/altius testimoniũ subintulit ip
Joan.1. se ioãnes dicẽs: Hic est de quo dixi: Qui
post me venit/ante me factus est: qr
prior me erat: et ego nesciebam eum

Sed vt manifestaretur in israel/pro
pterea veni in aqua baptizans. Quod
dixit de prioritate/iã expositũ est. Sed hec de
christo ignorãtia ioannis non ex oibus pẽdet:
quẽ adhuc existens in vtero spiritusancto doce
te cognouerat esse filiũ dei. Sz spiritussanctus
moderat sua mysteria in ꝓphetis: vt simul om-
nia nõ intelligãt: sed successiue percipienda pci
piãt. Et q̄uis ꝓphete fuerint ⁊ videntes/non
semꝑ ꝓphetauerũt atq; viderũt: sed cũ spiritus-
sanctus desuꝑ eorũ animos interius illustra-
bat. Quod Heliseus de seipso manifestat: q̄ cũ
esset ꝓpheta/etiam aliqua deus sibi celauerat.
Nã cũ sunamitis illa hospita eius ꝓ morte filij
accessisset ad eũ: teneretq; pedes eius: ⁊ seruus
ꝓphete illã amouere niteretur: heliseus ait: Di- 4.Regū.4.
mitte illã: anima eius in amaritudine est: ⁊ dñs
celauit a me: ⁊ non indicauit mihi. Erat in ama
ritudine anima illius ꝓ morte filij sui: quã mor-
tẽ ꝓpheta ignorabat: nec spũssanctus sibi reue
lauerat: nisi sunamitis illa ꝓdidisset. Ad humili
tatẽ est ꝓphetarũ ꝙ nõ oia noscant: maxima est
ꝓuidentia dei ꝙ non semꝑ eos afflat. Et plura
credimus q̄ ꝓphete possint agnoscere. Reue-
lat autẽ ꝓ loco ⁊ tẽpore/necessitate aut vtilitate:
sicut ad Corinthios apostolus dicit: Dis mani 1.Cor.12.
festatio spũs datur ad vtilitatẽ. Ita ioãnes ba-
ptista sciebat ⁊ nesciebat: sciebat porro quod
iã ꝑceperat ex vtero: ne ꝙ sciebat q̄ iesus ad tãta
mysteria pararetur: ⁊ ꝙ ad populos nationum
eius esset deriuãda redemptio: ⁊ ꝙ in aqua ipse
deberet culpã originalez diluere. Porro supra
sensum hominũ erat/nec credibile videbatur q̄
subiectio fidelis ⁊ immersio in fluxibili elemen-
to culpã originalẽ abstergeret. Sed ideo tãtum
venit in aqua baptizans/vt manifestaret in isra-
el: ad quẽ dũtaxat populũ christũ datũ esse cre-
debat. Cõnectit euãgelista ordinẽ dictorũ: vt te-
stimoniorũ ioannis series habeat. Et testimo Joan.1.
niũ perhibuit ioannes/dicẽs: Quia
vidi spiritum descendẽtem quasi co
lumbam de celo: et mansit super eũ.
Et ego nesciebam eum: sed qui misit
me baptizare in aqua/ille mihi dixit:
Super quem videris spiritum de-
scendentem et manentem super eũ/
hic est qui baptizat in spiritusancto.
Et ego vidi et testimoniũ perhibui:
quia hic est filius dei. Clara sunt hec ex
alio euãgelista: ꝙ spũssanctus super christuz in
specie colũbina descendit: quẽ ioannes se asse-
rebat ad aliqua ignorare: nisi ille cuius verbuz
in deserto factũ est super eũ/sibi interius illuxis-
set: ⁊ diceret ꝙ qui tãta testimonia ex celo susci-
peret/erat filius dei: qui in virtute spũssancti ve
nerat baptizare: peccata tollere: veniã peccato-
ribus dare. Asserit se vidisse ioãnes non tantuz
oculo corporis speciẽ columbinã: ⁊ aure capitis
vocẽ audisse paternã: sed fideli mẽtis intuitu cõ
spexisse testimoniũ quod reddebat de filio dei.
Stabat ioãnes ad cõtemplandũ de christo. Vñ

altera die iterū stabat ioannes/et ex
discipulis eius duo: et respiciēs ie-
sum ambulantē ait: Ecce agnus dei
Testis ꝛ testarius cōueniebāt: vt ille daret / ille
acciperet testimoniū: vt fieret ioanne relicto in
maior sequela post christū: ad quod omnibus vi
ribus nitebat. Et volebat despici ꝓpter hono
rem christi/salutēq credentiū: quā ipse cōferre
nō poterat. Ex omni se preco iste tēdebat in iu
dicē: ꝛ omnē gloriā ꝛ honorē tanq̄ regi seculo-
rum christo dn̄o tribuebat: suis suadens disci-
pulis/vt in christi discipulatū festine trāsirēt.
Pedagogū se dicebat/ suos subsequos in se-
quelam christi traijciens: ꝓinde repetebat de
agno dei: quod ꝛ factū est. Nam cū audissent
duo ex discipulis ioannis iesum loquentē: ioan
ne relicto in christi sequelā cōtinuo sunt cōuer-
si: vt figura in veritatē/vmbra in claritatē/vox
in intellectū verbi/preco in iudicē/seruꝰ in do-
minū/via in terminū/nauis in portum: ꝛ si qua
sensu ꝑcipi/intellectu cōspici possunt/in christū
nos plene traijciant. Ad hec quidē nititur oīs
series diuinarū scripturarū/patriarcharum ge
sta/similiter ꝛ oracula ꝓphetarum: si qua cate-
goria in theorijs: si qua exēplaria vt ad eum ve
niamus/impellant. Peracto iā anno ꝑdicatio
nis christi: nec ioāne a ꝑdicatiōe cessante: nec
desistente a baptismate accedentiū: ꝛ vtroq ba
ptizante: christo ꝑ apl̄os/ioanne ꝑ seipsum: chri
sto authoritate plena/ioanne authoritate pre-
uia: a discipulis de vtroq questio exorta est.

Joh. 3. Erat aūt ioānes baptizās in ennon
iuxta salim: q2 aque multe erāt illic.
Et veniebant et baptizabātur. Nō-
dū enim missus fuerat in carcerē io
annes. Facta est ergo questio ex di-
scipulis ioānis cū iudeis de purifi-
catione. Et venerunt ad ioānē et di
xerunt ei: Rabbi qui erat tecū trās
iordanē/cui testimoniū perhibuisti:
ecce hic baptizat/et omnes veniunt
ad eū. Baptizabat adhuc ioānes i baptismo
quo primo ceperat: sed nō baptismo christi: ꝙ-
uis christus iam ꝑ annū predicauerit: ꝛ bapti-
zauerit ꝑ manus discipulorū eos qui credebāt:
quia nondū ex toto innotuerat veritas/ vt vm-
bra cessaret: magis aūt q2 nec ꝑcursoris irritā-
dum erat officiū/quousq in carne degisset: qui
animas disponeret ꝑdicatione verbi/ ꝛ baptis-
mū penitentie ad baptismū ꝛ credulitatem chri
sti. Magnū enim adminiculū ioannes erat ad
christum: dum ipsum cōstanter id quod erat as
sereret: quāq̄ christus aliter potuisset hominū
corda disponere. Locus autē cōgruebat myste
rio: quia ibi multe aque erant. Sic enim ennon
interpretat. Semꝑ enim aptitudo loci ꝛ tp̄is cō
ptāda virtutibꝰ. Solertius etiā locū euāgelista
disseruit: q iuxta salim erat oppidū ꝛ trans ior-
danē: vbi melchisedech sacerdos dei sūmi lōge
ante regnauerat: q panē ꝛ vinū abrae a cede re-
gum reuertēti obtulit: ꝛ ab ipso decimas obla-
tas accepit: vt ꝛ sacramēta in vnū cōuenire cre
dant: ꝛ expedire oīa in salutē: ꝛ veteres figure
detecteq ve. itates ad seinuicē verisimilice cōue-
niant. Et copiosa se offert loquendi materia: si
quis vellet differere quod in se mysterij habeat
quod vbi ꝑcessit figura corꝑis ꝛ sanguinis chri
sti/ꝛ benedictio sacerdotis/ꝛ decimarum obla
tio: baptisma penitētie celebret. Quod aūt euā
gelista de ioanne asserit/ꝙ nondū missus fuerat
in carcerē: valet ad ordinē rei geste: vt sciat q2
nec primo anno ꝑdicatiōis christi ioānes mā-
cipatus est carceri: ꝛ ꝙ christi facta ꝛ dicta pre
cesserunt multa ioannē inclusum. Post cuiꝰ in-
clusionē mattheus/marcus ꝛ lucas vident chri
sti ꝑdicationē ꝛ aperta gesta velle cōtexere: pre
termittentes que ante facta sunt. Facta q̄stio
ex discipulis cū iudeis/de curiositate atq incre
dulitate atq fortassis ex calumnia procedebat:
quoniā aliqui ꝑferebant purificationē scz ioan
nis esse meliorē: taliter se tuētes ꝙ ioānes chri-
stū baptizauerat: aliqui baptismū christi: q2 ipse
plures baptizabat. Et multi ex discipulis ꝛ tur
bis relicto ioanne christū sequebant: etiā a ioā-
ne dimissi: q2 ipse oēs mittebat ad baptismum
christi. Infirmitatis etiā erat ista cōtentio: ꝛ ar
gumentū obliuionis/aut nō conspecti testimo-
nij de christo exhibiti a ioanne: magis autē nō
intellecte veritatis: nā vbicūq nō est firma veri
tatis adhesio/semꝑ questio ꝛ cōtentio et hesita
tio locū habent. Sed optimū est in moribꝰ ho-
minū ꝛ laudanda ꝓuisio: ꝙ in subortis questio-
nibus qui potest illas decidere inquiratur: ꝛ ꝙ
habentes dubia/veniant ad eum q certā scit ꝛ
valet ꝓferre sententiā. Discipuli languentes in
pugnis verborū: veniant ad magistrum. in opi-
nionibus cōcertantes ad iudicē veritatis: Ac-
cedant ꝑ cōparationem spūalia ventilantes: se
subijciant melius decernēti. Venerunt ergo ad
ioannē tanq̄ ad magistrū: q huiuscemodi que-
stionē decideret: ꝛ imponeret silentiū his q mi-
nus debite sentiebant. Et dixerunt ei/scz titulū
questionis: Rabbi/qui erat tecū trans iordanē
cui testimonium ꝑhibuisti: ecce hic baptizat/et
oēs veniunt ad eum. Quod hoc videtur innue-
re: Cuius vestrū est melior purificatio: an bapti
smus tuus/q eum baptizasti: ꝛ testimoniū ei ꝑ-
hibuisti: an illius q a te baptizatus est: ꝛ a te te-
stimoniū accepit: cum vterq vestrū baptizet: sz
oēs veniunt ad eū: Soluta ꝓtinus questio ipsa
fuisset/si ꝓlato testimonio credidissent. Igit in
credulitas questionū ꝛ oīm spūaliū malorū est
causa. Sed in hoc quod querit/aut discipulorū
ioannis aut iudeorū animi fatigant: vt alteri in
christum/alteri velint impingere in ioannem.
Quod si discipuli ab inuidia cōmouentur: si iu
dei a seniori malicia detinent. Sed nec creden
dum ꝙ tantus preco/tantus sanctus/tā magni
adorator mysterij/ discipulos retinere voluis-
set hesitantes de christo: cum ipse totus eēt ad
christum: omnesq vellent confestim in ipsum
traijcere. Sed querentibus ꝛ quesitis respondit

Joh.3 Joannes et dixit: Nō potest homo acci-
pere quicq̄: nisi fuerit ei datum de
celo. Quasi dicat: Melior ē purificatio chri-
sti: quia baptismus eius effectiuus est remissio
nis peccatorum. Ego autē homo sum: nihil a me
ipso habens/nisi prout ab ipso accepi: sed non
accepi vt possim baptizando peccata remitte-
re/sed baptismū in penitentiā predicare. Nec
quisq̄ potest aliq̄d virtutis in seipso aut in alio
efficere: nisi ei desup fuerit facta tributio. Licz
enim ad seipsum ioannes hanc voluerit refer-
re sententiā: ad omnes tamē equa portione re-
spondet: q̄ homo nō potest accipere quicq̄/ni-
si fuerit ei datum de celo. Hinc apostolus ait:
Ro.4. Quid habes quod nō accepisti? Si autē acce-
pisti: quid gloriaris quasi nō acceperis? Et Ja-
Jaco.1 cobus dicit: Omne datum optimū/et omne do-
num perfectū/desursum est descendens a patre
luminū. Nihil enim preter iniquitatē et negligē-
tiam homo habet ex proprijs. Nemo sibi vir-
tutem: nemo sibi laudabilē appropriet actionē.
Nullus arroget propria authoritati q̄ possit i
alium aliquid boni trāsfundere: dūtaxat ex deo
si qua sunt expeditiōis optime capiunt. Admi-
nistrant plurimi sacramenta/ put corporaliter
et in rebus visibilibus paguntur: effectus autez
eorum/q̄ ita sint/q̄ alios mundent atq̄ sanctifi-
cent/ex celo descendit. Abnegat oino ioannes
q̄ nihil est aut habet a seipso. Asserit q̄ quicq̄d
habet/accepit. Cōfitet christum esse pprie po-
testatis: q̄ ipse ab eterno ē quod est: et quod ha-
bet/habuit: et q̄ ab alio nō accepit/ scz ex forma
dei: quoniā ex forma serui confitet etiam ipse a
patre omnia accepisse. Etiam ipsos q̄ venerāt
responsionē super questionē positam accepturi
Joh.3 allegat in testes dicens: Ipsi vos mihi te
stimoniū phibebitis quod dixerim:
Non sum ego christus: sed quoniaz
missus sum ante illum. Hec ideo intulit
quia ipsis nunc nouiter interrogantibus a pn-
cipio idem de christo dixerat/de quo presenter
pcurrit: et q̄ nunq̄ variatum est testimoniū pre-
cursoris. Proinde quod audistis audite: quod
dixi dico: nec retracto dictum: quia verum est
q̄ protuli testimoniū: vos ipsi testimoniū perhi-
betis testimonio quod phibui: quia dico quod
dixi: nec a meipso/sed ab eo vt dicerem sic ac-
cepi. Non potest homo quicq̄ accipere/nisi fu-
erit ei datum de celo. Semp ioannes se christū
esse negauit: semp asseruit se ipsius esse preco-
nem: et ante illum missum ad viam christo i cor-
dibus hominū pparandū. Firmā tenet ioānes
doctrinā: eo q̄ se verum dixisse cognoscat. Sem-
per eius sunt vniformia verba: neq̄ obliquat a
recto. Idem animo a principio quo exorsus est
exultare in vtero/et in pdicatione publica fuit:
ex quo eius erat inuariatū verbū. Multa sit euā
gelizatoribus cura: vt taliter ordinent/ne nitan
tur mutare decretum: nec sit oportunū alijs do-
ctrinis mētes imbuere reprobatis exordijs. Et
si addendum est expentu temporis ad doctrinā:
talis sit initians q̄ illam reprobare non liceat.
Huiusmodi enim decet esse theoricum verbū/
vt etiam intentata morte in suo robore teneat:
quāq̄ male dictum semper sit corrigendū; sed
sic assistat doctori prouisio/vt ea proferat q̄ ite
rum inquisitus affirmare non pudeat. Solidi-
tas enim doctrine cum inuariata consistit/sta-
bilimentum est credentium: que ꝗ pellis ē ser-
pentine/induxit errorem. Hinc ꝗ cum Joan
nes reaffirmaret quod añ pdixerat: scz q̄d chri-
stus erat: quid ipse non erat: etiam q̄d erat: nūc
se a christo alia nuncupatione designat/ dicens:
Qui habet sponsā/sponsus est. Ami
cus autem spōsi qui stat et audit eū/
gaudio gaudet propter vocem spō-
si. Jam condebatur ecclesia sumens initia in
iudeis: sed in gentibus dilatanda. Et hec spon
sa christi erat: nulli alteri ante desponsata/nec i
posterum desponsanda. De qua Paulus ait: De 1.Co.11.
spondi vos vni viro: virginem castam exhibe-
re christo. Cuius dūtaxat christus est sponsus:
electi ꝗ ceteri sunt amici: q̄uis ioannes hoc
nomē amici sibi singulariter vendicauerit. Dif
fert sponsus ab amico: nam sponsus spōsaz ha
bet cum qua thalamizat: quā comit et protegit:
amicus aut pnubus aut in nuptijs minister assi
stit. Amicus erat ioannes: et vt in sponsam chri
sti omnis iudea/omnis natio crederet/ vt pnu-
bus satagebat. Stat amicus sponsi et sponse: q̄r
vnius sine altero nō posset esse amicus: et audit
sponsum loquentē ad sponsam/et similiter ad se
ipsum: Et gaudio gaudet propter vocem spon
si. Vox sponsi vox argutionis est: ne sponsa se-
metipsam ignoret: ne vilis existat: vt semetipsaz
ad quid sit ordinata conspiciat. Unde in Canti
cis dicitur: Si ignoras te o pulchra inter mulie Can.1.
res: egredere et abi post vestigia gregum: et pa-
sce hedos iuxta tabernacula pastorum. Equitatui
meo i curribus pharaonis assimilaui te amica
mea. Uelut si sponsus ecclesiam animāq̄ alloq
tur: Pulchra es decore imaginis et similitudi-
nis/ad quā facta es: pulchra decore nature/quo
multis supior facta es: pulchra decore legis et
gratie. Si hanc pulchritudinē tu ignoras/ma-
xime illam legis et gratie et mundationis in san
guine sponsi tui: egredere a me: vade post vesti
gia gregum/illarum videlicet nationū que ani-
maliter viuunt: et pasce tui corporis sensus in-
tra tabernacula pastorum: qui pascunt carnali-
ter et idolatrice suos greges. Neq̄ preceptum
p hanc vocem sponsus dedisse credatur: vt spō
se sue a seipso mandet egressum: vt insequat ve-
stigia nationum: sed vilitatem in quam deueni-
re digna facta est/ante predicit: si suam pulchri-
tudinem nō agnoscit. Alio enim sensu vox ista
sponsi ad aures sponse insonare videt: vt si pul
chritudinem contemplationis ignorat/seruitu-
tem exerceat actionum. Ipsa vero ad hoc fa-
cta est. Et ex hac imagine innotescit: vt amica ve-
ra sit in equitatu angelico ad submergēdū car-
nis exercitum pharaonis. Hec sit virtus eccle-

stastica: hoc habeat quelibet anima christiana: vt gratia sponsi fauente/angelico fulta presidio/ mare seculi secure transeat: illesa consistat: et in eodem egyptios innisibiles videat suffocatos. Iterum vox sponsi que facit gaudere ioānem/
Cā.1. ad pulchritudinē sponse proclamitat: Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra: ocli tui columbarum. Si amica/pulchra: si pulchra/igitur ꝛ amica. Non est sponsa pulchra/nisi que fuerit sui sponsi amica. Et si amica/nunq̄ erit nō pulchra. Hec est ecclesie atq3 animarū omnium pulchritudo/ vt amica sit christi: ex illa eius amicitia/perfecta pulchritudo progreditur. Proinde non est pulchra nisi amica: non est amica nisi pulchra: ꝛ pulchrescendo amicatur/amicādo pulchrescit: quod in hoc fit/si simplex fuerit intentio nostre mentis. Unde sequitur: Oculi tui columbarum. In quo sponsus a sponsa per internam vocem ꝛ p̄ prolationē in sono aspectus simplices requisiuit. Vox sponsi ad sponsā/ad se inter agones ꝛ turbinem cōparantis illam:
Cā.2 Ego flos campi ꝛ lilium cōuallium. Sicut liliū inter spinas/sic amica mea inter filias. Notum facit spōsus inter quos habitat: ne inter quos habitat/sponsa languescat. Aperit quantū ipsa precedit alias filias: sicut liliū spinas. Vox spōsi ad quietem sponse: Adiuro vos filie hierusalem per capreas ceruosq3 camporū: ne suscitetis neq3 euigilare faciatis dilectam/quoadusq3 ipsa velit. Vox sponsi ad exercitiū sanctū sponse: quoniā tempus benefaciendi dedit ei sponsus: ne segniter transeat/sponsam inuitat: Surge propera amica mea/columba mea/formosa mea. Verba ista sunt insertarū virtutum faciles actiones. Flores apparuerunt in terra nostra: qui tempore hyemis ꝛ inundationis imbrium apparere nequibant: inceperunt siquidem sancta desyderia p̄ superis apparere. Tempus putationis aduenit: quo peccata ꝛ actiōes impertinētes/velut a vite infructuosi palmites/ab ecclesia decidantur. Vox sponsi inuitantis sponsam ad passionem suā: ꝛ affectantis fidē eius in experientia/ꝛ vocē in oratione atq3 doctrina: Surge amica mea/sponsa mea: ꝛ veni columba mea/in foraminibus petre/in cauerna macerie. Ostende mihi faciē tuā: sonet vox tua in auribꝰ meis. Vox enim tua dulcis: ꝛ facies tua decora. Foramina petre plage sunt corporis: cauerna macerie apertio est lateris: facies fidei p̄bata noticia: vox oratio/gratiarūactio ꝛ impensa doctrina. Vox sponsi ad declarationē sponse:
Cā.4 Quā pulchra es amica mea. Et que sequuntur p̄lurimam habentia dissertionē/vox spōsi ad spōsam velut ad cognatam ex similitudine carnis. Vox sponsi inuitantis ipsam ad regulam ꝛ cō-
Cā.5 syderationē gestorum: Ueni in hortū meum soror mea sponsa: messui myrrham meā cum aromatibus meis. Comedi fauū cum melle meo: bibi vinum meū cum lacte meo: Vox spōsi ad spōsam multiplex est/inenarrabilis pronus. Veruntamē omne quod ipsam erudit/quod monet/

quod dirigit in superna/ quod allicit per promissa/quod terret ne labatur: vox est sponsi: ad quam ioannes exultat: ꝛ in passiōe pro christo letatur. Habebat alios amicos christus: q̄ sic gaudere didicerant. Inquit enim saluator olim christus: Vos amici mei estis/si feceritis q̄ ego p̄cipio vobis. Joā.15 Ecce amicitia verorum amicorū ad sponsum. Ecce gaudium amicorū/quod didicerunt a sponso. Et ibi: Ibant apostoli gau- Act.5. dentes a conspectu consilij: quoniā digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliā pati. Simꝰ amici sponsi: ꝛ gaudeamus ad vocem eiꝰ. Amicitia sponsi/eius aduersariorum inimicitias habet annexas: neq3 fieri potest amicitia vera sine odio vero. Equa portione amicitia in aliū/ꝛ inimicitie in eius aduersarium peraguntur. Si diligimus christum/odio habeamus ꝛ mundum: etenim mundus eū nō cognouit: mundus ip̄m crucifixit. Odiamus peccatū: pro quo crucifixꝰ est. Odiamus diabolū: qui aduersum eum semper cōtumaci ceruice extollitur. Quomodo q̄s diabolū odit: si eius suggestionibus acq̄escat? Si amici fuerimus sponsi: nō indigebimꝰ aduocatis. Per ipsum verus amicus ad regē habet accessum: imo ꝛ amicus fit mediator ad ceteros. Non indiget amicus quopiā/vt pro ipso interpellet ad principē. Ipse suam exponit causam: ipse loquitur in auribus regis: ipse leta facie egreditur exauditus. Faciamus ergo precepta eius/ꝛ erimus amici eius: in hoc omnē amicitie sue regulam diffiniuit. Et precepta eiꝰ grauia nō sunt: honesta sūt: dulcia sunt. Hinc scriptura dicit: Quā dulcia faucibus meis eloquia Psal.118 tua: super mel ori meo. Et statim sequit̄ q̄ hec eloquia sunt mandata. A mandatis tuis intellexi: propterea odiui oēm viam iniquitatis. Gaudeamus ad vocem eius: que notā facit voluntatē eius. In hoc sit gaudiū verorū fideliū/ noscere dn̄i voluntatē: vt deducant in actionem/quā inexcusate cognouimus per sponsi christi domini nostri vocem. Proinde asit ioannes christum sponsum/ecclesiam sponsam/se amicū spōsi appellauit: ne ipse crederetur sponsus/ q̄ erat amicus: ne ipse caput/qui erat membrū: ne ipse fundamentū/qui lapis in parietibꝰ erat: ne ipse dominus/qui erat seruus: ne ipse redemptor/q̄ erat redemptus: ne ipse christꝰ/qui erat homo purus: ne plebs oberraret/credendo falsa pro veris. Etenim veri precones hoc precipuū habeant: ne currat opinio falsa: ne subintret mala doctrina: ne in fide atq3 moribꝰ eius obrepat.

In hoc gaudium meum impletū est Joā.3.

Gaudiū ioannis in hoc impletū erat: ꝛ q̄ christus erat sponsus/ꝛ ipse verus amicus. Satis sibi sufficere computabat gratiam/quam de celo susceperat: videlicet q̄ christum baptizaret: ꝛ amicus eius ageret vt paranymphus: ꝛ q̄ audiret vocem eius. Permaxime autem gaudebat de eo quod seq̄nter adiungit: Illū oportet crescere: me autem minui. Quamuis plurimi hoc exponunt/q̄ iesus esset exaltan

dus in cruce: ioannes autẽ in capite mutilandus: ordinẽ temporis submittentes: in signum ꝙ christus natus esset luce crescente: die vero decrescente ioannes. Sed ad aliud me hui⁹ verbi sensus attollit. Quoniã fama ioannis fuerat ample profusa/ etiam vt famã christi iam initiãtis excederet: vt eum christũ esse populus existimaret. Sed christus ex fama illum incipiebat excedere: cum de virtutis excessu non sit opus disserere. Quãobrem minuebatur fama ioãnis qui christus estimabatur a populo: cũ christus moribus ⁊ doctrina ⁊ virtute miraculorum apparuisset in plebe. Odor fame christi omnẽ excedebat odorem: ⁊ si qua bone fame fuissent/ ad cõparationẽ fame eius merito vilescebant. Et quanꝙ vterqꝫ fuerit magne: christus tamen excessit. Et cum vterqꝫ demoniũ habere diceret: alter vite cõmunis/ manducans ⁊ bibens: alter vite artioris: vt non manducaret neqꝫ biberet cõmunibus ⁊ humanis vsibus deputata: sed locustas melqꝫ syluestre: tamen christus de cuius virtute disserere sermo minueret potius ꝙ probasset/ in fama omnẽ hominẽ ab initio mũdi cuiuscuiqꝫ virtutis excessit: vt preter id quod fuerit filius dei: ex eo ꝙ sic natus est/ sicqꝫ declaratus/ sic cõuersatus/ sic locutus/ sicqꝫ operat⁹/ sic passus ⁊ mortuus ⁊ sepultus: omnes virtute fama qꝫ precessit. Et si vtroqꝫ viuente in fama ⁊ virtute diuideretur opinio: tamẽ ioãne mortuo christus superstitit/ insolita mundo faciens. Joanne moriente omnis nouitas siluit: christo moriente omnis terra contremuit: sol palluit: scissa sunt saxa: monumenta reserata: vt ex his confi-
Mat.27 teretur paganus centurio: Vere filius dei erat iste. Figuram legis gestabat ioannes: que omnino erat christi gratia superanda. Pedagogus erat ioannes: vincendus erat authoritate magistri. Adueniente iudice preco non clamat. Cũ sedet in throno maiestas: succumbunt que paruerunt. Signo imperiali apparẽte in castris/ subregulorũ ⁊ militũ signa minorantur. Omnis vmbra veritate apparente defugit. Subnectit ioannes rationabiles differẽtias eius ad christũ: vt fides de christo vera subsistat: ⁊ de ipso supra id quod est/ opinio nulla consistat. **Qui desursum venit**/ ⁊ carnem assumpsit: q̃ merito **est super omnes**: non solum super homines/ qui in terris degunt: sed etiam super angelos/ qui in celis consistunt. Ac si aperte diceret: Ego de deorsum sum/ ex humano semine natus: ille dei fili⁹ desursum venit: ⁊ spiritusancto conceptus: qui cum super omnes sit/ etiam sup
Joh.3. me penitus est. **Qui de terra est/ de terra loquitur: et qui de celo venit/ sup omnes est.** Conclausulant verba ista: vt expressior sententia capiatur. De terra se asserit esse ioannes/ de terrenisqꝫ loqui: quanꝙ nõ terrena diligeret neqꝫ sectaret: neqꝫ de ipsis more hominũ loqueretur: sed dicit se esse de terra: qꝛ ex corruptibili semine natus: licet recti fuerant sui parentes. Sed qui de celo venit/ non sic cõceptus: pater eius nullo modo in terrenis: non temporalis/ sed ab eterno deus: ꝙuis puerpera esset ex cõmuni humana carne: non tamẽ in illam introiuit in semine. Natus est/ non satus: ⁊ mater virgo remansit. Joannes autem satus ⁊ natus: in vtroqꝫ parente nulla corporis virginitate seruata. De terra loquebatur ioãnes eo iure quo erat de terra: nec loqui aliter potuisset nisi accepisset de celo. Supra dixit enim: nõ potest homo accipere quicꝙ/ nisi fuerit ei datum de celo: proinde in eo ꝙ de terra erat ioannes/ loquebatur de terra: sed quoniaꝫ accepit dona de celo: vt luce clari⁹ patet: de christo altissime disserebat. Sed qui de celo venit/ super om̃es est potestate subsistendi ⁊ propria virtute loq̃ndi: ⁊ super me est: qui quod suꝫ/ quod ago/ quod loquor: ab ipso accepi/ qui ab aliquo nihil accepit. **Et quod vidit et quod audiuit/ hoc testatur: et testimonium eius nemo accipit. Qui accepit testimoniũ ei⁹/ signauit qꝛ deus verax est.** Alta pfert de christo ioannes: per omnia se ab ipo minorans/ omnesqꝫ satagens ad eius fidem ꝯuertere: cum christum dicat illa loqui atqꝫ testificari que vidit ab eterno apud patrem: que audiuit a patre: cuius ipse eternus est filius. Sed testimoniũ eius nemo accipit/ regnãte adhuc duricia incredulitatis. Erat enim christi testimonium aduersus hoc seculum/ vt cõtemneretur: aduersus idolatriam/ vt abijceretur: cõtra peccatum/ ne cõmitteretur: contra legis imperfectionem/ vt induceret vite euangelice nouitatem. Erat testimoniũ omnino testificans aliud regnum: asserens vnum ⁊ omnipotenẽ deum: q̃ pro omnibus mortuis in peccatis/ viuũ in morte tradidit filiuꝫ. Sed hoc testimoniũ contemnebatur: nec accipiebatur ab his qui mũdo ex animo copulati erant. Erat testimoniũ christi etiam testificans de seipo ꝙ erat filius dei: et in hoc veruꝫ erat testimoniũ eius: quia dũtaxat dicebat que vidit apud patrem/ ⁊ quod ab eterno audiuit a patre: ꝙobrem testimoniũ christi erat testimoniũ dei. Sed ve non accipiẽtibus testimoniũ eius: ve contemnentib⁹: etenim in districto examine testimonio christi carebunt: nullo alio prebente remediuꝫ. Sed qui accipit signũ fidei/ certum in corde suscepit/ quoniã deus verax est. Solidat peramplius ioannes christi testimoniũ esse verum: quia vere christus missus a deo: qui alia non loquitur/ nisi quod ab eterno audiuit ab ipso. **Quem enim misit deus/ verba dei loquitur.** Equidem verba dei preterꝙ vera esse non possunt. Mentiri veritas nequit: ⁊ deus fallere nullo modo potest. Super omnes angelos ⁊ omnẽ creaturam ioãnes prefert christum in acceptione donorum: nec eum cum aliqua creatura metitur. Attollit eum verbo: re autem ipsum non poterat. Erat enim ab eterno deus/ etiam vt homo sup om̃ia constitutus. Sed dicit ipsum a patre super ceteros donoruꝫ prerogatiua tractari. **Nõ enim**

ad mensuram dat deus spiritũ. Cun-
ctis dignis accipere dei dona pater distribuit
ad mensuram/ scilicet donationis eius ꝛ ſm ca
pacitatem eorum qui diuinis donis ornantur:
sed christo pater non dedit spiritum ad mensu-
ram: cui totam infudit spiritussancti gratiam:
qui non solum hec aut illa spiritussancti dona/
sed ipsum spiritumsanctũ vsq3quaq3 suscepit.
**Quoniam pater diligit filiũ: et om-
nia dedit in manu eius.** De hoc idẽ ipse
Mat.11 filius asserebat: Omnia mihi tradita sunt a pa
Joh.13 tre meo. Et alibi: Sciens quoniã omnia sibi de
Mat.28 dit pater in manus. Et alibi: Data est mihi om
nis potestas ĩ celo ꝛ in terra. Sed qd est quod
ioannes dicit de christo: Pater diligit filiũ: ni
si eterna illa dilectione qua separari nõ possũt:
quia vnũ sunt: ꝛ quia per omnia in eis extat eq̃-
litas/ vbi nullꝰ ab altero vlla minoritas. Quid
est ꝙ omnia dedit in manus: nisi quia nihil est
quod habeat pater/ quod non habeat etiam et
filius: excepto ꝙ ipse genitus/ ille ingenitus est.
Propterea cũ omnia filius habeat sicut et pa-
Joh.3 ter/ adiunctum est: **Qui credit in filiũ/ ha
bet vitam eternam. Qui autem in-
credulus est filio/ non videbit vitã:
sed ira dei manet super eum.** Habet
vitam eternã qui credit in filiũ: quia omnia de-
dit pater in manus eius: vt etiam illã posset con
ferre credentibus. Sed si habet credulitas vi-
tam eternã: fides ꝛ visio nulla ratione differũt.
Non autẽ hoc cõmoueat auditorẽ: quoniã vi-
ta eterna est in fide atq3 visione. In fide: sicut
Joh.17 scriptũ est: Hec est vita eterna/ vt cognoscãt te
verum deũ ꝛ quẽ misisti iesum christum: videli-
cet cognoscant per fidẽ/ quousq3 vnusquisq3 co
gnoscatur/ sicut ꝛ ipse cognitus est per explici-
tam visionẽ. Et tanta est adhesio fidei christia-
ne: vt spe gaudeat acsi possideat/ ꝛ actu habeat
etiã quod expectat. Et fide viuens anima tam
diu in spe vitã supernam inhesitanter possidet:
donec fide spe abolitis/ possessio credita ꝛ spe-
rata in veritate atq3 in eternitate mansura suc-
Hebre.10 cedat. Sine fide impossibile est placere deo: et
sine fide vita non possidetur eterna. Hinc ad
incredulos seua/ sed iusta sententia deriuatur:
Qui autẽ incredulus est/ non videbit vitã: sed
ira dei manet super eũ. Fides quippe tẽporalis
est ꝛ eterna. Tẽporalis: quia in tẽpore agiť/ do-
nec visio ipsa succedat. Eterna vero: quia eter-
na sunt que credit: que cũ in premiũ vitam eter
nã/ imo ipsum authorẽ habeat: diuinã irã in vl-
tionẽ eternã incredulitas portat. Credere in fi-
lium habet vitã eternã: non credere filio iram
eternã: nã ira dei non est cũ tẽporaliter punit:
sed cũ damnat eterne. Differentia tamen casu-
aliũ dictionũ ad differendũ aliquid parat. Nã
credere in filiũ dixit ad credulos: non credere
filio ad incredulos retulit: quoniã nemo credit
in filiũ/ qui prius non crediderit filio: sed multi
credunt filio/ qui in filiũ non crediderunt. Pre
est omnino credere filio id quod est in filiũ cre-
dere. Nam credere filio est omnẽ eius credẽdo
suscepisse doctrinã: in filiũ credere est omnez in
eum tradidisse amorẽ omnẽq3 virtutẽ/ necnõ ꝛ
virtutis possibilẽ actionẽ. Diligere recte cupi-
ens addiscat quid diligendũ: agere iuste volen
tẽ oportet prius instrui quid agendũ: deinde se
quitur dilectio recta ꝛ actio inobliquata. Non
ergo dixit/ qui nõ credit in filiũ: sed qui nõ cre-
dit filio: sicut pro credulis loquens non dixit/
qui credit filio: sed qui credit in filiũ: quoniã nõ
sufficit ad salutẽ credere filio in ꝓmulgatione
doctrine: nisi credatur in filiũ tanꝗ in finẽ oim
omnẽ amorẽ ꝛ intentionẽ ꝛ actionẽ ꝛ oĩa vi-
sibilia ꝛ inuisibilia referendo. Sed sufficit ad ꝑ
ditionẽ non credere filio/ absq3 quod in filiũ nõ
referatur credulitas. Quãobrẽ dixit: Qui credit
in filiũ/ habet vitã eternã: qui autẽ incredulus
est filio/ vita priuabitur ꝛ merebitur irã. De pa
tre nulla fit a ioanne dissertio: quoniã oẽs iu-
dei credunt omniũ deũ patrẽ: qui vnitatẽ diui-
ne substantie in tribus personis/ aut tres esse
vnã substantiã per fidẽ intelligere nõ valẽtes:
tuentes suis assertionibꝰ vnitatẽ creatoris/ ge-
nuisse filiũ negant: ꝛ spiritussancti processionez
oĩno non sustinent. Quibꝰ assistit subsequa in
credulitas: ꝙ in mundũ hunc venerit: ꝙ carnez
assũpserit: ꝙ sit visibiliter inter hoĩes conuersa
tus: ꝙ sit passus/ mortuus ꝛ sepultus: in quo ro
bur nostre fidei nostreq3 salutis vsq3quaq3 con
sistit. Proinde ioannes sic de filio asserit cũ iu
deis.

¶ De incarceratione ioãnis et cau-
sa: secũdum Mattheum/ Marcum
et Lucam. Capitulũ II

VEre iustus iusteq3 verax timori non Mat.14.
subiacet: nec terretur ex aliquo quin Mar.6.
impudentiã arguat tyrannorũ: ꝛ pro Lu.3.
veritate atq3 iusticia nihilopendit corporis sui
vitam: ꝛ quod iniquũ/ saltem argutione non si-
nit inultũ. Peruenerat ad aures ioannis/ q̃uis
nõ cõuersaretur sedulo in edibus regis: ꝙ he-
rodes galilee tetrarcha scelus nephariũ cõmit-
tebat: videlicet ꝙ fratris sui vxorez sibi fecerat
concubinã: ꝛ cõtra honestatis iusticiã frater-
nũ thorum fedauerat. Consensus vtiq3 malefi-
de vxoris affuerat: qui omnẽ amorẽ viri trãstu
lerat in fratrẽ: cuius philocapta odiebat ex ani
mo eũ qui herodi iustũ diuortium suadebat: et
quo criminosior/ quo ardentior in amore fune-
sto: quo inimicitior ꝑ iusticiã arguenti: quo euz
habebat exosum quẽ debebat diligere: quo pa-
ti nõ poterat medicũ qui sanabat: quo fecit in-
cludi ne posset audire: ne loqueretur herodi: a
quo nolebat bene seiungi: cũ quo volebat inho
neste se cõiungi. Talibus nãq3 processibus illa
rum malicia graditur/ in quibus sic ardet tã in-
nestus amor. Sed etiam in hoc plus herodis
excessit iniquitas preter id quod ioannem de-
dit exitio: qui si honestatis iusticia vituperasset
in alia muliere zelare/ protinꝰ debuit in fratris
vxore: qui si thoros omniũ ex libidine reuelasset

set saltem fraterni debuit esse tutor. Apud quez cōmendatio ad custodiā fiet vxoris/si frater fratris dehonestat vxorē? Apud quē talium rerū fides: si frater decipit: si germanus reijcit fidē: et si vterinus honestū nō seruat amorē? Fit in herode pamphilus auresis ex crimine: quia iste vir/ illa mulier: iste absciderat/illa cōsenserat: iste iusticie minister si huiuscemodi turpitudinē in quocūq3 sibi subdito repperisset/ex officio debuisset vlcisci: ac ꝑ hoc cōparatus ad subditos in facinore ipē sceleratior existat. In omnibus enim sceleratius a suis subditis peccat/qui cōmittit ex male agendi libidine/quod in alio punire debuisset ex authoritate iusticie. In simili quidē crimine princeps ꝛ subdit⁹ in ordine diuine iusticie semꝑ ad paria nō tenenť: aliquādo princeps/aliquando subditus plus excedit. Tamē ad rei geste ordinē veniamus: cū illa suppletione ꝟbor/quā etiam textus euangelicus pretermittit. Herodes audita fama ioānis euz ad se accersiri fecit/audiēdi ꝛ videndi auiditate cōmotus. Ad quē ioannes nō frustrāter accessit: sed suadēs ei q̄ iuste vite sunt/ꝛ maxime q̄ ad ꝑncipē in republica ꝑtinebant. Quē libēter audiebat herodes: ꝛ ꝑter theosebiam multa bona in humanis moribus faciebat: nō tamen digna et decentia regno dei. Nulla siquidē bona conueniunt illi regno dei/q̄ in fide christi nō fiūt. Dissuadebat sibi facin⁹: quod non solū lex data/sed ipsa naturalis iusticia repꝛhendit: ꝛ cōsuetudo ꝛ mores hominū maxime detestanť: quē herodes male suasus ab amore pelliceo detrusit. Et mirū ꝙ eum audiebat in bonis: sed in cauendo scelere includebat. Mos enim est quorundam hominū reprobor: vt aliquos pacifice audiant ꝓ quibusdā humanis bonis operibus exercendis: in cauēdis autē criminibus aures auertāt: ꝛ quod nequ⁹/herodē imitātes affligāt. Hinc euāgelista ꝓclamat: Ipse enim herodes misit ac tenuit ioannem et vinxit eū in carcerem: propter herodiadem vxorez philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes herodi: Non licet tibi habere coniugem fratris tui. Facere quod non licet/omno peccatū est: facere quod licet/nullam habet mercedē/nullumq3 crimē: facere quod ꝟitas iubet vel consulit/culpa caret: virtutis est actio: vitatq3 gehennā/ꝛ nanciscit̃ gloriā. Nō licebat herodi vxorē fratris sui habere: immo nullius: neq3 cū aliqua fornicari: vti ꝟo sua licebat: ꝛ accipere si carebat: sed vxorē ꝓximi necdū habere/nec etiam cōcupiscere licet: diuino ꝓhibente mandato: Non desyderabis vxorē proximi tui. Et de vxore fraterna expressa ꝓhibitio facta est: Turpitudinē vxoris fratris tui nō reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. Nescio q̄d maioris criminis habeat cōcumbere cū sorore ꝙ̄ cum fratris vxore: cum vir ꝛ vxor sint dicente domino caro vna. Sed vnde arguebat ioannes herodem? Si dixerim/ex nō licito legis: herodes rhomanus ꝛ paganus erat: dei legē nō nouerat: christi euangeliū nōdū audierat. Qua igit̃ ratione prohibente vel lege ioannes herodē arguebat: qui lege diuina carebat? Erat q̄ppe preter hoc quo ipsum audebat arguere/ipsa naturalis iusticia: qua h oc facinus omnib⁹ hominibus inhibetur. Et leges persarū atq3 medorum/grecorum ꝛ rhomanorum hoc magnis decretis cauerunt: ne quis alterius vxorē inuadat. Et ipsa ratio aperte suadet/ꝙ homines in magis ꝓximis maiorē custodiant honestatez: ꝛ quod herodi nō licet/nemini licet. Nec licet ecclesiastico viro iusticiam secularem vxorem iam factam fratris secularis accipere: nec principi seculari licet iurisditionē ecclesiastici principis in aliquo vendicare: ꝙ si proprijs huiuscemodi principes cōtentarentur vxoribus / non tot stragibus christiani populi quaterent̃. Usurpatio ꝓtinus iuris alieni bella in mūdo cōmouit: publicam iusticiam in priuatam tyrannidē vertit: ꝛ ordinem recte viuendi tradidit confusioni: ꝛ nihil rectum agitur: inquietanť hominū mores: cum per iniquitatē vsurpať atq3 trāsfertur equitas dominādi. Excepto quod a natura condita sumpsimus/nihil tam iuris est hominū ꝙ̄ propria vxor: quoniam cum viro efficitur vna caro. Et cuiuscūq3 necessitudinis separatio sit facilior ꝙ̄ vxoris: vt ita vir sibi vēdicet ex diuina lege corpus vxoris: sicq3 vxor in viro ius sui corporis nāciscať: vt neuter sui/sed alter alterius habeat potestatē. Hoc aperta sententia Paulus ad Corinthios clamat/dicens: Mulier sui corporis potestatē nō habet: sed vir. Similiter autē ꝛ vir potestatē sui corporis non habet: sed mulier. Ac per hoc in hac vxore philippi quā herodes incestuosus fratri abstulerat/omne ius homini proprie competens/quocunq3 iusticie titlo significari arbitror: quod nemini licet alteri auferre: nec quod sic abstulit/retinere.

Deut. 5 — Leui. 18. — 1. Co. 7

De pertinaci odio herodiadis in Joannem. Capitulum III

Sed herodias insidiabatur illi: et volebat occidere eū: nec poterat. Impatiēs est mulier amor ꝛ sibi insidiari metuēs/semꝑ insidias machinatur: ꝛ nolēs separari a quo ligatur amore venereo: qui hoc arguebat/venabatur ad mortem: quoniam nō est nequitia suꝑ nequitiam mulieris. Et quantum diligit/tantū odit aduersum: necnō ꝛ odium dilectionis est signum. Animaduertendum igitur quantū herodias esse in incestuoso adulterio diligebat: que ioannē hui⁹ sceleris argutorem venabatur ad mortem. Nihil in hominibus nequius: nihil ad damnationez procliuius/ꝙ̄ odire ad mortem scelerum argutores. Quid in infirmo magis infirmū/ꝙ̄ medici necem inquirere: qui querit omnino sanare? Contra quos ꝑ prophetam dicit̃: Odio habuerunt in porta corripientē: ꝛ loquentem ꝑfecte abominati sunt. Habet hoc proprium anima deprauata: vt ad vltimum odiat/qui suis nefa

Mar. 6 — Eccli. 25 — Amos. 5.

rijs placitis obicē conatur opponere. Perni-
ciosa libertate gaudere exoptat. In se ceca/ ne
minē sui sceleris vellet esse videntē. Nō sufficit
egisse quod omnino noscit nefas/ nisi velit ex-
tinguere veritatē. Quod autē affectus damna-
tus in effectū non venit: nō penitētia/ sed impo
tentia fecit. Hinc euangelista dicit: Et volebat
eū occidere: nec poterat. Herodes enim
metuebat ioannē: sciens eū virū iu-
stum et sanctū: et custodiebat eum.
Et audito eo multa faciebat: et libē
ter eū audiebat. Hec omnia que herodes
de ioāne nouerat/ crimē eius atq3 fraterne vxo-
ris exaggerant: tum q2 nec ꝓpter sanctum ⁊ iu
stum se auerterūt: tum q2 ipsum tam nequiter
tradiderunt exitio. Nō in veritate timebat ioā-
nē: sed melius sibi si timuisset dominum in ioā-
ne: quoniam timor domini expellit peccatum:
⁊ timor domini custodia legū. Promius auer-
tisset iudiciu3 a ꝑditiōe ioannis/ si vere timuis
set dominum in ioāne. Nec ꝓfuit: quia sciebat
eum virum iustum ⁊ sanctum: nisi dilexisset in
ipso iusticiam ⁊ sanctitatem. Nec satis est in or
dine recte agendi scire viros iustos ⁊ sanctos/
⁊ nosse iusticiam ⁊ sanctitatem: nisi amore ani-
mus contrahatur. Animus sanctis viris amo-
re contractus imitationē adnexit. Dilecta san
ctitas atq3 iusticia mutauit in melius animum
diligentis: mutato animo/ ilico est mutatio in
opere subsecuta. Nouimus enī sanctos: noui-
mus multos iustos: scim⁹ quid sit iusticia: nec
quid sit sanctitas ignoramus: sed quid hec sciē
tia prodest? Profecto ad demerita plus accre
scit: nisi accedat dilectio cognoscētis: nisi sub
sequatur actio diligentis. Quid vtilitatis acce
debat herodi/ ꝙ audiendo ioannē multa bona
faciebat: si facinus eius si qua bn̄ faceret supa
bat? Nō est corruptela in iusticia iusti dei: vt ex
aliquibus bonis malum adesse cōcedat. Nisi re
cedatur a peccato/ quod generat mortem: bo-
na que fiunt/ non prosunt ad vitā. Nō prodest
egisse iusticie opa/ si ad male agendū adhuc su
spirat affectus. Ad nihilū valet operū bonorū
nouella plātatio: nisi malorū prius fiat eradi-
catio veteru3. Quid cōferebat herodi ꝙ mul-
ta faciebat audito ioāne: cum de quo ab eo ar-
guebatur/ nō recedebat? Bona que faciebat/
malo facinore ꝯfundebat. Facinus quod ꝑpe
trabat/ bonis illis operib⁹ nō delebat. Nullis
enī bonis peccata delenē: nisi prior penitētia ⁊
eoꝝ abdicatio antecedat. Voluntarie semꝑ pec
cantibus nulla bona facta subueniūt. Nemo
sibi de bonis operibus blandiaē/ si ad ꝓhibi-
ta sponte ꝓlabitur. Et ꝙ herodes libenter eu3
audiebat/ ascribendum est derisioni potius ꝙ̄
virtuti: cū non resipiscebat a vitio. Similes sūt
libenter audientibus cātilenas et fabulas poe-
tarum/ homines audientes verba iustorum et
predicationes veritatis: si pedes non auertunt
ab itineribus prauitatis. Auditio vera sermo-
num domini veritatis atq3 iusticie/ potius ha-
bet emendā criminū ꝑfectūq3 virtutū. Libēs
auditio docētis iusticiā: si ex humili et cōtrito
corde ꝓcedit/ desyderia facit alia/ et mutat ho-
minū mores. Sed nihil hec oīa pro ioanne ꝗn
detineret in vinculis: in quibus cum au
disset opa christi: mittens duos de
discipulis suis/ ait illi: Tu es qui vē Mat. 11
turus es/ an alium expectamus?
Nō hesitabat ioannes de christo: ad quē exul-
tauit in vtero: quem baptizauit in flumine: suꝑ
quem testimonia diuina suscepit esse filiū dei:
de quo ipse testificatus est: quia erat agn⁹ dei/
qui tollere venerat peccata mūdi: sed curā age
bat discipulorum suorū: quos (vt sepe diximus)
omni studio remittebat ad christum: vt ipsi ab
ipso audirent: ipsi viderent quid christus do-
cebat/ quid agebat/ quid ex his comprehende-
re poterat: vt ipsi ex ipso ꝑter doctrinā ioānis/
in christo crederent deitatē et redēptionē esse:
quā misit dn̄s populo suo: nec aliū crederent/
nisi eum quem ipse eis predicauerat. Quod cū
venissent ad eum viri/ dixerunt: Jo Lu. 7.
annes baptista misit nos ad te/ di-
cens: Tu es qui venturus es/ an
alium expectamus? Attamen hec inqui-
sitio/ si christus est venturus/ an alius expecte
tur: non ad primū aduentū iam factū pertinet:
nec enim poterat pertinere: nec ad secundum:
quē adhuc multa mysteria ⁊ tempora precede-
bant: anteꝙ̄ veniat illa extrema ⁊ tremenda om
nibus dies: in qua tremende mundum omnem
iudicaturus adueniet. S3 ex respōsione inquisi
ti saluatoris colligiē intentio inqrētis: quā ipse
christus plenissime cōphēdit. Respondēs Mat. 11
q3 iesus ait: Euntes renunciate ioā- Lu. 7.
ni que audistis et vidistis. Et ex his
etiā q̄ sequunē/ claret de aduētu christi ad mor
tē inquisiuisse ioānem: p quo saluator scādalu3
non in ioāne/ s3 in alijs ꝑcauebat: adijciēs beati
tudinē his q̄ in aduētu eius ad mortē/ scādalu3
in animo non paterenē: ratum ex hoc faciēs/ ꝙ
non alius redemptor/ sed omnino ad mortē ip
se erat venturus. Magnum est in his allegori-
arum pelagus: quod non ingredientes/ ad dis
sertionem aliam veniamus. Joānes natura ho
mo constitutus in vinculis: genus humanū in
compedibus peccatorū. Quilibet etiā existens
in vinculis sceleru3/ herodiana sustinet vincu
la. Pellicea gloria fere omnes inuoluit: vt facili
or sit abdicatio rerum/ ꝙ̄ inquisite glorie vel ob
late. Certat cū omnibus ⁊ in omnibus fallacis
glorie demon: ⁊ omnes querit includere: ⁊ oēm
nisi habentem paracletu3 vinculat. Velut hic
mundus habet subiectas materias gloriādi: ⁊
fastuosus animus ex his que nature sunt aut ex
arte/ hanc auram vanam imbibit. Nam ⁊ scri-
ptura dicit: Qui confidunt in virtute sua/ ⁊ in Psal. 48.
multitudine diuitiarū suaꝝ gloriant. Multi dā-
nabiliori audacia gloriant/ cu3 ꝑfecerit ea que
veritas atq3 iusticia vetat: de quibus p Salo-
monem diciē: Letanē cum malefecerint: ⁊ exul-

Prouer. 2. tant in rebus pessimis. Propriū est reproborū
exultare cū iniquitatē pfecerint. Contra quos
ipse Dauid in libro psalmoꝝ ꝓclamat dicens:
Psal. 51. Quid gloriaris in malicia/qui potēs es iniqui
tate? Potēs iniquitatē pficere/semꝑ gloriat̄ cū
efficit quod pperam molitur. Omniū eñ mo
liētium aliquid agere/gloriari propriū est cum
efficiunt. His que sunt bona vel mala/hoc ex
ceptionē non patitur: Quis inaniter gloriari ꝛ
de bonis/transeat in peccatum. Et etiā qui iu
stus est/in ratiōe situs sine petō possit quoqꝫ glo
riari. Quis eñ nō gaudeat effecisse votū? Quis
eñ non exultet pfecisse cupita? Quis non glo
rietur conceptum in animo deduxisse in actuꝫ?
Et hierusalē ꝑ ꝓphetam dominus cōminan
Hiere. 11. do arguit: eo ꝙ gloriata fuisset in malis. Nun
quid carnes sancte auferēt a te malicias tuas/
in quibus gloriata es? Sꝫ quod nūc ad hierusa
lē dicitur/ad animam reprobam iure refertur:
que in malicijs gloriat̄: quas extera sanctitudo
non aufert: nisi dei misericordia ꝛ interna peni
tudo subueniāt. Igit̄ si pfecisse iniquitatē in re
probis gloriā parit: quid in alijs ꝓsperis que
sepe vidētur specimē damnate glorie nō habe
re? Nihil eñ est fere quod ex seculo nequam ar
rideat/quod non ministret fomentum glorian
di: vt quod damnabilius est/ex his quibus su
pernā homo nanciscit̄/humana captat̄. Sed
nec quis potest in huiusmodi compedibus taꝫ
clamdestine detineri: quin ad eum rumor ope
ruꝫ christi ꝑueniat: ex quo excitatur animus vt
inquirat. Qui duos discipulos dirigit/vt vide
ant ꝛ interrogent. Hi discipuli nemini adulto
desunt: vel omnibus semper assistunt: etiam in
peccatorum ergastulo positum comitantur: vt
semper homo habeat quos transmittat. Expe
dit omnem hominem noscere quid agendum:
quid vero diligēdum: ꝛ a quo scienda veritas: a
quo felicitas postulanda: quē ad imitandum in
quirere: in quo spes animi sit ponēda. Hi sunt
discipuli/scilicet intellectus ꝛ affectus: quibus
omnis homo nisi omnino insaniat/sociatur: cū
quibus etiam apprehenditur ista expediens
disciplina. Proinde īclusus in carceribus pec
catoꝝ huiuscemodi discipulos mittat ad chri
stum. Ab ipso quid agēdum/quidve diligēdum
apte cognoscitur. Ipse veritatem infallibilem
docet. Ipse solus beatitudinis est largitor. Ip
se semetipsum vite agende inobliquabile dedit
exēplum. In ipso dumtaxat spes hominum so
lidetur. Igitur exēplo innocentis incarcerati:
nos qui vinculis peccatorum detinemur: hos
duos discipulos mittamus ad christum: audiē
tes doctrinam eius: ꝛ vidētes mirabilia pote
statis eius: ad imitandū eum in moribus: ꝛ pas
sionibus in anima ꝛ vita crucifigi cuꝫ ipso: om
nem spem ꝛ intētionem ꝓijcientes in eum: qm̄
ipsi est cura de nobis. In vinculis non inuite/
sed sponte q̄ nobis ipsi fecimus/existimus: ꝛ de
tinemur ab improbitate malefice placētis volū
tatis: ꝛ a cōsuetudine praua funes peccatoꝝ ex

mora ꝛ ex multitudine componētes: mittamus
ad christū: ꝛ respōsum eius intētis cordis auri
bus audiētes. Eūtes renūciate ioāni que audi
stis ab ore meo: qui q̄ audiui ab eterno deo vi
uo ꝛ vero patre meo/hec loquor vobis: Et re
nūciate q̄ audistis miracula supra naturaꝫ/in
tellectū ꝛ visum: inuitantia vos ꝛ omnē hominē
ad indulgētiam peccatoꝝ: qm̄ qui corpora cu
rat/ꝑamplius alas sanare disposuit: ꝛ ad spem
sup̄ne patrie omnē animum cōmonentia facit.
In ipsa autem hora curauit multos Lu. 7.
a languoribus et plagis et spiritib⁹
malis: et cecis multis donauit vi
sum. Et respondens dixit illis: Eun
tes renunciate ioanni que vidistis
et audistis. Quia ceci vident: claudi
ambulant: leprosi mundantur: sur
di audiunt: mortui resurgunt: pau
peres euangelizantur. Calidior est lin
gua operum q̄ verboꝝ: ꝛ efficacior respōsio in
ostētatione virtutis/q̄ in ꝓlatione sermonis.
Hec omnia corporaliter agebantur a christo/
scilicet curationes huiuscemodi infirmitatuꝫ:
ꝛ paupertas erat in ꝓcio/cum beati pauꝑes dice
rētur: que spūalis effectuū erāt etiā imagines: ꝙ
spūs mali non ꝑ naturam/sed ꝑ maliciā abige
bātur ab anima: cui resistendi nulla potestas/
nisi ꝑ mediatoris gratiam ꝓstaret̄. Inuidi sunt
ꝛ reprobi/et aduersus corpus: magis vero ad
uersus animam furiebant. Quod mentis ceci
tas siue ignorantia pelleretur: ꝛ tollebatur clau
dicatio fidei ꝛ dilectionis in vtrāqꝫ partem: vt
esset ambulatio recta in via veritatis: absterge
bat̄ contagiosus morbus: vt exclusi a sanoruꝫ
conuersatione/sanati readmitterentur ad illā:
fugabat̄ anime inobediētia: vt mēte surdi reci
piētes auditū/interiore aure ꝑciperēt verba li
bri vite ad agendam vitam ꝓ vita: ꝛ subiuga
tur inuisibile mortis imperium: cum excluditur
illa lethalis infirmitas que anime ossua graua
bat officia: ꝛ sepabat a vita omnium deo: apud
quē fons omnis bone beateqꝫ vite. Ad alta fe
rebat̄ olim abiecta paupertas: ꝛ in sublime tolle
bat̄ odibile bonū: non odibile dixerim ab his
qui nouerūt: sꝫ ab his q̄ nō cognouerūt illā. Ha
bet nūc eulogiā paupertas: habet ꝛ optimam ca
tegoriā: habet christi euangeliū in officio ꝓdi
candi: ꝛ euangeliū in ipsam ꝓcipuam habet: nō
dumtaxat visibilium rerum/sed etiam inuisibi
lis voluntatis. Ista ioānis nuncij audiuerunt:
ista erant renunciāda ioanni: ista nostris nun
cijs pateāt. Sed statim adiecit. Beatus qui
non fuerat scandalizatus in me. Ad
euitādum diffidētiam que ratiōe passionis pos
set insurgere: ad robur fidei/ad augmentū me
riti eius: post enumerationem illorum mirabi
lium/in declinationē scandali/beatitudinē sal
uator opposuit: magnū aliq̄d ꝓrogās/si nō hesi
tare aut offendere ī fide beatitudinē gignat: re
gē in opprobrijs ꝯstitutū/a dignitate inherēte
nō credere excidisse: nec ab eo deficere tanq̄ si

exinanitus esset/ꝑfecte adherētiū militū est. Et
ꝓpter ea que regiā dignitatē non decēt: in que
rex ob liberationē populi voluntarius se deie-
cit: in ipso nō scādalizari/acsi inuite pateretur:
nec ab eius visione recedere/indubitate atq3
constātis fidei noscit. Proinde nūc christū vi
dere supnaturalit supnaturalia operantē: nunc
ex natura ꝓut si esset in culpa/cū culpabilibus
patientē: ⁊ mortē subire/q̇ mortuos reduxit ad
vitā: ⁊ tradi sepulchro/qui quadriduanū reuo-
cauit a tumulo: qui opabat vt deus/ab hac vi-
ta egredi vt homo multatus: ad scandaluz mē-
tes hominū disponebat: vt offenderēt in lapidē
fundamentalē ⁊ angularē/nisi fides solida resti
tisset. Quamobrē qui scandaluz nō suscipit/est
beatus/beatiorq3 futurus. Omne studiū fideliū
enitat in fide solidari/⁊ ꝑteritorū exēplis ⁊ ar-
gumētorū factoꝝ mirabiliū. Orationibus ⁊ om
ni ꝓsecucha postulet a fidei fundatore/vt in ani
mo inconcussa consistat: ne tēpore agitationis
sathanice: nec cū aduersitatis est regnū: nec cū
iniquitas dominat: nec cū vidētur cuncta sub-
uerti: scandalū offensionis obueniat: ne inuale-
scat hesitatio: ne diffidētia subrepat: ne inqui-
rat ratio naturalis: nec sensibilis experiētia ex
pectet: sed solū eius ratio naturali ratione defi
ciēs teneat: cuius meritū qui condidit illam/cū
aliarū virtutū merita trutinat/plus appendit.
Illis autem abeuntibus cepit Jesus
ad turbas dicere de ioanne: Quid
existis in desertum videre? Arundi-
nem vento agitatam? Sed quid exi
stis videre? Hominem mollibus ve-
stitum? Ecce qui in veste preciosa sūt
et in delitijs/et mollibus vestiūtur/
in domibus regum sunt. Preconē ve-
rum verus iudex exaltat: ⁊ regis verbum effert
laudibus ꝑcursorem: vt vnus cōmendetur ex
altero: mutuum testimoniū ex alterna laude cla
rescat. Nam laus preconis redundat in iudi-
cem: ⁊ fama precursoris cedit in regem: ⁊ iudi-
cis atq3 regis gloria optima exaltatio est mini
stri. Hinc laus Joannis adijcitur christo: ⁊
christi gloria extollit Joannē. Et quoniam de-
tinebatur ipse captiuus: nec crederetur ob cul-
pam: saluator ipsum declarat. O ꝙ optimum
esset in his qui patiuntur iniuste: non suam/nō
hominum/sed excusationem expectare super-
nam: que cum hic defuerit: non ad fructum pa
tientis infamiam/sed ad profectum audientiuz
retorquetur. Cum vero ad extremum examen
differtur: eo magis erit gloriosior excusatio su
mi iudicis/quo hic fuerit abiectior conditio pa
tientis. Veruntamen hic saluator ꝑcursorem
suum alte ꝑdicādo suspendit/cū dicit: Quid
existis in desertum videre? Arundi-
nē vento agitatam? Per negationē con-
trarij saluator asserit bonū quod de ioāne intē-
dit: illā scilicet spūssācti fortitudinē: qua homo
nō cedit in alterā partē: velut arūdo/q̄ agitat a
vento: in quam partem aura impulerit se con-
uertens: quoniam qui vere constantiam ha-
bet: nec ab aura blanditiarum oblate fame seu
laudis humane/non terroris atq3 minarū/ nō
etiam intentata morte ab eo quod est veritatis
atq3 virtutis/diuertitur. Non cessit Joannes
magne opinioni/etiā iam creditus ꝙ esset chri
stus: non cessit herodis terrori/qn ab eo argue-
retur incestus. Semper eodē modo se habet
quē fidei constātia fouet. Alumnus virtutis ab
vtero/semper ipsius seruabat cēsurā. Nō ima-
ginem eius colebat: sed ipsā in sua veritate ge-
stabat. Arundo siquidē preter id ꝙ mouetur le
uiter/plus ꝙ existat ostēdit: cū interius vacua/
exterius quid solidi videt ostēdere: ac designēt
illud malū pestiferū quod vocatur hypocrisis:
quā summe ioannes in verbis et moribus deui
tabat. Peramplius christus ioānis insinuat bo
nitatē: vt exclusis ab eo vitijs incōstantie/fill?
⁊ dānate hypocrisis: etiā molliciei vitiū et cu
riositatis et supfluitatis auertit dicēs: Quid
existis videre? Hominem mollibus ve Lu.7.
stitū? Abnegādo vitiū christus ad turbas loq̄
tur de ioāne: Ecce qui in veste preciosa
sunt et i delicijs/et mollibus vestiū
tur/i domibus regū sūt. Non damnat
christus extollēdo ioannē/in omnibus hominibus
ꝑciosas vestes atq3 delicias et mollia vestimē-
ta: vbi temꝑantia vtentes habenet: vbi status
⁊ conditio in designatione fiant: vbi cogit om
nino ipsa necessitas. Status procerum mundi
exigit etiam in ꝑciosis vestibus designari. Et
delitiari potest assistente modestia/is qui circū
datus est delitijs ⁊ mollibus vti indigēs. Neq3
regum domos vituperat: nec ipsos reges condē
nat: eo ꝙ homines huiuscemodi eorum repe-
riantur tuti in aulis: quibus mundus in suo re
gimine opus habet: quibus non extantibus/
respublica protinus ab improbis turbaretur.
Sed Joannē iam ꝑfectionis virtutuz in vtero
professorē ex huiuscemodi abdicari de laudibus
extulit: non tamen eos qui talis vocationis non
fuerāt reprobauit. Plura in professoribus vir
tutis si facerent/ascribuntur ad vitium: que in
non profitentibus velut crimina indulgētiam
non inquirunt. Ad altitudinē virtutum astrin-
gebatur ioannes: quē in vtero spiritussanctus
sua virtute ꝑfuderat. Proinde christus clare-
faciebat turbis ipsum suam seruasse in virtute
cēsuram: ostendens ꝙ nihil habebat in vita cō
mune cum his qui adhuc seculo seruiebant: s3
ꝙ singulariter, gradiebatur in omni protecti-
one virtutum: vt etiam ꝓ veritate captiuus/se-
uum expectaret exitiū. Veruntamē hec q̄ salua-
tor abnegat a ioāne: non tanꝙ vitiū habeāt ex
natura: s3 velut ledētia quod ē modestie/quod ē
honestatis/quod ē humilitatis/quod ē ꝯtēpla-
tiōis/excludat. Sz quid existis videre?
Prophetam? Etiā dico vobis: plus
ꝙ ꝓphetā. Bonū ē exire ad vidēdū vidētē:
meret eni vadens plus ipse videre. Nulla pere-
grinatio deberet esse in causa ratiōe distantie;

nullus labor opponi: nulle graues expēse ad vi
dēdum in quo fulget veritas sanctitatis: a so-
lis ortu vsq̧ ad occasum esset pro dietecula re-
ptandum. Non oberrat ad vidētem pergēs:
τ sibi credens cuncta tuta disponens: sed vi-
denti non credere/ cedit in reprobum sensum:
3.Regū.22 velut Saul qui non credidit Samueli. Et rex
iuda τ israel cum non credidissent Michee ve
ra vidēti: magis autem falsa vidētibus: recepe-
runt ab hostibus omnino conflictuꝫ. Et multi
turpiter corruerūt in veteri testamēto/ vera vi
dētibus non credētes. Et regnū iudeorū oīno
defecit: quia veris pphetis non pstabatur fi-
4.Regū.18. des. Et sub salmanasar israelis filij traditi sūt
4.Regū vlt. in captiuitatē. Et sub nabuchodonosor regnū
iude in rege suo morte pbrosa pempto turpē
finē accepit. Et hierusalē capta est: q mēdaci-
bus magis q̄ veris pphetis fuit tributa credu
litas. Proinde quid pderat q exibāt videre io
annē pphetā: τ plusq̄ pphetā: si sibi non crede
bant vera dicēti de christo? Ad exaggerationē
peccati populi iudeorū christus ioannē tā alte
cōmēdare videt: cuius veritati fuerūt ex toto
rebelles. Nā p beatuꝫ Job de reprobis dicit:
Job.24. Et ipsi fuerūt rebelles lumini. Quod recte cō-
petit populo iudeorū: qui cōtumaci aīo rebella
bat luminose veritati: quam de christo ioānes
plusq̄ vidēs asserebat. Si multitudo sapiētum
sanitas ē orbis terrarū: egritudo siquidē erit
eorū nō adherere cōsilijs/ qbus psuit oībꝰ cre-
didisse. Ex his eñ sunt deuitata picula: τ aucta
sunt regna. Nulli aūt sapiētiores q̄ q nō solum
hūano/ sꝫ etiā diuino spū fuere vidētes. Et cuꝫ
vidēs eximius acqeuisset pblemati vidētis/ re-
2.Regū.12. cognouit facinus. Cū vero dixisset/ peccaui: ili-
co audiuit: Transtulit deus peccatū tuuꝫ a te.
Mulieres acceperunt filios in vteris pprijs/
de qbus iam desperauerūt: quia crediderūt p-
3.Reg.17. phetis: τ iterū ex mortis impio receperunt. Vi
due sareptane multiplicata sunt bona: qm acqe
uit vidēti: vt nec farina de hydria nec oleum de
ficeret de lecytho: vt hoc typo traijciat in gra-
tiam/ q nunq̄ spiritualis annona deficiet his q
4.Reg.4. sanctis vidētibus crediderūt. Et vidua suis cre
ditoribus ex maritali debito obligata/ p multi-
plicationē olei debitum soluit: τ sibi filijsq̧ viuē
di stipes remāsit in reliquo. Ab oībus obliga-
tionibus liberat sermo ppheticus: ab omni-
bus custodit sermo diuinus: si velut hamus ca
piet primo captus. Frustra pstant aures ad ver
bum ppheticum: incassum audiunt verba do-
ctorū: ad pditionē operum aspiciunt sancti. Ad
quid itur ad eos: si eorū monita p salute ptēni-
mus: si fidē eoꝝ veris sermōibus nō pstamus?
Quid profuerat populo iudeorum vidisse seu
audiuisse ioannē? Quid existimatio alta que de
ipso in populo ferebatur: si non ibant ad queꝫ
ipse mittebat: si non sequebantur quem ipse pre
dicando preibat? Sed vnde plus q̄ propheta
ioannes? Esse pphetā ambiguitas nulla mole
stat: plusq̄ pphetā esse dissertionē inquirit. Sed

vbi deficeret pbādi autoritas ipsum alios ex-
cessisse pphetas: ad palmarem euidētiam facit
ipsa infragabilis sententia saluatoris: nos autē
non aliam inquiramus: tantū q christus posu-
it subnectētes. Hic est enim de quo scri
ptum est: Ecce ego mitto angelum Malach.3.
meum ante faciem tuam: qui prepa
rabit viam tuam ante te. Ad nullū pter
q̄ ad ioannē christū legimus sermones deriuas
se pphericos: neq̧ p aliquo pterq̄ p ipso pro-
phetā repimus signāter expssam: q̄uis de cor-
pore christi mystico plurimas lectitemus. Hāc
eñ applicate de ioāne fuisse platā inficiari nō
possumus: cū qui olim multifarie patribus in Hebre.1.
pphetis: nūc nouissime loqret in filio: in quo
facta sunt secula: in quo thesauri oīs sciētie ab-
scōditi sunt: qui nūc epistolat quod oli pphetī
ce dici fecerat de ioāne: ac si pater ad filiū vni-
genitū loqret: qui vēturus erat nostrā naturaꝫ
suscipe. Ne tuus fili aduētus impatus atq̧ im-
prouisus esse videat: ecce ego mitto angelum
meum ante faciē tuā. Angelus eterni patris di
cit esse ioannes: terrenus siquidē/ nō celestis.
Multa p omnē modum differētia est inter ter-
renos angelos τ celestes. Nam supne virtutes
siue angelice potestates spūs sūt natura/ ex of
ficio angeli: terreni vero compositi sunt: q̄uis
ex officio angelizēt. Et quanq̄ angeli celestes
atq̧ terreni omnes sint dei patris: hanc Ma-
lachie pphetiam saluator retulit in ioannē: qm
sic de christo pphetatum fuerat p eo q sic fu-
turum erat. Et interpretatio diuinarū scriptu-
rarum ad neminē decētius atq̧ verius spectati
q̄ ad ipsaruꝫ infallibilē conditorē: qui est filius
dei/ eterne genita sapientia dei: qui angelum
eius asserit esse Joannem/ et sue vie proximum
pparatorem. Et vnde plusq̄ propheta ioannes
est dictus: cum nullum prophetam scriptura p
phetarum angelum dixerit: nullus viaꝫ christo
tam de proximo ppararerit: nullus ipsum tam
manifeste esse dei filium a voce patris audiue-
rit: nullus ipsum preterq̄ ioannes aduenisse tā
signanter ostenderit. Sed q̄uis ad altitudinē
tanti mysterij nō omnis premittatur vt ange-
lus: tamen hoc quisq̧ sibi potest in vita τ mori
bus vendicare: vt viam Christo venienti ppa-
ret. Querit eñ christus ingredi ad cor nostrū:
sicut scriptū est: Ego sto ad ostium τ pulso. Si Apoca.3.
quis audierit vocem meā: et aperuerit mihi ia
nuam: introibo ad illum: et cenabo cum illo/ et
ipse mecuꝫ. Stat christus vt deus: et vt homo
pulsat ad ostiū cordis nostri. Si qs obediēter
audierit vocē eius cōmonefaciētē/ vocantē in
viam rectā/ pollicentē et patriam: et aperuerit
parando christo viam/ omnē quippe intentio-
nē et voluntatē aperiendo directioni eius: ipse
vero per hanc viam sibi substratā veniet: et in
troibit sibi libere patefacta ianua voluntatis.
Cenabitq̧ nobiscum in mensa virtutuꝫ et gra
tie: vt nos cum illo in mensa eterne beatitu-
dinis epulemur. Porro angelus dei est/ qui

delectatione rerum visibiliu3 non afficitur: qui legationē quam a deo in fide suscepit ipseq3 ꝑmisit exequitur. Angelus dei qui diligit igniter inextinguibiliter: ⁊ ardet innocue igne superno: quoniam deus ignis ē: qui sapit ⁊ intelligit omnis noctis ignorantie depulsa caligine: qui thronum iusticie in suo animo christo parat: qui sibi ex omnibus per rationis iudicium dominatur: qui potenter arcet aduersarias potestates: qui principium omnium agēdorum in deo constituit vt in ipso finiatur: qui mirabiliter ⁊ supra naturam viuit in seipso: qui delectatur in secretis diuinorum operum: qui semetipsum nouit seruare immaculatū. Peramplius autē christus addidit de Joanne/ verum iuramēto testificans: Amē dico vobis: Inter natos mulierum non surrexit maior Joanne baptista. Qui autem minor est in regno celorum/ maior est illo. Non se inclusit saluator in sua prolatione sermonis: vt in hac maioritate de ipso comparatio fieret cu3 ioanne. Matrē virginē vero exclusit: cum duntaxat de hominibus/ non de feminis loq̄retur. Adhuc tamē pro ceteris ambiguitas esset: nisi adderetur officium/ quod dicitur esse baptista: quod ꝑterq̄ sibi nemini datū fuit. Ex his/ ex multisq3 iam ꝑmissis dictu3 noscitur vnde inter natos mulierum nullus Joanne baptista maior: Et si nihil eorum que dicta sunt/ in argumētum venirēt probāde maioritatis: palmaris ratio est assertio saluatoris: qui ꝑter id quod ex euangelio sumptum est/ aliquid arduum in virtute ꝑ ceteris in ipso cognouit: vnde ꝑ ceteris ꝑtulit. Sibi soli cognite sunt omnium hominum mētes: ⁊ virtute inuisibiliter fulgētes solus ipse cognogit: qui nō ex eo quod exterius agitur/ homines approbat: aut alios alijs ꝑfert: sed ex eo quod interius splendet. Nec me fallit deludens opinio: sed veritas in me lucet: quoniam ad omnia exteriora gesta ioannis sibi opponuntur consimiles. Quod si ex exterioribus cōmendatus est: cōmendarētur ⁊ ceteri. Nam ⁊ si sanctificatus in vtero: ⁊ hieremias. Si exultauit in vtero: hoc quia in eo diuina virtute acceleratus ē sensus: sed nec sanctificatio aut exultatio proprij merita fuit seu gratificantis virtutis/ sed accepte gratis. Si desertum quasi ex fascijs habitauit: hoc vere plus accedit ad meritum proprium: verū tamē si non inuenimus quempiam ex tam tenella etate incoluisse deserta: inuenimus equidem plurimos habitasse in illis per tempora longiora. Si predicationem inspicimus: excessit illum Paulus ⁊ quilibet alius apostolus: qui diutius ⁊ diffusius sub maioribus terroribus mundo perdito clamauerunt. Si quia in baptismo tetigit christum: ⁊ sacerdotes sepius in sacramēto ministrant/ non alium nisi eundem ipsum quē ioannes lymphis intinxit. Sed tāto sacerdotes atq3 sumentes ab illo differentius: quanto immortalem isti/ mortalem vero ille aqua perfudit. Neq3 autem ex tactu corporis Joannes sanctificatus est peramplius/ nisi fuisset mente propinquior: quoniam ⁊ multi christum alias tetigerunt. Si vocē audiuit paternam: ⁊ tres apostoli cum christo existētes in monte similiter audiuerunt. Si pro argutione incestus in captiuitate detentus: ⁊ alij q̄plurimi pro argutione scelerum/ pro damnatione idolatrie/ pro predicanda fide senius detenti sunt. Si vero decollatus: innumerabiles inuenimus seuiora ⁊ diuturniora pertulisse tormenta: ⁊ per asperiorem sensum perdidisse corporis sensum. Quid igitur q̄ Joannes natis mulierum prefertur? An ex exterioribus gestis sic eum preferebat saluator? Porro preter ea que dicta sunt/ aliquid insigne virtutis in animo Joannes ferebat: vnde illum christus alijs preferebat. Excessus virtutum ab excessiua charitate cōsurgit: quare missus Joannes super alios ferebatur. Etenim virgo mater a multis sanctis minoratur: que tamen inuiso meritorum pondere homines transcendit ⁊ angelos: ⁊ vicit vtrorumq3 in merito ⁊ gloria dignitatem. Attamen vt nec videamur derogare Joanni/ aut ipsum extollere vltra fas: verba saluatoris ꝓm q̄ ferre videntur/ humiliter indagemus. Tutius est enim minorare/ aut non sic exaltare Joannem: q̄ de verbis saluatoris aliquid sentire indignum. Nam vigilantibus verbis ipse saluator vsus est. Non enim dixit: inter natos mulierum non surrexit equalis/ sed maior: vt intelligatur q̄ nullus ipsum excessit: non q̄ ipse omnes precellerit: vt nemini super eum tribueretur maioritas: nec sibi inequalitas omnino donaretur. Et qui minor est in regno celoru3/ maior est illo. Ipse christus interdum minor reputatus est. An quia omnium dominus/ omnium factus est seruus: ioanne penitus maior erat? Videtur etiam mihi q̄ in humilitatē christus dominus intēdebat: quoniam sic reputatus ioannes q̄ esset christus/ infra humilitatis claustra se tenuit: ⁊ inde maior quo humilior. Quia omnis qui se humiliat exaltabit: ⁊ qui profundius descēderit/ ascendet excelsius. Et qui in regno celoꝝ esset in humilitate minor esset ioanne maior. Si vero comparationē viatorum ⁊ beatorū accipimus: quisq3 minor beatus excedit quēuis maximū viatorē. Igit̄ occultis ⁊ inuisis virtutibus magis q̄ actibus exterioribus studeamus: humilitate fundemur: charitate firmemur: vt non participes cōmēdationis/ sed beatitudinis simus potius cum ioanne. Et mundo non modica a diebus ioannis baptiste exorta est nouitas: vt ipse magni mysterij sit initium: ⁊ ipse sit terminus magnarū antiquitatū: q̄obrem plus in fama cōmendationis attollit̄. A diebus autem Joannis baptiste vsq3 nunc regnum celorum vim patitur: et violenti rapiunt illud. Oēs enī ꝓphete et lex/ vsq3 ad ioānē ꝓphetauerūt. Et si vultis recipe eū: ipse est helias qui vēturus ē. Qui habet aures audiēdi/ audiat. Nō intelligunt dicos

Mat.11 Luce.7 [margin, beside "Amē dico vobis: Inter natos mulierum…"]

Mat.11 [margin, beside "A diebus autem Joannis baptiste…"]

ioannis omnes quos viuendo accepit: sed hi a quibus predicare atq baptizare diuino verbo sacro super eum exorsus est: quia pauci nec magnum complevere triennium. Sed ab his diebus predicationis atq baptismatis vim sustinuit regnum celorum: vt non addatur extranea expositio: sed quam saluator adiecit: et violenti rapiunt illud: vt sic regnum celorum vim patitur: quia violenti rapiunt illud: illi duntaxat qui sibi violentiam faciunt resculpendo proprium spiritum: vincendo prauam consuetudinis legem: in obsequium Christi intellectus altitudinem subiugantes/ dissoluta siue coercita lege membrorum: que stat in membris nostris: que captiuat in lege peccati ex demeritis nostris: cum delectati legi dei/ etiam legi mentis nostre. Huiuscemodi violentia non modica est: qua quis in seipso deuictus/ capiat regna celorum. Non enim delicijs atq amenitatibus perfunctorijs superna regna capiuntur: sed sudoribus et agonibus/ in expugnatione vitiorum et acquisitione virtutum. Non enim delicata palpatione: sed laboribus vitium superatur. Nec accedit hominibus virtus varijs agonibus non quesita: neq dominis coronatur in castris: qui legitime contra omne aduersum nō confixerint in certamine: aut regi etiam post laborem laboriosam nō exhibuerit seruitutem. Periclitantur ocijs christiani: sed fauente gratia et agone christiano saluantur. Violentia hec a diebus Joannis sumpsit exordium: non quod ante nō fuerint apti plurimi regno dei: et pro illo fortiter certauerint: sed a Joanne primo nominatum est regnum celorum: et ipse gentibus ad eum exeuntibus predicauit: vnde regnum celorum cepit in violentia fieri: vt desyderium eius violentaret animos hominum: vt pro illo prompte congrediendo decertarent esse victores. Sed vsq nunc modicum erat tempus/ si nunc fuisset et terminus: sed habebat eum inclusum omnino similiter et deinceps/ quousq mundi mysterium consumet. Omnes enim prophete et lex vsq ad Joannem prophetauerunt. Porro omnes prophetie quas prophete veraces predixerunt vsq ad Joannem in velamine tenebantur/ in enigmate ipsis prophetis predicentibus affutura: Joanne absq omni enigmate predicante: cum esset medius veteris et noui testamenti/ finis veteris/ nouiq initium: quod alio sensu Christus finis existat. Lex autem cerimonialis vsq ad Joannem etiam perdurauit: mandatorum vero lege cum euangelio permanente. A ioannis tempore cerimonie legales ceperunt cessare: intacta manente lege viticea. Quoniam christus non venit legem soluere/ sed adimplere: vt cerimonie commutentur in melius: viticeus vero legis seruetur intactus. Quasi etiam prope historiam videtur hic intellectus includi/ si vsq ad ioannem lex et prophete: et de his que de christo erant intelligendum est: quoniam cum ioannes christum iam venisse predicaret: superuacuum erat/ vt amplius prophetaretur de christo: in quem omnis scriptura tendebat. Quoniam vero populus iudeorum: quis tepide diligebat Heliam: et ipsum magno studio attollebant: suorum gestorum/ et sue translationis in paradisum durante memoria: idcirco vallans fama virtuteq ioannem/ ipsum transtulit in heliam/ dicens: Et si vultis recipere eum/ ipse est helias qui venturus est. Non helias erat distinctione persone: sicut interrogantibus sacerdotibus et leuitis ioannes se supra negauerat: sed in virtute atq mysterio vere helias erat. O qualis est similitudo virtutum: vt earum efficacia/ ipsarumq preconio sanctus vnus transferatur in alterum nō aliqua mutatione/ sed ipsarum similitudine.

Per quiddam vero vtriusq testamenti concordia in his verbis expressa est: quoniam id nouum exprimit quod vetus in figura retinuit. Et ioannes est helias: quia id continet gratia noui testamenti/ quod prophetia veteris longe ante predixerat. Acsi aperte diceret turbis: Si recipere vultis hanc noui testamenti gratiam: nō cunctemini: quoniam sic est prout vetus testamentum habuit in occultis: et sic sunt patres veteris testamenti sicut et noui: nam ioannes est helias: quia noui testamenti gratia etiam patres veteres circumfulsit: et impleuit prophetia videntes. Non enim aliunde facti sunt patres et prophete preteriti: nisi ex eo quod ioannes credit et sperat/ amat et predicat. Ac per hoc si vultis eum recipere/ ipse est helias: et si nō persona: vna tamen amborum est gratia. Nam et si omnes ab adam vsq ad christum qui salui facti sunt: et qui ad spem salutis detinebantur in limbo: persona quidem non sunt cum post christum saluefactis: eadem tamen gratia omnes saluauit. Et quoniam hec mystica quidem sunt/ magnum importantia intellectum: ilico saluator adiecit: Qui habet aures audiendi/ audiat: videlicet qui audit/ intelligat. Quod vero ad improperium protulit iudeorum austeritatem vite ioannis/ quod non manducauit neq bibit: de communibus intelligendum est. Cuius vite austeritatem supra pretulimus: vt hic differere non peramplius sit opus

Hec quidem dicta sunt a christo de ioanne adhuc in carcere posituto: de quo male decernebat herodes. Nam et cum dies opportunus Marci. 6.
accidisset: herodes natalis sui cenam Mat. 14.
fecit principibus et tribunis et primis galilee. Dies opportunus non erat neque necessitate/ sed voluntatis vanitate: quia natalis diem continuis honorabat. Melius sibi fuisset si diem mortis gestasset in animo. Non nouerat iste sapientiam salomonis: gentilis enim erat: quam si nouisset ex animo/ festum omnino declinasset infaustum. Melior est dies mortis die natiuita- Eccle. 7.
tis. Et melius est ire ad domum luctus/ quam ad domum conuiuij. Vtiq ista conueniunt conuiuatori atq conuiuis: quod honestiorem atq modestiorem ordinat vitam quam natiuitatis mortis memoria: immo dies natiuitatis dissoluit hominum mores: dies mortis in memoria factus habebat. Ve qui huius mundi cum leticia conspexerunt annis

multiplicatis ingressum / obliuioni tradentes
egressum: vter qз turpis ꝛ miserijs plen⁹: ille ad
tēporalitatē fit: sed iste ad eternitatē miseraз vel
beatā. Et ad domū luctuosam accedere ad pro
uidentiā cedit: ꝛ prestat vbi luctus est mortis/
accedenti cautelā: nā in illa finis cunctorū ad-
monet hominū: ꝛ viuens cogitat quid futuruз
sit. Sed quid in domo funesti conuiuij factū sit
tu prudens lector aduerte. Impudica saltatio/
impudicius aspectus: improuisa iuratio/ ꝓmis-
sio nequā seruata: in malū adhibita fides: iudi-
cata nequiter innocentia: decollatus est iustus:
ꝛ in iudicio incest⁹ inuoluit: ꝛ ex omni typo dei
gratia est damnata. Ipse quippe ioānes ex suo
nomine granā sonat. Nam cuз introisset
filia ipsius herodiadis: et saltasset ī
medio triclinio: et placuisset herodi
simulqз recumbentibus: rex ait pu-
elle: Pete a me quod vis/ et dabo ti
bi. Et iurauit illi: quia quicquid pe-
tieris/ dabo tibi: licet dimidiū regni
mei. Amor vanitatis ꝛ pompatice glīe in con
uiuijs locum habet. ꝛ omnes ad sui trahit aspe-
ctum. Et saltat contortis membris: qꝛ nihil re
ctum in mūdi vanitatibus est. Et arte ludicra
inflectit ꝛ reflectit/ inclinat ꝛ eleuat corpus: et
omnia mēbra monstrizant: vt etiam ipa natura
corporis ꝛ membroꝝ ꝑuersa videat ad ꝑflagiū
scelerisqз mundi vanitas ꝛ luxuria nature ordi-
nē ex omni parte ꝑuertunt. Saltat in medio tri
clinio sena puella/ filia vipere viperella. Tricli-
niū cenaculū triū lectoꝝ erat. Mos talis quo-
rundā antiquorū fuit: vt vbi refectio/ ibi etiam
ad pompā ostenderent ꝛ lecti. In cui⁹ medio
ista saltando cōuiuarum corda demulcet: ludi-
crans in medio/ vt ab oībus videat: vt omniū
ꝯstringat aspectus. Uirtus ꝛ vitiū mediū con-
sueuere tenere: virtus ad fortitudinē ꝛ duratio
ri veros sequaces docuit: cũ solus abijt in deser
tũ. In quo ꝑrogauit nobis exẽplũ orationũ/ vi
giliaꝝ/meditationũ/ↄtemplationũ/segregatio
num/pugnarũ: et ad tentationẽ preparauit suo
exẽplo volũtarios sectatores. Sed nostri capi
tis ⁊ victoriosissimi ducis tentatiõe inspecta: no
stras ꝓut fieri assolẽt parumꝑ inuestigatiõe in
fima ꝑscrutemur. Nẽpe lux fidei nostre vniuer
sa ꝑlustrat: ⁊ bona ⁊ mala ꝑquirit. Illa vt agat
ista vt caueat. Sz mala priusꝗ fiãt ꝑcedit plerũ
qȝ tẽtatio atqȝ deordinatio iterioris hoĩs: idcir
co mali mẽtalis aut actualis aditũ/initiũ/ ꝓces
sum ad cutãdũ christiana ↄsyderatiõe tãgam⁹.

De diuersa et multiplici tentatione. Capitulum V

Lux fidei vniuersa ꝑlustrat: ⁊ bona ⁊ ma
la ꝑquirit: vt agat ⁊ caueat. Sed qꝛ ma
la priusꝗ fiunt/precedit plerũqȝ tenta
tio ⁊ deordinatio interioris hoĩs: idcirco mali
mẽtalis ⁊ actualis aditũ ⁊ initiũ et ꝓcessum vt
euitemus/christiana ↄsyderatiõe tangam⁹. Ten
tatio euenit plerũqȝ nascentibus posteris: sicut
fuit in parentib⁹ primis: sed nõ est in ptãte no
stra cũ fit: nec põt esse nostre virtutis/ꝙ nõ fiat:
sed nostrũ est ꝑbere vel nõ ꝑstare ↄsensuz: ꝗ cũ
fit ⁊ resistit: nõ ad culpã ⁊ penã/ sed poti⁹ ascri
bit ad victoriã ⁊ coronã. Et qꝛ demõis est ten
tare/nostrũ est resistere: facit diabol⁹ quod in se
est: ⁊ nos quod nostꝝ est faciam⁹: qui ꝓpter suã
improbitatẽ ⁊ impudentiã tẽpus ad tentationẽ
vacuũ nõ ꝑtermittit: nisi vt pacẽ ꝑtendat: ⁊ secu
rius hoiem incautũ ex pace inuadit. Aut cũ quẽ
piã qualificauerit vitijs ⁊ supbia repleuerit: quẽ
tentare nõ oportebit: qꝛ ille seipsum tẽtat: seipm
impugnat: sibiipsi blandit in malũ: ipsemet sibi
laqueũ parat: seipsum ↄfodit: ꝑ seipsum ad cadẽ
dũ absqȝ impulsore sufficiẽs est/immo deficiẽs.
Sed post tentationẽ si nõ resistit/sequit cogita
tio cum aliqͣli decursu tpis: ꝗ leue pctm̃ est/aut
nullũ si cogitatio fit vt pctõ aduerset. Postmo
dũ sequit delectatio: ꝗ vel erit citra ↄsensũ: ⁊ tũc
erit vẽiale malũ: aut erit morosa etiã absqȝ con
sensu: cũ qs vult ĩ cogitationib⁹ carnalib⁹ dele

ctari/sed nõ ꝯsentire in actũ: ꝛ hec inter morta
lia deputãda: aut erit cũ ꝯsensu: ꝛ tũc erit pctm̃
mortale: si de his insurgit et ꝑficit̃ q̃ de suo ge-
nere mortalia sunt. Post ꝯsensũ vo deuenit̃ in
opus: si habilitas caderet/et tẽp⁹ et loc⁹. Ergo
peccatũ actuale in ordine tẽtationis originem
trahit a libera volũtate vniuscuiusq; ꝑ sugge-
stionẽ/delectationẽ/cõsensũ et opatiõnẽ: ſm il-
Jacobi.i. lud Jacobi: Unusquisq; tentat̃ a sua ꝯcupiscẽ
tia abstractus ꝛ illect⁹. Deinde cũ ꝯcupiscẽtia
carnis cõceperit/parit peccatũ: peccatũ aũt cũ
consummatũ fuerit/generat mortẽ. Nec etiam
hostis antiquus de aliquo vitio tẽtare desistit:
qui non dormit nisi supplãter: Et vices tenta-
tionũ variat multipliciter vt decipiat: ꝙ si nõ ĩ
omnibus/saltẽ in aliquo vincat. Tẽtat quippe
initiũ faciẽs: vt aut ꝑ auersionẽ a creatore ad in
fima ꝯuertamur: aut ꝑ ꝯuersiõẽ ad creaturã ad
eo q̃ nos ꝯdidit auertamur. Quod vero istoꝝ ꝑ
oriʒet aut posteriʒet ĩ aĩa/duꝝ ẽ diffinire. Nos
vero dicimus velut generationẽ et corruptio-
nẽ simul fieri circa idẽ: q꞉ si ꝯfinia vitioꝝ sunt
virtutes: virtutum aũt termini aliena vitia exi-
stũt: non ergo erit ab vno egressus/ q̃n ipso in
stãti ad alia fiet ingressus: nec fiet ingressus ad
alia/nisi ab alijs subit⁹ sit egressus. Sed si fidei
mysteriũ inducim⁹/q̃ dicũtur clari⁹ patẽt: q꞉ si-
cut in eo q̃ baptizat̃/de filio ire gratie ꝑficit̃ fili
us: eodemq; momento cũ filius efficitur gratie
ab ira paterna egreditur. Ac ꝑ hoc nõ est intel-
ligendũ: ꝙ si virtuosus act⁹ ex discretiõe aut ex
mãdato seu necessitate interduʒ intermittitur:
ꝙ virtus dilata ex animo relinq̃tur. Nec credẽ
dũ ꝙ ꝑ improuidã negligẽtiã seu tristiciã/aut ĩ-
cautelã ꝛ somnolẽtiã et siĩia/ seu ꝑ incuriã veni
aliũ pctõꝝ egrediat̃ q̃s a deo: ꝛ ad creaturã cõ-
uertat̃ ipso spreto: si virtus ꝛ amor ei⁹ teneat̃ in
animo. Progredit̃ vltra tentatio vt bonũ ali-
quid nõ fiat: quã repellit mortis festinãtis me-
moria: ꝑmpta sollicitudo bonoꝝ sctõꝝ/ nõ im-
pedit⁹ amor. Si succumbũt in istis improbi tẽ-
tatores/aliã inferũt acriorẽ: vt si bonũ q̃s face
re disponit: saltẽ minoris boni electio in agen-
do valescat/melioris electione abiecta: cui ve-
ra ꝛ sũma discretio aduersatur/ꝛ desyderiũ ma
ioris approximationis ad deũ oĩm regũ regẽ:
quod morali emulatiõe terrenos milites ad ter
renos reges videm⁹ insistere: vt vnusq̃sq; velit
esse ꝑpinq̃or. Quod cũ ĩ ista preualere nõ pos-
sint: suggerit̃ ex tẽtatione/vt bonũ fiat iudicio
ꝓprio/saniori ꝯsilio refutato: quã debellant ti-
mores aut obediẽtia charitatis: exẽpla sctõꝝ
vitã ĩ veritate agẽtiũ christianã: ꝯsiliaꝛ testimo
nia scripturaꝝ. Cũ vero agonista christifer⁹ ex
victoria suprafatũ agonẽ ꝑfecerit: ad inanẽ glo
riãꝛ sterilẽ laudẽ se ꝯuertũt inuisibiles tentato
res: ꝛ aptos actib⁹ suis inueniũt inuisibiles lau
datores: vt parta ĩ pelago/ĩ portu laudib⁹ mer-
gãt: ꝛ onustã ex sctis laborib⁹ nauẽ/beatificãdo
2.Corin.3. animã oĩa bñ fecisse ad ꝓfunda ꝑditiõis dedu-
cãt: quã apl̃i sentẽtia reprimit cũ dicit: Non su
mus sufficiẽtes cogitare aliq̃d ex nobis tãq̃ ex
nobis/multomin⁹ ꝛ facere: sʒ oĩs sufficiẽtia nr̃a
ex deo ẽ. Et saluatoris snĩa ꝯfũdit q̃ñ dicit: Cũ Lu.17.
oĩa bñ feceritis/dicite: serui inutiles sum⁹. Nec
nõ altitudo deiꝛ dignitas magnificẽtie sue: cui
suspirãdo seruim⁹: oĩno digne seruire nõ possu
mus: apud quẽ ſm Esaiã: velut pãn⁹ mẽstruate Esa.64.
sunt nostre reputate iusticie. Quõ eñ creatura
ex cõdigno rñdebit altissimo? Magnitudo au
tẽ ꝓmissiq; ꝑmij: q꞉ ſm apl̃m/nõ sunt condigne Ro.8
passiones hui⁹ tpis ad futurã gloriaʒ q̃ reuela-
bitur ĩ nobis: virtutũq; consyderata ꝓprietas
quã implere nequim⁹: a tali vana tẽtatiõe nos
liberauit: necnõ ad sanctoꝝ altissimoꝝ vita pro
specta te permittet extolli de ꝑfectione virtutũ
Hoꝝ eñ ꝯsyderatio sedula quãpiã aĩam in ter
minos nihilitatis ꝛ null⁹ opatiõis includit: vt
sibi nihil fecisse videat̃: ꝛ quod fecit/magis iniq̃
tas sibi q̃ꝫ equitas apparebit. Tentãt inq̃tũ si-
bi et nobis improbi demones de oĩ vitio spũa
li: vt ad quãdã infidelitatẽ seu dubietatẽ myste-
rioꝝ christi aĩam inducãt: scʒ incarnatiõis/ na-
tiuitatis/cõuersationis/passiõis/mortis/sepul-
ture/resurrectionis/ascẽsionis/ repromissionis
eterne: silr̃ sacramẽtoꝝ/maxime corpis Christi
dubiũ ĩferre conant̃: ĩmũdiciã ĩ christo ĩ virgi-
ne matre ĩportune plerũq; mẽti nostre suppo-
nũt: ad blasphemãdũ ĩducũt: ꝛ ĩcõueniẽtia plu
ra circa diuĩa phãtasticari faciũt mentẽ nostrã
ꝛ de spũali supbia ꝛ vana gl̃ia/et siĩibus mentẽ
nefarie colaphiʒãt: ꝛ de exteriorib⁹ vitijs a ten
tãdo ꝓpterea nõ quiescũt: de quib⁹ dearticula-
tim doctrinal̃ dabit̃ sermo. Sʒ q꞉ multotiẽs ꝑ
eoꝝ ĩprobitatẽ ꝯtinuã/varietatẽ tẽtationũ intã-
tũ mentẽ afficiũt: et aperiet̃ ĩ vitijs ꝑiculosa tẽ-
tatio: vt vicinã faciãt passioni/magis vero cui-
dã despationi: vt ipsemet discernere nesciat si
pctõ ex tẽtatione negauit aut ꝑstitit assensũ: id
circo tali ꝑplexitati dignũ duxi humiliter/ma-
gis vo fideliter subuenire. Cũ eñ tẽtatio agit̃
in quocũq; tentationis genere: siue trahat̃ per
ipsam cõtra diuina: siue ad humana et tẽpora-
lia tẽtatio ipsa descẽdat: si displicẽtia et amari-
tudo aduersus ea de quib⁹ tẽtatio agit̃/ ĩ corde
firmiter teneat̃: vt potius pena eligeret̃ q̃ꝫ ꝯsen
tiret̃: et mortis expectaretur suppliciũ/q̃ꝫ deue-
niretur in actũ: nihil adesse periculi/ nihil ma-
li causa timeat̃. Probat eñ nos deus: qui fide
lis est ſm Aplm̃: nec nos supra id quod possu- 1.Corin.10
mus tentari ꝑmittit: sed facit cũ tẽtatione pro-
uentũ. Nã nec quomodolibet tẽtari/sed assen-
tire peccatũ est. Proinde in quacunq; perple-
xitate propter vehementiã tentationũ persisti-
tur: nõ ad ipsã tentationẽ/aut suggesta ꝑ demo
nes: sed ad volũtatis rectitudinẽ et placitũ re-
currat̃: vt ipsa rectitudo seu ratio volũtatis pla
citũ liberamẽto seu equitatis examinet: vt scia-
tur que magis ĩ placito sũt/spũalia seu corpalia
virtutes vel vitia/diuĩa vl̃ hũana/ inuisibilia si-
ue visibilia/potiora vl̃ miora: vt si mẽs digniora
placido amore amplectit̃/ĩdigniora iusto iudi

cio dedignatur: in sanā partē deflectat iudiciū ne credatur adesse infernale peccatū: p eo q naturalis ordo iusticie/ legis et gratie a tētato maculā nō accepit. Si aūt indignior a indebito amor exstringit: puersoq iudicio potiora contemnit: in sinistrā partē declinet iudiciū: et peccatū adesse in foribus pstetur: q ordini triū legū maculā tentatus iniecit. Proinde multa intelligentia oportet intendere/ si hox cupim⁹ habere noticiā: sed neq possum⁹/ nisi de primis motibus illustremur: qui si a pura natura τ cōdita insurgūt/ peccatū nō iferūt: q neq a bona causa causatur τ malū: neq rcipiēdo p naturā et sensus/ obiectas extrinsecas qlitates peccatū admittim⁹: si naturalis ordo iusticie nō maculat: τ lex scripta phibēs inuiolata seruatur: τ desup infusa et data gratia custodit. Quis eñi videndo/ audiēdo/ gustādo/ olfaciendo/ tāgēdo loquēdo/ tacēdo/ descendo/ operādo/ cogitādo/ imaginādo naturaliter peccauit aliquādo: nisi q ordinē naturalis iusticie puertit: legē scptā nō custodiuit: et gratie fecit despectionē? Sed plerūq insurgūt in sensualitate a natura corrupta mot⁹ illiciti: qui si statim allidūtur ad petrā peccatū nō causant: cū nostre potestatis nō sit auertere ne insurgāt: sed cū insurrexerint/ ne pcedāt nostri est arbitrij potestatis: q si statim repressi nō fuerint a corrupta natura i sensualitate habentes initiū: etiā si nō pgrediat vlterius generāt veniale peccatū: q nō statim phibuit malū quod debuit phibere libere volūtatis dominiū: et saltem accedit aliquātilla delectatio et causatura/ vnde peioratur et vilificat anima sicut p accessū ad deū et delectationē in ipo/ melior facta fuisset atq nobilior: pcedētes vero vlteri⁹ nō repressi/ intātū grauamur i culpa/ inqtū nature legis et gratie ꝯfundit debit⁹ ordo.

Unde tentatio. Capitulū VI

A Patre misericordiarū/ gratiarū/ consolationū τ luminū omnia opportuna nobis ab ei⁹ eterno filio τ tpe fratre nostro docemur expetere/ vt etiā a tētatione custodiat. Non aūt est timēda tentatio/ sed casus in illā: nec orandū est contra ipsā ne eueniat/ sed ne decipiat aut inuoluat cū venerit. Ipse saluator qui docuit sic orare/ in seipso ante fuerat expertus tentationes sathanicas: factus iā in experiētia humanoꝝ/ quibus in carne succubuit: nunq autē animo superatus/ aut p molestiā mot⁹: excepto q p nobis assūpsit tristiciā. Preactū est in capite/ quod diffundēdū erat in corpa: vt fideles ei⁹ tētationis pōdera paterētur: nō ad subuersionē/ sed ad pbationē molestiosis agonis: vt post victoriā pciosior corona in certatoris capite poneret. Si vero tētatio ex vehemētia quēpiā subuertit: aut qi ne subuerteret/ humiliter nō fuit oratū: aut tal' supbia i aīa isidebat/ q p casū tētatiōis ppellēda erat. Multis quidē alta sapiētib⁹ τ de se psumētib⁹ inductio pmissiua in tētationē pfuit ad virtutē/ vt dirigeret i salutē. Sepe vero ipsa tētatio tētati deo merito cognito vel occulto deduxit i casū: τ casus i eternū suppliciū deduxit cadētē. Ac p hoc fili⁹ dei diuine atq humane boies docēs edixit a pře petere: nō ne tētemur/ sed ne i tentationis baratrū demergamur. Inductio in tētationē quā petim⁹ deuitare/ est i illū malū seu mali finē deuēire: put iprob⁹ tētator itēdit. Est aūt diffor mib⁹ et difformit sepe aut aliqn imissa tētatio: nō tñ ois est iductio deuitāda: sed illi⁹ q ex pncipio et medio et fine pperā agit. Nā tētat de⁹ vt pbet virtutē/ pbatāq coronet: vt tētauit abraam i fide/ spe/ charitate: cū offerre iuberet filiū i vno mōtiū sibi ostēso i sacrificio mortuū. Intēdebat qdē de⁹ nō aliqd mali/ sed i ipso pbare virtutes fide: q cū isaac eēt fili⁹ repromissiōis: i quo multipliciū erat futurū gētiū: nō est mente aut verbo aduersat⁹ offerre illū iuxta mādatū: nec hesitauit quō multiplicatio gētiū oriretur. Cōtraria porro erāt q ex isaac multiplicarētur gētes: et q i monte mortu⁹ litaret. Nec obstat q i semine quod erat christ⁹/ i figura talia dicebant: qn de⁹ voluerit abraā i fide tētare: ita et i spe pter celestia capessenda ꝯtēptu terrestriū in charitate cū filiū in quē tot⁹ paternus amor diffundit/ diuine iussioni postposuit/ ampli⁹ diligēs deū. Ac p hoc cū de⁹ tētat/ nō est petēdū ne i illā fiat inductio: cū tētet ad pbationē virtutis sicut scriptū est: Si surrexerit in medio tui pro- Deut. 13.
phetes: aut qui somniū vidisse se dicat: et pdixerit signū atq portentū: et euenerit quod locutus est: et dixerit tibi: Eam⁹ τ seqmur deos alienos quos ignoras/ τ seruiamus eis: nō audies verba prophetis illius aut somniatoris: q tentat vos dominus deus vester: vt palā fiat vtrū diligitis eū aut nō/ in toto corde et in tota anima vestra. Nunq ad perperā agere vel sentire tentauit aut tentat amator oīm de⁹: quod iacobi christi apls asseuerat: pmittēs in tentatione beatitudinē sufferētis. Beat⁹ vir q suffert tēta- Jacob. 1.
tionē: qm cū pbat⁹ fuerit/ accipiet coronā vite: quā repromisit de⁹ diligētib⁹ se. Nemo eñ cū tētat dicat/ q a deo tētatur: de⁹ eñ intētator maloꝝ est: ipse eñ neminē tentat/ videlicet ad subuersionē. Unusquisq eñ tentatur a sua concupiscentia abstract⁹ τ illectus. Itaq contra inductionem in tentationē proprie cōcupiscentie coram eterno patre perseuerandū est cōtra sathanā: de q scriptū est: Nolite fraudare inui- 1. Cor. 7.
cem: sed reuertimini in idipsū: ne tentet vos sathanas pter incontinentiā vestrā. Et Petr⁹ annanie dixit: Cur tētauit sathanas cor tuū mē- Actu. 5.
tiri te spūisācto/ et fraudari de pcio agri? Huic quidē contra casuz in tentationē huiuscemodi orandū est. Nō autē pmittit deus tētari aliquē 1. Corin. 10.
supra posse in supna: qm nō coronabit nisi qui 2. Tim. 2.
legitime certauerit: certamē vero sine tentationū bello non geritur.

De vocatione discipuloꝝ: et precipitatione domini Jesu i nazareth et de ascensu in montem. Capitulum VII

Mat.3. Peracta mora desertiet pugna et victoria saluatoris Jesu in virtute spiritussancti: in cuius ducatu accesserat atq; intrauerat desertū: egressus est de deserto et venit in galileā: et vocauit discipulos quos elegerat: ante quorū conspectū factur⁹ erat atq; dicturus: vt omnibus post mortē ei⁹ et ascensionē testificarētur in orbe terrarū se vidisse et audiuisse que fecerat et dixerat. Jesus fili⁹ dei p nobis in assumpta carne docebat et predicabat in synagogis galilee. Cū vero docuisset in nazareth: ibi prima iniuria et euangelio collecta extitit ppulsa⁹. Nam eiectus est extra ciuitatē: et ad precipitandū eū ductus est supra montē. Ipse vero transiens per mediū illorū ibat. Exemplo saluator patientiā docet: et tāto maiorē quāto a ppinquis et notis et pprijs ciuib⁹ iniuria irrogatur: aduersus quos iesus non verbis aut actionib⁹ repugnauit: sed declinando eorū auertit furorē. Nā aduersus īpetuosos ptēdere verbis/est excitare furorē et irā: q̄ forte qesceret/magis excitata repēsis. Posit⁹ ignis agitatus a flatu/erūpit in flāmā: et sepe inemēdabile facit incendiū. Ire ignis in corde viri a flatu alioꝝ verboꝝ cōmotus psiliet in malū. Proinde omnino meli⁹ est silentiū: quod et saluator fecit: q̄ nunq̄ fuit nisi necessitate locut⁹. Nō solū prudentē virū decet nō ptendere verbis: sed se subtrahere ab aspectu irati: vt sibi medearis et tibi: sibi ne plabat in aīe malū: tibi pp̄ter partiale piculū. Ad hoc etiā refert: q̄ audita captione ioānis/relīqt nazareth: et secessit ī galileā ī capharnaū maritimā/in finib⁹ terre zabulon et neptalim. In quo magno sacramēto moꝝ nos docuit: q̄ excitata psecutiōe/si qs inuolui timet fugiat: dūmō fidei piculū nō relinqt. Et pꝛogauit exemplū eoꝝ q̄ dictur⁹ erat apl̄is: si psecuti vos fuerint ī vna ciuitate/fugite ī aliā: quod ipse nō timore/sed exemplo prefecit. Et cū pp̄ter miraculoꝝ multitudinē et doctrine suauitatē a turbaꝝ multitudine circūdaret: iteꝝ deserti cultor reabijt ī desertū: vt etiā post vtilitatē primorū in id quod orationis ptēplationis est/fiat nō īpedit⁹ regressus. Bonū enī est/imo expediens agoniste pito/redire ad seipsū/et frui seipo: et intēdere ipreoccupato aīo ī diuina: et expetere a deo q̄ ad ducatū et pfectū expediāt primoꝝ: et quos instruxit ī psentiaꝝ doctrina/iuuet orōne secreta vt capiāt: et verba diuina nō effundātur incassū. Oratorē expedit esse bū docere volētē: nec expedit sepe videre quos docet: aut nimia familiaritate pstringi/ne doctrina vilescat Rar⁹ fiat nō ex supbia/sed ex dispēsatōe ob causā amplioris pfect⁹. Sed ve mihi et plurib⁹: q̄ vnū cū auditorib⁹ facti sum⁹: vt ex nimia pticipatione ad eos aufugerit reuerentia: puersa sit introducta securitas: et habita sit vil altissima christi doctrina: vt euāgeliū quod est diuinū/ex isto pticipio tā frequēti videat humanū. Deserti⁹ enī loc⁹ et in doctrina vberiores attulit fructus. Norma ergo sit nobis quod fecit doctor iesus. Nā ex fuga desyderiū audientiū auxit: vt vsq; ad desertū turbe venirent ad requirendū. Optimū esset ad doctrinā reqri. Presūptio est se ingerere nō quesitus. Et vbi doctor reqrit/auiditas ē audientiū siue turbaꝝ: Cū audientes querunt/psumptio est doctoꝝ: Et q̄ semp volūt docere/volūt semp ignorātes habere. Sed iteꝝ tertio relictis turbis/abijt ī desertū/et orabat. Aīa quieta semp loca quieta reqrit: et orōnis auida secedit a turbis. Que deo vacare disponit/nisi necessitate nunq̄ publicū qrit. Aues bestie/pisces iterāt vias ad loca: ī quib⁹ ex solito escas aptas inueniūt: et aīe theocolevbi orōnes impeditas mētales atq; vocales emittūt Pastus aīe irrecuruata oratio. Sepe de⁹ de celo supnaturaliter aīas pascit. Assuefacte aues ad escāe/egrediunt ad eā/et ad aīe oratiōis cibū. Proinde adhuc in montē ascendit: et erat pnoctās ī orōne dei. Ascēsus in montē eleuatio a terrenis/et approximatio mētis ad deū: q̄uis oīs approximatio ad deū/nō in virtute ascēdētis fit/sed descēdētis benignitate pagit. Ascēdebat moyses in montē: s; nec vltra poterat pgredi. Sed deus suo mō p subiectā creaturā descēdebat: et mutuo fiebat alloquiū et tractatio diuinoꝝ. Prefinitus est aīe terminus pgressionis sue: vltra quē nō ē conari. De⁹ vero pportionat nobis. Ipse descēdit vltra quē terminū anima nequit ascēdere: p id quod a natura suscepit: aut p id quod a natura acqsiuit. Quātū aūt deus et vsq; quo possit aīmā trahere/nemo nouit nisi q̄ trahit. Ascēsus mōtis/ab impedimētis est elōgatio. Ascensus mōtis/segregata ī altitudine vita. Ascēsus mōtis/suplat⁹ ī virtutib⁹ mos. Ascēsus mōtis/ gradatio ad potiora. Ascēsus mōtis/diminutio pōdeꝛū: artant enī ī cacumīe mōtes. Ascēsus mōtis/supra seipsū fieri. Ascēsus mōtis causā supponit: pricipiū enī lucis pmagis q̄ ī vallib⁹ datur. Salomō dicit: Tripliciter sol exurēs montes: ī recessu aurore/meridie atq; vespe. Valles ī meridie atq; sero nō habēt. Si qs ī montē itellectualē/statū sc; virtutis ascenderit: a veritate illuminabitur ī pncipio/medio atq; fine: vt etiā omniū actuum suoꝝ omnē consistentiā videat. Oratur melius in monte ab equalitate valliū siue planicierū eleuato/q̄ cū cōmunitate multoꝝ. Proinde Jesus in monte pnoctabat in oratione dei. Multi ad orandū pernoctāt: sed nō pagūt orationē dei. Si quis in oratione aliud q̄ ipsū quē oramus deū postulauit: nō fecit orationē dei/sed ei⁹ quod voluit pter deū. Oratio dei agit absq; medio. Per seipsū accessit q̄ deū orauit. Accessit quis ad principē/et frequētauit ianuas eius: orās vt p eo interpellaret ad regē. Alius sumpsit audaciā: clamauit pre foribus: vrgebat eum necessitas: nec apposuit mediū: nō credebat q̄ alius vt erat/ explicaret desyderiū ei⁹. Bona est oratio ad angelos: nulla melior q̄ que īmediate fertur in deū. Oratio ad

Marginal notes: Luc.4. (beside "cta extitit ppulsa⁹"); Mat.4. (beside "ale piculū. Ad hoc etiā refert"); Mat.10. (beside "uit exemplū eoꝝ"); Eccl.43. (beside "tes: ī recessu aurore")

deū indeterminata est: magis vero indistincta. Nihil omnino habet determinare atq̃ distinguere / imediate deū orans i altitudine virtutis ⁊ cordis. Nihil ab eo petēdū / nisi quod ab eterno dare pnouerit. Et q̄q̄ in orōne dñica multa determinata ⁊ distincta scriptura cōmemoret sicut in vocibus cātat ecclia: etiā referēda sunt omnino in voluntatē eius: plura eni nouit q̄ dixerit. Intellectualiter orans in mōte intelligētie / septē orōnis verba reflexit in vnū: et oīa extra illa reuocauit ad vnū: ad effectū scʒ inculpatū volūtatis ei⁹. Ista ē oratio christi: nec aliter inuenim⁹ sua cōclusisse pcamina. Intellectualē orās participiū cū angelꝭ habet hō. Angeli vero nō variant in volitis: hoc volūt: hoc petūt / quod noscūt velle oīa iuste volentē. Pernox in orōne dei christus erat vt hō. In mōte positus id agebat quod hoīs erat excelsi: nihil ad terrena recuruatū habēs. Hō erat: et extra hominē exteriorē erat oratio. Nō enim orabat ex forma visibili / sed inuisibili: cui⁹ ad alaʒ comparet corp⁹. Nec orabat ex altissimo extremo ⁊ ineffabili / quod deus erat: sed ex medio: quod alam habebat mediator: et ex medio pficiebat orōnē / q̄ in oībus et ex oībus erat dei. Nostra igit inuisibilꝭ ⁊ insensibilꝭ interior sit in oīb⁹ dei existēs: vt ab ipso gratiā orādi accipiētes / oremus ipsū: petamus ipsū: ex ipso / in ipso ⁊ ppter ipsū: ⁊ decētia ipsi cū ipso: vt dei sit oratio: q̄a ab ipso ē virtus: ipse interpellat: ipse sit bonuʒ quod petit. Et hoc ē ineffabile atq̃ inuisibile sacramentū: vt q̄ rogat / seipsū velit dare rogāti. Porro q̄ oī loco ⁊ tpe / intētione / sermone et ope deo fuerit couinct⁹: pnoctauit i mōte ⁊ orōne dei: qm̄ q̄ ex his omnib⁹ adheret deo / vnus spūs cū deo / solū q̄ dei sūt orare vult. Amotū atq̃ voluntatū ɔiūctio / expulsio ē diuersorū atq̃ ɔtrariorū: vbi horū facta ē exulatio: quod ē dei volūtatis / est ⁊ hoīs: quod ē hoīs / filij ē dei. Et facta ē tota vigilia in orōne dei. Et cū audiret herodes famā iesu: ipse vero sciens: fecit secessuʒ iterū in desertum bethsaida. Frequētabat desertū Jesus: verbū et ɔuersationē ab hominibus interdū auertēs: nobis exemplificās q̄d agendū. Respiratio mētis ē solitudo deserti: vbi ɔgregant dispsiones inuisibilis israel. Et frequens christi repetitio q̄ sit bonū solitariū fieri ostēdit: quod Marcus hoc idē verbis pspicacioris⁹ refert p altiori mysterio agendorū. Et cū nunciatū fuisset iesu de morte ioānis atq̃ sepultura: dixit apostolis nūciātib⁹ Uenite seorsū in desertū locū: et requiescite pusillū. Seorsat suos aplos christus mente et moribus a mūdanis. Seorsuʒ ab hoībus omnib⁹ ɔceptus ⁊ nat⁹ est: quis hō super oēs homines erat: et discipulos suos inuitat ad viuendū a cōmuniter male viuentib⁹ omnino seorsum: Seorsū non in domibus ciuitatū: nō in domibus regū: non in aulis proceruʒ mundi: non in mensis: nō in muratis palacijs / cū obliquatis fenestris / et laquearijs cypressinis: nō in domibus estiualibus / aut hyemalibus cameris. Sed quo? Seorsū in desertū videlicet locum. Cultores oportebat esse primo deserti: ac eius amenitate illecti / et speciositate decori: qui mūdi amenitatibus videbāt predicare cōtraria / et male decoro mundo in perniciē animarū: ad ipsarū salutē obuiaturi erant vita / moribus et doctrina per spiritūsancti audaciā ex aduerso. Despectos corpe / riposa veste / illota facie / inculta cesarie / cultores deserti / contēptores mūdi esse decebat q̄ delicioso mūdo preuisi erāt / in altitudine fidei atq̃ virtutū dare tempore prefinito conflictū. Non expedit hominē primo amicuʒ fieri eius quē aperte debellare disponit: nec decet retinere que pphanare intēdit. Nullus ita desipiens domuʒ habitaret / quā ruine conspiceret esse vicinā: aut ipse libenter disponeret ad ruinaʒ. Aduersaturi erant apostoli toti mūdo: vnde nō incolas mūdi / sed deserti accolas primo eē decebat. Sed ad maiorem admirationē omniū subuehit: cuʒ saluator adiecit: et requiescite pusillū. Ubi requies? In deserto. Ubi pax? In deserto. Ubi tranquillitas? In deserto. Ubi abscōsio a contradictione hominū? In deserto? Ubi refugium a maledictione linguarū? In deserto. Ubi quiescit petulans oculus? Ubi auris ab ineptis clamoribus pausat? In deserto. Ubi aeris quiescit flabellū? In deserto. Ubi gust⁹ nō sollicitus reddit? In deserto. Ubi varia ⁊ sterilis ambulatio cessat? In deserto. Ubi hō cuʒ seipso potest habere colloquiū? In deserto. Requiescamus ergo nos inuitante domino pausillū in deserto. Requiescere in deserto / cessare ab impertinētibus actionibus mūdi est: ⁊ quietē possidere in animo / in omnibus abdicationibus eius: ⁊ gratiā hominū perdere: ascribere impturbabilē pacē: et abdicatū fieri ab occasiōibus malis: et ab his quib⁹ sensualitas amicatur atq̃ delectabiliter pter necessitatē fouet est quies sancta deserti. Quiescere pri⁹ volebat dei filius in deserto: vt aplos quos in inquieto mūdo missurus erat inuitaret ad requiē. Cōueniens penitus erat: vt expimēto sentirēt q̄ bona foret quies rationalis anime: q̄ dulcis contēplatio diuinorū: q̄ iocundū secretū ab hominibus et a mundi negocijs fieri: qui a mundo disponebantur auellere suis amenitatib⁹ amenatos. Nec christus eos preter se misit ad requiescendū pusillū in deserto: sed ad ipsam quietē simul cū ipso vocauit. Non eīn esset sine Christo quies debita in deserto: cū ipso vero vbiq̃ noscitur quies. Non locus asper / nō hispidus lectus / nō marina procella / nō terremotus / nō aura corrumpēs / nō subito fulmē / nō exemplo contrariū inquietudinē dabit / si anima cū Christo quiescit. Cū christo quiescere i deserto / terminatio est amoris. Et adiurant a sponso cuncta / vt q̄escat dilecta quousq̃ ipsa velit. Fluctuat oīs amor / nisi q̄escat in christo. In tēpestati-

Marci. 6.

Ibidem

bus sunt desyderia/nisi terminent in ipso. Quo
cūqȝ se aīa verterit/pūgentes sentit aculeos: la
borat pedibus fossis: spineā portat coronā: ter
rores semp in auribus eius: in pace insidias pa
titur: omnis regio generat sibi tempestatem/
nisi cum Christo requieuerit in deserto. De
sertum quietis cum Christo intellige: cum in
ter ipsum et animā nullus admiscetur extra
neus: nec ad aliquid afficitur anima/nisi ad
quod mouerit assentire qui ad secū quiescēdū
Mar.6. inuitat. Iterū cōpellit transfretare discipulos
Mat.14 post refectionē quinqȝ panū turba dimissa ascē
dit in montē solus orare. Ascēsus montis inui
sibilē dicit profectū et ardinitatem boni: non vt
christus virtutibus cresceret: nā ab instāti pcepti
onis diuinorū charismatū habuit plenitudinē:
sed nobis pandebat iter solus ascendēs. Vere
solus erat: nullus ei similis erat in celo et in
terra. Singularis erat: nō enī pcesserat eius ex
emplū/neqȝ ratio factorū eius. In turbis solus
erat: in solitudine solus erat: in omnibus ope
ribus solus erat ppter ineffabiles ratiōes. In
vita solus erat. Propheta hoc ex sua psona di
Psal.140. xerat: Singulariter sum ego donec trāseā. In
passione et morte solus ad effectū eius p quo pa
tiebat penas et mortē. Ipse ēo p prophetam
Esa.63 de seipso predixerat: Torcular calcaui solus.
In celo solus est: nō a societate assistentiū/sed
nobilitate regnandi: nūc in morte pro nobis in
remediū et exemplū solus orās erat: sed nec in
omnibus his a patre et spiritusancto solū esse
intelligas. Huius ascensus causam Joannes
euangelista presupponit: cū post miraculū qn
qȝ panū noster Jesus ad rapiendū eum turbā
esse venturā: vt ipsū faceret super se regē. Sed
in hac declaratione: obmisso qȝ rex erat regū
et dominus dominantiū: quod etiā aliter eorū
mentes auertere poterat/ etiā aliter declinare
Ad prerogandū nobis deuitationis et melio
ris electionis exemplū: iterū fugit in montem
solus: insinuans nobis meliorē fore altitudi
nē solitarie ptemplationis: et nō prepedite va
cationis ad deū: qȝ regale solū ascendere at
qȝ regnare cū multis: et fieri turbidū inter tur
bines: et inter inquietudines non quietū. Que
runt homines potētiā: sed nulla maior in hac
vita qȝ per contemplationē et vacationē expe
1.Corin.6 ditā ad deū sibi adherere. Nā q̄ adheret deo/
vnus spiritus est cū eo. Et quid est quod posse
debeat et nō possit: qui adheret ei qui omnia
potest. Multitudinē querūt homines/ et circū
dari a turba/in obsequiū et fauorē/et in prote
ctionē ab aduersis: sed qȝuis inuisibiliter/cir
cūdantur tamē ab angelorū exercitu: qui adhe
rent creatori domino et angelorū. Ipse deus
pfecto est/cui assistunt milia miliū: et decies cē
tena milia ministrāt ei: et adherētibus ei ad ob
sequiū expediēs/ et ad protectionē a malis. Se
niculant homines regibus: et angeli honorāt
quos expectant conciues: et christū verentur/
et mysticū corpus eius/et singulatim oīa mē

bra eius. Sapiētia opus est populis velle pfes
se: et ipsa ornatū fieri est optima virtus: sed nul
la pspicacior qȝ p ptēplationē placitaȝ assistere
creatori. In id enī tendit ois vere sapiētie pul
chritudo: et nititur ois effectus/vt ipso p spe
culationē mentis et contemplationē et amorē
fruat in via: quousqȝ fruatur eternaliter in su
perna patria. Et si sano mētis intuitu ptuemur
incarnati verbi mirabiles actiones: sp eligere
docuit quod plus vtilitatis nobis posset pfer
re: et impetrare p oratiōis gratiā/ quod nō pce
dit p naturā. Fugit igitur in montē Jesus: hu
manā gloriā/ dignitatē terrenam declinās: vt
homo diuinis theorijs solū vacans: preponēs
omnibus visibilibus interlucentē et theoricā
sapientiā: quod et Salomon in libro sapientie
clamat: et suo exemplo inuitans animos/dicēs
Optaui/et datus est mihi sensus: inuocaui/ et Sap.7.
venit in me spūs sapiētie: et pposui illā regnis et
sedibus: et diuitias nihil esse duxi in cōparatione
illius. Nec cōparaui illi lapidē pciosū: quoniā
omne aurū in cōparatione illius arena exigua
est: et tanqȝ lutū estimabitur argentū in conspe
ctu illius. Super salutē et speciē dilexi illam: et
proposui pro luce habere illā: quoniā inextin
guibile est lumen illius. Venerunt autē mihi
omnia bona pariter cū illa: et innumerabilis ho
nestas p manus illius: et letatus sū in omnibus
quoniā antecedebat me ista sapiētia: et ignora
bā quoniā horū omniū mater est: quā sine ficti
one didici: et sine inuidia cōmunico bonis illius
et honestatē nō abscōdo. Infinitus enī thesaurus
est hominibus: quo q̄ vsi sunt/facti sūt pticipes ami
citie dei. Optare atqȝ inuocare ad orōnē ptinēt:
q̄ premiū est ad sapientiā ptēplatiōis/ seu ad sa
porē eius: vbi gustat intellectus infallibilē verita
tē: affectus ineffabilē atqȝ inexplicabilē dulce
dinē: vbi aīa dignū iudicat mori amori: regna/
dignitates/diuitie/lapides pciosi/qlibet clari
tas mūdana qntūlibet solida/ aurū/ qlibet alia
sapiētia/argentū eloquētie/salus corpis et pul
chritudo nihil ad eā: quoniā ipsa inuisibiliter
et inextinguibiliter lucet: oia bona pfert: seruat
honoris statū supra id quod numerari possit:
bonorū omniū mater: thesaurus vsu exhaurit
nunqȝ: quo amici efficimur oim regi regū.
Si q̄ oim creator pduxit in esse/ consarcētur in
vnū: posse dei amicū fieri/plus splēdescit. Ex
hoc saluator terrena deuitās/ ad capessēda di
uina fugit in montē solus orās. Perspicaciori
mentis intuitu ista cōuenientes sunt quidā pfici
entiū et ascendentium gradus: non qȝ alij non
sint/ sed isti sic ordinātur. Primus anime gra
dus atqȝ status: cū in dei via incipit ambulare
inferiorū et corporaliū omniū est supgressio et
dominatio: vt anima regnet/regatqȝ inferiora
sua. Et qui carnem et omnē corporis motū le
ge iusticie rexerit/regnum habet et tenet: extra
quod nullū maius virtute: qȝuis quātitatis lon
gior et latior possit esse diffusio: et pponit ista
sapiētia regnis. Secūdus ē qes interioris ho

minis: in qua sedet anima in sede infallibilis
rationis: circumuallata ne cadat: nec inquietu-
dinē patit̄ ab amoribus terris. Tertius est cū
ascēderit altius: ꝛ virtutū copiā obtinuerit: et
amoris corporeis / solū virtutes et thesauros
aperiet diuitiaꝝ. Quart⁹ est claritas hois vtri
usqꝫ: vt intus ꝛ extra sit clarus ascēsor: ꝛ solidi
tas sit in vita: ꝛ p̄ciositas supra id quod cōmu-
niter agit̄ / res ꝑlēdeat: ꝛ lapis angularis sit in
omnib⁹ imitationis exemplū. Quint⁹ est infrā
gibilis patiētia / ꝛ impassibilitas animi acq̄si-
ta p̄ tūsiones / sudores atqꝫ labores ī omni for-
nace tribulatiōis ꝛ amoris ꝛ subtractionis di
uinoꝝ charismatū: vt non desinat agere quod
incepit / q̄ ascēsionē ī corde disposuit. Sext⁹ est
claritas diuini eloquij / ꝛ sonus ptinēs ꝛ excita
tio mētis / ꝛ solertia nō ꝑpedita: cū argentea tu
ba clamat ad ꝯgregationē omniū virtutū / ad
bellū inuisibile / ad inuisibilia cōminans / ad di-
uinas festiuitates: que in sensū carnis nō veni
unt: maxime vt ꝑmutationes nō fiant corpoꝝ ꝛ
locoꝝ ꝛ directionū: nisi sonitu et clamore elo
quij / aut infusi p̄cepti siue cōsilij. Hec quidē ī fi
gura in tubis argēteis veteris testamenti age
bant̄: q̄ diuino p̄cepto buccine sūt facte in di-
rectione vere actionis ꝛ ocij sancti. Septimus
ꝓcuratio aliene salutis. Octauus morū inuisi-
biliū ꝛ visibiliū pulchritudo: vt nihil appare-
at aut existat rep̄hensibile: ascendentiqꝫ videat̄
ꝓprio studio aliquid addere iā nō posse: vt vir
tus nihil habeat / neqꝫ purgabile inueniat: q̄-
uis sentiat hostes īsidiātes: aduersus quos oc
culta lucra nō desunt: ꝛ tūc tota erit speciosissi-
ma charissima. Sed ad hoc q̄s idone⁹? Altior
tamē est nonus: quē omnib⁹ gliscēs ex animo ꝓ
ferebat: de quo nullus mihi sermo. Ibi perdit̄
quicq̄d est humanū: quicq̄d cōprehēsibilis rati
onis: vt nullus possit esse in exteriorib⁹ sermo:
nec cū talis excessus cessauerit / ostēsoꝝ pōt esse
ostēsio. Prim⁹ est ī regnis: secūdus ī sedib⁹: ter
tius in diuitijs: quartus ī lapide: q̄ntus ī auro:
sextus in argēto: vt nō attēdat̄ metalli nobili-
tas / sed significatio: septim⁹ in salute: octauus
in specie: nonus ī sapiētia: ex cui⁹ thesauro ꝑfe-
cte ꝯstituit̄ amicitia creatoris. Quā sapientiā /
q̄ ineffabilē atqꝫ incōꝑabilē amicitiā statuit: nō
incōgrue ꝓcessū incarnate sapiētie appellam⁹:
ante quē q̄q̄ multos ex scriptura veteri amicos
dei nouerimus: fruitionē vero nullos habuisse
cognouimus. Persequere ꝛ imitare si vales: et
ascende in montē solus orare. Solū oportet eē
affectū in sup̄na ꝯscendere volentē: ꝛ ab omni-
bus materialibus denudatū. Materie visibi-
les animā oppresserūt: et caligauerunt oculos
eius: denudatus ab his animus aspexit in lucē
Solus erit affect⁹ / qui sibi nihil t̄pale ꝯsociat.
Tēporalitas importune se veris eternis oppo-
suit: ꝛ recuruauit sepe ad solita mentē. Solus q̄
corpis curā omnino delicatā negauit. Sol⁹ cui
nulla passibilis assistit affectio. Solus q̄ omni
ꝓpinquāti libellū repudij dedit. Solus q̄ ho-
minū visitationē in honoꝝ ascripsit ad damnū
volens ab optimis ꝓ melioribus relaxari. So-
lus qui se incomitabilē et visis ꝛ secretis mori-
bus fecit. Solus quē mūdus suis fulgoribus
nō irradiat. Solus qui nihil verbo / morib⁹ ge-
stat quod mūdus possit diligere. Solus q̄ nul-
lū ad se animis moribus trahit. Solus q̄ oēs
deuitauit implicationis causā. Proinde solus
orat ꝛ incipit: q̄ñ vult / mediat ꝛ finit: nihil ī ora-
tione phorrēs nisi demonū insult⁹: q꞉ huic vir
tuti instātissime aduersant̄: sciūt eni illā q̄ꝫ ꝑ-
necare obstātia. Et nullius ostiarij atqꝫ custo-
dis indigeret licētia: cū eterni regis petit vide-
re conspectū: sed solus sic factus / etiā demones
nō timebit. Nō eni inueniunt / ad q̄d illā recur
rāt: que ab omnib⁹ sp̄uali gladio se diuisit. Ad
ipsorū ꝯtemplationē ꝛ vacationē animā trahe-
re demones tētauerūt. Cognoscūt eni quanta
sit eorū horribilitas: ꝛ q̄ amore et ꝯtēplatione
hoim nō sunt digni. Et fidē nostrā sciūt / qua
ipsos existimamus abiectos: ꝛ q̄ ꝯtra ipsos int
pellamus ad dn̄m. Sed plerūqꝫ trāsfigurāt se
vt ait Apl's / in angelos lucis: et ꝑsupponunt si- 2.Co.11.
mulatū bonū: vt orantē aiam a veris auertant:
vt quod alia ꝓbitate ꝑficere nequeūt / falsitate
ꝑficiāt. Uerūtamē eo merito quo quis solū fe-
cit affectū: vt nihil aliud velit amare itellectū:
vt nihil aliud velit intelligere p̄ter christū / et q̄
sunt eius: memoriā ad solū honesta conuertit:
moresqꝫ cōsecrauit oīm regi regū: demonū de
ceptiones euadet omnino: nec irruent in eū illo-
rū terraliū doli: ꝓpulsabūt vndiqꝫ: varijs ex-
plorationibus tentabūt ingressū: sed ꝯsecrate
inuisibiles dn̄o edes ab alijs inuisibilibus lu-
cidis indormitata custodia ꝓtegunt̄: ne ꝓphani
ingrediant̄ in sancta sanctoꝝ dei. Ascendit
etiā Iesus in montē / daturus sup̄ni regni do-
ctrinā. Multa de monte videntur: et valles et
plana subijciunt̄ oculis eorū qui morant̄ ī mō-
tibus. Multa oportet scire docentē: nec vita in
fima cōperit sup̄na docenti. Deridet̄ sepe alta
doctrina ex infima vita: nec expedit docere in-
curuantia / sed sursum ferentia mentē: Nō autē
ꝓtrahātur vltra q̄ possit auditorū intelligētia
ꝑuenire. Sedebat iesus docens. Quietā animā
decet habere doctorē: nec in fastu ꝓpinare do-
ctrinā / sꝫ humilē humilib⁹: dicim⁹ ꝛ ꝓportiona-
tū fieri cū auditoribus necesse sit eū qui docet
Sedebat nobis excepto pctō / in omnibus accō
modatus. Sedebat velut expectās eos qui nō-
dū ascēderāt. Et sane docēs expectet nō corpa
sꝫ tardiores mētes: nec suspēdat ad nō intelligi
bilia holes. Sedebat: q꞉ doctrina de q̄ete anie
effūdebat̄. Nunq̄ vere q̄escit in suis virib⁹ aīa:
nisi ad euangelicā doctrinā conspiret: ista eni
doctrina dat quietē viaticā et eternam. Sede-
bat cū sedētibus: q꞉ veritatis studiū agere ne-
quesit nisi vtcūqꝫ quieti. Et in aīabus audienti
um querebat inuisibiles sedes. Et ipsa sapien-
tia sedebat cū ignaris hominib⁹. Predixerat
de sapiētia Salomon: Et delicie mee esse cum Prouer.8

Pro.3 filijs hoim. Et alibi: Cū simplicibus sermocina
tio eius. Et sapientia querebat in anima homi
nū per iusticiā factū thronū: quia anima iusti se
des est sapientie. Tota diuinitas erat in illo ho
mine/qui sedebat in monte. Beati assistētes su
perna docenti: scȝ in montibus virtutis ⁊ alti
tudinis vite. Pasturus turbas ascendit in mō
tem. Spūalis esca in montibus est. Hoc mori
bus hominū attendebat iesus mentes a terre
nis ad supna sustollere: hoc actu ⁊ theoria sem
per agebat/dū sepe petebat altitudines mōtiū:
sed pascit in montibꝰ turbas: vt ad iteriora di
rigat sectatores. Viuit corpus ex anima: sed ani
ma ex corpore nō viuit: imo liberior sine corpo
re viuit: ⁊ habet oino viuere preter eū: corpꝰ vero
minime preter ipsam. Supra corpus ⁊ plus oino
ꝙ corpꝰ est/quod ipm viuere facit. Aliunde non
habet vñ viuat: nisi ex eo quod gestat/aut quod
infra ipm singulari ordinatione includit. Hoc
ipm aia est ꝗ a nullo visibili atqȝ corruptibili ca
ptat vitam: magis vero grauamē reportat: hinc
Sap.9 ꝑ salomonē dicit: Corpꝰ quod corrūpit/aggra
uat animā: Proinde aliunde aia suscipit vita
lē annonā: nō ab inferiori/nō ab equali: sȝ ab eo
quod supra ipsam/ꝑ oia ⁊ in oibus est. Et repe
ritur in monte ipsaꝝ animaꝝ pastura: ad quam
saluator expectat: ⁊ expectatas pascit modo in
effabili turbas. Mons iste deitas est/scriptura
est/virtus est/ecclesia est in supna patria. Ascen
dat igit anima de planitie ⁊ latitudine visibiliuȝ
in montē: ⁊ ibi pascat in locis vberrimis: bibat
aquā de fonte supne vite: ⁊ semꝑ inhiet in super
na fluenta: ⁊ accipiat escam opportunā in tēpo
re opportuno: ⁊ cōtempletur diuinā potētiā: cui
modus subueniendi nō deest: neqȝ facultas infi
nita cōsolandi eos/ꝗ eū patrē cōsolatiōis ⁊ mi
sericordiaꝝ vocant. Ve animabus in imis stā
tibus ima petentibus/que ad montes nō leuāt
oculos: vnde venit auxiliū nostrū. Sursum ex
pedit cor habere: nō elatione/ sed humili mētis
intuitu: nec animus relabatur in ima/ꝗ repromis
Mat.17. siones accepit eternas. Alio quidē tēpore ꝑ ex
cessum montis fecit ascensum cū tribus assum
ptis discipulis. Transfigurationē celebrauit in
monte: in qua quid modicum diuine maiestatis
apparuit: quod ab infirmis aspectibus etiā to
lerari nō potuit. De quo ascensu sermo nō mo
dicꝰ nec faciliter explicabilis exurgit: fangās
ex difficultate dicentē: audientē vero excitans ⁊
gradatim theorizans in supna cōscendere via
tico gradu: dū in tremendo atqȝ incerto agone
cōtendimus: donec ad illā specularē ⁊ visioneȝ
ineffabilē veniamus. In qua transfiguratiōe ni
hil morale conspicio/nisi ascensum: hoc enim
mysterium anagogiā potius clamat: Quis qua
dam violentia littere ⁊ mysterij posset trahi ad
mores hominū informandos: vt sicut christus
transfiguratꝰ est/ita nos ad ambulandū in no
uitate vite virtutibꝰ ⁊ moribus trāsfiguremur.
Repugnat tamē paradisi societas: ⁊ de limbo
venientis aspectus: ⁊ petri desyderium cum ta
bernacula disposuit/ ⁊ ibi vult esse: Agonizare
amplius renuit proximorū oblitus: sibi ⁊ quoqȝ
montanarijs in posterū prouidebat. Nubes enī
recusat moralia. Vox vero paterna obedientiam
sanctā dicit. Terror discipuloꝝ infirmitatē hu
manā ad diuina toleranda insinuat. Sȝ ista trāf
figuratio allectio quedā est/⁊ esca supnaturalis
in illa humanitate ostensa parumꝑ/magisqȝ ve
lata: qua capiant rationales aues: nō dāno aut
periculo moriendi/sed necessitate beate viuēdi.
Trāsfiguratio illa fuit excitatio illa desyderij ve
lociter in supna cōscendere: vt semꝑ petat ho
mo mortalis in gremio imortalitatis transfun
di. Inuitabat iesus in illa transfiguratione ter
renos ad celestia: mortales ad imortalia: homi
nes ad diuina: agonizantes ad requiē: laboran
tes ad quietē: ad patriā peregrinos: ad refugiū
miseros: ⁊ ad cōtemplationē altissimā mētes ho
minū suspendebat. Hoc etiā agebat ille deꝰ ho
mo: deus in se/homo pro nobis in transfigura
tione ineffabili quā ostendit: vt de cordibus il
lorum discipulorū ⁊ ceterorū ⁊ sectatorū in po
sterum/scandalū/timor crucis/opprobriorū et
mortis firmiter tolleret: cū in verbo dei viderēt
carnē assumptā tanta felicitate donādā: ⁊ quod
terrenū erat posse tanta claritate splendescere.
Ostendebat in tempore quod futurū erat eter
nū: ⁊ quod nō erat ab humanitatis natura/ supꝰ
naturaliter monstrabatur. Excessus erat supra
id quod humanitatis est: ⁊ visibili signo/imo in
veritate signati pandebat humanitas deitati se
fore coniunctā. Sed hec que in tam alta nos ꝑ
uehunt obmittamus/moribus intēdētes. Ascē
sor celi ⁊ auxiliator noster est: ipse nobis ad ascē
sum prestet auxiliū: vt ipsum sequamur in mon
tē intime claritatis: ad quē ipse ascendens inui
tat psalmista/dicens: Quis ascendet in mōtem Psal.23
dñi? Quasi rarus sit ab hominibus qui ascēdat.
Sed quis ascensus? Qui ascendendi gradus?
Quis ascensor in retro gradus? Recedamus a
corpore: recedamus a cōsuetudine sensuū: pate
bit ascensus. Verbū est tamē corpori cōpetēs/
cū de inferioribꝰ ad supiora ꝓgredit: sed ad in
uisibilia hominis referamus: nā verus ascendēs
ascensiones in corde disposuit. Creatus enī ho
mo est/vt ꝑ id quo alijs prefert inuisibiliter i su
periora ꝯscendat. Corpore nāqȝ sibi animalia ꝑ
ferunt: potissime volatilia pēnata/ꝗ virtute pen
narū in aera subleuant: vt ferat aquila vsqȝ ad
spherā ignis posse se tollere: quod hūanis cor
poribus denegat: quousqȝ eis glorificatio irro
gat. Proinde aliquid est in nobis quo illa excel
limus: vnde noster fiat ascēsus. Ascendit hois
intellectus ad seipsum: vt si quomodo potest se
ipsum intelligat: vbi gradum figens intelligen
tie quodam oculo respicit in subiecta: vt que si
bi nullo modo equant/agnoscat. Que cū agno
uerit/gloriat in sede altitudinis: a qua penali
ter deijcit/si humiliter non recognoscit autho
rem: atqȝ retulerit gratias ei/ qui eum in tanta
celsitudine collocauit. Ibi persistēs coequalita

intuetur:ad que non ascensus/sed pambulatio
est. Per equalia neq3 ascensus neq3 descensus
peragit:supra ipsu3 necessario ponit/ad quod
ipsius fiat ascensus. Uirtus nempe supra intel
lectum hois est:ad quã conet intellect⁹ ascen
dere:⁊ semp intellectui superfert:⁊ acuitatẽ ei⁹
effugit:neq3 ad apicem huius montis peruenit
aliquando:vt eũ sibi subijceret intellectus:⁊ sub
iaceret pedibus eius. Comitatus a fide appro-
pinquauit interdũ. In veritatis montẽ si subijt
intellectus/ab erroribus ⁊ fantasmatibus liber
fuit:⁊ detexit demonũ falsitates/⁊ que circa sen
sum illusiones ab eis fiunt. Altissimus enim est
nec recepit aereas sc3 terrales imp̃ssiones. Qui
fixit tabernacula in altitudine veritatis/cogno-
uit serenitatẽ dilectiõis a caligine libidinis: nec
eum latuit scatebra sensualis:⁊ animalis inno-
tuit inclinatio:⁊ ad que impetu carnis/ aut im-
petu spirit⁹ inducimur. Ex huius altitudine vi-
demus per infimas rerũ valles decurrentia flu-
mina in mare damnationis:q̃ sunt amores flu-
xibiles:qui stabiles instabili deo non sunt:⁊ ve-
lut olympus subiectas habet pluuias/⁊ aereas
tempestates:et nubes carnis ⁊ labentiũ rerum
hinc ascendenti nõ impediunt lumẽ solis iusti-
cie:itellectualiter eni supstituar⁹ est eis. Existẽs
in mõte/viarum rectitudinẽ ⁊ obliquitatẽ aspe-
xit in subiecta planitie: vt si descendens vrgere
tur ad ambulandũ/cautior esset in eis. Cõstitu-
tus in monte veritatis/vias actionis nostre co
gnouit obliquas ⁊ rectas:⁊ in prudentia fact⁹
est in opportunis actionibus propter regnum.
Qui montẽ altiorẽ cõscenderit: ortum solis et
occasum in orizonte suo nouit melius prenota-
re. Qui ad montẽ veritatis puenit ex animo de
intellectuali sole fecit hoc idẽ: sed frustra intel-
lectus quocũq3 ducatu in tam alta se tollit/ nisi
eum comitet affectus. Euanescit bonorum co
gnitio/nisi vires amor accedat. Comitet inquã
affectus intellectũ ad illa bona q̃ ascendẽdo no
uerit:q̃uis plura ⁊ efficacius possit affectus di
ligere/q̃ plene intelligere intellect⁹. Purificat
semp cognitionem amor:⁊ q̃uis nõ diligat vt
bonũ nisi p̃cognitum: verus tamẽ sepe diligit
q̃ noscat:⁊ interdum minus/ aliquando nihil.
Terminatus est intellectus vsq3quo possit ascẽ
dere: finitus enim est. Supra naturã autẽ mul-
ti ad ascensum inuisibilẽ sunt vocati: pphete si
quidem ⁊ quibus illuxit claritas spiritussancti.
Nõ tamẽ curiositate ascendendũ est aliqua in-
Exo.19 telligendi virtute: nã in Exodo dicit: Bestia q̃
tetigerit montẽ/lapidabit. Bestialis ⁊ aialis
est intellectus/ lapidariq3 dignus: si aliquid di
uinũ curiose aut violenter intelligere p̃sumpse
Prouer.25 rit. Et Prouerbior libro dicit: Scrutator ma
iestatis opprimet a gloria. Ecclesiasticus etia3
nõ tacuit prohibere ne intellectus suos velit
Eccl.3. excedere terminos/dicẽs: Altiora te ne quesie-
ris. Satagat semp tamẽ vt in suis viribus non
remaneat ociosus: magis ṽo ne ascendẽdo cu-
riosus fiat siue superbus. Damnabilius est eni

curiose atq3 superbe inquirere/q̃ intellectũ ha-
bere remissum: q̃uis hoc sit malũ. Ascendet sa-
ne intellectus hominis atq3 affect⁹ cõserta ma-
nu ad inuicẽ: vt vnus alterũ nõ dimittat: velut
college/qui naturali amore ab eorũ ineunte pu-
erili etate iuncti in domo vna atq3 aliti sũt: quo
rũ sit primus ascẽsus: vt a plano nature ad mõ-
tem gratie subeant:⁊ ibi expolient veteri veste
peccatorũ ⁊ malarũ cõsuetudinũ. Et alio gra-
du ascendendo proficiant a visibilibus ad inui-
sibilia: a corporalibus ad sp̃ualia cõscendẽtes.
Cõcito gradu adhuc progrediẽtes a causis re-
curuantibus ac irretientibus/ad illas q̃ pficiẽ
di prestant subsidiũ ascendãt. Deinde fiat ascẽ
sus de virtute in virtutẽ: vt semp intellect⁹ atq3
affectus ad potiora festinent. Retardatio bo-
rũ vbi potest esse profectus/nõ est mora/ sed ca
sus:⁊ tanto recuruant ad infima/quanto ad al-
tiora eorum posset esse ascensus. Sed ad eũ ter-
minũ dum militamus/sit omnino studiũ ⁊ festi-
natio ascendẽdi: vt omniũ etiam sui ppter deũ
obliuiscatur affectus:⁊ nihil aliud preter ip̃m
scire appetat intellectus. Nec curet si in deũ to-
tus transiuit affectus/ad proximos paratũ fie-
ri: nisi quando eum licentiauerit/qui ad seipsum
tenebat abstractũ. Non enim sunt diu durabi-
les mentis excessus: quãdo nubes permittit in
terponi ad seipsum ⁊ ad proximos/iusta lege re
uertatur affectus: sapienter ab implicatiõe se
tuens/ne laqueo hereat: cũ ad id in quo ante fu
erat/iterũ fuerit reuocatus. Intellect⁹ in ip̃m
ascendere nõ potest vt capiat: sed in aliquid il-
lorum que ipsius sunt. Fidelis existens totum
credat intelligere nequiẽs: nec aliunde velit sa
piens fieri/nisi ex eo qui omnẽ sapientiã tribuit
ad mensuram. Omnia diligenda dilexit affect⁹
si totus ⁊ tote in omniũ ascendit authorẽ. Oia
nouit similiter intellectus: si solũ diuinis theo
rijs vacabat. Melius in dei sapientia homo et
angelus omnia nouit: q̃ si ad seipsos ⁊ ad ex-
tra posita reflectant. Ascensus initiũ/ cõsuetu-
do a sensibus recedendi: magis ṽo replicatio
anime a relationibus ministror eius. Inuisibi-
liter enim graditur/qui a visibilibus non tenet.
Mediũ eius ẽ gradi absq3 memoria relictoru3
graduũ: vt nõ quod peractũ est de itinere mon-
tis/sed quod restat solũ intueat ascensor cu3 fe
stinantia: quod transeat in preteritũ: quod aspi
cit futurum:⁊ cessantibus his duobus solũ sit
gaudiũ de p̃senti. Sed impossibile sit q̃ creatu-
ra preteritũ non habeat ⁊ futurũ: sed cui assistit
deus tũ habet presens: quod preterire nõ po-
test/ quod anime futurũ ostendit. Ad p̃sentiã in
uitabilẽ potest adducere finis ascensionis quie
ta libertas cum dominio incontradicto omniũ
inferiorum. Et huiusmodi finis experimentu3
est reacquisiti dominij: quod in protoplasto per
didimus. Finis ascensionis libertas nõ solum
ab inferioribus/sed in superioribus deambula-
tio libera in conspectu illius qui tibi permisit
ascensum:⁊ progredi ⁊ sisti in aula inuisibilis ⁊

imperturbabilis pacis: prout haberi decreuit i
agonistica vita ille qui quādo vult ⁊ qbus vult
⁊ quomodo vult / nouit termiare agones homi
nis vt riusq; atq; processus. Ascensorē v̄o opor
tet fieri morib⁹ innocentē: puritatē animi pos
sidere constantiā mentis / ne feratur in vana: do
lis omnibus priuari ad proximū. Hec quatuor
Psal. 23. breui sententia conflauit Dauid / dicens: Quis
ascendet in montem domini: aut quis stabit in
loco sancto eius? Et per respōsum accepit: In
nocens manibus ⁊ mundo corde: qui non acce
pit in vano animā suam: nec iurauit in dolo p
ximo suo. Ascensionis typus his qui cōtēdunt
subuehi a terrenis / sit aquila: que interdū sphe
ram ignis ascendendo attingit. Deus ignis cō
sumens est: nō ardens nocue / sed dulciter vrēs
vsq; ad quem anime potest celebrari ascēsus ve
Psal. 63. hiculo fidei ⁊ amoris. Sz accedet homo ad cor
altum / ⁊ exaltabitur deus: vt nō intelligat com
prehensio posse fieri deitatis: neq; vsq; ad dei
substantiā animā trabea carnis indutam posse
1. Tim. 6. pertingere: lucē enim sm apostolū habitat in
accessibilē: q̄uis multa supra id quod intelligi
mus / possit operari diuinitas. Proinde ascen
sus peruenit ad aliquid secretorū / videlicet cor
secretū. Cor secretum deus nō est: sed aliqd eo
rum que circa ipsum sunt. Uerūtamen aliter ex
ordientes videbimus citius cōsistentiā inuisibi
lis ascensionis. Cor altum est dogmatū altitu
do / scripturarūq; pfunditas. Accessit homo ad
cor altum / scilicet ad altitudinē dogmatum: ac
cessit ad profunditatē scripturarū. Sed exalta
tus est deus: nam supra id quod dogmatū alti
de. Corde porro dissoluiк q timens pdere quod delectat/cōmittit quod viciat: timēsqz penā corporis/dñis seruit iniqs. Corpus hominū prius aīal seruile est: sed paralysim sustinet cū virtus oībus dissolutū in pctoꝝ fecibus iacet. Sz cēturio q talē possidet seruū cernēsqz infirmuz/de alieno desitus auxilio/pmo mittit ad christū nō fastu supbie ad ipm venire dedignās/cum in eadē ciuitate tūc esset: sz qm cultor idoloꝝ erat/christi est veritus psentiā: melius ratus ad eū iudeoꝝ de quoꝝ pplo christus erat/mittere seniores rogaturos eū/vt seruū eius liberare dignareк. Qui veniētes rogamina posuerūt submittētes causam: quia dicebāt eū merito exaudiendū: qr diligebat gentē populi iudeoꝝ: ac etiā edificauerit synagogā. Iā vicinare cepat gentilitas cū populo iudeoꝝ: iā incipiebat grata societas: iā lex mosaica deriuabaк ad gētes. Iā tempus erat vt paganitas idolatra vnū deū crederet et eius filiū incarnatū p oracula pphetaꝝ. Quid em̄ est gentē iudeoꝝ diligere/synagogā edificare: nisi id velle diligere quod veri hebrei dilexerūt: quod lex p moysen data decernit: quod cōtinet deticēs q pphete de christo vēturo verissima pdixerūt? Hoc est gentē diligere iudeorum: hoc est em̄ cōstituere synagogā. Nō illā seuā/q seuiter christū mortis p scriptiōe dānauit. Nihil em̄ diligiк nisi sub rōne boni: qq sepe in dilectiōe hoīes fallanк. Pars est prudētie se non exhibere corā eo apud quē credit acceptū non fieri: pluris em̄ est eos pmittere quos nouerat esse acceptos/vt p quos ꝯseq gratiā ocyus sperat. In hoc em̄ sic pstruimur agere corā deo: vt nostrā indignitatē firmiter agnoscētes/ad intercedendū sanctos patrie/siūt ꝛ quos in via bonos credimus pmittamus. Iuuat incunctāter bonoꝝ oratio pmissoꝝ/seu oratio pmissa bonorū: maxime si in quo intercediк/inueniк aliq iusticia q submittaк in causa. Sed intercessoribus cēturionis saluator rñdit: Ego veniā et curabo eum. Et ibat cum illis. Quia semper christus iustis intercessoribus adest: ꝛ sequitur vt iusta vota pficiat. Et cum iā nō longe esset a domo: misit ad eum centurio amicos suos dicēs: Dñe noli vexari. Non eni dignus sum vt intres sub tectum meuz. Propter quod et ego meipsum nō sum dignum arbitratus vt venirē ad te. Sz tātuz dic verbuz: et sanabitur puer meus. Patet q centurio nō imposuerat senioribus iudeorū rogare dñm de aduentu: sed illi plus petiuerūt q ille condixerit. Postq em̄ fidē cēturio de saluatore concepit: semp eodem modo ipse retinuit q posset saluator seruum suum etiā in absentia liberare. Nam pnoscens ipsum sua benignitate vēturū/pmittit amicos: ne dominus ve-

nicñdo vexet: p eos cõfessus suã indignitatẽ & fidẽ quã de ipso cõceperat. Inquiũt em̃ nunq̃ acsi psonaliter cẽturio accessisset: & ore pprio loq̃retur: Dñe noli vexari. Nõ em̃ dign⁹ sum vt intres sub tectũ meũ. Nã & sic matthe⁹ videt̃ innuere: Accessit ad eũ cẽturio rogãs eũ. Sz quod p nũcios factũ est/p eũ factũ merito dicit̃. Sensum rei geste/nõ rẽ gestã matthe⁹ accepit: cũ maior fidei q̃ corporis sit accessus. Fide ptinus por accessit q̃ seniores psonaliter misit/sibi & amicos. Nõ em̃ illos misisset: nisi ante p fidẽ ad christũ habuisset accessum. Profitet̃ cẽturio suã indignitatẽ: q: gẽtilis erat idolorũq3 cultor: & nulla indignitas peior q̃ gẽtiliter viuere sicut gentil⁹ ẽ q̃ diuinis legibus nõ erudiri: q̃ vni⁹ dei creatoris nõ habere noticiã: & in hanc miseriã plabi vt simulacris adorãdo psterni. Sz nec iste centurio sue vilitatis cognitor extitisset/nisi aspexisset in veritatẽ: cuius lumẽ ostẽdit hoibus: quid sint natura/q̃d morib⁹/q̃d affectibus: quo vevigeãt intellectu: q̃d boni aut mali fecerint: q̃d vero in posterũ sit agendũ. Porro nemo gradũ in quo est cognoscit: nisi vbi non est eque cognoscat. Nemo se cognosceret in imo manere/nisi sũmũ añ vidisset: neq3 ĩ tenebris hitare nisi cognita luce. Oia seu p cõparonẽ aut p oppositũ ĩ noticiã veniũt: nã bõa p meliora/& hec p optia: mala p peiora/& hec p pessima: malũ p bonum/ nox p diẽ/tenebre p lucẽ/ĩfirmitas p sanitatẽ/mẽdaciũ p vitatẽ/vitiũ p vtutẽ/turpitudo p honestatẽ: & sic̃ silia hmõi agnoscũt̃. Dignita ẽ christi cẽturio nouerat: vnde se christo & sua psentia iudicabat indignũ. Dignus cẽturionis sermo quẽ ecclesia cũ corpus christi recipit/ante pmittit: in quo nostri vilitas & christi dignitas nũciat̃. Et p quandã compositionẽ sui ad christũ eius dignitatẽ disseruit dicens: Nam et ego homo sum sub potestate cõstitutus habẽs sub me milites. Et dico huic vade/ et vadit: et alio veni/ et venit: et seruo meo fac hoc/et facit. Attendamus huius minorate compatiõis pcessũ. Homo sum: & tu deus & homo es. Sub potestate cesaris sum: tu sub nullius redigeris potestate: tu oĩbus dominaris: tibi omnis creatura subĳcit̃. Habeo sub me milites: tu supnas virtutes hominesq3 terrestres. Mihi sunt ab impatore submissi: tibi oĩa naturali dominatu subdunt̃. Obediũt mihi quia volũt: tibi vero nihil repugnare valet. Dico huic vade/& vadit: & alio veni/et venit: Tibi oĩa p tua volũtate obediũt: vt nec expediat verba formare: nec instrumẽta cõmouere. Prompte obediũt mihi: q: sic decreuit imperatoris autoritas: qua nõ decernẽte non centurio/sed vnus de cõmilitonibus essem: tibi vero a teipso q: deus es/omniũ est vna insupabilisq3 ptãs. Et seruo meo fac hoc/et facit: & tibi omnis creatura sciẽs et nesciẽs subiecta deseruit. Sed q̃d sit inferendũ ex his verbis/euangeliste tanq̃ planũ habẽtes nõ exprimsit: hoc tñ loquẽdi ordine seq̃bat̃. Si mihi homini obediunt mihi cõmissi: multo magis tibi deo vero et homini vero famulabunt̃ ãgeli tui/discipuli quos elegisti: quod si q̃d imposueris/poterunt in tua virtute pficere. Siquidẽ amplius: si verbo mandabis absens: ilico paralytica ĩfirmitas a meo seruo recedit. Audiens autẽ hoc iesus miratus: et seq̃ntib⁹ se dixit: Amen dico vobis: nõ inueni tantã fidez in israel. Miratio de nouis et insolitis accidentibus est: q̃ supra id quod cõsuetudine nature vel morũ agit̃. Hec siquidẽ nõ cadit in eũ/apud quẽ nihil est nouũ nihilq3 insolitũ: sed more hominũ egit: vt de nouitate fidei quã in cẽturione ipse plãtauerat/se ostẽderet admirari. Protinus ipse fidẽ dederat: nec ab alio q̃ ab ipo põt inesse hoib⁹ vera fides. Nõ ergo vt largitor/sed vt auditor illi⁹ fidei mirabat̃: quã p cõparationẽ fidei israelitici ppli ptulit dicẽs: Amẽ dico vobis: nõ inueni tantã fidẽ in isrl̃. Nõ de singul̃ psonis q̃ in eũ veracit̃ crediderũt/credẽdus est dixisse saluator/sed de pplo iudeorũ: cum ipsi habuissent moysen & pphetas vnde potuissent ocyus credere. Cẽturio aũt ab oĩbus his alienus: vt audiuit de christo sermonẽ/adhibuit fidẽ: tantã videlicet vt crederet q̃ sicut verbo creata sũt oĩa qm̃ dixit & facta sunt: & ita verbo pc ss. & oĩa deperdita restaurare atq3 sanitatẽ male habẽtib⁹ reddere: necnõ & verebat̃ absentiã/cuius psentiam iudei pfidi ptemnebãt. Psal. 148.
Dico autẽ vobis q̃ multi ab oriẽte et occidente venient et recumbẽt cũ abraã/isaac et iacob in regno celorum. Filii autẽ regni huius eiicientur foras: et mittẽtur ĩ tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Quod lõge fuerat ante pphetatũ/nũc saluator p fide isti⁹ gentilis cõmẽorat: acsi in eo fides gẽtiũ significaretur: q̃ de oĩbus ptibus in primo erãt crediture in christũ. Nã cũ p Esaiã cõsolaret̃ dñs populũ iudeorũ/appellãs eos semẽ iacob & israel: inter cetera hoc quoq3 dixit: Ab oriẽte adducã semẽ tuũ: & ab occidẽte cõgregabo te: dicã aq̃loni da & austro noli phibere. Magna cõcordia ẽ verborũ: maior sententiarũ. Magna cõsonãtia noui & veteris testamẽti: q̃q̃ illic figure/hic veritates appareãt: illic vmbre/hic serenitates: illic velamina/hic omnia nuda lucescãt. Nã a quatuor partibus mundi constituti sunt fideles ex gentibus. Ab oriente p lumen fidei: spes supernorũ in omnibus que noxia sunt/dedit occasũ. Esa. 43.
Aq̃lonaris tribulatio multos martyres fecit. Australis charitas opit pctã cõuersorũ et errores gẽtiliũ. Et recũbẽt cũ abraã & isaac & iacob in regno celorũ. Mẽsa est in ecclesia omniũ charismatum spũaliũ: sup quam recumbẽt qui oĩa que de christo sunt incunctãter credũt: eam fidẽ cum abraam/isaac & iacob tenentes quã habuerũt de christo futuro: quam vera fides nunc tenet de christo iam facto. Mensa est in celestib⁹ vbi recumbent cum abraam/isaac & iacob hi q̃ a quatuor mundi ptibus venient: illa credentes

que illi crediderunt/imitantes que illi fecerūt:
qm̄ filij patriarcharū nō in traduce carnis/ sed
in spū ⁊ fidei semine cōputant̄. Porro hi tres
aliquid insigne mysterij atq̧ virtutis habuerūt
quod ceteris ꝑtermissis soli nominant̄/ꝙ cum
eis in regno dei recubitus sit futurus. Equidē
abraā primus circūcisionē accepit distinctus a
Gen.27 ceteris populis: ad imperiū dei paternā domū
Gen.12 cognationē omnē derelinquēs: quo iubebat̄ in
ꝑegre ꝓfectus est/credēs ꝑ omnia deo: iustus ⁊
amicus dei appellatus est. Non diffidens de ꝓ
missione ꝓpagāde ꝓlis in filio/ipsum iubēti do
mino victimabat: isaac etiā fuit mirande vir-
tutis: qui iubēte dn̄o similiter ⁊ in ꝑegre factus
et multa sunt in ipso celebrata mysteria. Quid
de iacob dicā? in quo ab eo tempe quo adhuc i
materni corpis ergastulo claudebat̄ vsq̧quo di
em clausit extremū/nō defuerunt mysteria/non
Gen.49 magna ꝑsagia futuroꝝ/nō ꝓphetie. Qui mor-
ti vicinus bn̄dicens filios/vētura seculo ꝓphe
tauit. Si quis beresith plene discutiet/videbit
ipsoꝝ magna mysteria: necnō ⁊ cognoscet quid
imitatione ipsoꝝ in moribus sit agendum. In
abraā quoq̧ pater/in isaac filius/in iacob spūs
sanctus ostendit̄. In abraā fides/in isaac spes/
in iacob charitas designat̄. His tribus patri-
archis omnis status veroꝝ fideliū reperit̄: cū
quibus eoꝝ imitatores recumbēt in regno celo
rum: qui non carnis/sed filij sunt virtutis. Filij
aūt regni huius eijcient̄ in tenebras exteriores.
Hi sunt reprobi iudei qui filij sunt patriarchaꝝ
traduce carnis/nō imitatiōe virtutis. Filij sūt
regni huius: quia dūtaxat hec tempalia dilexe-
runt/ideo eijcient̄ in tenebras exteriores/sicut
in exterioribus delectati spūali delectatiōe ca-
rētes. In tenebras exteriores eijciunt̄ quicūq̧
intrinsecus priuati lumine veritatis/affecti cor
ruptibilibus ex diuina iusticia penas posit as
patiūt̄: vt nemini adijciat̄ exterior obscuritas/
nisi mētis afuerit cecitas: nullusq̧ crucietur exte
rius/nisi qui exterioribus mēte corruptus est:
non tn̄ corpe ꝑ modestiā vsus est vt inde q̄sq̧
luat suppliciū/vnde contēpta modestia quesi-
uit habere solatiū. Quāobrē ibi erit fletus ⁊ stri
dor dentiū. Fletus ꝓ tempali leticia: ⁊ quia no-
luerūt flere ꝑ fenestras mortis ingressuꝫ: qm̄ ge
met eterne qui tempaliter peccata non fleuit.
Stridor dentiū ꝓ his qui superbiūt ⁊ superbiē
do furiūt: ⁊ indebite innocētibus irascunt̄: et in
mūdo sonitū iactando se faciūt. Dabūt penali-
ter in inferno hi sonū dentiū: qm̄ in hoc seculo
culpabiliter seuierūt. Et dixit iesus cētu
rioni: Uade: et sicut tu credidisti fi-
at tibi. Sensum ita Mattheus exprimit: non
tamē totā seriē rei geste: cū centurio ꝑsonaliter
nō accesserit: ⁊ nuncijs tanq̄ sibi ꝑsenti dn̄s lo-
quebat̄ dicens/vade. Cui iuxto mensuram fidei
christus respondēs/seruū eius restituit sanita-
ti. Et sanatus ē puer illius ex illa ho-
ra. Et reuersi qui missi fuerant do-
mū/inuenerūt seruū qui languerat
sanū. Ex illa hora puer sanatus est qua chri-
stus dixit: sicut credidisti fiat tibi. Quē secundi
nūcij centurionis redeūtes inuenerūt sanum: q̄
dissuaserūt christo ne veniret in domū. Sed li-
bet in fidē huius cēturionis intēdere: qm̄ fides
initiū est materq̧ virtutū: sine qua deo placere
impossibile factū: qm̄ sine opibus mortua. Li-
bet in eius descriptionē considerationē imit-
tere: simultatim vero expedit ista conqrere. Fi
des de inuisibilibus ⁊ nō ꝓbabilibus argumē-
tis exorit̄ supra nature vsum ⁊ modū ⁊ omnem
consuetudinē/supra rationē ⁊ practicā ꝯstituit̄.
Hac cēturio motus accessit ad christū ꝓpius:
ꝙ sine ipsa corpe ita vt tangeret accessisset. Hec
illuminat hominē ad cognitionē suā: vt in veri
tate suā indignitatē agnoscat: cui omnino chri
sti non ꝓportionat̄ dignitas. Et spem generat
fides similiter ⁊ petendi ꝓmptitudinē ꝑstat: et
vtrūq̧ in centurione opata est. Pronūciat cen
turio quod habet esse cū hoībus in natura: et
quod sibi autoritate hūana cōcessit. Euge cui
ex virtute huius cognitionis adesset ꝓcessus.
Homo sum/dicit centurio: ergo mortalis. Nā
sic fact⁹ est homo: ⁊ ipse se ꝑ peccatū mortuū fe
cit. Homo ergo similitudo dei in illo erat: sic
eīm ad similitudinē factus. Hoꝝ consyderatio
timorē generat ⁊ cautelā a malis: cū assit homi
ni necessitas moriēdi: parit bonoꝝ custodiā ne
dignitatē quā in creatiōe accepit amittat. Nul-
la maior dignitas exemplaris ꝙ ꝙ ad similitu-
dinē dei factus sit homo: quā nō custodiēs pec
coribus similis factus est/demū demonibus so
ciandus. Hominē se dicebat centurio: ⁊ homi
nis deus est memor: quod admirans psalmista
ait: Quid est homo quod memor es eius? Per- Psal.8
amplius vero: quia homini deus innotuit. Do Psal.143.
mine q̄d est homo quia innotuisti ei: aut filius
hominis quia reputas eū? Et hominē de⁹ ma-
gnificat/consyderat/visitat ⁊ ꝓbat: quod Job
in se expertus asseruit: Quid est homo quia ma- Job.7
gnificas eū: aut quid apponis erga eū cor tuū?
Uisitas eū diluculo: ⁊ subito ꝓbas illum. Uilis
est homo qui morit̄. Nā quis est homo qui vi- Psal.88
uet ⁊ non videbit mortē? Quasi diceret/nullus:
quia miserias patit̄. Hinc Job: Homo natus Job.14.
de muliere/breui viuēs tempe/replet̄ multis mi
serijs. Qui quasi flos egredit̄ ⁊ cōterit̄: ⁊ nunq̄
in eodē statu ꝑmanet. Et breues dies hominis
sunt. Uilior cū se vitioꝝ seruū constituit. Uilior
est homo peccato/ꝙ cōditione nature. Ex alio
aūt ordine magne dignitatis est homo. Simi-
litudo ⁊ imago dei est: sortiri potest consortiuꝫ
angeloꝝ. Et deus factus est homo. Nō potest
vlterius hūanitas ꝓuehi/ꝙ se potent deitas in
clinari. Beatificari potest homo: ⁊ in repromis
sionē supna regna suscepit. Utinā ab homini-
bus agnosceret̄ quid est homo: ⁊ ꝑminētia quā
accepit sup aīalia seruaret̄ ⁊ expauesceret cul-
pam/ne deueniret in penā: magis aūt ne amitte
ret gloriā. Sub potestate hominis etiā hic ho-
mo cōstitutus erat quē timebat: ⁊ nos dei effu-

gere nō possumus dn̄atum: cui nobilius charitas ꝙ necessitas seruit. Nec nō ꝛ sup alios habere dn̄ium fatebat: vt haberet milites eūtes ꝛ venientes ꝛ operantē seruū. Miles vadēs / intellectus inq̄rens: miles rediēs / affectus diligēs: seruus operās / corpus est seruiēs. Beatus q̄ hāc militiā ꝛ dn̄atum rōnabiliter tenet: vt intellect⁹ inq̄rat nō que corpus / sed q̄ aīam optimā faciūt: ꝛ affectus veniat ab his q̄ male dilexit / ad illa q̄ rō vera inuenit: ꝛ corpus in illam transeat actionē: nō ꝙ caro spiritui dominet / sed ipi sub diuina lege pessundata iaceat. Fidei vero retributio iuxta mensurā ad oēs virtutes extendit: vt sicut illaꝝ cōpotes sumus / ita nostraꝝ iustaꝝ petitionū assequamur effectum.

¶ De suscitatione adolescentis: secundum Lucam. Ca. XIII

Ontalis vita iesus: q2 de⁹: ꝛ apud quē est fons vite: in ipsoq3 vita oīm ab eterno manet: nihil sibi morit / sibi oīa viuunt: ablaturus eternā mortē daturusq3 vitam / immortali assumpta carne mūdo subuenit. Et ostendēs se habere sup mortē imperiū: que non
Sap. 2 ex seipso / sed inuidia sathanica / patratione peccati in orbē terraꝝ intrauerat: ac etiā indefectibilis vite veꝝ eē datorē: mortuos in hac vita reuocauit ab inferis. Unde factuȝ est deinceps a
Luc. 7. curatione pueri centurionis / ibat iesus ī ciuitatem que vocatur naym. Et ibāt cum eo discipuli eius et turba copiosa. Quo ibat vbiq3 cōsistens? quo ibat oīa cōtinēs? quo ibat imobilis? quo ibat q̄ oīa poterat voluntate pficere? quo ibat q̄ oīa in p̄sentia tenet? quo ibat in oī loco effectiue p̄dominans? Et forma serui erat itio: pedib⁹ ostendēs se hominē veraciter factū / nec subiugalib⁹ vtens: ad vnā ciuitatē iens saluaturus oēs aduenerat: p̄noscēs accidēs affutuꝝ p quo ibat. Et ibāt cū eo discipuli eius. Nō philosophoꝝ / nō sapiētū s̄m carnē: sed dīlatauat eius q̄ supra humanā prudentiā dogmatizabat: sed in tanta simplicitate ꝙ sensus prudentiū s̄m carnem / corrūpebantur in illa. Semoti erāt a ceteris discipuli ei⁹: quia ipsum sequētes solū q̄ virtutis sursum ferentis ꝛ beatitudinis sunt addiscebant. Nō enī decebat alia docere iesum / nisi ea q̄ salutis existunt. Doctor ꝛ doctrina cōuenientes erant. Actu ꝛ theoria pficiebat salutē. Et optimus discipulatus nihil improbabile / nihil p cōtentionē / nihil inutile docet. Discipulus iesu etiam q̄ videtur abiectior / pfessores oēs excedit alterius facultatis. Et ibat cū eo turba copiosa: nō tm̄ numero / sed comitatu iesu: q̄ oīm visibiliū et inuisibiliū copiā habet. Et appropinquans porte ciuitatis corpore: mente iā erat. Et ecce defunctus efferebatur: q2 per se ambulare nō poterat: nec nouerat portitores. Turpabat porta ex portatiōe defuncti: ꝛ turpatus lectus in quo iacuerat / similiter ꝛ domus in qua ferebat: nec honor portatoribus erat. Omnia sunt horrori / omnia dedecori

vbi de morte causat: quā si ad aīam vocabulo mutuato transferimus / oīa sunt culpanda / vbi agit de pctō quod mortē aīe p̄mus esse cognoscimus. Nihil est laudabile in participantibus cū aīa peccatrice: nihil in corpe turpius morte. Ut aūt doctius loquar / nil turpius habet corpus solitū viuere nisi cū remanet p̄ter vitā: sic ꝛ aīa cū peccatū cōmiserit / pdideritq3 virtutem. Erat iste filius vnicus matris sue. Unus est homis affectus (ꝙuis plurificet in rebus) q̄ ad pbibita ire deliberans / ilico incurrit exitium. Ecce hypanti fuit vita ꝛ mors / salus ꝛ infirmitas / iustus ꝛ iniqu⁹: in porta insimul obuiauerunt ad magnā scientiam eoꝝ q̄ inuisibiliter agunt: qm̄ miris modis fit / vt saluator malis deliberationib⁹ hoīm obuiet: ne male cōcepta pgrediant in actū. Nam ꝛ balaam ꝛ saulo Num. 22
aperte obicē fecit: vt ille dei populū nō malediceret / ꝛ ne christicolas iste alligaret. Illū arguit p subiugalē: istū p vocē de celo terrentem. Act. 9
Et aliud mysteriū se offert ad p̄struendā doctrinā: ꝙ vidua occurrit christo / cū copia hoīm filium secuta defunctū delatū ad sepulturā. Uidua: sȝ honoranda / si vere vidua erat. Relicta siquidē a carnali viro p mortē / in spūales nuptias commutanda erat / christo desponsanda p fidē: que duo damna tolerabat / mariti ꝛ filij mortē. Quorū typo peccatrix aīa duobus spūalibus malis addicit: vt regentē intellectū amittat: ꝛ amorem ad pbibita sequat ipsa defunctū. Cū aderat copia ciuitatis / q̄ sequebat viduā: nō vt dolorē minuerēt / sed augerent. Multa quidē hoībus supetunt ad mala cōplenda: sed q̄ venerat obuiare piculis / fletū reuocauit in gaudiū. Quā viduam cum vidisset dn̄s / misericordia motus sup eam dixit illi: Noli flere. Homo christus erat / ꝛ corporaliter intuitus est viduā deplorantē: sed mente plus nouerat / ꝛ misericordia motus sup eā. Nō noua misericordia noui motus est mot⁹: ab eterno misericors / vt ab eterno deus est. Motus misericordie ad ostensionē refert. Ostendit ei vt hō: quoniā ab illa cordis affectione mouebat: ꝛ oībus misereri cupiens querebat / sup quos illā posset effundere. Sed oēs indigent: nō tamē oēs se p̄parāt ad illā suscipiendā. Oportet enī miseros se ad misericordiā p̄parare. Ois aūt q̄ misericordia indiget / miser est: ꝛ oēs indigent: igit oēs miseri sunt: sed nō oēs misericordiā ꝯsequunt. Sed huic sup quā misericordia motus est / dicit p̄mo Noli flere. Prohibet fletū / suscitatur⁹ mortuū: Mors quippe causa fletus erat. Et nihil fletus causa / ꝙ spiritualis mors: nihil plangenduȝ ab hominibus / ꝙ peccatū. Quid ciuitatū excidia? Quid exitia corporꝝ? Quid cum mundi hui⁹ mala vniuersa crebrescunt / si non incurrit in peccatum: acsi destruerentur ea que virtutib⁹ sunt inimica? Solum peccatū iustam habet materiā deplorandi. Sed quare saluator fletum prohibet: cum ex multis scripturis veteris testamenti fletum indixisse sciamus? Uult deus fletū fie-

ri p spũalibus malis: nõ aũt p corporalibus dam
nis. Sed si peccatricis aĩe ista vidua typum ha
bet/ cur reuocat a fletu? Merito ꝓpter p̃sentiã
saluatoris: q̃ etiam ex p̃teritis criminibus pro-
fundere lachrymas prohibet: et pie abstergit il-
las ab oculis hoĩm: cũ in eũ fit tota conuersio:
cũ ipse vult adesse ꝑ gratiam: cũ ad eius ꝓfectũ
incessanter accedit: cũ oĩm peccatorum est indul-
gentia irrogata. Et si ꝓhibet interdum doloris
lachrymas/ cũ omniũ peccatorum est facta remis
sio: amoris eq̃dẽ lachrymas non resculpsit. Fit
in vidua ilico christo iubẽte mesticiũ. Et ipse
accessit et tetigit loculũ. Hi autẽ qui
portabant steterunt. Corporaliter gesta sũt
hec/ et sensibilẽ historiã habent: sed ea in alium
sensum cõuertimus. Accessus christi iesu appro-
ximatio est in infirmitatibus nostris: maxime siq̃
dẽ cũ in peccato iacemus mortui/ ad eũ accede-
re nõ valentes: nisi prius ipse accedat ad nos.
Tangit loculũ: scilicet anime insensibilitatẽ in qua fe
rebat. Statim fit portatorum: qm̃ operante christo si
stunt fluida nostra: et ea q̃ portant hominem ad
humandũ in humo terrenorum. Portat corpus ex
quatuor elemẽtis ad mortẽ: et anima ex quatuor
affectionibus male ordinatis emoritur. Et ait
iesus: Adolescẽs tibi dico surge. Et
resedit qui fuerat mortuus. Nõ nomi
ne ꝓprio/ sed ex etate eũ nominãs ab inferis re
uocat: innuẽs ꝙ etas est aliq̃n in culpa. Feruet
in iuuenibus sanguis: et animositas cũ deprauã
tur ad oĩa/ est in eis: ad iram/ ad cedes/ ad mor
tes/ ad p̃dam/ ad lubricitatẽ. Res est infrunita
iuuentus: nisi a virtute aut terrore hoĩm fuerit
coercita. Protinus aliq̃d signandũ p̃struit/ cuius
iste defunctus reuocatus ad vitã ex etate nomi
nat. Imperiosum est dei verbũ: et quod p̃cipit/
statim fit: Quis posset oĩa sola volũtate perfice-
re. Et resedit q̃ fuerat mortuus. Ad sedem rõ-
nis et ad iudiciũ eius interne reuersus est: q̃ ob-
ruta ratione in sceleribus actu obruendus ve-
lut insensibilis ferebat. Prior enim actio spũa
liter suscitati est: vt reuertat ad sedẽ mentis/ ad
rõnis iudiciũ/ ad illã partẽ qua cunctis alijs ani
mantibus excelsior factus est: qua p̃ter illum qui
se p̃cellit/ nihil debet inquirere: ac redire in eũ
a quo rectitudinẽ rationis dimittendo recesse-
Esa.46 rat. Hinc ꝑ Esaiã dicit: Redite preuaricatores
ad cor. A quo recedẽtes hoĩes ꝑ lubrica vel va-
na vel dei(n)a pergunt. Resedit igit q̃ fuerat mor
tuus in sede rõnis. Iam nouerat quo pergebat
et quieuit ab actionibus prauis: interne audiẽs
Esa.1. vocẽ dñicam: Quiescite agere ꝑuerse. Solerti
verbo euangelista locutus est: quia q̃ ad male
agendũ ferebat in p̃ceps/ resedit ad dñicam vo
cẽ quietẽ mentis enuncians. Et cũ dñs dixerit
surge: nõ resurrexit totus in corpore/ sed resedit:
ad illã resurrectionẽ rõnis introrsus refert: vbi
est p̃mo ꝓlapsus: vbi primo ẽ resurrectio cele-
brãda: vbi primo ẽ male agẽtis q̃es. Cũ enĩ inte
rior homo sistitur a virtute/ ne vlterius prohibi
ta gliscat: exterior ꝑuerso declinat ab actu. Et

cepit loqui. Signum erat anime omĩno ad
corpus reuerse. Sic et cum peccator reuocatur
ad vitam/ incipit loqui: confiteri scilicet mala
que fecit: et gratias agere ꝙ existens diuine po-
testati rebellis toleratus est: expectatus est et
quesitus ad veniam: nõ derelictus in malis: nõ
ilico factus inimicus dei/ suam pertulit vltionẽ:
magis ꝙ erumpat in laudem/ ꝙ relaxatis vitijs
supernorum bonorum pollicitationem accepit. Post
hec matri restituitur deploranti. Nam et de-
dit illum matri sue. Quoniã materne pec
catoribus cõminat/ vt redeant et deplorent ad-
uersa. Conuersos recipit: dirigit recte agentes
sine quo nullus recte agere potest. Accepit au
tem omnes timor: et magnificabãt
deum/ dicentes: Quia propheta ma
gnus surrexit ĩ nobis: et quia deus
visitauit plebem suam. Timor iste admi-
rationis erat: etenim insolita intuebantur. Ma
gnificabant autem deum nõ effectu/ sed existi-
matione atq̃ verbo: quia ꝓpheta magnus et inso
litus resurrexit in seculo: et per eum deus visita
uit plebem suam. Magnus siquidem prophe-
ta dicebat. Eratq̃ maior q̃ diceretur/ imo maxi
mus omniũ: qui omnia videbat/ oĩa nouerat:
nihilq̃ subterfugit sapientiã eius: cui nõ est nu-
merus: a cuius ꝯspectu nullus peccat inultus.
Sed vtinã hoc mortales homines expauesce-
rent atq̃ meditarent/ cum deliberant perperã
agere: ꝙ si humanos deuitãt oculos/ istius aspe-
ctum deuitare nõ possunt: quoniã in omni loco
oculi dñi cõtemplant bonos et malos. Et si gie Pro.15.
zi helizei ꝓphete nõ potuit oculos effugere/ dũ 4.Re.5
contra voluntatem eius motus a concupiscen-
tia indebita plus habendi/ a naaman vestes et
munera extorsisset: quanto minus nos subter-
fugere poterimus male agentes/ oculos preter
obicem desuper cuncta cernentis. Nunquid q̃
alijs prophetiam prestat/ ipse priuabitur? Aut
qui finxit oculum/ non considerat? Nec pecca- Psal.93
tum prophete David prophetam potuit late- 2.Re.12
re nathan: qui per similitudinem ad eum repre
hẽsurus aduenit. Et pctm̃ saul factũ est cognitũ 1.Re.15
samueli. Terreant igit hoĩm corda: qm̃ ꝓpheta
magnus surrexit in nobis: quẽ nihil latere põt: q̃
oĩa eque presentia/ preterita et futura/ et preui-
dens bona et mala: sedulam actionem bonorum
et malorum deuitationem predicando suasit.
Quid excusationis iuste habere possis huma-
num genus: quid inquirere ad alium appellan-
dum ignoro: si dei filius in carne prophetat: si
euangelizat superna: si apud inferos intruden-
dos denunciat criminosos. Sed ecce retarda-
tio ex aduerso consurget: nam si propheta est
magnus/ cur sibi tota illa turba non credidit?
Cur non eum secuta est? Si timor eos appre-
hendit/ cur non mutauere vitam? Cur non sunt
ad meliora conuersi? Cognitio quam de pro-
pheta perceperant/ ipsorum est condemnatio.
Sicq̃ fit vt qui nouit cui possit adherere per
doctrine veritatem/ et negligit: ꝙ ipse sper-

nal ab eo quem nouit. Et agil sepe magno co-
gnoscentiū detrimento: vt solū verbis/nō imi-
tatione velint laudare recte docentē. Et q2 visi-
tauit dñs plebē suam. Profitebant isti se diui-
nam benignitatē agnoscere: q2 visitauerat dñs
populū suū: sed in hoc plus erat verbo℞ senten
tia q̄ ipso℞ cognitio. Non istam visitationem
in assumptione carnis a verbo factū esse crede
bant: nō ad dei verbū neq3 ad spiritūsanctū at-
tollit credulitas iudeo℞. Attamen vere sic erat/
q̄ dñs in filio humanato visitauerat plebē suā:
quā diximus omne humanū genus: quāq̄ singu
lariter ꝛ peculiariter credal populus iudeorū.
Sed nobis q̄ credimus/ꝛ hanc in baptismo su-
scipimus fidē/ꝑpetua ꝛ acerbiora debēt tormē-
ta si cōtempserimus visitātē: si diuine visitatiōi
nō coaptabit totus hō. Quid hac visitatiōe di
gnatus: vt altitudo diuina vbiq3 cōsistens/has
inferiores partes in humano habitu visitaret:
Phil. 2. q2 ꝛ habitus inter hoīes/ꝛ cū hoībus est inuen
tus vt hō. Uisitauit supnꝰ archiatrus egrotātē
in lecto terrene delectationis: quē mala cōsue-
tudo ꝑmebat. Et male secū ꝛ cū oībus vsus erat
ei: ꝛ inuenit in illo velut alteram factam naturā
ab illa quam dederat: q̄ sibi nō in substātia/sed
cōstabat ex moribus. Et tam longeui tpis erat
illa corruptio/q̄ ex omni parte fetebat: nec ade-
rat potentia resurgendi. Uisitās cū arciatricis
argumētis interdū nō agnitus/interdū agnitꝰ/
sed cōtēptus est. Erat aduersum sensui archia-
tricū studiū: sed eo laudabilius/quo plaga dam
nosior: ꝛ quo asperius/eo salubrius erat. Nihil
secū tulerat quod nō cōferret ꝑ omnia infirmā-
ti. In oībꝰ aūt q̄ cōtempserūt archiatricā acti-
onem/ad damnationē eternam egrotatio facta
est. In his siquidē qui se cōmiserunt diuine sa-
lutem hominū opanti/eterna est subsecuta. Ca
ptiuum visitauit in carcere: in omnibꝰ mēbris
cōpeditū inueniēs: illis sane cōpedibꝰ quibus
nō corpa/sed hominū ligant affectus: oīno iex
plicabiles/nisi visitās explicatos absoluat. Igi
tur ad visitantē catenas nos inuisibiliter deti-
nentes extendamus manus/ostendamus affe-
ctus: ꝛ omnē vinculationem pandamus ei. No
uit eīn etiā si occultabimus: sed ei voluntarie ꝑ
solutione fateamur. Sed nunquid visitare desi
stit? Nōne semp exercet visitationis officium?
Tunc exercuit cū ipse bibens mortis potum sa
nauit egrotū: cū ingressus in carcerē/cōmerci-
ans cū captiuo/miseratus vinculati paupis oī
alia ope carentis/ꝓ ipō pciū sanguinis soluit.
O q̄ bonū obuiare iesu/q̄ bonū cum ipso in hy
panti fieri. Flesticium factū est. Reuocatꝰ ab
inferis mortuus. Uidua viro carnis/spūales cū
christo in fide nuptias celebrauit. Nam eius di
scipula bene didascala facta est: ꝛ filꝰ eius secu
tus est ab inferis reuocantem. Uidentes opti-
mus timor inuasit. Iā vt ꝓpheta saluator agni
tus dei benignitatē ceperunt fateri q̄ visitaue-
rat plebem suam. Ex hoc circuitus/ꝑpter hoc
itinerarium nostre mentis esse omnino deberet
vt esset mutua ꝛ interna obuiatio inter christū
adhuc inter nos inuise ambulantē: ꝛ nos in hu
ius vite tenebris ambulantes/ꝛ suspirantes in
supnas edes: ad quas nisi ipse obuiet/nō potest
esse accessus: neq3 a tumulo praue ꝯsuetudinis
ꝛ obdurate malicie regressus. Nec possumꝰ ad
intima nostra reuerti: a quibus ꝑ inania sensati
ua obiecta discessimus in incerto lacu: nisi iesus
iens ꝑ vtilibus nostris occurrat.

De suscitatione filie iairi archisynagogi: secundum Mattheū/Marcum et Lucam. Ca. XIIII

Ita viuēs in seipsa vita/nec ab alio: vi
ta indefectibilis/vita imortalis/oīno
vita creauit in rebus creatis vitā: ꝛ vn
de in hominibꝰ ꝑpetuet ostendit: ꝛ interminatꝰ
est mortē quā nō fecit: vt amplius custodiretur
ꝛ amaret vita. Paululū durauit eius imperiū:
fraude immortalis maligni subintrauit mortis
imperiū. Regnauit quoq3 ab adā vsq3 ad chri-
stum/ꝛ a christo vsq3 ad seculū/illa que corpa-
lis est: nec destruenda ꝑ aliquē ante iudiciū. No
uissime aūt inimica destruet mors. Uita mortē
odit: mors in vitā seuit. Frustra quispiā fecia-
lis accederet/tractaturus cōcordiā inter ipsas:
solū altera/altera conflicta quiescere nouit. Nō
habebat creata misera vita/vnde posset illā ꝓ-
fligare de finibus/aut a suis dilectoribus ex to-
to depellere: nisi summa vita calamitose vite ꝑ-
staret auxiliū: quod ꝛ fecit: attamē mortali car-
ne vestita: ꝛ ꝑsequebal oīmode mortē/q̄ suū re-
gnum sathanica fraude inuasit. In cuius iudi-
cium iam morte pituros reuocabat ad vitā: vt
regnaret quod fecit: destrueret quod ipse nō fe
cit. Unde dn̄s ioannis discipulis responderet:
Et ecce venit vir cui nomen iairus: Mat. 9
et ipse princeps synagoge erat: et ac Mar. 5
cessit et cecidit ante pedes iesu/et ad Lu. 8
orauit: rogans eū vt intraret in do-
mū eius: quia filia vnica erat illi/ fe-
re annorum duodecim: et hec morie
batur. Aliꝰ euangelista: Quoniam filia
mea in extremis est. Sed veni impone manū
tuā sup eā: vt salua fiat/ꝛ viuat. Et ptigit cū iret
ꝛ sanaret in via hemorrhoissā/venit qdā ad pn
cipem synagoge/dicens: q2 mortua est filia tua:
Quid vltra vexas magrm? Aut noli vexa-
re illum. Sed sm aliū euangelistā: ipse tuc
accessit/sc3 iterū: et adorauit eū/dicens:
Dñe/filia mea mō defuncta est: sed veni impo-
ne manū tuā sup eam/ꝛ viuet. Jesus aūt audito
vbo quod dicebal ait archisynagogo sc3 pr̄
puelle: Noli timere. Crede tm̄ ꝛ salua erit
Et cū puenisset ad domū principis/nō pmisit in
troire secū quēq̄: nisi petrū/iacobū ꝛ ioannem
fratrem iacobi: ꝛ patrē ꝛ matrē puelle. Et cum
vidisset tibicines ꝛ turbā tumultuātē flentes ꝛ
eiulantes multū/dicebat ad eos: Recedite/noli
te flere: nō est mortua puella/sed dormit. Et de-
ridebant eum/scientes q̄ mortua esset. Ipse aūt
eiectis omnibus tenens manū puelle/ait: Ta-

bitha cumi: quod est interpretatū/tibi dico sur-
ge. Et reuersus est spiritus eius: et cōtinuo sur-
rexit et ambulabat. Et iussit illi dare manduca-
re. Et precepit ne alicui dicerent quod factum
erat.] Magna prefert in allegorijs occasio dis
serēdi: sed ab illis alia tropologia me auertit.
Multiformis gratia dei multipliciter homies
innotuit: operās sue virtutis antidota. Et ostē-
dit archisynagogi filia/cū eius precib⁹ et fide
de morte reuocat ad vitam. Jairus est cuius fi-
lia infirmat et moritur: et illuminatio siquidē in-
terpretat et officio insignis: quia princeps in sy
nagoga erat. Ex quo timor incutitur: vt neq3 lu-
men scientie neq3 dignitas sufficiūt ad tantam
anie infirmitatē: neq3 peccatorū ꝑlapsum decli-
nandū. Virtute opus est vt non peccemus: ha
benatio gratie facit vt nō deueniat in mortem.
Quid illuminatio qualitercūq3 mundalis/ cui nō
est illuminatio dn̄s? Sed qui vere illuminatus
Psal. 26. erat/dicebat: Dn̄s illuminatio mea. Nullius sci-
entie sermones illuminant/preter sermōes dn̄i.
Psal. 118 Inquit enim scriptura: Declaratio sermonum
tuorū illuminat: et intellectū dat paruulis. Non
enim declarati dn̄i sermones in aulo eius erāt:
idcirco infirmitas et mors in domū eius intra-
uerant. Quid alicui vnq3 profuit illuminatio/ꝑ-
terq3 in dn̄o? Nec enim diuinorū scientia profuit
salomoni/quin rueret procul pulsa virtute. Ve-
ra mentis illuminatio ꝑmus est virtutis: non
solū cognite/sed astantis. Illuminat sol hemi-
spheriū nostrū/dū in sphera sua agit sup terrā:
sequunt illico tenebre/cū fecit occasum: etiā lu-
minis noticia remanēte/que oīno tenebras nō
depellit. Sic nō vere virtus illuminat/nisi cum
astat in anima: et in ipsa videt debitas actiones.
Cū vero nostra volūtate illam ꝑpellente de fini-
bus velut ex eius occasu tenebre subsequunt: et
erit lumē nō lumē: lumē cognitionis/non lumē
accepti decoris: sed tenebre peccatorū q̄ nostrā
infirmant animā: cū vero densant/ operantur et
mortē. Porro cōtra alijs luminib⁹ q̄ diuinis/
q̄ virtutibus vere luciferis et seruatis maxima
hic inuectio tenderet: sed subsequens hic diu
sistere me nō finit. Principatus in hominibus
nunqd obsistit vt peccata nō faciat? Nō me fal
lit scriptura gentiliū: in qua repperi q̄ ꝑnceps
gentiū publice atq3 occulte turpiter peccaue-
rūt. Et quos humanꝰ aspectus et rumor reipu-
blice auertit a crimine/ clandestinū plus infe-
cit. Sed qd mihi de his lege dei carentibus dis
1. Re. 15 putare? Ad legitimos reuertamur. Princeps
saul a deoq3 ostensus in regē triipharie deliquit
vt ex toto ob sua demerita reprob⁹ haberetur.
2. Re. 11 Dauid etiā deliquit: nec ex eo q̄ a deo rex ordi
3. Re. 11 natus est/peccata preterijt. Salomon rex multi
pharie ꝑperam operat⁹ est. Omnesq3 reges iu-
da et samarie in sacris voluminib⁹ inueniuntur
criminib⁹ magnis obnoxij: nec a ꝑncipatu ha-
benati sunt: quoniā virtus non retinebat habe-
nas: ac ꝑ hoc principat⁹ et scientia desiera virtu
te a peccatis homines nō auertūt. Infirmata

est igit filia iairi archisynagogi: dilectio illa vi-
delicet q̄ generat. Hinc psalmista deplorabat:
Infirmata est in paupertate virtus mea. Virtus Psal. 30
siqdem in infirmitate defecit/cū dilectio bonorū
operū ob gratie carentiā deficit. Sed quousq3
facta sit in penis finalis intrusio/nō deest que-
rentib⁹ recursus ad auxilia: maxime ad diuina
vbi deficiunt humana. Proinde hic audita fa-
ma christi accessit ad christū: ꝑcidit ante illum:
fecit ꝑseuchas ꝑ infirmāte filia/ que vnica sibi
erat. Cōmonefactū est nobis christo humiles
ꝑces porrigere/cū vnica nostra dilectio infirma
tur: et expetere manū potentie sue superponi no
bis. Similiter enim liberari possunt qui spiritu
mētis egrotāt. Hec filia in extremis erat: vt ni
hil deesset ad mortē. Ad extremas iniquitates
interdū se dilectio peruersa protendit. Sed sūt
extrema vitiorū/sunt virtutū/vtraq3 ꝑiculosa: s3
vitiorū extremitas oīno inexcusabilis/oīno dā-
nabilis est. Virtus vero extrema se interdū excu-
satione tuet. Extremū in omni re dicimus/ vbi
nihil amplius est de ipsa. Vnde extremū est/vl-
tra quod nihil est eius ad quod refert. Proin-
de extrema vitiorū ꝑmus sunt ꝑgressiones ad
vltimū: vltra quod ex inordinata volūtate ne u
possit in vitio alterius ꝑgredi: q̄uis possit vitiū
multotiens iterari. Sunt plerīq3 q̄ volūtate de-
ordinata et rōne ꝑuersa vsq3 ad extrema peccato
rū deueniūt: vt nihil obmittāt in malis concu-
piscentijs/nihil in odio/nihil in vanitate/nihil
in supbia/nihil in arrogantia: et cū adest facul-
tas/actione cōsummāt. Extrema vero virtutum
aut reputatione sunt nota/cū qs opinat illarū
apicē attigisse: aut actione/cū ꝑ indiscretionem
ad actus extremos ledentes oīno naturā deue-
nit. Sic filia hominū dilectio sine volūtas aut
actio laborat vt plurimū in extremis: sicut ī in-
firmitate fatiscens cū est in extremis/ vicinus
est morti: ad quā extrema vite terminant. Sed
timēti deū bene erit in extremis: quoniā in illis Eccl. 1
extremis timore dei ꝑuertit/ conuertit. Nec de-
sperandū est de extremitatibus/si diuin⁹ timor
occurrat. Vbi vero dei timor nō fuerit/ periculo
sunt extrema. Hinc per sapientiam dicit: Extre Prouer. 14
ma gaudij luctus occupat. Et quanq3 hic intel-
ligantur extrema temporū/nihilominus intelligi
tur extremitas vitiorū: vt qui vsq3 ad extrema tē-
porum sine timore in gaudijs temporalib⁹ fuit/
a luctu interminabili teneat. Contra quos per Hiere. 12
Hieremiā dicit: Quia gladius dn̄i deuora
bit ab extremo terre vsq3 ad extremū eius. Alia
translatio: a termino vsq3 ad terminū. Qui sūt
hi qui tenuerūt extrema vitiorū/ex eīm extre-
mo vite temporū atq3 penarum desolent. Sed
nec illis philosophorū regulis inuoluamur: q̄-
bus extrema dicunt per eque a medio distātia:
seu que in medio aliquo conueniūt: seu q̄ natu
rā mediū sapiunt. Sed extrema omniū nouissi-
ma sunt eorum que adijci possunt: etiam ad vir-
tutem et ad dignitates et ad nobiles actiões. S3
in ista puella pro termino vite sumitur: in male

agentibus maloꝝ vltimitas. Moriebat ista duodēnis puella: nec christus ante mortez voluit subuenire: vt p reuocationē a morte attolleret miraculū/ et fides scientiuz pamplius firmaret. Igit a christi potentia nō retenta puella /mortis fecit occasum: et nūciatū archisynagogo ne vexaret vltra magistrū: acsi in eo nō esset potētia suscitandi. Desperat natura oīno seipsam: vt cū mors viuentē extinxerit/ q ipsa viuificare nō possit. Nec ex natura/nec ex vsu/nec ex ratione insurgit ista cognitio/ q p hoīem fit ab inferis reuocatio sup terrā. Christus reputabat hō: et si magister/ nō deus. Per oēs archisynagogi cōiunctos desperabat de vita. Monstrat hoc denūcians mortē: suadensq3 vt nō vexet magistꝝ. Sed insistit iairus opportune/ nō improbiter: fide subnixus/ nō hesitās. Accedit iterū in eadez fide/ adoratq3 simili latria: et annūcians sibi denūciatā mortē/ adhuc eius implorat aduentū et impositionē manus. Fide hic agit/ sed non plena: cū denūciat sibi mortē quā ipse iā nouerat: cū petit psentiā eius q eque potens est absens. Ad infirmitatem fidei sue intorquebatur q denūciabat/ q querebat aduentum. Remouet saluator dubiū fidei eius. Auget in animo fidem/ spondetq3 in fide nō hesitanti salutē. Nam ait archisynagogo: Noli timere: tātū crede et salua erit. Uidebat archisynagog9 timene: ne tātū valeret potētia saluatoris in mortua sicut in infirma valuisset. Nō bene nouerat: qm̄ dei potentia est in paruis rebus et in magnis /et in oībus equa. Remouet timorē sicut in vidua fletū. Hinc accipimus cōtingere posse timorez ex dubio fiendoꝝ: et differt ab aliis q ab arguta sapientia sunt vocati. Remouet hunc saluator: qm̄ nihil sibi pter incōueniēs impossibile. Noli timere. Acsi dicat: Oia mihi eque possibilia sunt. Crede tm̄ et salua erit. Non q fides duntaxat sua virtute saluet: nisi creditus saluator efficiat. Nihil potest efficere fides neq3 fidelis in his q supra naturā fiunt: nisi deus/ aut deus hō factor et facturus accedat. Sed ideo fides exqrit: quia solū fidelib9 iam factis aut vt fiant huiuscemodi supnaturalia sunt prestanda. Meritum fidei siue fide natus nihil in supnaturalib9 operat: sed ex his voluntarie motus oīpotens supnaturaliter opat. Proinde cū saluatori deo irremote assit omnipotētia opandi: ex pte indigentiū fides exquirit. Magnū munus fidei prerogatū est/ cū dicit: Crede tm̄/ et salua erit. Itaq3 dubietatis depulso timore/ suasa in homie fidenesus ad puellā exanimē facit ingressum. Inuenit tibicines: eos videlicet q musicalibus instrumētis vtebant in funerib9/ in sono lugubri/ cum lugubrib9 vocibus conciliatis. Mos em̄ tunc temporis in illis regionibus erat: vt ad puocādū luctum illis symphoniis in funeribus vterentur: sed a quibusdam tibiis appositis ori virtute flatus immissi/ super foramina nunc appositis digitis/ nunc remotis lamētabili sono sonantibus. Inuenit turbā tumultuantē p funere flentes et eiulantes multū p filia: quia erat vnica patri. Hi oēs sunt augentes in temporali damno dolorē. Hos saluator remouet dicēs: Recedite/ nolite flere: nō est mortua puella/ sed dormit. Si peccata plāxissent/ nō eis dn̄s indixisset recessum: nec auertisset et fletū. Mortua tamē puella erat/ dormiebatq3 sibi: vnde ab ignorantibus virtutē eius pariter derisus est. Nec mirū: nō enim amplius in eo q quod est hois cognoscebant. Derident pleriq3 in hoīe deū: nec in deo verū hoīem venerantur: Non em̄ intelligebant hi quo sensu dn̄s loqueret. Sed oēs christus eiicit derisores. Gerebāt enim isti p futuris pessimū typū: cū multi derisui fecerint vitam christi/ similiter et doctrinaz: in qua docet agenda vita/ similiter et speranda: ex qua ex velata fide cognoscit/ q a morte peccati reuocatio fit ad vitā. Eiicit eos christus q miserias alioꝝ deplorant: aduersus aūt pprias quasi beati cōsistunt. Et eiectis oībus: trib9 apostolis/ duob9 parentib9 stantibus cum christo mortuā puellā ipsam reuocauit ad vitā. Hi testes miraculi. Hos puella reuocata de morte aperiēs oculos primū debebat aspicere: nec alia obiecta prius opponenda erant reddite cognitioni. Authorē vite destructorēq3 mortis/ bona nature in parentib9/ bona gratie in apostolis reuisura: vt facta cōparatione cognosceret qliter viuendū foret/ et quibus amplius deferēdū. Acsi ad puellā suscitatā exhortatiuus et excitatiuus sermo diceret. Isti sunt o filia parentes tui p quos in hanc vitam miserā deuenisti: q te genuerūt mortalē ipsi mortales/ peccatis obnoxiā ipsi pctōres. Uolente deo naturali ordine infuso/ corruptibili semine te gignere potuerunt: sed te inuadentē infirmitatē acerbam prohibere nequiuerūt/ neq3 subsequā mortē. Cū iacuisti exanimis/ luctus erat nullūq3 iuuamē. Ecce vite factor et dator vocatus aduenit: tibi data manu in manu solo verbo te reuocauit ad vitam: Inspice igit eum: et si amatrix es vite/ datori vite subdaris. Ipse solus vite atq3 mortis habet imperiū. Nihil in hoc tibi tui pfuere parētes/ ad abigendam mortē et reuocare vitā. Inspice filia. Expulsi sunt tui nature carnis cōsortes: q te mortuā lamētabant steriliter. Consortes gratie tibi cū a morte reuocaris assistunt. Uide petrum: respice iacobū: cōtēplare ioannē: hi alumni sunt gratie: hi vitam veterē obmittētes trāsierunt in nouam: quoꝝ similitudine fit tua vita deinceps. Obliuiscere patrē tuū: matrē carnis nullo pacto sequaris. Supra naturaz suscitata supra naturā viuere ratio te cōpellit. Uide in petro cognitionē christianā: in iacobo christianū agonē et luctū: agnosce in ioanne coadunantez gratie inuitatis. Ista sunt qb9 āmodo te oportet insistere. Isti sunt quos saluator secū duxit: tuos vero ex natura parētes tecū inuenit: christi societati adhereas ad vitam denuo reuocata: paruipēdas ea q tibi ad vitā pdesse nequiuerant. Nā necessario factū est his q pctōꝝ reuocātur

a morte/mutare in melius vitam: et illis assistere
qui nō secundum naturā/sed secundum gratiam viuere statu-
erunt. Et cum talibus testibus accessisset vita
omniū christus ad corpus exanime/omnibus
aliis eiectis: tenens manū puelle illa significa-
tione qua socrus simonis sanando manū tenu-
erat/ait: Tabitha cumi: quod est inter
pretatū: puella tibi dico surge. Quod
in euāgelio interpretatū legimus/nobis aliter
interpretari nō licet. Directo verbo in puellam
excitata est: reuocata vt surgeret per gratiā/a de-
fectu in quē ceciderat per naturā. Mortuus omni
bus in peccatis dicitur: vt resurgant ab illis ma-
lis in que voluntarie ceciderunt. Audiuit ilico ver
bum spūs/qui corpus reliquerat. Ubi aūt et quam
longe a corpore ille spūs abierat/solus nouit qui
reuocauit. Sed vbicūque fuisset detentus ad ho
ram/audiuit dñicam vocē: sensit diuinā virtu-
tem: que vbique omnipotēs est/nihil habens ex
spaciis absens: et reuersus est spūs eius/et sur-
rexit continuo. Reuersus spūs ad corruptibile
corpus: et subito harmonia destituti corporis recō
ciliata est: et mortui et insensibiles sensus rediui
ui facti sunt. Eadem imagine hec operatio in ani
mā transit/cum reuocatur a malis. Et continuo
surrexit puella: vt actu exteriori appareat quod
intrinsecus actū est. Et ambulabat de virtute in
virtutē/progressum insinuans in his qui regressi
sunt [illegible] exitio peccatorum. Et iussit illi dare man-
ducare. Et post penitentiā peccatorum/post primā
resurrectionē/post virtutis exercitiū iubetur: vt sa
cramēta corporis et sanguinis christi apponantur.
Joh.6 Ipse qui iussit/alias dixit: Ego sum panis viuus qui
de celo descendi. Si quis mādūcauerit ex hoc pa
ne/viuet in eternū. Ideo anima reuocatur a christo
de morte ad vitā: vt beate viuat in eternum. Pa
nis aūt corpus est christi/tribuens illam vitam.
Proinde post virtutū exercitia iubetur apponi/
vt manducet anima ineptiis atque peruersis fessa la-
boribus/et viuat in eternum. Etiam incōprehen
sibile beneficiū: propter eternam vitam omnia chri-
stus operatur in nobis. Rectus siquidē progressus
in gratia/cū a morte peccati reuocandus est im
pius vt perueniat in salutem. Fiunt primo pseu-
che: apponit deus manū potentie sue: verbo im
perat: reuertitur spūs ad ergastulū vnde discesse
rat: scilicet anima redit in ordinem rationis: surgi-
tur ab omni peccato/ambulatur: fitque profectus
semper ad amplius: iubetur vt apponatur cibus
illarum rerum saltē in fide: sine quibus nemo po
tuit viuere in eternum: sicut saluator aperte mon
Joh.6. strauit/dicens: Amen amen dico vobis: nisi mā
ducaueritis carnē filii hominis/et biberitis eius
sanguinē: non habebitis vitā in vobis. Qui mā
ducauerit meam carnem/et biberit meū sangui-
nem/habet vitam eternā. Et precepit ne cui di-
cerent quod factum est. Opera predicabāt qui-
dem ipsum: non indigebat humanis relationi
bus predicari.

¶ De suscitatione lazari quatridua-
ni; secundū Joannē tantū. Ca. XV

Mortalis a deo factus est homo/non
mortuus: a quo auersus mortuus fieri
et vtrūque secutū est vt auerteretur et mo-
reretur: nec erat regressus ad posse nō mori/et ad
mori non posse. Preuaricatio edicti equissimi
hoc effecit: et editi parentes primi et omnis propa-
gatio subsequens ei: quod deus nō fecit soluere tribu
tum. Merito siquidem: quoniā qui quod deus no
luit/fecit: subiiciatur morti quā ipse nō fecit. Scri
ptura dicit quod deus mortē nō fecit. Et qui pretergre Sap.1
ditur quod deus vult/fiet ei quod ipse non vult.
Alia enim dicit scriptura: Nō vult deus mortem Ezechiel.18
peccatoris: sed vt conuertatur et viuat. Et si non
vult mortē quā meretur iuste peccator: multo mi-
nus nec volebat mortē eius qui non peccauerat.
Nulla mors de voluntate dei est: quoniam ipse omnis vi
ta/et ad se cōstituit omnem vitam. Sed qui sibiipsi pla
cet/sibique donatur: qui sibimet datus est/moritur: non
enim habet vnde de se plene viuere possit. Iu-
ra nihilitatis cōsistunt in homine: nō entitatis.
Ex nihilo enim in anima et corpore factus est hō:
sed in sua creatione de nihilo spiraculum vite
suscepit/vt fieret in animam viuentē: nō custodiēs
vitale pactū/in regionē mortis deiectus est: si-
bique subiectus/illam vitare nequit. Et necessitas
facta est de eo quod poterat esse volūtas: et nō re
leuatur ab illa depressus/nisi ab eo qui creauit ad vi
tam: qui vt nos ab illa liberaret/sibi factus est
subditus. Et quia homo moriebatur in humanitate
nobis factus consors/illam insecutus est: nō vt
nō amplius interimeret quousque hominū gene
ratio nō cessaret: sed vt non detineret in cinere
corpora que de puluere facta sunt: quāque anime reorū in
illa morte eterna que potius dicitur infelicissima vita
detineantur. Et presagiū fecit christus hō nobiscū in
his quos reuocauit ab inferis: quoniam solui pote-
rat per filiū dei et hominis imperiū mortis: licet susci-
tauerit velut iterum morituros/quousque generalis
resurrectio fiat mortuorum. Et oportebat quod dare
tur intelligi quis quisque hic cēt/qui aliā vitā daturus
aduenerat. Sed gēs stolida iudeorum/signorum ostē
sione nutrita/nō intēdebat in eū: nisi esse quod erat
signa faterentur. Proinde in maiora signa per christū
deuentū est/scilicet vt fetēs mortuus sua voce reuoca
retur ad vitā: quamuis plurimorum obstinata voluntas
etiā post signa in eū noluisset intuitū credulita-
tis defigere: sed hostiliter insequi velut mortis reum:
aduersus quā deitatis potētiā ostendebat. Sed qui
tāta ostēsione reuocatur ad vitā/his modis in mortē
deuenerat. Erat quidā lāguēs lazarus Joh.11
a bethania/de castello marie et mar-
the sororū eius. Raro quidē scriptura diuina vbi qui
dā posuit/propriū nomē adiecit: cū quidā absque ad-
iectione proprii nominis/aut aliquē inclytū aut indignū
propter facinora nolet: sed obmisso loquendi genere
quid in re gesta potissimū sit videamus. Lāguor mor
tē precedebat: ad quā inducēdā cū natura corporis
decertabat. Sic enim in vnoquoque corpore agitur: vt
aut lāguor intātū preualeat/vt mortē irroget: aut
natura lāguorē superet/mortēque deuitet. Hic typus
in omnia generatur: vt aut affectus malus qui languor est

bat: ꝛ ꝯfiteret̄ ore ad salutē / que corde credide-
rat ad iusticiā. Necnō ꝛ vt turbe cognoscerent
qualiter virtus diuine largitatis infunditur: vt
nō ore petita / sed corde vere credita concedat̄.
Et alte ꝯtemplari oportet q̄ virtus diffusa di-
uina semp supplius diffusiua / nūc singulariter
pnūciet̄ emissa: nisi quia cū semp diffundit̄ / nō
tñ semp operat̄: velut solaris lux obice interie-
cta / nō semp in obiecta refulget: nō defectu ir-
radiātis luminis / sed interiecti obicis. Sic et
virtus diuina semp ageret sup naturales effe-
ctus: si se obiecta suis infusionibus coaptarēt.
Proinde saluator asserit exijsse de se virtutem:
quia inuenit vbi absq̧ sathana suū operaret̄ ef-
fectū. Et ipse nouit qui sunt eius: ꝛ in quos ope
ratur sua virtus inuisibilis. **Videns igitur
mulier quia latere non poterat:** in cō
spectu omnia cognoscēns: **pcidit ante pe-
des eius:** timens ac tremens / ne velut indi-
gna tangens alte dignissimū christum / ꝯdem-
naret̄ ex lege aut ex temeritate: narrat rem co-
ram omnibus a se gestā: adiecit ꝛ causam / scꝫ re
cuperande salutis in fide tacti hominis: ꝛ q̄ sa
lutem optatam fuerat consecuta. Miratur tur
ba mulieris fidem: quam et saluator vt in illam
animet circumstantes / magis laudibus effert
cum filiam vocat in fide fundatam / et fidei at-
tribuit sanitatem. **Quia fides tua te sal-
uam fecit.** Non virtus tua / sed archiatri: nō
ego sine fide tua: sed fides tua scꝫ a te credita
virtus mea. Hominem quidem mortalem ocu-
lis aspexisti / non ab alijs in natura diuersuꝫ: sed
vltra hominē in illo credidisti virtutem. Quā-
obrem fides tua te saluam fecit. Sed quoni-
am nobilibus actionibus ꝛ strenuis alta pre-
mia conceduntur: nihil in actionibus inuisibi-
libus altius q̄ fidei directionibus regulari: ni-
hilq̧ desyderatius q̄ pace potiri: vt igitur fiat
retributio digna digne dicens: **Vade in pa
ce.** Sed nec pax ab hoste / nisi eo concordato
siue subacto: neq̧ pax cum ceteris / nisi ordine
custodito. Nec pax fideli anime: nisi succedat
visio dei. Ac per hoc vnde ista mulier quasi pro
premio fidei in pace dimittit̄: nisi quia deo gra-
ta facta p fidē / infirmitate depulsa recepit cor-
poris sanitatē. Et pax quidē corpis omniū sani
tas est mēbroꝝ / vt ex hoc ad nr̄a inuisibilia trāse-

amus: r tunc credat anie par/cū nulla erit infir-
mitas: cū omis que christus est/ aderit sanitas.

¶ De illuminatione duorū cecorum secūdū mattheū tantū. Ca. XX

A Multis immo fere ab olbus horren
da est corporis cecitas: qr non vident
visibilia dei/ per q̄ ad inuisibilia cōsy-
derantia human⁹ animus rapitur. Sed pleriq;
non dolent illā incurrisse: quia ex visis gradus
inuisibilibus ad inuisibilia contēplanda nō po
nitur: sed quia trāsitoria delectatio ista ex rerū
visione carpit. Sed interior cecitas flēda gam-
plius/ cum interior animus suo priuat lumine: vt
non videat illā ineffabilem pulchritudinē vni-
uersi: qua turbari nō potest diuinū imperiū/ vt
in aliquo reprehendi possit a p̄sumptione mor-
talium: nec illā ineffabilem diuinā prudentiam
qua omnia suis dispositionib⁹ inculpate decur
runt. Et q̄ solum rationalis creatura male vsa
libertate concessa/ rep̄hensibile atq; damnabile
fecit: nō fortuna/ non fatum/ nō syderū cursus/
nō diuina prescientia perperā agere rationalē
creaturā aliquādo coartauit. Nec illā diuinā
intuetur bonitatē puris animis semp esse p̄sen-
tem. Cessaret quippe audacia holm in deo r de
deo iaculare iudicia/ si mētalibus oculis inspi
ceret veritatem. Deflenda r corrigēda cecitas:
nō illius carentia visionis que hoibus r bestijs
noscitur esse cōmunis. Sed a christo multi cu-
rati sūt corporaliter ceci: vt eatur introrsus ad
poscendā illuminationē inuisibilium oculorum
inuisibiliter intuentium. Nam trāseunte iesu a
loco vbi archisynagogi filiā a morte leuauerat
Mat.9.ca.10 secuti sunt ei duo ceci/ clamantes et
dicētes: Miserere nostri fili dauid.
Ceci corpore iā mente videbant: quia in fide se
quebant illam lucem/ que illuminat omnē homi
nem venientē in hunc mundū. Melius videre
mente q̄ corpore: vt post vite vadatur authorē.
Nec mouet passibus anima/ sed affectib⁹: vt ex
lumine possit pergere quo nequit terreum cor-
pus/ aut aereum/ aut igneū: etiā quacūq; veloci-
tate aut agilitate dotatū. Implorāt misericor-
diam: nā a miseria premebantur: a qua liberari
querebant r exigunt a filio dauid: quoniā sic ie
sum audierāt nominari. Hec eni fides ex auditu
eis erat. Cum autē quandā domū salua
tor omniū intrasset: vt eis r alijs facilior esset
accessus: nam cōmode commodū in locis r tē-
poribus cōmoditatibus hominū semp se coap
tabat. Et accesserunt ad eū ceci ducatu
hominū corpore: fide duce accesserunt mente.
Et dixit eis iesus: Creditis quia hoc
possum facere vobis? Dicūt ei: vtiq;
dn̄e. Ob hanc causam iesus sic interrogat: qr
filium dauid vocauerāt si plus in ipso q̄ in cete
ris hoibus crederent: r si amplius in ipso q̄ de
cōmuni hominis filio existimarēt. Nam filius
dauid erat ex carne longa generationis interie
cta traduce: sed ex hoc sibi miraculari nō erat:
sed ex deitate/ quia filius dei erat. At illi fide in
maiora subiecti/ confitent eius potentiā diuinā
esse/ non humanā. Tunc saluator tetigit
oculos eorū/ dicens: Secundū fidē
vestrā fiat vobis. Tāgit oculos manu/ vi-
su carentes: vt confirmet eorum assertio: qr fili
um dauid ex carne vocabant: vt scirent eū verū
corpus habere impressione manus edita super
corpus. Et ex deitate aperit oculos referatos:
traijciens in fidē illam qua eū posse facere non
dubitabant. Et ad mensurā fidei reddendū lu-
men ipse premittit: vt nec peramplius credatur
consequi posse saluatoris omniū beneficia: nisi
q̄ntū fidei adheserit omnia receptura et diuine
opis indigna. Et aperti sunt oculi eorū:
insistente fide ad diuinū imperiū. Et volens
quodā modo latere christus/ aut fidem illorum
peramplius experiri: cōminatus est illis/
dicens: Uidete ne quis sciat. Et mirū
facit mentib⁹ huiuscemodi p̄hibitio/ ne sciant
sua miracula: cū hemorrhoissam ad cōfitendū
publice ipse cōpulit. Sed nec q̄s de alternatio-
ne preceptorū et omniū operū suorum verborū
aut cogitationū altricatione cōtendat: nouerit
iustis causis ipsum variasse edicta: vt nunc palā
fieri/ nunc occultū fieri ipse voluerit: nunc p̄hi-
bere que noluerit obseruari: nec vitāde laudis
prestare materiā: nunc ad vtilitatē credentium
velle laudari et vt deus agnosci. Illi autē ne
viderētur ingrati r condēnatione digni/ si rece-
pta beneficia siluissent: exeuntes ab eo r de do-
mo: diffamauerant eū in totā terram
illam. Diffamauerant quidē non vitio/ sed al-
mifica fama: qua supra hoies in suis actionibus
ferebat: cum eorū aperuit oculos: quos ostende
bant hominib⁹ ab eo solo tactu r verbo impe-
rioso esse illūinatos: quos paulo ante ipsi aspe
xerant cecos. Nec incurrerūt criminis notam
cōminationē domini nō verentes in notificati-
one gestorū: cū reddendi sunt laudabiles qui be
neficia dn̄i diuulgant: vt crescat audientiū pie-
tas: r fides multiplicet ipsa fideles. Optimū est
dona predicare diuina: r deo/ nō sibi attribuere
quod accepit: r alios inuitare ad fidē/ p̄uocare
ad spem/ animare ad amorē/ r contionē facere
vt diuinā veniatur in laudem.

¶ De muto et demonium habente: secundū mattheū tantū. Et de curatione multorum. Ca. XXI

Egressis autē illis: scz duobus ce- Mat.9.
cis: obtulerunt ei hoiem mutū
et demoniū habentem. Et eie
cto demone/ locut⁹ est mutus. Et mi
rate sunt turbe/ dicētes: Nunq; ap-
paruit sic in israel. Uere nunq̄ apparuit
talis in israel qui talia faceret/ aut posset: quia
nemo nisi vn⁹ homo deus. Alium mutū et cecū
et demoniū habentē infra habebimus: idcirco
hic silentio transeundū est. Et circuibat
iesus omnes ciuitates et castella: do
cens in synagogis eorū et predicās
euangeliū regni: et curans oēm lan

guorē et omnē infirmitatem. Nec oci-
ose/nec perdite christus agebat. Erat siquidē in
laboribus opportunꝰ: circuiens habitationes
mortalium ⁊ ciuitates ⁊ manufacta castella/ vt
eos ad celestē ciuitatē omnes inuitaret: quia ſm
Heb.13. apostolū non habemus hic manētem ciuitatē/
sed futurā inquirimus. Non declinabat pauci
ores ob multitudinē/ neqꝫ rusticos propter vr-
banitatē/ciuitates ⁊ castella perquirēs. Et in sy
nagogis in cōgregationibus quidē predicans
euangeliū regni: nō temporalis/sed eterni. Nā
cōplectens breui diffinitione sctm̄ euangelium
nihil aliud est/nisi diuersis theorijs vocatio ad
regnum eternū. Et curabat omnem languorē ⁊
infirmitatē: quia nullū malū per culpam in na-
tura condita introductū sue potētie resistebat.
Venerat eñ ipse naturā cōditam liberare a ma
lo culpabili ⁊ penali. **Uidens autē iesus
turbas/misertus est eis: qꝛ erāt ve-
xati iacentes sicut oues nō habētes
pastorē.** Miseretur/quia miserias hoim no-
uit: in eo ꝙ a demonibꝰ immune vexabanꝭ: vt de-
prauatis affectibꝰ ⁊ morbis viuant/quos secū
optant in penis habere cōsortes. Et vidit iacē-
tes inclinato animo ad terrena: sicut oues non
habētes pastorē: que pasci nesciunt in montibꝰ
altis virtutū ⁊ diuinorum sacramentorū: nec se
tueri a lupoꝝ infernalium morsibus/nō assistē-
te siue gubernante pastore. Sepe iacuerunt ho
mines in malis voluptatibꝰ prostrati/absqꝫ pa
store neglecti nō requirēte rationales oues: ple
runqꝫ vero in lupū conuerso subiectos deuorā-
tem ⁊ propulsantē ad mala. Sepeqꝫ bonus in-
uentus est pastor: ad cuius vocē excitationemqꝫ
male delectatus grex ouiū non surrexit.

¶ De curatione hoīs manū aridam habentis: secūdū mattheū/marcum et lucam. Capitulum XXII

In omni mēbro corporis humani huma
nam naturaꝫ notamus esse multā: illius
peccati merito quo ꝓtoplastus omes in
fecit: vt etiam manus in qua est hois actio: que
sibi ad operandū est tradita vt operaretur ⁊ cu
stodiret sibi cōmissum: etiā in subsequētibꝰ suis/
ꝗuis nō in cūctis ⁊ singulis etiā punita est: nō
solū siquidē ex punitiōe humane vitricisqꝫ iusti
cie/sed etiā punitione originalis iusticie preter
Mat.12. Mar.3. Luce.6. misse. Hinc in euāgelio legimus: ꝙ **cū iesus
intrasset in synagogā iudeorū: et ec
ce hō manum habēs aridā. Interro
gabant eū/dicentes: Si licet sabba-
to curare? Ut accusarent eū.** Sepe le-
gimus iesum synagogas intrasse iudeoꝝ: vt do
ceret legē ex lege: atqꝫ aperiret clausam intelli-
gentiā veteris leges: que intra literā et sensus
historicos tenebaꝭ. Et vt interrogans intelle-
ctus depelleret tarditatē: interrogatus in veri
tate apologiā daret: ⁊ per mira opa se monstra
ret in lege ꝓmissum verū esse messyam. Et ecce
homo a seipso/aut ab alijs introductus adueni
ens/manū aridā habens scꝫ dexterā. Arida ma
nus operationē sterilē aut nullā insinuat. Non
autē ariditas in scriptura sacra eque dānatur.
Gen.1. Etenim iussit aquas cōgregari ad locū vnum/
vt arida videreꝭ. Et aridam firmauerūt manus
eius. Apparitio aride vt desup ab ea defluat sen
sibile prorsus elementū ab ipsa in apparentia
fiat: velut cessante aqua causa humida/quid fru
ctificet arida terra demōstrat. Non arida omī
aque humore depulso: sed vt terre aridū elemen
tū in sua specie distincte vt factū est/appareret.
Sed arida manus ex illo preuaricationis actu in
multatione facta/quo tactū est vetitum pomū: ⁊
vnū habet nō debite actionis: qꝛ dextera ei ari
da erat. Dextera quippe manus operationē in-
sinuat ꝑ supernas/⁊ infallibiles actiones. Nam
in dextera nauigij missum rete capturam ma-
gnā ⁊ infallibilē fecit. Et cū sic iste aridus esset
adductus: oritur disputatio ad calumniā ex ani-
mo iudeorū: ex christo siquidē verā doctrinā: si
que noscitur verior obseruatio sabbatorū. In-
terrogant iudei christū: interrogat ipse iudeos:
Si licet sabbato curare? Illi vt accusent: ille vt
doceat ⁊ perficiat opus eius. **Et ait homini
qui habebat manū aridam: Surge
sta in medio. Et surgens stetit.** Sta-
tuitur in medio velut iudicādus/ aut absoluen-
dus/aut sanandus/vel in sua infirmitate dimit-
tendus. Inter iniquitatē ⁊ pietatē positus est:
inter falso iudicantes ⁊ recte discernentē con-
stitutus est. Interrogat pietas: interrogat veri-
tas: interrogat vera decernens: **si licet sab-
bato bene facere/an male: animā sal
uam facere/an perdere?** Et adiecit para
digma: **Quis erit ex vobis homo ꝗ**
habeat ouem vnam: ⁊ si ceciderit hec sabbatis
in foueam/nōne tenebit ⁊ leuabit eā: quanto ma
gis est homo melior oue? Itaqꝫ licet sabbatis
curare. At illi tacebant. Et circumspiciens eos
omēs cum ira cōtristatus super cecitatē cordis
eorum: tunc ait homini: Extende manū tuam.
Et extēdit/⁊ restituta est sanitati sicut altera.
Sabbatizare contigit iudeis in figura: nā non
est sabbatizandū ab operibus bonis/sed a ma-
lis. Et ex paradigmate conuincunꭓ iudei: quo-
niā cum suadet necessitas/ etiā corporaliter sibi
ipsis in rerū perditione subueniūt: quāto magis
faciēda sunt bona in hominibꝰ die sabbati: im-
pendēda indigentibꝰ opera charitatis. Nō sol-
uitur sabbatū ex operibus iustis ⁊ pijs: ex impē
sione bonoꝝ/⁊ reuelatione oppressorum/nec ex
auxilio miserorum. Et cōtristatus christus sup
hominū cecitatē/cuꝫ nolumus aut nequeamus
ex litera intelligentie carpere veritatē. Nam se
pe factam christo legimus de sabbato questio-
nem: cū miracula ipse plura operareꭓ in sabba
to. Et ipse quidē vigilanter de illo sua operaba-
tur miracula: vt questiōe iudeoꝝ exorta veritas
ex sua doctrina clarescere: quoniā sabbatū di-
es est quietis: ⁊ nemo sanus nisi quiescat: nemo
quiescat nisi ad ipsum ꝑueniat: nemo perueniet
nisi qui ab impedimētis oīno recessit. Sed ve-

rum sabbatū nostrū erit in requie supernoꝝ: vbi
depulsa erit oīs infirmitas: vbi ex omī parte sa
nitas plena erit. Sanat hunc dn̄s sabbato/ma
num aridā in bonitate naturali restituēs: vt pro
sabbato vite supne opera recta ꝛ cōpetētia ope
ret. Et si qua miracula fecit in sabbato/id astru
unt mētibus hoim: vt ea mēbra deperdita que
bonitate nature carebāt/que instrumenta virtu
tum esse nō poterant: restituta in illā pro eterno
sabbato inociose agūt debitas actiones.

¶ De curatiōe demōiaci ceci et muti: secūdū mattheū et lucā. Ca. XXIII

Inter oīa mala que naturaꝫ ex demerito
protoplastoꝝ occupauerūt tūc ꝛ hostiliter
inuaserūt hūanā: hoc horrendius ꝙ hō
possit a demōe possideri ꝛ vexari: nō solū in aīa
in qua demoniacoꝝ infinitus est numerus/sed
etiā in corpore vbi corporeus opprimit sensus.
Et ea iusticie vindicta sic est in hoie vindicatus
quo diuinitatē appetijt: vt demonijs etiā in cor
pore traderetur. Cecitas etiā ex vindicatio nire/
quo in vetitū ipsoꝝ est directus aspectus. Mu
titas vo: qm̄ habuerūt colloquiū cum serpente
in quo diabolus loquebat/ vt diuina obediētia
frangeret. Sed venerat christ⁹ ostendere hoib⁹
mala que iuste patiebant: et afferre medelā his
qui ad eū ꝯuertebant: vt etiā videntes animarē
tur ad fidē: ad cognoscendū in hoie deū/ in cre
atura creatorē/in mortali corpore immortalē: ꝛ
sup desperatis malis expellēdis diuinā adesse
Mat. 12. virtutē. Unde: Oblat⁹ est christo demo-
niū habēs/cecus et mut⁹. Et curauit
eum/ita vt loqueretur et videret. Lu
Luc. 11. cas tacet cecitatem/ꝛ sic inquit: [Erat iesus
eijciens demoniū/ꝛ illud erat mutū. Et cū
eiecisset demoniū/locutus est mutus: ꝛ admira
te sunt turbe.] Luce clarius ptꝫ: ꝙ sensus i isto
cōfundebat ex demone: quo eiecto vidit ꝛ locu
tus est: vt sepe in pditis morib⁹ hoim sic creda
mus ꝙ malicia sathane fiat i his q̄ sibi sises fa
cti sunt/ꝙ sensus natura vigiles opprimant: ut
cū hō videre possit sibi natura ꝓpinquū ꝛ audi
re sibi familiariter loqꝫ: et dicit sepe quod neqt.
Cui aliunde facultas nō defuit/nisi ex eo ꝙ a di
abolo detentus factus est similis. Oportet igit
ꝙ ante illā diabolicā similitudinē abrogem⁹/si
officijs sensuū cū proximis participare ꝯtendi-
mus. Necnō et demon cū serpēdo corda hoim
penetrauerit/ cecat oculos mētis/et obnubilat
interiorē aspectū: quo veritatē ꝛ virtutem in ra
tione/deū in fide aīa intuet. Et claudit aurem
obedientie/vt aīa cōtumax fiat: ꝛ horrendā mu
titatē inducit/ne laudet et glorificet in omnib⁹
deus: et ne ꝓximū ore suadendo ac dissuadēdo
iuuet: et ne seipsum ex forefactis accuset: marie
Rom. 10. ꝑtendens qꝛ corde credit ad iusticiam/ne ore
fiat ꝯfessio ad salutem. Sed nō eijcit demon ab
eo quē inuasit hūana potētia/ nisi potentioris
man⁹ adueniat. Proinde hic oblat⁹ est christo
qui demonū terror et dn̄s erat. Hinc christo se
offerat q̄ ab hoc nephādo impio detinet: cui se
potuit in dominiū tradere/ sꝫ nō sua ptāte libe-
rari. Diuina tn̄ prouidētia hoies ꝓtegit: ne ab
ipsis etiā cū inuaserint/libertas arbitrij auferā
tur. Non eīn tantū deseuire possunt in homies
quantū cupiūt: nā ꝛ rationē vellent auferre/ vir
tutē/silr ꝛ arbitrij libertatē: qua olno depta se
mel lapsus nō adijceret vt resurgat. Sed q̄diu
in hac vita sumus/ꝑdominātē in nobis iudicio
rōnis: redire ad christū adest plena ꝛ donata li
bertas. Igit ꝑsentare deo demoniū passus/aut
ꝯcupiscentie nō natura/sed volūtate puersa de
mon effectus: vt ipsum eijciat: teqꝫ sensib⁹ tuis
plene restituat. Quod cū in hoie factū esset: ꝛ vi
gor sensuū rediret ad sensus: stupor i turbis na
scit ꝛ est admiratio subsecuta. Sed nec mirum.
Mirū aūt esset/si nō mirarent: cū viderēt hoieꝫ
a diabolo possessum/ sensuū valitudine destitu
tum/in libertatē ꝛ sanitatē vltra humanā potē
tiam ꝓuehi. Nec christū supra hoieꝫ credebāt
attollī: ita vt dicerent: Nōne hic est filius
dauid? Ac si est fili⁹ dauid generatiōe tradu
cta/plusq̄ homo nō est: ꝛ propellere ab obsessis
corporib⁹ demones nō est in hoim ptāte. Sed
tn̄ turbe nō denegabāt hunc existimato tn̄ hoi
supra hoiem adesse virtutē: sed mirabant ꝛ stu
pebant: quoꝝ intellectus nō in alta ferebatur.
Sed hi q̄ a diabolo possidebant in aīa ampli
us ꝙ iste curat⁹ fuisset possessus in corpore/ scꝫ
pharisei/hoc audiētes dixerūt: Hic nō eijcit
demonia/nisi in beelzebub principe
demonioꝝ. Diabolici viri nō nisi diabolo
eoꝝ principi/eoꝝ que sūt tribuūt potestatē. Ete
nim suū dn̄m honorando ꝑuenit. Famosa est
historia vnde vocabulū beelzebub fuerat exor-
tum: et quādo brem attribut⁹ fuerit principatus:
quā hic interserere longū esset. Sꝫ ob hoc chri
sto hanc obijciebant nefandissimā authoritatē
vt execratus a pplo haberet: nō vt dei fili⁹/aut
ꝓpheta sctūs: cū sanctus helias ꝓpheta ocho 4. Reg. 1.
ziam regē dei mādato arguerit ꝛ corripuerit du
os quinquagenarios ad se missos: eo ꝙ miserit
ad consulendū beelzebub deū accaron: acsi nō
esset deus in israel: vt sic iste merito tradendus
esset exitio q̄ ad beelzebub/nō ad veꝝ deū habe
ret in sua opatione recursum. Sed improbat ie-
sus ꝙ ipsi iprobiter sint locuti: ꝛ eos sua respon
sione ꝯfutat. [Qui sciens cogitationes
eoꝝ/dixit eis: Omē regnū in seipsō diuisum/seu
cōtra seipsum diuisum/desolabit. Et oīs dom⁹
diuisa contra se nō stabit.] Meliora sunt hec ꝛ
hoim rationi experiētia vsqꝫquaqꝫ clarissima:
ꝙ diuisione interiecta ruine oīa mancipant. Et
quoquo mō ꝯnexa/diuisa deperēūt regna/ pu-
cie/ciuitates/dom⁹/familie/aut quocūqꝫ vincu
lo colligata: cū in discordiā venerint/interitū fa
ciunt. Ipsa quidē hominū ꝛ aīaliū corpora ex
hoc intereūt/ꝙ humores ex inequalitate ab in-
uicē diuidunt. Ac ꝑ hoc saluator cōtra istos in-
tendit: qꝛ regnū demonū per oīa vnitum est ad
malū. Nec sic in se noscit esse diuisum/ ꝙ hoib⁹
amicent: vt ptāte vnius alter ab hoie depellat:

sed cū in se discordiā habeant/a verissima pace auersi ad nostrā et in nostra dānatiōe nostroq; malo reperiuntur nullo discrepante pcordes: et inuariabile pseuerat regnū malignitatis ipsoꝝ. Proinde saluator infert: **Si sathanas sathanaz eijcit: et aduersus se diuisus est: quō ergo stabit regnū eius? Sed** regnū tenebrosum atq; sathanicū stat/et in sua ptinacia pseuerat: ergo sathan nō est diuisus. Si nō diuisus/ non eijcit ab hoīe in sua natura et in deprauatiōe consortē. Si nō eijcit sathanas sathanā: nec ego in noīe illius ab hoīe demoniuz depuli: sed in ea virtute qua mihi curuat omne genu. **Si ego in beelzebub eijcio demonia filij vestri i quo eijciūt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.** Apostoli filij iudeoꝝ accepta ptāte eijciebant demōes: sed nec beelzebubine potētie attribuebāt: sic nec sibi attribuere debebāt huiōi nefariā potestatē. Proinde inter cetera q̄ apl̄i sunt iudicaturi in extremo iudicio: cū sedebunt sup sedes duodecim/iudicātes duodecim tribus israel: sup hoc desancientq; cū ipso christo pellendi demones acceperunt potestatē/q; ipse a sathana non accepit. Alioquin sequeret q; ipsi in potestate nepharia demōes expulissent: quod de apl̄is legim⁹ nūq̄ dictum. Porro **si in spū dei/ aut in digito dei/quod idem est/eijcio demonia: profecto puenit in vos regnū dei.** Christi responsione cōfracta opinione iudeoꝝ pessima regnū dei in mundū venisse testat: quia in virtute diuina/ scz in digito dei: cui magi pharao-
Exo.8. nis in egypto sua falsa miracula equare nequiuerunt in signo tertio tabescentes: qui etiā legē in tabulis lapideis scripsit/demones ab obsessis hoībus procul pellit. Nā ex subiecta similitudine fortioris ad fortē arguit/q; non a sathana eiectus est sathanas: sed ab eo qui sup oīa
Apo.19. regnat: qui est rex regū et dn̄s dominantiū: qui p carnē venit in hanc transitoriā vitā: querens in hoībus regnū: non quo magnificet regnās/sed quo rectus altius subleuetur: nō honore regnādi actus/sed vtilitate peccatoꝝ. Etenim ipsum
Joh.6. fugisse legimus/cum turbe ipsum vellent more
Joan.19. humano facere sibi regē: et regnum corā pilato se denegauit habere terrenum. Peruenit in homines dei regnū: cum demonū est retrusa potestas/vt quantū cupiūt nocere nō possunt: nec in iuite trahere ad loca tartarea/qui hui⁹ regis et regni euangelicā voluerint seruare iusticiam. Ac etiā quos improbiter detinebat/ipse rex dei regni liberatur⁹ aduenerat. Peruenit regnū dei cū ipse rex fortior christus superuenit ad diabolū fortē: ad destruendū imperiū eius/et ad diuertēdum hoīes a tyrannide illius: vt qui erant vasa ire/fierent vasa misericordie: et ipse regnaret super eos p misericordiā et gratiam/sup quos rex superbie diu regnauerat per iniquitatē et culpā: vt in neminē amplius possit iure tyrannico preterq̄ in eos q̄ libero arbitrio male vsi/ppria voluntate voluerint s. bi subdi obediētes immundissimis legibus eius: sp̄eta lege superuenientis nouiter regni dei. Regnū dei/vbi regnat deus per virtutē et gratiā. Regnū dei ecclesia sancta dei libertas a vitijs habitusq; virtutū. Regnū dei nō in cerimonijs/sed intra nos est. Regnū dei amor est eius. Regnū dei pmissio sancta et beatitudo eterna: quod hic pmittitur bonitate regis: hic acquirit gratia ipsius p nobis morientis: ibi percipit sui largitate donantis.

¶ De curatione filie chananee a demonio vexate: secundū Mattheū et marcum. Capitulū XXIIII

Distinctū in sexu genus humanuz editum: cuius prior vir/ deinde mater oīm eua eluxit: et ambo in phibitū cōsense-
runt appetentes fieri sicut eloim: supra id quod ab deo humana natura in esse p creatorē deuenerat. Et ppter illicitū appetitū rei superioris exarserunt in vetitū: vnde grauiter in eis est vltum: vt qui tūc solū rationē protoplastoꝝ vexauerat: nunc etiā vexat et corpa: non tñ desistens a vexationib⁹ substantie potioris/ prout cōcitare pōt et inuisibiliter vexare: nō solū firmiorem partē vt virum/ sed infirmiorē scz mulierem: vt
ipsa etiā q̄q̄ ab apostolo seducta in illa puaricatione dicat/non vir: tñ et ipsa in appetitu deitatis pariter cū viro deliquit: quo merito et sexus femine⁹ in passionē nefandi demonis deuenit.
[Nam cū secessisset iesus in partes
tyri et sidonis: et ingressus neminē voluit scire: sed non potuit latere. Et ecce mulier chananea gentilis syrophenissa genere: cuius filia habebat spiritū immundū: a finibus illis egressa: vt audiuit de eo/introiuit et pcidit ante pedes ei⁹ et clamabat/dicēs: Miserere mei dn̄e fili dauid: filia mea a demonio vexatur. Et rogabat eum/ vt demoniū eijceret a filia sua.] Anteq̄ curatio subsequat/pcedens ordo describitur. Secessus christi iesu in partes tyri et sidonis ciuitatū gētilium/cito futuram approximationē per apl̄os ad gentes insinuat: ac demōstrat iesum nō esse acceptorē populoꝝ et personaꝝ: et fidem cōmunicabilem factam iudeis atq; gentilibus. Et q; ad fidē nullorum valentior est: sed oībus potest esse equa cōuentio: per quā non distinguunt sexus/nō populi/ nō alique regiones: sed vna existēs oībus eodē modo potest esse cōis. Solis similitudinē habet: cuius lumē omnib⁹ eque diffundit: nisi prepediāt obstacula interiecta. Tyrus quidē et sidon ciuitates fuerunt gentiliū: de quib⁹ multa in sacra scriptura et i historijs enarrant. In quaꝝ partes christus secessit eq̄li amore affectus ad salutē gentiliū sicut et iudeoꝝ: vbi expertus est facilitatē in femina veniendi ad fidem: cū eis euangelium innotesceret regni dei. Et magnā aperuit sancte ptinacie viaz: cum sic illā mulierē pluries exprobrauit. **Et ingressus neminē voluit scire.** Mod⁹ est dicēdi: acsi noluisset sciri/se habuit: quod si penitus sic et fuisset oīno. **Sed nō potuit latere:** q2 noluit. Nec simulatio culpabilis: sed ostē

Margin notes (right column): Gen.3. (beside "runt appetentes"); 1.Ti.2. (beside "ipsa etiā"); Mat.15 (beside "Nam cū secessisset"); Mar.7. (beside "tyri et sidonis").

debat latebrā/vt in illa propensius quereret ex fide. Ad experientiā fidei cor gentiliū in quorū partes aduenerat/ latibulū huit: sicut & post resurrectionē lōgius ire. Et cū multi aduenissent ad eum tanq̄ domino ad nouum & eis insolitū hominē: de ista singulariter textus loquit/eo q̄ ex defectu ab ea depulso facta sit famosior. Et ecce mulier chananea: illā incolens patriā quā gens chananaica possedit: exorta ex tertio noe filio/scz cham: cui⁹ fili⁹ chanaan. Et syrophenissa inter syriam et phenicez puincias. Ex patria & ex sexu describit: ex nomine subticet: vt natura nō nomē existat in precio: et q̄ omnino credatur gentilibus inferēda gratia si ad fidē humiliari decreuerint: et q̄ patria nemini sit p̄iudiciosa/si ex oīm se asperxerit in salutem. Sed neq̄ demerita precedentiū subsequentib⁹ derogant: si ex toto corde puertantur ad dominū. Et ex iniquis proletarijs orit sepe qui renascit in fide p̄destinatus ad gloriā. Habebat ista filiā habentē spiritū immundū. Porro ista gentilitas rationē habebat immundam que agitatu demonū creaturā pro creatore colebat: & erat sub dominatu ipsorū: vt etiā omnē immundiciā mente deprauata/corruptis moribus sequeret: in quā immundiciā propter nefarium cultū gentilitatē traditam ad romanos testatur apostolus. Et alibi/q̄ desperātes semetipsos immūdicijs tradiderūt.

Rom. 1. Ephe. 4.

Et procidit ad ad pedes iesu. Descenderat hec de altitudine animi tumescentis. Se curuās ante dominicos pedes: cito erigenda per spem/si pseuerauerit in proseuchis. Sup sydera eleuat/qui ante christi pedes & humilitate atq̄ deuotione pcliuum se fecit. Ex fama non docta ista mulier venit ad christū in domū vbi existebat: & velut debitor fidei atq̄ deuotioni latere nō potuit: quia suam bonitatē petentibus & querentib⁹ negare non potest. Quō se negabit qui ad hoc creaturā rationalem fecit: vt se sibi cōmunicando donaret? Jam mēte in fide & actu corporeq̄ facta pcliua: vt ipso inclinato animā iam in fide pstratam ostenderet: et fateret gestu corporis renouationē interioris aspect⁹. Exclamat verbo dolentem animā verberante. Miserere mei domie fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Misera ad misericordiā recurrit de sua miseria liberari desyderans: ab eo petēs q̄ & largiri pōt. Misericordia nō peteret si non molestaret miseria: q̄ & si posset aliter pcul pelli/nec ipsa misericordia interpellaret. Miser primus est qui non habet quod vult: & q̄ habet quod vult se ledens: & qui non vult quod sibi pfert & expedit. Miser & q̄ non potest aduersa vltro depellere. In miseria erat mulier chananea: q: nec suo/ nec alicui⁹ hoīs argumento vexatā a demonio filiā poterat liberare. Multimode sunt miseri ope misericordie indigētes.

Judith. 9. Sācta iudith miserā se vocabat dicēs: Exaudi me dn̄e miserā deprecantē: aut ex humilitate pprios defectus cōspiciens: aut q: suam ciuitatē ab exercitu circundatam videbat: a quo nisi diuina potentia nulla erat copia euadēdi: & populum pspiciebat per oīa calamitosis fieri. Siue quia cogitabat aliquid factura supra virtutē femineam: ad cuius complementū in se non videat vires suas posse suppetere: proinde dominū proseuchis humilib⁹ exorabat. Aliā nouimus esse miseriam/que ab illusionib⁹ & carnis infirmitate nascitur illis resistere nō valentis. Quā dauid de seipso fatetur: Miser fact⁹ sum & curuatus sum vsq̄ in finem: tota die cōtristatus ingrediebar. Ps. 37. Huius miserie subnectit & causam. Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea. Et confusio non illa que fm sapientiā adducit gloriā: sed nature rationis/iusticie/ virtutis & moruz inserta facit miserā. Hinc scriptū est: Filia babylonis miseria. Ps. 136. Hinc & salomon: Miseros facit populos peccatū: Prouer. 14. vt ex hoc omne peccatū intelligamus afferre miseriam: vt vbi iusticia nō adiuuat/cōdemnat. Adijcitur proximus ad miseriam cui nō fauet iusticia: saltem q̄ derelicta nō fuerit: ac p hoc nemo est nisi miser. Nemo est qui aliqua nō tenetur miseria. Nemo est qui non indigeat ad misericordiam appellare. Hinc intrinsecus docta mulier chananea deficiens a iusticia/& alijs miserijs pessundata/portū misericordie per nauem fidei querit. Miserere mei domine fili dauid. Sic enim audierat christum vocari q̄ dauid filius diceretur. Exponit miseriam/ vt misericordiam prouocet: filia mea male a demonio vexatur. Ut q̄d male? Semper male quos potest demonium vexare. Sed nūquid aliquādo bene vexare quempiā volet? Minime sua intentione duntaxat/sed diuina prouidentia: que bene malis vtitur demonū malor hoim volūtatibus: que sunt secute corone. Clamat hoc martyrum exercitus: vexantibus demonijs/ tyrānor terrore & supplicijs cōsecratus. Hoc cenobitarū & anachoretar chorus non denegat. Hoc quorumcūq̄ electorum ordo ppensius confitetur: q̄ vexantibus demonijs sunt meliora sortiti. Et semp diuina prouidentia sathanicas vexationes ad pfectum suorum elector intorsit. Sed hec filia materno iudicio male a demonio vexabatur. Sic eni intetione sathanica / sed ad profectū vtriusq̄ bene vexata fuit. Nam desperata mater a cunctis q̄ non poterat suum pignus a demonio liberare venit ad saluatorē: prius ipsa in corde mundata per fidē ab errore gentiliū: & iam in anima sana p pignore instantius salutē exposcit. Que cum sortita fuisset: ambe in aīa libere a cultu auerse gentilium in christi familiā transierūt. Hoc agente vexatione demonū: a qua non poterant aliter liberari: venit mater ad christum. Bene vexauit demoniū huiusmodi filiā: nō sua volūtate/sed executa ope: vt a vexāte liberata sub christo sanata pficeret. Vexat quippe demoniū filias hominū/cum in vnoquoq̄ nititur exagitare amatiuā virtutē: vt suo motu feratur in vetito:

ꝛ ex reb⁹ licitis ꝑ amorē plus debito vinciatur. Uexat ꝛ aliā filiam/ scȝ intelligentiā: vt aut velit plus sape ꝙ oportet/ aut inuoluat errore. Uexat ꝛ aliam/ vt obiecta malicia ꝛ illata iniuria tenaciter in memoria teneant: vt aut velit vlcisci atrocius/ aut nolit benigne remittere. Inexplicabile quidē est/ quibus stimulis demon exagitat hoim voluntates. Sed est demonū vlciscēs Tobie.3. in eos qui perperā agunt: vt asmodeus in septē viros fare. Et est meridianū auertens a meridie claritatis: q̄ mundo in meridie obscurato ex morte saluatoris infulsit. Uexatio quidē nō cessat: vt hoīes auertant a memoria dn̄ice mortis. Etenim in meridie circa horā nonā expirauit. Attamen cū hec mulier sic ꝓ suo pignore ꝑcaret: saluator nō respondit ei verbū: ad fidē eius pamplius excitandā ꝛ ꝓbandā constantiā ꝛ patientiā. Et egressus est domū/ ad alia loca declinans. Quē mulier chananitidis etiā sequebat clamās post eū: ita vt etiā apostoli ꝓ ipsa intercederent. Et accedētes ad eū discipuli eius: rogabant eū/ dicentes: Dn̄e dimitte eā: q2 clamat post nos. Mouent humanitate discipuli: et pro ista misera rogant nescio si submissi. Magne fiducie animū parat intercessio electoꝝ. Euge q̄ promeruit intercessores habere apostolos. Sed nō oīs qui interpellat/ habet: nisi q̄ in virtutib⁹ ipsoꝝ est factus amicus: ꝛ vnius dn̄i adorat vestigia. Etenim iā ista meruerat aplos intercessores habere: q2 de finibus impioꝝ egressa pro misericordia venerat ad iesum. Cui dicunt vt exauditā dimittat: quia in fide post ipsos clamabat. Pro ecclesia colligenda de gentib⁹ ex ꝑlagio intercedere vident: que post ipsos orat ad dn̄m duris vocibus ꝛ sonis: ex vno spiritussancti flatu pro pressuris tolerandis/ vitijs reprimēdis atq3 obtinēdis ꝓmissionibus clamatura. Egre siquidē istius ecclesie militia tenderet: nisi haberet tā validos aduocatos: q̄ incessanter rogant/ vt dimittat in pace: vtputa in iustis petitionib⁹ exaudita. Et indiciū erat eoꝝ que sunt ꝓ ecclesia et qualibet aīa in celo facturi: qui sic in terra intercedūt ꝓ syrophenissa muliere: pro qua saluator detestās eā/ non videtur dedisse responsum. Ipse aūt respondēs ait: Non sum missus nisi ad oues que perierāt domus israel. Cōtestatio apl'i ad romanos eque ꝓ vtroq3 populo dei filiū in carne aduenisse declarat: quid est ꝙ nisi ad oues israel ꝑeuntes se missum esse denūciat: cū etiam nō sit acceptio ꝑsonaꝝ apud Roma.3. eū? Sed nōne oēs perierāt? Nōne oēs peccauerunt/ ꝛ egēt gratia dei? Equidē. Sed oues sunt q̄ non auerso studio peccauerūt illius electi populi ꝓpter cultū vnius dei: qui ob hanc causam debebat primo requiri. Deinde gentes: qm̄ ꝛ ꝓ ipsis moriturus aduenerat. Prioritas illius populi requirendo attendit propter vnius dei cultum: ꝛ ꝓpter primā cōmissionē diuinoꝝ eloquiorum: nō istius reprobatio si redire voluerit ꝓpter cultum varium idoloꝝ. At illa venit et adorauit eū/ dicēs: Dn̄e adiuua me. Ac si diceret: Intercessores amplius nolo: aduocatos plures nō preferā: non vident alioꝝ orationes sufficere: quot ꝛ quot sunt/ necessarij mihi non sunt. Eū querā: eū adibo: qui sine medio in meā pōt si vult miserando declinare miseriam: quē solū/ non idola vana ꝛ muta/ non aliā creaturam/ sed ipsū3 adoro deū hoīem sup terrā: a quo peto ceteris spretis auxilijs adiuuari. Dn̄e adiuua me. Signāter ad seipsam petit adiutoriū: q2 in filia sua velut in ꝑsona propria torquebat. Amor quidē natoꝝ ipsoꝝ dolorē traijcit in parētes. Cui saluator respondēs/ ait: Non est bonū sumere panē filiorū et dare canib⁹. Alibi ista similitudo disserta est. Sed panis filioꝝ est omne subsidiū quod debebatur vere credētib⁹/ illius filiationis merito quo potestatē accepimus filios dei fieri/ sane credētes Joan.1. in noīe ipsius: q2 non ex hoībus/ sed ex deo nati sunt. Et quod natū est ex deo/ vincit mundū. Et 1.Joan.5. hec est victoria q̄ vincit mundū: fides nostra q̄ ista mulier mundū vicerat/ supra mūdū iā facta ꝛ ab ipso christo sue fidei testimoniū laudis accepit. Sed multis argumētis concurrit christus fidē eius: in ꝑlagiū multiplicis ꝯcussiōis ecclesie subsecute: ac in ꝓbationē quorūcunq3 indigne petentiū: ne desistant petere si cōtinuo non accipiūt postulata. Et ad maius solide fidei experimentū cū canib⁹ ipsam cōponit: acsi ratiōe careret: aut illa male vteretur habens. Sed illa optimo tegumēto humilitatis se ꝓtegit: cū etiā catellis se sociat in cōsequendo beneficia dominoꝝ. At illa dixit: Etiā dn̄e. Nam et catelli edūt de micis que cadūt de mēsa dn̄orū suorū: et humiliorē conditionē se habere protestans: ꝙ etiā israelitici sint q̄si dn̄i sup gentiles in oībus potiores: velut habentes mēsam diuinoꝝ verboꝝ/ ꝛ mandatoꝝ dei ac diuinarū ꝓmissionū/ sanctis patrib⁹ ꝛ ꝓphetis diuinis oraculis iā factarū. Talē ergo q̄rit iesus: et suos oratores vult esse oīmode importunos. Humilis q̄ppe īportunitas sepe flectit animos duros. Et ꝑtinax miser ad exaudiēdū fecit primo negantē. Amat eñ deus in ꝑseuchis ad eū iugiter assistentes: vt nec ab implorādo deflectātur si nō acceperint vota. Uult oīpotens suas imagines a se creatas ꝛ ad se ordinatas sibi assistere: nō ilico tribuēs quod exigit/ ne facies auertant a facie. Nec vult turbari aut tepefieri orātē etiā exprobratū. Sepe nāq3 videtur ꝙ nostre petitiōis schedula in ꝯspectu dn̄i laniet: ꝛ ꝯfundat obsecrās: ꝛ si quid exaratū erat/ abrasum appareat: sed vlteri⁹ decernit ille q̄ oīm corda nouit ꝛ vtilitatib⁹ petentiū ꝓuidet: cū nō exaudit extemplo/ ꝓbat fidē si desipit: aut si exaudita vel nō/ sic se habeat. Experit patientiā si nō dedignat sustinēs in sua optiōe repulsam: si minuit amor ad pro tēpore denegantē. Si intramus in illud secretū altissime prouidētie sue: qua denegans exaudit ꝛ exaudiens denegat: tribuēs aufert: non tribuēs donans: agens causam nostrā

in nobis ex nobis: dū tamen omnino iusta peti-
tio sit a nobis. Nec solū ad iusticiā et humilita
tē postulās habet se inferre/nō decernere quo
modo aut qn̄ cōtribuat. Nouit p tēpore atq; lo
co bona data dare filijs: si per fidei synceritatē
que p dilectionē operat/sum⁹ filij ei⁹. Ad quā
filiationē prouocat chananeā/ cū dicit: Nō est
bonū sumere panē filiorū/ et dare canibus. Ac
si ipsa de filijs eius esset assequeret ocyus postu
lata: que se ob fidē/ob importunitatē/ob patien
tiā/ob humilitatē filiā dei fecit/ vt mereret a chri-
sto audire: O mulier magna est fides
tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est fi
lia ei⁹ ex illa hora. Ecce misera expetēs mi
sericordiā/misericordiā assecuta ē: qm̄ de salua
Psal. 11 tore scriptū est: Propter miseriā inopū et gemi
Psal. 76 tū pauperū nūc exurgā dicit dn̄s. Et alibi: Nū
quid obliuiscetur misereri deus: aut cōtinebit
in ira sua misericordias suas? Ecce laudatur fi
des: et alte attollit illa que ante totiens fuerat
exprobrata: ad misericordie ianuā validis cor-
dis crebrisq; clamorib⁹ pulsari oportet: nec in-
de recedere: nō intermittere/donec de pane fi-
liorū accipias. Semp ad gratiarū innumerabiliū
mensā sedet bonorū oim̄ creator atq; largitor.
Pete indigēs totiens quousq; acceperis: etiā
si nō accipias/ in omni vita tua humiliter po-
stulare nō cesses: nec amaro aīo fias si non lar
gitur: nō hesitans super bonitatē dn̄i et proui
dentiā eius: que in omnibus congruentiā rerū
facit: nā post mortē accipies altiora/ filit et coro
nā: eo q patiēs extiteris sup dilatione dn̄i. Sz
vide istius chananitidis magna fides? Quia
magnū quid in isto quē solū videbat hoiē/ cre
didit. Magna ex eo: q; pstitit exprobrata/ nec
pturbata. Magna: q; tūc sola gētilitatis egres
sa de finibus. Magna: q; nec postulauit pre-
sentiā: sed solū pondus quo premebat exposu-
it. Magna: quia sicut credidit/ sic sibi i sua mi-
seria est pmissū/ vt voluntatis sue sortiret effe-
ctū. Fiat tibi sicut ais. Bonū certe volebat si
ne admixtione cōtrarij/ scz filiā a demonio libe-
rari. Uelimus et nos bona: et prim⁹ exaudiemur
si non ad votū ilico/tamen ad ampliorē cumu-
lū bonorū. Et sanata est filia eius ex illa hora:
qua scz Saluator matri dixit: fiat tibi sicut vis.
Marcus aūt dicit: Uade: propter hunc
sermonē exijt demoniū a filia tua: p
pter sermonē humilitatis et fidei: q; catelli sub
mēsa comedūt de micis puerorū. Et cū abijsset
in domū suā: inuenit puellā iacentē supra lectū
et demoniū exijsse. Fatigauerat demon ingre-
diendo puellā/magis siquidē in vexando. Que
illo egresso/ quiescebat i lecto. Nō est qesale
a demonio agitate/ aut a stimul peccatorū: nisi
peccata exeāt. Tunc quidē anima sup cōscien-
tie lectū in pace quiescit: cū diuina virtute vo-
luntate consentiente/qua solū fieri neqt/ pec-
cata pelluntur. Uerant siquidē peccata cōsciē-
tiā: etiā si non sequatur multatio in corpore: cū
ratio suo priuatur iudicio: cū inter animā et de-
um parietē diuisionis mediū interponūt. Nam
et Esaias dicit: Nonne iniquitates vestre sunt Esa. 59.
que diuiserunt inter vos et deū? Cum deijciūt
ab innocentie arce: cū ad ima demergūt: cū so
ciant demonibus: cū excludūt a legibus regni
dei/atq; a sedibus paradisi.

¶ De curatione multorū infirmorū secundū Mattheū et Marcū. Sed de surdo et muto secundū Marcū tantum. Capitulum XXV

Et iterum exiēs de finibus ty Mar. 7
ri: venit per sidonē ad mare galilee/
inter medios fines decapoleos. Et ascē-
dens in montē/sedebat ibi. Et accesserunt ad
eum turbe multe: habentes secū mutos/ clau-
dos/cecos/debiles/et alios multos. Et proie-
cerunt eos ad pedes eius: et curauit eos: ita vt
turbe mirarentur: videntes mutos loquentes/
et claudos ambulantes/et cecos videntes: ma-
gnificabant deū israel. ¶ Curatio istorū diuinā
in homine arguit potestatē/ et offerentiū et sa-
natorum fidē: desperationemq; q ab alio cura
ri non poterant/nisi ab eo qui omniū habet im
periū. Et prestruxit vite agende ordinem: cum
post curationē sit alimenta largitus. Nā qui
vult suscipere alimenta celestia/primo expedit
liberū esse a vitijs: que affect⁹ huiuscemodi de
signant. Ad damnationē magis q meritum ce
deret/ impure ad pura christi accedere sacramen
ta: que in alto monte fidelis ecclesie tribuun-
tur. Ex septem enī panibus secuta refectio ad
septēformē bonorū ordinem existentiū in eccle-
sia reficientem dei filios spectat: perigēs liber
tatē a criminibus: et agrestem vitā ex designa-
tione turbarū/christū in montibus virtutū in-
ter arida loca querentiū. Sed Marc⁹ de vno
tm̄/circa quē christus propensius egit/exequit
dicens: Et adducunt ei surdū et mutū
et deprecabātur eū/ vt imponat illi
manū. Adducit surdus et mutus: q; nec ipse
audire poterat dei verbū/quo mot⁹ accederet:
nec loqui ad interrogandū quare turba hunc
hoiē sequeret. Uide multationes humani ge
neris/ ex peccato priorū in singularib⁹ psonis
inductas. Uide surditatē: sed i nullo damnosi-
or q in eo q quis audire nequeat dei legē origi
nalis iusticie/seu datā in monte scriptā digito
sacto. Et nec audire posse prophetas spūsctō
loquētes. Excedit in malo nō posse audire dei
filiū/verba vite p superna vita proferentē. Sed
hoc malū erat in aure cordis. Ue igit pampli-
us per omnē modum his qui ex cōtraria electi
one surditatē cordis auricule induxerūt. De q̄-
bus p prophetā dicitur: Posuerunt cor suum
adamantem/ne audirent. Et per psalmistā do-
minus conqueritur: Non audiuit populus me Psal. 80
us legē meā: nec intendit mihi. Et Salomō ait Prouer. 29.
Qui illusor est/ nō audit cū arguitur. Et alibi: Prouer. 28.
Qui declinant aurē ne audiant legē. Uolunta
ria enī surditas ad diuina est i culpa corporis
quidem preter voluntatē: aut ex vindicta/seu ex

aliquo occulto dei iudicio: iusto tamen: quo in homines sepe discernit: que non accrescit ad culpā/nisi cū maliciosa puenerit. Multi quidē ꝓpria iniquitate surdescūt: q̄ et venenatis serpentibus cōparant̄. De quibus ꝑ prophetā di
Psal. 57 citur: Alienati sunt peccatores a vulua: errauerūt ab vtero: locuti sūt falsa. Furor illis s̄m similitudinē serpētis/sicut aspidis surde obturātis aures suas. Alienant̄ pctōres a vulua/ q̄ ianua vētris est: id est a fide/que ianua est ad ecclesiā sanctā dei. Et errāt a vētre: id ē ab ecclesia: q̄ tot i se ꝯtinet secreta et occulta mysteria. Et necessario factū est vt ꝓferāt falsa. Nō ē veritas i his q̄ alienāt̄ a fide. Nā ⁊ filij alieni mētiti sūt mihi: filij inueterati sunt: ⁊ claudicauerunt a semitis suis. Et alieni cōtra dn̄m insurrexerūt. Verū fari nesciūt: sed falsitatib⁹ inuoluunt̄ hi q̄ ab eccl̄ia errauerūt. Fit i eis furor et indignatio: fit et cōtēpt⁹: vt more aspidis cū ceperit audire mersionē: vnā aurē terre figat: alterā cauda satagat obturare. Sic ⁊ errātes huiuscemodi pctōres ad verba diuine mersiōis ⁊ venefici: genus humanū et singulos homines peccatores supra omnē hominū sapiētiā incātans: aure vna rebus terrenis defixa: reliqua fine male actionis obtusa: oīno audire contemnūt: velut domus exasperās: que nec dn̄m nec ꝓphetā ei⁹ audire disposuit/ surdi voluntarie facti: ne fides proueniat ex auditu: q̄ est per verbū dei: erudiēs et saluās/et ad eterna deducens. Sibi denegāt salutē qui verbis ꝓhonorari nolūt: preter que nō saluant̄: q̄ aure cordis apposita cū instrumēto corꝑis audiuntur. Surdi principes sacerdotū/sacerdotes/scribe et pharisei: qui noluerāt̄ christū audire verba vite ꝓferentē/diligentes mundū presentē: quoniā verba vite eterne aduersant̄ trāsitorie vite. Nā signāda vita cū in dilectionē et delectationē venerit/vilescere facit omnē ꝑfunctoriā vitā: intēdens in vitā agendā ex tēpore/ vite delectabili omnino aduersam. Amor quidē vite decurrentis surditatē superinduxit: ne audirēt nunciatores euangelice vite. Surdos se fecerūt principes mundi: longo tractu temporis contemnētes audire christū: qui per ora humana diuinitus loquebat̄: et intantū instigāte diabolo seuierunt: vt crudelibus penis exitio traderent christi et eterne vite verba ꝓferētes. Hoc sanguis martyrū clamat: qui ꝓ predicatiōe regni eterni vbiq̄ predicat̄ effusus. Nōdū ista surditas ꝑ vniuersū orbē curata est. Redūdat etiā i multos: qui catechizatione verbi se fidei subiecerūt: sed auerterūt aures: ne morib⁹ tenerent quod fide iurauerūt. Sed ad mali cumulū merito accessit et mutitas: vt nec loqui possit/ qui prius nō percepit auribus veritatē. Erat em̄ et mut⁹. Multatus in lingua vtit̄ signis: ⁊ velut mimi manu indicāt quod displicet vel affectat Sed lingua sana ad explicāda cordis cōcepta nō sufficit: cū ipsa sola sit cordis verius instrumentū: quō manu intima cordis patefiēt? Sed male ethicus mutus est/qui deum non laudat: nec sibi gratias agit: nec proximū si potest ⁊ debet edificat: nec seipsum cū perperā agit/accusat. Et huic sic male acto turbe subueniūt: cū illum sic surdū non audientē verba diuine bonitatis: sic mutū/vt nec loqui possit: christo domino humanitate quadā visis miraculis alijs pro sanitate adduxerunt. Et deprecabant̄ eum vt imponat illi manū. Precantur turbe ꝓ muto: quia lingue carebat officio. Et illius cōmunitatis hoc habet imaginē/quam debent homines habere in natura: non solū in rebus extra corpora propria positis: que de iure diuino nemini cedunt in propriū: sed in corporibus ꝓprijs: vt cū quis aliqua membro deficit/ ab altero habente de mēbro simili adiuuetur: vt cecus ducatū habeat a vidente: lingua loquat̄ ꝓ muto: subueniat aride sana manus: deficiens pedibus deferatur a valido. Et cū sumus ex vna massa cōpacti: q̄uis sit quedā proprietas in personis: ex vna veritate nature sit valitudo membrorū in necessitate cōmunis. Et magno futurorū presagio sub christo res huiuscemodi agebantur: vt cōmunitas in veris fidelibus restaurēt̄ in gratia: que per iniquitatē in auariciā in propriū cesserat. Quod factum ostendunt christiana cenobia: vbi est cōmunitas rerum/similiter et membrorum. Ubi et egrotantibus qui sani sunt/ vt sibiip̄sis per sana membra subueniunt. Et hospitalia edita in subuentionem vbiq̄ in terris fideliū clamant patētibus ianuis: ꝙ hospitalarij res egētibus et sana mēbra exhibent pro infirmis. Deprecantur hi vt imponat manum: sed voluntas eius suffecisset aut verbū. Sācttitatē tm̄ consyderāt in ꝑsona: cuius tactu credunt ꝙ duplex huius pellatur infirmitas: sed necdū in christo potentiam deitatis audierunt. Habet autem quid occulti mysterij et moralis/ꝙ manus expetit̄ imponenda: vt eadē manus sit plasmans et libe-
rans. Manus tue domine fecerūt me et plas- Psal. 118
mauerunt me: veteri testamēto due magne tu- Job. 10.
be ꝓclamāt: Job similiter et Dauid. Et nō solū contēplatiua potentia/sed suis christus operibus nos saluauit. Et ipse operat̄ opa patris.
Et opus dedit illi pater vt perficeret. Et volū- Jo. 9
tas eius hec est/vt ꝑficiat opus ei⁹. Et opa nostra christi sunt operib⁹ coniūgēda: ⁊ man⁹ affigenda cruci expetit̄ ad impositionē. Nā ꝑ illā cruci affixā contrite sunt sathanice potestates: vt nostre damnationis chirographū ē deletū. [Et apprehendēs eū de turba seorsū misit digitos in auriculas eius: et expuens tetigit linguam eius. Et suspiciens in celū/ingemuit: et ait illi: Effeta: quod est adaperire. Seorsat a turba hunc sanandū domin⁹ ⁊ saluator nō humanā/sed diuinā pro sanitate datur⁹ medelam: quoniā sepe turbe nostrorū phātasmatū et patratorū malorū et rerum labentiū conglobatū/occurrunt anime ad deum redeunti: et perstrepūt valide i aurib⁹ cordis nostri: vt

nec possimus intelligere potiora. Proindꝰ me dendi archiatrus: qui primo sanandū retrahit a ꝓhibētibus sanitatē: deinde aufert argumenta recuperāde salutis. Sed huiꝰ curationis modus ꝓmouet infirmoꝝ aptitudinē ad salutem. Nā couertit illū saluator ad se/ vt facieruʒ mutuus esset aspectus: acsi ad noticiā iuitaret creatoris eius/ ad cuius imaginē factus est: vt cōsyderaret ꝙ super homines erat/ qui sibi in humanitate restituebat corporis sanitatē. Et sepe fixo intuitu causat amor: et cognito bñficia largiente: si nō diligebat/ saltē rependit amorē. Et inspectu faciei nostre quā condidit/ delectatur
Cant. 2. Quod ad ecclesiā dicit: Ostende mihi faciē tuam/ q: decora. Decus habet immēsuʒ cognitio saluatoris. Et ꝑ prophetā de cōtrario gestu conqueritur: Uerterunt ad me tergū/ et non faciē. Et
Hiere. 2 cū sic iste sanādus consisteret ante faciē saluatoris: misit digitos/ scʒ auriculares/ in auriculas eius: nō omnes/ sed minores vtriusqʒ manꝰ velut expurgās aures ab auditu malo/ ab iobedientia celestiū preceptorū. Nā sepe in scriptura ꝓ veritate obedientie aurē positā inuenimꝰ: sicut scriptū est de obediēte populo: In auditu auris obediunt mihi. Et expurgauit sinistrā: ne audiret vocē demonis/ vocē mūdi/ vocē carnis: Et vt audiret terrificū tonitruū eterni iudicij/ eterne damnationis: quo male agētibus dominus cōminatur. Expurgauit et dexterā vt audiret agenda: et ipsa fixa celo diuinis insisteret. **Et expuens tetigit linguā eius.** Magnū sacramentū in sputo: quo etiā et oculos ceci nati aperuit. Sapientia videlicet de superno capite defluens: ad directionē lingue/ ad eruditionē doctrine/ ad publicationē occultorū malorū/ ad odas/ ad gratiarūactiones referendas instruxit. Nec quidē mutus creatus est homo: sed cū instrumento quo loq̄ possit diserte. Nec voluit christus cor sufficere ad amorē ⁊ cōtemplationē: si possent suppetere corpis instrumenta in actione bonorū. Protinus et ipsū corporis organū instrumentū virtutū est: in quo deperditū membrū a culpa neglectus absoluitur: ⁊ viua subiacent/ si non perficiunt opus dei. Nihil sit ociosum in corpore/ quod virtutis potest esse mancipiū: Alioquin damnationē incurrimus: velut qui operatus nō fuerit in talētis acceptis. Idcirco suspexit saluator in celū: vnde in homines bona prouenirūt: quia omne datum optimū/ et omne donū perfectū de sursū est descendens a patre luminum. **Et ingemuit:** ꝓ miseria conditionis humane: ꝙ in adā sic oēs multati sumꝰ: ꝙ ex peccatis proprijs ampliori subiacemus: ꝙ mēbris debito iure nō vtimur: ꝙ instrumenta vitiorū querimus: ꝙ iste in duobus liber iterū poterat multiplicari/ si virtutū nō cōuertisset ad vsū. **Et ait: Effeta: quod est adaperire.** Uerbo mōstrauit potētiā: q: in sempiterno dei verbo cūcta creata sunt: ad quod ilico secutꝰ ē effectꝰ. **Nā et statim aperte sunt aures eius: et solutū ē vinculū lingue: et loquebatur recte.** Sic q̄ppe ꝓphetatū erat: ꝙ apturꝰ esset aures surdorū: et linguas mutoꝝ facturus disertas. Nō tñ necessitate ꝓphetie/ sed rōne subueniēdi hoīm indigentie ac diuine potētie ostendende hoc fecit. Maxime aūt vt supra fati sumꝰ; vt deꝑdita mēbra corpis reſerēt instrumēta virtutis. Quod et factū est cū sequitur: ꝙ et loquebatur recte. Quoniā nemo recte loqui potest instrumēto lingue nisi dictante virtute: sed nec testimoniū auditꝰ restituti ꝑsonuit sicut ⁊ lingue: cū aliter hoīem audire nō clareat/ nisi cū dictis assentit et dissentit: iussis obedit vel denegat: ad interrogata respondet/ vel nō audiens silet: vocatꝰ presto se asserit/ vel vt silētio tacitū se prebet. Audit ꝓtinus in regno virtutū oīs qui dicit: Loquere dñe: q: audit seruus tuus. Restitutas habet aures qui dicere potest: Audiā quid loquatur in me dominꝰ. **Et precepit ne cui diceret.** Sepe huiuscemodi prohibitionē in euangelio legimus: ⁊ eādē habet explanandi sentētiā: vt alibi factū est. **Quanto aūt eis precipiebat:** tanto magis plus ꝑdicabāt: et eo ampliꝰ mirabantur dicentes: Bene omnia fecit: ⁊ surdos fecit audire/ et mutos loqui. Bene omnia fecit: qui primā creationē aspiciēs cūcta que fecerat/ erant valde bona. Nescit ab ista potētia preterq̄ bonum egredi: sed ipsa creatura se traijcit in vitiū. Inexceptuata ē ista ꝓlatio/ ꝙ omnia bene fecit: sed verior est effectus/ ꝙ enāritata bene remascellauit ad pristina. Et solum eius est illa mala propellere/ que bonā naturā maculant voluntate hominuʒ consentiēte: aut ipso in sua prouidentia permittente. Bene oīa fecit: nō hominū merito/ sed sua bonitate: quā rebus a se creatis cōmunicabilē fecit. Sed laudant turbe atqʒ mirantur in hominibꝰ diuinaʒ ostensā virtutē: eo ꝙ surdis restitueret auditū/ mutisqʒ loquelam. Auditū scilicet illorum que sub hebraica litera/ que apud hebreos scribitur samech inscribuntur: que interpretatur adiutoriū sententiandi. In psalmo quippe: In eternū Psal. 118
domine permanet verbū tuum in celo. Igitur hoc verbum est audiendū: quod in eternū in suis promissionibus permanet et in celo: vbi omnia impretermisse suis vicibꝰ alternantur. Sub hac etiaʒ littera ex sua interpretatione dicitur in Prouerbijs: Sindonē fecit et vendidit: et cin- Prouer. vlti.
gulū tradidit chananeo. Audi surde post restitutionem auditus: ꝙ tu sis ipse auditurus post doctrinā verbi permanentis in celo. Sindonē facias/ scʒ candidationē operū tuorū: qua christum inuoluas in sepulchro ponendū: quia i pace factus est locus eius: qui tantū est in puritate intentionis operumqʒ nostroruʒ. Sindo ad candorē multo labore deducitur. Et cingulum tradidit chananeo. Christus deus chananeus est: quia zelotes. Et scriptū est: Ego suʒ deus Exo. 20.
zelotes: in castitate zelās animas quas redemi cui nostre mundicie traditū est cingulū: prout in euangelio exigit: Sint lūbi vestri precincti. Lu. 12

Et sub hac littera Hieremias terrorē indicio-
rū/et irā indignationū eius ad nos/audire sua-
Treni.3. det dicens: Operuisti in furore et pcussisti nos
occidisti et pepercisti: opposuisti tibi nubez ne
transeat oratio: eradicationē τ abiectionē po-
suisti me in medio populor. Et quid loquit mu
tus iā resumpta ptāte loquēdi? Ut si corde cre-
dit ad iusticiā: cōfessionē oris faciat ad salutē.

¶ De ceco illuminato/et duplici im positione manus in bethsaida: secu- dum Marcum tantū. Ca. XXVI

Mar.8. CUm venisset bethsaida/ addu-
cunt cecū: et rogabāt eū vt illū tange-
ret. Et apprehēsa manu ceci/ duxit eū
extra vicū. Et expuens in oculos ei9/impositis
manibus suis/interrogauit illū si aliquid vide
ret. Et aspiciēs ait: Uideo homines sicut arbo
res ambulātes]. Pius medicus et humilis di
gnationis est censendus: si nulla spe mercedis
visitat egrotantes/qui ad eū nequeunt habere
accessum. Preuenit dñs cecū cū venit ad vicū/
q̄ vallē penalis interpretatur: qua similitudine
preuenit omne genus humanū/in valle huius
miserie interclusum/ maxime morbo cecitatis
oppressum. Sed adducitur hic cecus natus du
catu videntiū. Etenī legis dei peritiā habētes/
ignorātes pduxerunt ad noticiā veritatis. Sed
nec tātū legendi aut audiendi siue docendi stu
dio quis instruit: sicut cū humilib9 pseuchis
supplicat ad deū. Et sepe doctores q̄uis nō no
uerint/magis orationib9 q̄ verbis pfecerūt in
populo: et verbū doctrine orationibus adiuue
runt. Proinde rogabāt vt illū tange
ret. Quotquot tactū aut corpalē psentiā exqui
sierunt: sanctitatē tm̄ in homine/ virtutēq̄ da-
tam desuper crediderunt: nō deū verū et homi-
nē in assumpta natura latentē: qui vbiq̄ simili-
ter potest: a quo cuncta equaliter sunt ppinqua
vel discant si distare ab illo fas esset aliqd di-
cere: nec opus est sibi aliquid agere gestu cor-
poris: q2 omnia pfecit solo imperio volūtatis.
Sed q2 homo diuina operat humane. Naz et
apprehensa manu ceci/duxit eum ex
tra vicū. Dux factus est cecorū lumē eternū
et manū porrigit: vt ex tactu cecus ducē secur9
subsequatur. Nouit discrimina viarū atq̄ vo-
ragines: in quibus posset cecus male duct9 in-
cidere. Nouit scopulos i quibus posset impin-
gere. Nouit τ diuerticula/in quibus posset er-
rare: idcirco via recta venit ad cecū. Christ9 est
via: secure ducit/neuter casur9 in foueā. In stu
porē et in admirationē omnis animus audiens
se deberet cōuertere/ q̄ christus factus est dux
ceci: et pedagogus eius qui p seipsū quo perge
Exo.14. ret/nesciebat. Duxit in nube atq̄ i igne popu-
lū de egypto velut de horrēdis tenebris: a qui-
bus nisi p eū nō erat egressus. Et de ipso dictū
Prouer.4. est: Ducā te p semitas equitatis: quas cū ingres
sus fueris/nō coartabunt gressus tui: τ currēs
nō habebis offendiculū. Ceci omēs sum9: hoc
duce pariter indigemus. Prestat ipse suā ma-
nū: porrigamus et nostrā. Et opa nostra infir-
ma suis altissimis operib9 cōiūgam9: neminem
nisi solū ipsuz sequētes. Nā ipse dñs solus dux Deute.32.
noster/scz israelitici populi tunc: et nō erat cum
eo deus alienus. Et in captiuitatē et i interitū
vadit/qui hu9 semitas non sectat. Et p pphetā
dicit: Populus enī duct9 est in captiuitatē: q2 Esa.5.
non habuit scientiā. In captiuitatē criminū et
vitiorū ire necessariū factū est: qui non habuit
scientiā quā ductor supern9 cecorū τ ignorātiū
ipse docuerit/ dux recte viationis: oēs ducens
in viā rectā qua itur inter sepimēta virtutū: si-
cut scriptū est: Et eduxit eos in viaz rectam: vt Psal.106.
irent in ciuitatē habitationis. Qui hunc ducē
reliquerit/semp ibit in pceps. Et p Hieremiā
dñs querulatur inter cetera mala que fecerat
populus eius/ q̄ ipsum reliquerunt ducē. Nun- Hiere.2.
quid non istud factū est tibi: q2 dereliquisti do-
minū deū tuū/eo tēpore quo ducebat te p viā?
Nunq̄ derelinqui pōt dux iste/nisi cū ducit per
viaz. Nam in patria beatitudini adherentes/
electi erunt: vbi derelinqui nec valent/nec po-
terunt. Reprobi vero tūc nolentes relinqui/re
linquentur: eo demerito quo hic dominū reli
querūt. Qualis huius ducatus ad cecū? Extra
vicū scz bethsaida: qui domus pecudū siue fru
gū abundantia/ et vallis penarū interptat. Ab
eterno beatis extra miseriā p misericordie ma
nū suos electos ducit: quam duplicē esse soluz
agnouimus/culparum atq̄ penarū: sed vna pe
nitus aliā precucurrit: nec secunda sequeretur
nisi prima preisset: qui a prima educitur/nō de-
ueniet in secundā: q̄q̄ multis penalitatib9 trā
sitorijs subiaceat caro mortalis/ etiam subitu-
ra mortis imperiū. Sed si rationi sequenti du-
cem adheserit: resurget i gloriā destructo mor-
tis imperio/nequaq̄ vlterius pessundāda. Exea
mus extra viā pecudū: vt nō simus sicut equus
et mulus/ quib9 nō est intellectus. Que maior
miseria hominū existentiū ad imaginē dei/ q̄
more pecudū viuere: vt super se fetentia onera
portēt/improbūq̄ sessorem ad nefas duris cal
caribus perurgentē? Exeamus sequentes du-
cem extra vicū frugū: mundi liquida relinquen
tes et abundantiā: que contra naturaz peccare
disposuit zodomitas. Exeamus extra vicū: in
quo penam meremur cumulatiōe culpar. Exe-
amus extra castra: portantes improperiū Chri
sti: quo Moyses egyptiacā gloriaz vilipendit.
Ducens extra vicū iesus hūc cecum
expuit in oculos eius. Per supernā sa-
pientiā/nostre mentis cecitatē illuminat. Non
est vera sapientia/ nisi que de christi capite de-
scendit. Et imposuit illi man9: vt homi-
nē se ostēderet. Et interrogat si aliqd videt. Be
ne ipse nouerat si videbat: sed in noticiā astan
tiū vult deuenire quod agit. Qui homies
velut arbores ambulātes se videre
respōdit. Non videbat pprīū/ sed cōmutatū
nō in re visa/ sed i suis oculis maculatis. Falsi
rerū estimatores de alijs extra se iudicant/ put

intus dictat cõcepta nequitia: et tales arbitrantur ceteros quales ipsi deprauati ꝯsistũt: et ipsi ad bona isensibiles/sic alios esse decernũt. Nõ erãt arbores homines quos videbat: nec vt arbores ambulant: cũ solu impulsu extrinseco arbores moueant. Sed in hominibꝰ nõ bñ vidẽtibus arborina similitudo regnabat: nõ i re visa erat illusio/sed in vidente: velut in aqua partim/et extra partim: remus aspectus, circa illã partẽ vbi situs diuersitas incipit videat fractꝰ/cũ ipse sit sanus: que falsitas nõ existit in remo sic sito/ sed in oculo sic deluso/ ꝑpter diuersos situs rei integre aliter decernere non valente. Sed cur sic homines in alia similitudine non vidit ꝙ i arboribꝰ: aliq̃d habet secreti mystery: cũ et postea videnͭ omnia recte. Precursor dñi totã humanã naturã arborẽ appellauit: quã et

Mat.5. dixit diuino subiacere iudicio. Jã ad radicẽ arboris securis posita est: velut iudicium christo datũ: enũcians ad succidẽdas arbores steriles igniq; tradẽdas: quoniã pater omne iudiciũ dedit filio. Et potestatẽ dedit ei iudiciũ facere: qa filius hominis est. Ipse autẽ saluator securim habens diuine iusticie/arboribꝰ hoies cõparauit

Mat.7. dicẽs: Ois arbor bona fructꝰ bonos facit: Mala aũt arbor fructꝰ malos facit. Sed fructꝰ malos faciens succisa mittetur in ignẽ. Nulla inuenitur arbor mala: bonitate naturarũ omnia bona sunt. Nã vidit deus cũcta que fecerat: et erant valde bona. Sola hominis volũtas mala est in causa/malorũ operũ fructꝰ ad extra deducẽs. Proinde hic illuminãdus videt in prima cura hoies velut arbores ambulare: quasi sub iudicio dei oẽs ineuitabiliter existere/iuxta fructũ manuũ nostrarum retributionẽ recepturos sed nõ definite quãto pmio bonos/ quãto supplicio reprobos esse donãdos. Uisio hec ꝑma terroris et timoris initiãtis est: ꝑ eo ꝙ omes diuino atq; tremẽdo iudicio subiacemꝰ. Expedit quidẽ hic primus aspectꝰ ad offerendã cautelã: ne velut steriles aut male fructificãtes arbores succisi tradamur in ignẽ. Necnõ et visio huiusmodi paternis seu ꝑtoplastinis delictis omnes homines subiacere decernit: ob causaꝫ ꝙ relictis cũctis paradisi arboribꝰ/ de interdicta dũtaxat arbore tetigerũt. Filij quideꝫ arboris interdicte dicunͭ oẽs qui semine corrupto ex ꝑmis parẽtibꝰ processerunt: ꝙuis multos liberet gratia quos infecit corrupta natura. **Deinde posuit iterũ manꝰ super oculos eiꝰ: et cepit videre: et restitutꝰ ẽ ita vt videret oĩa clare.** Curatur ille paulatim: nõ ob defectũ potentie/ sed ob mysteriũ. Secũda hec impositio manus qua videt oĩa clare: ad verã scientiã ꝑtinet/qua oĩa in suis consistentijs cognoscunͭ siue credunͭ: cũ nec temerarie aut supra moduꝫ de hominibus existimaͭ atq; creditur: nec de diuinis iudicijs aut misericordia hesitaͭ: cũ fugiẽda et appetẽda/nõ facienda et agenda pariter cognoscunͭ: et cũ sciͭ q̃liter est cõuersandũ in medio nationis praue. Et

misit illum in domum suam dicẽs: Uade in domum tuã: et si in vicum introieris/ nemini dixeris. Introrsus ille remittitur: vt nouerit speculando quid acceperit/ad q̃d obligetur ex acceptis. Optima et grata consyderatio est: etiã si repẽdere neq̃t: habere pre oculis bñficia creditoris/ maxime creatoris: qui nullis nostris valentibꝰ meritis/ expediẽtia nobis gratis et benigne ꝯcessit. Uadat in domũ suã illuminatus a dño: vt contempletur interne/ne forinseca querela prepediat: ne sensibꝰ occupatus corporeis/videat ex illo lumine quod diuine suscepit. Abdicatũ se a vulgaribus cõsortijs faciat/q luciferos splẽdores aspexit. Et si expedit in publicũ aliquãdo procedere: ne diffundatur animus in loquendo etiã bona qui gratiã habẽt: cũ omnes non deceat esse theologos/sed lugentes et gratos/ et penitentiã agere. Nec omnibus datũ est in alios celebrare salutẽ. Et ex opportunitate/nõ ex voluntate oportet esse sermonẽ. Ad animi tumorẽ spectat et fastũ ostẽdit loq̃ et erudire: si nõ mittaͭ superioris mãdato. Splẽdor illuminãs primo sit ad seipsum in quẽ diffusus est: nec deriueͭ in alios/nisi iubeat superioris autoritas / aut vrgeat necessitas: aut oĩno exigat charitas. Et forte ꝙ iste nõ erat de vico bethsaida: q primo inde foras educiͭ: deinde diciͭ: **Uade in domum tuã.** post hoc: **si vicuꝫ introieris.** Quo enĩ poterat domũ introire/ vicũq; nõ introire: si domus fuisset in vico.

De curatione vnius infirmi ad probaticam piscinam: secunduꝫ Joannem tantum. Capi. XXVII

Et cum quodã tempore esset dies festus iudeorũ/ascẽdit iesus hierosolymã. Erat aũt hierosolymis ꝑbatica Jo.5. piscina q̃ cognominaͭ hebraice bethsaida/q̃nq; porticꝰ habẽs. In his iacebat multitudo magna lãguentiũ/cecorũ/claudorũ/aridorum/ expectãtiũ aque motũ]. Crebro legimꝰ saluatorẽ interfuisse ex studio festiuitatibꝰ iudeorum: ad ostendendã virtutẽ/ ad inferendã doctrinã: non ad ostentationẽ vt humanã gloriã venaretur. Et sua benignitate se necessitatibus hoim inferebat/requisitus siue irrequisitus. Uenerat enĩ ꝑ male habentibus/quibus opus est medicꝰ/sed nõ pro sanis: quia neminem sanũ inuenit: neq; mercedeꝫ capturus in languidos intendebat: bonitate tm̃ ꝑpria ferebatur. Qui Hierusalem tempore festiuitatis ascendens: velut nihilopẽsus ab his qui sibi sane videbantur/terrenis festiuitatibus intendentes: ad male habẽtes / qui festiuitatibus vacare nõ poterãt/se cõuertit misericors/miseris factus hõ. Semꝑ christus illͭ se tradidit ad solamẽ/qui mundi solatia desperant: aut quos ipse mũdus abhorret: siuelint se in christi bona transferre: aut abijciẽtes voluntarie saltẽ corde seculũ: aut abiectos a mundo si ad gratiã deputãt ꝙ abiecti sunt/ dũtaxat christꝰ acceptat. Et hi solũ inter dei filios cõ-

putant͛: sicut in Sapiẽtia legit͛ ex vocib⁹ dam-
Sap. 5 natorũ: Nos insensati vitã illorũ estimabam⁹
insaniã / et finẽ illorũ sine honore. Ecce quo-
modo cõputati sunt inter filios dei: ꝛ inter san
ctos sors illorũ. Hos em̃ miseratus dominus
in hac vita / visitat ad piscinam que hierosoly
mis erat. Et ꝓbatica vocabat͛ ab officio / nõ a
ꝓprietate rei: quoniã ibi oues abluebant͛. Pi
scina dici cõsueuit ꝙ plena piscibus esset: sed
hec antiphrasitica locutio est: nã piscibus ipsa
carebat. Nõ em̃ vbi balnea ingia hoim / nata-
tile pisciũ agitur. Sed mysteriũ secretũ habet
hec piscina. Discussũ vero aliquid gratũ affert
Piscina congregatio aquarũ apparentiũ su-
pra terrã / desuꝑ descẽdentib⁹ imbribus cõgre-
gatarũ / aut ex occultis venis ꝓdeuntiũ / aut ex
vtrisqȝ. Gratia dei om̃ibus ꝑparata est hec q̃
Jacobi. 1 de celo descẽdit: qꝛ omne datũ optimũ / et om̃e
donũ perfectũ de sursũ est. Et hec publica et
nota cunctis sane credẽtibus ex occultis meri
tis / que nemo hominũ nouit: q̃ hierosolymis
est: que terra pacis habet imaginẽ. Gratia di-
uina siquidẽ nõ aliter aut alibi ꝙ in pace ꝯgre
gatur aut prestat͛ querẽtibus. Et fruct⁹ iusticie
2. Petri. 3. in pace seminat͛. Proinde Petrus: Satagite
ĩmaculati inueniri in pace. Sed si piscina ĩ hie
rusalẽ tunc notissima ciuitate: nũc abũdantia
gratiarũ in excellẽtissima christi pace: nec ĩ an
gustũ vel in occultũ inclusa est gratia: sed ha-
bet in publicũ / habet priuatũ: possibilis ad ha
bendũ in vnitate seu veritate querẽtibus / ĩpos-
sibilis diffidẽtibus. Multa est et vna est: mul-
ta ꝑ omnib⁹ / vna ꝑ singulis. Nã de habẽte pul
Hester. 15. chritudinẽ faciei dictũ est: Facies tua plena ẽ
gratiarũ: prout de deo habetur noticia fidei in
hac vita porrecta oĩs gratie plenitudo: vt nihil
desit volentibus in vlla gratia. Et de sapientia
Eccl. 24. dicit͛: In me omnis gratia vie et veritatis. Nõ
est filij dei gratia vllis coartata limitibus: cõ-
munis omnib⁹ volentibus est: in his maxime q̃
in appetitu hoim sunt / scȝ in vita ꝛ veritate gra
Ro. 5. ta satis. Et gratia vnius hois ĩ plures homi-
nes abundauit. Intantũ siquidẽ abũdauit: vt
omnes viuẽtes volentes ipsi⁹ possint esse par-
ticipes. Et sicut vnius intantũ abũdauit gratia
vt deriuari possit ad oẽs ipsius effect⁹ / sanans
inuisas hoim mentes: ita et vnitatis christifere
oportet tenere concentũ / qui satagit illã in ve-
ritate sortiri: sicut inter tot lãguidos vnius sa-
Ro. 5. natio manifestat. Et vbi supabũdauit delictũ /
supabũdauit et gratia. Sed delictũ in om̃es: ꝛ
Ad titum gratia ꝑ omnib⁹ facta est. Et gratia saluatoris
nostri dei omnib⁹ apparuit / erudiẽs nos. Non
em̃ solũ ꝓpter vnã gentẽ aut populũ / aut quem
piã singularẽ apparuit gratia christi / sed oib⁹
hoib⁹: qꝛ vult oẽs hoies saluos fieri ꝛ ad agni-
tionẽ veritatis venire. Gratie abũdantiã ista
presagiet piscina. Sed est in hierusalẽ: qꝛ in pa-
ce inuenit͛: quod est hois optimũ: nõ in illa vbi
est amaritudo amarissima: sed ĩ illa que datur
hoibus bone volũtatis. Lauabant͛ in ea oues

Vere quidẽ humiles nõ in alijs balneis preter
ꝙ in dei abluunt͛ gratia. Flumina babylonis ꝛ
egypti sunt oẽs aque preter gratiã saluatoris.
Et si qua videtur abluere / amplius turpãt: nisi
aqua hierusalẽ vbi abluũtur animalia mitia / in
dominicũ sacrificiũ offerenda. Atqȝ nõ incon-
grue bethsaida hebrace vocabat͛ / scȝ dom⁹ pe-
cudum: vt significatio rei signate congrueret.
Oues em̃ Jesus suos sequaces ꝛ auditores ap
pellat. Oues mee vocẽ meã audiũt: et sequunt͛ Jo. 10.
me. Cingebatur qnqȝ porticibus / quinqȝ iã de-
cursis mũdi etatibus: circũdata gratia / copijs
infirmoꝝ scȝ ipsa egentiũ erat: iacentiũ ĩ terre-
nis et peccatis ꝓprijs atqȝ delictis. Cecorũ per
ignorantiã veritatis. Claudorũ scȝ hesitantiũ
et claudicantiũ in duas partes an verũ deum /
vnũ vniuȝ: an idola seq̃ penitus debuisset: sicut
Helias ꝓpheta magnus idolatrãti populo in
optionẽ dedit. Vt quid claudicatis ĩ duas par 3. Reg. 18.
tes? Si deus est dñs / sequimini eũ: si aũt baal /
sequimini illũ. Multi hesitauerũt in fide vẽtu-
ri christi / et in cultu vni⁹ veri dei. Et cũ ipse ad-
uenit / mũdo se palã faciens: etiã claudicatũ est.
Alij quidẽ dicebãt / qꝛ bonus est: alij quia sedu- Jo. 7
ctor / et seducit turbas. Et adhuc claudicant ꝙ
plures fideles in fide christi iesu / impingentes
in vitã eius et doctrinã suã: aut additionibus
aut detractionib⁹ / aut sensualiter aut questua-
rie / aut fauorib⁹ delectati alit͛ sentiendi. Et ari
dorũ / qui habebant desiccata mẽbra: ꝙuis ad-
huc cõiuncta corꝑi: que de humore corꝑis non
habebãt: nec percipiebãt alimenta virtutũ: ve-
lut ramus desiccatus in arbore: ꝙuis nõ preci
sus: nihil tamen recipit de humore radicis / vt
pubescere possit ĩ flores / ꝓdire in folia: et aptos
fruct⁹ educere in vtilitatẽ aut delectationẽ ve-
scentiũ. Sicqȝ multoꝝ erat: modoqȝ regnat ari
da vita infideliũ: scȝ qui ꝙuis cũ credentibus
vnũ sint vnitate nature: ab effectu tamẽ inuisi-
bilis gratie sunt diuisi. Et quod ampliori me-
rore dolendũ: ꝙ plurimi fideles qui apparenter
tenere videtur vnitatẽ fidei: sed affectib⁹ ꝛ mo
ribus recidũtur: ꝛ pleriqȝ male sentiẽdi errori
bus sunt abscisi: vt humorẽ occulte gratie q̃ in
corꝑe viget ecclesie / nullo mõ percipiãt: vt fru
ctus dignos penitẽtie faciãt regnis celestibus
aptos. Et israelitici hoc in deserto ꝓfitebãtur /
dicẽtes: Anima nostra arida est. Arida erat aĩa Nu. 11
que in memoria tenebat egyptũ: ꝛ ea q̃ in egy-
pto reliquerãt. Arida est om̃is aĩa que delecta-
biliter tenet memoriã peccatorũ: et appetit ĩ te
nebras quas reliquit: et vellet appetere ignorã
tie incolatũ. Et ossibus aridis dicit͛ / vt audirẽt Eze. 37.
verbũ dñi. [Et expectabãt aque motũ
huiuscemodi multitudõ languentiũ: cuius mo
tus erat per angelũ: ex quo nisi vn⁹ sanari non
potuit: ille dũtaxat qui prior ocyus post motũ
descẽdisset.] Om̃is expectatio est futurorũ: et
maxime que differũtur. Et expectatio creature Ro. 8
reuelationẽ filiorũ dei expectat: que nondũ est /
sed futura est: et expectatio petitionũ nostrarũ

vt exaudiātur ab altissimo: quod desyderandū
Job.6. anxie/patienterqȝ si differtur. Hinc iob: Quis
det mihi vt veniat petitio mea: ⁊ quod expecto
tribuat mihi deus. Expectat ⁊ immutatio cun-
Job.14. ctoꝝ. Job: Cunctis dieb⁹ quibus nunc milito/
expecto donec veniat imutatio mea. Expectat
⁊ domin⁹ in sua plenitudine gratiarū: sed quo-
usqȝ veniat viriliter est agendū. Etenim hortat
Ps.26. dauid. Expecta dominū ⁊ viriliter age: confor-
Ps.36. tetur cor tuū ⁊ sustine dominū. Et iterum: Expe
Treno.3. cta dominū ⁊ custodi viā eius. Et alibi: Pars
mea domin⁹ dixit anima mea: propterea expe-
ctabo eū. Sed in omni expectatiōe bonoꝝ spe-
randorū patientia opus est. Hinc iacobus ait
sub similitudine in spe agricole: vt expectando
Jaco.5. patientiā habeamus. Patientes estote fratres
vsqȝ ad aduentū domini: ecce eñ agricola expe
ctat preciosum fructū terre/patiēter ferens. Et
dauid in expectatiōe sua exauditū se gloriatur.
Ps.39. Expectans expectaui dominū: ⁊ intendit mihi.
Et cum oratione dñi ⁊ bonorū eius expectatio
Ps.118. fiat. Aiebat eñ domino profunde orans: Non
cōfundas me ab expectatione mea. Expectabat
⁊ ista multitudo languentiū aque motū. Quem
motū non a seipsa/sed ab alia virtute: atqȝ angē
lus inuisus vise mouebat aquā. Patebat sensui
aque motus: ꝗuis motor inuisibilis esset. Mo-
uet magni cōsiliū angelus aquā/scȝ gratie: cum
corda hominū cōmouet ⁊ inuitat ad gratiā. Et
quoddā inuitatoriū erat ille motus/vt descēde-
retur in aquā. Mouetur quidē gratia/cuȝ ad se
indigentes inuitat. Non eñ homines ante mo-
uent ad illā: nisi prius gratia ad hoīes moueā-
tur. Preuenit eñ gratia omnē motuȝ cordis ad
illam: omnemqȝ bonam corporis actionē. Hinc
Joan.15. saluator ait: Sine me nihil potestis facere. Et
2.Cor.3. Apostolus: Non sumus sufficiētes aliquid co-
gitare ex nobis tanꝙ ex nobis: sed omīs suffici
1.Cor.15. entia nostra ex deo est. Et alibi: Gratia dei sum
id quod sum. Nam ipsa mota per angelum ma
gni consiliȷ̄/scȝ vnigenitū filium dei/saulum ad
seipsum ꝓmouit: vt preuētus a gratia operaret
in gratia: vt nihil bonum vellet/aut ageret/aut
esset nisi ex gratia. Quotidie siquidē agitur mo
tus gratie: sine intermissione querit sanare lan
guentes: in quinqȝ porticib⁹/id est in quinqȝ sen
sibus egre atqȝ infirmiter quiescentes. Mouet
aqua: descēdatur in eā: sequatur sanatio: receda
tur a porticibus: vt nō vltra quiescat in sensib⁹.
Brutale ꝓprius est in sensib⁹ quiescere: atqȝ su
pra naturā fiamus: quoniā ipsa supra naturam
est aspernatus corruptā naturā: non cōfundēs
sed adiuuans ꝯditam. Sed magnū sacramentū
ostendit/ꝙ tantūmodo sanabat vnus. Unitas
quidē hec in vnitatē traȷ̄citur fidei omniūqȝ vir
tutum: signatqȝ non duos/aut plures/ sed vnuȝ
conuentū verorum fidelium. Illam porro vni-
tatē vnius sanati vnitas ostēdit: preter quā esse
potest nemini salus: vt in vnam coeatur fidem
vnamqȝ charitatē/vnamqȝ catholicā ecclesiam
orthodoxā: vt cuncte virtutes ex vno ꝓdire cre-
dant: ⁊ ad vnū finem legis ⁊ prophetarū iesum
christū referantur: sub vni⁹ fide dei qui est trin⁹
in personis/vnus in substantia: quoniā de statu
canit fidelium: ꝙ bonum est/ꝙqȝ iocundū habi Ps.132.
tare fratres in vnū. Et deus habitare facit vni-
us moris in domo. Non habitat in vnum: neqȝ
in vnū concorditer cōuenitur: nisi habitatores
vnius moris extiterint. Unus est mos ecclesie:
vna est vrbanitas eius solū satagens in pugna.
Et cuȝ duo sunt oculi in capite multiqȝ capilli:
solum in vnitate sponsus pro amore a sponsa se
vulneratū esse fatet. Uulnerasti cor meū in vno Canti.4.
oculoꝝ tuoꝝ: et in vno crine colli tui. Duo sunt
oculi/dexter ⁊ sinister. Duo sunt itellectus/fidei
⁊ nature. In oculis fidei amoris vulnus factū.
Innumerabiles sunt capilli capitis et colli apud
nos: sed apud deū omnes numerati sunt: sed in
vno sponsus a sponsa gladio amoris cōfodit:
vt propter christū solum impassibilitas veniat.
Crinis quidē impassibilitatis habet indicium:
necnō ex vnitate ad aliam directionē trahimur
vt ab oībus dissilientes adhereamus deo. In-
quit eñ apostolus: Nam qui adheret deo/vnus 1.Co.6.
spiritus est cū eo. Sed conspicit ⁊ intēditur in
vno longeui tēporis egro triginta octo annoꝝ:
non ꝙ semꝑ ab initio infirmitatis iacuerit ad pi
scinam: sed tantū in eo fuerat perdurata infir-
mitas. Hic pre ceteris in infirmitate laborauē
rat: ⁊ omni humano destituebat auxilio: ad cu-
ram ꝑueniebat ab aliȷ̄s. Nemo sibi erat auxilio
ad descēsum: ⁊ inter miseros miserior erat. Si
tēpus infirmitatis attendit: genus humanū est
a diabolo in possessione scriptū: sed quoniā nō
omnes illi diuino imperio liberātur: populus
gentilis in illo signat cultu idolatrie iure ꝓscri
ptionis diabolo mancipatus. Potius autē dif
ferendo vehor in omnē hominē peccatorē: quē
sathanas diuturnitate tēporis possedit: multi-
plicatione criminū/magnitudine scelerū/iure
prescriptionis: cui nunꝙ fuit interdicta posses-
sio quin velit posse: possitqȝ velle venire ad gra
tiā: prout venit iste egrotus ad piscinā. Aggra-
uat hominū culpas tēporis longeuitas in pec-
cato. Et dominus per Hieremiā populū argu Hiere.2.
it de lōgeuitate temporis in peccatis. Nūquid
possit obliuisci virgo ornamēti sui: ⁊ sponsa fa-
scie pectoralis sue? Populus autē meus oblit⁹
est mei diebus innumeris. Nemo dei obliuisci-
tur nisi amore ꝓprio delectatus: ⁊ preter ipsius
legem ad creata visibilia ⁊ ad mundi gloriā de
lectatione se ligans: et hoc vtiqȝ malum est: sed
hoc grauius/ꝙ in diebus innumeris. Sed cum
paucitas dierum hominū sit cito finienda: quō
quis a deo verti potest diebus innumeris: nisi
ꝙ ꝗntum quis potuit/in iniꝗtate ꝑmāsit? Quod
vero iste hoīem non habuit: veritas facti est ꝙ
homo diuturne peccator hoīem non habet in-
nantē ad gratiā: ⁊ sanitatē a sua egritudine con
sequendā. Et ꝗuis ad hoc plurimū valeāt ora-
tiones sanctoꝝ: ipsis oīno se priuat peccator in
deficiens. Sed hoc sepe bonū etiā inuolūtarie

atqꝫ diuturne peccantib⁹ remanet/ꝙ sanari ex-
pectant: vere credētes infirmitates animarū esse
peccata nullasqꝫ maiores. Hunc sic longeuū in
firmū saluator alloquit̄: si sanari cupit interro
gans. Uis sanus fieri? Optime ipse noue-
rat: nec erat aliter autumandū: quoniā tantū ob
hanc causam venerat ad piscinā. Sed querit ie
sus si vult: vt ore ꝯfiteret̄ malū/quereretqꝫ salu
tē. Eademqꝫ imagine affatur in interiori sensu
quēlibet peccatorē: Uis sanus fieri? Quid ista
interrogatio sentire videt̄: nisi es ne infirmus
ore ꝓprio confitere peccatū? Affectas sanitatē:
odire te infirmitatē oportet. Odis illā: argumē
tis contrarijs ꝓsequaris. Uis sanus fieri? Pla
cet ne tibi sanitas? Ergo infirmitas displiceat:
immo sanitas magis placeat. Uis sanus fieri?
Potuit ne peccatū te priuare libere volūtatis
arbitrio? Potuit ne sathanas te in illud bara-
trum obstinationis viuentē immergere: vt tibi
malū displicere nō possit velleqꝫ iusticiam? Ma
gnum alte donū collatū est homini: vt liberum
arbitriū viuens etiā quātumcūqꝫ peccator non
possit amittere. Et displicentia mali reseruatur
in hoibus a natura: ꝛ boni ꝛ optimi appetitus:
ꝗꝗ ipsi per inenia placita deprauent̄. Sed in-
terrogatus infirmus nesciēs interrogantē/alle
gat impossibilitatē: priuatum se fatet̄ humano
auxilio: ꝛ a valentioribus preuenit̄ in cura. Ue
lut peccator iam mundū fastidiens/aspernatur̄
qꝫ facinora/sancte ecclesie meretur auxiliū ora-
tionesqꝫ sanctoꝝ. Sed nemini desperāda salus
si ex toto corde detestat̄ facinus: gliscitqꝫ salu-
tem. Ad quē saluator: Surge tolle graba
tū tu ꝫ et ambula. Et sustulit graba-
tum suū et ambulabat. Jacet aut sedet
cui de surgēdo mandat̄. Jacet qui cecidit ī pec-
catis. Sedet qui a pigritia detinet̄. Preceptū
datur diuturno ꝛ peccatori longeuo vt surgat:
si male se cecidisse cognouit. Nam si ceciderit
Eccle.xi. lignum ad austrum auaricie/luxurie/gule atqꝫ
ire: que faciūt animā estuare ꝑ caumate: ad aqui
lonem superbie: vbi lucifer disposuerat statue-
re sedē suam: aut inuidie/que frigidā animā fa-
cit: aut pigricie/que tepidā tenet: aut in frigidi-
tate mentis depellentē habitū motum ꝛ offici-
um charitatis: ꝛ ibi erit iacēs vbi ceciderit: nō
valens p se resurgere/vt valuit cadere: nisi iesu
ꝑceptoris potentia subleuetur. Etenī hic langui
dus trigintaocto annos ī infirmitate habebat:
nequiēs ab illa resurgere/nisi saluatoris susce-
pisset preceptū. At vbi factū est/surrexit conti-
nuo: et accepit grabatū/memoriā ꝛ confusionē
peccati sui/quā oīs peccator tenetur accipe secū
ferens: ꝛ ambulabat in sanitatis testimoniū: ex
ercitans corpus ꝛ mēbra: que olim tanto tēpo-
re tabuerant. Peccator interiori sanitate respi
rans/neqꝫ amplius ferias in spiritualib⁹ agat.
Ambulet/sed in lege dñi: ꝛ in ꝑceptis altissimi
ꝛ petat sue directionis viam liberatus a malo.
Ps.142. Nam et dauid: Notā fac mihi viā in qua ambu
lem: qꝛ ad te leuaui aiam meā. Fiet ꝓtinus erra
bundus nisi pri⁹ viā veritatis inuenerit: qm̄ nō
est in hoīe via eius: neqꝫ viri vt ambulet ꝛ diri-
gat gressus suos. Oīs conatus deo placere vo-
lentiū/recteqꝫ gradi/sunt esseqꝫ debet in electio Hiere.10.
ne viarū. Ambulat̄ securius/incedit̄ cautius: cū
electa fuerit via veritatis. Etenī dauid hoc ī se
ꝛ in ꝑsona bonorū fecisse demōstrat/dicēs: Uiā Ps.118.
veritatis elegi: iudicia tua nō solū oblitus. At-
tn̄ in via q̄ gradiendum est: duplex est directio.
Est q̄dē directio ab īdirecto: ꝛ directio ad dire-
ctū. Directio ab indirecto his verbis explicat̄
Uiā iniquitatis amoue a me: ꝛ de lege tua mise
rere mei. Et alibi: Ab oīni via mala ꝓhibui pe- Ibidem
des meos: vt custodiā testimonia tua. Una est
via iniq̄tatis ꝛ malitie ad ꝑditionē deducēs: sed
illa ꝑ fraudes: ista molit̄ in nefas. Nā est via q̄
videt̄ hoī recta: nouissima eius ducunt ad mor Prouer.14.
tem. Est autē directio ad directū. Sicqꝫ postu-
latur: Dirige in ꝯspectu tuo viam meā. Nemo Ps.5.
recte ambulat/nisi in cōspectu dei via hoīs di-
rigatur. Sed quis est qui etiā volēs eius possit
vitare conspectum? Quoniā in omni loco oculi Prouer.15.
domini ꝯtēplant̄ bonos ꝛ malos. Sed qui ani-
mo contumaci peperā agere cupit: diuinū vel-
let declinare conspectū: qui vero per iusticiā age
re nitit̄: in conspectu dei dirigi postulat: vt ſm
suum placitū gradiat̄. In spiritu ambulat/qui
in cōspectu dei ambulat. Et spiritu ambulate: ꝛ Gal.5.
desyderia carnis non ꝑficietis. Sabbato cele-
brata est hui⁹ īfirmi sanitas: qm̄ in sabbato eter
no cūcti electi etiā qui turpiter peccauerūt/per
acta penitētia sanabunt̄. Sed iudei verū sabba
tū non habētes/calumniā inferūt ꝙ hic graba-
tum suū in sabbato detulisset. Qui optime retu-
lit tollēdi authoritatē in sue sanitatis authorē:
velut si minora ꝑ maiora ꝓbare niteret̄/dicēs:
Qui me sanū fecit/ille mihi dixit: tol
le grabatū tuū et ambula. Acsi velit in-
tendere: Mai⁹ est infirmitatē trigintaocto an-
noꝝ spacio insistentē subito depellere/inducere
qꝫ salutē: ꝙ iubere grabatū tollere. Sed sibi obe
diuit infirmitas fugiens ꝛ veniens sanitas: nec
meū erat disserere de licētia sabbatina. Diu ta-
buit corp⁹ meū nō valēs ferre meipsum: nō ab
eo sanat⁹ supra artē ꝛ naturā/vt q̄d eius māda-
ta non faciam? Nō me sanauit obseruātia legis
sabbatiqꝫ custodia: sed hui⁹ hoīs virtus sanitati
me restituit. Et cū interrogaret̄ quis esset/ipm
nescire respōdit. Cui⁹ tantū ingratitudinē argu
it: ꝙ nō nouerat sue sanitatis archiatꝝ: ꝛ anteꝙ
actiōes redderet gratiarū. Sed forte ꝑterritus
nouitate facti/aut festinās ad iussum/aut ol-
no detētus de sanitatis leticia: nō curauit agno
scere beneficij largitorē. Sed saluator oīm chri
stus qui animaꝝ magis ꝙ corporū querebat sa-
lutē: ꝛ ꝑferebat vnā/vt donaret ꝛ alterā: declina
uit a turba cōstituta ī loco. Postea inuenit
eū iesus ī tēplo: et dixit illi: Ecce san⁹
fact⁹ es: iā noli peccare/ne deteri⁹ ti-
bi aliq̄d cōtigat. Fortassis ꝙ tēplū iste sa-
nat⁹ intrauerat ad orādū: ꝛ ad referēdū vni deo.

cui templū dicatū erat/gratiarūactiones q̄ sa-
nitatem receperat nondū credens in christum/
ipsumq̄ deū esse: in quo a saluatore inuentꝰ re-
cepturus in anima/ quod receperat in corpore sa
nitatē. Et bene magno mysterio extra templuz
corporis/in tēplo sanitas agitur mentis. Nam
cuncta visibilia ꝛ sensibilia corpori conferunt.
Sapientia/virtutes/ mādata/sacramēta eccle-
sie sancte que templū verū est dei: ad animarū in
structionē ipsarūq̄ salutē ordinata sunt. In op
timo loco pro futuro mysterio iste inuētus est a
iesu: q̄ si qui ad templū fidei nostre non veniunt
nō inueniantꝰ/vt nec inuenti in alia recipiant sa-
nitatē. Sed que in tēplo vbi inuētus est/nō sunt
presentis disseritiōis: iam differta sunt alibi. Ve-
rūtamē interminatio huic facta instruit ad sci-
entiā/incutit terrorē/parat q̄ cautelam: vt scia
mus ex peccatis penalia mala hoībus peruenire
nō solū in aīa/sed in corpore: nō solū in alia vi
ta/sed i ista. Terror quidē: qm̄ iudicium dei est
ſm veritatem. Nam deus vltionū dn̄s/vlciscēs
in eos q̄ peccauerūt. Ex quo cautela vere timē-
tibus oritꝰ: declinent mala/bonaq̄ faciāt: vt da-
Ps.118. uid post peccatū: Ab omni via mala phibui pe
des meos/vt custodiā verba tua. Sed cur eue-
nire deterius cōminatur? Nam dimissa sepe in
vltionē redeunt cū posteriora iūgūtur. Crimen
lese maiestatis semel dimissum redit ad penam/
cū agendo repetitꝰ. Et sepe in hominibꝰ cor im
penitens generat reiteratio dimissorū. Nihilo-
deterius in volūtarie peccantibꝰ post susceptā
de pristinis indulgentiam: q̄ si cordis duricia
subsequatꝰ: que dū assistit/ad penitētiam venire
nō sinit. Quo demerito induratū est cor phara-
onis: vt semper mala malis cumularet: ꝛ peiora
cōnecteret: senior in populo dei factus: vt etiam
neq̄ signa ꝛ prodigia magna ipsum ad peniten
tiā prouocarēt. Sed hic sanatꝰ a iesu vt eū agno-
uit ex fide/predicator factus est eius: ꝛ intrepi-
do animo abijt ad iudeos/et nūciauit eis: q̄ ie-
sus esset qui fecit eū sanum. Velut retributionis
munus offert confessionē/q̄ iesus sanare hoīes
possit: et cōfitetur eū coram hoībus ipsorū abie-
cto timore. Hoc precipuum inter cetera salua
tor a suis fidelibꝰ querit/vt eū confiteantur: cui
Mat.10. confessioni dona sublimia pollicetꝰ. Omnis qui
confitetꝰ me corā hominibꝰ/confitebor ꝛ ego eū
coram patre meo/qui est in celis. Et e regiōe di-
cit: Qui autē negauerit me corā hoībus: nega-
bo ꝛ ego eum coram patre meo/qui est in celis.
Nullum signū euidentius sanate anime: q̄ chri
stum vita/moribus/ore/hominū timore deposi
to/cum necesse fuerit confiteri.

De curatione lunatici/surdi et muti spiritū immundū habentis: secūdū mattheū/marcū et lucā. Ca. XXVIII

IRundus hostis humane nature in deū
semp vsq̄quaq̄ superbus/ alternatiōes
celestiū corporū obseruauit: insidias te-
tras in illis constituēs/vt eorū infamaret autho-
rem: velut qui malū in corporibus celi posuerit
vnde humana natura lederetꝰ: eo q̄ vicissitudi-
ne lunaris cōmutationis lunaticus diceretur.
Sed reuera nō sic: immo ipse malignꝰ exagitat
obseruādo lune cursum/ quo soli proxima vel lon
ginqua sumat defectū luminis vel augmentū: in
his cōmutationibꝰ lunaribus paramplius vexās/
vt simul cū creatura creator ipse culpetꝰ. Nam
vt tres euangeliste testantꝰ/vt ordo detur rei ge Mat.17.
ste preposterando hāc scripturā: quidā habe- Mar.9.
bat filiū lunaticū ea deceptione qua supra Luce.9.
dictū est: sed puer: et habebat spiritū im-
mundū. Et erat surdus et mutꝰ qui
vexaret eū/ vt sepe precipitaret eum in aquā/aut
in ignē: ꝛ elidebat eum: ꝛ spumare faciebat/ꝛ di
lacerare ꝛ stridere dētibꝰ ꝛ arescere. Omnia hec
ab infantia passus erat. Quem pater discipulis
christi attulit/vt curarent eū: qui nequiuerunt.
Sed diffidens pater de discipulis: de magistro
plus sperans: cū iesus venisset in turbā/accessit
ad eū: et genibus prouolutus orabat/dicens: Do
mine ꝛ magister attuli ad te filium meū lunati-
cum/ habentē spiritum mutū: et dixi discipulis
tuis vt curarent illū: ꝛ non potuerūt. Miserere
igitur filio meo/quia lunaticus est: ꝛ si quid po-
tes/adiuua nos misertus nostri. Et iesus ait illi
Et si potes credere: omnia possibilia sunt cre-
denti. Et cōtinuo exclamās cum lachrymis pa
ter pueri aiebat: Credo dn̄e: Adiuua increduli-
tatem meā. Tūc increpauit iesus discipulos/di-
cens: O generatio incredula et peruersa quousq̄
ero vobiscum: vsq̄quo patiar vos? Afferte illuz
ad me. Et attulerūt ei. Et cum vidisset illū/sta-
tim spiritus cōturbauit eū: ꝛ elisus in terrā vo-
lutabatur spumans. Et cōminatus est iesus spi
ritui immūdo/ꝛ increpauit eū/dicens illi: Sur-
de ꝛ mute spiritus ego tibi precipio/ exi ab eo ꝛ
amplius ne introeas in eū. Et exclamās multū
decerpens eum exiuit ab eo. Et factus est sicut
mortuus: ita vt multi dicerēt/quia mortuus est.
Iesus autē tenens manū eius/eleuauit eum. Et
surrexit puer. ¶ Qui adhuc peccare nō nouerat
tantaq̄ passus/ ex originali se multatū insinuat
Sed in ista ante colligitꝰ homo peccator: qui ex
primis rudimētis ꝛ ex suis primitijs se propria vo
luntate traijcit in alterā morum partē electiōe
mentis improba: quā corrigere nō curauit con
silio aut disciplina melioris etatis: sed velut in
frunitus sup equum/id est sup inhabenatū cor-
pus insedit: in id latus quo malꝰ feruor/seu car
nis impetus impellebat. Sed nec differendū q̄
lunaticus esset: ne videamur cū male credētibꝰ
infamare lunā/similiter ꝛ authorē. Sed preter-
missa opinione fallaci solū in id quod verū est/
intendamus: nō seruādo litere ordinē/sed rei se
riem. Puer hic habebat spiritū immundū. Et
hic iuuenibꝰ principalis hostis immūdicie spi-
ritus/ferens p lascuias voluptatū ꝛ lubrica cor
porum: cui difficilime resistitur: cuz ad carnē se
trahit tanq̄ sensualitatis amicū: qui blande in-
greditur dulcia venena diffundēs. Si vero ani
me disponit inferre certamē: aut maculat vnde

corpus: aut immūdicias idolatrie ꝛ erroꝝ insēminat: ꝛ surdū facit ad verbū per quod erudiri possit ad ea que dei sunt: vt vigore spiritus carnis illecebre superētur: mutū ad ꝑdendū latentia mala. Hic vexabat eū ne quiesceret. Inquietus est omnis malignus: nec quiescit nisi supplātet: ꝛ semꝑ facit eū quem possidet inquietū: suadēs impossibile, vt velit quiescere in his q̄ quieta esse non possunt. Et ad ꝑcipiciū aque ꝛ ignis ipse deducit. Pena sepe culpā ostendit ꝑteritā. Nā mala duo sunt ſm iob i inferno penalia/ scꝫ aq̄ ꝛ ignis: ſm illā sententiā: Transibūt ab aquis niuium ad calorē nimium. (Job.24.) Ex his penis colligitur culpa ꝑterita: vt aqua niuium ostēdat charitatis frigiditatē: calor nimius accensam cōcupiscentiam ad patranda mala ꝓhibita: in que ad cadendū impellitur diabolo mācipatus. **Et allidebatur.** Ad terrā peccator impellit/ cū curuatur ad ima. **Et spumat** in libidinē obesatus. **Et semetipsum dilacerat** cū nihil possit retinere vestimēti honesti. A nulla parte patitur aliquid habere integrū vel consutū. Dilacerat vestimēta qui destruit ornamēta nature ꝛ gratie indumēta: que operiūt turpitudinē quā incurrimus in adam: ꝛ illā quā peccātes ꝓpria voluntate ꝑtraximus. **Stridebat dentib⁹.** Et in inferno similis pena diuerberat: quia ibi erat fletus et stridor dentiū. **Et arescebat:** acsi esset sine humore spiritus vitam habentis. **Et ab ineunte sua etate iste talia passus erat:** velut qui a primeua etate sathane factus mancipiū: eius dirum imperiū non valens effugere: nisi a valentiori potētia factus liber esset. Hic porro puer apostolis oblat⁹ a patre: nec ab eis curationē accepit: cui⁹ causam si aliā inuestigare tentabimus/ preterꝙ que ab ipso cognitore causaꝝ posita est: presumptionis crimine arguemur: cū incredulitatis causaꝫ dūtaxat obiecerit. Et christo iterū a patre ꝑsentatus est cū postulatione misericordie/ si qua posset. Optima oratio cū christo dicit: si quid potes miserere mei. Sed huic in ipse typo loquitur oībus dicēs: [Si potes credere: omnia possibilia sunt credēti]. Asseritur ꝙ miracula potius fiant virtute credentis/ ꝙ potestate authoris: si oīa possibilia sunt credēti. Non enī saluator seipsum interrogat facientē ꝛ miraculoꝝ authorē: sed interrogat expetentē sibi per miraculū ꝛ supra naturam deficientib⁹ remedijs alijs ꝓuideri/ si debite crederet: preostendēs illā credulitatis potentiā/ que ante omnino ignota hominib⁹ erat: ꝙ omnia possibilia sunt credenti. Authoritas fidei christiane infinita est / si complectit oīa posse perficere. Potest duntaxat si velit/ credēs ſm rationē fidei. Non enī fides per omnia neqꝫ per singula respondit hominū volūtati/ nisi ratio fidei voluntatibus fidelibus assisterit. Sed huius pueri pater **cum lachrymis exclamauit/ dicens: Credo domine: adiuua incredulitatē meam.** Pretēdebat se habere fidem: sed si non plenam/ si in aliquo deficientē: si non equiparem ad expetitum: per eā in quem credebat/ poscebat adiuuari. Et recta existimatio sumet omnibus prestructa est: vt si aliqd possidet virtutis/ nō ad plenū ipsam possidere se credat: sed semꝑ autumet aliqd deesse: vnde querat perfici/ vnde postulet adiuuari. Et apostoli etiā petierunt dominū/ dicentes: Adauge nobis fidem. (Luce.17.) Aliud quidē est habere: aliud aliquid plenū possidere. Petendum nobis est virtutes ipsarumqꝫ augmentū: vt anime nostre depulsa oīm demonū fraude/ plena sit sanitas. Sed increpantur apostoli/ velut adhuc nō plene fideles. **O generatio incredula et peruersa quousqꝫ vobiscum ero: vsquequo vos patiar?** Hec increpatio non de indignatione ꝓcedit/ sed de cōpassione: nec saluator tedio affectū de mora cum apostolis se ostendit/ aut moleste ferentē: sed tarditatē anime illoꝝ abhorret: cum sic ipse cōuersaretur cū eis assidue: ac per omnia que ꝯgruunt argumēto id fecerit ꝙ in plenitudinē fidei deuenirent. **Et dixit: Afferte illum ad me** verū deū et hominē: qui a puris hoībus curari non potuit sine fide plenissima saluatoris. **Et attulerunt ei. Et cū vidisset illū/ statim spiritus cōturbauit eū.** Conturbat peramplius spiritus nequā cū expelli se cōspicit: ꝛ seuiora tentationū bella monet: ꝛ dum in anima seuire amplius nequit/ torquet ꝛ corp⁹. **Unde hic puer a spū elisus in terrā/ volutabatur spumans.** Porro sic agebat in corpe. Sed cū deseri se malignus agnoscit/ validius inclinat cor hominis ad terrena: reuoluēs in illis memoriā: quoꝝ amore vinculatus noluit dimittere: in quibus nouit diabolus homines tenacius possidere. Spumabat pre interno labore quem patiebat. Sed vitiū habet spuma ostendere: scꝫ lubricale hominū/ ꝛ putrida ꝛ incomposita verba que ꝓfert a diabolo agitatus. **Cui cōminatus** iesus increpans seuiciam eius: magis autem refrenās quem eiecit imperio verbi sui: **Spūs surde et mute:** hoc est: quia illum effecerat puerum/ vt nec audiret verbum quo disponeretur ad optimū: neqꝫ loqueretur quippiam g ratum. **Ego precipio tibi/ exi ab eo: et amplius nō introeas in illum.** Precepit egressum/ prohibuit reingressum. Nō est enim satis depulisse malitiam si repeteretur continuo. Signum euidens recepte sanitatis in vtroqꝫ homine: cum non infirmitas in corpore/ neqꝫ in anima ꝛ moribus nō reiteratur iniquitas. **Et exclamans multum discerpens eū/ exiuit ab eo.** Insatiabilis nocendi auiditas in demonib⁹ est. Ingredientes/ stantes ꝛ egredientes inferūt mala que possunt: vt hic puer ex pena quasi mortuus remaneret. Et vere sic agitur: qꝛ liberatus a diabolo mortuus est ꝛ viuus. Mortuus mundo ꝛ sibi/ ꝛ possessori nequā. Uiuit autē christo qui tenet manū liberati ab ipso: ꝛ eū eleuat vt surgat. Equidē a spiritualibus vitijs factus liber subleuari merēt.

et pristinis mortuus diuinã manum in suum adiutorium accipit resurrecturus ad virtutes/resurrecturus ad vitam. Post quã curationẽ accesserunt discipuli ad iesum secreto interrogantes eum. Et dixerunt ei: Quare et nos nõ potuimus eijcere illũ? Inepta interrogatio ꝛ presumptionis habens imaginem/scz quare nõ potuerint eijcere demonẽ. Hoc potius mirandum ꝛ interrogandum si potuissent: quis in posterũ similia multa fecerunt. Unde ipsi posse debuissent/ nisi ex eo qui omnia potest? Unde hoibus potẽtia super demones? Unde mirandum si homo non eijcit demonẽ/in eden electus a demone? A quo quis deuictus/huic ꝛ seruus addictus est. Quasi potestate tyrannica homo a sathana premebatur. Unde capti serui hereditario iure peccati/ quo aduersus capientẽ in bello recludentẽ in carcere posset esse depellendi potestas: nisi per altitudinem fidei filij de hominis facti/ et potentiã virtutis eius? Ipsa igitur fides occultã energiam habet: etiam agens insignia manifeste: que homines super homies facit/ ꝛ maiores seipsis constituit: que humanã excedens virtutem largitur inuise diuinam: vt etiã super demones sane fidelium hominum feratur imperiũ: qua nõ dũ apostoli apprime imbuti erant: vt eis respõdendo saluator ipse testatur. Nam dicit illis iesus: Propter incredulitatẽ vestram. Ecce incredulitas ademit eijciendi potentiã: qua demota scitur quid possit ꝑfecta credulitas. Amẽ quippe dico vobis: si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis/ dicetis huic monti/trãsi: et transibit: et nihil ĩpossibile erit vobis. Non est ociosa similitudo grani sinapis ad virtutẽ fidei exprimendã: si discutiatur per singula: sed pretermissa dũtaxat in effectũ fidei speculemur. Non legimus apostolos aliquãdo montes amouisse per fidem: ꝙꝙ potuissent/si necessitas postulasset: cum ꝛ similia iã facta legerimus: sed in argumentũ virtutis fidei dictum est: cum bona omnia ꝛ decentia fieri possunt per fidẽ: ex eo ꝙ adiecit: qꝛ nihil impossibile erit vobis. Et supra dixit/ꝙ omnia sunt possibilia credenti. Uerumtamẽ quasdam alias virgas apposuit fidei/quibus sathanica potestas arceret: et morales virtutes docuit/ quib⁹ potestatiue depellit/scz orationem ꝛ ieiuniũ: cum adnexit. Hoc autẽ genus/scz demonum: non eijcitur nisi oratione et ieiunio. Non ꝙ ista preter fidẽ/sed fides cũ istis demonũ huiusmodi genus pellit. Quãta hic spiritus nequã huic puero fecerit supra iam diximus: a quibus liberari desyderans orationib⁹ vacet: domet se ieiunio/ vt in oratiõe animus se deo gratum exhibeat: accipiens documẽta superna: ꝛ plura mereatur accipere: cũ accepta cognouerit: cũ de acceptis gratiarum debitas reddiderit actiones: remote in cõclaui agens causam suã cum creatore suo: ante cuius conspectũ omnib⁹ curis depositis/cunctisqꝫ rebus abiectis se constituit assistricem. Ieiunio vero fiat mens ipsa solertior: non oppressa epulis/non grauata cibis. Et corpus moderamine apte frenetur: ne maculetur libidine/ne defluat in vetitũ/ne excedat in nimium/ ne obesitate supra rationis consistentiã inualescat.

¶ De sanatiõe mulieris curue: secũdũ lucã tantũ. Capitulũ XXIX

Uterqꝫ sexus ex diuina iusticia ꝓ paterna inobedientia diuersis penalitatib⁹ subiacebat: quẽ in multis curatur⁹ saluator aduenerat: et oẽ corporis vitiũ quadam imagine spirituale malũ existẽs in anima vnde labebatur in nequã opera ostendebat. [Et cũ esset iesus docens in synagoga iudeorum sabbatis: ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem ꝛ octo: ꝛ erat inclinata/ nec omnino poterat sursum respicere. Quã cum videret iesus/ vocauit ad se: et ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: et cõfestim erecta est ꝛ glorificabat deum.] Digne muliebris sexus ĩfirmitates patitur: que seducta in preuaricatione fuit male suasa peiusqꝫ suadẽs. Etenim si sola deliquisset nec suasisset viro qui ꝛ steitisset/humana natura libera fuisset a malo. Radix quidẽ sana ramos similes produxisset. Non enĩ radix eua mulier: sed vir adam humane nature fuit exordiũ. Sed hec de qua euangelista loquitur/ habebat spiritum/scz immundũ: qui eã iusta dei permissione ligauerat: ꝛ sic inclinauerat corpus eius/ vt nec posset sursum aspicere: per annos decez ꝛ octo sic cõprimens eam. Non ingredientes allegoriarum pelagus/infirmitatẽ huius mulieris per imaginẽ quandam traijciamus in malos hominum mores: in quos sathanas cunctos libẽter intrudit. Uelut sibi placẽs antiquus hostis deiectus a superis/nollet aliquẽ in amorem supernorũ/aut ꝯtẽplationẽ/aut quantãlibet cognitionẽ venire: ne tandẽ illã possessurus ꝛ in illis beatificandus ascẽderet. Quãobrẽ se obicem facit impedimẽta procurat: recuruat ad terrena. Inclinatus autez affectus in nimiã curam carnis quã gestat: que terra grauissima est: que cũ in affectum terrenoꝝ transierit/aspectus supernoꝝ reprimitur ꝛ aboletur: aut nõ ingreditur in animã illa dulcedo celestis: cũ terra carnis in precium venerit. Deperit honestas in aĩa: cũ chara est facta caro terra. Illa imago ad quã fact⁹ est homo/inuitat ad alta: inuitat ad deũ: suadet semꝑ vt accepta illa dignitas cõseruetur hũana: ne infra bestias retrudat indignitas. Sed respexit illa terrã corporis sui cui colligat: et dilexit eam tanꝙ habitaculũ eius: timens dissolutionem: diligẽs in illa manere tanꝙ in optimo suo: ꝛ omnẽ oculum ꝛ aspectũ inflexit super eã: inuestigãs/aucupans vnde sana ꝛ vigorosa cõsisteret: nec aspexit meliora sua: nec sursum direxit aspectũ/ vbi est immortalitas: affectata in concupiscentiã sensibiliũ clinis: velut salomon qui ex ꝯcupiscentia mala inclinauit femora sua

Luce. 13.

mulieribꝰ: ipse sicut mulier mollis factꝰ. Quid
inclinata mulier ad terrā: nisi illos dixerimus q̄
figurātur in illa muliere aliena ⁊ extranea: que
mollit sermones suos: ⁊ reliquit ducē puberta-
tis sue: ⁊ pacti dei sui oblita / inclinata est ad in
feros domꝰ eiꝰ / ⁊ ad inferos semite ipsius. Mu
lier hec sensualitas ⁊ delectatio sensual' est: alie
na scȝ a bono conditionis sue atq̄ȝ bono virtu-
tis: magis alienās hominū mentes: vt nō vt cō-
diti sunt / viuant: sed ꝓut se in bestias moribus
transtulerūt. Hec mollit ex blandicijs sermōes
vt decipiat citius: ducem pubertatis sue abhor
rens. Dux pubertatis deus solus: dux alnoris
consilij ⁊ etatis deus ⁊ homo. Et pactū cōdicti
de actiōe laudabili tradidit immemorie / velut
ab alijs occupata constrictius. Sed qui volun-
tate inclināntur ad culpam / inuite inclinabūtur
ad penam: quoniā ⁊ inclinata est ad inferos do
mus eius. Imago adorationis ⁊ venerationis
est inclinatio / sed laude digna cuȝ adorat' deus:
Neemie. 8. sicut scriptū est: Incuruati sunt ⁊ adorauerunt
Gen. 17. deū. Et abraam ꝓnus adorauit deuȝ: ⁊ accepit
Gen. 33. a dn̄o pactum sempiternū. Et iacob adorauit se
ptiens pronus in terrā: ⁊ effugit indignationem
fratris. Sed vituperiū habent ⁊ penam qui ad
idola inclinātur. Nā ⁊ prophete nequā interfe
cti sunt / irridente illos helia in inuocatione do
mini super sacrificia: similiter et populꝰ qui ob
idolatriā ductus est in captiuitatē: quia non ha
buit veram scientiā. Et si propter aliq̄d insigne
virtutis quis dignus habetur / carēs reputatur
indignus. Ex toto ꝰo possidens ⁊ exercens vir
tuti ꝯtrariū condēnat'. Condēnabat' israeliticꝰ
3. Re. 19. ppl'us / qr genua curuabat ante baal: vt helias
ꝓpheta magnus / nō tamē omnia vidēs / diceret
solum se esse relictū qui baal nō adoraret. Sed
audiuit a domino / qui cūcta optime nouit: Reli
qui mihi septē milia viroꝝ in israel: qui nō cur-
uauerunt genua ante baal. Ex qua plane sentē-
tia vitium peramplius a virtute ꝯfundit': ⁊ ipsa
virtus laudatur ex vitio. Necesse est ꝓrimus vi
tiū vituperari a splendore virtutis: ⁊ ipsam splē
didius inclarescere dedecore vitiorū. Extollit
lux seipsam: ⁊ tenebrarum turpitudine validius
eius decor agnoscit': ⁊ sua propria consyderati-
one tenebre horrescūt: egrius ꝰo cum cōponū
tur ad lucem. Dixerim sane hanc mulierē incur
uatam ad terrā / omnem animā spem suam in ca
ducis et perfunctorijs defigentē: hanc terrenā
vitā amantē corde: de ipsa ore pleno loquentē: ⁊
oī actione querentē: vt pro hac terrna inclinati-
Hiere. 22. one ter diceret dominꝰ: Terra terra terra / audi
verbū domini. O qui terrā diligis / de terra lo-
queris: terra negociationē conquiris: audi ver
bum domini / ab istis te eximēs ⁊ ad celestia eri
gens. Sed quid est q̄ sursum nō valebat aspice-
re: nisi qr sperās in terrenis desperauerat de su-
pernis. Spes infimorū inclinat: supernorū de-
speratio erigi nō permittit. Spes supernorum
duntaxat est illa / que animas incuruatas facit
erectas. Et iniquitates supgresse hominū ratio
nes erigi nō concedūt. Quo typo alebat dauid:
Quoniā iniquitates mee supergresse sūt caput Ps. 37.
meū: ⁊ sicut onus graue grauate sunt super me.
Pondera supposita capitibus hominū sursum
aspicere prohibēt. Sic ⁊ iniquitates supgredi-
entes hominū mentes / velut grauissimū onus
cōprimēs et reprimēs atq̄ȝ grauans / aspiciendi
sursum adimunt facultatē: nisi diuina virtute ta
lia onera dissoluantur. Sic eñ per prophetam
preceptū est: Solue faciculos deprimētes. Fa- Esa. 58.
sciculi qui animas deprimūt / sunt multiplicata
delicta ⁊ concepte nequitie atq̄ȝ actualia mala /
in multis prohibitis aut in vno prohibito ite-
rata. Sed qui in vno offendit / factus est omni-
um reus: vt non solū ex diuersis / sed ex vno sepe
repetito cōgregantur ⁊ colligātur fasciculi de-
primentes. Nihil excludit mysterium annorum
numerus / quibus hec mulier curuabatur / scȝ de
cem ⁊ octo annoꝝ. Decem quidē diticeus est / q̄
pertinet ad vitam agendā: octo vero ad quietē
supernam pertinent: nō ex sabbato iudeoꝝ / sed
ex octaua fidelium: qui numerus vitā sperandā
presagiat: ac per hoc quicūq̄ȝ sunt in huius mu-
lieris imagine / hanc patiuntur infirmitatē per
decem ⁊ octo annos: nō agentes vitam agendā
diticiei: ⁊ sperandam regno dei desperātes om
nino. Hanc quidē mulierem iesus vocat ad se:
quia illa in se sanari non poterat: nec bene sibi
erat: ⁊ vt per eum bene sibi esset / dimisit illā ab
infirmitate sua. Curuatam animam ad terrena
quis erigit / nisi qui spem potest porrigere de su-
pernis. A bonis ⁊ ab his que bona vident' esti-
matione mortaliū nemo retrahitur / nisi melio-
ra in stipulationē prouenīāt. Quis eñ ab istis
terrenis abstrahere animū posset: nisi vero in-
tuitu supernoꝝ. Quis potuit ad celestia mentes
hominū subleuare: nisi qui de celo descēdit: cu-
ius in vtrisq̄ȝ ꝯsistit plena potestas / a patre om-
nium deo data in celo ⁊ in terra. Et post verbū
effectiuū etiā manus imposuit: non dedignans
fragilem sexum quē condiderat: nō abhorrens
creaturā propter culpā: non despiciēs quod cre-
auerat ad bonum eternū propter tēporale deli-
ctum: nec longā moram in peccatis hominū de
cernenti sic plerisq̄ȝ resistat. Sed vere auerse mē
tis a malo syncereq̄ȝ ad bonū cōuerse insinuat
cum ilico paretur iniunctis: prout cōfestim hec
erecta est ab infimis alta conspiciēs. Et glori-
ficabat deū: quoniā regi seculorū inuisibili soli
deo honor et gloria. Et si omne datū optimum
⁊ omne donū perfectū de sursum est descēdens
a patre luminū: nemo glorificandus / nisi solus
deus. Etiā in partem optimā hec mulier cessit:
cum glorificauit eū preter quē sanari non pote
rat: ⁊ reddidit censum / vltra quem alium nequi
mus impēdere nisi de moribꝰ glorificare deum:
Sed qui hanc curuatā mulierē erexit / oēs co-
natur erigere: suscitans de terra inopē / ⁊ de ster
core erigens pauperē. Erigit pauperē cui non
est adiutor / si erigi cupit. Pauperē dico rebus ⁊
negociis: pauperē patientē cui mundꝰ insultat:

pauperē spiritu/ pauperē humilē/ abiectū sibi: abiectū mūdo/omni reputatione carentē. Hūc de stercore cerimonie legalis: quaз Apostolus arbitrabaꝛ vt stercora: erigit de stercore terrenoꝝ/quo Tobias cecatꝰ est: de stercore carnis que animā inficit/erigit: ac etiā merētes erigit
Mat.5. sospitate: ꝙ beati qui lugēt: qm̄ ipsi consolabūtur. Omnis aūt disputatio et questio subsecuta/ꝙ in sabbato curauerat: inuidiā et hypocrisim iudeorum pretendit. Sed ꝙ in sabbato miraculū factū est/ verā legis intelligentiā et eternā sanitatē et quietē enunciat.

De sanatione hydropici secundū Lucam solum. Capi. XXX

Lu.14 Et factum est cum intraret Jesus domū cuiusdam principis sabbato manducare panē: et ipsi obseruabant eū. Et ecce homo quidā hydropicus erat ante illū. Et respondens Jesus/ dixit ad legisperitos et phariseos dicēs. Si licet sabbato curare? At illi tacuerūt. Ipse vero apprehēsū sanauit eū/et dimisit. Sicut vnigenitus dei filiꝰ assumpsit carnē carnis peccati similē/ nō tamen peccatricē: ita se conformauit quibusdā hominū moribus absq; peccato: vt etiā iret ad agapes hominū peccatorū: nō amore cōuiuij/ sed ratione docendi: ꝛ pauper ꝛ egenꝰ existēs/ ostēdebat moribus paupertatē: vitevictuз capiens apud alienas edes inuitatus: aut semetipsum
Lu.19 apud eos inuitās: vt zacheū preuenit/ ꝙ in domo sua oportebat eū manere. Judicia quedaз hominū temeraria possent in his velut i aliįs christo inferre calumniā: ꝙ sepius huiuscemodi synfugia frequētaret/ si nō veniret in hominū mentes: ꝙ querebat opportunitatē docēdi nescios virtutē: et gerēdis rebus captabat materiā faciēdi. Sed amplius dignationis et humilitatis sibi debet ascribi: ꝙ nullū hominem deuitauit/etiā peccatorē/ si voluisset secū habere colloquiū: aut in quopiā honesto participium facere. Nā in hoc cū talibus accesserat ad conuiuiū/ ꝙ ipsum ad calumniā obseruabant. **Et ecce quidā hydropicus erat ante illū.** Hydropisis infirmitas est aqtica/ inflans corpis cutē: que cū ingrauescit/curari nequit: ꝛ potu auget ipsa sitim: exprimēs oīe vitiū quod multiplicaꝛ ex vsu: et ex ꝯsuetudine iteraꝛ: presertim auariciā: que quāto magis auget pecuniā/et desyderiū plus habēdi. Cōstitutus hic erat ante iesum/ vt curationē acciperet Nil aliū de sibi poterat esse remediū/ nisi staret ante iesū. Sibi soli datū est desperatis mederi languoribus vtriusq; substantie: si ante ipsum staꝛ fide atq; ꝯfessione maloꝝ. Sed anteꝙ curet/ interrogat quod nouerat: nō vt doceaꝛ ab eis/sed vt doceat ipse illos. **Si licet sabbato curare?** Nō est questio ampliꝰ repetēda de sabbato. **At illi tacuerunt.** Prudētia hic vsi sunt tacētes: cū quid iusta responsione negādo caruissent. Affirmare vero nolebāt ad veritatē ꝑ supbiā contumaces. Superbe hominū mentes verū confiteri erubescūt: maxime cum odiūt: sed silentio transeunt: ne improbiter respōdēdo confusi videant. Nō tacēt ex humilitate supbi. Ordinata loquēdi modestia vanegloriosis et inuidis silentiū nō imponit: sed veritatē ab eorū moribus alienā fateri nolūt: cōtradicere nō presumūt/ verentes ꝯuinci: ne deterius erubescētie damna patiaꝛ. Attū exeqtur saluator sue gratie largitatē: ꝛ effectiua potētia hydropicū sanat/ ꝛ dimittit illesū. Nō cogit eū ad aliquid respōdendū: nō aufert libere volūtatis arbitriū. Omnē hoiem sue rationis ꝛ voluntatis compotē esse sinit: nec aufert ex vitio nup cōmisso/ nō ex dono nouit ipē so quod gratis creature rationabili cū crearet impēdit. Hic aūt disputatio de sabbato subsecuta/ vex intellectū scripture demōstrat nō habere iudeos: et quō contingebant illis oīa in figura: quā veritatē christus venerat reuelare.

De mūdatione decē leprosorū secundū Lucam solum. Capi. XXXI

Inter ceteras īfirmitates propter quas euidentior indicta discernendi peritia et datus certus ordo signatusq; curandi: et patiens incurabiliter sit segregatus a ceteris in veteri testamento: est singularior lepra Le.13.et.14
que cū pruritu cutis habet asperitatē/ variūq; colorē: omne vitiū cum delectatione agentis et scandalo videntis insinuat. Nam coloris varietas ad multiplicationem vitij: pruritus ad delectationem sui: cum sensualitas sit cupida scalpi: cutis asperitas ad scandalū proximi cōgrue referūtur. Hac infirmitate infecti aliquādo dominū adierunt/ cupidi de salute/ desperātes de medicina/ sil̄r ꝛ natura. Nā dū iret Lu.17.
iesus in hierusalē: ꝛ trāsiret ꝑ mediā samariā ꝛ galileā. Et cū ingrederet in quoddā castellū: occurrerūt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a longe: et leuauerunt voces suas/ dicētes: Jesu preceptor miserere nostri. Denarius numerus mali fecit augesim: eo ꝙ nulla desit ꝑuaricatio in ꝓceptis/ ꝛ mali cōmissio in ꝯtrarijs: nō eīn nisi ex cōtrarijs preuaricatio est bonoꝝ atq; virtutū. Nunꝙ eīn nisi ꝑ malū bonū deperit atq; minuiꝛ: neq; absq; vitio virtus depellitur. Igitur decem viri leprosi vniuersitatem delictorū atq; peccatorū pronūciant/ dū denarius adducaꝛ i causa. Uirilitas equidem ex sexu fortiori pensata/ vtrūq; malū validat/ delictū sui et peccatum. Decuit eīn virum supra femineū sexum in obseruandis mādatis/ atq; in cessādis criminibꝰ esse ꝑ omnia fortiorem. Proinde vere delinquēti aut vituperiū in hac vita/ seu tormentum in alia ꝑabūdantius erit. Infirmitas ipsa horrori patienti ꝛ aspiciētibus est: ꝛ nō solū visum/ sed etiā olfactū ex fetore offendit: tactusq; illā abhorret. Et quia morbus cōtagiosus creditur/ patiens segregatur. Et non solū in veteri/ sed etiā in noua lege leprosos cernimꝰ quotidie a ceteris segregari: vt tūc extra castra ꝛ nūc extra habitacula cōmunia emittaꝛ. Se

eo demerito genus humanū hec infirmitas inuasit/quo et cetere inuaserunt. Sed actum insignez in illa preuaricatione ostendit: cū ex ipsa natura multatus: videlicet quo protoplasti totos se contraxerunt in culpā: accedentes animo et corpore ad interdictū lignū: vt intra nil obedientie/foris nil remaneret honesti. Et per totum corpus cū incipit et augetur/ serpit hec putrida tabes. Sed occurrerunt hi decē domino saluatori. Bonus occursus ad eū qui de superis vt in terris possemus sibi occurrere/ humanatus occurrit. Occurrant omnes obuiaz saluatori premio: vt mūdent a lepra qua tenentur infecti. Nulli aut pauci sūt qn aliqua delectatione sculpant ex pruritu nequā: quaz in aīa

Ephe.4. τ corpore patiunt. Non cessem⁹ ambulare/ donec occurramus ei in virū perfectū/ in mensuram etatis plenitudinis christi. Etenī ipse saluator infirmis et indigentib⁹ se obuiū facit: cū nobis ad occurrendū ei nulla possit esse facultas/nisi preuenisset. Intrat igit castellū vbi leprosi occurrūt. Intrauit hunc mundū: vt sibi homo leprosus τ vlceribus plenus occurreret Sed steterūt a longe in cōsyderatione maloz: et vniuscuiusq; immūdicia iure trepidat approximari mūdissimo. Ve autem hominibus nequā approximatione digna presumētibus in diuina. Humiliter vero longe fieri plus approximat: et idignū se reputare/ occursus velox ad deū est. Peccati acti cōsyderare miseriā/ quod dignū operat diuortiū/ est appropinqtiōis initiū. Ipsius cognitio aut magis phibuit/ aut pcurauit abscessū: nisi cōfestim patrati mali displicentia obuenisset. Que cū venerit: hō peccati demerito ac indignitate longe positus est: τ sic ex humili et vera cōsyderatione se credēs a deo longe factū/ ppinquior ɔscientia intro cōfessus/ voce cordis exclamat: Iesu pceptor miserere nostri. Altius clamat in aures dñi sabaoth voce cordis ꝙ oris. Et hic verus ē clamor:

Psal.118 quē fecit dauid/ facereq; predixit: Clamaui i toto corde/ exaudi me dñe. Ac si merito esset exaudiēdus qui ad eū toto clamat ex corde. Hūc clamorē deus exaudit et respicit. Nā cū populus israeliticus educeret in manu moysi de egypto pauescēs maris transitū/ et sequētiū feritatē: tumultuabat ore alterq; clamabat: Moyses ho tacebat ore/ forti⁹ corde clamās. Cui soluz a dño

Exo.14 dictum est: Quid clamas ad me? Ipse tacebat omnes clamabant: τ sibi soli dicitur: Quid clamas ad me: quasi nullā aliorū vocē deus audiret/ nisi eius qui valide clamabat i corde. Sed clamātibus altis vocib⁹ his leprosis iesus dixit: [Ite et ondite vos sacerdotib⁹] Pro nulla infirmitate pellēda/ nullis sanādis infirmis legim⁹ saluatorē ad sacerdotes/ preterꝙ leprosos misisse curandos. Nā cū corpus lepra occupet vniuersū/ varietq; colorē: omne genus peccati ostēdit cōfessione purgandū/ et omnē immūdiciā sacramētalibus decretis aduersam/ seu legi dei contrariā: que vt pellatur/ oportet cū sacramentis verū habere consensum. Et quoniā varietas lepre varietatem intellectuū in scripturis sacris enūciat: oportet in scripturaz interpretatione cū sacerdotibus/ qui habēt scientiā cōuenire: cū discrepatio inducat errorē. Etenī

Paulus qui a christo immediate habuit euan Gal.1
geliū: qui nō errabat: tamē collationē de Christi euāgelio cū aliis apostolis fecit/ ne inuacuū cucurrisset: nihil tamē amplius ꝙ sciebat accipiens. Facile quidē a veritate deuiat/ autoritate ppria scripturas interpretās: et a conuentu doctorū intellectus capiēs singulares. Proinde intellectū variū scripturarū/ quo sunt hereses introducte: sacerdotib⁹ saluator iubet ostēdi: vt varietas abscedat/ τ veritas accedat: τ reuocent ab errore hominū corda: cum de sectis redierint ad ecclesie vnitatē. In figura eni futuroz/ et sacramēti futuri/ lepra sacerdotib⁹ pādebatur: cū postꝙ filius dei factus est hō/ in humanitate sacramēta ɔstituens: ꝙ homo peccator sacramētali homini p virtute sacramēti corde dolēs/ ore maculas peccatoz ostenderet: vt cū aliter saluari nō possint/ quos pctōrū sarcina premit: cū aderit ex omni parte facultas: nisi malefacta sacerdotibus ordinatis aperiant: nō querentes huius restitutionis causā: sed virtutē christi occultā in sacerdotib⁹ fide credentes/ actiōe venerātes. Et factū est dū irēt/ mūdati sunt. Si mūdati sunt dū irēt/ anteꝙ puenirēt: euidenti argumēto qui mūdat peccatorē a maculis/ declarat ꝙ non sacerdos vnctus in manibus/ sed qui totus est vnctio christus. Et nisi prius peccator vere penitēs suorū ɔscius delictorū et criminū a christo de ipsa pedica liberet: frustrat in illo absolutio sacerdotis: cū ipsius autoritas nequit in ampli⁹ ꝙ christi: qui occultorū est cognitor: sine velamine videns absoluendū/ τ quāta contritione detentū quē cōmunis sacerdos ignorat: qui absolutionē sup ore ɔfessum/ τ forte in nō corde contritū potest inducere: nō tamē nisi pri⁹ occulte diuina autoritate mūdatū/ preexistēte ɔtritiōe mūdare. Habet sacerdos dūtaxat de vocali ɔfessione decernere: de interna ɔtritione solū nouit altissimus. Et ꝙꝙ euāgelista nō explicet/ ɔfecerunt mandatū. [Unus aūt ex illis vt vidit q: mūdatus est: regressus est cū magna voce magnificans deū: τ cecidit in faciē suā ante pedes eius gratias agēs.] Sepe agitur īmoribus hoim/ ꝙ ad equalia similiaq; dona vnus est pre consortibus gratior: τ ingratitudo multorū vultus a datore facit auersos. Et dign⁹ est ampliora suscipere/ qui cognouit accepta: et put ipse potuit retribuit largiēti: nō datiuicariū sed exenia gratiarū. Qui vero solū gaudet acceptis: nec saltē in leticia faciei τ verbi gratus est: etiā quod accepit/ amittere meret. Sed vn⁹ qui reuersus est ad christū cū actionibus gratiarū: ab ipso/ nō a sacerdotib⁹ cognouit se accepisse munus. Alii forte nō a christo/ sz a sacerdotibus se crediderūt esse mūdatos. Hic vero vn⁹

insigniter se prestruxit ad Christum. Cognouit et quod acceperat: quia vidit se mundatū a mundatore Jesu. Intellexit a quo acceperat: qr regressus ad mandatorē/quē extollebat laudib⁹: nil vltra rependere valens/ nisi voce magnificare deū. Magna quidez vox in conspectu dei nō est a corporalibus instrumētis/ sed ex affectu magni cordis. Magnificare deuz/ est sibi ea q̄ sunt magna tribuere: que aliter q̄ per euz fieri nequeunt. Casus in faciē ad humilitatem pertinet: et ad orationē eius/qui adorari dūtaxat est dignus. Ante pedes/vt assumpta humanitas i assumente deitate cultu latrie adoref. Agebat gratias: quia gratis acceperat. Nemo quidez tenef gratiarū actiones impendere/nisi qui gratis accepit. Si quis em̄ aliquid accipit iure debito siue lege/nō obligatur ad munera gratiarū. Sed hic erat samaritanus/alienus a patria extraneus a gente/secretus a moribus. Uocationē gentiū ad vnitatē ecclesie hic insinuabat. Cū alij patriote remearent ad ꝓpria: hic extraneus mūdatus repedauit ad christū. Necnon et pauci dei memores bn̄ficiorꝫ: multi vo immemores extiterūt. Sed respondēs iesus ait: Nōne decē mūdati sunt: et nouē vbi sunt? Nouerat beneficiās beneficiatos quē ipsi nosse ampli⁹ debuissent: et de ingratis velut cognosci nō dignis interrogabat. Nā de vena ingratitudinis exhaurif: q̄ qui nō rependit deo saltē gratias de bn̄ficijs/velut a deo incognit⁹ reprobef. Reproborū siquidē et electorū soli deo notus est numer⁹. Nec velut ignorās/sed velut ad ingratos irat⁹ interrogat. Uerūtamē nō est numerus/sed vnitas: in ingratis vero innumerositas reperif: quoniā in vno solo consistit vnita multitudo bonorū: malorū vero numerositas in plurima deriuaf. Et vn⁹ bonus laude prefertur/etiaz malorū multitudini cōparatus. Nam et sequitur. Non est inuentus qui rediret et daret gloriaz deo/nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge et vade: quia fides tua te saluū fecit. Nō ē inuēt⁹: imo erāt omnes inuenti: sed qui daret gloriaz deo. Oēs protinus inueniūtur mortales: sed non omnes gratias referūt de acceptis: nec qui omnē gloriā referant regi seculorū immortali et inuisi- bili deo: cui est honor et gloria in secula seculorū. Inexcusabilis est incōsyderatio in hominibus: et ante mētis oculos nō statuere bona q̄ diuin⁹ largitor cōtribuit: quasi minus obligati videamur eidē/si ad nostrā recordationē nō veniāt: velut si natura nos sic sine diuina ꝓuidentia produxisset: ac si sic esse deberem⁹ ex debito/nō ex dono: et q̄ gratia esset ex ṽtute seminaria/nō gratis impēsa. Culpatissime agūt qui accepisse dissimulāt: nec consyderāt quid operari teneātur ex donis que deus gratis impendit: vt non curiositas mala/sed laudabilis actuositas sit in eis. Sed qui nō sunt inuenti de acceptis reddere altissimo in hac vita gratiā/ ad gloriā nunq̄ ꝑuenient supernā: nec audiēt quod

1.Timo.1.

glorie relator audiuit: Surge et vade: qr fides tua te saluū fecit. Nō audiēt saluus verbū/qui diuina beneficia vilipenderunt/ aut dissimulauerunt: nec reddiderunt saltē vicaria gratiarū: quoniā non ex natura/sed ex fide sunt dona. Fides siquidē christi saluat: non natura/nō ars/nō legalis quecūq̧ iusticia.

¶ De illuminatione duorū cecorū prope hierico/ secūdū Mattheum: aut vnius tantū/secundū Marcum et Lucam. Capitulum XXXII

Quoniam supra modū abūdauit ignorantia veritatis: que mentis est cecitas presignata in corporaliter cecis: q̄ sepe christo illuminatori vtriusq̧ corporaliter se pius occurrerūt: idcirco saluator tāto studio super eos illuminādos intēdit: insinuās q̄ ad depellendā mētis ignorantiā multa cura et frequēti oportebat intēdere. Et cū assūptis discipulis in vltimo ascēdisset hierusalem: appropinquāti hierico duo ceci occurrerunt in Mattheum: sed Marcus et Lucas de vno velut de famosiori prosequuntur. Et nos si de vno ꝓseq̄mur/de ambob⁹ ꝓseq̄ videmur. Cū appropinq̄ret iesus hierico: cecus q̄dā filius thimei barthimeus sedebat secus seu iuxta viā mēdicās. Priuari corporis visu/horrēda res his q̄ delectabiliter assoliti sunt videre forinsec⁹ corporꝫ q̄litates. Ex necessitate quippe agif defectus corporis/ipsū corp⁹ illius aggrauari doloribus/mentē ex tedio: q̄ nec nouit/nec noscere procurauit ad quid interna delectatio potuerit peruenire. Et horrendū ꝓxinus malū vtraq̧ cecitas. Est vna q̄ corpus/altera q̄ mentē obtenebrat: vna satis/altera poti⁹: vna defectū ꝓstēdit nature/altera gratie. Una se obijcit ne creaturas corporeas: altera ne creatorē et ei⁹ bona inuisibilia speculemur. Attamē hic cec⁹ ab vno tm̄ euāgelista/scz a Marco nominaf ex nomine: quia barthymeus filius timei: quorū interpretatio nominū nihil habet mysterij relati ad ordinē rei geste/nisi q̄ notior videbatur esse in plebe. Cecus corpē priuatur visibiliū gaudijs. Et Tobias fatetur: Quale gaudium est mihi qui in tenebris sedeo: et lumen celi non video? Mente cecus ab inuisibiliuz leticia exclusus est. Proinde vehementior dolēdi materia: cuz prima cecitas sepe proueniat preter ꝓpriā culpā: secunda vero in adultis vsū rationis habētibus semp in vitio est. Quod est creaturaꝝ visibiliū/aufert pma: secūda vero quod dei et virtutū est tollit. Errat cecitas in plateis iuxta ꝓpheticum dictū: sed inter angusta nō tam longe errauere discursus. Et in latitudine mundi mente ceci pedibus morum oberrant/ errabūdi prius in affectibus existentes. Mēte cecus preerrare intellectū facit a vero: deinde a bono debito peruertit affectū: ꝑuersus vero affectus mores deuios fecit. Nā et hic cec⁹ sedebat secus viā velut a rectitudine alien⁹: et alif neq̄t esse quin sit in deuio. Deuius qui nō ī via/ sed

Mat.20.

Mar.10
Lu.18

Tobie.5

secus viam sedet. Aufert cecitas hominibꝰ officium exercendi atq; operandi vnde victū conquirerent et vestitū: et que sunt captanda sudoribus/mendicamine conquirūtur. Nā et hic sedebat mendicans/querens ab alijs annonā et fulcimenta viuendi: que suis manibus aggregare non poterat: vt beatus esset suarū manuum labores/non aliorū manducās. Infelix profimus interioris conditio cecitatis: que in tot calamitatibus eū quem cecauit/intrusit: et eo miserior ꝙ Jesum videre nō potest/ ante ipsuʒ continuo transeuntē. Non dixerim oculo illo quo videnť intrinseca: sʒ illo quo aspiciunť interna. Nō transitū dn̄i appellauerim corpalē: sed illū quo sacramētaliter et mystice sua dona temporaliter atq; transitorie peragunť in nobis/donec deueniať ad requiē. Sʒ adhuc huic presto erat ille sensus/quo illuminari poterat ad salutē: auditus videlicet quo percepit turbā concerrnatum p viā plus solito ptereuntē: vn̄ factus curiosus in anima/ad sciendū scʒ quid esset ꝙ turba tumultuans vocibus et pedū strepitu ab insolito ptrāsiret. Quāobrē interrogat quid hoc esset. Dixerunt aūt ei ꝙ iesus nazarenus transiret. Et cepit clamare/ et dicere: Jesu fili Dauid/miserere mei. Nō ab re hominibꝰ exteriores sensus danť: vt ab eo quod est vti/deueniať ad frui. Et tūc optime sensus in vsū deueniūt/cū postremo terminanť i frui. Necduʒ enī ad hoc dati sunt vt sistanť i vti. Hunc siqdē ceco honeste seruiuit auditꝰ: qui titillatꝰ nuprime defectū suppleuit ex visu: quo pmotus de incognitis ad interrogandū se cōtulit: ad scrutandū q̄ multitudo esset vidēs: que ante se cecū luce carentē gregatim iter pageret: ⁊ q̄ causa itinerationis huiꝰ: ⁊ obtinuit audiēdo quod vidēdo nō nouerat. Audiuit trāsitū et causā: qꝛ dixerunt qꝛ iesus transiēs pretereūtes/comitātes et subsequētes. Multi transierūt anͭ iesum: nō sibiipsis causa trāsitꝰ existētes/ sed q̄ seq̄bantur regē dn̄m pcedentē. Sed cuʒ interrogaret barthimeus cecꝰ/scʒ filius timinātis: id est alte consyderāns cūcta que nouitate decurrūt: huius corpe cecus/forte corde plures vidēs: interrogemꝰ ⁊ nos cur tāta turba trāsit: qꝛ ⁊ subsequiť iesus. Cur creatꝰ est in tāta rerū multitudine mūdus? Quia inter creata creādꝰ erit primogenitꝰ dei filius ex tēpore dictus iesus. Cur transiuit tantoꝝ turba bonoꝝ? Quia preibant post secutuꝝ iesum. Cur tantorū turba patriarcharū aut pphetarū? Quia figuris ⁊ enigmatibus et pphetijs preibāt iesum: vt nec ipsi pcuntes causa fuissent dn̄i subsequentis: sed dominus subsequens extitit causa pcūtiū populorū. Etenī ipse qui mūdo nasciturus erat/ causa fuit omniū ante nascentiū. Et ipse ab eterno bonus increatus existēs/ex tēpore bonꝰ carnē assumens/causa originalis atq; primordialis extitit omniū bonorū antecedentiū. Proinde cōgrua et condigna est responsio precedentiū ad interrogantē cecum: non ꝙ ipsi sint causa trāsitus/sed ꝙ trāsiret Jesus: qui nō ex deitate quia per omnia stabilis: sed ex humanitate atq; in ipsa gestus/et in sacramētis et ecclesia peregrināte indiuisibiliter ingestus ipse trāsiret. Nec incongrue transire dominus Jesus diciť: qui cuncta trāsitoria in seipso tanq̄ in homine/ in hac mortali vita celebrauit: donec ad immobile regnuʒ in assumpta humanitate perueniret. Nec transire desiit in suo corpore quod reliquit: donec consūmato mundi mysterio/in vitam aliā inuariabilē trāsferamur. Et concomitantiū et sequentiū vna causa: sed multo prior subsequorū q̄ preeuntiū. Urgentur pamplius milites contemplatione multimoda regē sequi certissime pcūtē/ q̄ preire dubie subsequētem. Nam ꝙ preeuntes regē expectrant/et anxie sperant: subsequētes regē preire omnino conspiciunt. Satis delicatus est seruus qui ob quampiā rem nō sequitur dominū precedentē. Naʒ quod ipsi sperauerunt fiendū/nos conspicimꝰ factū. Non tamen experiētia sensuū atq; gestorum/sed mente fideli processio ista inuisibilē atq; infallibilē ordinē retinebat ex eo/cuiꝰ dispositione triplicata serie procedebat: in his q̄ preibant: in his qui a latere dn̄i Jesu incedebant: et in his qui sequebantur. Precessit illa turba bonorū ab Adā vsq; ad christū. Comitatus est a latere ille manipulus seu caterua modica discipulorū. Subsecuta est atq; subsequiť innumerabilis multitudo fideliū. Et interrogāti ceco in veritate rei vt agiť/respondeť ꝙ iesus nazarenꝰ trāsiret: vt id velit asserere atq; disserere ista respōsio. Nos nostra virtute vel causa trāsimꝰ: nec nostrarū cā existimus actionū: nec causam tam magni herois nos sequentis aliquando prestauimꝰ: vt qꝛ nos precedimus et ipse subsequiť. Et hunc transitū attribuūt oīa suauiter in sua sapiētia disponēti. Quo audito cecꝰ suauem interrogationē conuertit in validā vocem: vt clamore aliter excitet turbā et arbitrium quod interrogatione fecisset: vtēs sensu lingue ad quod data erat: vt ipsam voluendo impetraret nature bonū: quo secreto iudicio aut ex culpa multatione iudiciaria priuabať. Cepit clamare et dicere: Jesu fili Dauid/ miserere mei. Non eū nominat nazarenū/vt a turbis accepit: sed dauid filiū audacter inclamitatꝰ velut euenficiās incarnationē ꝙ ppter miseros fuerat incarnatꝰ: petit misericordiā: qꝛ cecitatis miseria premebať: ⁊ vocibꝰ supplet quod oculis cecis vidēdo nō poterat. Aiebat enī iste cecꝰ i corde: Multitudo transit: ipsū videre nō potero: nec recognoscere int̄ turbas: nec signāter inq̄rere vt meis aspectibꝰ ostēdať: sed clamor meꝰ pueniēs eū/introibit in aures eiꝰ: pueniet vox quo visus depditꝰ puenire nō pōt. Et qui preibāt/ increpabāt eū vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili dauid/ miserere mei. Nō increpabāt interrogantē/sed misericordiā.

altis vocibus acclamantē. Dū interrogat eru
dit: dū clamat increpat: et forte ꝙ prout turbe
successiue prodibāt ante iesū: alij erudiebāt in
terrogantē: alij clamantē misericordiā increpa
bant: quoniā preteriti ante christū patres atq
prophete christū predixerūt: et scriptura serua
ta posteros docuit. Sed qui arguūt sunt iudei
christo coeui: omnino dei filiū et misericordiā
cōferre negabāt. Siue christus i pcessu vite la
bentis agitur. Sunt qui docēt: et sunt qui com
primūt, ne a nostris miserijs liberemur. Nā se
pe cōtingit ꝙ ijdē docēt vera: et quos docēt re
primūt: ne a quā patiūtur miseria releuent. Et
plerūq alij erudiūt ad iusticiā: aliqui tortuosa
impedimenta prestāt ad gratiā. Sed constans
in bonis directionibus anim⁹, post bona edo-
cumēta suscepta, cōtra agentes ad pietatis cul
tū pseuerat immobilis. Frustra doctrina susci
pit, si phibita taceat: si edoctus arguit: et silet
a necessarijs bonis. Porro in isto ceco etiā in
crepato clamāte qualiter edocemur, ne ab his
phibitionib⁹ arceamur: et cū firmi pstiterim⁹,
fiet obsequio aduersores. Factū ē vt cū oppor
tune atq importune cec⁹ altis vocib⁹ clamita-
ret: ad aures dñi clamor aduenit: qui oēs nouit
anteꝙ clamēt. [Qui stās precepit eū voca-
ri: et iussit illū adduci ad se.] Nunc stat iesus:
nūc trāsit: imo semp stat: et tēporaliter transit
deitate permanet: humanitate vero in gestis
suis ab eo ꝙ incarnatus est inretrouersibiliter
temporaliter transit. Precepit vocari cecū ex
eo ꝙ stetit, nō ex eo ꝙ trāsit: et iussit adduci ad
stantē, nō ad transeuntē. Ad eternū et stabile at
q regnū fundatissimū nos saluator inquirit, et
puenire iubet: nō ad id quod opprobrio et pe-
nalitatibus est subiectū: ꝙꝙ ad suorū transeun
tiū morā prouocet sequelā: vt succedat eterna
beata stabilitas. Nec illuminat ex transitorijs
bōis, sed ex eterno deus: qui temporaliter i assū-
pta humanitate mirabilia operat. Et hi q obe
dierūt [vocant cecū dicētes: Animequior
esto. Surge vocat te. Qui et, piecto vestimēto
suo, exiliēs venit ad eū.] Vocat cecus, sed ius
su dñi. Nam inaniter quis vocat ad veniā, ni-
si iussu domini saluatoris. Nā quomodo predi
cabunt nisi mittātur? Et primo exhortātur ad
animi pacē cognoscentes domini misericordi
am super eū. Opportune ad officiū euāgelizā-
tis pertinet pacē animi ppter benignitatē do-
mini peccatoribus predicare: ne cōsyderatione
magnorū scelerū desperatione frangantur: de-
inde excitare male ex prauis moribus quiescen
tes: vt oriatur lux sedentibus in tenebris, et in
regione vmbre mortis. Presto fuit iste cec⁹ ad
vocationis verbū: neq morā contraxit in tem
pore, nec impedimentū passus in corpe: agili-
tate insolita vtens: vestimento reiecto exiliēs
venit ad Jesū. Prestructa ē i homine isto for-
ma vocari atq indigentis sanari ab infectio-
ne malorū. Vocatur: audiat vocantē. Excitat
vt resurgat: ne amplius in preactis malis atq
prauis consuetudinibus sedeat. Nā inqt Apo Ephe.5.
stolus: Surge qui dormis: exurge a mortuis: et
illuminabit te christus. Etenī iste presignat ob
tenebratos homines peccatores: qui ad inter-
nā vocantur animi lucē: non per hominē, sed p
deū hominē refundendā. Reijciat vestimentū
quo se male forsan excusando tegebat: aut quo
se velabat ne crimina noscerētur: sed perfidiā
et consuetudinē prauā et ptractā ex primis pa-
rentibus labē: iuxta illā sententiā: Spoliaui me Cañ.5
tunica mea: quomodo induar illā. Siue omne
quod posset impedimēta prestare, accedere ad
vocātē Jesū: qui venit omnibus languoribus
nostris medicamenta prestare. Veniat exiliēs
non temperato gressu. Periculosū protinus
est, cū dominus vocat moras innectere: aut re-
misse gradi ad optatū et desinitū hominis bo-
num. Et ad miraculi cumulū est ascribendū:
ꝙ cecus iubente domino exiliuit. [Et cū ap
propinquasset: interrogauit eū Jesus di-
cens: Quid tibi vis faciā? Sepe legimus Je-
sum interrogasse que nouerat: vt in multis lo
cis ediximus: sed hic offert se facturū vota pe
tentis: vt petēdi prestet audaciā. Preuenit pec
catorū hominū mentes promissionibus suis: et
ex ipsis nostrū debitorē voluntarie se constitu-
it: vt omnib⁹ prestet petendi securitas, si se vo-
luerint ad honesta cōuertere. Hinc apl's pmo- Hebre.4.
net: Adeamus cum fiducia ad thronū glorie
eius: vt misericordiā consequamur in auxilio
opportuno. Sed prerogata fiducia petit cec⁹:
[Domine rabboni, vt videā.] Vocat dñm
cui obediendū: et qui timēdus ab omnib⁹ est.
Et magistrū a quo erudiēdus: cui⁹ sup omnes,
imo sua et non alia tenenda est doctrina: seu
q de ipsa velut de originali fonte pcedit. [Et
iesus dixit ei: Respice: quia fides tua saluū te
fecit.] Mandat iesus vt respiciat ocul corpo
ris: qꝛ oculo mentis alte cōspexerat. Nā fides
oculus est mētis humane: quo diuina et que su
pra naturā sunt et fiunt, possum⁹ ptueri: ppter
quē iste non solū sanus corpore, sed mente sal-
uus ostendit. Fides tua te saluū fecit. Vñ huic
fides? Ex auditu. Vnde auditus? Per verbum Rom.10
dei. Interrogauerat hic transeuntes: et audi-
uit de domino sanū verbū: ꝙ Jesus transiret:
prestitit verbo fidē: potius ex verbo sibi facta
est fides. Credidit i iesu quē nō videbat oculo: et
clamabat ex verbo proprio i verbo audito. Et
quē ratiōe humana nō capiebat ex fide: dauid
filiū, magistrū et dominū appellauit. Proinde
fides eū in vtroq homine saluū fecit. [Et cō
festim vidit: et sequebatur illum in via, ma-
gnificans deū. Et omnis plebs vt vidit, dedit
laudē deo.] Incontradicibiliter ilico fit ver-
bi obedientia, per quod facta sunt omnia: et fit
aut de nouo in hoīe visus, aut deperditus repat
cui pretulit opē lingua interrogans et procla-
mās: et cor factū i credulitate verbi. Et nil ob
stat fieri, vbi cunctorū dñs imperat. Et vidit q
ante non viderat, aut respexit insolita. Eadēq

imagine aut de nouo infundiť ad cognitionẽ
ordinata scientia: seu reacquiriť ĩ actionibus
iustis: que forte velut sopita latebat in intimis.
Sed qui visum iuste cognitionis accepit: lar-
gitorẽ protinus sequatur in via: nõ declinans
ad dexterã vel ad sinistrã. Et magnificabat de-
um: nemini alteri attribuens quod accepit: ⁊ il
lum laudibus effert: quia vniuersali deo laus
omnis et honor et imperiũ/ et omnis prouen-
tus virtutis et gratie.

¶ De curatione ceci nati: secundũ Joannem tantũ. Capi. XXXIII

Jo.9. Cecidit sup hominũ corda tenebrosa
caligo: et caliginosa nubes fere oẽs
inuoluit: vt ceca mente anima ignorã-
te nascamur: et in lucẽ corporeã respectũ lumi
nibus corporis cũ obscuritate interiori prodi-
mus: quam educta de materno ventre cecitas
manifestat. Plus menti ꝙ corpori ademptũ est:
cũ pauci sine lumine corporis: omnes ṽo cum
caligine mentis in hac valle miserie oriamur.
Et miratione mouet/ et stuporẽ generat: si pre-
ter cõmunẽ nature legẽ/ defalcatis luminibus
corporis aut quibuscũqꝫ membris quis in hoc
mundo nascatur. Sed nec admirationem fa-
cit/ ꝙ oẽs more brutalis nature/ ipsa nostra
natura nos generat: vt spũs humanus a peco
rino in ipso primordio nascendi nõ discrepet/
nisi ex tẽpore alimẽtis adhibitis coalescat. Et
auiũ et animaliũ terrestriũ in corpore nostrã
excedunt nascendo naturã: cũ pulli eorũ corpo
ꝙ orti sunt/ matrẽ sequũtur: alimẽta suscipiũt.
Sic et animaliũ pulli eisdẽ valitudinib⁹ fultiũ-
tur/ ꝓprios cognoscẽtes parẽtes: alios ṽo de-
uitant. Ad magnã malorũ stipitem nos ligauit
celestiũ prima inobedientia preceptorũ: vnde
omniũ penalitatũ spiritualiũ et corporaliũ sti
pendiũ sumpsimus: vt etiã absqꝫ delicto ꝓprio
in multis diminuta natura nascamur. Et na-
tura pia hominũ mater nouercať in cunctis.
Attamẽ in aliquibus sue tyrannidis plus insi-
pit: vt cecus homo in hac vita nasceref in cor-
pore. Et ad insinuationẽ ꝙ omnis ex corrupto
ventre procedẽs patiať in mente: que validã
cecitatis interne caliginẽ nescit: vt videat se-
metipsam/ cuius figure cuiusqꝫ coloris/ cuius
ꝓportionis/ cui⁹ mẽsure/ cui⁹ põderis: aut quo
tendat/ ignorat: q̃uis possit audiẽdo/ discendo
speculando/ maxime credẽdo cognoscere: non
tamẽ q̃d sit: nisi cũ fuerit excepta de corpore/
quod ipsã prepedit et grauat. Preparat mul
ta in malis hominũ speculari/ homo hic a na-
tiuitate cecus: quẽ Jesus declinãs lapides iu
deorũ/ egressus de templo seriosa inspectione
respexit. Et intendẽs in eum Jesus singulari
aspectu: discipulos suos in seipsũ et in cecũ fe-
cit intẽdere. In cecũ/ vt solerter inspicerent: ĩ
eũ/ vt tanꝙ magistrũ de ignoratis inquirerẽt:
Joan.9. quod et fecerũt. **Et interrogauerunt eũ discipuli sui dicentes: Rabbi/ quid peccauit hic aut parẽtes eius/ vt ce**
cus nasceretur? Ad hoc itur ad scholã:
vt nescita importune/ opportune discanť. Ob
hoc magister residet/ vt ignaros doceat: et ad
quesita respõdeat. Sũmus doctor de celis ad
ima descendit: vt diuina humane doceret hu-
manos: et diuine homines instrueret de huma
nis. Reprehẽsiõe sunt digni discipuli hebetes
ad interrogandũ recte docentẽ: cui etiã oĩa
patent: nec scientiam eius aliquid subterfugit.
Humilitatẽ confessionis et confessionẽ humi
litatis ostendit/ et nescientiam profiteť humili
ter interrogare doctorẽ: necnõ et amorẽ ad sci
entiã: cũ quis interrogãdo querit fieri sapiẽs
Sed ne supra sensum aut intellectum queren-
da sunt multa: maxime que per solã fidẽ opor-
tet apprehẽdere. Et diuina iudicia nõ sunt te-
merarie inquirẽda. Occulta quidẽ sunt in plu-
ribus: sed in oĩbus vsqꝫquaqꝫ iustissima. Ne-
mo enĩ est qui iure valeat diuina iudicia macu
lare. Altissimã tamẽ questionẽ apostoli a Chri
sto appetũt enodari: sed nisi fide in illam inten
dant/ fiat soluẽdo nodosior: et cũ nulla iusticia
suadeat hominẽ in ꝓpria puniri ꝑsona preter-
ꝙ ex ꝓpria culpa. Ecce inquisitio: immo patet
questio. **Quid peccauit hic aut parentes eius/ vt cecus nasceretur?** Prout
diceref: Hic nõ cecus a ministris iusticie pro-
pter culpã anteꝙ natus: in nullo malo agebat
ex ꝓprijs. Justicia talis est: vt quecũqꝫ semina Galath.6.
uerit homo/ hec et metet. Quid igiť iste mali se
minauit? Et iterũ: Per que homo peccauerit Sap.11.
ꝑ hec ⁊ torquebiť. Et alibi: De fructu oris sui Prouer.12.
vnusquisqꝫ replebiť bonis: et iuxta opera ma-
nuũ suarũ retribueť ei. Et etiã: Grauabit eum Esa.24
iniquitas sua: et similia. Quid igitur horũ in vte
ro fecit cecus natus? Quid parẽtes eius? cũ ex
decreto dñi dictũ sit: Filius nõ portabit iniq̃- Ezech.18.
tatẽ patris? Ad hanc inquisitionẽ respõsio nul
la decentior: quã christus edixit/ omnibus cau
sis abiectis: ꝙ solũ ad ostensionẽ diuine glorie
cecus fuisset eductus ex vtero: pro eo ꝙ supra
naturã et artẽ mirabiliter illuminandus esset.
Sed arrogãtia et tarditas intellectus huma-
ni etiã hoc arguere nõ desistũt: cur ad ostensio
nẽ diuine glorie qui nõ deliquit/ cecus est na-
tus: nõ aduertẽtes ꝙ nec maioris glorie si fuis-
set ex culpa: minus autẽ intendentes/ ꝙ nemini
deus ad dãdũ oculos aut ceteros sensus obli-
gatus fuit ex debito. Agit libere quod ãn pre-
uiderit in creandis. Et nemo potest ei dicere:
cur ita facis? Quia sicut vas formandũ in ma- Job.11.
nu figuli/ ita nos in manu dei. Nec põt dicere Hiere.18
vas autori suo: Heu me figule/ cur me fecisti Ro.9.
sic? Igitur quod deus potest/ iuste potest: iuste
vult: iuste operať: nec est importune aut mole-
ste seu ledenter omnipotẽs dñs: sed naturali-
ter/ necessarie/ impassibiliter/ voluntarie/ iuste/
vtiliter omnipotẽs dñs/ deus verus. Proinde
nemo in altissimũ celũ: scꝫ diuinũ/ celatũ/ secre-
tũqꝫ iudiciũ ponat os suũ: vt eum per quare in
terroget ĩ actionib⁹ eius/ velut si aliq̃d ĩdebite

pegisset: sed sileat inq̄rendo ⁊ laudādo diuinā
ꝓuidentiā alte clamet, vt vtriusq̃ sexus exege-
rit: nihil enim habemus quod nō acceperim⁹.
Si ꝟo nihil nostri est iuris: sed penitus diuini
est muneris: si aliq̄d quodlibet creatū existēs se-
ipm nō efficit: sed prestātior est q̄ fecit: q̄d nobis
inq̄sitionis aut querele cur de⁹ sic fecerit? Po
tentatiue q̄dē atq̃ incōprehensibiliter oīa au-
thor se nouit ꝓducere in effectū: amplius olim
omnipotentissimus artifex: omniū habens a se
ipso virtutē infinitā, ⁊ omniū agendoꝝ scientiā,
⁊ penes se irreprehensibilē causam. Speciē ha-
bet blasphemie, de his q̄ deus fecit hesitāter q̄-
rere. Proinde nō sic, sed humiliter cum amore
sciendi, si q̄dē ipse ꝑmiserit, dei sunt ꝑquirēda iu
dicia: ⁊ vbi clauserit ostia, ne ad illā secretorum
scientiā fiat ingressus, scꝫ diuinoꝝ: q̄escat mēs
quorumcūq̃ mortaliū: nō in hesitatione ꝑsum-
ptuose atq̃ curiose querat factoꝝ altitudinē di
uinoꝝ. Decentissimū est vt sicut placuerit, glori
ficet̃ artifex in opere suo quod ex materijs ꝑia-
centibus fecit: ⁊ maxime summus artifex: q̄ nul
la ꝑiacenti materia oīa in esse ꝓduxit: q̄ siue ser
uet cōmunē quē statuit ordinē: siue aliter ꝓducē
da ꝓducat: ⁊ membra q̄ a principio natura ne-
gauit, postmodū ipse concedat glorificandus
est. Sed his q̄ assoliti sunt ordini naturali ⁊ tar
dioribus ad sciendū, maius videt̃ quod fit ꝑter
nature ordinē, q̄ cum ille seruat̃: q̄uis nō distet
a factoris potentia q̄ oculos negatos in ventre
nato restituat, q̄ simul cū alijs mēbris in ventre
cōpingat. Assunt etiā ⁊ alie rōnes quare de⁹ eū
q̄ nō peccauit aliquando molestet: aut deneget
q̄ pluribus ⁊ peccatorib⁹ dedit. Non tamē hu-
mana mens ad inquirendū curiosa existat: sed
humiliter diuina facta collaudet. Manifestan
da erant diuina opa in isto ceco nato: in eo q̄ ꝑ
ter nature ordinē sibi danda erat videndi pote
stas, quā nō eduxit ex ventre: preterq̄ iā factus
adultus questu querebat necessaria vite. Nam
⁊ aliter dei opa manifesta erāt: ⁊ resculpti sunt
illi q̄ preter ordinē nature negant aliq̄d posse fi
eri: ⁊ dicētes deū alligari ordini naturali: nō in-
telligētes q̄ natura i plurib⁹ deficit: q̄ post de⁹
subueniendo refecit. Si omnipotens est natu-
ra: cur iste oculos siue visum nō accepit cū cete
ris? Si ꝟo christus miraculose sibi reddidit, cur
oīa sunt tributa nature? Cur ꝑter naturam deo
denegat̃ huiuscemodi faciēdi facultas? Necnō
ex isto decebat ostēdi christū esse filiū dei. Qui
declarando subiecit: Me oportet opera-
ri opera eius qui misit me, donec di-
es est. Ueniet autem nox cum nemo
potest operari. Opportunitas hec non im
plens, sed libēs erat: nec ad agentē, sed ad nos
relata: vt nō ꝓpter eum, sed ꝓpter nos talia fie
rēt. Missus erat christus hō de⁹ a deo pre ꝟo;
Missum q̄dē oportet opus iniunctū opari mit-
tentis: vt vna sicut est appareat in actiōe volun
tas ⁊ facultas. Opa mittētis operanda hec erāt
vt christus dei filius ab hominib⁹ crederetur;

in ipso speraret, ipse ꝑamaret: ꝑ eū mūdus per-
ditus saluaret̃: peccator cōuerteret̃: ad veniam
inuitaret̃: mūdus nō diligeret̃: vita eterna ⁊ su-
perior quereret̃: ꝑ gratiā supra naturā hō vita ⁊
morib⁹ efficeret̃. Prerogāt quidē ad hec inau-
dita miracula: vt quod non fuit ab initio ceco
nato, iā ꝑfecto ꝑ christū restituat̃ ⁊ visus. Sed
hec opa nō in nocte, sed in die fienda. Nox in q̄
nec opa ista fient, infidelitas est: ⁊ illa tetra diui
sionis pars in quā cedent maledicti in ignē eter
nū. Dies ꝟo bonoꝝ agendoꝝ est vera fidelitas
⁊ tota mora christi in hac vita nobiscū: sicut ipse
post resurrectionē suis discipulis repromisit, di
cens: Ecce ego vobiscū sum vsq̃ ad cōsumma- Mat. 28
tionē seculi. Et hic quoq̃ declarat cum adiecit
Quādiu sum in mundo, lux sum mū
di. Quod si solum hanc inspicimus literam: vi
det̃ dūtaxat quousq̃ christus vixit in carne, lu-
cē huic mūdo fuisse: post ascensionē ꝟo eius re-
mansisse in tenebris. Sed altius ad intelligen-
dū se cōtulit hoc quod dicit̃. Quoniā ipse dei fi
lius incarnat⁹ tamdiu in mūdo ꝑ fidē in cordi-
bus hominū erit: quousq̃ ipsa fides euacuetur
successione visionis ⁊ spes adoptiōis potioris:
Et dū erit tēpus vite agēde, vsq̃ quo cōsumma-
to mūdi mysterio in sperandā aut in penalē de
ueniat̃: ⁊ sic existēs est lux aiaꝝ ⁊ moꝝ: sm̄ quā
in affectionibus ⁊ moribus oportet incedere vi
atores. Exorbitant penitus oēs cōtendētes ca
ptare superna: si ad lumē alterius lucis ambula
uerint, q̄ ad illius q̄ christus, dicēs: Quādiu sū
in mūdo, lux sum mūdi. Nō excludit̃ solis ⁊ alia
rū stellaꝝ lux ab illuminādis corporibus: sed ab il-
luminādis animabus omnino ꝓpellit̃. Lux ista
eterna est, ꝑ quā creata tēporaliter eluxerūt: ad
cui⁹ lumē adā cognouit q̄ nō ambulauit: sed ad
tetrum lumē ꝓprie voluntatis. Ad cuius etiam
lumen in suis posteris vergente in suis etati-
bus seculo requisitus est. Ad cuius lumen agi-
tur duplex agenda vita: ⁊ ad sperandam inobli
quabiliter ꝑuenit̃. His dictis ad effectū dicto-
rū saluator se cōtulit: vt ostenderet q̄d ex parte
mittētis opaturus aduenerat: ⁊ quō lux erat su-
pernaturaliter operans atq̃ lucēs ad illumina-
tionē mentiū tenebris ignorantie obtutarum.
Hec cū dixisset, expuit in terrā, et lu-
tū fecit ex sputo: et liniuit lutū super
oculos eius, et dixit ei: Uade et laua-
re in natatoriā syloe: quod interpre-
tatur missus. Abijt ergo et lauit: et
venit videns. Commune est atq̃ vsitatum
omniū doctorum dictū: ⁊ vtiq̃ verum est q̄ di
uina sapientia de eterno capite patreq̃ descen-
dēs, luto nostre carnis vitam ꝓcurauit: et fecit
omniū sanitatē: ⁊ etiam illuminauit hominum
ignorantium mentes. Sed neq̃ futura siue po-
steriora figure sunt preteritoꝝ siue priorum: sed
preterita ⁊ priora sunt figure sequentium. Pro
inde q̄uis mixtio saliue cum puluere quandam
exprimat diuine incarnationis imaginem: non
tamen figurat, cum iam facta prefuerit. Et com

mixtio est sputi et luti: sed vnio dūtaxat nře humanitatis et verbi miraculum fuit: hoc ostēdēs diuinā virtutē in oibus rebus/quis corruptibilibus ac imis hoībus posse pstari. Sed futura et posteriora/nō antecedentia in isto miraculo cogimur cōtemplari. Quia cū christus sola voluntate aut verbo aut tactu manus/et solo sputo absq luto visum potuisset restituere ceco nato: qd igitur est q ex saliua capitis et puluere vnguentū fecit? Posteriora dixerim potius q pora signari. Facta qdem erat incarnatio/ sed nō dū condita sacramenta: que fiunt ex rebus imis et corruptibilibus p imperiū verbi dei. Nam vilis et corruptibilis est aqua: tamē cōsecrat verbo: in qua intincto corpore anima lauat a sordibus. Jma et marcessibilis est lingua humana: et p verbū dñi cōsecrat et benedicit/absoluit et ligat/et docet vtilia et diuina/et dirigit in vitā eternam. Puluis est homo/et per verbū sacerdos efficit: diuinā virtutē habens/etiā angelos excedens: vt ex corruptibilibus atq mortalibus christi substantiā faciat: et in illā cōuertant ista p verbum. Liquor oliuar pcedit ex humoribus terre: attamē p verbū efficit sanctū chrisma et oleū sanctū: ad vngendū frontes et sensus humanos et expiationē malor. Jsta quidē sunt vnguenta que illuminant ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis: cōfecta qdem ex sputo diuini verbi et ex puluere corruptibili atq mortali. Hec imponenda sunt oculis nostre mentis ex natiuitate cecis: qr non ex traduce anima/sed caro: nō virtus inuisibilis/sed homo visibilis: nō christianitas/sed humanitas. Sumus oēs ex nobis tenebre/lux aūt in domino: et omnes nascimur filij ire: misericordiā vo dei dono cōsequimur. Et cū sic inungimur/ videmus p gratiam: quod erat impossibile p naturā. Cōtemplandū aūt q saluator nō terminauit huius ceci curam in vnctione: adijciens vt iret ad natatoriā syloe et lauaret: cuius interptatio missus ab euangelista/nō a christo posita est. Sed non ab re hoc factū est: qm prius oportet hominē ignorantia cecitatis detentū instrui quasi p vnctionē: quo-
vero simplicitatem possidet: magis vero incōponibile tenet illam. Necnō ꝛ quod dicit recōuertitur: quia ꝛ simplicitas incompositū: incōponibile tamen verius habet illud. Nec illa simplicitas in qua querendus est deus: nec illa compositio in qua penitus non querendus/ad additionem similis carnis aut alterius materie corruptibilis referenda est: vt q̄titatis cōtinue vel discrete credatur augmentum: sed dumtaxat ad varietatem voluntatū ꝛ affectionum que p̄uagātur steriliter in diuersa creata/obiecta forinsecis sensibus vno creatore relicto aut cum eis quesito: qui solus quesitus dum solus queritur/simplicitatem anime facit. Si quis sibi fugacē cordis affectionem in suum dominiuʒ vendicauit: vt non componaẗ voluntate habēdi aliquid p̄ter deum: aut in ipso ꝛ cum ipso cuius rei causa fugaẗ: simplicitas ꝛ incompositio ipsa generaẗ. Nam sicut deus qui ex omni seipso simplex est/incompositus est: animam ad suā similitudinē ꝛ imaginē in esse p̄duxit: ꝛ sm̄ illam essentiā quaʒ deus animabus nō p̄ naturam/sed p̄ gratiā dedit/sic voluit vsq̧quaq̧ consistere: hoc th̄ excepto q̄ vniunẗ/non componunẗ corporibus: sic voluit ac suasit in affectiōibus incōponibiles permanere: vt q̄rendo deū adesset ista simplicitas vt ipse solus q̄rereẗ ꝛ amareẗ: et si qua sunt alia p̄pter ipm̄ ad ipm̄ ordinabilia ꝛ ordinata p̄ q̄sitionis intentionē ꝛ actū. Nō eīn remouet cordis simplicitatē/si hūana mens deum p̄pter seipsum querit: ꝛ si qua sunt alia p̄pter deū. Nec credamus animam illā supnaturalē ꝛ ineffabilem simplicitatē atq̧ incompositionē possidere quā deus habet suo ineffabili modo: sed talē sine compositione substantie similis atq̧ dissimilis/qualē deus dedit spiritibus siue animabus a se creatis cōuenienti et intelligibili modo. Sʒ nec anima vnita corpori compositioneʒ in corpore aut ex corpe recipit: exempta est ab ipso: vt intromissa fuit sic existit: nihil amplius substantiam trahens p̄ter quas didicit qualitates: que compositionem substantie omnino non faciūt: etiam si quot sunt conflarenẗ in vnū. Simplicitas ergo illa in qua querēdus est de⁹/duplicitatē intētionis ꝛ multiplicitatē affectionis ꝛ inq̄sitionis expellit: tantū tendens in deum qui finis est omniū/ꝛ in ea que incunctāter dirigūtur in eum. Est igitur simplicitas cordis inuariabilis intentio anime: inuariabilem inquisitionem formans optimi ꝛ p̄fecti atq̧ summi boni/quod solum deus est. Necnō ꝛ simplicitatem dicim⁹ quandā rectitudinē mētis/ꝛ inobliquatā p̄sistētiā sctē affectiōis. Un̄ submissiori mō loquētes q̄cq̄d est sine plica vel ruga/simplicitatē habere cēsemus: vt patet in corporibus inobliquatis ꝛ p̄tēsis. Mansuetudo aūt huic virtuti se sociat: cui q̄rēti subsequiẗ inueniri. Un̄ p̄ Sophoniā p̄phetam diciẗ: Querite dn̄m oēs māsueti terre. Sophonie.2
Māsueti tre inuitanẗ ad q̄rēdū deū: nec frustra/ne delusa fiat māsuetoꝝ sollicitudo q̄rētiū: q̄m humiliū ꝛ mansuetoꝝ sibi semp̄ placuit depreca

tio. Sed qui inuitat aut animat ad querendū: se obtulit requisitū. Mansueti vero terre illi sunt: qui viuētes in carne in terra seu ꝑpter terrena extolli nesciunt: ire pestilentiam fugiūt: apostati gratias agūt: reimpendere mala ꝓ malis nulla ratione nouere. Mansuetudo est innocētia vite: tolerantia irrogatorū: gratus gestus: mos verecundus: nulli grauis: placita cunctis. Hi si dominū querunt: inueniūt: quia nihil obstat eis vnde a quesito fraudenť. Alia scriptura sub pollicitatione firmissima repromittit: ꝙ deus a debito modo querentibus inueniť. Ait em̄: Cum me quesieritis in toto corde vestro: tunc inueniar a vobis. In toto em̄ corde deus queriť: cum quicqd est amoris: intelligētie atqꝫ memorie in eū referť: ⁊ his ꝓfugať aduersūꝫ. Ac ꝑ hoc christo suos inuitante fideles querať gratia: querať virtus expediēs: querať illa possessio que nō minuiť accedente consorte. Querať cuius inuētio est honesta: tētio vtilis ⁊ delectabilis vsus. Queramus in via quod teneamus in patria. Seclusi quidē paternis peccatis atqꝫ ꝓprijs ab internis ⁊ eternis gaudijs: velut exules extra manemus. Et pulsos a bonis ad pulsandum ianuam pietatis inuitat: apertionē pollicitans si pulsamus. Inqt em̄: Pulsate et aperietur vobis. Sed nec ad eandem ianuam per quam sumus exclusi: est cedendum. Per portam iusticie ab incōmutabili bono exules facti sum⁹. Et firmata ꝓtinus est seris ⁊ vectibus ferreis inexplicabilibus contra nos: naꝫ iusticia nunqꝫ desinit a seipsa: sed e regione intranea ianua misericordie ꝑstat: cuius repagula sunt oratiōibus remouenda. Assidue pulsat qui orare mente non cessat. Supsedēt liminaribus huius porte optimi ⁊ diuini custodes ꝓ pte illius qui custodit atqꝫ gubernat: timor videlicet atqꝫ amor. Hi oēs pulsantes cognoscūt: scientia qͣuis varie irremota. Initiat ad sapientiā sanctus timor: sicut ꝓpheta cantabat: Initiū sapientie: timor dn̄i. Sapiētia vero fidei omnē sapientiā ꝑterqꝫ visionis excedit: cuius timor extat exordium. Hic ꝓspicit pulsatores qui ad diuina intrare contendunt: si pulsant inhesitanter in fide: si fideliter sunt fideles. Concutit qualide portā robur fidei ⁊ actualitas eius. Amor vero in liminari dextro ꝗescēs: etiam a longe cōspicit pulsatores: si amoris qͣta vehementia: si qͣta ꝑsistentia orationis: qͣta ꝑtinacia lachrymarū: misericordie ianuaꝫ nostris meritis in facie nobis clausam desirmare ꝯtendant: arietāt obices: porte confringūt seras: disrumpūt ferreos vectes. Si timor ⁊ amor simul vna conueniūt: his malleis: his arietibus misericordie ianua est cedēda. Si cum his pulsabimus: iuxta ꝓmissionē christi patebit introitus. Veraꝫ christus loquiť veritatē. Pulsate ⁊ aperietur vobis. Pulsemus ad ostiū veritatis: quia mundi fallacijs obuelati: ab ipsa exclusi sumus. Pulsemus ad ianuā beneficiorꝫ dei ⁊ thesaurorū eius: qꝛ male delectati ꝑfunctorijs ⁊ caducis nimis paupes facti sumus. Si ꝑseuerāter pulsauerimus: apieť nobis: ⁊ intrabimus in gaudiū dn̄i nostri. Nō patiť diuina bonitas nos a suis bonis excludi: ꝙobrem docet pulsare vt mereamur admitti. Et ne a diffidētia retardemur: obtinendi securitatē adiecit: Omnis enī qui petit accipit: et qui querit inuenit: et pulsanti aperietur: dū nec petať aliud preter ipm̄ ⁊ ad ipm̄: nec qͣrať aliud qͣipe ⁊ ad ipm̄: nec in nostra virtute suū ostium adeamus. Ne quis aūt in suis iustis petitiōibus falli se credat saluator vtilē exauditionē petitiōis adiecit: ⁊ cōparatiōe typica exauditiōis hominū exauditionē patris fecit eximiā: ⁊ ad sanctā audaciā in petendo nostre mētis intorsit: dicēs: Quis ex vobis pꝛeꝫ petit panē: nūqd lapidem dabit illi? Aut piscē: nūqd ꝓ pisce serpētē dabit illi? Aut si petierit ouū: nūqd porriget illi scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali: nostis bōa data dare filijs vr̄is: qͣto magis pať vester dabit bōa petētibus se. [Ali⁹ euāgelista dicit [spm̄ bonū petētibus se] Parabolica sunt hec: magna inť deū pꝛeꝫ ⁊ ⁊ nos sacra ferētia. Quid panis petitio: qd lapis nō largit⁹ insinuat? Predixerat sup in orōne quā docuit: panē quotidianū petere a sūmo patre. Pan grece: latine totū aut oē diciť. Idcirco velut a qͣdā origine panis: a pan sūpsisse ferť tale nomē: qm̄ velut cib⁹ sustētās ab oib⁹ alalib⁹ appetiť. Panis in scptura sacra totā vitaꝫ aut totū victū qͣqꝫ signat: iuxta illud Genesis: In sudore vult⁹ tui vesceris pāe tuo. Vitupabiliter mēsa poniť absqꝫ pāe. Et tota vita nr̄a christ⁹ ē: panis scꝫ verus ꝗ de celo descēdit. Si ꝗs ꝯditi onib⁹ antedictis hunc panē accipiet: nec sibi ꝓ pane īterpellat⁹ pať lapidē ministrabit: ꝗ aliqͣ vita nō viuit: nec intelligit neqꝫ sentit: ꝗ ledit sepe īterdū grauat: ⁊ durus ꝑtin⁹ ē. Hec pať petēti ꝓ pane nō infert: neqꝫ ꝓ pisce serpentē. Piscis et serpēs diuersa īcolūt elemēta: ⁊ corꝫ diuersa spēs diuersaqꝫ natura. Piscis ē hoī apt⁹ cib⁹. Serpētē ꝓo comedere hoīuꝫ natura abhorret: qͣqꝫ ex certis medele causis īterdū in cibū eueniat. Piscis dulcis ē cib⁹: serpēs ꝓo ad necē plerūqꝫ venena diffūdit. Piscis assūmpt⁹ ex aqͣs: dulcedo ꝗ ex amaritudie vite carpiť. Amara est vita ista his ꝗ ꝑ grāꝫ filij dei sunt: qm̄ aut patiūť ab alijs aut sibijpsis inferūt passiōes. De aqͣ sunt eūtes ⁊ redeūtes in sublime tollētes ecc̄siasticā arcā. Sꝫ hūc piscē dulcēqꝫ cibū: quē pius pater filijs petētibus donat: nō aūt serpentē: scꝫ necās virus: vt pene pena succedat: ⁊ passio passioni: vt filij dei ꝗ ꝓ christo in hoc seculo mala patiunť: ī futuro nr̄a etne ledētia patianť. His ī idipm̄ pꝛ suos filios cruciare nō nouit. Nec flagitanti ouū porriget scorpionē. Ouū inť cibaria cib⁹ est mūdior: fotū aūt calore ornicis formať in auē: et in quo nihil vitale aut sensibile apparebat: tpis ꝓcessu opatione secreta nature administratione animalis volatile generať. Rogitāti fidē anime mūdicia tribueť: qua videri possit oīpotēs. Et fiet pēnatū animal ⁊ volatile: vt volare possit speculādo diuina: tandē illis eterne fruēdo. Nō

Hiere. 49

Ecclī. 1

Gen. 3.

aũt scorpio tribuet / immundicia scz ꝛ finalis deceptio: quia scorpio ledit a cauda. Non enĩ nouit pater eternus iuste petentibus / nisi bona conferre. Proinde affirmãdo subiecit: Si vos cũz sitis mali / nostis bõa data dare filijs vestris: q̃to magis pater vester dabit bona / seu spiritum bonũ petentibus se. Mali sunt omnes homĩes: nõ natura / sed compatione bonitatis increate. Sed qui volũtate mali sunt / ad filios seruant pios affectus: vt bona eis petẽtibus aut nõ petẽtibus largiant̃: q̃to magis pater vester qui bonus est natura increata. Bonus est q̃ a bonitate deficere nõ potest: q̃ viciari nequit: dabit bona / scz indeficiẽtia eterna vtrũq̧ delectãtia sensum: aut bona / scz his que possunt cõferre mortales penitus meliora. Sed hec bona Lucas p spiritũ bonũ expssit: vt istius verbi sensus ad superiora petita connectat̃: scz ad panez / ad piscẽ / ad ouũ: p q̃bus petitis cõtraria nõ donant̃: vt cui spm̃ bonũ / volũtatẽ scz bonã aut diuini numinis spiritũ cõtulerit: oĩa bona petita contulisse dicat̃. Nã in ista sententia / q̧ Lucas patrẽ donatorẽ asseruit: quod Mattheus dixit / includit. Quod vero Mattheus dixit / donũz diuini numinis non exclusit.

¶ De parabola seminantis et diuersitate seminis: secũdũ mattheũ / marcũ et Lucã. Capitulum II

Ars subuenit nature corrupte: vt nec post peccatũ gratis natura hominem pasceret / nisi iuuaret̃ artis ingenio. Et sicut natura adminiculo artis adiuuat iacto semine terram: sic gratia sato eterni semine verbi nostrã adiuuat animã. Proinde saluator ad eruditionem turbarũ sequentiũ / seminãtis parabolam posuit dicens: Exijt qui seminat seminare semen suũ. (Mat. 13. Marc. 4 Lu. 8) Demonstratiue loquitur: quia ipse primus est qui exiuit a patre ꝛ venit in mundũ / imaginẽ satoris accipiens / actu ꝛ theoria seminans semen suũ. Omniũ exclusit dominiũ ꝛ possessionẽ: dũtaxat suũ esse semẽ asseruit. Qui seminat satis est diues: si a seipso / nõ aliũde semen ꝛ terrã possidet. Diues est seminator eternus: ꝛ eterni verbi ab eterno possessor: nec aliũde accepit que in corde hominũ seminauit: ꝛ terrã creauit ex nihilo inuisibilẽ atq̧ visibilez vt p vehicula terre visibilis ad inuisibilem semina ferrent̃: q̃q̃ posset in omnẽ animã sine auditu corpis suã immittere theoriã. Verũtñ quod p linguã statuit seminare / p aurem voluit ad animã deferri. Post imaginẽ satoris / imaginez seminationis adiecit. Et dũ seminat / aliud cecidit secus viã: et conculcatũ est: et volucres celi comederunt illud. Aliud cecidit supra petraz seu in petrosa vbi nõ habebat terrã multã: et continuo exorta sunt: q̃ nõ habebãt altitudinẽ terre. Sole aũt exorto estuauerũt. Et q̃ nõ habebant radicez / aruerũt: seu natum aruit: quia non habebat humorem. Aliud cecidit int̃ spinas: ꝛ simul exorte spine suffocauerũt illud. Aliud cecidit in terrã bonã: ꝛ attulit fructũ: aliud cẽtesimũ / aliud sexagesimũ / aliud tricesimũ. Qui habet aures audiẽdi audiat. Et accedẽtes discipuli eius dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Et cum esset singularis / interrogabãt eũ duodecim q̃ cũz eo erãt / que esset hec parabola. Quibus ipse respõdens dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei: ceteris aũt nõ est datũ / sed in parabolis. Qui enim habet / dabit̃ ei ꝛ abundabit: q̃ aũt nõ habet / id quod videt̃ habere auferet̃ ab eo. Ideo in parabolis loquor eis: q̃ vidẽtes nõ vident / ꝛ audiẽtes nõ audiũt neq̧ intelligunt: vt impleat̃ in eis prophetia Esaie dicẽtis: Auditu audietis ꝛ nõ intelligetis: ꝛ videntes videbitis ꝛ nõ videbitis. (Esa. 6.) Incrassatũ est enĩ cor ppli huius: ꝛ auribus grauiter audierũt: ꝛ oculos suos clauserũt: ne q̃n oculis videant ꝛ auribus audiant ꝛ corde intelligant: ꝛ cõuertantur ꝛ sanem eos: ꝛ dimittant̃ eis peccata. Vestri aũt oculi beati / q̃ vident: ꝛ aures vestre / q̃ audiunt. Amẽ q̃ppe dico vobis: q̃ multi pphete ꝛ iusti cupierũt videre q̃ vos videtis / ꝛ nõ viderũt: ꝛ audire q̃ vos auditis / ꝛ nõ audierũt. Vos aũt audite parabolaz seminãtis. An nescitis parabolã hãc? Quõ oẽs parabolas cognoscetis? Hec est aũt parabola: Semen est verbum dei. Quod autẽ sec9 viã / omnis qui audit verbũ regni ꝛ non intelligit. Deinde venit malus sathanas diabolus ꝛ tollit verbum de corde eoꝝ: ne credentes salui fiãt. Nam qui supra petram / hi sunt qui cum audierint / cum gaudio suscipiunt verbum: sed et hi radicem non habent: sed ꝛ temporales sunt: q̃ ad tempus credunt / ꝛ in tempore tentatiõis recedunt. Facta autem tribulatione ꝛ psecutiõe propter verbũ cõtinuo scandalizant̃. Quod aũt in spinis cecidit / hi sunt qui audierunt: ꝛ a sollicitudinibus ꝛ diuitijs ꝛ fallacia ipsarum ꝛ voluptatibus vite euntes suffocãtur / ꝛ sine fructu efficitur. Quod autem in terram bonam / hi sũt qui in corde bono ꝛ optimo audientes verbum retinent: ꝛ fructum afferunt in patientia: aliud tricesimum / aliud sexagesimum / aliud centesimum.] Arrogantiam melioris additionis existimaui: si quis quod saluator exposuit / vellet exponere: nisi forrassis expositio crederetur / aut esset obscurior: vt etiam ipsa declarationibus indigeret. Sed nec expositio dici posset / si supra quod sternitur non producit in lucem: aut supra id quod litera continet / euidentiorem sententiam non facit. Quid igitur? Si dissertio saluatoris super parabolam seminantis ipsam producit in lucem / clarescereq̧ peramplius facit: vera expositio est. Quod si expositio est / quid amplius ipsam epistolare tentabimus? Si aũt expositio nõ est / cur ad diuina retulit parabolaz seminãtis? Audaciter dixerim verã eẽ expositionẽ / nullãq̧ meliorẽ. Sed nec sup stramẽtũ expositiõis psũpserim aliud iducẽdũ: sz sup expositionẽ declarationẽ apponere / ppt tardiores intel

lectus nõ incongrue cogitaui: dũ verba posita
inter stramentũ ⁊ epistolationẽ prius intellectib⁹
pateãt. Cũ saluator parabolã cõpleuisset: ante-
q̃ interrogatus exponeret dixit: **Qui habet
aures audiẽdi audiat.** Ubicũq; hoc ver-
bũ in scripturis diuinis ponit̃/ excitatio est mẽ-
tis ad intelligentiã mysterioꝝ: quod nõ fit dum
simplex est doctrina/ sed duz tradit̃ sub mystica
forma. Unñ q̃ habet aures audiẽdi: id est aĩe po-
tẽtias ad intelligendũ aptas: audiat: id est tali-
ter apponat/ vt quod mystice vel parabolice p-
fert̃ intelligat. Nulla homini frustra ẽ data po
tẽtia: ve q̃ quod accepit nõ deducit in debitum
actũ. Jnimũ dissimulari a deo est segnẽ in virtu
tibus interioribus fieri: fm eñ ipsas ad dei ima
ginẽ factus est homo. Hinc spũs in intellectuz
veritatis velate a dño excitat̃. Qui habet aures
audiẽdi audiat. Discipuli aũt videntes q̃ turbis
in parabolis loquebat̃: ppius ad dñm accesse-
rũt velut q̃ familiari⁹ aderãt: ⁊ dixerũt ei: [Qua-
re in parabolis loq̃ris eis.] Estimãtes turbas
tardissimi intellectus/ neq; capaces velate do-
ctrine. Et cũ esset singularis secretus a turbis
interrogabãt euz duodecim: scz quos singulari
priuilegio aplos nominauit: si q̃ esset hec para-
bola. Unñ patet ipsos simul cũ turbis ab ignorã
tia fuisse detẽtos. [Quibus ipse respõdẽs dixit:
Uobis datũ est nosse mysterium regni dei: cete
ris aũt in parabolis.] Multa hic dubie querẽ
da ꝯcurrũt: q̃uis in euãgelica scriptura nullum
sit dubiũ; q̃ ptermittentes ad saluatoris explici-
tam sententiã attẽdamus. Datũ erat apostolis
cognoscere mysteriũ vtriusq; regni dei: scz mili
tantis ⁊ triũphantis ecclesie: siue in parabolica
siue in simplici ⁊ apta doctrina: ⁊ hoc speciali p̃
rogatiua eius/ q̃ aplos sic elegit. Subticeantur
hic merita. Nullus p̃sumat/ si accepit ab eo qui
dedit. Nullus exultet inaniter in his q̃ a seip-
so nõ habuit. Nullus desperet/ si donuz in hac
vita superogatiõis nõ habet. Paucis siquidez
datũ est: ⁊ nõ merito recipiẽtis/ sed puidẽtia et
largitate donãtis. Nouit christus que/ q̃bus/ q̃n
q̃ obrẽ velit sua dona ꝯcedere. Nemo aduersus
largitorẽ aliqua ratione causet̃: nã creditor/ nõ
debitor iure factus est nobis. Nõ oẽs habẽt no
ticiã scripturaꝝ: nõ omnibus reuelata sunt my-
steria christiana. Non omnibus data est clari-
tas intelligendi: nec omnibus disserẽdi est tri-
buta facultas. Nec tñ carẽtibus adest ratio q̃-
rulandi: dum solum in dando sit ratio largien-
di. Sed bona est noticia regni dei: melior apti
tatio suĩp̃sius ad regnũ. Bonus pp̃ter illam:
sed pp̃ter istam beatior. Sed cum dicit: ceteris
aũt in parabolis: creditũ minoris cognitionis
insinuat. Ceteri sunt omnes q̃ ab apostolis ⁊ eo-
rũ similibus sunt secreti: qui nõ merent̃ nisi sub
velamento audire diuina mysteria. Et velamen
semp̃ fuit sup̃ cordibus iudeoꝝ: quod moysi ve-
lata facies figurauit: p̃terq̃ in his q̃ fide non fi-
cta venerũt ad christũ: ad quẽ cũ accedit̃/ aufert̃
omne velamẽ. Et ipsis q̃dez apostolis q̃ ppius
accesserũt/ fuit ab ipso enucleata parabola. Nã
⁊ in veteri testamento omnia q̃ in tabernaculo
federis erãt/ cum castra mouerent̃/ ab aarõ ⁊ ab
his q̃ in tabernaculo seruiebãt inuoluebant̃: nec
videbant̃ a populo: etiã nec ab his q̃ in ppriis
humeris deferebãt: obuelandi ratio nõ modica
tũc erat/ scz ne morerent̃: nũc siquidem neq; mi
nor. **Qui eñi habet/ dabitur ei et abũ- Lu.8
dabit: qui autẽ nõ habet/ et quod ha-
bet auferetur ab eo.** Hic parabolizandi
ratio videt̃ consistere: vt ei qui habet/ plus det̃:
⁊ ei qui nõ habet/ ⁊ quod videt̃ habere auferat̃.
Nemo existens dicat̃ nõ habere: saltem habet es-
se quod est. Sed hoc quod saluator dicit habe
re: q̃ si sunt dona nature/ sint dicata iusticie at-
q; cultui deitatis. Nẽo iuste habet quod habe-
re videt̃/ nisi diriget in positũ finẽ: vt qui habet
bonã voluntatez/ dabit̃ ei ⁊ bñ agendi facultas.
Et qui habet originalẽ iusticiã/ dabit̃ ei et lega-
lis. Habenti iusticiã legis/ addet̃ iusticia fidei ⁊
gratia euangelij. Et q̃ possidet amorẽ sciẽdi/ da-
bit̃ ei studiũ christi. Studiũ exercenti dat̃ gra-
tia intellectus. Habenti intellectũ dabit̃ sapiẽ
tia. Sapientiã habenti christiferã eterna glo-
ria tribuet̃. Et vt ordine p̃spicaciori pcedã/ di-
xerim: Qui eñ habet timorẽ/ dabit̃ ei pietas: et
abũdabit i illa supra id quod habebat. Qui ha-
bet pietatẽ/ dabit̃ ei scientia: ⁊ tripliciter abũda
bit. Habenti scientiã fortitudo tribuet̃: ⁊ qua-
drifarie abũdabit. Fortitudinẽ possidenti con
siliũ tribuet̃: ⁊ p̃ quinq; ditabit̃. Hereditãti cõ-
siliũ adiũciet̃ inuisibiliũ intellectus: ⁊ senaria p-
fectione gaudebit. Intellectu fultus accipiet sa
pientie cõplementũ: ⁊ abũdabit in vera intelli-
gentia scripturaꝝ ⁊ diuinaꝝ rerũ. Qui vero sic ⁊
ista nõ habet/ degradabit̃ ab eo quod habere vi
debat̃: ⁊ vt nihil amplius mereat̃. Hanc pfecto
sententiã experiẽtia subsequa cõfirmauit: nã iu-
deis verũ amorẽ ⁊ zelũ legis habẽtibus ⁊ veraz
fidẽ christo p̃stãtibus/ cuz lege atq; intelligẽtia
veteris testamẽti euangelica gratia est tributa.
Istis vero carẽtibus omnis vera scripturaruz
scientia est ablata: puatiq; sunt dignitate sacer-
dotali ⁊ regia/ ⁊ miro tẽplo ciuitateq; sancta: vt
etiã vagi ⁊ pfugi sedibus incertis vbiq; ferãn-
tur. Mattheus vero rationẽ quare paraboliza
uerit ponẽs/ Esaie testimonio roborauit dicẽs:
**Ideo in parabolis loquor eis: quia
videntes non vident: et audiẽtes nõ
audiũt neq; intelligũt.** Uidere se crede-
bant iudei/ sed nõ videbãt: ⁊ audire obedienter
verba legis/ sed nõ audiebant. Et intelligere se
putabãt: sed nõ intelligebãt. De seipso p̃ter in-
herentẽ virtutẽ opinari/ similitudo est p̃mi pec-
catoris: cũ taliter opinanti iusta debet̃ damna-
tio. More somniãtiũ fantasticant̃ diuitias qui
id quod nõ habẽt/ habere se credũt. Testimoni-
um Esaie quod hic introducitur/ seip̃o claret q̃
in confusione iudeorum fuerit pphetatum: q̃p̃
plangendum sit fontibus lachrymarum: quo-
niam ad nos iudeoꝝ vitia transierũt: quoniam

audiuimus ⁊ itellectu gratifico nõ intelligimus diuina nobis cõmẽdata mysteria. Et nec videmus cum oculis illius prudentie qua nobis ꝓuideamus ad intransitoriũ regnum: sed ad agẽda ꝑfunctoria huius seculi oculis lynceis intuemur. Incrassatum est cor nostrum abundãti malicia: ⁊ terrena delectatiõe obesum: vt ꝓterq̄ terrenum nil diuinũ sapiat: nil ꝓter id quod sensum demulcet aspiciat. Et grauiter audimus verba diuina que nostrã puersitatem arguũt: grauiter toleramus ea que nos ab hoc mundo diuellunt: nec nõ ⁊ ingrate suscipimus que supna ꝓmittunt: que ne descendamus ad inferos/cautos efficiũt: vt ex pertinaci ignorantia ⁊ contumaci inobedientia in hoc tempore non cõuertamur/vt in eternum sanemur. Sed ad differentiam ꝓteritorum beatos apostolorum oculos appellauit: vidẽtes que prisci videre nequierũt. Uos autẽ audite parabolam seminãtis. Et excitãs eos ait: Nescitis parabolã hãc: et quomodo oẽs parabolas cognoscetis? Acsi apte dicat: Si hãc parabolã q̄ nimis obuelata nõ est/nõ cognoscitis: quõ alias cognoscetis/q̄ forte habebũt obscuriorẽ in pluribus intellectũ? Et se dñs ad exponendũ coaptat dicẽs: Hec est autẽ parabola. Sic intelligit quod ꝑ similitudinẽ humanarum actionum dictum est: maxime ad hoc refert parabola seminantis. Semen est verbum dei. Quoniam multiplex inuenit semẽ in sacris scripturis: idcirco semen huius sationis distinxit a ceteris per antonomasiam. Nam est semen quod euenit ex humanis membris/vt in pluribus ex cõcitatione libidinis: q̄d in sanctis patribus fuisset cõmotum desyderio ꝓcreande ꝓlis. De quo dicitur: q̄ Onan semẽ suum fundebat in terram: ne liberi fratris nomine nascerentur. (Gen.38) Unde a domino ꝑcussus interijt: quoniam illud semen ꝓterq̄ in cõnaturale vasculum mediante dei lege nõ est eijciendum. Quod si q̄s a ꝓpria malicia deuictus aliter fuderit: ex multatione hui⁹ sceleris agnoscat quã culpam ipse cõmiserat. Sepe punitio monstrauit scelerum qualitatem: similiter ⁊ q̄titatem. De quo etiam Leuitici dicitur: (Leui.15) Uir qui patitur fluxum seminis/immundus erit. Et ibidem: Uir de quo egreditur semen coitus/lauabit omne corpus aq̄. Et alibi: (Nume.5) Qui semine fluit/pollutus est. Ex quo semine homo generatur: si ex nulla parte huiuscemodi generationis ordo confundit. Etiam nomine seminis omnis hominum ꝓpagatio intelligitur. Unde dictum fuit (Gen.3) decipienti serpenti: Inimicitias ponam inter semen tuum ⁊ semen illius: vt per semen eue omnis hominum generatio intelligatur/cui inimicatur hostis antiquus. Seminis appellatione vnus populus intelligi solet ab vno homine (Neemie) ꝓpagatus: iuxta illud Neemie: Separatum est semen filiorum isrl' ab omni alienigena. Et Esaias (Esa.45) dicit: Laudabitur omne semen israel. Et specialem vnius hominis sobolem scriptura semen (Leuit.21) appellat: iuxta quod dicit: Homo de semine aaron qui habuerit maculam/non offeret panẽs deo suo: nec accedet ad ministerium eius. Seminis etiam nomine intelligunt oẽs qui malos in vita ⁊ morib⁹ imitant: sicut psalmista dicit: Semen impiorum peribit. (Ps.36) Et Esaias huiusmodi seminis maledicit: (Esa.1) Ue semini nequã. Et omẽ in terra iactabile vt mortuũ ꝓmo/deinde fructum ꝓferat/semen est: sicut dñs dixit: Germinet terra (Gen.1) herbã virentẽ ⁊ facientẽ semen: ⁊ lignũ pomiferum faciens fructum iuxta genus suũ: cuius semen in semetipso sit sup terram. Sic etiã in his que spiritualiter agunt/seminis appellatio inuenitur. Est quippe semen ipsa iusticia: sm̃ quam est omnino viuendum. De quo Salomon similiter cõmonens ait: Seminanti iusticiam merces (Prouer.11) fidelis. Iusticiam ille seminat qui sic viuit vt iure reprehendi non possit: quoniam nihil reprehensibile iusticia possidet: q̄ de sua ditione praua etiã recta facit: nec exorbitat ab eo quod agendũ accepit. Seminat iusticiã qui recte viuẽdi exẽplã vidẽtibus atq̄ posteris derelinquit. Et q̄ viuo vocis alios ad ipsam intelligendã ⁊ amandã atq̄ exercendã erudit: hm̃oi satori merces fidel' est: quoniam fidelis est qui fallere nõ põt/q̄ iusticie ꝓmium statuit: quoniam iustus dñs iusticiam dilexit: cuius satorẽ ꝓmiare decreuit. De quo sicut cõfidenter (2.Timo.1) apostolus loq̄bat dicens: Scio cui credidi ⁊ certus sum: quia potẽs est depositũ meũ seruare in illum diem. Et ibidem: De reliquo reposita est mihi corona iusticie: quia iusticiam seminaui: quam reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Et ꝓmium iusticiam seminantiũ etiã Danieli reuelatũ est: Qui ad iusticiã erudiunt multos/quasi stelle in ꝑpetuas eternitates. Similiter ⁊ iniquitas ⁊ omne cõmentum eius cum ab vno in alium per verba seu ꝑ actionẽ diffundit/nomine seminis appellat. Sic ꝑfecto per Salomonem dicitur: Qui seminat iniquitatẽ/metet mala. (Prouer.22) Nam sicut seminanti iusticiam merces fidelis: sic seminanti iniquitatem pena tribuet infallibilis. E regione siquidem iniq̄tas seminari dicitur: sicut ipsa iusticia seminatur. Et homo apostata in omni tempore iurgia seminat. Homo apostata qui a virtute recessit: qui statim (Prouer.6) iurgiorum sator efficitur: vt nullo modo vbi fuerit quiescat. Et discordiã seminans/in odio dominico cõstitutus est: digna recepturus nisi fuerit digna correptiõe ꝑuẽtus. Et quecũq̄ seminauerit homo/hec ⁊ metet. (Gal.6) Et q̄ seminat in carne/de carne metet corruptionem. Semen autem de quo hic saluator intendit/est verbũ dei: quod est veritatis: quia sermo eius veritas est. De cuius potentia seminis psalmista ꝓclamat: Potens in terra erit semen eius. (Ps.111) Potens in terra est penitus dei verbum: quo elementa in sacramenta transesit: quo diuinis humana sociant: quo ipsa corruptibilia diuina efficiunt. Potẽs in terra semen eius/sez dei verbum: quo mutantur hominum voluntates: cuius potestate relinquuntur terrena: animo fides infunditur: effigiũt demões: ⁊ infirmitates curant: cuius po-

tentia ⁊ virtute sustinent hoies/ne patiant exi-
Esa.1 tiale piculũ. Hinc Esaias clamat: Nisi dñs reli
quisset nobis semen: quasi sodoma fuissemus: ⁊
quasi gomorra similes essem⁹. Et q̃uis de pau-
cis relictis in populo scriptura prophetica di-
cat: typicus tamẽ sensus canonice hoc impor-
tat. Multa ⁊ germana similitudo verbi dei ad
semẽ quod iacit i terrã/ existit: sicut Marcus in
sequenti similitudine manifestat: sed ita in cordi
bus auditorum fuit diuersa seminatio verbi/si-
cut seminis tritici sup terram. Semen quod ce-
cidit secus viam/cõculcatũ a transeuntib⁹ exti-
tit. In corde hominũ velut in publica via trans
eunt humani affectus: q̃ sunt ad seipsos pl⁹ de-
bito cõpassiui/⁊ ad carne cõiunctos ⁊ ad notos
ad quos postposita virtute christiãitatis affici-
mur. Et cũ auditur verbũ regni/nõ apprehendi
tur in intellectu: nec ad illud animus humanus
afficit/ ab humanis affectibus conculcatũ. De
inde venit malus nõ natura/sed vitio: sathanas
videlicet aduersarius deo ⁊ hominib⁹/ diabol⁹
animã ⁊ corpus diabolare satagens: ⁊ tollit ver-
bum de corde hoim ne credẽtes salui fiãt. Hoc
alia expositione nõ indiget: sed quõ venit ⁊ tol-
lit/disserere opus est. Quis aduẽtus diaboli ad
cor nostrũ. Unde venit/qua venit/quomõ tollit
cũ cor nostrũ nõ in potestate demonũ/sed in dei
⁊ ipsi⁹ hois potestate cõsistat. Quod venit ⁊ q̃re
venit/ scz vt tollat/ saluator exposuit: sed q̃s/vn
de/qua/ quomodo/oĩno nõ posuit. Secretũ est
cor nostrũ: quod solus deus intuet. Demones
aut hoies ipm intueri nõ possunt: nisi ea que in
ipso sunt/cũ signo vocis ⁊ opis foris ostẽdunt.
Quis ergo diaboli ad aĩam aut ad cor nostrum
aduentus? Nõ credat ipsius maligni spũs sub-
stantiam venire ad cor aut in animã ingredi: sz
cũ p signum exterius aliquem deprehenderit p-
peram affici: venit vsq3 ad corporis sensus ⁊ ob
iecta forinsecus: vt humano placito plus debi-
to insistente diabolus aduenisse credat: q̃ seipso
delectatus plus debito a deo factus est alien⁹.
Nec aliunde venit aut a loco mouet: qui locum
nõ occupat: sed omnibus continuus ⁊ impreter
missus insidiator existens/tempus ⁊ varietatem
hominũ captat vt possit insurgere. Attamẽ illa
via venit in quam cognouit animã inclinari et
obliquari/per recessum ab his que potiora sũt.
Et tollit verbum: nõ ad se illud trahens aut vti-
litate sua: sed illud diuertit ab aĩa: ne ab eo irri
gata fecundetur ad fructum superne vite: velut
si quis aque irriguum per inuidiam ab alicui⁹
horto diuerteret/ne fructificaret ad meli⁹. Aut
sic animã in humanis placitis occupat: vt ver-
bum regni ab illa per obliuionẽ excludat. In-
tentio autem huiusmodi nequissimi protin⁹ in
hoc tota consistit/ne homines salui fiãt. Et tor
quentur nunc inuidia/prius deiecti superbia: ⁊
agunt seuiter ⁊ insidiose in nos: ne illas q̃s ami
serunt sedes/christo credentes sub ipso humi
liati capiamus. Defectum seminis alie partis
quod non vere fructificauit/saluator prouenire
posuit ex radice: ⁊ q2 tempales erant. Que aũt
sit ista radix qua deficiẽte iactũ semẽ ad fructũ
nõ venit: sacra scriptura manifestat: Nã radix Eccli.1
sapie est timere deũ. Timor q̃dẽ dñi fundamen
tũ est verbi. Etenĩ verbum dei sapia est. Et sa-
piẽtia dei p verbũ innotuit. Timor siquidẽ dñi
verbo dei p̃stat humorẽ vt radicet: vt in alta cõ
surgat: vt tribulatiõibus oĩbus nõ cedat: vt scã
dalũ nõ obueniat. Tempalitas etiã defectũ ac-
cumulat: qm̃ non p eternis insudat. Tempales
nẽpe illi sunt q̃ ea q̃ tantũ hui⁹ tpis sunt sapiũt:
q̃ hoc mundo vti delectant: q̃ p ipsis pditis af-
fligunt: q̃ vt acq̃rãt semp satagũt/⁊ deũ acq̃ren-
do postponũt: q̃ vt ea nõ amittãt/virtutes amit
tũt. Etenĩ tempalitas ad seipsam reflexa in ver
bis regni nõ stetit: qm̃ deprimebat eã: atq3 eter-
nor pmissionẽ turbabat. Si enĩ in eternitatẽ
transire gliscisset vt erat suasio verbi regni: seip
sam ptempsisset: ⁊ in oĩbus fuisset eq̃nimis. Ra
dicẽ nõ habere tempalẽq3 manere/a regni ver-
bo deficit. Defectũ tertie ptis seminis ita salua-
tor aperuit: vt alia declaratione nõ egeat. Sed
ve illis q̃ dormire sub sentibus delitias putant:
ve illis qui volutant in spinis: ve diuitibus hui⁹
seculi q̃ spinosi sunt. Coronã nãq3 spineã pungẽ
tem caput domini plectũt: verũtamen ⁊ ab illa
in examine iusto puniẽt. Quarte ptis iacti se-
minis fructũ trifarium clare christus edixit: vt
alio non sit opus/nisi velimus appropriare tri-
cesimos ⁊ sexagesimos atq3 centesimos fruct⁹:
quod relinq̃mus humilibus tractatoribus scri
pturar. Uerũtamen hoc cordibus omniũ infi-
gat: q sine fructu patiẽtie nemo fructificat in sa
lutem. Idcirco illã ad dissertionẽ huius para-
bole saluator apposuit: vt patiẽtia in qua fruct⁹
affert/sit tolerãtie ⁊ expectatiõis. Et patiẽtia in Jacobi.1
quit Jacobus/opus pfectũ habet.

¶ De parabola tritici et zizaniorum ad comparationem bonorum et malorum: secundum Mattheũ et marcum. Capitulum III

Subnexit aliã parabolã seminãtis ⁊ se-
minis in assertiõe sue bonitatis/⁊ sup-
inducte malicie ope praue volũtatis/di
ces: Simile factum est regnum celo- Mat.13
rum homini qui seminauit bonũ se-
men in agro suo. Cũ autẽ dormiret
venit inimic⁹ ei⁹ nocte: et supseminauit zizania i medio tritici: et abijt. Cũ
aũt creuisset herba et fructũ fecisset/
tũc apparuerũt zizania. Marcus vero se
riosius hoc insinuare videt/dicens: Simile ẽ Mar.4.
regnũ dei quẽadmodũ si iaceat hõ se
mẽ in terrã et dormiat: et exurgat no
cte ac die: et semen germinet et incre-
scat dum nescit ille. Ultro enim terra fru
ctificat. Primum enim herbam: deinde spi-
cam: deinde plenum frumentum in spica. Et
cum ex se produxerit fructus: statim mittit fal-
cem/quoniam adest messis. Accedentes au
tem serui patrisfamilias/dixerunt ei:

Domine/nonne bonū semen seminasti in agro
tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait ille: Ini-
micus homo hoc fecit. Serui autē dixerunt ei:
Uis imus et colligimus ea? Et ait: Nō: ne forte col
ligentes zizania/eradicetis simul et triticū. Sini
te vtraq3 crescere vsq3 ad messem: et in tempore
messis dicam messoribus: Colligite primū ziza
nia et alligate in fasciculos ad comburendū: tri
ticum autē congregate in horreū meū.] Simi-
litudo ista quodāmodo personalis est facti: quā
multi conati sunt aduersos hereticos noīe ziza
niorum interpretari: sed dicētis epistolario circū-
cidit: ne aliter q̄ ipse interpretatus est/declare-
mus. Cū discipuli eius dissimilis turbis acces
serunt ad eū/dicentes: Edissere nobis pa-
rabolā tritici et zizaniorū agri. Qui
rn̄dens ait: Qui seminat bonū semē
est filius hoīs. Ager autē est mūdus. Bonū vo
semē hi sunt filij regni: zizania autē filij nequā.
Inimicus autē qui seminat ea/est diabolus. Mes
sis vo cōsummatio seculi est. Messores autē an
geli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania et igni
cōburunt: sic erit in ɔsummatiōe seculi. Mittet
filius hoīs angelos suos: et colligent de regno
eius oīa scandala/et eos q̄ faciūt iniquitatē. Et
Mat.13. mittet eos in caminū ignis: ibi erit fletus et stri
dor dentiū. Tunc iusti fulgebunt sicut sol/in re
gno patris eorum. Qui hz aures audiēdi audiat]
Non debet ad aliud ista similitudo transferri:
nec potest/seruata intentiōe dicētis: preterq̄ ad
quod posita est. Etenim cum oīs interp̄tatio ser-
monū atq3 verborum spectat ad eū qui edidit: et in
terpretatio legis ad eū qui posuit: si primo ipse
interp̄tari voluerit. Quod si fecerit/oīs alia va
cabat interp̄tatio: et protinus erit impertinens.
Si vo sermonibus/verbis et legis decretis posi
tis tacuerit cōditor: tunc interp̄tabit lector: id
singulariter et p̄cipue seruās vt in intentionem
veniat primo ɔdentis. Omniū enim quarūcunq3
scripturarum fatiscentiū scrutatorum hic est optimus
canon: vt primo scribētiū intentionē quantū in
genij facultas pōt inueniat: nō dantes scriptu-
re aliene cōceptū in aīo/ seu propriū intellectū:
quod sepe fecit errorē: sed illū a scriptura capiē
tes quē continet. In scripturis siquidē diuinis
interp̄tator est spūssctūs in cordibus fideliū: qm̄
ipse ipsarum est conditor. In scriptura etiā euāge
lica sic christus interdū est locutus/vt alia inter
pretatiōe nō egeat: sicut in simpliciter dictis ad
uersus vitia/et in assertione virtutum/et in cōmi
natione pene/promissioneq3 glorie. Interdū in
virtute spūssancti posteris dereliquit: interdum
ea que videbant obscura/ ipse declarauit: velut
in istis duabus de satione parabolis: quarum prima
iam tradita istam etiā in sensum aliū non diuer
tens: ea tamē que intellectū clariorem rudibus
faciant/duntaxat dicturus aduenio. Creator om
niū deus bona cuncta creauit: et creatione pfe-
cta creata conspexit: non alio intuitu facta q̄ fa
Gen.1. cienda cōspexerat. Et scriptura dicit: Uidit de
us cuncta que fecerat: et erāt valde bona/scz du

plici bonitate/nature et naturarū. Nature quidē
omniū equa bonitas/eo q̄ sunt: naturarū vero/
q2 p̄eminentia et subalternatio est in eis. Igitur
sator bonus et et ager bonus et semina bona sunt.
Quid ergo malū: vnde/qua/quomodo intraue-
rit i creatā bonitatē: nō modica questio est/nec
noua/satis et acute a doctoribus p̄cedentibus in
quisita: vt etiā hic merito taceatur. Sed boni se
minis sator est filius hoīs: humilitatē insinuās
ac etiā initians a seipso saluator omniū christus:
qui nō se a forma dei/ sed a forma serui filiū ho
minis appellauit: q̄ cū in forma dei erat missus
est nō creare/sed seminare creatos in hoc mun-
do: qui suus et totus est ager: in quo semp aliq̄d
egit ab eo quo ipsum creauit: et agit et aget quo-
usq3 incognito nobis termio finiatur. Merito
ager mundus: quē ipse fecit: in quo etiā egit mi
bilia magna solus. In quo etiā pater operatur
et ipse. Nam testatus est: Pater meus vsq3 modo Joan.5.
operat/et ego operor. Cuius bonū semē sunt fi-
lij regni: qui ex seipsis semen nō sunt: sed cum se
men/quod est verbū dei/actiue et contemplatiue
suscipiūt/regni dei semina nominant. Proinde
saluator illā similitudinē protulit: in qua semen
verbū dei esse p̄dixit. Et ideo dicunt semen filij
regni: quia semē recipiunt/quod est verbū dei:
vt filij regni fiant p gratiā/non p naturā. Quos
tunc christus seminat: cū per seipsum aut p suos
p̄dicatores verba seminādo vocat. Tunc ipsi se
mina sunt cū diuina verba suscipiūt: et seminati
per verbū in agro huius mūdi facti sunt filij re-
gni: nondū illius in quo electi triūphant/sed il
lius in quo multis ɔbationibus agonisant. Nō
enim inter triūphantes/sz inter militātes possunt
ab hoīe inimico seminari zizania. Ne autē quis
piā dubie moueatur hoīes bonū semen aut ma-
lum vocari debere: audiat scripturā dicentem:
Semen autē hoīm honorabit hoc quod timet Eccl.10.
deū: semen autē hoc exhonorabit quod preterit
mandata dei. Semen quippe quod honorabit
sunt filij timētes deū/docti ex semine verbi dei.
Quod autē exhonorabit/ sunt zizania a diabolo
superfata/scz filij nequā: qui dei timore carētes
eius mandata preterierūt. Et ad domū iacob p
esaiam dicit: Utinā attendisses mandata mea: Esaie.48.
et fuisset quasi arena maris semē tuū. Ecce q̄ ho
mines semen vocant: ecce q̄ per custodiā man-
datorum dei/filij regni efficiunt et multiplicantur.
Mādata siquidē dei/verba sunt dei: que qui su
scipiūt semina in agro huius mūdi/sunt filij re
gni: militares existūt donec in regno eterno su-
scipiant: vbi scandala nulla consistunt. De his
etiā per eundē scriptū est: Si posuerit p pecca-
to animam suā/videbit semē longeuū. Acsi aper- Esa.53.
te dicat: Si filius hoīs qui seminauit i hoc mū
do filios regni/ p peccato humani generis vo
luerit vitā ponere: quod et fecit: videbit semē lō
geuum: hoc est semē suum in regno ppetuo du-
raturū. Et cū de suis electis dn̄s loqueret: etiā
noīe seminis insigniuit/dicēs: Electi mei nō la- Esa.65.
borabūt frustra/ neq3 generabūt in ɔturbatiōe:

q2 semen bñdictoꝝ dñi est. Non laborāt frustra
electi dei: qm̄ oia cooperant̄ eis i bonū: neq3 in
conturbatiōe generāt: q2 in patientia mētis fru
ctificant. Nō laborāt frustra electi dei: qm̄ cer-
tam reddet deus mercedē laboꝝ sanctoꝝ suoꝝ.
Ps.127. Et per psalmistā dicit̄: Labores manuū tuaruȝ
q2 manducabis: beatus es ꝛ bene tibi erit. Non
generant in cōturbatione: qm̄ si eis desup datū
est spūales filios generare: hoc est gaudiū ꝛ co
rona: quod de suis filijs spūalib9 dicebat apls:
Phil.4 Itaq3 fratres mei charissimi et desyderatissimi
Esa.65. gaudiū ꝛ corona mea: sic state in dño. Quia se-
men benedictoꝝ dñi est. Quod semē benedicto
rū nisi semen aploꝝ p quos mund9 credidit: per
quos semina diuīa suscepit: vnde hoies sunt se
mina filij hois facti ꝛ filij regni dei. Aut s̄m ali-
am trāslationē: q2 semen bñdictū est: vt hoc alia
Esa.61. esaie assertio testat̄: Omnes q̄ viderint eos/ag
noscēt illos: q2 isti sunt semē cui benedixit dñs.
Sed que sunt zizania inter semia bñdicta/ ipse
saluator edixit: zizania sunt filij nequā: quoꝝ sa-
tor diabolus inimici hois noie appellatus. Nō
deriuimus explanationē in alterā partē ab in-
tentione saluatoris. Sed qui sunt nequā filij vi-
deamus: magis aūt ne nosipsi simus vnq3 caue
amus. Nequā filij dici possunt oēs qui ad fideȝ
christi nō veniunt. Sed qm̄ christus de ortu no
uelle ecclesie loquebat̄/que regnū est exercitāde
militie: cuius filios seminauit nouicios aplōs p
verbū seminis eius: qui spūs primitias habue-
rūt: ꝛ ipsi ex christo satores etiā facti sunt: q̄ eū
Ps.125. tes ꝛ flentes miserūt semina sua: homies pluri-
mos semina fecerūt/ꝛ regni filij facti sunt: inter
quos sunt a diabolo zizania seminata: q̄ a salua
tore christo filij nequā dicūtur: quos alios esse
nō dixerim nisi hereticos/aut post fidē susceptā
quōlibet peccatores: de quibus p singula velle
disserere ipsa plixitas animos fatigaret. Unū
tm̄ de oibus asseram: q2 omēs hi sunt filij nequā
qui firmāt sibi sermonē nequā. De quib9 p psal
Ps.63. mistā dicit̄: Firmauerunt sibi sermonē nequā.
Firmant sibi sermonē nequā omnes credētes
suggestioni sathanice/blandicijs mūdi/delicijs
carnis/sensuali ꝛ humane doctrine: sermōi ter-
penti a veritate/seu a virtute hoiem auertenti: ꝛ
mores pprios huiuscemodi ꝯformātes. Inimi
cus homo diabolus est: non q2 diabolus homo
aut hō diabolus natura sit: sed officio prauo et
similitudine mala. Nam ꝛ de iuda saluator ipse
Joan.6. dixit: Nōne duodecim vos elegi: ꝛ vnus ex vo-
bis diabolus est? vt hō diabolus ꝛ diabolus ho
mo ex malicia merito dici pōt. Cui9 operatione
quia malus/quia sathan/ q2 diabolus/efficiunt̄
filij nequā: nō efficiēdi potestate/sed astutia sug
gerendi. Nō em̄ pōt mutare substantiā/seu na-
turā/neq3 cuiuspiā voluntatē: q2uis permittente
deo suggerendi ꝛ suadēdi habeat potestatē. Nō
em̄ actiōe psonali diabol9 nequā filios supsemi
nauit inter filios regni dei: sed cū inuisibilit̄ fal
lit/falsum p vero ministrās: aut cū timore plus
opprimit: aut cū puerso amore ad nō diligenda
inflectit: aut plus accēdit in minimis: aut cū ex
tingut ignem amoris in magnis. Et in supiori
parabola diabol9 dicit̄ tollere dei verbū de cor
de/ne credētes salui fiant: in ista vo dicitur post
sationē christi malū serere verbū/ vt hoies filij
nequā fiant. Inimicus christi est/ꝛ conat̄ aduer
sari actionib9 eius: ꝛ oim sermoꝝ eius importu-
nus ꝛ insidiosus est hostis. Et plus satagit sub
uertere quos tingit aqua baptismatis: ꝛ eos qui
euāgelico eruditi sunt verbo: q2 eos qui nondū
fidē dñicam ꝛ doctrinā euangelicā susceperūt.
Semp em̄ delectat̄ maiorē posse inferre ruinā:
Absorbebit em̄ fluuiū ꝛ non mirabitur: habet fi Job.40.
duciā em̄ q2 iordanis influat in os eius/ scz de-
norare cupiens in fide eruditos: ꝛ sciēs eoꝝ ma
iorem esse iacturā/ꝛ christi maiorē iniuriā: si ab
ipso possit eos auertere. Difficilis est ad cauen
dū: qui preterq̄ a magnis ꝛ in virtute circūspe-
ctis nisi cū pcusserit/non sentit̄: nec in suis pces
sibus cognoscibilē notā facit. Tēpore pacis se-
pe suis pilis interficit. Incautoꝝ nullus effugi
et arcuȝ dolosum eius: nec declinabit sagittam
pharetre illius: nisi ab inherente virtute fuerit
loricat9. Messis ꝯsummatio est seculi: ꝯtra eos
q̄ psumpserūt dicere q2 sic nō finiet̄ seculū: quoꝝ
falsaȝ opinionē sua sentētia saluator abegit: nō
si seculi cōsummatio nō esset: nō sic ante cōsum
mationē oia ꝯterētur: nec hoi mortuo tot infir
mitates q̄ sunt mortis pambula accessissent: nisi
q2 oino est morte soluēdus. Superfluū est seculi
ꝯsummationē exēplis asserere/aut rōne: sup oia
cogit credere patrona sentētia saluatoris. Mes
sores in fine seculi sunt angeli. Et mira diuine
puidentie dispensatio/q2 sint messores qui nun
q2 fuere satores. In agricultura sepe ꝯtingit/q2
q̄ serunt simil̄r ꝛ metunt. Hic siquidē sator est fi
lius hois/ꝛ apli ꝛ oēs doctores qui venerint in
noie scrō ei9. Messio tm̄ in fine seculi nō eis/sed
spiritib9 angelicis tribuet̄ exercēda: q̄ sp ciues
in superis/nunq2 in hoc mūdo semen verbi dei
ordine a christo tradito seruerūt: vt filios regni
facerēt: q2q2 multa ꝛ magna in hac vita pficiant
iussu dñi in obsequiū electoꝝ. Sȝ hoc ideo fide
pia fieri dixerim: vt metāt i fine seculi bonos et
malos: quoꝝ similitudinē gessert i vita boni hoies
sup terrā/cū eis eterne sociādi: mali vo dissimi-
les facti ab eis ꝯcludant̄ in illis tetralib9 locis
in q̄ apostate angeli merito eoꝝ supbie cecide-
rūt. Totū vero quod sequit̄ in hui9 expositōe pa
rabole/adaptatio ē ipsi9. Quod vero dixit: q̄ hȝ
aures audiēdi/audiat: hoc ē dicere: q̄ audit/intel
ligat ad sciētiā vt adhibeat cautelā: ne cedat in
partē filioꝝ nequā: quoꝝ ē sic a dño determiata
dānatio: sed assumat̄ in sortē filioꝝ regni: quoꝝ
christo miserāte certa erit cū angelis exultatio.
Sed qm̄ in pma editiōe pabole plura sūt posita
q̄ nō sunt i explanatiōe disserta: libet comice ad
mentē reducere: vt tota pabola pateat: q̄ diuinā
actionē ꝛ patiētiā ꝛ iusticiā mōstrat. Nā dormi
re hoim (quod saluator obmisit exponere) inad-
uertētia est piculoꝝ ꝛ incautela ꝯtra inuisibiliū

hostili: ⁊ culpata quies in lecto intexto funibus
peccatoꝝ: ⁊ strato tapetibꝯ ignorātie: atqꝫ vani-
tatū mūdi depictis coloribꝯ: et asperso illa sua-
uitate odorū qui interiorem olfactum a virtute
vere discretionis auertunt. Ex qua dormitione
ꝙ mala fuerint subsecuta: sacrā scripturā qui vo
Gen. 9. luerit inuenire/ pcurrat. Nam dormiēs noe nu-
datus est: acsi oēm verecundiā abiecisset. Loth
Judicū. 16. soporatus cōmisit incestū. Dormiēs samson vi-
2. Re. 4. ribus priuatus est. Dormientibꝯ isboset ⁊ ancil
la ostiaria domus/ ipse a principibꝯ latronū in-
Judith. 13. terfectus est. Capite dormiēs truncatꝯ est holo
fernes. Et nocte huiꝯ pessime dormitionis sunt
sup bona semina zizania seminata. Et nocte hec
pmixtio facta est: qꝛ cum lux veritatis abcesserit
ab hemisphero mentiū hūanarū: que sunt diui
ne volūtati ꝯtraria nobisqꝫ dānosa seminanꝫ.
Medium vero tritici est modestia inter vtrāqꝫ
partē/ quā diabolus nitiꝫ maculare: vt macula-
to medio in quo solide virtutis est sedes/ cetera
tunc a fundamēto deficiant. Abire ꝟo supsemi
nantis dolosi/ demōstrat impotentiā cōmoran-
di ⁊ efficiēdi quod cupit. Nō eñ potest intantū
hoīes occupare/ quin eos libero arbitrio vti si-
nat: et quin eis potētia remaneat euadēdi ⁊ extir
pandi noxiū semen: ac male suadēte cōscriptio
nis pacta cōfringere. Cū aūt creuit herba ⁊ fru
ctum fecit: ⁊ tunc zizania apparuerūt: hoc affir-
mauerim/ ꝙ ea ꝗ sunt bona ex natura crescunt ⁊
similiter ex studio: que ꝟo mala sunt natura nō
crescūt ⁊ nunꝗ cognoscunꝫ/ nisi cōparatiōe bo
noꝝ: nec eñ habēt existere/ preterꝗ in bonitate
naturarū. Supposita eñ malū naturarū boni
tas: nō tanꝗ accidēs ꝓpriū/ sed impertinēs ⁊ im
portune adiectiuū. Neqꝫ supposita ad perperā
actionē: quis cū fuerit ꝑuersa volūtas/ etiā ma
la ex actione ꝓueniāt. Sed qꝛ ipsum ꝑ se nō ha
bet existere/ nisi in aliqua bona natura cōsistat
quā ad exterminiū si possit adducere/ vbi ꝯsiste
ret nō habet. Si vero illā extermīare nequiret
sed minuere: nō cedit in illā partem quā demit:
sed in illa remanet quā exterminare nō potuit.
Ac per hoc hac rei veritate zizania in medio tri
tici herba crescēte apparere ceperūt. Accessus
seruorum ad patrēfamilias/ secura familiaritas
est angelice nature siue humane ad patrē omni
um deū: qui seruis suis ad seipsum per fidē/ per
charitatē ⁊ per orationē ⁊ contemplationē be-
nigne ꝑstat accessum. Interrogatio ꝟo ex igno
rantia ⁊ admiratione ꝓcedit: cognoscētes om-
nem creaturā ab infinita bonitate completā: et
nullam esse mali substantiā: sed vnde irrepserat
scire cupientes. Et magna timēdi ratio nobis
ꝑstruiꝫ: si id quod non est/ quod est ex aliq̄ parte
conturbata. Quod vero volebāt illa colligere:
zelum ad deū ⁊ ad conseruationē boni natura-
lis ⁊ gratie omnino insinuat: sed intemperatū ⁊
nec ꝟm scientiā/ cum velint subito inferre vin-
dictam. Preseruatio patrisfamilias ex ꝓuiden
tia magna ꝓcessit: ne serui nescientes bene di-
scernere/ cū zizanijs extirparēt ⁊ triticū. Solus
nouit qui sunt eius: ⁊ discernēdi bonos a malis
ipse dūtaxat habet scientiam. Sustinet deus in
agro huiꝯ mūdi malos simul esse cū bonis: pro
pter bonoꝝ exercitium a ꝯtrarijs: ex quo lucra
maxima nanscisciunꝫ. Cumulantur merita recte
agentium/ cū congressum habēt cum prauitate
maloꝝ: et probatiores fiunt ipsis ex aduerso sur
gentibꝯ. Necnō ⁊ ipsi mali possent interdū gra
tiam cōsequi eoꝝ meritis quos affligūt: ⁊ inter-
cessione illoꝝ/ cum quibus in cōuersatione mi-
scentur. Porro innumerabiles sunt ꝯuersi ad
tramitē veritatis/ ⁊ diuinam sunt gratiā conse
cuti: quorū ilico post crimen si fuisset extinctio
subsecuta/ eterna dāna subissent. De his in scri
pturis sacris plurima sunt exēpla: dauid/ petri/
pauli/ magdalene: ⁊ multorū similium/ quoꝝ spe
ctabiles habemus imagines: ⁊ ex multis malis
multos bonos per generationē carnis suscepit
ecclesia: qui per gratiā in dei filiationē creden-
do ⁊ moribus deuenerūt. Diuina permissio ꝗ
vsqꝫ ad messem zizania cū tritico permittanꝫ ex
crescere: respicit que supra posuimus: insuper ⁊
quod ab eo impossibile factū est/ nō oēs hoīes
iudicari: vt si euadant tꝑe ꝑfunctorie vite/ non
tamen finita messe suffugiū euasionis habebūt.
Omnes eñ qui ad tēpus effugiunt humanum
iudiciū/ includet diuinum. Nō eñ deus hic om
nia punit: non oīa iudicio reseruat extremo.
Dei misericordiā ⁊ iusticiam semꝑ apparere ne
cessario factum est: vt hic misereatur ⁊ tēporali
ter puniat: alibi etiā possit misereri ⁊ eterne dā
nare. Nec eñ instantanee premiando aut puni
endo misericordia dei atqꝫ iusticia ex tēpore ap
parebūt: sed eterna duratione manebūt: vt eter
na electoꝝ saluatio misericordiā/ infinita dam-
natio iusticiā monstret. Collectio prima zizani-
orum a tritico/ purgatio est bonoꝝ. Boni enim
purgati remanent/ cum mali auferuntur ex eis.
Nec obstat hoc quod in parabola ista diciꝫ/ ꝙ
primo fiat zizanioꝝ collectio: illi sententie ꝗ pri
us benedicti vocantur ad regnū: ⁊ post maledi
cti mittunꝫ in supplicium: quoniā hic est ordo
verboꝝ: ibi vero ponitur ordo factorum. Sepe
contingit aliter res dici ꝙ fieri: ⁊ alio fieri ordi
ne ꝙ dicantur: nō tamen ꝑiudicium veritati vl-
lo modo infertur: velut in cōditione fabrifacto
rie artis ꝑfertur latitudo/ altitudo/ longitudo/
magnitudo domꝯ/ aut turris/ aut cuiuslibet edi
ficij: cū tamen in cōstructione primo fiat cōgre
gatio cementorū: ⁊ ad fundamenta iaciēda ter-
ra fodiatur. Alligatio indicta fasciculorū ad si-
militudinē culparum refertur: vt qui similē vi-
tam cū alijs suscipiunt/ similem sentiant in legi
bus disciplinā. Et hi more fasciculoꝝ simul col
ligentur in pena/ qui male in hoc mūdo viuen-
tes vniti corpore vel diuisi similes fuere in cul
pa. Et omnimodā inexplicabilitatem importat
colligatio simultatis: cū nemo ligatus se possit
explicare: nullus a nexu vinculoꝝ liber existat:
qui alijs possit ad soluendum argumēta presta-
re. Cū fasciculi ad comburendū tradūtur chari-

stus exposuit: ꝙ mittit filiꝰ hoīs qui seminauit angelos suos/ ⁊ colligent de regno eius omnia scandala: que nihil aliud esse videntur nisi qui in christo scandalizati sunt: contra quos positum
Mat. 11. erat verbū: Beatus qui nō fuerit scādalizatus in me. Scandalizantur quidā propter timorē humanū in fide: vt omnes apostoli/ maxime petrus qui se nō scandalizari omnino asserebat: tamen timore ꝑcussus defecit in fide: negādo quē ante predixerat esse filium dei. Scandalizantur aliqui in doctrina christi: nō recte intelligentes q̄ ipsa veritas docet: aut despicientes/ quia cōtra ⁊ supra sensum humanū est: sicut pharisei cum eos saluator de transgressione mādati diuini ꝓpter traditionem propriā aperte argueret. Plures etiā in dei ecclesia scādala facti sunt/ qui alios male docēdo/ aut viuēdo nequiter scandalizāt:
Malach. 2. de quibus per ꝓphetam dicitur: Vos autē recessistis de via/ et scandalizastis plurimos in lege. Ad sacerdotes erat verbū istud: qui populū erudire debebant: ⁊ vita ⁊ doctrina dirigere in salutem. Ipsi vero de via veritatis recesserunt: subiectis plebeis scandalū inferentes: nō seruātes legem quā aliis seruandā audacissime predicabant. Quod post christū in succedentibꝰ moribus actum est: vt multi pōtifices/ sacerdotes atq̄ doctores populo ex damnatis moribus ꝓbuerunt iter ad mare submersionis. Scandala nephanda qui heretici nūcupantur/ plenius ꝓdecessores nr̄i in hac parabola ostēdere: aduersus eos subtilissime disserentes: vt hic sit preterire cōmodius. Colligendi etiā sunt omnes qui faciunt iniquitatē: vt nullus peccator nisi iusta preuentus emenda remaneat. Faciētes quippe iniquitatē/ sunt omnes qui fastu superbie ꝑtereunt legem dei: vt hoc distare videatur inter zizania ⁊ facientes iniquitatem: ꝙ zizania ad hereticos schismaticos ⁊ male docētes ⁊ interꝑtātes scripturā preter sensum ꝓprium referatur: qui vero iniquitatē faciunt/ ad omnē perperā actionem. Missio autē horum in caminum ignis et fletus ⁊ stridor/ perpetuitas est penarū contra tenerū hominū sensum per ignis asperū sensum. Fletus pro bonis irrecuperabiliter perditis. Stridor ꝓ reatibus incurabiliter applicatis. Justorum vero fulgor per similitudinē solis excessum eterne claritatis insinuat: qui nec sub imagine lucidioris corporis potuit designari: quoniā sub celo nil sole lucidius in corporibus inuenitur: ꝙ ꝙ multo peramplius ab ista luce in eternū splē
Isa. 30. dor iustorum erit. Nam erit lux lune sicut lux solis. Et lux solis erit sicut lux septem dierum: vt etiā eo amplior sit excessus: vt in ipsius explicatione lingua pariter ⁊ scriptura deficiat: quoniā nec oculus vidit/ nec auris audiuit/ nec i cor hominis ascendit que ꝑparauit deus diligentibus se. Quod vero marcus posuit/ nō est certum diffinire si alia siue vna est cum ista parabola. Crediderim potius esse vnam q̄ aliam: q̄uis aliqua seriosius posuit marcus enarrare q̄ mattheus. Veruntamen verba illa hic breuiter subrogantur: ne preteriisse videamur. Sator idem qui supra filius hominis: cuiꝰ dormitio permissio est agendorum. Nam qui dormit/ incuriosus est in agendis: nec circūspicit quid agatur: neq̄ scrutatur si quispiam aduersus eū paret insidias: si quis aggrediatur: si aliquis bella commoueat: si quis furetur: si quis quōlibet perperam agat. Est enim dormitio quedam mortis imago: quedam alienatio anime: ceca extasis mētis: impotentia sensuum: quāobrem dormiēs inactuosus est: non omnino/ sed rationis motu. Quo typo parabolice filius hominis dicitur obdormire: vt permittat libere spiritalē et mysticam ꝓcedere sationem. Exurrectio nocturna atq̄ diurna/ custodia ⁊ protectio est in aduersis ⁊ ꝓsperis/ ⁊ exercitatio in vtrisq̄. Quod semē germinat ⁊ crescit ignorante satore: similitudo est/ nō veritas. Nihil enī filius dei ignorat: q̄uis ignorantiam typo sepe demonstret. Vltro enim terra fructificat: Spōtanea fructificatio terre bonū est naturale: quoniā habet naturale bonū per seipsum in meliora ꝓficere: multomagis ⁊ bonū superogate gratie ad potiora se traiicit. Ordo tñ et gradus in spiritali ꝓfectu existunt: vt primum germinet herbā/ deinde spicam/ deinde plenū frumētum in spica. Viridis herba que primo germinatur ex semine/ est ipsa fides qua efficiuntur fideles. Nam fides est ex auditu: auditus autē per verbū dei: quod est semen faciēs semina regni. Spica vero est charitas: quā esfraite nominare nesciētes/ ab inimicis in flumine sunt submersi. Dignū est vt submersus intereat q̄ charitatem nō nouit: que virtutibꝰ omnibus supernatat. Frumentum autē plenum in spica/ boni operis consummatio atq̄ perfectio est. Perfecta siquidē charitas foras emittit timorē. Exclusio timoris plenitudo est virtutis: quoniā cū ad perditionem vite rerum ⁊ ad subeunda pericula nil timori subiicitur: plenū opus atq̄ perfectum ex charitate generatur. Necnō per herbā ipsam bonam voluntatē intelligere possumus/ sed a pusillanimitate detentā seu apparentē in nobis: nescientes tamen in quā partē debeat declinare: velut videntes grani viridem herbam: ignoramus vtrū fructificet/ vel arescat: aut deficiat humore modico/ seu grandine descendente de celo/ siue aeris aut terre defectu/ aut hostili incursu. Per spicam vero ipsam nostrā bonā voluntatē: vtiq̄ sic bonam vt mala queq̄ declinet: tamē modica bona perficiat. Sed perfectū frumentū in spica/ perfectam in bonis operibꝰ insinuat voluntatē. Accedit etiā alius non minor vtiq̄ sensus: vt herba tēpus nature ab adā vsq̄ ad legem: spica tēpus legis vsq̄quo deuenitur ad christum: plenum frumentū euangelice siue christifere gratie tempus quousq̄ presens seculum finiatur/ insinuat. Profecto etiā in his tribus gradus militantium in ecclesia construuntur: videlicet ꝓbabiliter adorientiū: ⁊ gradientium de virtute una in illā que apicem habet similiter ⁊ eoꝝ qui ad conforme eis culminium

virtutũ peruenerit. Falx autẽ que demum mittit̃ de messore in messem / ipsa est vniuersalis infallibilisq3 dei iusticia: de qua scribitur Apocalypsis decimoquarto: Mitte falcem tuã acutã τ mete: quia venit hora vt metatur: quoniã aruit messis terre. Et misit qui sedebat super nubẽ falcem suam in terrã: τ messuit terram. Falcem acutam habebat qui sedebat super candidã nubem: videlicet sup ecclesiam omni virtute nitentem: qui similis erat filio hominis. Et qui seminat / vt ipse saluator exposuit / est fili9 hominis: vt idẽ sit messor qui sator extiterat: cui a patre om̃e iudiciũ datum est: quia filius hoĩs est. Et coronã auream habebat in capite suo: quia ipse est rex regũ τ dominus dominantiũ: τ in robur nostre fidei atq3 spei ad coronã suscipiendã pro meritis: qui sumus in gloriã suam transformãdi non alij metallo similẽ / nisi ei qui sup omnia metalla tenet excessum: vt supra id quod speramus aurearum sit in capitib9 saluandorũ impositio coronarũ. Dicitur primus filio hominis vt falcem suam mittat: acsi veritas τ ratio dicerẽt: ac si spiritussanctus aut pater hoĩs filio dicat vniuersalẽ exercere iusticiã: que per falcẽ designatur acutam: a cuius incisione nihil est reseruabile quin veniat in mẽsuram. Hora siquidẽ semp est exercẽde iusticie / ad demetendũ eos qui vite huius cursum iuste aut culpabiliter expleuerunt: sed vna erit omniũ hora qua messis que finis est seculi / demetetur: τ omniũ erit dijudicatio extrema: cui alia non succedet. Quia messis aruit: ad id pfecto peruenit / vt nil expectetur addendũ: excepta messione per falcem: quod fiet omnino in termino seculorum.

De parabola grani sinapis sati: secundũ mattheũ / marcum et lucam. Capitulum IIII

Post parabolã iacti seminis: partim in perditionẽ / partim in trifarium fructũ conuersi: τ post illã qua mali cũ bonis vsq3 ad finem seculi dicunt̃ admixti: in modica re augmentũ ecclesie designauit: vt virtus in deum: potentia virtutis ad seipsam: τ quicq̃d boni in ecclesia exterius agitur / ad fidei gratiam / nõ ad homines referatur. Unde aliã parabolã pposuit eis / dicẽs:
Mat. 13. [Simile est regnũ celo
Marci. 4. rũ grano sinapis: quod accipiẽs ho
Luce. 13. mo seminat in agro suo: quod minimũ quidẽ est oĩbus seminibus que sunt in terra. Quod cũ seminatũ fuerit / crescit: τ ascendit in arborem: τ fit maius omnib9 oleribus: et facit ramos magnos: ita vt volucres celi veniãt τ habitẽt sub vmbra in ramis eius] Non est hic similitudo rerum / sed actionũ: quoniã sicut granũ sinapis videtur contemptibile inter semina: sic verbũ fidei videtur contẽptibile inter verba rationis humane: cũ verbum fidei dũtaxat sit in authoritate: dissertiones hõ naturę procedant ex quadã insita ratione. Sed cum verbum fidei homo christus seminandũ accepit: quod τ seminauit / vt iam pnouimus: τ inuisibilibus creuit augmentis: τ ad perfectionẽ arboris per similitudinem fecit ramos plurimos / status videlicet ordinesq3 viuendi: vt homines velut aues in aere absq3 certa via in vanitatib9 huius mundi errantes / incertis sedibusq3 vagãtes / veniãt ad habitandũ τ quiescendũ sub vmbra fidei christiane: velut a malis τ intensis caloribus estuati. Una porro est arbor que ex stipite vno consurgit: sed diffunditur / protẽditur / dilatatur in ramis: non tamen multiplicata stipitis vnitate. Una siquidem est fides a christo fundata in cordibus hominũ in sato τ contemptibili verbo: que seruans in tenaci radice atq3 in robore vnitatẽ / suo ineffabili creuit augmento: τ ramos expandit plurimos ad receptionẽ omniũ venire volentiũ: vt nulli excusatio ex tergiuersatiõe pateat / si nõ venerit ad quiescendũ: vt si vnus ramus nõ placeat / alter ad habitandum in vmbra eius in placito fiat. Quãuis enĩ vna sit fides credentiũ / τ vna in illa sit intentio actionũ: non tamen in fide omnino vna est operatio recte agẽtium. Nam τ apostolus nouẽ in ecclesia distinguit spiritussancti operationes: q̃q̃ et multo sunt plures: que velut rami existũt in arbore / sic iste manẽt in fide. Ramus est τ inter ceteros prim9 / inexceptuata obseruatio mãdatorũ: in quo primo insidere oportet aues spirituales aduenĩẽtes. Ramus est in arbore fidei quãq̃ abiectior / ipsa cõiugalitas ɔtracta modo debito propter plem. Ramus oĩs castratio propter regna celorũ: siue que semp integritatem retinuit: aut illa que de altitudine pcellosi maris in portũ castitatis deuenit. Ramus abdicatio oĩs laudate materiei. Ramus in primum omnis actio cum pietate relata. Ramus anachoretica vita. Ramus cenobitica cõuersatio. Ramus castigatio corporis cũ discretione assumpta. Ramus est feruor ad penas / τ electio extinctionis vite: ne pcidatur ab arbore. Magna numerositas est ĩ ramis. In omnibus his magna τ plurima sunt testimonia euangelica / similiter τ apostolica: que velut nota saltẽ ex consuetudine agendi siue loquẽdi scrutatorib9 scripturarũ / τ parcens etiã lectoribus intermisi: ac per hoc oẽs inuitant̃ vt aues in arbore huiuscemodi fidei quiescam9. Nemo sibi de aliquo blãdiatur nõ posse in ramis fidei habitare: cum in ipsis tanta sit numerositas / vt vnũquemq3 pro sua capacitate suscipiat. Nihil enĩ fides habet angustum: in ramis suis vastissima est: tantũmodo vnitas in fundamẽto seruatur. Q. autẽ post sationẽ grani triticei satio grani sinapalis inducitur: rectus ordo deposcit: vt amor charitatis super opera inducatur: quoniã iuxta mensuram amoris / recte agentibus retributor bonorũ omnium premia largietur. Contritum enĩ granum sinapis / vim eximie caliditatis ostendit. Sumptum id efficit / cerebrum cõmouet: sed in hoc experientia plus elucet.

De parabola fermẽti: secũdũ mattheum et lucam. Capitulũ V

Virtutem diuinorum saluator ostendit cū in eo quod tam videtur modicū/tantam operetur in transmutatione efficaciam in virtute: sicut supra granū sinapis: nūc autē fermentum. Nam ex arte pistoria noscitur φ modicū fermēti multam massam in naturam suam ꝯuertit. Et dum ꝓ peccato seu peccatore depellendo apostolus loqueretur/ausus est dicere: Nescitis quia modicū fermēti totam massam corrumpit. (1. Corin. 5.) Non tamen hic peccati habet imaginē/sed similitudinē ad ecclesie sancte mysteria ꝛ ad animā per bona opera satagentem. Et multis hāc parabolā in sensum allegoricū differentibus: nos in vita agenda vt possumus includamus. Nam de natura corporis esse mēbra certissimum est: ꝛ vnius nature corpus cum membris: membraqꝫ cū corpore similē declarationem suscipiunt. Quoniā si regnum celorum sic assimilatū est: vt mulier fermentū accipiens sit ecclesia/que rationes corporis tenet: sic quelibet anima que in corpore cū ceteris membris membrum existit/deuenire potest in similē actionem. Equidem fermentū anima accipit/cum suscipit condientē doctrinam: nam et doctrina bona vel mala nomine fermēti signatur/cū dicitur: Cauete vobis a fermento phariseorū. (Mat. 16. Mar. 8. Luce. 12.) Hic vero pro doctrina sana depromitur/cū assimiletur sibi actio regni celorū: φ talem similitudinē omnino nō gereret/nisi fermētum etiā in bonā partem etiā accipi posset. Omnis igitur anima que appetit esse in regno celorū/accipit sancte scꝫ euangelice doctrine fermentum: ꝛ in tribus satis farine abscōdit: vt totū hoc efficiatur fermentū: quod dici potest ꝓ his qui deliquerunt. Farina nāqꝫ ad contritionē peccatorum referri solet. (Exo. 12.) Nam israelitici egredientes ex egypto/iussi sunt portare farinam: contritionē videlicet peccatoꝝ. Et ad babylonem vt molat farinam/ad contritionē malorum suorum dicitur: (Esa. 47) Tolle molam ꝛ mole farinam: denuda turpitudinem tuam. Cuius tria sunt sata. Tres enī potissime sunt contritionis cause: quas mēsuras recte appellamus. Habet vnaqueqꝫ determinatā dolendi rationē. Prima siquidem: quia omne iniquū in dei primo tendit offensam: cū fiat cōtra eius legem eternam: que mala fieri semꝑ prohibuit/nunφ concessit. Secunda: quia eius ledit authorem/etiā si pena sensibilis non sequatur: cū eius dehonestat naturam: cum minuit aut consumit quod author in illa placitū possidebat: ꝛ quantū in ipso extitit/peccando se abstulit a pulchritudine vniuersi. Tertia: quia diuina durante atqꝫ dictante iusticia/mali author segregatus a deo eijcietur in penas. Fermentū igitur euangelice doctrine in his tribus mēsuris absconditur donec totum fermētetur: vt in seipsam hec tria cōuertat: ꝛ fiat amaritudo euangelica: que semper parit gaudiū post mortē. Et hoc est quod saluator parabolice dicit: (Mat. 13. Luce. 13.) Simile est regnū celorum fermento quod acceptū mulier abscōdit in farine satis tribus: donec fermentatū est totum. Et etiā accepta ipsa eadem doctrina in tribus viribus anime absconditur: vt ſm suam proprietatē in illā conuertatur: quod est memorari ꝛ intelligere atqꝫ velle: quoniā nihil tam dignum memoria φ doctrina saluatoris: neqꝫ ad intelligendum est alia doctrina superior/φ velle perfecte: sensus est consummatus. Non fit farina/nisi in duabus molis granū conteratur: quarū vna superior/alia inferior: que nec iure pignoris accipiende sunt: charitas videlicet que omnibus superfertur: ꝛ timiditas ne in inferioribus partibus anima detrudatur. Nec abscōdi poterit in farina fermentum: nisi aqua calida conspergatur/vt totum conspersum fermenti virtute fermentetur: quā nihil aliud esse dixerim φ gratiā ex amore tributā: vt christo commassati/eiusqꝫ doctrine/vnus panis simus cum ipso: pro ipso amaritudinē huius vite tenētes: cum ipso facti vnum eternaliter regnaturi. Et hoc est quod in fermēto sic absconso intelligit regnū dei.

De parabola thesauri absconditi secundū mattheum. Ca. VI

Nouit eterna sapientia occultare mysteria ꝛ humanos aīos accendere ad querendū. Et ꝑ parabolā thesauri absconditi designauit ecclesie thesaurū: exercitiū iustū in agenda vita statuit christianis/dicens: Simile est regnū celorum thesauro abscondito in agro: quē qui inuenit homo abscondit: et pre gaudio illi⁹ vadit et vendit vniuersa que hꝫ: et emit agrum illū. (Mat. 13.) Si vnus ꝛ idem est abscondens inueniēs/vendens ꝛ emens: occultissimā ꝛ difficilem explanationem habet parabola. Si vero vnus est absconsor/alius emptor: facilior ꝛ clarior carpitur intellectus. Nam si vnus esset abscondens ꝛ emens: hec sequeretur absurditas. Quis enī inuentū thesauꝝ/preterφ in suo agro absconderet? Quis in alieno/vt ꝓpter thesaurum ad emendū animaretur agrum? Si autē in suo: cur oīa distraxit/et quod suum erat emit? Quis enī sue rei sibiꝑsi factus est vendēs ꝛ emptor? Nisi fortassis sic velim⁹ asserere φ quispiā in alieno agro ex casu thesaurū inuenisset: quē cum non potuisset extrahere aut nollet/ne furti iudicio subiaceret: magis iure vēditionis ꝛ emptionis voluerit possidere: sua queqꝫ distraxit vt agrum habentē thesaurum absconditū possideret. Sed φ vnus ꝛ idē sit ad quē omnes huiuscemodi pertineant actiones: tarditas ingenij mei venire in hāc confidentiā oīno diffidit/spiritussancti gratia ꝓhibente. Verūtamen ad has diuersas operationes/diuersos authores inspicere decentius iudicaui: vt alius abscondēs/alius sit ꝛ emēs: ad quā elucidationē singula in explanationē deueniāt. Abscondens est deus pater. Thesaurus est filius humanatus. Ager ipsa est actio agēde vite. Inuētor ꝛ sua vendēs et emēs est omnis fide syncera signatus: regnumqꝫ celorum/scꝫ ecclesia sancta nouit/habet hoc: in ipsa

huiuscemodi ministerium sine intermissione
peragitur. Inuenit pater nō temporaliter/ sed
eterne filiū: cum ab eterno genuit eū quem in
tempore prefinito abscondit primo in humani
tate: vt postmoduz in actione vite agende ab-
sconderet. Actio siquidem ipsa est omne sacra-
mentale mysteriū/in quo absconsus est Chri-
stus: sic absconsus vt non intelligatur: sic ve-
re vt per fidem inueniatur: nam aliunde sacra-
menta non essent/si nō absconsum Christū ha
berent. Abscondit se Adaz ne videretur a deo:
innocentie stola nudatus inobedientie merito
quam ipse sub celo primus incepit: sed deus e
regione filium in sacramentis abscondit: vt in
ueniretur ab homine merito fidei/quā homini
Gen.3 bus dedit. Inuentus Adaz ab absconsione sui
argutus est/penaq; multatus: inuētus christus
inuentoribus peccata remittit. Nudus abscō-
debatur Adā a stola virtutis: filius dei abscon
dit humanitate vestitus: quā vt reuiuisceret ꝑ-
ma stola genus humanū sponte suscepit. Non
eñ in sacramentis fidei nostre filius dei preter
humanitatē/nec preter deitatē humanitas cre
ditur. Unio siquidē vnā omnino facit esse per
sonaz. Decretū fuit eterni consilij/vt sic abscō-
deretur filius dei: vt sic per fidem inueniretur:
vt labor inquisitionis in corruptibilibus crea-
turis/culpā delectationis in eis prohibite per
gratiam dei superaret: et quereretur in multis
quez propter multa homo reliquerat: et a mul-
tis accederetur ad vnū: a quo ad multa fuerat
facta digressio. In virtutibus etiā est abscōsio
christi: quoniā cū in actū deuenit/ actionis eius
Joan.15. est gratia/Christo dicēte: Sine me nihil pote-
ꝑis facere. Necnō omnis bone legis ipse ap-
positus est finis/velut premialis thesaurus in
agēdis: quoniā finis legis christus ad iusticiā
omni credenti: vt pro omnibus afferat dictuz
Esa.45 propheticū: Uere tu es deus absconditus. Ue
re deus absconditus in humanitate latens in
sacramentis: sine corporea dimensione consi-
stens/incomprehensus a sensibus/ fide credi-
tus. Latet hic thesaur⁹ in agro virtutū: in quo
inuisibiliter inuenitur. Hoc eñ potissimuz ha-
bent virtutes viuifice/christū scz dei filiū i the
sauris. Non eñ videtur in sacramentis aut in
virtutibus christus: sed miro et ineffabili mo-
do absconditus est in eis: qui fide inueniť: pre-
mio reuelatur: et aperta facie cognosceť. Hinc
1.Corin.13 apostolus ait: Uidemus nunc per speculuz in
enigmate: tunc autem facie ad faciē. Nunc co-
gnosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut
et cognitus sum. Quare videmus sicut ꝑ spe-
culum in enigmate: nisi quia in agro agende
vite absconditus est? Ager siquidē agende vi-
te/ ipsa est virtutū congregata congeries: sm
quam debet esse omnis actio christiana: sed in
ipsa christus nisi in fide conspicitur: vt om̄ino
nostris sensibus abscondať. Sed cū aduenerit
tps ꝓmij post exercitiū hui⁹ vite videbim⁹ facie
ad faciē: ⁊ cognoscem⁹ vt cogniti sumus: vt nō

abscōdita amplius/ sed in om̄i reuelatiōe atq;
apta visione cognoscat. Atq̄ nō abscōdit eū de
us vt semꝑ maneret abscōsus: sed vt inueniret
⁊ cognosceret: ⁊ fieret manifest⁹: ⁊ esset premiū
inq̄sitionis ⁊ beatitudo inuēnouis. Nā thesau
rus abscōditus ⁊ sciētia abscōdita/ q̄ vtilitas ĩ
vtrisq;? Si thesaurus nō inueniať et sapientia/
non effundatur/protinus est ⁊ nulla. Sed hoc
sine filium eternus pater per huiuscemodi for-
mam abscondit in tempore/vt in tempore inue
niatur eternus: qui factus est in humanitate tē
poralis pro omnibus. Proinde inuētor simul
factus emptor accedat. Accessit igiť homo ad
alienū agrū: ⁊ aliquid ibi egit vñ meruit inuenire
thesaurū occultatum. Amore thesauri contra-
ctus est: quo distraxit que ante dilexerat: et ad
cōmertiū venit: ex quo in luce iam factū est/su-
um non esse agrum quē emit. Alterius erat iu-
ris quod sui vendicauit ex precio nō definito/
ex numero/pondere vel mensura: sed ex vniuer
sa distracta substantia emit agrū illum: vt sine
magni numeri siue parui ponderis ⁊ mensure/
nulq; taxaretur: nil esset in exceptione: sed om̄is
substantia reduceretur in preciū/ vt cōpararet
agrū propter absconsū thesaurꝫ. Si quis iuxta
litterā sequitur omne quod parabolice diciť:
aut in sensu scripturaruz errat/ aut ignorat: et
ignorando violentabit scripture decursum: re-
torquens in nefidā partē: que violentiā om̄ino
nō patitur. Quāobrem in omnibus sacre scri-
pture mysterijs id ꝯsyderare ꝑus expedit/vt in
tentioni seruiatur dicentis. Hic post thesauri
absconsi negocium/ qualiter in mysterio regni
dei possit inueniri discernendū est. Ad inueni-
endū velut quedā fortis mulier accessit eccle-
sia: seu prima siue omnis subsequēs fidelis ani
ma: illo scilicet pede licite inquisitiōis/ quo vni
cuiq; licitū est querere catholicā fidem: que cū
inuenisset primo agrum ꝙ occultū thesaurꝫ: cō-
syderauit illū et emit eū. Quare consyderauit?
Utrū in illo aliquid lateret. Naz prius ager ꝙ
thesaurus nostris offertur obtutibus. Et dili-
genter cōsyderans inuenit in ipso agro sacra-
mentorū atq; virtutū ineffabilē latere thesau-
rum/ad innotescentiaz recte agentiū/ ꝙ virtus
ducit ad christū/non christus ad virtutem: ꝙ-
uis ipse primo ad virtutē capessendā adiutori-
um prebeat: quoniā nō finis christi virtus: sed
christ⁹ finis est om̄ino christiane virtutis. Et
supra iaz diximus quod apl's dicit: ꝙ ipse finis Ro.10
est legis ad iusticiā om̄i credenti. Inuētus est
thesaurus in agro/diligēti cōsyderatione ꝓha
bita. Hec eñ fuit actio in predio alieno: vt cō-
syderaret q̄d boni ꝯtineant sacramēta siue vir
tutes. Ratio prior hoc laborauit in agro. Ipsa
intelligētia prior operata est: cū ingredi fuisset
ipsa ꝑmissa: cū se abstraheret ab his in quibus
sensualiter ⁊ naturaliter agebať: ⁊ niteret si q̄s-
piā supra naturā possit inquirere. Hoc typo sa Eccle.2.
lomon ante perfecerat/dicēs: Cogitaui in cor-
de meo abstrahere a vino carnē meā: vt animū

meū transferrē ad sapientiā: euitarēq; stulticiā
donec viderē quid esset vtile filijs hoim. Opti
ma cogitatio humani cordis: vt abstrahaṫ na-
turalis caro: qua velut a parte totū totus intel
ligitur homo / ab ea leticia qua forinsec⁹ et blā-
dimento sensuū delectatur: et animus transfe-
ratur ad sapientiā: que solū in vitalib⁹ virtuti-
bus plene consistit. Et stulticia deuiteṫ q̄ ipsa
est / et nō altera: scʒ gaudiū siue solamē / atq; be
atitudinis requiē querere in caducis. Hec stul-
ticia plena consistit his delectari que aliū ordi
nanṫ ad finē: nō de virtutibus dixerim / sed de
ꝑfunctorijs atq; terrenis: et que mortali car-
nis prudētia inq̄rūt. Hoc siquidē ideo fiat / do-
nec videaṫ quid sit vtile filijs hoim. Nihil vti-
Psal. 44. le porro est filijs hoim / nisi speciosus forma p̄
filijs hoim: qui filius dei existēs / inuētus est vt
hō in habitu hominū: formā dei nō relinquēs /
induit formā hoim: quē nō cognouerūt filij ho
minū / sed excedētes naturā oim hominū. Con-
tra quē dilexerūt vanitatē: quesierūt mendaci-
Psal. 4. um graues corde filij hoim: sine quo vani sunt
Psal. 61. filij hoim: mendaces sunt in statheris iusticia-
rū suaꝝ filij hoim: sine quo damnanṫ om̄es filij
hominū: cū quo et in quo et ꝑ quē saluātur filij
hoim. Quid ergo vtile aliud pōt esse filijs ho-
minū / nisi christus dei filius redēptor oim ho-
minū? Hec nēpe sit iuxta Salomonis typū ho-
minū cogitatio: vt q̄d sit vtile filijs hoim cog-
noscaṫ. Sed hic abscōditus est in agro. Si cō
siderasti agrū / eme illū. Nō est tui iuris: nō est
tue potestatis. Distāt virtutes a nouerca natu
ra: q̄uis sint ſm ꝯditā naturam. Jure paterne
hereditatis illas hereditare nō possum⁹. Spi-
ritualia ꝛ corꝑalia mala i hereditatē a propla-
stis accepim⁹: ꝛ ꝑpetuanṫ i nobis durāte ꝓpa-
gine dānata: vt nemo ab his hereditarijs ma-
lis preterq̄ thesaur⁹ abscōsus absoluat. Pre-
cio penit⁹ opus est: vt iure vēditiōis et emptio-
nis deueniaṫ in agrū hūc thesaurū occultantē.
Unde preciū ad rē tā alte venalē? Que insigni-
te monete sufficiēt? Unde copia metallorum?
Que superscriptiones ꝛ imagines cesaris impri-
mentur? Quis proxeneta fiet suadens venditi-
onē domino possidenti? Qui tabelliones ad in
strumēta condēda? Que fiāt in hmoi cōmercio
cautiones? De his neq; de similib⁹ nemo causeṫ
Mat. 19. Uade vende oia que habes: nihil retineas tibi
Actuū. 5. distrahenduʒ: vt Ananias ꝛ saphyra de precio
nō defrandes. Affer vēditori om̄e quod accepi-
sti preciū magnuʒ vel paruū: dūmodo sint oia
interceptuate tua bona distracta. Oim eñ inex-
ceptuata distractio que q̄s habet / est om̄ib⁹ ab
renūciasse peccatis q̄ nostri sunt iuris. Ista dū-
taxat habemus ꝓpria: pctā / ꝯsuetudines malas
rebelliones ad verū / placita sensuū / voluntates
ꝓprias / ꝛ ꝓprias regulatiōes: ꝛ ſm naturā cor-
ruptā ledētes ꝛ iclinatiōes ꝛ mores ex eis. Isto
rū oim venditio fiat: ꝛ fiam⁹ in gratia q̄ naturā
excedit / ꝛ corruptā supat. Cui vendeṫ? Hec eñ
mala quis sibi vēdicabit ex precio. Parabola
est. Nā his om̄ib⁹ abrenūciasse / vē di disse ꝑtin⁹
est. Preciuʒ eñ quod ex his patrimonialib⁹ et
ꝓprijs malis sic distractis ꝑcipiṫ: ipsa est dispo
sitio in alterā vitā / et ꝓpositū ꝑsistēdi / recidiuo
omni depulso. Ipsa est firma volūtas ꝑ om̄ia
in gratia fieri: supata / nō destructa natura. Et
emiṫ ager sacramētoꝝ atq; virtutū: i quo semꝑ
aliquid est agendū / de quo viuēdū. Ubi thesau
rus est abscōditus / i futuro seculo reuelandus
In hoc agro meditabaṫ Isaac: nā egressus ali Gen. 24.
quādo fuerat ad meditandū i agro. Que igiṫ ē
agri meditatio / nisi qualiter in illo imaculate
et nō ociose viuaṫ? In quo sic meditatus / vidit
rebeccā sponsā nouā aduenientē: quā nil aliud
dixerim q̄ gratiā spūssancti: i ea videlicet asso
ciatione matrimonij spūalis: q̄ q̄s semꝑ ad me-
liora se trāsferre nitiṫ: eideʒ inseꝑabili vinculo
copulatus. In hoc agro iacob ꝑgēs ad orien- Gen. 29.
talē plagā / vidit puteū fontalē / atq; profundaʒ
dei sapientiā: circa quē accubabāt tres greges
ouiū / tres videlicet ordines saluandorū / adaq̄-
ri ex illo puteo expectātes. Nō est vera sapien
tia neq; profunda / nisi in agro sacramētoꝝ atq;
virtutū: q̄m in eis est christus: i quo sunt om̄es Col. 2.
thesauri sapiētie abscōditi. Nec alibi qui saluā
di sunt / q̄ iuxta hmōi puteū accubare decreue-
rūt: adaq̄ri aqua sapiētie salutaris / nō terrena
ꝛ carnali q̄ bibētes interficit / expectātes: q̄ de⁹
suos potauit electos. In hoc agro ruth moa- Ruth. 2.
bitis de iussione socr⁹ accessit ad colligēdū spi-
cas post tergū metētiū: vn̄ sui vict⁹ possit fulci-
re inopiā. Deficiens ruth interpretaṫ. Et vere
ois aia i defectib⁹ est ꝛ ꝑditiōi prima: nisi acce-
dat ad agrum sacramētoꝝ atq; virtutū: vt colli-
gat exempla sanctoꝝ / ꝛ iuxta nouitatē ꝯuersio-
nis illa modica verba q̄ capi ꝑnt ex ore doctoꝝ
Ager iste ad quē ruth moabitis accessit: nō cu-
iuslibet hois / sed hominis in quo virt⁹ et forti-
tudo ꝯsistit. Sic eñ booz interꝑtaṫ. Decet eñ
agrū virtutū esse hominis virtuosi atq; potētis
quem nullus violēter ꝑ improbitatē expugnet.
Hec mulier a dn̄o agri precognita: ne in alteꝝ
agrū ad legēdū spicas accedat / exhortationem
accepit: q̄m ois ager preterq̄ virtutū / honestā
cōuersationē nō habet. Nec sunt messores qui
exempla honestatis atq; verba veritatis nō re
linquunt / vn̄ agēde vite possit esse ꝯsiliū: vt mo
desta imitatio sit post eos. Et tradiṫ huic ꝯsor
tiū puellarū: vt sociarū fulta solatio / in virtute
aia plus ꝓficiat: nā socialiter iocūdiores sunt
spūales agones. Et iussū acceperūt serui / ne in
hoc agro molesti essent huic mulieri. Non eñ
vni⁹ ꝯsilij serui ad inuicē debēt habere molestiā.
Et cōcediṫ cū pueris bibendi licentia cū sitis
aduenerit. Omniū electorū in agro sancto / cō-
uis dispar / sapiētie atq; gratie sit vna potatio ꝛ
saturatio ex pane metentū. Et largā supra spe-
ratū hec mulier accepit licentiā / vt si vellet me
tere potuisset. Nam sepe de nouo cōuersis / dis
positiōe atq; animi firmitate cōspecta / tribuiṫ
autoritas disserēdi. Et aio dilatato mandatur

messoribus: vt ex industria plus apponat: cum assint qui plus colligere valeant. Et colligebat hec in agro a mane vsq ad vesperã: qm vsq ad finem vite actio iusta non debet excludi. Quid plura dixeri? In hoc agro facta e dispo tio vt ruth booz sancta et insepabili lege matrimony iũgeretur: ad spem auxeris / q omnipotẽti deo in eternitat eiũgamur: pquirẽtes thesaurũ absconditũ in agro sacramẽtorũ atq virtutũ.

¶ De parabola margaritarũ / secundũ Mattheũ tantũ. Ca. VII

Incompabiliter preciosus preciosa mysteria condidit: & in preciosis mysteriys suã designauit ecclesiã: qm negociationi margaritarũ ipsã parabolice compauit dicens: [Simile est regnũ celorũ homini negociatori / querenti bonas margaritas. Inuenta aũt vna preciosa margarita: vadit et vendit omnia q̃ habet / et emit eã] Inolevit ex antiqua cõsuetudine inter hoies negociari: et facta est inquisitio & inuẽtio secretarũ partiũ mũdi ad peragẽda negocia: illasq partes negociatores frequentant / quas suis negocijs ad cõmertia faciẽda nouerint ex rerum copijs aptiores. Et cũ inuenerint aliqd insigne preciosũ: emptionis iure sibi vẽdicare festinant. His typicis actionibus ecclesia sancta deducit: que regnũ celorũ in sancto euãgelio sepius appellat. Naz negociatores sunt / sed p celestibus legitimi christiani. Et qui nõ fuerint / animant ad negocia pficiẽda celestia: cũ tale margaritũ reperiat in regno: preciositate cuius sunt omnia merito distrahenda. Querũt preciosas margaritas: sed vna est dũtaxat sup oẽs preciosa: cuius virtus ad oĩa valet: & omnẽ expedientiã habet. Cetere q̃uis sint aliquibus insignite virtutibus non expediunt ad finẽ ad quem negociator est editus: nec auferunt inopiã / ad quam depellendam ipse mercatur: nec illã infirmitatẽ depellunt cum qua periculosius negociator ipse decertat. Nam si de margaritis scientiarũ agit: preciose quidem sunt: multa docent: erudiunt negociatorem: attollunt in fama: eloquentẽ faciunt: in admiratione atq veneratione hominũ sepe ponũt: ostẽdũt secreta nature: ad astra discernenda sustollunt: rerũ mensuras et figuras aperiunt: calculando cuncta pꝛoportionantur: modulantur vocis productibilis instrumẽta: orare faciũt et acute syllogizare: habentem physicã adijciunt: ne ledatur physis / & lesa curetur: chirurgicari demonstrãt / vt vlcera & vulnera de corporibus depellãtur: solonis & atheniensiũ et romanorũ leges ante mundi rectores fortiter garriũt: et vt perstringã / mathematicarũ et mechanicarũ plenus est orbis. Et in currũ quatuor disponentiũ hominũ more multi ascenderunt: et adhuc acute disputatur de ipsis: sed nec expediunt possessorẽ ex omni preciositate quã continent: eius animũ non quietant: beatã vitam nõ conferunt. In vna / nõ in pluribus omnis est virtus: in illa videlicet euãgelica et eterna doctrina: que preciositatẽ habet temporalẽ / similiter et eternã. Quã qui inuenit / omnia distrahat: omnia vendat: abneget semetipsũ: et emat illã: ad quã inueniendã: oim querentiũ vitam et saluari volentiũ festinare deberet intentio: quoniã de illa scriptuz est: Qui me inuenerit / inueniet vitã: et hauriet salutẽ a domino. Si vero ad omnia mũdi preciosa volumus referre parabolã: nil preciosius inuenitur in orbe terrarũ / q quod inuenit in agro dominico. Nil protinus preciosius christo: qui preciosa est margarita in terris inuenta: qm ipse in terris visus est: et cũ hominibus cõuersatus est: qui nõ inueniretur nisi quereretur. Verũtamẽ nec hoc / nisi se offerret omnibus requisitus. Sed tempus est requirendi dñm: cũ se inueniendũ exposuit. Et si nõ inuenitur nisi queratur: etiaz necdũ queritur nisi se requirentibus offerat: tantum quesitioni regula prefigit. Hinc p Sapiẽntiam regula querendi posita est: In simplicitate cordis vestri querite illũ. Inuenit autez ab his qui nõ temptant illũ. Apparet autem his qui fidẽ habent in illũ. Ecce simplicitas preuia est ad inuentionẽ optime margarite. Cõnectit antẽ dñs p Hieremiã cordis totalitatẽ / dicẽs: Cum quesieritis me in toto corde vestro / tunc inueniar a vobis. Matutina sollicitudo ad inueniendũ congrua via est: tepiditas autẽ nunq̃ inuenit eum. De quo in typo sapientie scriptum est: Qui mane vigilant ad me / inuenient me. Mane autẽ vigilare ad christuz / est illum omnibus cogitationibus et speculationibus anteferre: qui semper inuenitur / si nihil ante illuz tãut preter ipsũ queritur. Sub eodẽ etiã sapientie typo in libro Sapientie scriptũ est: cũz his qui facilem subuentionẽ expediunt. Facile videtur ab his qui diligunt eã: inuenitur aũt ab his qui querunt illã. Preoccupat qui se concupiscunt: vt illis se prior ostẽdat. Qui de luce vigilauerit ad illã / non laborabit: assidentẽ illam in foribus suis inueniet. Ecce dilectio / quesitio concupiscentia / euigilatio de luce veritatis et fidei: preoccupantẽ nos et assidentẽ foribus voluntatũ nostrarũ / facile faciunt inuenire. Eximius autẽ prophetarũ alibi audiuit / et alibi inuenit. Ecce audiuimus eã in effrata: inuenimus eam in campis sylue. Preter id q i iudea christus natus est / a quibus reprobatus: inuentus est in sylnis gentiliũ docere / vbi spiritu et virtute inueniatur. Nõ igitur descẽdamus in secretiora maris: non montiũ alta subeamus: nõ loca cõmercij ad ineniendã hanc margaritã: sed campos sylue penetremus. Sylue loca sunt inculta et agrestia. In inculta et agresti via rationabiliter assumpta / christus dñs inuenit: Nõ enim in campis deliciarũ / sed syluarũ qui se obtulit requisitus. Querantur loca remota et nemorũ campi: qui sunt amici merorib9 / cõtemplationibus apti / a strepitu alieni: et inibi inuenietur: qui inter delicias & turbas sepe perditus est. Est inter omnes quedam via decentior / compendiũ

Matt. 13 Sap. 1 Hiere. 29 Prouer. 8. Sap. 6 Ps. 131.

habens: vt sic queratur vt ab apl'o refert imita-
Philip.3. tus. Inquit enim: Et habitu inuentus est vt hō:
indutus est dei filius nostre humanitatis habi-
tū: in quo apparere hominibus voluit: sicq; in-
ter homines conuersari: vt posset a querentib9
inueniri. Qualibus moribus apparuit christ9,
in talibus inquiramus. In forma hois degēs
mōstrauit hoībus quid in ipso inuenire satage-
rent. Verbo vitā agendā docuit: egit ope: etiā
habitu inuētus vt hō. Supra id quod hoīs est
viuebat. Inspiciant actiones eius: in illis in-
quiratur: et inuenietur vt homo: circūcisus vt
homo: ad templū delatus vt homo: fugit i egy
ptum vt homo: timuit vt homo: conuersat9 vt
homo: subditus parētibus vt homo: baptisa-
tus vt homo: ieiunauit vt homo: tētatus vt ho-
mo: predicauit vt homo: laborauit vt hō: dor-
miuit vt homo: esuriuit vt homo: manducauit
vt homo: sitiuit vt homo: bibit vt hō: plorauit
vt homo: turbatus vt homo: clamauit vt ho-
mo: aporiatus vt homo: humiliatus, traditus
vt homo: ligatus vt homo: verberatus vt ho-
mo: passus vt homo: crucifixus vt homo: mor-
tuus vt homo: sepultus vt homo: resurrexit q2
homo: ascendit vt homo: etiā et quia homo in
omnibus procul depulso peccato. Sic ergo in
uentus vt homo: ita cū querat, et inueniat hō:
inuentū teneat nec dimittat homo: et introdu
cat in tabernaculū mentis: donec ipse in eter-
na tabernacula introducat.

¶ De parabola sagene, secūdū mattheum. Capitulum VIII

Ordinauit saluator i iā dictis parabo
lis exercitia hominū: et aniauit corda
multorū: nūc p parabolā q̄ finē seculi
portat, omniū mentes absterret, et cautelā sua-
det: cū ad examen electionis necessariū sit ve-
nire: ad reponendū electos in partibus sūmis:
et reprobos in penis tetralibus eternaliter in-
Matt.13 cludendū. [Iterum simile est regnū ce
lorū sagene misse in mari: et ex omni genere pi
scium congreganti. Quā cū impleta esset, edu-
centes: et secus litus sedentes, elegerūt bonos
in vasa sua: malos autē foras miserūt. Sic erit
in consūmatione seculi. Exibūt angeli: et sepa-
rabunt malos de medio iustorū: et mittēt eos i
caminū ignis: ibi erit fletus et stridor dentiū.]
Hic mores cudere difficultatē habet: et timeo
exorbitationē ab alueo recto sacre scripture, si
velim illos importune inducere: nā de fine hu-
ius mundi et ecclesie parabola est. Et si nil ali-
ud argueret mundi finē: vtiq; sufficienter asse-
rit hec adaptatio saluatoris: nec ad aliū sensū
multa expositione indiget: cū ipse clarefecerit
discipulis et auditoribus suis. Ad soliditatē re
cte agentiū est ista parabola, et in peruersorū pla
ta terrorē: cū boni eligātur: peruersi detrudan-
tur in penis. Est autē ista sagena oīs iusticia
siue doctrina missa in mare presentis seculi ab
oīm creatore ab Adā vsq; ad consūmationē: id
est in qua recte agi potuit vel peccari. Cōnexa
quidē et reticulata mansit ab eo tēpore quo cre
ator creaturā condidit, cū qua sub celo loque-
retur: nec intercisio facta fuit in filo, quin sub
nodis multiplicibus necteret: ab originali iu-
sticia per circūcisionis distinctionē et locutio-
nē patribus factā: et p legē in monte sina: et p
eructuationē, pphetica: quousq; euangeliū ad
deret: ex quo velut ex reticulato artificio est in
nodis insolubilibus pfecta sagena ptensa sub
vndis: in qua pisces pcellosi maris vndiq; cō-
gregant, pducēda ad litus: cū piscationē hoīm
voluerit terminare. Ad hanc sagenā imittendā
sub vndis, ipse protoplastus post preuaricationē
piscator eff'ectus est: velut qui prior i hoīb9 no-
uerat dñi voluntatē: quā faciendā, et sue ruine
cautelā posteris predicauit. Enoch etiā i sage-
na originalis iusticie semetipsū et alios pisca-
tus est. Noe ad huiuscemodi officiū piscatio-
nis accessit. Abraā, isaac et iacob suis tpib9 pi-
scati sunt. Joseph, moyses et aarō conati sunt
piscari etiā pharaonē, egyptiacūq; pplm: sunt
cū eis quos de ipsorū manib9 eripe cupiebant.
Josue et qui tpa iudiciaria tenuerūt, zelatores
legis in arte piscatoria studuerūt. Samuel et re
ges deo accepti, oēsq; pphete: q nō a seipsis, s3
a dño missi sunt: artē piscatoriā exercuerūt: per
quos etiā predixit dñs piscatores alios se esse
missurū: aplos preintendēs et subsequos: vsq;
quo seculū terminet. Hinc p Hieremiā dictū
est: Ecce ego mittā piscatores ad vos dicit do Hiere.16.
min9 et piscabunt: nō alia sagena nisi in ea quā
ex filo eterne legis contextā agnouim9. Et i al
tū ducta est sagena ista, et pfunde laxata in ca-
pturā: eo sensu quo in vocatione aplorū dictū ē:
q a piscatione pisciū essent i piscationē hoīm
cōmutādi. Ex quibus cū fuerit impleta sagena
educit ad lit9: vbi erit finita piscatio. Et qm mi
xta est captura rōnabiliū pisciū, sicut et ratiōe
carentiū: q2 nō oēs vixerūt, vt in diuersitate la-
bentiū tēporū susceperūt: nec oēs habuerūt re-
probū sensū: aperta fiet bonorū electio, malis
etiā publice reprobatis. Sed hi dūtaxat eligū-
tur, q ab eterno pdestinati sunt: quos elegit an
mūdi cōstitutionē sanctos esse, cōformesq; fieri
imagini filij sui: q electiōi diuine prestauerunt
assensum: se transferentes in nouitate vite, ad
ambulandū apte in via dei: nō arbitrio pprie
voluntatis, sed decretorū lege vocantis. Verū
tamen nō obstat huic parabole, que p cōsūma-
tiōe seculi dicta ē illa singulariū cōtinuata pisca
tio: vbi sub incertitudine militantiū aliq eligū-
tur adueniēte corporis morte: aliqui reprobātur:
quoniā huiuscemodi piscatio habet iudicium
dubiū et occultū: vltima vero certum et mani-
festū. Et ex hoc nobis porrigitur sub cauto ti-
more ducere vitā nostrā, ne simus de piscibus
reprobatis: sicq; degere sub aqs procellosi ma
ris, vt in capturā veniamus electā: cū et sagenā
etiā nō immerito dixerim dei omnipotētis in-
euitabilē iusticiā: que absq; alicuius subterfu-
gio cunctos inuoluet. De qua sup pharaonē

Ezech.17 regem egypti ab Ezechiele pphetatū est: Expandam super te rete meū in multitudine populorū multorū: et extraham te in sagena mea et proijciā te in terrā. Gloriabat hic quasi aq̄rum dominus: et q̄ ab ipsis protegeret. Quem dominus per prophetā in sagena sue omnipotentis iusticie capere cōminat: vt super eū decernat penaliter/ qui iuste viuere recusauit. Angelorū vero ministeriū et malorū tormentum solertibus scripturarū scrutatoribus patent: More autē doctoris volētis in animo audientiū omnino inferre doctrinā: et precauens quod pfertur ne ab intelligentia elabat/ interrogat: Intellexistis hec oīa? Dicūt ei: Etiā. Incompabilis boni pditi periculū noscit/ si deficit intelligētia/ vbi veritas docet. Et nō apphēdisse mores iusticie/ germanū ē bestijs. Sz nec intellexisse perfectū quispiā habet/ si desit actio cui tribuitur premiū. Nemini ad palmā scientia facta est aut acuitas intellectus/ si deest amor et possibilis actio. Igitur vt in predicatione et actionē veniant/ christus interrogat Intellexistis hec omnia? Affirmant auditores presto esse intelligentiā ad prolata: que aut ad iudiciū/ aut ad misericordiā intelligētibus est Et ait illis p parabolā confirmans: Ideo omnis scriba doctus &c.

¶ De pabola scribe periti ad patrēfamilias et thesauratum/ secundum Mattheum.

Capitulū IX

Cum multas parabolas sine interpolatiōe dn̄s posuisset: tādē quod ptulerat ad cuiꝰ similitudinē faceret/ declarauit dicēs: Ideo oīs scriba doctus i regno celorū/ similis est hoī patrifamilias qui pfert de thesauro suo noua et vetera. Mat.13 Habet patfamilias thesauros ex rebꝰ veteribꝰ aut antiq̄s: tū transmutabiliū rerū et ex vsu deficientiū/ q̄ etiā persistentiū. Et omne dicerim esse thesaurū/ quod appositione quarūlibet rerū sumit augmentū: vt vetera noua suscipiant: et noua veteribus apponātur. Aut auro et argēto/ aut vestibus aut lapidibus pciosis/ aut ex noualibus appositiōe facta thesaurꝰ insurgit: ex quo paterfamilias sm exigentiā noua et vetera pfert ad domesticā curā: sit et cū vult ex munificentia dona largiri. Nō aūt thesaurus esset ex veteribus/ si nō fulcirel ex fiscis neq̄ fisci et noualia prestarēt aurefim / si nihil in veteribꝰ haberet. Utraq̄ oportet inesse: alioquin euanesceret ex his que pferunt. Sic scriba peritus qui ad alios habet pferre sermonē/ in thesauris sapiētie huiuscemodi patrifamilias faciens est similis: quē veterū atq̄ nouorum oportet habere peritiā: vt de vtrisq̄ ad auditores possit plena documenta pstare. Peritus per omnia et in omnibus et super omnibꝰ scriba est ipse/ qui parabolice fatur: in quo thesauri omnes sapientie absconditi sunt: qui vetera et noua docendo ptulit: cū disseruit de originali iusticia. Queciq̄ vultis vt faciāt vobis homines/ et vos facite illis: cū dixerit de lege moysaica: quā nō venit soluere/ sed adimplere. Mat.7. Similiter et noua eduxit de thesauris sapientie sue: cū noua mundo cōtulit sacramenta: cū vocauit in vite nouitatē: cū ad precepta supaddiderit noua cōsilia. Produxit vetera/ cū infernales penas aperuit: ad quas descendit peccatis veteribꝰ veteratus. Noua ptulit/ cū nouitatē resurrectionis et gloriā vere credētibꝰ repromisit. Ad hāc imaginē oīs scriba doctus in regno celorum instruit/ vt noscat veterē nouāq̄ legē: vt posset ex eis parabolice formare sermonē. Et sponsa spōso gratulabūda dicit: Omnia poma noua et vetera dilecte mi seruaui tibi. Cāt.7 Poma noua/ fructꝰ ex euāgelica doctrina: vetera/ fructus ex lege. Una quidē est ecclesia saluandorū ex fructibus iusticie vtriusq̄ testamēti. Nec nō et in doctoribus et peritis scribis vetera et noua poma seruat: cū in plata doctrina vtriusq̄ testamenti censura seruat. Uetera seruat christo: cum veterē mundū creatū/ et nouū per recreationē pie atq̄ indubitanter credit: cū patres veteris testamenti et noui vna fide collaudat: et originalē iusticiā in primordio conditionis humane in cordibus hominū scriptā similiter et euangelicū assensū prestitit in fide venerari. Scriba siquidē doctus in regno celorū: qui patrifamilias i thesauris similis esse debet: omnē doctorē designat/ ex autoritate catholice docentē: quē oportet in vtroq̄ testamēto esse peritū: vt illius figuras/ istius veritates agnoscat. Omnia enī in figura cōtingebāt illis/ qui degebant sub veteri testamento: nobis aūt sub nouo militātibꝰ/ veritates explicite apponūtur. 1.Cor.10 Sub velamine vetus testamentū erat ad cuius ostensionē Moyses velamē gestabat in facie: a nobis vero velamen ablatū est: qm̄ transiuimꝰ ad christū. Apostolus siquidē dicit: Cū transieris ad christū/ auferet velamen. Expedit quidez scribe solerti ex nouo et veteri in auditoribus fidem astruere: velut si sic eorū celebraretur inductio: ex signo ad signatū/ ex cortice ad medullā/ ex vmbra ad soliditatē/ ex figura ad veritatē/ ex sermone ad sensum/ ex littera ad intelligentiā claritatis. Hec imperitus scriba nō nouit. Quāobrē si etiā stet in regno dei/ scz militātis ecclesie: nō agit/ sed agit: nō instruit/ sed docetur. Doctus vero rē regni dei agit/ instruit et astruit. Profert vite nouitatē/ vt in eius nouitate ambulemus: similiter et vetustatem/ vt deseramus. Omnia noua ex christo: cūcta vetera ex Adā. Uetera transire cogantur: omnia ex christo noua in nobis fiant. Hoc pferat: hoc suadeat scriba doctꝰ in regno celorū: vt nouis supuenientibus in vigore gratie/ vetera proijciantur/ que sunt ex origine culpe.

¶ De pabola introducta de illo qui incidit in latrones/ et respōsione de proximo: secundum Lucam.

Capitulum X

INterrogatus dñs noster Jesus a quo-
dā pharifeo tentante: si quis ad diligen
dū est ꝓximus: parabolice apologisauit
no explicans quis ei proximus esset: sed cui ipe
proximus esse deberet: qm̄ primo indigētibus
ad impletionē iusti mandati proximi esse debe
Lu.10 mus. [Ait enī: Homo quidā descende-
bat a hierusalē in hierico: ⁊ incidit in latrones
qui etiā despoliauerunt eū: et plagis imposi-
tis abierūt semiuiuo relicto.] In tractatu quē
nuꝑ edidimus de processu pctōis / abunde ista
parabola tractata est: se: ſʒ ꝙuis minorate hic
preterire nō licet. Descēsus ab hierusalē / auer-
sio est a pace / a virtute / a quiete / a templo sacra
mentorū dei / ab eo quod autoritatē habet ⁊ ve
ritatis rationē. Etenim ista ciuitas regia et pro-
phetalis erat. Descensus ab hierusalē est dere
lictio honestatis / ꝑtermissio sanctitatis ab obe-
dientia legis eterne: in qua stantes in pacē su-
mus ad deū: cui animo rebellātes / pretermitti
tur pax / et causatur damnosa discordia. Nihil
Nihil amarius / nihilqꝫ damnosi⁹: ꝙ si pax dei
que exuperat omnē sensum / nō custodit corda
et intelligētias hominū: qua dissoluta / obediē
tia legis dei omnino deperdit̄: que nisi per hu-
iuscemodi obedientiā non tenet̄. Male sibi ꝓ
uidet / et ad gehennaʒ se parat qui a pace fecit
abscessum. Sibi omnino nō conueniet / si a deo
dissidiū fecit: et intestinū portabit cōtinue bel-
lū. Nā mortis habet imaginē qui diuidit̄ i se-
ipso. Uidebuntur etiaʒ sibi aliȷ̄ aduersarȷ̄: ꝙ-
uis afficiant̄ ei qui ꝑdidit dei pacē: qm̄ nemo se
curus in regno / si cū rege agit̄ bellū. Suspica-
bitur em̄ insidias / existens etiam cum amicis.
Gen.4. Erit more Cain vagus et ꝓfugus sup terrā: ti-
mens occidi: qui occidens fratrē ꝑdiderat pa-
2.Re.16 cē dei. Et Semei qui maledixerat dauid / cū fu-
3.Reg.2 geret a facie absalon: a Salomone regēte pa-
terne iniurie sub federe vt habitaret in hieru-
salē: remissionē accepit sub interminatiōe mor
tis / si aliqñ ab illa discederet: quod et factū est
cū discessit. Magnū est bonū diuine pacis: in
qua existens a christo indulgentiā suscipit: etiā
si eternū deū et patrē eius / et omniū in aliquo
maledixit: a qua recedens merito mortis gla-
diū non euadit: non solū dixerim tpalis / ſʒ mor
tis eterne. Hierusalē dūtaxat elegit dñs / vt eēt
3.Reg.9. nomen eius in ea: quia preterꝙ in pace nō ha-
bitat nomen dei. Et in ea templū est dei: quo-
niā pacifici templū viuū sunt dei viui. Et aduer
sus se interpretabat̄ dauid in ꝑsona eoꝝ qui de-
Ps.136. tinebant̄ in babylone captiui: Si nō propone-
ret hierusalē i principio leticie sue. Cū nulla sit
vera leticia: potius omne gaudiuʒ tristicia di-
Josue.6 ci potest: nisi in pace dei fundetur. Et si hieru-
salē pax euangelica datur: hierico dat̄ excidiū
et maledictio reedificatori b⁹ ei⁹. Igit̄ o tu qui-
dā merito nominari nō dignus: vnde abscede-
bas / quo ve descēdebas / aduertere debuisti. Ut
quid in mentē venit quietis regionē dimittere:
abireqꝫ in ciuitatē lunarē: que nunꝙ in eodem
statu ꝑmanet: et nunꝙ ex aliqua sui parte tran
quillatur: Mirandis ꝑmissionibus agit̄: vt exi
stens i domo / tutū / apostasiā meditet̄: ſʒ aut nō
cognoscit quod habet: aut maiori fraude preuē
tus / ab illa recedēs estimauit se aliquid melius
habiturū. Sic agit̄ hominis interius maluʒ:
quoniā neqꝫ interius aut exterius inuenitur ex
istens malū. Unde oritur magna deceptio / cuʒ
nō sit appetibile malū: semꝑ em̄ itur de bonis
ad bona: ꝙuis disparia sint. Igitur nō substā
tialiter: sed cū in maiore aut electione prepon̄
tur minora maiorib⁹: causat̄ hominis malū: et
fit abscessio a hierusalē / et descēsus in hierico.
Utraqꝫ bona ciuitas: ſʒ vna i oib⁹ alteri supe
rebatur: que melior erat / iam facta fuerat fasti-
dio deliberāti abscessū: que vero minorabat̄ / in
delectationē obuenerat. Ad hāc imaginē om̄e
peccatū cōmittitur ab hominib⁹ in vniuersita-
te bonorū: etem̄ semꝑ ad minora et infirma de-
scendēdo peccat̄: Sed anteꝙ veniat̄ ad termi-
nū male presumptū / in periculū nō opinatū in-
curritur. Nā et latrones ei superueniūt qui paci
ficā credebat agere viā: qui spoliāt ⁊ plagant:
priuant scʒ honestate bonorū: et mala infirmi-
tans adȷ̄ciunt. Fiūt mali dispositi incipiētes
apostasiā inuisibiliter demonū preda: qui sto-
lā innocētie auferūt: et vulnerāt cor et sensus: ꝑ
quos ac ꝑ fenestras culpabilis mors ingredit̄.
Et debilitas tanta subsequit̄ / vt ad semisseʒ re
digat̄ vita plagati. Sed nec tota vita totā ces-
sit in mortē: nec sibi tota cōstabat seuo ꝑseuerā
te duello: vt alterā altera ex toto cōfugeret: sed
alteri neutra cedebat: vt amarius esset bellum
et sic hō causatus / equa siquidē ab vtraqꝫ ven-
dicabatur in sorte: nā sicut semiuiu⁹ / sic ⁊ semi-
mortuus diceretur. Ad semissem mortis om̄is
spūalia mala / siue quodlibet exitiale pctm̄ di-
xerim ꝑtinere: ad vite vero semisseʒ plenā liber
eū accusat/qualiter ⁊ quantū. Nam iusticie ratio plus causas actionū ꝙ ipsas actiones cōsyderat: ⁊ oportet suspēdere iudiciū: si cōstituto in causa excusatiosius iuste aditus patet. Nō lenitate/nō violētia/nō ira/sed ratione agēdū est. Unde vocaunt eū interrogās. Quid hoc audio de te? Ac si diceret: Accusatus es: i causa te habeo: est ne verū quod audio de te? Tuis accusatoribus plenā nō presto fidē: forte inuidi aut emuli sunt: aut fallere possunt/ et fallere volūt. Excusationi etiā tue minime dabo locū: terminabit veritas litē: vt egeris ita recipies/non vt diffamatus es. Proinde redde rationē villicationis tue. Potēter te cōprimere nolo violētia nō vtor: veritas sit in causa. Ratio factio factorū dūtaxat aut te absoluet: aut te ꝯdemnabit. Sed quousqꝫ rationē reddideris/villicare nō poteris. Nō em̄ decet reū agere ꝑ quib⁹ constitutus est i causa: nisi ab illa recesserit inculpatus. Etiā iā non poteris villicare/ si ratio te culpabilē monstrat. Optimus causarū ciuilium et criminaliū cognitor est iudex: qui et veritatē/nō ex opinione aut alia suasione vult ꝓferre iudiciū: ⁊ Iesus in proprijs preter rationē iusticie nō querit vlcisci: nec ab ira concitatus ad iudicandū fertur in preceps: sed rationi inuestigande ac promulgande actiuā et inquirētem subijcit rationē/ne lingua labatur. Causarum protinus ordinatat morosa discussio: etiā si adiudicetur innocens: si repertus fuerit inuestigando nocens: inculpabilē iudicem reddit dumtaxat ꝙ aliunde non assit sibi certa cognitio. Sed a nullo potior est cōuictio ꝙ a ratione deuinci. Improbatur sepe falsitas: si aliquando quempiā in iudicio ꝑ falsidicos prostrauisset: veritas autē nunꝙ. Pretermitti veritas et ratio potest: improbari vero nō potest rationabilis ⁊ improfugabilis terror: quin rei veritas inuestigata cū ratione deuincit. Hinc cū villicus de reddenda ratione cōperisset: attonit⁹ factus ad semetipsū reuersus est: si quo modo sibi adesset copia euadendi: q̄m a ratione vincebatur: aduersus quā sibi non erat auxiliū: nequiter se fecisse agnouerat: tergiuersare nō poterat in iudicio constitutus: deuitabat reddere rationē: qua reddita/ ex fraudibus debebat subire penale iudiciū: nō fessus in malo/ iterꝫ ex iniquo sibi cōpauit refugiū. Ait aūt villic⁹ intra se: Quid faciā quia dn̄s meus aufert a me villicationē? Fodere nō valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciā: vt cū amotus fuero a villicatione/recipiāt me in domos suas.] Assolitus ex alieno perperā viuere/artes omnino desperat: et ex moribus delicatis ꝑ temporuꝫ augmenta coalescens/etiā in necessitate artibus licitis valefecit: sed laboriosis ꝓamplius semꝑ ad iniqua regrediēs. Facilius videt̄ his qui viuere nequiter ex alienis operibus didicerunt: illa furta laboriosa cōmittere/quib⁹ iusta pena debet̄/ꝙ ex arte que nō reprehendit̄: nec actuosa meret̄ suppliciū. Sepe reprobis accidit: vt ea que sunt licita/eis difficilia videātur: que vero illicita sunt/possint sine labore perficere. Necnō ⁊ qui mala agere vult. ea que sunt gratiora in bona vita/ꝓducit in causam. Poterat enim iste alias artes habiliores exercere ꝙ terre fossionē: et alios mores viuendi ꝙ esse mendicū. Et si omnino ꝯtingeret: non est pudor i mēdicitas/vbi adest necessitas: q̄ vbi est rationabilis/nō est cur erubescētia sit horrori. Cur hic villicus nequā laboriosā artē mendicitatis ruborē meditatus est. Multe sibi alie poterāt esse artes: multi modi aliter viuēdi: sed pro his cauēdis tendebat in solita mala. Et quod i moribus hominū summe damnat̄: nullius reqsito consilio apud semetipsū sibi ꝓuidit in posterū. Dixit enim: Scio quid faciā. Non prudentū exquisiuit consilia: nō hominū in periculis expertorū/non sapientū: sane ipse sibi factus est consiliarius et consultor. Uerūtamen cum in mente hominis pro iniquitate patranda diffinitum est nō consulere quempiā: tempe rantioris est moris: cū minus malū sit in male agente non consuluisse fidemicū/ꝙ contra fidemici consilia peregisse. Quandā habet speciē honestatis: cū neminē consulit qui omnino tendit in nefas: saltē in seipso corruptus/ aliorū auriculas non fedauit. In alijs siquidē consulte agere canonica scriptura nos docet: Omnia cum consilio fac: et post factū non penitebis. Cū vero ille dixit: Scio quid faciā: ad seipsum tote relatus est: vt de iniusto viueret apud eos quibus iniuste credita sui dn̄i cogitauerat relaxare: scilicet cū esset amotus a villicatione: ꝙ reciperet̄ in domibus debitorū/⁊ eorū quibus sui dn̄i bōa emphyteocādo/ad culturā fructiferā cōmēdauerat. Ut autē reciperet̄ [Cōuocatis itaqꝫ singulis debitorib⁹ domini sui: dicebat primo: Quantuꝫ debes domino meo? At ille dixit: Centū cados olei. Dixitqꝫ illi: Accipe cautionē tuā: ⁊ sede cito ⁊ scribe quinquaginta.] Optima inquisitio/sed executio nequā. Interrogabat siquidē quantū deberetur domino suo/ nō sibi: quoniā omnia domini sui erant. Ipse vero economus erat/ administrationem et curam habens/nō propriū dominium rerū. Sed agebat nequiter/ ꝙ bona domini sui preter iustum ⁊ domini sui voluntatē debitoribus relaxabat: vt totam debiti summā reduceret ad dimidiam/centum ad quinquaginta. Penitus economus agit in fraudē domini/si relaxat debitoribus preter domini voluntatē: ⁊ presumit illud dimittere/quod verisimiliter de dn̄o nō posset esse presumptū. Nec iste hoc fecit: vt pius in pauperes velut pauperib⁹ redditus annuos remittēs: sed in illis sibi parans expulso ab officio agilioris vite cōpēdia/ de alieno sibi gratiā hominū cōparabat. Sed necduꝫ diuitibus aut mediocribus/seu sui ipsius cōsyderatione prehabita/ sed etiaꝫ intuitu pauperū nō licet de alieno fieri largitionē: illa dūtaxat excepta necessitate q̄ a decretis ab-

soluit. Sed reprobi quidē hoīes contrariū faciunt quod ratione decernūt. Sciebat eī hic villicus q: omnia que ad iustā dispensationē acceperat erant dñi sui: proinde interrogat debitores: quantum debes domino meo? Sed tā꞉ ꝙ propria donabar contra voluntatē proprij possessoris: cum summā debitam defalcabat. Multipliciter rei fiunt alienarū rerū preter voluntatē dominorū spontanei largitores. Nam semetipsos et recipientes obnoxios in debitis faciunt: quoniā quod quis iuste non possidet/ neq꞉ iuste in aliū vendendo vel largiendo potest transferre dominiū. Nec esse potest excusationis suffugiū ex dispensatione cōmissa: si aliter facit quod verisimiliter presumit dominum non fecisse: maxime autē cū fraus et astutia mētem dispensatoris inficiunt. Et qui rē accipit a dispēsatore iniusto ex certa scientia: nil sibi vēdicauit ex iure: sed obligauit semetipsū donec restituat: nec sibi ad excusationē diuine iusticie desup decernentis/ si cautiōes accepit. Deinde alio dixit: Tu vero quantū debes? Qui ait: Centū coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas/ et scribe octoginta. Et laudauit dominus villicū iniquitatis: quia prudēter fecisset. Remissio tritici sine olei/ villici actionē insinuat: ꝙ minꝰ remiserit de tritico ꝙ de oleo/ etiā quandam aduertentiā prouidam arguit: quoniā plus ex tritico ꝙ ex oleo vsus hominū sumit. Et facilius deprehendi potuisset a domino i tritici paucitate ꝙ olei. Omnibus autem tradidit litteras ad cautelā: vt si dominus comperta fraude villici/ repetere perperā remissa debitoribus decreuisset: economi litteris se in iudicio tuerenꝭ. Uerūtamen dominus villicū iniquitatis laudibus effert: nō letus de damno/ sed miratus cautelā. Non quia fraudulentum: sed quia prouidū in futurū. Non actū virtutis/ sed ipsam virtutē cōmendat. Et mirū valde/ ꝙ sepe actus est in reprehēsione/ virtus in laude: vt a curru quatuor virtutū turpis sonus inroboet. Insonuit eī hic iniquitas: et villicus iniquitatis dicitur propter fraudē: et remanet in laude prudentia pro futuris emergētibus malis/ vt possit esse refugiū. Sed hoc interest iter virtutes viuificas et morales: ꝙ a nulla illarū dū in veritate in animo insident/ reprehensibilis actus egreditur: a moralibus vero etiā in quantalibet veritate retentis detestabilia multa fiunt. Et vt apertioribus sermonibꝰ eloquamur: in virtutibus viuificis dūtaxat in veritate inherentibus/ nemo aliquādo male ꝓcessit in actum: in ali[...] vero sepe delictum est. Dominus autē villici [...]tur: cū laudatur ex eo ꝙpropter fraudem e[...] derogauit prouidentie ipsius. Uñ consti[...]eris est ob fraudem aut propter damnū co[...] vel ꝓ[...]tis/ et propter agentē improbiter nō derogare virtutibus: sed semper il[...] extollere: quis actꝰ condemnet iniquitas. [...]ebatur homo rationis compos ab ipsa laudare virtutē: et hominē ex ipsa regulatū non malum: quod ex humana prudentia perficitur. Quare igitur laudauit? Quia prudenter fecisset: nō quia donauit alienū. Fecit prudenter: quia sibi prouidit in posterum. Pars eī prudentie ipsa prouidentia dicitur: de qua optatiue Moyses in suo cantico loquebatur: Utinā nouissima prouiderēt. Nouissima prouidet/ qui se parat ad vltimū finem: aut ad deuitanda supplicia q̄ possent ꝯtingere aut ad capessenda premia que debent agonizatoribus prouenire. Hanc prouidētiā villicanā imo terrenā/ christus cū appetitoribus alterꝰ vite composuit dicens: Dico eni vobis: ꝙ filij huius seculi prudentiores ꝙ filij lucis in generatione sua sūt. Uigilanti verbo saluator locutus est cū dixit: i generatione sua. Nō eī secularē prudentiā christiane prudentie pretulit: quoniā secularis prudētia inimica est deo: sed prudētia carnis mors est: et facit omnino filios agarenos: q: filij Agar exquisierunt prudentiā que de terra est. Nō est comparatio terrene sciētie/ que tm̄ perfunctoria captare contendit: ad eam prudentiā que superna nanciscitur: que christo tradente serpētina est/ columbine simplicitati sociata. Prudentia filiorum lucis/ stulticia est seculi. Prudentia filiorū seculi/ stulticia est in conspectu dei. Prudentia filiorū lucis prudentiā secularē deuorat: nam et serpens moysaicus deuorauit serpētes magorū Pharaonis: prudentia filiorū seculi illam in aliquo euacuare nō potest. Ut alio prelo quar ordine: secularis prudentia conquirit diuitias: sed illa contemnit. Illa se pōderibꝰ onerat: ista vero sarcinas abijcit. Illa in compedibus est: ista retia mūdi frāgit. Illa se implicat: ista se explicare concertat. Illa timet explicari: ista retinuit iplicari. Illa dolet dissolui a vinculis quibus irretita tenetur: ista gaudet cū se videt exceptā. Illa penas refugit: ista se i ill[...] immergit. Illa omnino abhorret corporis mortē: hec cupit dissolui/ et esse cū christo. Illa morte intētata omnia exponit vt viuat: ista iuuātia vitā/ et ipsam pariter ꝓ christo parui pendit. Sed ꝙꝙ superferatur omnibus prudētia christiana: quid est ꝙ filij seculi filijs lucis in sua generatione dicitur esse prudentiores? Quare saluator omniū Christus hanc cōparationē suis auditoribus posuit. Prope modum locutus est: ne secularem prudentiā christiane preferre videretur: quā si quis vellet inspicere/ ex rerū experientia reluceret. Et si aliqui de prudentibꝰ huius seculi deducerentur in mediū: quorū adhuc in locis pluribus fama per scripturarū memorias reboat: et multorum qui nondum a seculo migrauerunt: clarescerer amplius. Sed ne videamur hominū seculariū gesta conterere: alijs assertionibus saluatoris sententiā declaremus. Aut humana secularisq꞉ prudentia querit deuitare molestū/ et quod aduersū videtur ꝓprio placito vel nature: aut aliquid ad votū et sibi propitiū q̄rit: aut cū amico et inimico habēt Deut. 32.

canſ:aut p pſentibus aut p futuris eſt anxia:
aut propriã patriã/aut incolit alienã: aut ſubij-
citur/aut ſuperfert/aut equatur hominibꝰ:aut
vendit/aut emit: ⁊ multorũ ſimilium:in quibus
ſic ſtrenue agit:vt cogant videntes aut audien-
tes velut de celica virtute mirari: ⁊ vileſcere vi
dent filij lucis in his que per prudentiã agunt
cũ in filiorũ huius ſeculi comparationẽ deueni
unt. Sed ideo ſaluator hanc cõparationez ſuis
auditoribus tradidit:vt prudentes fiant ad fu-
tura bona celeſtia ⁊ eterna: cũ viderint ſecula-
res pro terrenis atq3 caducis tanto prudentie
acumine refulgentes. Actionem ex ſimilitudi-
ne/ opꝰ in re tentat ſaluator inducere. **Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cũ defeceri-
tis/recipiãt vos ĩ eterna tabernacu-
la;** Omnẽ prudentiã ſaluator hic edixit: ne ſu-
pernis priuaremur. Etenĩ homines ad hoc ipſe
creauerat: cũ ex iniquo mãmona voluit nos ami
cos cõquirere: quibus factis nobis preſidio/re-
ciperemur ĩ illa. Nõ de furto atq3 rapinis/ aut
quomodolibet male partis docuit elemoſynas
facere. Sed quia raro vel nunq̃ diuitie ſine cri
mine acquirũtur:ideo illas iniquitatis mamo-
nã appellauit:preſertim cũ infra diaboli retia
teneantur cupientes ditari. Hinc Apl's ad Ti
1.Timo.6 motheũ ait: Volẽtes diuites fieri/incidũt in la-
queũ ⁊ in tẽtationẽ diaboli. Que aũt maior ini-
quitas ꝙ auferre ſe deo: ⁊ diaboli ſe mancipium
facere? Que maior iniquitas/ꝙ ei ſe auferre qui
condidit: ⁊ ſe tradere qui peremit? De iure crea
toris omnis creatura. Etenĩ q2 bonꝰ/bona cũ-
cta creauit: eius aduerſariũ hominũ iniquitas
fecit dominũ. Proinde diuites fieri cupientes
ſunt infra ſepta diaboli:quia in laqueũ eius vo
luntarie inijcientes pedem/eius facti ſunt ſer-
ui. Nã a quo quis deuictus eſt/ eius quoq3 ſer-
uus addictus eſt. Aſſerit ſaluator ad eternã re-
quiẽ poſſe valere temporalẽ ⁊ agapeticã actio-
nẽ:nõ tamen ſemp ex his a quibus impendit:ſi
amici ex tributis fiant: cũ amicos dei ac inimi-
cos dei poſſumus in amiciciã trahere largitio-
ne bonorũ. Sed ipſa charitate atq3 p̃uidẽtia in
eterna tabernacula poſſumus introferri. Neq3
quicũq3 datarij quantũlibet efficiantur amici/
ad ſuperna preterq̃ amare nõ poſſunt:ſed hoc
modo in eterna tabernacula ſuos bñfactores
recipiunt: velut qui de inſita virtute teſtifican-
tur apud deũ vt recipiantur.

❡ De parabola perdite reinuẽteq3 ouis/ſecundum Marcum et Lucã. Capitulum XIIII

Onſtruxit ſaluator peccatoribus miſe
ricordie portum:et ne deſpici omnino
ab ipſo ſe crederent: quam habet ſol-
licitudinem circa eos/ ſub parabolis introdu-
xit. Ac etiam vt redirent ad iuſticiã:exultationẽ
aſſeruit angelorũ: confutans ex hoc atq3 repri-
mens ſuperbã iudeorũ iuſticiã/et phariſeorum
murmurationẽ elidens. **Nã cũ eſſent pu-
blicani et peccatores appropinquã-** Lu.15
tes ad ieſu/vt audirent illũ: murmurabant Mat.18.
ſcribẽ ⁊ phariſei dicentes:quia hic peccatores
recipit/⁊ mãducat cũ eis.] Opportuna pecca-
torũ actio: importuna vero murmuratio iude-
orũ: benigna interiectio ſaluatoris. Nil tã pec-
catoribꝰ opportunũ/ꝙ appropinquare ad chri-
ſtũ:qui nõ vult peccatoris mortẽ/ſed vt cõuer- Eze.18.
tatur et viuat. Expedit infirmis medico eſſe p
pinquos:aliter inuadẽs infirmitas inferret exi
tium. Nulla maior infirmitas ꝙ fieri peccato-
rem: ad quam depellendã ſolus Chriſtꝰ eſt me
dicus:quia languores noſtros ipſe tulit: et do-
lores noſtros ipſe portauit. Et in mortẽ tenden
tibus ſeu iam mortuis in peccatis/eſſe prope vi
te fontem ſuadet neceſſitas. Etenĩ chriſtus eſt
vita: ⁊ mortui ſunt in aĩa peccatores. Sed cũ
ratio que in hominibus nõ extinguit/etiam in
criminoſis: cũ reuigilare incipit/appropĩquat
ad vite fontem. Signũ porro excitate rationis
eſt in his qui deliquerunt/chriſto proximũ fie-
ri fide atq3 obedientia in his que mandare de-
creuerit. Et quoniã inſipientes/iniuſti/ immũ-
di/et diabolo ſunt obligati homines peccato-
res: opportunitas angit omnino ad chriſtũ ap-
propinquare: qui eſt nobis factus a deo ſapien 1.Corin.1
tia/iuſticia/ſanctificatio ⁊ redẽptio. Et cũ ſibi
appropinquamus/⁊ ipſe nobis appropinquat.
Scriptura enĩ dicit: Appropĩquate deo: et ipſe Jaco.4
appropinquabit vobis. In veritate ſiquidẽ ap
propinquatio iſta fiat: ne p̃pheticũ dictũ ĩpro-
bet appropinquantes. Dicit dominus: Eo q Eſa.29
appropinquat populus iſte ore ſuo: ⁊ labijs ſu
is glorificat me: cor autem eius longe eſt a me:
ideo ecce ego addã/vt admirationẽ faciam po
pulo huic miraculo grandi et ſtupendo. In ve
ritate ad Chriſtum appropinquatio fiat: alio-
quin cõdemnabit peramplius appropinquãs.
Initiũ tamẽ appropinquationis eius eſt/p om
nẽ modum longe fieri a peccatis. Mediũ ve-
ro/explicari ab his a quibus ſub velamento ne
ceſſitatis plus debito colligamur. Perfectum
quidẽ/cum virtutũ velociſſimos aſcenderimus
equos: et ipſis ornati erimus placentes ei: qui
tales nos querit/vt appropinquet nobis. Im-
portunitatẽ habebat phariſeorũ et ſcribarũ ſu
perba iuſticia: que de benignitate domini mur
murabat: qui recipiebat publicanos et pecca-
tores/cõmodans ſe illis: nec dedignãs eos in
menſa ciborũ/vt poſſet cum eis epulari in men
ſa virtutũ. Nõ nouerãt ſcribe et phariſei/ quã-
ta eos grauabat iniquitas: nec eis videbat ve-
nia indigere. Iuſti ſibi apparebãt: zelo peruer
ſo accendebantur: vt viderentur honeſte vite
ſectatores: aduerſus chriſtũ murmurationibꝰ
impingebãt. Moris eſt hypocritali vitio ſer-
uientiũ: vt ipſi potiores appareãt/alios infama
re: magis quidẽ gaudẽtes/ſi bonis poſſent no-
tã applicare maiorũ. Dicebant: q2 hic peccato-
res recipit: ⁊ mãducat cũ illis. Neſciebant cau-
ſam aduentus dominici: qui venerat duntaxat

saluos facere peccatores. Idcirco prestabat eis gratiã vt venirẽt: veniẽtes vero pie recipiebat manducãs cuȝ illis: nõ ad ingluuiẽ / sed ad ostendendã benignitatẽ et nimiã charitatem. Omnibus murmurantibus: parabolã aptã qua frenarenł / saluator apposuit dicens: [Quis ex vobis homo qui habet cẽtũ oues et si perdiderit vnã ex illis: nõne relinquet nonagintanouẽ in montibus aut in deserto: et vadit ad illã que perierat / querere eã donec inueniat illã? Et si contingat vt inueniat illã: amẽ dico vobis / qȝ gaudebit super eã magis / ꝙ̃ super nonagintanouẽ que nõ errauerũt.] Cõpatiua parabola ista est: nec potest in aliũ sensum decenter conuerti. Ut si moris est hominuȝ / propter vnã perditam ouem ad horam totum dimittere gregẽ: vt illã reperiat querens ad reinueniendã: relicto in montib⁹ grege / a quo sua morbiditate suaqȝ volũtate discesserat: cur nõ liceat omniũ conditori humanũ deiũ genus querere / atqȝ vnire cetibus angelorũ? Non eñ aliter ꝙ̃ ad veniã peccatorẽ dñs requirebat. Sed ꝙ̃ꝙ̃ sit bene maius gaudiuȝ sup vno peccatore conuerso / ꝙ̃ sup nonagintanouẽ a domino nõ auersis: nunꝙ̃ est credendũ ꝙ i conspectu dñi multitudini iustorũ / conuersorũ paucitas preferatur: alioquin personarũ acceptor / nõ virtutũ esset omnipotens. Sed qȝ semp dicitur maius gaudiuȝ post dolorem / qui ex re perdita ortum habet: et consona est moribus hominũ ista locutio: qui de modica re perdita exultant amplius cũ illã reinuenerũt / ꝙ̃ de plurima re seruata. Et hoc quare? Quia nõ precesserat dolor in illa: qui subsequens gaudiũ facit amplius apparere. Ouina vero similitudo introducta quales esse debeant fideles ostẽdit: videlicet sine lesione ad proximũ / mansueti / mites: fructũ ferentes bonorũ operũ / ad vtilitatẽ etiã proximorũ: nulli malũ pro malo reddẽtes: nec semetipsos defendentes / sed dantes locũ ire: ne ꝑ improbitatẽ / sed ꝑ patientiã ꝯuincatur improbitas. Querit oues errantes saluator / vt reducat in
Esa.53 gregẽ. Et nos omnes sicut oues errauimus nõ habentes pastorẽ: nõ pastoris defectu / sed ouium subterfugientiũ curam eius. Pius eñ pastor noster est: et insopitũ oculũ habet: nõ patił ignauiã: oues sunt in causa qđ errant. Hoc fa
Ps.118. tebatur dauid: Erraui sicut ouis q̃ periit. Propriũ fatetur delictũ / cũ ꝓpria errauerat volũtate: sicut ouis que sua deuiatione periit: nõ ꝙ eã verus pastor abiecerat. Inuẽtio aũt perdite ouis est / ꝙ̃ querens in quod querebat / deuenit. Sed nemo potest sui conditoris man⁹ aut scientiã effugere: quin cum volet / inueniat: nec expedit actiosũ aut ociosũ laborẽ inducere / cũ sibi ad nutũ oĩa pareãt. Sed in volũtate quesiti positũ est: ꝙ se non ad penã / sed ad gratiam inueniri permittat: quoniã si nõ ad gratiaȝ / ad penã omino inuenietur atqȝ tradetur inuit⁹: vt sicut propria volũtate perire decreuit / sic se offerat requisitus. Tunc eñ saluator querens

quod perierat / inuenit: cũ peccator a malł auersus / se ad optima queqȝ ꝯuertit: nõ sibi aut suo placito viuens: sed ei qui nõ indigẽs ipsuȝ ipsũ indigentẽ quesiuit. Impositio sup humeros facta de oue / ad christi baiulationẽ et nostrã infirmitatẽ pertinet. Nã peccatores et deuiȝ facti a nobis / quales deus non fecit / ambulare nõ possumus: sicut si in eo quod facti sumus / stetissemus. Nulla maior infirmitas hominẽ grauat ꝙ̃ recessus a deo. Fit omnibus modis ꝙ dissolutior qui a virtute recedit: et erret qui rectum iter reliquerit. Contra quos dicił: Relinquũt Prouer.2
iter rectũ: et ambulãt per vias tenebrosas: et ad luminosas redire nequeũt / nisi a diuina gratia reportentur. Conuocatio amicorũ ad gaudiuȝ ꝓ reinuenta oue: nõ refertur ad ouẽ / sed ad dominũ requirentẽ ac inuenientem: ꝙ eius labor nõ fuit delusus: ꝙ sua est facta in inuẽta oue voluntas. Nã sicut maius est malũ dei offensa ꝙ̃ quecũqȝ multatio offendẽtis: sic mai⁹ est gaudium cum per peccatoris penitentiam eius abrogatur iniuria / ꝙ̃ de liberatione peccatoris. Necnon et congaudendum est penitẽti ab electis ciuibus: in quorũ est reuocatus consortiũ: ne videreł haberi cõtemptui: qȝ ꝓ tempore in veritate nõ stetit. Magno documẽto facta est nobis ista parabola: vt nemo qui steterit in iusticia / nemo innocẽs abhorreat delinquentem: cũ reuertitur reinuentus ad gratiã: cuȝ viderit dominũ gaudere in cõuersionibus peccatorũ. Nã etsi nõ fuit culpa cõmunis: nõ tamen facta est natura dissimilis: et ea gratia que tenuit innocentẽ et iustũ / reuocauit erroneũ. Ostendenda sunt cõuersis gaudia: imo hãbẽda ꝑampli⁹ ꝙ̃ si semp in virtute mãsissent. Habet eñ communis vsus hominũ: vt plus de reinuẽtis ꝙ̃ de nõ perditis cũ reinuenerint / gaudeãt. Sufficiat in hac parte saluatoris patrona sentẽtia. Et peccatores indilate cõuertãtur: si nullũ bonuȝ amplius sequeretur / ꝙ̃ ꝙ ex ipsorũ couersione in celo possũt inferre leticiã: cũ sup iustos multos angelos pro vno peccatore conuerso asserat gratulari. Alius vero euãgelista nõ tñ angelorũ / sed dñi affirmat adesse leticiã: cũ nõ sit volũtas apud patreȝ qui in celis est: vt pereat vnus de pusillis istis. Quod ꝑ Ezechielẽ multo ante predixerat: Nolo mortẽ peccatoris: sed Eze.18
vt magis conuertał et viuat. Porro nõ est diuina volũtatis ꝙ aliquis pereat. Nemo causetur aduersus dñm: cur omniũ prescius / quẽ presciebat / creauit ad damnandũ. Nõ eñ creauit vt damnareł: sed vt saluareł hanc ꝓductus in lucẽ. Nec voluit i homines ita preualere peccata: vt sponte egressus ab eis / eternã traderetur in mortẽ: ad quã propellendã factus hõ subire voluit tpalẽ. Sibi nõ dño inferat / ꝗcũqȝ dãnał Fecit eñ ipse quicqđ faciẽdũ est ꝓ salute. Igitur festinemus in illã: ad quã cõsequẽdã nobis prerogata sunt oĩa: Et salutis autor ab illa diuertẽtiũ fact⁹ est reqsitor / ostensor et dux: planator itineris per quod gradiał morbida ouis.

¶ De parabola drachme pdite et reinuente: vt ad penitētiā reuocet peccatores: secundū Lucā tantū. La. XV

Lu.15. N Retulit in oue hūilitatē hoim ꝛ pacifi
cos mores: in drachma ꝟo reformati
onem turpate imaginis demōstrauit.
Habet em̄ drachma regis atqꝫ ꝓceris cuiusqꝫ
imaginē ꝛ superscriptionē: quatenus sit in pre
cio eis ꝙ ꝑ placito aut necessitate res ad inuicē
coalternant. Sed incuria ꝛ incautela drachma
deperdit: quā cum notū fuerit / accensis lumini
bus diligenter inquirit mulier que amisit. Quic
quid possidendo diligit / sollicitudine querit si
defuerit. Et semꝑ anim⁹ manet impatiens quo
usqꝫ rem amatā inuenerit: maxime si ex solito in
Gen.2 illa letat⁹ extiterat. Quod factus sit hō ad ima
Psal.4 ginē ꝛ similitudinē dei: ꝛ ꝙ signatuꝫ sit suꝑ nos
lumē vultus eius: ꝛ ꝙ circa nos inscriptionē ac
ceperimus mādatoꝝ / scripture sacre declarāt:
sed inutilis imago ꝑ peccatū facta est volunta
rie: nō cōpulsa in minus bona ab illis summis
bonis auersa: ꝛ fedauit seipsam terreno stercore
volutans se suino more in ceno rerum corrupti
bilium: dehonestans in se omnē ornatū substā
tie suꝑinductum sibi nature cōseruata substan
tia: quā malū voluntariū totā expugnare nō po
tuit: ꝛ suꝑscriptionē aboleuit celestiū precepto
rum: vt non ab eis / sed a voluntate ꝓpria / malo
suo placito ageret: magis ꝟo ageret a quib⁹ ꝓ
hibebat. Et facies cognitionis eius ꝛ presentie
bone quā author exquirebat / ab illo suꝑ carbo
nes denigrata est. Inter lapides sculptos ꝛ fu
sa metalla ꝛ ligna dolata deperdita est: adorās
imagines manufactas extra se: qm̄ in se imagi
nē diuinam nō agnouerat: ꝛ si cognouit / nō ſm
decens venerationē ꝛ custodiā exhibuit. Una
em̄ causaꝝ cur imaginib⁹ diuinus cultus exhi
bitus est: qꝛ imago in hominib⁹ nō cognita seu
custodita est. Ac ꝑ hoc hec est drachme tota ꝑ
ditio: ad quā deitas / qꝛ sua imago erat / more mu
lieris sedule requisitura festinat cum lucerna fi
lij sui: quem lucem mundi ipso dicente cōstitu
Joh.8. it: Ego sum lux mundi. Et cū verbo reuocatio
nis ꝛ directiōis eius: qꝛ lucerna pedibus hoim
Psal.118 verbū eius. Hinc psalmista ait: Lucerna pedi
bus meis verbū tuū: ꝛ lumē semitis meis. Hāc
verbi lucernā deitas accendit / cum luciferum fi
lium ꝓduxit in tpe: cū illum voluit in nostra car
ne visibilē reddere: cum voluntatē suam per os
filij sui mūdo aperuit. Accensa lucerna est euan
gelium eius: quo inueniunt drachme deperdi
te / scꝫ anime ad dei imaginē insignite: ꝛ in diui
cos thesauros reportant. Nec ali⁹ extitit mo
dus / aut est aut erit reinuentiōis / nisi accensa lu
cerna euangelij eterni: cuius lumine omnia cla
rescunt: sine quo cuncta tenebrescunt. Accensio
siquidem in cordibus fit hominū. Est enim cor
humanū eterni dei quedam inuisibilis domus
vbi ista lucerna resplendet. Domus ꝟo visibi
lis / que totus est mundus: ab isto sole materiali
suscipit lumen. Uisibilis a visibili / sed inuisibi
lis ab inuisibili ordine suo illuminari decretum
est: ꝛ cū lumine huiuscemodi dom⁹ inuisa euer
tit: donec imago ꝑdita reformetur: velut si res
amissa in possessionē redeat amittentis. Si qua
vero sunt in supradicta parabola / ꝛ in ista est si
militer differere / preterꝙ silitudo ouis ꝛ drach
me. Nam parabola perdite ouis in humilitatē
ꝛ opportunitatē viuendi quesite posita ē: drach
me vero in reparationem primi collati boni: ꝙ
dei similitudinē in creatiōe accepimus / ꝛ diuina
decreta velut suꝑscriptionē in gyro. In vtraqꝫ
tamē parabola cōmendat labor ꝛ sollicitudo ꝗ
rentis: ꝛ dignitas hois sic quesiti / sicqꝫ dilecti:
necnō ꝛ impossibilitas redeundi ꝑ nos in id a
quo ꝑ nos inania defluxeramus. Et fit ligatura
nodosior quesiti ad querentē ex eo ꝙ sic ꝗsitus
est / ꝙ ex eo ꝙ sic creatus est.

¶ De filio ꝓdigo ꝑabola in designatione diuine misericordie nostreqꝫ fiducie: secūdū Lucā tantū. La. XVI

H Abet pater filios / ꝗ creatiōe vt creati Lu.15.
sint / ꝛ vt maneant omniū est pat. Ha
bet hereditatē ꝛ substantiā / ꝗ filij oēs
alant ꝛ substantifice viuant: que nisi diuidatur
est omnibus cōmēsurata ꝑ debito captu: ꝛ nul
li deficit / nisi dum vendicat in ꝓprium. Petit
adolescentior sensu / nō tempore de paterna sub
stantia ꝓpriam portionē: que ipsum iure cuius
cūqꝫ donationis cōtingit / nō emptiōis: cū filius
familias larib⁹ educat⁹ paternis / nō habeat vn
de aliꝗd emat a patre: sed petit dono / cū ex iure
nō posset cōpellere aut sistere in iudicio patrē.
Et postulat partē / ꝗ totum habebat in toto. Et
pars deficiet cū separat a toto: velut riu⁹ inter
ruptus a fonte / velut ramus ab arbore / et velut
radius a sole precisus. Nō pater filiū inuitauit
ad sortem: nec a se illum emancipare tentauit: ꝓ
cauens i filio paupertatē futurā: si nō sano regi
mine / sꝫ suo ꝗ decreto paterno vixisset. Ipse sibi
sufficiens visus est / cū quesiuit a patre diuortiū.
Omne nostrū esse / oīs cōsistentia nostra est de
paterna substantia. In ipso em̄ viuimus / moue Act.17
mur ꝛ sumus. Nec aliunde nobis est aliquid ꝙ
ab ipso: excepto vitio positiōe carenti. Diuisit
pater substantiā / cū vnumquēqꝫ in suis singilla
tim cōcessis suo relaxauit arbitrio. Cōgregat in
vnū oīa filius ꝑdolescens / cū hō cōsyderat que
accepit: ꝛ accepisse se gaudet: ꝛ ad semetipsum
oīa recōuertit: ꝛ nouit optime quid accepit / et a
quo accepit / ꝛ quare accepit: sꝫ ad quid accepit
a cōsyderatione subuertit. Ideo peregre profe
ctus est: nō locis ꝛ spacijs / sed affectibus segre
gant a deo hoies. Et electiōe cōtraria / potesta
te priuata / ꝓpria directiōe viuendi / a deo ꝑtina
ci mente homies auertuntur. In regionem lō
ginquam ꝑegre ꝓfectus est: vt dissimiliter viue
ret ab his ꝗ in domo paterna patri subditi ver
sabantur. Non deus ab homībus elongat: ꝗ si
ne situ vbiqꝫ presens assistit. Sed sibi / non deo
placentes in his que ab ipso suscipiunt: secesse
runt in remotissimā regionem. Nil tam longe

a domo dei vbi est erudiens disciplina / ꝙ viuere indisciplinate. Nil tam longe a lege / ꝙ viuere ꝑter legem. Nil tam longe a virtute ꝙ ab ipa in regionem vitioꝝ animo ꝛ moribus secessisse. Psal.118 Psalmista inquit: Appropinquauerūt persequentes me iniquitati: a lege autē tua longe facti sunt. Patit̄ ꝑsecutionē in animo pater: etiā si abextra quiescat: cū viderit filiū indisciplinatum: cū viderit labefactari vitijs quē virtutib⁹ splendere cupiebat: prout est in filijs sceleratis. Quotquot quotiensq; peccamus: quotquot et quotiens sine lege quippiā agimus: ꝑsequimur deum patrem: appropinquātes iniquitati: qua subuertit̄ ois ordo iusticie: lōge facti ab illa diuina lege voluntatis eterne: qua iubet̄ homib⁹ queq; turpia deuitare / sectari honesta: vt sine reprehensione ꝑsistat in nobis diuina imago / quā in nobis signauit omnipotēs: ne irritū insuper faciamus sanguinis preciū: ne spūssancti gratie cōtumeliā inferamus. In regionē longinquā ꝑegrinatus est filius adolescens: tanꝙ si crederet oculos posse deuitare patris nos: ꝛ agere enormiter nō argutus. Sed mentit̄ hominib⁹ iniquitas cui appropinquauerunt: vt q̄ vadētes in longinquā regionē deo e regione viuentes / ipsum sentiant sup eos vltorem quem noluerūt habere pijssimū patrem. Sed semp in luxu viuit̄ absq; habenatore deo. Et oia male fluunt: oia mācipantur ꝑditioni: oia dissipant̄ / vbi verus ordo deserit̄. Nam ꝛ hic dissipauit omnē substantiam suam viuēdo luxuriose. Defecit oino / qui sibi sufficere videbat̄. Nec sciuit tenere gubernacula vite sua ꝓudentia / qui recessit a patre. Preter dei scientiā stultus est fa-

Hiere.x ctus ois homo a scientia sua. Et si quis ꝯsummatus fuerit inter filios hoim / si abfuerit ab il-

Sap.9 lo sapientia tua: quasi in nihilū reputabit̄. Luxuriosus animus lubriciter oīa bona dispergit. Ornatus nimius corporis / voracitas ꝛ coitus a luxuria pariunt̄: ꝛ rursum ipsam in suis laribus fouent. Sed cū hic meretricibus applicat̄ / luxuriam liberā seu ꝑniciosam insaniā in mulieres insinuat: seu vanaꝝ scientiaꝝ aut oīm illaꝝ reꝝ que animā a cultu veri creatoris auertunt: ꝛ ille delectationes sensuales ꝛ steriles / ex quibus turpis dulcedo carpit̄: nullusq; fructus in quibus amaritudo subsequens obuelat̄. Et postꝙ oia cōsūmpsisset: facta ē fames valida in regione illa. Prout in deo viuim⁹ / mouemur ꝛ sumus: ꝛ ꝑut immortales in anima facti sumus / hec cōsumere non valemus. Sed quoniā parabola est / traijcit̄ in alium sensum: vt cum omnē nostrā in delectationibus ꝑfunctorijs ꝑfecerimus voluntatē: e regione deo in regione longinqua viuentes: valida fames adueniat: nō illa que ꝓ desyderio ponit̄ / sed illa q̄ patiens cruciat̄. Semp enim est fames / vbi nō apponit̄ panis vite. Ois alius pastus deficit: vbi q; inedia famis expugnat: nisi substantie imortalis homo refectione pascatur: que alibi non apponitur preterꝙ in domo paterna: quam lubricus dereliquit. Et cepit egere. Insatiabilis est mala voluntas: ꝛ semp egestatibus subiacet ad egena conuersa: quibus nō replet̄ nisi cū capax facta fuerit deitatis. Nobilitas ꝛ latitudo animi est / ꝙ reꝝ visibilium ꝛ corruptibilium appositione satiari non potest. Peruersitas / ꝙ ex his satiari cōcertat. Damnosa ꝑtinacia / cum se non ad meliora conuertit / sed tentat vlterius experiri. Unde iste abijt et adhesit vni ciuium regionis illius. Cum malus ꝛ inordinatus animus velit ex omnibus carpere voluptatem / actu nequit continuo: singulari vitio se ꝯnectit / quo suum lubricale oblectetur: a quo subiugatus animus ad facienda turpia destinatur. Hinc est ꝙ misit illum in villam suā vt pasceret porcos. Cum hō recedit ab vrbanitate celesti: merito villanus in terrenis efficitur. Et mittit̄ velut mancipium a vitio nequiens reluctare: vt illa extra perficiat que gerit in animo: vbi iam factus porcus porcos pascat exterius: in quos saluator misit demonū legionē. Porcus in animo / qui in terreno ceno libenter inuoluitur velut sus in lutabro luti. Et sic porcinos sensus exterius turpiter pascit: et preter dei legem singulis singula obiecta proponens. Et cupiebat implere ventrem suū de siliquis / quas porci mādicabant: et nemo illi dabat. Cupit voluntarie segregatus a bonis ꝑcipuis / satiare de infimis voluntatem: ꝛ de porcinis cibis implere rationabilē mētem: ꝛ ordinem diuine dispositionis subuertere: cum spiritum corporeis satiare concertat. Sed nemo illi dabat. Sed quomodo nemo illi dabat: in cuius potestate penitus erant accipere de illis siliquis: scilicet leguminibus / aut de ipsorum follib⁹ que porci more porcino pascebant? Sed nemo illi dabat: quia nec ex eis saturare se poterat. Iusto dei iudicio agitur: vt recedens a satiabilibus impotentia saturandi multetur: ꝛ ꝙ semper egeat inordinata voluntas: q̄ in potestate habuit vnde egere non posset. Cupiunt inordinate mētes ab optimis bonis auerse / de his satiari que animalitati / nō rationi cōueniūt: ꝛ repleri de vacuis: ꝛ nō sinunt̄: quoniā nec dispositio diuina rerū naturas ꝓ hominum inordinata voluntate alternat: vt nec spūs corporeis / nec corpa spiritualibus satient̄. Ipse aūt in se reuersus dixit: Quāti mercennarij in domo patris mei abundāt panibus: et ego hic fame pereo. Quo iste ierat / quo recesserat: vbi se reliquerat: i. quē locum cuiuspiam se relicto potest esse recessus? Porro si reuersio ad seipsum / aliquo preter seipsum accessisse insinuat. Sed corpore nemo ꝑgit seipso relicto. Sed more extasim patiētis ex infirmitate saluator parabolā ponit: qui recta caret sensuum actione: aut eius qui aliena loquitur: qui lucido habito interuallo recta pronunciat: et extasi terminata sensus redit ad sensus. Et profunde dormiens ad seipsum redire dicitur / cum euigilat. Peccator a se reces-

sisse dicit: velut q̄ rōne ꝺpdita irrōnabilia ope
rat. In se ꝟo reuertit/cū indite rationis est cō
pos. Quo sensu in se iste reuersus mente occul
ta ꝓcessum rōnis exequit: recognoscēs q̄d reli
querit: ꝛ mala que patit: famē scȝ cruciantē: non
famē que desyderiū notat. Mercēnarij ꝟo abū
dantes in domo paterna/illos insinuāt q̄ nō fi
nali amore/sed mercede quadā rerum labentiū
ꝛ futuroꝝ bonoꝝ deo seruiūt. Et oēs abundāt
panibus. Sed pane melius intulisset: illo vide
licet vino q̄ de celo descendit. Post meditatio
nē relicti boni ꝛ mali afficientis/q̄d iste in se re
uersus decreuerit atqꝫ pfecerit audiamus. **Sur
gam et ibo ad patrem meū.** Profecto
se cecidisse cognouerat/q̄ surrectioni se aptat:
ꝛ remotū abcessum cognoscit/q̄ reditū parat:
sub impio tyrāno tabuerat/q̄ repedat ad p̄rem.
Et orationē in mente ꝓordinat qua credit allo
qui patrē. **Et dicā illi: Pater peccaui in
celū et corā te: et nō sum dignus vo
cari filius tuus.** Recte perorat offensum
q̄ offendit: si humiliter in principio ꝯfitetur of
fensam. Et ad iusticiā spectat se fateri corā deo
Pro.18. ꝛ hominibus criminosum. Nam iustus in princi
pio accusator est sui. Et indignitatē quā sortit
homo ex vitio/ habere pre oculis: ꝛ cōfiteri orā
do ad ꝑsumptionē arcendam/initium est gratie
potiende. Peccat quis in celū/supernoꝝ deserē
do cōuentū/similiter ꝛ cōcentū: cū intellectu cō
trario ꝛ affectu reꝝ corruptibilium discrepat.
Peccat in celū qui peccat in aīa: q̄ peccat de
serendo iusticiā ceterasqꝫ virtutes. Peccat in ce
lum q̄ cōtemnit ecclesiam: q̄ turpat in se sacra
menta celestia: q̄ scripturā sacram despicit/aut
exponēdo ꝑuertit. Et corā deo/ cū ipm desuper
omnia ꝑspectantē ꝓcaci mente ab ipso se auer
tendo vilipendit. Et ilico sua paternitate indi
gnus factus est filius ab ipso auersus/ad egena
ꝛ infirma cōuersus. Et de semetipso iudicando
ꝓnunciat: qꝫ iuste nō sit cēsendus de numero fi
lioꝝ/qui sponte recessit a patre: sed inter seruos
mercēnarios se appetit deputādū. **Et surgēs
venit ad patrē suū.** Duos ꝑniciosos reces
sus se fecisse cognouerat: duosqꝫ reditus fecit.
A se recesserat/ꝓinde in se reuersus in optima q̄
qꝫ deliberat: necnō ꝛ a patre cū iuit in regionē
longinquā: in qua nūc surgens venit ad patrē.
Sed nec audacter ꝓtulerim q̄d hoꝝ precedat:
an a seipso ratione deflexa prius / an a deo per
auersionem celebrēt diuortium: velut si alia oc
currat questio: scȝ quid hoꝝ ꝑcedat: an auersio a
deo/an ad creaturā cōuersio. Dixerim tamē ꝓ
ritate atqꝫ posteritate tpis oīno postposita/ eo
dem momēto ista duo pariter celebrari. De du
plici q̄dem reditu similiter ꝓhibeor assertione
firma disserere: si ad deū an ad seipsum alter al
tero ꝑor existit: cum nemo ad deum nisi ratione
preuia redeat: nemo ꝟo nisi ipso duce reuertat
ad cor: ꝛ in intimis atqꝫ se fore fecisse cogno
scat. Sed dixerim qꝫ si vterqꝫ in veritate agitur
eodem tempore vterqꝫ celebretur. Redit ad pa
trem filius vndiqꝫ maleactus: nō inueniens in
ter cupita requiem/meliorē partem ratus exi
stere apud patrem. Quod vtinā omnes in hoc
solum parabola ista confoderet/q̄liter aut quō
a deo desilientes manemus sub principe tene
braꝝ: ocyus profecto reuerteremur ad deum: q̄
ꝑut parabolice tradit/nō tam paterne q̄ etiam
nos diuine susciperet. Hinc sequit: **Cum aūt
adhuc longe esset/ vidit illum pater
suus et misericordia motus ē. Et oc
currēs cecidit super collum eius: et
osculatus est eum.** Longe erat adhuc im
potentia redeundi. Abundat in nobis mala fa
cultas ad opera prauitatis: ad redeundū ꝟo in
bonum a quo auersi sumus/etiā cū volūtas ade
rit: nisi occurrerit coadiuuās gratia/valitudo
nō suppetit. Proinde pius pater misericordia
rū longe adhuc ꝑ impotentiā nos peccatores
stare conspiciens: nō affectu nouo in ipso gene
rato/sed nouiter ostenso: misericordia mot⁹ de
infelici ꝑegrinatione filio reuertēti occurrit ꝓ
biturus auxilia: ꝓhibiturus aduersa: ꝛ paternā
pietatem opportuno tēpore ostensurus: irruēs
sup collum eius: sup illam videlicet fidē/qua re
uertebat ad patrē. Equidē velut collū corp⁹ ca
piti copulat/sic hominē deo fides. Collum q̄dē
amplexatus est: sed ori osculū tradidit: vt indu
bita fide sibi artius cōstringamur. Ori cōfiten
ti delictū reddat osculū pacis: qꝛ si corde credit Ro.10
ad iusticiam: ore aūt fit cōfessio ad salutem. Cui
ore competit pacis osculum: vt peccator ex vera
cōfessione se deo reconciliatū agnoscat. Os ve
ro quo a se auersos osculat cum reuertunt/ver
buȝ est eius. Unde in canticis dicit: Osculetur Cā.1.
me osculo oris sui. Os suū filius est dei: ꝑ quem
osculatus est humanā in incarnatione naturā.
Et ꝓphete veraces cūctiqꝫ doctores i lege do
mini in veritate docti/os sunt dñi. Iuxta quē
sensum hierusalē ꝛ iuda ꝑ ꝓphetam a dño argu Esa.30
untur: cum pro auxilio descenderent in egyptū
ꝛ os dñi scilicet ꝓphetas domini nō interroga
uerunt. In quo quidem ore orthodoxa ecclesia
ꝛ in apostolis ceterisqꝫ doctoribus in illis pri
scis vatibus figuratis/in signū pacis se oscula
tam agnoscit. Sic ꝛ omnis anima si ad miseri
cordiarū patrem reuertit in veritate/sibi sciat a
deo redditā pacē. Attamen hic filius adolescēs
cū puenisset ad patrem/ꝛ amplexus ꝛ oscula su
scepisset: deliberata ꝓrumpit in verba/ dicens:
Pater peccaui in celum ꝛ coram te: ꝛ non sum
dignus vocari filius tuus. Quoniā misit deus Gal.4.
spiritū filij sui in corda nostra/ in quo clamam⁹
abba pater: vt quod nō habent homines ꝑ na
turam/ habeāt ꝑ gratiā: ꝑ quā adoptati deū pa
trem nostrum liceat nominare: ꝑ quam etiā pec
catores cōuersi audeant dicere creatorē omniū
patrē suum. Nam ꝛ filius ꝓ peccatoribus na
scens/dedit potestatē filios dei fieri his qui cre Joā.1.
dunt in nomine eius: quod si fieri similit et cla
mare concessit. Resumpta igitur bone spei fi
ducia peccator in se ad deū reuersus dicit: Pa

ter peccaui. Jam traditum osculum ori filij de-
linquentis illum cõfortauit: vt cõfiteref patrē
quē ꝓpria potestate delectatus reliquerat: nec
nõ τ peccatū quod relinquendo cõpleuerat: vt
ex ore plena cõfessio fiat ad salutem. Peccaui
ait in celum τ coram te: id est/celestes deserēdo
virtutes atq; promissiones. Peccat q̄s in celū
cum terrena celo ꝓponit: ad quod hō vt aspice
ret rectus fact⁹ est: ipse sᵱo deorsum inclinauit
aspectum. Peccant in celū per penitētiam pro-
missum hominibus/qui semꝑ penitenda cõmit
tunt. Peccant in celū ipsi paupibus reseruatū/
qui diuites in mundo fieri vsq;quaq; cõcertāt:
1.Timo.6 quoniā vt ait apostolus: qui volunt diuites fie-
ri/incidunt in laqueū τ tētationē diaboli. Pec
cant in celum q̄ sanctos viros cõtemnunt: quo
Eccli.43 niā species celi est gloria stellarū. Sepe quidē in
scripturis sacris ꝑ stellas sanctos homines in-
telligimus. Peccant: quid peccant homies co-
ram deo? Nihil enim subterfugit oculos eius: q̄
Prou.15 in omni loco ꝯtemplaf bonos τ malos. Et hec
est hominū altitudo superbie/ꝙ ipsum deū eter
num omnia videntē peccando cõtemnim⁹: τ tē-
poralem/ꝑsentem/inspectorē iudicem formida-
mus. Indignitatē filiationis confiteri/non ser
uato immaculate honore paterno/ad indulgē-
dū paterna viscera plus inclinat. Proinde pa-
ter anteꝙ de optione mercēnaria verba profe-
rat: τ totus in cõpassione misericordia fact⁹ ad
filium/nudatū videns veste gratuitorū bonorū et
tegumento vere honestatis exutū: videns ꝙ si-
gnū nobilis herilis nõ gestabat in manu: nulla
scꝫ opera q̄ ex fide ꝓcedunt: aspiciens deorsuꝫ/
discalciatū aspexit: pellibus mortuis sanctorū ꝑ
teritorū scꝫ ꝑfectis exemplis. In facie maciē scꝫ
inuerecundā frontē/τ sanctam ꝓpulsam auda-
ciam: corpusq; cognoscens effetum/famis me
dia expugnatū/videlicet omnibus bonis vacuū:
oculo paterno filium ex omni parte cõtemplās
dixit pat̄ ad seruos suos. Cito proferte sto-
lam primā et induite illum: quia fere nu
dus est: vt solita gaudeat dignitate/ procedens
cõmuni tegumento cū ceteris. Et date anu-
lum in manu eius: vt velut fili⁹ herois se-
cernaf a seruis: vt scꝫ signaculuꝫ fidei teneat et
operef in fide. Et calciamenta in pedib⁹
eius: vt ꝑtectus a sentibus terrenorū secure i-
cedat. Et adducite vitulum saginatuꝫ
et occidite: vt mãducemus et epule-
mur: quia fere fame perijt etiam insaturatus
ex siliquis. Et rationabilium hominū societate
cõgaudeat/qui cõuersabaf in longinqua regio-
ne cum porcis. Quā pie/ꝙ misericorditer pater
na ꝓuidentia tendit ad filiū: vt singulos tolera
tos defectus bonorū cõtrariorū appositione de-
pellat. Si solū stolam dixisset nõ addendo pri-
mā/nulla ambiguitas esset: nā peccator penitēs
vt nudus reinducendus est. Sed quō de stola ꝑ
ma claret: vt quis nocens in primā innocentiā
redeat? Nisi forte id affirmauerimus/ꝙ dñs ita
libere peccatorib⁹ parcat: vt ita securi τ sine ru-
bore inter iustos existant ante cõspectū eius: ac
si eos nulla macula deturpasset. Anulus in ma
nu fides est cuꝫ operibus: q: fides sine operibus
mortua est. Nec decet conuersum peccatorem
cui gratia est indultū/a pigritia detineri: magis
aūt opari ardentius/quo sceleratius se fedauit.
Calciamenta pedum ex mortuis rebus monita
humanorū affectuū sunt: q̄b⁹ mortis infra me-
moria reuocantur a turpibus: τ eius metu a ma
lis voluptatibus absterrenf. Uitulus saginat⁹
ol pinguedine grãrū christ⁹ est occisus in cruce:
q̄ cõsyderandus attente nobis apponif. Et etiā
in sacramento τ in re sacramenti sumendus ve
re penitentibus tradif. Causam subiecit pater
cur talia beneficia filio male peregrinato cõfer-
ret: quia erat mortuus et reuixit: peri
erat et inuentus est. Jam ipse saluator ad
patrem deum videtur aptare parabolam: cum
mortem pronūciauit in filio: quia nemo fili⁹ mor
tuus temporali patri aliquando reuiuiscit. Et vi
uus erat ex parabola iste filius corpore/sed mē-
te/in peccato decesserat: quod sacramentū inter
deum τ peccatores agitur/omni parabole de-
pulso velamine. Et ceperunt epulari. Nõ
sibi soli fuit apposita mensa: prout cum recessit
a patre/omnia in ꝓpriū vendicare tentauit: sed
omnes pariter secum epulanf τ ipse cū ceteris:
vt cõmunē mensam sacramentorū omnibus esse
cognoscat: τ vt nouerit nihil sibi quisꝙ debere
vendicare in ꝓpriū in hac vita: vbi nihil potest
esse ꝑpetuū. Et epulatio vituli occisi/scꝫ saluato
ris verbi dei nõ cedit in priuatam partē homi-
nibus: sed est omniū τ singulorū: sed non ita sin
gulorū/q̄n ipsa sit omniū. Erat aūt filius se
nior in agro. Si pro allegoria esset dissertio
tota hec in istis duobus filijs gentilem τ iudai-
cum populū loquitur: sed deuitam⁹ si derelicto
allegorico sensu aliunde patet ingressus ad mo
res. Hinc statuamus duos hominū stat⁹: vnuꝫ
in iusticia bonorū operū: τ alterum peruerse agē
tium: vnū signatum in seniore filio/q̄ sub pater-
nis legibus mansit: alterum in iuniore/qui a pa
terna lege refuga fact⁹ est. Filius senior i agro
illos insinuat/q̄ semꝑ in agro dominico aliq̄d
boni agunt: filius iunior peccatores ad domi-
nū reuertentes/qui sic a domino resonenf. Ue
niunt de agro iusti/in consyderationē eorum q̄
aguntur in domo domini: scꝫ in ecclesia sancta
dei. Et cū appropinquaret domui/au-
diuit symphoniā et chorum: concor
diam videlicet vocum cantantiū canticum no-
uum: τ odas reddentes domino de conuersiōe
peccatorū: magis quia dei nõ ampli⁹ in illis cõ-
uersis agebatur offensio. Et chorus erat ex in-
sertis manibus vnius ad alterū: τ circulari mo-
tu agebatur in gyro: velut cõmunicatis adinui
cem operibus/bonum vnius iungebatur alteri
ad iuuamen τ gaudiuꝫ. Et filius reinuent⁹ erat
in choro sancto ludentium sicut receptus i cõ-
munitate bonorū: aggregatus fidelibus ad for-
tiendum in superna parte leticiam. Et cum illis

parabolis ouis ⁊ drachme deperditarum se pa-
rabola ista consociat: ꝙ gaudiū sit deo angelis
q̄ suis super vno peccatore penitentiam agen-
te/ꝙ sup nonagintanouē iustos. Unde post mē
sam positam symphonia sonitū dabat: ⁊ chor⁹
iustoꝝ ⁊ angeloꝝ ad plenitudinem gaudij volue
batur in gyro. Et si filius adhuc cū epulantib⁹
epulabat: ⁊ chorus ad symphonie sonitū moti-
bus se agebat legitime: nō te moueat ad sinistrū
amplius te ad bonum irradiet: vt duplex sit leti
cia occasione peccatoris refuge redeuntis: eoꝝ
videlicet qui sunt in ecclesia: quos adhuc neces-
sario sedere oportet ad mensam sacramentorū
dum viatores existunt: aut qui cum male ꝑegre
redeunte letant: velut si ipsi fuissent ad tempus
ab eadē iniquitate detenti: aut humiliter consy
derantes/quia in talibus aut peioribus esse po-
tuerunt. Alia q̄dem ostendit corā peccatore pe-
nitentiam agente leta festiuitas angeloꝝ: videli
cet in choro eterno ludentiū inenarrabili leti-
cia ꝓ beneficio conuersoꝝ: aspiciendū dei pla-
citum sup eos/⁊ diuinam voluntatē fieri: q̄ non
vult mortem peccatoris/ sed vt conuertatur et
viuat: ⁊ vult omnes homines saluos fieri/ ⁊ ad
cognitionē veritatis venire. Interrogatio autē
filij senioris de agro venientis/ignorantiā mi-
rabiliū factoꝝ dei ostendit: que continue agun-
tur in domo dei. Audiri tamē a doctoribus pos
sunt/similiter ⁊ inspici i scripturis: intelligi au
tē preterꝙ speciali gratia nequeunt. Responsio
serui est narratio rei geste: nō tota declaratione
rationis: cum sc3 reuertenti luxurioso adderet
tanta solēnitas/que stanti apud patrem nunꝙ
fuit exhibita. Quamobrem super hoc dei volū-
tate incognita/⁊ presumptione ingesta de non
lubricali malo ⁊ de mansione cum patre/senior
filius indignat. Quo typo iusti existētes apud
deum per innocentiā custoditā/vident quodā-
modo indignari sup larga benignitate dei in cō
uersione maloꝝ: nō ꝙ eos tedeat deum ꝓpiciū
peccatoribus fieri/cum ⁊ ipsi potuerint esse pec
catores: sed ꝙ nō ita continuo recipiūt illa ma
gna dona que cōuersis peccatorib⁹ donari cō-
spiciunt: ignorantes aliquādo dei prouidā cha
ritatem: que nō merito diligendi/sed necessitate
succurrendi/suarum legum refugas redeuntes
amplius ꝙ ꝑsistentes in suis legibus prehono-
rat. Sed hec indignatio nō defectu damnoso ē
retorquenda in iustos: qui si inuidi essent/ iusti
nō essent: sed nec oēs qui sequunt iusticiam/sūt
vsq̄quaq̄ ꝑfecti: qui de occultis iudicijs dei ve-
lut in nocte ceca tenebrant. Hinc iste filius se-
nior noluit introire/ex ignorantia indignat⁹/in
illud videlicet secretū dei cōsyderandū: quo de-
relictus requirit/negatus vocat/⁊ aberrantem
reuocat: cōtemptus indulget/vilipensus hono-
rat/ꝓuocatus dissimulat/irritatus tolerat/ deri
sus ridet/maledictus benedicit: nō gratus mul
ta largitur ingratis: blasphemat⁹ tacet: a se vo-
luntarie recedentes/voluntarie redeuntes reci
pit: vt homo habitus diuinitatē offert: vt mor-
talis despectus immortalitatē largitur: vt terre
nus estimatus celestia repromittit. Sed ad hūc
filium egreditur pater: quia ad talia consyderā
da introire nolebat: ⁊ alloquitur iusta ⁊ irrepre-
hensibili rōne filiū: rogās ingressū ad festiuita-
tem filij perditi iam reuersi. Magnū quidē pro
tinus ꝙ pater filium rogat/cui cōpetit impera-
re. Profundū impenetrabile ꝙ deus ꝓseuchet
hominē ꝓ salute: ꝙ oīs vita/mos/doctrina/ex-
pansio brachioꝝ in cruce hoc ab omnibus fla-
gitat: vt ingrediamur in gaudiū sanctū ei⁹. S3
aduertendū q̄d responderit patri hec rogāti fi-
lius indignatus. Ecce tot annis seruio ti
bi/et nunq̄ mandatū tuū preterii:
et nunq̄ dedisti mihi hedum/vt cum
amicis meis epularer. Numerū non di-
stinguit annoꝝ/acsi semꝑ seruierit: ⁊ indeclina-
bilē a iusticia se ꝓnunciat/cū nunꝙ se asserit pa
ternū preterisse mandatū: ⁊ cum sic inculpate vi
xerit apud eū/hedū etiā nō accepit: vt sibi cum
amicis posset esse refectio. Que verba traiecta
in alium sensum/alium parant ordinē differen-
di. Quis hominū potest seipsum extollere apud
deum ꝙ ei semꝑ irretroacte seruierit: ⁊ ꝙ omnē
eius impleuerit iussionē? Horrende presumit iu
stus/si de seipso talia sentit. Sed nemo iustus ex
lege. Nullus iustus nisi q̄ criminib⁹ nō seruiuit.
Nemo sibi aliquid ꝑfectionis arroget: etiam si
mandata cōpleuerit. Inquit enim Iob: Nō re Iob. 17
prehendit me cor meū in omni vita mea. Sed
nec credebat ex hoc esse ꝑfect⁹. Apostolus etiā
inq̄t: Nihil mihi cōscius sum: sed in hoc iustifi- 1. Co. 4
catus nō sum. Et saluator christus: Cū oīa bñfe Lu. 17.
ceritis inq̄t/⁊ fecistis quod debuistis: dicite ta-
mē/serui inutiles sumus. Quis igit his cōsyde-
ratis sententijs sibi plenā iusticiā deputet: repu
tet se ꝑfectū: insultet aduersus alios/ se ꝓferat
ad cōuersos? De quadā imꝑfectione procedit/⁊
de incōsyderatione diuine benignitatis: cū in-
dignatio nascitur aduersus eos/q̄ iuuante dño
cōuertunt. Sed quē hedū denegatū filio senior
mente contemplemur? Illū videlicet quo pecca
ta designant: nā in iudicio hedi erūt a sinistris/
damnatiōis sententiā accepturi. Quem volebat
forte cū suis amicis atq̄ sodalibus epulari: sc3
aliquā delectationē suscipere cum sensibus sui
corꝑis: q̄ cuiq̄ sunt ꝓximiores amici: sed vtinā
non dulces inimici ⁊ amici amari. Acsi tende-
ret in id ista conquestio filij deriuata in aliquos
iustos/nō tñ ꝑfectos: ꝙ eis aliq̄ voluissent cō-
cedi licentiā ꝑfunctorijs delectationibus secult
abutendi. Sic nec fuit vnꝙ aut erit ꝙ ꝓpter q̄
cūq̄ bona facta ⁊ omnimodā obseruantiā mā-
datoꝝ/ab aula iustissimi dei egredit licētia de-
linquendi aut ꝑperam quid agēdi: nec mala co-
gitatio de diuina cōcessione: q̄uis dei ꝑmissiōe
ꝓcedat. Alioquin videret diuina iusticia ex do-
nis aut placitis posse corrumpi: quod tam ne-
phas est credere ꝙ deū nō esse: vt ex beneactis
ꝑmissis aliq̄ etiā ad modicū alicui⁹ mali vsus ꝓ
staret audacia: q̄uis multa mala permittat fieri

sapientia ipsa diuina. Ex cõpositiõe ad fratrez
videt iste filius de patre amplius indignari: vt
ex verbis plene pnunciat adyciens ad querelã.
**Sz postq̃ hic filius tuus qui deuo-
rauit substantiam suam cũ meretrici
bus /venit: dedisti ei et vitulũ sagina
tũ.** Acsi arguat de improuidentia patrẽ z de in
iusticia tribuendi: q̃ si nõ dedit sibi hedum/ nec
isti dari debuit vitulũ saginatũ. Ut si iustus nõ
habet pperam agendi licentiã: nec peccator cõ
uersus sic cito debuit huiuscemodi sortiri an-
nonã. Necnon z si meretricius peccator sic pa-
scit/ quid apponendũ est iusticiã pseruãti? At si
de reuersione a malis sic iste alitus est: quo ci-
bo alendus sum/ qui tua mandata vsq̃quaq̃ ser
Mat.20 uaui? Ut etiã cũ parabola de operarijs missis in
vineam/ indignantibus de equa retributione si
militudo ista cõcurrat: quasi nõ sit licitum patri
decernere in filios p placito voluntatis: et dñis
seruis nõ possit ppria autoritate puidere. Sed
nec pater filij legib⁹ subiacet: nec dñs angit re-
gulatione seruoꝝ. Non est filioꝝ autoritas I pa-
rentes. Serui nullo pacto dñis preferunt. Nul
la nobis sunt iura cũ deo: vt ipse nobis obliga-
tione subiaceat. Quod nobis cõfert/ sui est mu
neris: nõ nostri iuris. Quod precipit iustos ne
peccent/ est sui doni gratuiti: nõ hominũ meriti.
Quod peccatores recipit: q̃ ilico penitentibus
indulgentiã donat: q̃ eos admittit ad sacramẽ
ta celestia: q̃ dulciter fouet: sue benignitatis est
non nfe puentionis. Nulla nobis materia cau-
sandi aduersus deũ: arbitrij sunt omnia sui: rep
hendi neqt. Nihil p iniusticiã aut p calumniam
facit: subricere tñ nobis est/ non discutere suas
infallibiles z iustissimas leges. Nihilominus ta-
men quasi debitor dulci verbo refouens ait pa-
ter ad filium: **Fili tu semp mecum es: et
omnia mea tua sunt. Epulari autẽ et
gaudere oportebat: q2 frater tu⁹ hic
mortuus fuerat et reuixit: perierat et
inuentus est.** Semp iustus est cũ deo/ dũ iu-
sticiã seruat: z cũ ipso esse/ plena iusticia est: et iu
sticia nos facit esse cũ deo. Et oĩa dei bona sunt
in appositione iustoꝝ: nõ tamẽ ita vnius / quin
pluriũ: nõ ita pluriũ/ quin vnius: sed ita singulo-
rum q̃ omniũ: ita omniũ q̃ singuloꝝ: q̃uis hic
illa ineffabilia bona contueri nõ possint: q2 nec
Esa.64 oculus vidit/ nec auris audiuit/ neq̃ in cor hoĩs
1.Co.2 ascendit/ q̃ preparauit deus diligẽtibus se. Qui
velut confidens de fortitudine iustoꝝ: velut pa
ter de pfectis filijs/ nõ eis blanditur: vt mater
suis lactentibus facit: sed peccatores in gaudio
recipit: mensam suarũ largitionum apponit: ne
memores delictoꝝ iustis inspectis desperatiõe
frangant. Non autumandũ deũ amplius q̃ in-
nocentes/ cõuersos diligere peccatores: sz sic se
habet ad eos p maiori spe indulgentia proroga-
ta/ velut si nõ deliquissent. Posset tñ nup petõr
cõuersus intantũ post lamẽta penitẽtie in chari
tate pficere: vt etiã iustos q̃ plures pcederet: vt
magdalena marthã/ ceteros coaplos petr⁹/ ste-
phanũ paulus: sed de his z similib⁹ nec nobis
sermo. Uerũtamẽ qñ dubitari merito posset: si
in seniori filio chorũ iustoꝝ intelligimus / etiam
nõ pfectoꝝ: cur in huiuscemodi inuidiã plabũ-
tur? Id dixerim q̃ aut id sic fieri posset/ quãq̃
factũ nõ sit: aut illos intelligamus q̃ sibi iusti vi
dent z non sunt: immo eo ipso a iusticia cadunt
quo sibi iusti vident/ z peccatorib⁹ indignãt: vt
phariseus psente dño magdalene: q̃ recipiẽtem
atq̃ parcentẽ dñm/ z indignã misericordia iudi
cabat: saluatorẽ de ignorantia/ magdalenã de
immũdicia. Sed deus pius neminẽ pire volẽs
dissimulans pctã hoim/ oĩbus apponit vnde cu
rent: z pctõrib⁹ pstat redeundi gratiam: z beni
gne recipit reuertẽtes: z iustis tradit virtutẽ p-
sistendi: z intellectũ apit de ordine subueniẽdi.

¶ Parabola de remittendo offensã et prestando penitentibus veniam: secundũ Mattheũ tantũ. Ca. XVII

Pater misericordiaꝝ deus z indulgen-
tie libens dator/ filiũ suum misit in ter
ris: vt generi humano mõstraret q̃ an
tiquã dimittebat offensam/ gratis tñ: nullis ho
minũ pcedentibus meritis: nullis datis satisfa
ctionũ obsequijs: q̃ prius fecit nobis/ facere nos
ad inuicẽ docuit atq̃ monstrauit: scz remittere i-
iuriam/ z dare petentib⁹ veniã. Nec aliter volu-
it hoies inuicẽ viuere in retenta iniuria/ in ere-
cta iusticia: q̃ vt ipse ad nos factus est / q̃ dimit-
tit iniuriã/ z petentibus veniã prestat. Proinde
cũ petrus interrogaret: si quotiens foret homi-
nibus dimittendũ: cũ dato responso saluator pa-
rabolã posuit/ dicẽs: **Ideo assimilatum ẽ** Mat.18
**regnũ celorũ homini regi: qui volu-
it rõnẽ ponere cũ seruis suis.** Simili-
tudo est ista negocij/ nõ psone: q̃ appropate dis-
serta patebit comitiua. Ois hõ seruus dei: z ve
lit nolit sibi subditus est: aut in lege iuste factio-
nis/ aut in lege iuste punitiõis. Sed seruos ha-
bet: nõ q̃bus indigeat/ sed q2 indigẽt eo seruit: ea
indigentia necessitatis/ q̃ nihil sine ipso subsi-
stit: sicut sine ipõ nihil pductũ est: z ea indigen-
tia/ qua nihil põt sine ipõ beate consistere. Bo Psal.15
noꝝ nostroꝝ ipse penitus nõ indiget. Et in pse-
cutione rõnis exigende decẽ miliũ talentoꝝ de-
bitor venit. Ex pondere debitũ erat / nõ nume-
rate pecunie. Nã talentũ pondus est/ sed diuer-
sum: sicut diuerse sunt regiones: vt alibi plus/
alibi minus importet. Et magna est debiti sũ-
ma: cum denarius numerus totiens multipli-
catur: vt ascendat ad summã decẽ miliũ talento
rum. Hinc summa colligit bonoꝝ omniũ/ q̃ ab
omniũ creatore accepimus/ vt numerari neque-
ant: cum maior numerus q̃ est mille/ fit per dena
rium calculatus/ p omnib⁹ z ex oĩbus obliga-
ti: nec summã debiti possumus nostris viribus
vacuare. Unñ iussus est debitor venũdari z vxor
z filij p mancipijs ementiũ: z oĩa iussa sunt dis-
trahi: vt debiti soluat pacta cõditio. Quis hui⁹
debitoris emptor? quis vxores z filios iure em-
ptionis sibi vendicabit in ppriũ? qui s oĩa bo

na filius emet? Quis parabit hãc taletoꝝ sũmã?
Quis se vadẽ dabit ꝓ debitore dei? Quis hic ve
nũdãdus/nisi q̄ dona diuia suscepit? Que vxor/
nisi vniuscuiusq3 ꝓpria ⁊ a seipã regulata volun
tas? Qui filij/nisi opa mala seu affectus illiciti?
Que alia omnia hois huius que distrahi iuben
tur/nisi ea que extra seipm in ꝓpriũ vsum a deo
donata recepit? Porro taliũ non habebit em-
ptorẽ/etiã si oia venalia faceret/ꝑus factus ipse
venalis. Sed q2 parabola est/ad differendũ alꝰ
sensus est: sc3 vt ex locutiõe parabolica in illũ si
nẽ veniamꝰ/quẽ de dimittẽdo dñs petro respõ-
dit: ⁊ q̄ ꝑ hãc parabola3 dñs terminauit/sc3 di-
mittere fratribus de puris cordibus nr̄is. Nec
hic plane cadit ille allegoricus sensus: vt i istis
duobus debitoribus intelligant̄ ppl̄s iudaicus
⁊ gentilis: cum solũ ad remissionẽ faciendã fra-
tribus hanc parabolã saluator adiecerit. Pro-
inde cum non haberet vnde debitum redderet:
debitor sic actus ad ꝓseuchandu3 necessario se
cõuertit. Nulla melior est in iure deficiẽtibꝰ via:
q̄ ad p̄ces humiles se cõuertere/q̄bus posset in-
flectere creditorẽ. Eadem imagine agit̄ int̄ deũ
⁊ nos ab ipso iure redditionis exactos. Sed cũ
oia sint eius: nihil p̄ter peccatũ nostre ꝓprieta-
tis existat: caremus vnde nostra debita vacuen
tur. Sed nunquid exigit que donauit? Sed for-
te ab ingratis/que gratis ipse concesserat. Er-
go totũ esse nostrum ipse depostulat. Sed nun
quid vt ad nihilũ redigat? Minime. Quid igit̄
ista exactio? Cognitio eorũ que gratis accepi-
mus: oratio ad q̄d accepimus: gratiarum actio/
laus/meditatio/custodia ipolluta donoꝝ/obser
uatio mãdatoꝝ eius/dilectio eius/⁊ ꝓximoꝝ de-
bitus amor/⁊ cordiale atq3 indeficiens odium
vitioꝝ. Ista sunt talenta que concessit ⁊ exigit:
sed deficientibus viribus implere neq̄mus. S3
iuste decernitur sup nos: vt terris emptoribus
venditionis iure tradamur: ⁊ si qua nostri sunt
iuris: ⁊ iusta pena cõtorqueat quos iniquitas et
ingratitudo delusit. Igit̄ cum sic in nostris cõ-
scientijs ex scriptura tradente decernitur super
nos: cum tergiuersandi possibilitas sit adem-
pta: nec ad alium possit esse refugiũ: omnis defi-
ciat copia euadendi: porro ad ꝓseuchas humi-
les conuertendu3: petere dilationem/ ⁊ aliunde
ꝓmittere solutionẽ. **Sic ꝓcidens seruus
ille rogabat eũ dicẽs: Patientiã ha-
be in me: et omnia reddã tibi.** Magne
subleuationis est initiũ/ꝓcidere ante deu3: ante
quẽ omnis erectus deprimit̄/ꝓstratus volunta
te in alta sustollit̄. Dilatio petita in meliorẽ de-
liberationem se contulit. Nã ⁊ patientia dei ad
penitentiam ⁊ ad satisfactione3 vocat: ⁊ ob hoc
se prerogat/qua male vtentes acerbiora tormẽ-
ta suscipiunt. Sed vnde omnia reddere repro-
mittit. Que nobis põt ꝓuenire fiscalis pecunia:
vnde suppetat nobis debiti euacuãdi facultas?
Una dũtaxat ex p̄cio sanguinis filij eius: ex quo
oĩs debiti nostri sũma vacuat̄: ex quo paterna de-
bita ⁊ ꝓpa q̄q3 soluunt̄: necnõ ⁊ chirographum

diabolici decreti/ quod aduersus nos erat ex
pctõ ꝓprio vel paterno/reddita sũma debiti di
uino scalpello destruit̄. Hanc stipulationem de
soluẽdo nemo sibi arroget: nec alicui angeloꝝ
siue sctõꝝ appropriet: nisi ei q̄ pctm̄ nõ fecit: ⁊ ꝓ
pctis nostris talia sustinuit tormenta: q̄ totius
nostri debiti sũmã i se patri ꝓ nobis soluturus
in crucis ara suscepit. S3 attende q̄tũ valuit ꝓ-
seucha humilis: vt ipse debitor dimitteret̄ ⁊ de-
bitũ. **Nã misertus dominus serui illiꝰ
dimisit eũ: et debitũ dimisit ei.** Optimꝰ
⁊ diues in bonis deꝰ/oĩbꝰ petẽtibꝰ veniã melio-
ra exhibuit q̄ rogatus: ãplius miseratus q̄ ve-
lint hoies miseri a miseria liberari. Sed ingra-
tus seruus nec exẽplo dñi sui didicit misericor-
diã: nec recordatus aut dissimulans quod acce
pit: in conseruũ crudelitate3 exercuit: ex minori
credito afficiẽs sine remissione conseruũ: q̄q̄ ip
se remissionem a dño suscepisset. Modicitas de
biti/conseruilitas/exigendi modus/inclinabili
tas ad ꝓseuchas/⁊ intrusio ad carcerẽ: inexcu-
sate accusant eũ/q̄ ex magnis debitis solũ mise
ricordia liberatus erat. Hinc aduertãt malignã
tes in ꝓximos/q̄bus misericorditer est ꝓuisu3:
⁊ in magnis obnoxij dño existentes/dimittere
parua ꝓximis oĩno detractãt: q̄tum a veritate
atq3 ab omni v̄tute deficiãt. Quid eñ est q̄ ꝓxi
mis nostris ꝑua nõ dimittimus: q̄ maxima ⁊ hor
renda nobis dimitti a dño postulamus? Infal-
libilis nãq3 conditio inter deu3 ⁊ nos apposita
est: vt qui pleno animo nõ dimittit ꝓximo/nec
sibi dimittat̄ a deo. Nã iudicium sine misericor Jaco. 2
dia fiet ei q̄ nõ facit misericordiã. Hinc ex ma-
gnitudine crudelitatis sũt exorte tristicie in cõ-
seruis. **Uidẽtes aũt conserui eius que
fiebãt/cõtristati sunt valde.** Non solu3
misericordiaꝝ pater/sed homines qui non sunt
omni humanitate destituti/abhorrẽt ingratitu
dinem/damnant crudelitatẽ: tristant̄ q̄ sic seuit
iniquitas: ⁊ q̄ infra bestias reducatur humani-
tas. Feralis hominũ sanguis/ꝯsimilẽ in natu-
ra immiti dẽte decerpẽs. Indisciplinabile cor
cum non didicit impendere que suscepit: s3 po-
tius depravatũ/tenens memoriter formã qualẽ
vnusquisq3 se debeat ꝓximis exhibere/cõtraria
electiõe ꝑegit. S3 hi ꝯserui hoc facinus exhor-
rẽtes/ **venerũt et narrauerũt domino
suo oĩa que facta fuerãt.** Nõ iudicãt ꝯser
ui ꝑperã agentẽ conseruũ: nam vnusquisq3 dño
suo stat. Nec quispiam p̄terq̄ a ꝓprio iudice iu
dicandus: q̄uis sit agẽs nequiter cõmonẽdus:
Et si per excessum deseuiret/vtiq3 ꝓhibendus.
Nemo autem sibi arroget iudiciariã potesta-
tem/etia3 inter homines: q̄uis omnino inuale-
scat iniquitas: nisi cui est a supiore cõcessu3/aut
a iure ꝑmissum. Sed vbi tribunal defuerit iudi
cantis: id ab hoibus agat̄/quo inculpatius in-
nocentia vite consistat: ⁊ mala facultas a se atq3
a ꝓximo non libidine vlciscendi/sed quiete vi-
uendi a pacem diligentibus arceat̄. Igit̄ serua-
uerunt hi ꝯserui modestiã: ⁊ publice iusticie de

tulerunt accusantes reũ domino suo: nec in eum
aliter decernentes. Et iuste accusatur iniustus:
pie impius ad iudicium sistitur. Non enim peccat
delator odij felle carens/amans seruari publi-
ce iusticie honestatem. Et abunde miseros rele-
uat/qui peccatores ad iudicium trahit. Porro
minus valentibus miseret/qui potestatẽ habẽ-
tem ꝑ iudicium excitat cõtra malos: zelator est
iusticie/amator misericordie/tutor ẽ innocẽtie/
qui opprimentẽ pauperẽ iusta delatione ꝓsequi
tur. Nam siluisse cũ indebite irrogatur oppres-
sio/malignantem arguit aut pauorem. Sed nec
infallibili dño desuꝑ omnia speculãti opus est
delatoribus: nisi velimus credere ad exaggera-
tionẽ criminũ ⁊ detestationez maloꝝ ⁊ angelos
delatores: aut istã narrationem de oppressione
minoris in clamorẽ ⁊ dolorem internuз eoꝝ qui
misericordiã diligũt/referamus. Nam compas
sione hominum mentes sempꝫ dolent/cum imi-
sericordes vident fieri actiones. Et quia tueri
oppressos nequeũt/clamant ad dñm vt tueatur
miseros: vt reprimat ipse seuos. Pia erat istoꝝ
conseruoꝝ tristicia super eo qui oppressus erat.
Habent hoc ꝓpriũ zelatores virtutũ: vt ꝓ deo
qui a malis male agendo contemnit/⁊ ꝓ cala-
mitate pauperum contristent. De quibus psal-
Ps. 118 mista in seipso ꝓnunciat/ dicens: Defectio te-
nuit me ꝓ peccatoribus derelinquentibus le-
gem tuam. Et vidi ꝑuaricãtes ⁊ tabescebã: quia
Job. 29. eloquia tua nõ custodierũt. Et Job letat defen
sionẽ impotentiũ oppressoꝝ exercuisse: quia po-
tens erat. Auris audiẽs beatificabat me: ⁊ ocu-
lus videns testimoniũ reddebat mihi: ꝙ liberas
sem pauperẽ vociferantẽ ⁊ pupillũ cui non esset
adiutor: ⁊ conterebã molas iniqui: ⁊ de dẽtibus
illius auferebã ꝑdã. Ecce Job fecit quod potu-
it in releuatione oppressoruз. Faciat vnusquis-
qꝫ quod iuste potest/ nec amplius: ex amore iu-
sticie ad liberationem fatigati recurrat ad iudi-
cẽ velut isti conserui male acta conserui dño re
tulerũt. Qui tunc vocauit illũ: et ait illi:
Serue nequã omne debitũ dimisi ti
bi: quoniã rogasti me. Nonne ergo
oportuit te misereri cõserui tui: sicut
et ego tui misertus sum? Juste increpat
dominus seruũ qui noluit misereri. Nam eo ip-
so quis acerbe iusticie subiacet: quo impie mise-
Jaco. 2 ricordiam denegauit: sicut scriptuз est: Judiciũ
sine misericordia fiet ei qui non facit misericor-
diaз. Nequã est seruus seuus/cui benignus est
dñs: cui dimisit ob solũ sui rogatũ debitum re-
laxauit. Non adhibuit iste aduocatos: nõ inter
posuit rogatiões: tm̃ ꝑ seipm̃ dño supplicauit:
cuius dñs humilitatez respiciens misertus est.
Qui vt acceperat debuit erogare. Inexpiabilis ẽ
iniquitas apud deũ/si nõ misereamur alijs ac ꝓ
picij fuerimus: ꝓut querimus nobis deũ habe
Luce. 6 re ꝓpicium. Hinc alibi scriptum est: Estote mi
sericordes/sicut pater vester celestis misericors
est. Et nisi simus benigni ad ꝓximos ⁊ ad na-
ture consortes ⁊ ad consortes gratie ⁊ sacramẽ
toꝝ ⁊ sanguinis effusi ꝓ oĩbus: et dimissa mala
in opprobriũ nostrũ redibũt ad cumulũ tormen
toꝝ: vt etiam retroacta que remissionẽ sacramẽ
talibus mysterijs acceperũt/in culpã aut in pe-
nam aut in vtrũqꝫ redire credant. Ac ꝑ hoc ira
tus dominus eius tradidit eum tor-
toribus/quousqꝫ redderet vniuersũ
debitum. Sed quomodo reddet in carcere/q
liber existens omnino debitũ soluendo euacua
re non poterat? Quomodo tortus quod nõ po-
terat sanus? Sed quia de reddendo non aderat
facultas/eum penaruз eternitas torqueat: vt si
donec non suscipit terminum/sine termino pe-
na diuerberet. Et ex illatione sequentiũ salua-
tor asserat quid nos facturos admoneat. Sic
pater meus celestis faciet vobis si nõ
remiseritis vnusquisqꝫ fratri suo de
cordibus vestris. Omnino decernens ꝙ
ex ore/aut ex signo/aut ex opere annexo nõ suf-
ficit illatas iniurias fratribus dimisisse: nisi ꝓ
tinus interna remissio subsequat. Non sufficit
concordie signum: non satis est osculum pacis:
non demulcentia verba ꝓferre: si odiuз regnat
in corde/si compassione priuat ad ꝓximum/si
ad ruinã eius quandoqꝫ letat/si cõgaudet ledẽ
tibus ꝗuis ipse non ledat/si tacet in coniuratio-
ne ꝓximi/si nõ ꝓhibet mala a ꝓximo si potest.
Si non iuuat valens cum existit in necessitatis
articulo: si conquerit cum indulsit/si famã non
bonaз querulando suꝑ eum inducit/si nõ amat
ad gloriam/si nõ congaudet ꝙ sibi deus indul-
geat. Ubi vero ista adesse noscunt/ex corde iu-
dicanda est facta fuisse remissio: etiam si amo-
ris suauitas ⁊ dulcedo non assit/sicut vsqꝫqua-
qꝫ coniunctis.

De parabola ꝓ humilitate in hominũ cõuersatione seruanda: et de fine actionis et beatitudine regni dei secundũ lucã tantũ. Ca. XVIII

CUm quendam in conuiuio saluator cu-
rasset hydropicum: ad inuitatos ne in-
ter homines superbirent: vt humilita-
tem tutam viam molientem in celum in conuer
satione seruarent: intulit talem parabolam sic.
Dicebat aũt et ad inuitatos parabo- Luce. 14.
lam: intẽdẽs quõ primus accubitus
eligerẽt/dicẽs ad illos: Cũ inuitatus
fueris ad nuptias/nõ discumbas in
primo loco: ne forte honoratior te sit
inuitatus ab eo. Et veniens is qui te
et illum vocauit/et dicat tibi: Da hu-
ic locum. Et tunc incipias cum rubo
re nouissimum locum tenere. Mora-
le publicum est: ꝙ in conuiuijs distributio loco-
rum pertineat ad autorem: et reprehensione
digna esset presumptio/sua electione potiorem
arrogans sibi locum: ꝗ sibi vendicaret ex me-
rito altior conditio inuitati: et iuste discretio
inuitantis impenderet. Uidetur hic christus ex
moribus homines reddere velle facetos: cum
presumptionem in conuiuijs arcet. Sed si me

nō fallit credulitas: nihil moralius atq; vrbani9
ab initio mūdi vsq; ad finē hui9 labētis temporis
a quoq; ex doctrina seu ex actib9 pdijt: q̄ ex euā
gelio saluatoris infinite sapientis. Etenim vtrāq;
vrbanitatē docuit: q̄liter pulchre viuerent inter
hoies et apte: necnō et q̄liter captarent regna ce
lorum. Et si a iudicijs hois/holuz nō auellat rō iu
dicādi: reprehēsiōe caret ex euāgelio bñ facetus.
Nemini grauis/nemini dispēdiosus existit: oēs
honore p̄uenit/nihil sibi arrogat i honore. Nō
solū altioribus/sʒ etiā eq̄libus atq; minorib9 ce
dit. Magis aūt hoies sup̄ se existimās animo et
morib9 venerat. Nihil tā verecundū et doctū in
policia hominū aliq̄n reptū est/exceptiōe seu re
prehēsione carēs: p̄terq̄ euāgeliū christi dei/etiaʒ
in ea viuēdi lege put hūana vita decurrit: nō so
lū vt ex eo supernā ꝯcertat ad vitā. Hinc salua-
tor ad ꝯsyderationē sue cōditionis et alioꝝ vnū
quēq; remittit: ne quis inconsyderatis cōditio-
nibus potioribus ceteroꝝ/de seipso p̄sumat: et si
bi arroget quod alteri de morali cēsura debet:
vt cum iusticia p personarū conditione seruat
in moribus/confundatur arrogans et in ruborē
deueniat: et digne digno deferatur a puido: cui
ab inaduertente improuido delatum nō fuerat.
Igitur iusta pena consequitur arrogantem: et
inaduertentem confusio. Sed hinc aduersa esti
matio sane sapit: vt in contionibus hominū is
locus estimetur ad captuʒ: a quo quis possit ad
superiora subuehi/non ad inferiora demergi: et
in conspectu astantium gloria ex humilitate p
ueniat: quoniam ex superbia nemo tandem nisi
confusus abscessit. Sed ad hanc parabolā ali-
ter alte puehor disserēdā. Facte sunt nuptie in
thalamo virginali nature increate atq; create:
ad quas inuitant oēs mortales rōne fungētes.
Sed cum accedit/nemo sibi vendicet in his al-
tiorē intelligentie locū: ne velit ratione compre
hendere quod tm̄ fide perceptibile factū est. Et
in omnibus que ad capienduʒ dūtaxat fide sunt
cōmissa mortalibus/arcet humane mentis auda
cia: ne rationabili deductione aut ingenij acui-
tate intra claustra intelligentie includant. Et-
enī deijcietur: et honorarior inuitatus in sola fi-
dei puritate accipiet locum eius: non eo demeri
to quo ille amotus: sed eo merito quo ipse om-
nem suū intellectum in fidei obsequium captiua
uit. Facte sunt et sanctaꝝ scripturarū nuptie/ad
quas inuitantur intellectualium humanoꝝ acu
mina: in quibus mystice varieq; appositiones
sunt et sensus plurimi: vnitatem quidem in veri
tate atq; in spiritusancto earū cōditore haben-
tes. Ad quaꝝ mēsam p animaꝝ refocillatiōe tē-
dentes/de loco capiēdo p̄uideāt: ne q̄s humano
fastu velit ex ipsis intellectū veritatis cape: aut
suo sensui coaptare scripturas: et suis dentibus
frangere diuināq; glutire scientiam: cum ex scri
pturis oporteat accipe/nō dare intelligentiaʒ.
Nam eo spū fit vera interp̄tatio scripturarum
quo eaꝝ facta est traditio. Hocq; maxie Petr9
1. Pe. 1. apostolus p̄monet dicēs: Hoc pmū intelligen-
tes q̄ ois pphetia scripture ppria interp̄tatiōe
nō fit. Nō enī volūtate hūana allata est aliqn̄ p
phetia: sed spūscō inspirati locuti sūt sācti dei.
Hoies in errorē infallibilit plapsi sunt/et mul-
tos alios induxerūt/qui scripturā sensui pprio
coaptarunt. Non s̄m voluntatem/ sed s̄m illam
quā continet veritatem/est intelligenda scriptu
ra et tradenda simplicibus. Humilitate opus est
ad ipsius intelligentiam capiendam: et super-
bus lector deijcitur/humilis exaltatur. Nā qui
primo loco in mensa scripturarū sanctaꝝ recū-
bit/ ppria autoritate recūbit: nō capit quod cre-
dit: perdit quod iam pcepit. Et ipse deijcitur: et
qui videbat nescire litteras/ pcessu intellectus
humilis subleuat. Et ipsa se pandit humilibus: Iaco. 4
qui se a superbis sepe diuertit. Supbis deus re 1. Pe. 5.
sistit ne intelligant: humilibus aūt intelligendi
dat gratiam. Sunt et nuptie sacramentoruʒ: ad
quas quisq; digne se credit accedere/indignissi-
mus factus est: et qui se magis existimant indi-
gnum/dignior est habitus in conspectu inuitā
tis omnia cognoscentis. Sunt et nuptie diuino-
rum p̄ceptoꝝ atq; virtutum: in quibus semetip-
sum p̄honorans ex loco complete impletionis
existimans recte diuina pfecisse mandata/virtu
tes deduxisse in actū/totam apprehendisse dile-
ctionis et operationis iusticiā: ad beatitudinē suis
meritis se paratū aspexit/suppmet: q̄m veritas
ait: Cū oīa bñ feceritis/fecistis quod debuistis: Lu. 17
dicite serui inutiles sumus. Et helias q̄n se solū 3. Reg. 19
existimabat diuina seruasse mādata/nec ad ido-
latriam accessisse: audiuit a dn̄o in repressioneʒ
estimationis eius: Reliqui mihi septem milia vi
rorum in israel: qui non curuauerunt genua an-
te baal. Nemo sibi arroget maiorē inter homi-
nes sanctitateʒ. Nemo credat p̄ ceteris melius
diuina seruare mādata. Nemo purius ab alijs
custodire veritatē: aut exercere iusticiaʒ. Nemo
p̄ alijs quippiam boni habere se credat. Nemo
decernat in alijs de peccatis: q̄ alios deprimāt:
semetipsum in parte saltem aliqua non infici-
ant. Nullus sibi appropriet in talibus dignita-
tem. Solus cognitor electorū scrutatur homi-
num corda: et merita et demerita plene cogno-
scit. Ille dignior qui humilior. Ille honorati-
or qui put in se agitur/totam iusticiam pficit et
se pfecisse non nouit: seq; facit abiectum indi-
gnum reputans etiaʒ corpis sui vita. Hunc in-
uitator ad alta puehit: hunc appellat amicum:
huic indicit ascensum: hunc prehonorat: deie-
cto qui arrogauerat: desuper stante diuina sen-
tentia. Quia omnis qui se exaltat hu-
miliabitur: et qui se humiliat exalta-
bitur.

¶ Interiectio de fine actionis.

Et ex verbis suis coercita supbia: et humilitate
cōmendata pre fructibus: ilico finē et intentio-
nem nostrarum operationum apposuit/loqnēs
inuitanti: velut de corporali conuiuio spiritu-
alem rependens ex doctrina mercedem. Di-
cebat enim ei qui se inuitauerat: Cuʒ
facis prandiuʒ aut cenā: noli vocare

amicos tuos/neq fr̄es tuos/neq co
gnatos tuos/neq vicinos diuites: ne
forte et ipsi te reinuitēt et fiat tibi re
tributio. Sed cū facis cōuiuiū voca
paupes/ claudos/ debiles et cecos:
et beatus eris: q2 nō habent vnde re
tribuant tibi. Retribuetur eni tibi in
retributiōe iustorū. Mos egregioꝝ ani
moꝝ fuit agere ſm virtutis officium/nō negoci
ari ex virtute. Nam intentio artis est fecisse/non
negociari: q̄uis artificis sit ex illa nancisci/mer
cedem. Uirtutis solum est egisse decentia sibi.
Qui vero quippiam ex illa ꝑter hoc querit/mer
catur in illa. Largitatis virtus cum officiatur
quod suum est/transitiuū tm̄ non retransitiuum
habet aspectum: vt sibi solum sufficiat fecisse ꝓ
premio absq ꝙ repensionē accipiat. Igitur si
moralis humane hominū egregioꝝ virtus hoc
egit: quid christiana seu christifera virtus offi-
ciari deberet: vt sit liberalitas in largitate donā
di/abiecta penitus retransitiua mercede in per
functorijs: maxime cū ipa virtus retributiōis ꝓ
missionē habeat in supnis/inter illos iustos q̄
sectati sūt iusticiā/nō mercedē. Ac ꝑ hoc cōmo-
nefacit saluator omniū christus vt nō expectet
hūana merces ex actiōe virtutis: nec deo τ ho-
minibus velimus vēdere q̄ donamus. Et nō so
lū intentionē mercenariā dānat/sed impossibi-
litatē interponit: vt illis dumtaxat fiat largitio
munerꝫ/q̄ repēdere nō possint etiā si velint vica-
rium. Prohibet vocari amicos: qm̄ ipsa ꝓtius
amicitia quedā merces est fauoris hūani: nec-
non τ mercedem habet ꝑteritā vel futurā. Pro
hibet fratres τ cognatos: qm̄ ipsa copula san-
guinis/nō virtus induxit. Prohibet τ vicinos
qm̄ non ex virtute/sed ex quadam consuetudine
agitur: vt inter vicinos vice vicaria synfugia ce
lebrent/maxie inter diuites: quos maxime a syn
fugijs ex pietate factis diuertit/ne retributio fi-
at τ virtus largitatis suum inquinet officiū: ne
retributionem perdat in retributiōe iustorum.
Sed vocādi sunt indigētes/etiam si velint retri
buere nō valentes: τ virtus suū regat immacula
te officiū τ cum iustis debitum ꝑmiū sortiatur.
Proinde in oībus ꝑintendere oportet actiōis
finē: τ intētionē inobliquatā habere ad id quod
rectum est: neq spūalia corpalibus/neq diuina
humanis immutare: neq instrumenta virtutū
quibus beatitudo eterna conquirit/in vlla re-
transitione humana fiant. Ut quid aurū plum-
bo/argentum ferro equis ponderibus compē-
santur? Omni virtuti sua danda est actio/tēpo-
ri cōpetens ꝑsonis τ modo: nec ei statuat obli-
quata intentione temporaneus aut trāsitorius
finis: cui ex eterna veraq pollicitatione beate
debetur eternus. Recto fine ꝓposito est agen-
dū: sed actionibus rectis. Non em̄ ex recto fine
approbant indebite actiones/cū ex malo etiaꝫ
debite reprobentur. Actio fini τ finis actiōi om
ni rōnabili cēsura cōsentiat. Apta igit in hac cō
monitiōe saluatoris edicta inuitanti/elargitio-
nis τ agapis est forma ꝑstructa: vt nec humano
fastu/nec vice reddita ꝑsenter/aut expectata fu-
ture alicui fiat. Dei sunt omnia: suum est auruꝫ
τ argentum. Ut quid vēdimus hominibus do-
na dei: cum τ ipsoꝝ ipse sit etiā factus emptor/
pollicens retributionem si distributionē iustaꝫ
fecerimus indigentibus super terram. Ad hor-
rendum se parat iudicium qui de donis dei ali-
ter decreuerit facere ꝙ ille decreuerat vel consu
lerat. Miseriarū cumulum fecit qui misericor-
diarū opera in lance iusticie noluit egentibus
impartiri. Sanciuit semꝑ diuina iusticia: vt sup
flua nō habentibus necessaria ministrent/non
his qui habent copias emendi. Nec vult cade-
re sub humana mercede quod est de sanctione
iusticie. Placita τ grata debebāt esse audienti-
bus eloquia saluatoris: iuxta psalmiste senten-
tiā: Quā dulcia faucibus meis eloquia tua su- Ps. 118
per mel ori meo. Et alibi: Dilexi testimonia tu a Ibidem.
super aurum et topazion. Sed aliqui nullo qui
dem haustu afficiuntur ad illa: parum quidem
pleriq/multum quidem plurimi: vt etiam affe-
ctus interior cogat exclamare per verba sonan
tia. Ebullire penitus mentem facit vere susce-
ptum diuinum eloquium. Quamobrem qui-
dam de astantibus seu discumbenti-
bus animo motus ad verba dominica: dele-
ctatus in illis: feruefactus ab eis cum hec a sal-
uatore audisset: dixit illi: Beatus qui mā
ducabit panem in regno tuo. Ad cre-
dulitatem iam hic ex verbis dominicis motus
erat: vt aliud i illo τ de illo crederet ꝙ quod ocu
lis videbatur/aut auribus audiebatur: cum cre
didit illū habere ad regnum: quod et habebat:
vt coram Pilato testatus est/ ꝙ regnum suum Io. 18.
de hoc mundo non erat. Et latro iuxta pendēs
huic consentaneus factus est/dicens: Memen
to mei dum veneris in regnum tuum. Alte po-
suit iste beatitudinem transferens ab hoc mun-
do in regnum dei. Non em̄ sine fame reditura
hic saturatus erat ad humanam et perfuncto-
riam mensam hominis. Iterum futurum erat
inter ipsum et famem duellum: in quo suum iaꝫ
sciebat habere conflictum. Protinus terrena
ista non satiant: ad horam sunt quedam lenimē-
ta maloruꝫ: expellere nequeūt inediam reuersu-
ram. Sed in regno christi plena est ꝑfecta satie-
tas: quam ꝑ ceteris alijs nouerat hic conuiua/
ex verbis saluatoris se maior factus in fide: ve-
lut aspernatus/immo aspernans humana syn-
fugia: et quicquid prouenire posset ex transito-
rijs atq visibilibus rebus/solū se contulit in re-
gnum lucis: ibi beatificari credens comedentē
eternū panem atq vinū: qui ad homies de celo
descendit: non dentibus corpis/sed illo mentis
haustu quo anima deum reuelata facie contem
plat. Cui iesus ꝓ se omnibusq subsequis in ea-
dem anhelantibus gloria: ne desperatione illaꝫ
posse consequi frangerent: ad solidandam fidē/
erigēdam spem/τ ꝑmouendam audientiū volū-
tatem/parabolam subsequentem adiecit.

¶ De parabola magne cene pro pre
paratione regni dei: secundum Lu-
cam tantum. Capitulum XIX

Saluatorē nostrū sepe legimus inuitatū
ac euntē nō rōne conuiuij/ sed occasio-
ne disserendi. Hinc cū in quodam con-
uiuio alte ꝑ virtute disseruisset: quidā de astan-
tibus in magni ꝯuiuij desyderio factus: aut for-
te ꝑtentans quid saluator esset dicturus/ inquit
Luce.14 ad eum: Beatus qui manducabit in re
gno tuo. Beatitudinem si recta intentiōe lo
cutus est: ⁊ aliud regnum ꝙ ex mundo ꝑstā-
tus est ex christo: si peruersa/ christum in vtroqꝫ
derisit. Cui saluator parabolizando respōdit ꝙ
in regno suo mādūcare panem/ ⁊ beate vite ful-
cimenta suscipere/ nemini volenti accedere ne-
gabatur: cum ad illius regni annonam ex par-
te ꝑsidentis esset inuitatio generalis/ si dignarē-
tur accedere inuitati: quod ⁊ subiecta parabola
manifestat. Homo quidam fecit cenam
magnam: et vocauit multos. Homo q̄-
dā: quasi sit innominabilis deus infinitate sua:
cenam fecit magnam in die suo/ in quo non est
successio postere comestionis: velut cum para-
bolam de prandio posuit. Cena magna ex ma-
Ps.144 gno factore: quia magnus dominus ⁊ laudabi-
lis valde: ⁊ magnitudinis eius non est finis. Et
Ps.146 magnus dominus et magna virtus eius. Ma-
gna ex appositione magna/ eternorū scilicet in-
effabilium bonorū: vt nullus illorū apprehen-
deret pondus/ numerum/ ⁊ mensuram: sicut eter-
nis potitoribus contributa. Magna ex domo
Baruch.3 magna: sicut scriptū est: O ꝙ magna est domus
domini: ⁊ ingens locus possessionis eius. Ma
Ps.30 gna ex dulcedine magna. Quā magna multitu-
do dulcedinis tue domine: quam abscondisti ti-
mentibus te. Et si ad synfugium quod in eccle-
sia quotidie agitur/ referatur: eisdem sententijs
magnitudine diuina grandescit. Sunt enī in ec
clesiastico synfugio charismatum omnium ap-
positiōes: ad quod saluator inuitat: vbi inter ce-
tera sui corporis ⁊ sanguinis appositio est ex trā-
substantiatiua virtute. Necnon et calix benedi-
ctionis eius omnibus offertur: vt de vno panē
et calice omnes participemus: vt panis viuus
qui de celo descendit/ possit manducari in isto
militāte atqꝫ sub celo ecclesiastico regno dei: vt
hac temporali participatione finita/ trāsforma
ti a christo aliud eternum introducamur in re-
gnum. Sed hora cene mittit seruos su-
os dicere inuitatis vt venirent. Nam
semper ad ista synfugia per enigmata ⁊ figuras
⁊ parabolicos sensus atqꝫ propheticos inuita-
tio facta est: dumtaxat in populo dei/ vbi talia
splenduerunt. Nunc vero in nouissimis die-
bus vbiqꝫ lateqꝫ inuitatio facta est: ⁊ omnia de-
centia preparata: vt aliud non sit opus/ ꝙ inui-
tatos ad cenam huiuscemodi festinare. Reruꝫ
euidentia claret ex fide: quoniā omnia saluti no-
stre atqꝫ refectioni anime necessaria in regno
ecclesie sunt parata. De quo gratias deo refert
apostolus ad Corinthios scribēs: Gratias ago 1.Corin.1
deo meo semper ꝑ vobis in gratia dei/ que da-
ta est vobis in christo iesu: quia in omnibus di-
uites facti estis in illo: in omni verbo et in om-
ni scientia/ sicut testimonium christi confirma-
tum est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla
gratia. Sed parans omnia bona diuina boni-
tas ad illa inuenit homines imparatos. Sꝫ ne-
scio que maior peruersitas/ ad preparatiōes di-
uinas se reddere imparatū. Hinc inuitati se ex-
cusare ceperunt: plus intendentes preparationi
bus ⁊ directionibus ꝓprijs ꝙ diuinis. Sed ac-
cusatio irreprobabilis est/ vbi cunctorū domi-
nus vocat ad vitā. Deneganda ⁊ nihilipēden-
da sunt omnia/ vbi adest preparatio eternorꝫ ⁊
diuinorū magnalium. Sed primus dixit
illi: Villaꝫ emi/ necesse habeo exire et
videre illam: rogo te habe me excusa
tum. Emit homo villam: cū se in interiore ho
mine donat vt exteriora conquirat. Qui cū ac-
quisierit/ voluntatem in necessitatem conuertit
vt placitum necessarium dicat/ non necessariuꝫ
placitum facit. Et nature legis atqꝫ gratie ordo
peruertitur/ si placitum ꝑ necessitate suscipit:
necnon quod necessarium est/ a voluntate reijci-
tur. Necessitas etiam hec multis adest in ꝑuer-
so animi appetitu: cum fingitur a voluntate/ nō
a ratione. Sed accusatio potius ꝙ excusatio di-
ci potest: vbi agit quod voluptas elegerit/ non
quod veritas ipsa dictauerit: quoniā q̄d ea ne-
cesse videre quorū contemptu beatificamur ꝑ-
missione regni celorū? Beati pauperes spiri- Mat.5
tu: quoniam ipsorū est regnuꝫ celorū. Quid ne-
cesse videre terrena: quoruꝫ contemptu celestia
tribuūtur? Quid necesse videre temporalia: quo
rum contemptu eterna prestātur? Quid necesse
videre illa quorū contemptu cum angelis por-
tio nostra statuitur? Quid necesse videre quip-
piam/ aut velle quomodolibet implicari: cū cre-
ator omnium vocat? Quid necesse videre que
nunꝙ plene habent: aut ex tota copia seu ex mo
dica mora/ nec habita satiant/ imo sepe fastidi-
unt: cum paterfamilias omnium magnam vo-
cat ad cenam? Ad pleonexiam per omnia perti-
net ꝙ hic emerit villam: cum modicis paruisqꝫ
rebus ipsa hominum natura fulciat. Rogat vt
habeatur excusatus a seruo: ⁊ consequenter ex-
cuset a domino. Sed ipsa rogatio cuꝫ accusat:
quoniam nulla ratione ꝑtegitur. Que si ei fauo
ri assisteret: nullis ꝑfeuchis eēt opus. Nam vbi
veritas ⁊ ratio coraꝫ iusto iudice ꝑ aliquo se in-
gerit: absqꝫ rogaminibꝰ iusticia tota pollet. Ali-
us dixit: Iuga bouꝫ emi quinqꝫ: sed
eo ꝓbare illa: rogo te habe me excu-
satū. Emit homo iuga boū: duplicatos scꝫ q̄n-
qꝫ corporis sensus/ ꝑcio insite ratiōnis: cū exterio-
ribus sensibus viuere delectatus decernit: ⁊ il-
ꝓbare cū experiri vult q̄d vnusq̄sqꝫ de hoc nequā
seculo ꝑcipe possit in voto: ac si frustra eēnt sen-
sus corporei/ nisi eis hō culpate vteret. Quibꝰ
vt hō inculpate vti sciat/ possit ⁊ velit/ lex posita

est/tributa temperantie virtus/bonoꝝ eternoꝝ
adiecta ꝓmissio. Ad rationabilia laměta se pa-
rat/necnō ꝛ se ꝓstat in mortē: qui ꝑ voto sensua-
litatis sensus corꝑis experit. Quod Hieremias
Hiere.9 ꝓphetico spū dixit: Audite ergo mulieres ver-
bum domini: ꝛ assumant aures vestre sermonē
oris eius: ꝛ docete filias vestras lamentū ꝛ vna
queqꝫ ꝓximā suā planctū: quia ascendit mors ꝑ
fenestras vestras: ingressa ē in domos vestras.
Quod ꝛ ꝑ hierusalē defunctione ista dicta sint:
nullus qui historiā ꝛ ꝓphetiā legit/ignorat. Sꝫ
tropologice verba transsumpta iustā lamenta-
tionē ꝛ rationabilē planctū indicant: ꝙ per fene
stras quinqꝫ sensuū dū eis male vsus est anim⁹/
mors anime sit ingressa. Et nulla rationabilior
causa plangēdi/ꝙ̄ causa peccati. Et nihil mero-
ribus ꝛ mesticia dignū/ꝙ̄ peccatū. Quod sepe
fit dū iuga nostroꝝ sensuū satagūt experiri dul-
cedinē obiectoꝝ: diuinoꝝ ꝓceptoꝝ ꝛ modestie le
ge exēpta. In brutorū lege traiectus est/qui ad
forinsecas obiectas sensibus qualitates ꝓter le-
gem positā ꝓbando se cōtulerit. Labefacta ra-
tione/imo sine ipsa est inter animalia irrationa
bilia deputādus: qui tantū sensibus fert in pla-
cita: sed nec eius excusatio suscipit vbi de ratio
ne volūtarie transit in beluā: q̄ tm̄ sensibus non
ratione qua caret/fert in placita. Et alius di-
xit: Uxorē duxi: et ideo nō possū ve
nire. Magnū est vinculū hominibus vxor ad
diuina conuiuia/etiam si bona consistat: si no-
lit celebrare diuortiū ꝓpter christū ꝛ vacare ad
tempus/ꝛ ab amplexibus cessare mariti. Pro-
pterea sanxerūt sapientes antiqui: ꝙ sapienti et
sapiētie vacare volētibus nō cōueniat vxor: mi
nus aūt cum alijs luxurie frena laxare. Quod si
ad terrenā scientiā capessendam/atqꝫ vt sapiēs
sapiētie possit intendere/abigenda est vxor: ꝙ̄to
magis ad verā contemplationē celestiū nō sunt
coniugia facienda. Ne quis ad recompingen-
dum quod dicit/veteris testamenti in mediū ꝓ
ferat magnos patres: cū nostrū non sit dissere-
re quid habuerit illa etas: sed quid in nouo con
sulat veritas: cum castratio ꝓpter regna celorū
ꝓcellat coniugalitatis effectū: nō tamen cōposi
tione alterutra in interitū damnet. Cōtumacio-
ri animo iste respondit: q̄ ꝓcaciter allegauit im
potentiā: nec adiunxit ꝓces vt excusatus habe-
ret. Sed nulla impotentia maior in diuinis mā
datis exequendis ꝙ̄ nolle obedire: ꝛ tyrannideꝫ
pati a ꝓpria voluntate: que sibi subditū ita suis
loris habenat ꝛ angit: vt īpossibile dicat quod
a sua voluntate discordat. Sed male ducit quis-
piam vxorē/cūꝫ ꝓpriā sequit voluntatē: qua vxo
re nulla dānosior/cum quis ꝓpria volūtate de-
lectat: ad cuius obedientiā sepe ꝯstringit. Qua
delectatus adam ꝛ inobedientia ei assentiens/a
deo maledictiones accepit: vt sacer textus scri-
Gen.3 pture eloquit: Quia obedisti voci vxoris tue: et
comedisti de ligno ex quo ꝓceperam tibi ne co-
mederes: maledicta terra in ope tuo: in labori-
bus comedes ex ea cunctis diebus vite tue: spi-
nas ꝛ tribulos germinabit tibi: ꝛ comedes her
bas terre. In sudore vultus tui vesceris pāe tuo:
donec reuertaris in terraꝫ de qua sumptus es:
quia puluis es ꝛ in puluerem reuerteris. Ue qui
vxorem duxit ꝓpriam voluntatem/cum illa vo-
luptuose delectatus/ipsamqꝫ suo amplexatus in
placito: qm̄ sex velut pmus parens accipiet ma
ledictiones. Et nil tam aduersum deo demoni
busqꝫ ꝓximū/ꝙ̄ ꝓpria voluntate delectari. Nec
em̄ adam aliud expulit de paradiso: ꝙ̄ quia con
sensit vxori velut ꝓprie voluntati diuinā inobe
dientiam suadenti. Quāobrem primū maledicta
fuit terra corporis in opere suo. Terra in ope-
re maledicitur/cum opus sterile in illa consur-
git: ꝛ ꝙ̄to plus operationis impēditur/ex ea mi
nor aut nullus: imo sepe fructus corruptus ex-
capit. Talis est huiuscemodi corꝑis nostri ter-
ra. Inqt em̄ apl's: Qui seminat in carne/de car Gal.6
ne metet corruptionē. Et alibi: Qui i carne sūt/ Ro.8.
deo placere nō possunt. Et caro ꝛ sanguis non Mat.16
reuelāt quod diuinū ē ꝛ arcanū. Et nil nequs ꝙ̄ Ecc̄l.17
quod excogitauit caro ꝛ sanguis. Et caro ꝛ san 1.Corin.15.
guis regnū dei nō possidebūt. Et filij dei ex vo- Jo.1
lūtate carnis in eccl'ia nō nascunt. Adijcit ma-
ledictio secūda: vt in laboribus comedat ex ea Gen.3.
cūctis diebus vite mortalis. In magnis arduisqꝫ
laboribus ex carne nostra comedit: hoc est/si
aliqñ ex ea fruct⁹ boni opis capiat. Quā sit la-
boriosum eius tētatiōibus resistere: ipaꝫ diuino
cultui mancipare: vt orōni insistat/vt ieiunet/vt
vigilet/vt seruiat/vt incedat rectissimos moruꝫ
calles: solū q̄ cuꝫ ea certare disposuit/nouit. Et
in illa verificatū est quod ꝑ Salomonē dicitur: Eccle.1
Qui addit sciaꝫ/addit laborē. Sciaꝫ q̄dē adde-
re dicit q̄ nitit cognoscere deuitāda sibi et agen
da. Sed labor imēsus statim exorit: cū iubet de Gen.3.
clinare quod nefas/ꝛ exercere quod fas. Male
dictio tertia infertur in germinatione spinarū
ꝛ tribuloꝝ. Terra quidem corporis nostri spi-
nas ꝛ tribulos germiat: nō vt ex eis ipsa caro fo
diat/ꝙ̄uis sepe pūcturas asperas sentiat: sed vn
de ꝑforet spūs interior ex male actis/dictāte ra
tione sententiam/ꝛ in occultis carnis animā cō-
scientia ꝑforante: vt quo plures delectatiōes ca
ro extra suscepit/ampliores in anima pungētes
spinas ꝛ tribulos germinet. Confodiūt em̄ pec
cata conscientiā: ꝛ ipsa animā ex omni parte di
uerberat/etiam si non ilico sequat cū tetris de-
monibus pena laruali s: vt peccatū nō transeat
impunitū etiaꝫ ad momentum/quin laceretur a
peccatoꝝ sentibus spūs: anteꝙ̄ iusta pēa plecta-
tur ꝛ corpus. Quarta maledictio pecorinā quā-
dā habet imaginē: vt homo rōnalis nature co-
medat herbas terre. Sed parū est hoc: nec no-
tā turpitudinis habet si pastus hominis cū pe-
coribus et animalibus est cōmunis: cum ipsum
frumentū surgat ex terra in herbam anteꝙ̄ fiat
granum conuertendum in cibum. Sed sensus
alius sit horrori. Cū homo i honore maxime fa Ps.48.
ctus esset celestib⁹ aptus ad dei imaginē/cū an-
gelis deputādus/bonis eternis fruiturus esse;

ab intellexit cũ effectu debite actionis: a quo factus erat/cũ quo factus erat/ad q̃d factus erat/ ꝑpter quid factus erat: quid facturus erat/ q̃d habiturus erat. Cõparatus est iumentis insipientibus: ⁊ similis factus est illis. Hoc enim est herbas terre comedere/ electione cõtraria relicto honore diuine imaginis/transire in similitudinẽ pecorũ: ⁊ relictis celestibus ad terrena ⁊ ꝯfũcrozia rationalẽ animũ inclinare. Hec maledictio nõ impellit hominũ mentes/ vt sic necessario fiat: sed osculto demerito merẽt hic homines ea mala ꝑferre/ q̃bus alibi eos seua pena cõtorqueat. Quinta maledictio/si ad corpus referẽt: quid ante obedientiã vxoris hõ habuisset ⁊ quid incurrerit insinuat. Quies ĩ hoĩe fuisset imperturbabilis/ nisi prius ipse ordinẽ naturalis iusticie ꝑturbasset: nõ deo/ sed vxori fact⁹ obediens. Et sustẽtatiuũ corporis humani fuisset ex nascentiis terre aut ex arboribus: absq̧ ꝙ hõ ꝑ ipso laborando sudasset. Et sponte sine artificio terra germinasset: ⁊ ꝓduxissent arbores fruct⁹ suos ex virtute ipsis insita naturali. Nam absq̧ alicuius hoĩs artificio fructus ꝓduxerunt arbores in paradiso: de quarꝫ vna vetita eius male suasu comedit. Et alie ex arboribus fructu reple te iam erant: de q̃bus comedendi licentiã absq̧ ꝙ peterent diuina largiente bonitate primi homines acceperũt. Sed post vxoris obedientiã in sudorẽ mutatus est pacificus vsus edendi. Si vero tropologicũ sensum sequimur/ difficilior erit atq̧ angustior materia disserendi. Nam panis noster christus est: q̃ viuus de celo descendit: quẽ quotidianũ quotidie monemur expetere: sꝫ sudore opus est. Sudor q̃dẽ in corpore ꝓcedit ex intimis seu interiorib⁹ in exteriores ꝑtes cũ fatigatione hoĩs vtriusq̧: q̃ aut ex magno et cõtinuo motu corporis oritur: aut ex debilitate/ aut ex aliqua infirmitate corpus opprimente: aut ex nimio calore corporis poros aperiente: aut ex timore/ aut ex cõtactu/ aut ex verecundia/ aut ex intenta meditatione seu speculatione alicuius veritatis nõ subito menti apparentis. Sed quoquo modo res se habeat/ ex interiorib⁹ ad extra progredit. Ac ꝑ hoc cũ christus in sacramẽtis ver⁹ panis viuus ⁊ noster credendus hominibus ꝓponatur: sudat in interiorib⁹ anima priusq̃ captiuare possit intellectũ: vt christũ in elemẽtis aut rebus elementatis credat existere. Si qua etiã dicta sunt de isto pane nostro/ prout ad nos dignanter de celo descendit: ⁊ de ꝓgressu ei⁹/ quousq̧ resurgens ex mortuis supiora in assumpta carne penetrauit: ita sunt nostrũ excedẽtia sensum: vt sine magno sudore anima nostra vix credat. Sed nec hoc credere maledictio est/ sꝫ benedictio sancta nimis: etiam si cum sudore atq̧ labore accedat ipsa credulitas. Sed in hoc maledictio est: q2 ipse ꝑ oĩa bñdict⁹ maledicta nostra suscepit/ factus ꝓ nobis maledictus. Et ꝙ admittentes deũ pro creaturis in creatis rebus ipsm coacti sumus exq̃rere; nõ ingenij aut intellectus naturali apprehensione/ sed fidei veritate. Ad vltimũ terribilium sexta maledictio totã traijcit: vt expiamur mortẽ/ quã ipse deus non fecit: in illã primã materiã nostra corpa reuertantur vnde trãssumpta sunt. Quia puluis es/ et in puluerẽ reuerteris: obediẽti vxori homi dictuꝫ est: q̃ noluit manere quod fact⁹ erat: incurrit mortẽ quã de⁹ nõ fecerat/ obediens vxori scꝫ ꝓprie volũtati: ẜm quã sibi viuendũ nõ erat/ ex progata similitudine in vindicta puniti angeli: q̃ nõ ẜm deũ/ sed ẜm seipm instituit viuere. Gen. 3.

Proposite sũt nobis tres cõditiones maloꝝ: q̃ diuina cenã se reddiderũt indignos: quos cene actor inuitatione/ vocatiõe/ req̃sitiõe si venire assensissent/ volebat facere dignos. Renũciat ingratos/ indignosq̧ cõuiuio se improbiter excusantes seru⁹ q̃ fuerat missus: ⁊ accusatiuas eoꝝ excusationes denũciat. Quãobrẽ dñs iratus scꝫ paterfamilias/ ait iterũ seruo suo: Exi cito in plateas et vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles/ cecos et claudos introduc huc. Nõ ẽ acceptio ꝑsonaꝝ apud altissimũ: vt illos quodãmõ indignitos an iuitauerit ⁊ req̃siuerit: vt ꝓperarẽt ad cenã: q̃b⁹ venire ꝯtẽnentib⁹/ ad istos humane missos legationẽ fecerit: vt vni⁹ reprobatio/ alteri⁹ sit vocatio: sꝫ etiã post illos ⁊ hos vocatur⁹ erat. Attamẽ q2 ꝓpter pctõres de⁹ hõ factus est: illos primo visus est querere/ quos nouit artius terrenis ⁊ carnalib⁹ actibus implicari/ atq̧ voluntatibus ꝓprijs deseruire. Unde vero humani hi miseri deducant ad cenã/ solerti discussione opus est: q2 de plateis et vicis ciuitatis. Sunt quidam qui suas penalitates pandunt: ⁊ scire volunt ab alijs mala que perferunt: vt q2 ꝑ seipsos victũ ⁊ vestitũ nancisci nequeunt/ ab alijs valentibus adiuuent. Et hi sedere cõsueuerunt in publicis locis/ scꝫ plateis: vt clamoribus ⁊ visu hoĩes ad se traherẽt: quorũ humanitate in bonoꝝ largitione sustentent. Et iam ex publico fisco ꝑ decretũ sic afflictis nouimus esse ꝓuisum: ita vt multi fierent voluntarie sic miseri ⁊ noti: vt ex publico sũptu possent sustẽtari. Quamobrẽ cautiora facta sunt decreta: ꝙ miseria esset alenda/ nõ emenda. Et sunt q̃dam q̃ a quadã erubescẽtia detinent aut mentali supbia: q̃ huiuscemodi malis affecti ad publicũ venire deuitant. Et hi ciuitatũ morant in vicis. Et ex his peccatoꝝ trahẽtes imagines/ aliquos publicos nouim⁹ ⁊ priuatos. Occultos aliquos autumamus: quos ⁊ amator hoĩm de⁹ secũ querit ad cenã: scꝫ paupes in virtutib⁹. Nõ de illis paupibus dicit q̃ spũ paupes: ipsoꝝ ẽ regnũ celoꝝ: sed de his q̃ pauꝝ in bonis spũalibus habent; debiles ad cadẽdũ atq̧ ad diabolo resistendũ: cecos ad veritatẽ: claudos ad fidẽ. Mat. 5

Et hac missiõe ꝑfecta inquit iterũ seruus: Domine factũ est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi cito in vias et sepes/ et cõpelle intrare: vt impleatur domus mea. Adhuc loc⁹ est: q2 nondũ cõplet⁹ est numer⁹ electoꝝ. Et mã gna est dom⁹ dñi: ⁊ ingẽs loc⁹ possessiõis eius. Baruch 3

bunt: vt pena eū acerbius afficiat q̄ sceleratius
cōprehendif deliquisse: illū vero cōfodiat pena
mitior qui nō tam deliquit aduersaria volūtate.
Nā in celo differentia est stellarū: ꝛ in gloria be
atoꝝ sicut merita ꝓpria exegerūt. Sic ꝛ in infer
no inequaf pena: sicut inequalitas in culpa fue
rit iudicata. Qm̄ oi cui multū datum est
multū queretur ab eo. Unusq̄sq̄ cōsyde
ret/quid/quantū/qualeq̄/ad q̄d ꝛ a quo accepit.
Secūdū hec em̄ consyderata vel nō cōspecta/
vnusquisq̄ ab oīm datore tpe iudicij examē acci
piet. Et qui potior fuit i datis acceptisq̄ donis
ab eo iuste opis plus queref: et minus ab eo qui
nec inuētus est plus ꝑhabere. Et cui cōmen
dauerūt multū/plus querent ab eo.
Fit obligatio i datis ꝛ acceptis potior atq̄ mi
nor ꝯm quantitatē donoꝝ: vt qui minus accepit
in exigenda ratione leuius ab exactoribꝰ exiga-
tur: qui ṽo plus/ampliꝰ apponet ad corbonam.
Prouidos om̄es in hoc voluit esse apl'us. Nos 1.Corin.2.
non spiritū huius mūdi accepimus/sed spiritū
q̄ a deo est: vt sciamus q̄ a deo donata sunt no-
bis. Qui dei dona cognouit/ꝑnouit fiendā exa
ctionē: ꝛ ad reddendā rationē se vigilē fecit: lan
ce mētis ꝑscrutinās quantū ab eo a iusto exacto
re fuerit exigendū: vt anteq̄ exigaf/prepararet q̄d
reddendū est qui neminē ꝑ calumniā inuoluit: a
nullo plus debito exigit: ab aliquo nec petit plꝰ
q̄ dedit: vltra facultatē reddere non compellit.
Et in hoc quidē cunctoꝝ culpa dānabilior extat
non in eo quod ꝑ fragilitatem deliquit: qm̄ ipse
cognouit figmentū nostrū: sed in eo ꝙ q̄s iuxta
datū ꝛ acceptū datori penitus nō rependit: qui
sua vtilitate nil exigit: semꝑ eodē modo existēs
summū bonū/non alio bono bonū nisi a seipso/
de seipso ꝛ per ipsum: in nulla depēdentia factꝰ
nostris dūtaxat vtilitatibus ꝓuidet/dū exigit a
nobis: sed nō rependētibus ve vtiq̄ nobis.

De parabola aduersarij in via ad diuinū verbū ad habēdā concordiā secūdū mattheū et lucā. Ca. XXXI

VIdēs deus humanā naturā a summis bonis auersam et ad una bona puersā: in quib9 delusa/delectata plus debito felicē se credebat: si hax infimarū rerū copiam habuisset: et qm̄ semp erat in via tēdens in alias regiones/aut terrā/aut lucidā: ad quas p portā mortis est ordinatus ingressus: cū ab isto mundo necessario celebraf egressus: vbi verax et infallibilis ɔstitut9 est iudex: ante quē oēs cogenf de oībus put gesserūt/reddere rationē: qui decipi nequit: a quo tergiuersari nō potest: qui nemini tūc parcit: neminē nisi iuste damnat: nullū nisi ex misericordia saluat: proinde ad declinandū illarū culpabilē delectationē/aduersariū cōstituit aduersantē animalitatib9 hoīm: dissuadentē que sensus appetit/suadētē oīno que refugit: vt qz nō pōt deuitari iudiciū/saltem supplicium deuitef. Inquit em̄:

Mat. 5. Luce. 12. [Esto cōsentiēs aduersario tuo cito dū es in via cū eo: ne forte tradat te aduersari9 iudici: et iudex tradat te ministro/et in carcerē mittaris. Amē dico tibi nō exies inde donec reddas nouissimū quadrātem.]

2. Corin. 1. Benedictus deus et pater dñi nostri iesu christi: pr̄ misericordiax/etiā paf et creator oīm qui nō appetit delinquentiū filiox penā: nolens in hoīb9 inuenire multabile: pmiabile poti9 in illis inquirēs: lites et ɔtrouersias sedari vult antē ad iudiciū veniaf: vbi duntaxat p iusticiā erit examē: vbi misericordia depulsa tacebit. Unde dicit: Esto cōsentiēs aduersario tuo. Quis hic aduersarius cui ɔsentire iubemur in via? Est ne

1. Pet. 5. aduersarius noster diabolus: qui tanq̄ leo rugiens circuit querēs quē deuoret? Cū isto null9 cōsensus.

2. Cor. 6. Qm̄ si christi sumus: nulla cōuentio christi ad belial. An hō aduersarius querens aduersus hoīez aliquid habēs: cui ante oblationē nostrā recōciliari oporteat? Huc sensum litera importare videf: si eā ad pcedētia coaptam9. Sed

Mat. 5. satis differtū videf in recōciliatiōe fienda priusq̄ mun9 offeraf. Qm si reconciliat9 est/aduersarius penitus nō est. Si vero recōciliatus nō est ex aīo pertinaci/nō reflexus ad recōciliatorē ex gratia: tn̄ reconciliator aduersus quē erat actio factus est liber: si omne quod in se tenebaf effecit. Nihil huic ampli9 cū aduersario cōtumace vel pteruo. Si vo ad maiorē expressionē pacis atq̄ cōcordie post iussum recōciliationis etiam cōsensionis factum est verbū: liquido sententia clareat: cum vna peramplius alteram manifestet. Sed preter hoc oīno mihi parabolicus sensus ad differendū occurrit: cum aduersarius homo aliū hominē non possit tradere iudici diuino: quis possit aduersantib9 causis sistere corā terreno. Ac p hoc ex ista similitudine qua subeūte causa trahit aduersari9 reum/nisi pacificātur in via/cito ad iudicē terrenum: sic verbū veritatis nisi omnino sibi ɔsenserimus/trahit ad diuinū. Aduersarius quidē est verbum veritatis oībus hominib9: quia omnis homo mēdax. Nulle inimicitie/aduersarie nulle maiores q̄ inter verū et falsum: q̄ inter veridicū hominez et mendacē. Omnis hō mendax: omne verbū christi verax. Uerbū veritatis mendaci hoī aduersaf. Inde

Ps. 115. oīs homo mendax: qr ei credidit qui in veritate

Joan. 8. nō stetit: qui mēdax est et pater eius. Inde mendax

Ps. 4. sicut scriptū est: Fili hoīm vsq̄quo graui corde: vt quid diligitis vanitatē et queritis mēdaciū? A mendacio mēdax dictus est hō. Inde homo mēdax cū se non tenuit ad veritatem: cuz sibi factus rebellis declinauit in aliam partem. Etiā inde mēdax cū falsitati adhesit. Inter veritatem et falsitatē porro nulla sunt media: in alteram istarū homo cogif cedere. Igitur mēdacium est/cū dicif quod non est: et quod nō est/dicitur oīno quod est: aut cū aliquid dicif nō sicut est: aut cuz creditur quod nunq̄ fuit/ nec est/nec erit: seu cū aliquid apparet et non existit. Ex his hō constitut9 est mendax: in his hō sepe diuoluitur: in his p suis voluntatibus obuersaf. Cui e regione sermo veritatis ɔtradicēdo ɔsurgit: expetens sibi non mendacio pstari ɔsensum: qr dicit quod est et quēadmodū est: credendū offert quod fuit/est et oīno erit: et nihil preter existētiā habet apparens. Dissertione multa in talibus opus esset. Ueritamē sit oīs homo viator/existens aduersario suo ɔsentiens. In eo siquidē sermo veritatis hominibus aduersari9 est: quia eos ab his que diligunt et inquirūt/auertit. Diligunt vanitatē et querunt mendacium. Omnia perfunctoria vana sunt. Hinc salomō dicit: Va

Eccle. 1. nitas vanitatum dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatū et omnia vanitas. Hinc aperte cōprehensum est/q etiā est ex vanitate mēdaciū. Uere in rebus trāsitorijs vanitas est: etiā mendaciū cui veritas aduersatur. Recōmemorat salomō ad veritatē conuersus/q in omnibus operibus ho

Eccle. 2. minū reperiat vanitatē. Dixi ergo in corde meo Uadā et affluam delicijs et fruar bonis: et vidi q hoc quoq̄ esset vanitas. Ecce in cogitationib9 vanitas: ecce similiter et mendaciū: si deliberatio cordis ad pfunctoria se conuertit. Cum vo ab hominib9 facta ɔspiciuntur: vanitas et mendaciū omnino nō desunt. Semp vanitas mendacium secū defert. Inquit autē: Cum me ɔuertissem ad vniuersa opa que fecerāt manus mee: et ad labores in quibus frustra sudauerā: vidi in oībus vanitatē et afflictionem animi/et nihil permanere sub sole. Ad mēdaciū omnino pertinet quod pmanere dicif/et nō pmanet: et quod inquiritur sub ratiōe optimi/ tamen inuenif in termino imperfecti subsistere. Quoniā aperte contra reprobos per esaiam dicif: qui posuerant mendaciū spem suam. Percussimus fedus cū morte

Esa. 28. et cum inferno fecimus pactum. Flagellū inundans cū transierit/non veniet super nos: qr posuimus mendaciū spem nostrā: et mendacio protecti sumus. Illi siquidē mendaciū spem ponūt qui in aliquo tēporali confidunt: et mortem vbi omni viuenti domus est constituta/conanf effu

gere. Illi mendacio proteguntur qui tēporali po
tentia fulti omnino permanere sic credūt. Sed
fit vt veniant in illā cognitionē qua omnia tem
poralia ꝓut existunt/appareant: et inde confun
dant vnde ꝯfidebant. Ac per hoc solerter inspi
ciendū est/ quō sermo veritatis nobis in rebus
huiuscemodi aduersatur. Et vt breuiter omnē
sermonē aduersarium clausulis duabus conclu
dam/dixerim: Omnis sermo placitas sensuum
impetuositates et irrationabiles motus animo
rum et obiecta seculi/suasiones diaboli quoquo
modo ꝓhibens/aduersarius est anime male con
cupiscēti et animalitati turpiter delectanti: necnō
et sermo suadens quod tener refugit sensus/aut
quod arduū in virtutib⁹ hꝫ aspectū/ sibi aduer
satur. Porro hoībus aduersarius factus est ser
mo veritatis/velut bifrons/bifaux/biceps/bi
linguis: vt gladi⁹ biceps: aut cū prohibet quod
appetimus: aut cū iubet et consulit quod sensua
liter deuitam⁹. Seorsum aūt ab isto bifario mo
do est quidā sermo veritatis aduersari⁹: qui nō
molestat appetitū/ neqꝫ sensum/ neqꝫ cū natura
hominū ad destruendū confligit: sed ipsam sup
greditur et intellectū/et rationē/ et vsum et ordinē
eius. Hinc quidē est sermo qui credere iubet ea
que super naturā et preter naturam/ nō tamē cō
tra naturā facta sunt/ fiunt/ fientqꝫ: quousqꝫ ad
pacata vel turbulēta regna sine fine veniat. Ad
uersari quidē dicitur/ quod nō est ſm se/magis
autē preter se. Nam quod intellectus nō capit
ratio ignorat/vsus caret/ nec ordo nature suis
regulis alligauit/eis videtur aduersum. In diti
ceo est aliquid ꝓhibēs et aliqd iubens: et in omī
lege moysaica. In psalmis et ꝓphetijs id idem
est reperire. Doctrina euāgelica prohibet dele
ctantia sensum: iubet et consulit que aduersa vi
dentur. Magnus autē euangelij glossator et to
tius sacre scripture sciarcha sermonē aduersa
Ro.13. rium ꝓhibendo depromit: Carnis curā ne fece
ritis in desyderijs. Et multa huiuscemodi et v
bēria plurima: que vite austeritatē habent. Que
omnia hoc testificantia per singula inducere in
maiori parte scriptura euacuaretur: vt etiā plu
rima volumina cuderent. Indagatim solertes
inueniēt ꝑ seipsis: ad denunciandū his ꝙ has
virtutes inquirunt. Sermones vero aduersarij
fidem viuificam suadentes eorū quorū nulla est
aperta per naturā traditio/ vtiqꝫ plurimi sunt.
Ex his omnib⁹ ortus est aduersarius sermo di
uinus: cui iubetur consentire viator. Viator est
oīs qui per mortē corporis nō est depulsus a vi
ta. Via seculum presens est: quod principiū ha
bet et finē. Via est hoīm vita: in qua dum homo
est/cito aduersario suo ꝯsentiat: concordiā iustā
faciens si homo est: omnino ſm ipsum se regu
lans/si sermo diuinus est. Ne forte aduersarius
Joan.5. tradat te iudici christo: videlicet cui pater omē
iudiciū dedit: et potestatē dedit ei iudiciū facere
Act.10. quia filius hoīs est. Et ipse cōstitutus est iudex
viuorum et mortuorum. Ex cōiunctione tm̄ est ista tra
ditio: cum homo reus a sermone veritatis ꝯuin
citur: cum quo neqꝫ cauendo ꝓhibita/ neqꝫ agē
do mādata/neqꝫ credendo credenda voluit ha
bere cōsensum. Iudex vero conuictum tradet mi
nistro/scꝫ tormentorum: qui detrudet in carcerem
vt nulla sit copia euadendi. Nec inde fiet egres
sus donec reddatur nouissimus quadrās. Qua
drans genus est monete/a quarta parte vncia
lis ponderis trahens originē. Quem nisi reus
carceri mancipatus reddiderit/de carcere non
exibit. Et cū reddere nunꝙ possit/fiet eternitas
tormētorum. Non em̄ carere poterit carcere. Ibi
nihil inueniet vnde possit quippiā promereri.
Aliorum merita nō subueniēt. Nemo aliorum me
rito liberabitur ab illa gente tartarea: neqꝫ ali
orum suffragio vitā consequetur eternā. Lucas
autē hanc eandē parabolā/si parabola dici de
beat/in aliquib⁹ suo loquendi genere variauit/
dicens: Cum aūt vadis cū aduersario Luce.12.
tuo/ad principē in via/da operā libe
rari ab illo. Omēs imus ad principē omniū
christū/ qui princeps est regum terre: qui prin Apoc.1.
ceps est pacis: super cuius humerū principatus Esa.9.
existit. Sed aduersarius noster penitus est no
biscū. Ita faciendū est/ vt ab ipso liberemur in
via. Sed que potest esse libertas a verbo diuino
nisi assentire sibi dū viuimus/ne in morte truci
exactori tradamur: qui detrudet in carcerē vbi
exactor semꝑ exiget: vbi exactus nunꝙ reddet:
Et exire inde non poterit quousqꝫ nouissi
mū minutū reddiderit actori. Hec em̄
restitutio impossibilis erit: vt in penis detentio
tota et eterna subsistat: vt nouissimus quadrās
et nouissimum minutū vltimitatē penarū insinu
ent: a quibus nulla possit esse libertas in illis ꝙ
ab aduersario in via liberari operam non dede
runt. Ad contumaces verbi dei et cognite veri
tatis factum est verbum istud de duratione pe
narū/ſm diuinū iudiciū: quod est ſm omnimo
dam veritatē. Proinde ad cōcordiam absqꝫ di
latione cum tam vtili aduersario veniamus dū
sumus in via: quoniā post hanc vitam spacium
penitentie non cōceditur: locus emende nō in
uenitur: retributionis dūtaxat protinus tēpus
erit/et locus gaudij vel meroris. Sunt ꝙplures
alie similitudines atqꝫ parabole in euangelio:
que ita sunt cōnexe cū sententijs precedentibus
atqꝫ sequētibus: et sicut virtus verborum precedē
tium in ipsas cōiunctim infundit/sic ipsarū sen
tentia in verba subsequētia deriuatur: vt nō po
tuissent singillatim decenti assertione tractari:
sed cōiunctim cū ceteris sententijs/que ꝓcedūt
siue sequitur/sunt disserte.

¶ De parabola infructuose arboris contra eos qui iuxta datam virtutē desinunt operari: Secundū Lucam Capitulum XXXII

Omnis creatura quandā exprimit tri
nitatē ad insinuationē trinitatis crea
tricis et increate: scꝫ quia est/quia sic est
quia ad aliquid est. Hic pater et fili⁹ et spiritus
sanctus. Hic fides spes et charitas. Sed in eo

ꝙ ad aliquid est/exquirit actio sm insitaꝫ a deo
virtutem: vt a celo disponens hec inferiora mo
tus: non tamē voluntarios hoim mores. A stel
lis lumen ⁊ ea que sunt earū. Ab elemētis data
ꝓprietas. A carentib⁹ vegetatiōe aptitudo que
dam. Ab arborib⁹ ⁊ plantis fructus sm inherē
tem a natura virtutē. Ab animalib⁹ id ad quod
facta sunt. Ab angelis administratio sine labo
re diuine iussionis ⁊ placiti. Ab homine fruct⁹
originalis iusticie atq; legis scripte in corde: si
militer ⁊ moysaice tpe suo: necnō ⁊ euangelice
in his qui crediderūt. Et ceteris creaturis red
dentibus sue ꝓprietatis officia/post reprobos
spiritus fructū reddere soluꝫ neglexit humana
natura: vt in triplici iusticia oīno deliquerit nō
reddens debitū fructū. Et q̄uis in paucis red
diderit/in pluribus inueniť obnoxia. Sed infal
libilis est ordo diuine iusticie: cui aut cuꝫ exigit
reddiť: aut multat seuiter cōtumacem. Hinc ad
animādum ⁊ terrendū hoīes parabolā posuit/
Luce.13. dicens: Arborē fici habebat quidā plā
tatam in vinea sua. Et venit querēs
fructū in illa/et nō inuenit. Dixit aūt
ad cultorē vinee: Ecce tres anni sunt
ex quo venio querēs fructū in ficul
nea hac/et nō iuenio. Succide ergo
illā. Ut quid etiaꝫ terrā occupat? At
ille respōdens/dixit illi: Dñe dimitte
illaꝫ et hoc anno vsq; dū fodio circa
illā et mittā stercora. Et siquidē fece
rit fructū: sin aūt/in futurū succides
eā. Ad synagogā obijcitur parabolicū verbū:
huiuscemodi em̄ erat. Sed sentētia inclusa etiā
plura includit: cōtumaciā videlicet totius hūa
ne nature: necnō ⁊ ecclesie in his qui vota diui
na nō reddunt: necnō ⁊ singulariter diuerberat
singulares. Pretermittam⁹ multa sensum ver
borū omnimode perstringētes. Creator omniū
deus est ille quidā qui habet arborē fici planta
tam inter vites. Nam vinea in hoc mūdo plan
tata vniuersalis est iusticia: i qua vites sunt plu
rime fructū iusticie porrigētes: de quib⁹ in hac
parabola nulla ē querela. Inter quas etiā erat
arbor fici plantata. Mos em̄ agriculture hoc
habet/vt arbor fici plantetur aliquādo inter vi
tes: que inter oēs arbores fructū videtur pro
ducere dulciorem. Hec supergrediť vites altitu
dine ex industria cultoris: que vites in vinea ꝑ
ut natura infunderet/non permittit ascendere:
que omnē arborē supergrederenť/ si cui innite
rentur haberent. Arbor ista illos insinuat: qui
statum altiorez in ecclesia gerunt: qui fructū ad
quod ordinati sunt/non referunt: quoꝝ omnino
est damnanda sterilitas: ⁊ eo amplius quo fru
Hiere.5. ctificare vberius possent. Et dominus ꝑ hiere
miam prophetā conqueriť: ꝙ peiores inuenerit
optimates populi q̄ vulgares: ⁊ illos q̄ videbā
tur legē scire/q̄ eos qui videbanť ignorare. Si
vero genus omne humanū sub arbore ista col
ligimus: facilior est dissertio. In quo ex tribus
annis creator ipsius veniēs fructum debitū nō
inuenit: in anno ꝑmitiue iusticie: i secūdo legis
dictee: in tertio quo gratia diuine incarnatio
nis effulsit. Fructus quesitus non ad querentē
pertinet/sed ad ꝓferentē. Bonoꝝ nostrorū ete Ps.15.
nim non indiget. Est quidē fructus quē: deus
querit ab homine/ id bonū opus quod ex virtu
te nature/donoq; gratie sub decreto legis/ aut
occulte ostensionis ipse potest efficere: quo nō
reddito/velut res impertinēs humana penitus
arbor eradicanda est. Hinc per salomonē dici
tur: Quodcūq; manus tua potest facere/ instan Eccle.9.
ter operare: q2 nec opus/nec ratio/nec scientia/
nec sapientia erunt apud inferos: quo tu ꝓpe
ras. Potest omnis adultus cōditā naturā sequi
⁊ sm illam agere. Potest refrenare corruptam
eiusq; opera declinare: non virtute propria/sed
diuina. Potest dare gratie cooperari: aliter au
tem sine causa dareť. Potest viuere sub decre
to legis: alias homo delinquens excusareť. Si
vero mente incapax/adhuc ipotens corpore ab
hac vita discesserit: si alioruꝫ fides illum obtulit
sacramētis: in illa saluabitur. Si vero fides alie
na sibi non subuenit aut ꝓpria: excludetur a bo
nis illis: includēdus in malis vbi originalis cul
pa promeruit/ aut propria iniquitas acquisiuit.
Propterea omnib⁹ dicitur: Quodcūq; potest
manus tua facere/instanter operare. Periculo
sa est in omnibus operib⁹ mora. Preterit enim
semꝑ irreuocabile tēpus: et ad inferos sine ope
ribus iusticie ꝓperamus: vbi ratio/sciētia ⁊ sa
pientia remediū afferre non possunt. Necnō et
per ꝓphetā fructus quē dñs ab humana arbo
re querit/edicitur. Indicabo tibi o homo/quid Michee.6.
sit bonuꝫ ⁊ quid dñs requirat a te. Utiq; facere
iudiciū/⁊ diligere misericordiā: et sollicitū am
bulare corā deo tuo. In se ⁊ ad se intorsisse iudi
ciū est euasisse diuinū: quo steriles arbores suc
ciduntur. Inquit em̄ apostolus: Si nosmetipsos 1.Corin.11.
iudicaremus/nō vtiq; iudicaremur. Optimus
fruct⁹ est iusticie/ se iudicasse de malis: ⁊ se a cri
minib⁹ auertisse: atq; i se punire penaliter quod
deliquit suauiter/ fructū ꝓtendit in altū. Mise
ricordia deriuať in ꝓximos: quā qui perfecit/est
etiā ipse misericordiā ꝯsecut⁹. Sic saluator ait:
Beati misericordes: q̄m ipsi misericordiā cōse Mat.5.
quenť. Et alibi ꝯtraria ⁊ seuera est expssa sentē
tia: Iudiciū sine misericordia fiet ei/q̄ non facit Jacobi.2.
misericordiā. Exquiriť fructus misericordie ab
eo q̄ vult oīb⁹ misereri/q̄ velut fenus excrescit:
Nā qui facit misericordiā/fenorať ꝓximo suo. Eccl.29.
Sollicite ambulare corā dño i id referť quo im
pretermissa cautela turpia ⁊ iniqua declināturꝫ
ne dei offendať aspect⁹: ⁊ cū oī prudētia ꝓpul
sa pigricia placita dei fiunt: ⁊ itur de virtute in
virtutē: ⁊ fructificať in opꝫbus bonis: sicut dicit
apls: In omni opꝫe bono fructificātes. Hanc si Colo.1.
quidē sollicitudinē ambulādi corā dño/que hꝫ
annexā cautelā atq; prudentiā/ad ephesios pau
lus expressit. Uidete itaq; quō caute ambuletis Ephe.5.
non quasi insipientes/sed vt sapientes: redimē
tes tempus/quoniā dies mali sunt. Et ad Thes

i.Thessa.4 salonicenses etiam ait: Rogamus vos et obse cramus in domino Jesu: vt quemadmodũ acce pistis a nobis/quomodo vos oporteat ambu lare et placere deo: sic ⁊ ambuletis vt abunde tis magis. Sic eñ sollicite ambulandũ est corã domino: vt in virtutib⁹ semp amplior sit pfectus: et abũdantia latior/et fructus vberior. Necnon et ad Galatas similiter ista cõmemo
Gala.5. rat: Spiritu ambulate: et desyderia carnis nõ
Gala.6. perficietis. Et alibi: Si spiritu viuimus/ spiritu ⁊ ambulemus. Hec porro est sollicitudo ad ambulandũ placite corã domio: que inter fructu quos dñs exquirit a rationali arbore/numeratur. Satagũt igitur arbores rationales fructũ expetitũ a dño reddere/qm eas i hac vita plã
Prouer.vl. tauit: qm̃ de fructu oris sui vnusquisqȝ replebitur bonis: ⁊ iuxta opera manuũ suarũ retribuetur ei. Et sub metaphora mulieris fortis ad to
Ibidem tam ecclesiam/et ad omnẽ animã dicitur: Date ei de fructu manuum suarũ: et laudent eam in portis opera eius. Ecce ꝙ alia nõ datur retributio: aliorum bona in meritum glorie nemini accedunt: sed vnicuiqȝ datur de fructu manuum suarum. Et qui non laudatur ex proprijs/ex alienis sordescit. Quod beatus est qui fructũ quesitũ a dño exhibet/ psalmista decla
Psal.1. rat: Beatus vir qui nõ abijt in cõsilio impiorũ: ⁊ in via peccatorũ non stetit: et in cathedra pestilentie nõ sedit. Sed in lege dñi voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanꝙ lignũ quod plantatũ est secus decursus aquarũ: quod fructũ suũ dabit i tpe suo Tria deuitãda/duo faciẽda denunciat: vt ex arbore humana fructus obueniat. Praua nõ inferre consilia: nec puersis consultorib⁹ sociari: nec fecisse iuxta puersa: in via malorũ non stetisse: dispositio est ad bonũ/etiã post delictum. Et cũ semper sit ad malũ prona mortalis infirmitas: cũ ceciderit/statim adijciat vt resurgat. Et cito redeundũ ẽ a pctis. Nõ dogmatizasse ſm praua q̃ sentit/tẽperantiã sanctã habet: qm̃ sepe plures inficit dogma puersũ ꝙ actio nequã. Volũtas hois in lege dei est/pfecisse volũtatẽ dei: et illã meditari die/erudit in psperis: meditari nocte/solidat animã in aduersis. Jugis debet esse meditatio legis dei: cũ die ac nocte in illã defixisse aspectũ beatitudinẽ habeat. Meditatio legis dei assidua inuenit certissime q̃d vitãdũ/q̃d agendũ hoib⁹ ppositũ est: ⁊ qm̃ oim est honestissima/ sua pulchritudine ad se hoies trahit. Inuenit etiã in lege dei occulta meditatio ei⁹/q̃d p iusticiã debet reprobis: q̃d p misericordiã pmittatur electis. Necnõ ⁊ animus sedulo illa meditãs/ reperit infirmitatem eius qua in phibita decidit: ⁊ ad ei⁹ iusticiã nõ resurgit: quã implere satagẽs ppter pulchritudinẽ eius/⁊ ppter premiũ ipsi⁹ gratiaȝ postulat: qua possit deuenire in fructũ: ⁊ ex hoc est tã ꝙ arbor plãtata sec⁹ aquas/dãs fructũ i exigentia tpis. Sic hõ iste factus est sentiens iuxta se dei gratiã decurrentẽ: cui⁹ virtute fructũ quesitũ dño querẽti ministrat. Sed si arbor euanescit in fructib⁹: cui⁹ natura existit fruct⁹ educere: frustra pmittitur supra terrã in occupatiõe ipsius: maxime si est in vinea: cũ vitib⁹ subiacẽtibus noceat: ne calore solis vue pficiant. Illã abscindere agriculture ratio exigit: si sterilis existẽs/⁊ alijs cã sterilitatis aut icõmoditatis existit. Sepe factũ repimus: vt vnus hõ in bonis operib⁹ sterilis: in alios aut impedimẽti aut exempli mali damna trãsfundat. Ait dñs: Succide eã: Ut quid etiã terrã occupat? Ex rigore iusticie sentẽtia succisionis egredit p eo ꝙ ad aliq̃d oia facta sũt. Sed si ab arbore fici terra steriliter occupat: succisioni obnoxia subiaceat. Cũ nihil in terra de⁹ fecerit sine cã: frustra viuit q̃ sibi ordinẽ positũ pretermittit. Quid arbor i agro vel horto: si id quod est sue nature nõ reddit? Nulla causatio aduersus sylnestres arbores/si dulcẽ fructũ nõ exhibẽt: non eñ eis natura suadet. Aduersus fici arborẽ est querela: cõpetebat eñ ei huiuscemodi fructuȝ reddere. Nõ eñ exigit deus a rebus a se creatis/quod in earũ natura nõ posuit: sed credita eius est exactio: als iniustus haberet exactor. Humana igitur videat arbor/q̃d sibi creditũ ẽ ex natura/quid ex gratia: ⁊ quantũ sua valitudo pdita: et in his dũtaxat se agnoscat obnoxiam exactori. Reddat quod ab ea exigit: ad impossibilia nõ cogitur: p iniusticiã nõ grauatur. In ea ſm iura diuina decernitur: ſm que cõtẽnẽs paratur ad rhompheã. Qm̃ frustra viuit q̃ nequiter viuit: et mori melius ꝙ perperã agere Ut quid igitur homo sterilis viuit? Amplius ⁊ male operãs cur existit? Cur terrã ⁊ loca terraȝ occupat: q̃ debita nature atqȝ grẽ nõ psoluit? Fructũ penitẽtie saluator ex ista parabola inquirebat: cũ ipsã his q̃ mortẽ galileoȝ occisorũ a pylato ⁊ a casu turris nunciauerãt/ptulisset: adijciẽs: si nõ penitẽtiã egeritis/ oẽs simul peribitis. Et ilico parabolã subdidit. Sȝ cultor vinee p arbore intercedit: vt ꝙuis digna sit succisione: tñ cultoris intercessione seruet: eo pacto ꝙ arte natura iuuat. Hinc aũt ille rñdẽs/ dixit illi: [Domine dimitte illã et hoc anno: vsqȝ dũ fodiã circa illã/⁊ mittã stercora: et si quidẽ fecerit fructũ: sin aũt/i futurũ succides illã.] Cultor vinee christus homo est: q̃ suã colit ecclesiã: apud patrẽ p sterilib⁹ intercedẽs: ne post delictũ subito tollãtur a vita: ne sit omĩno desperãda correctio: qm̃ si mox post delictũ eradicãs a vita multatio seq̄retur: paucorũ eẽt saluatio: ⁊ de correctiõe nullus sermo texẽdus: ⁊ desperatio in delinquẽtib⁹ adderet: quoȝ qm̃ ꝙplurimi tolerati ad tẽpus/ad iusticiam reuertunt. Hinc Petrus dicit: Nõ tardat deus promissionẽ suã/sicut quidã existimãt: sed patiẽter agit propter vos: nolẽs aliquos perire: sed oẽs ad penitentiã reuerti. Promittit optimus cultor circa arborẽ fossionẽ: terrere scilicet delinquentẽ per verba doctorũ donec cõpungatur: similit ⁊ sterc⁹ apponere vilitatis/ peccati atqȝ

penarũ dare noticiã. Quod si ex huiusmodi adhibitis arbor nõ fructificat sterilitate deposita: ferrũ diuine iusticie illã succidẽs adueniat. Terror ex hoc omnibus factus est. Nã si nõ fructificãs iusticie/atq; nõ faciens fructus dignos penitẽtie/iuste succidif: iniquitati deseruiẽs quibus penis multabif? Confirmat eñ hoc ad aliud dicta quedã magis acerba Petri sententia

1. Pe. 4. Et si iustus quidẽ vix saluabif: impius & peccator vbi parebunt?

Epilogus quidã de parabolis tribus proxime supradictis. Capitulum XXXIII

Volẽs saluator noster ppt sui secũdi aduentus incertitudinẽ seruos suos esse paratos: aduersus imparatos simpliciter docẽs & terrens: et parabolice suo mõ disseruit: Dis seru⁹ qui aliqđ agere cõmissũ accepit: si malus est/in absentia dñi segniter operaf. Et morã facere dñm i corde causaf: vt pcepte malicie opus adijciat: sibi neqter impunitatẽ pmittẽs si tardauerit dñs. Est et alioꝝ malorũ seruorũ puersitas: que bigtite cõmittitur. Ut aliquis domini volũtatẽ nolit intelligere: ne quod intellexerit teneaf implere: sciẽs verã

Lu. 12 & infallibilẽ esse sententiã: Quia seru⁹ sciẽs voluntatẽ dñi & nõ faciẽs/plagis vapulabit multis. Et seruus nesciẽs voluntatẽ dñi sui/neq; pficiens/plagis vapulabit paucis. Sed scientes & nescientẽ sequitur vapulatio ꝓm trutinã diuine iusticie. Est et alius malus seruus: qui cõseruis & ancillis infert iniuriã/ dñm i absentia nõ veritus. Et participiũ habet cũ cõsimilib⁹ malis: cũ eis in abusum deducẽs domini sui bona: q in familia dñi dei nostri taliũ seruorũ reprobã consistentiã adesse certissimũ est. Sed certissim⁹ erit improuisus aduẽtus/certissimã punitionẽ faciẽs nõ premissus. Jdeo paterno affectu diligens quos cõdidit & redemit/venire se improuise minatur: ne cogatur ex iusticia ineuitabili percutere/quos monet ante cauere. Ferire penitus volens ex iusticia sine odio/cautelam non predicat: sed velut immobile signũ expositum ad sagittã/querit ineuitabiliter quem transfigat. Cautũ ergo fiat omnibus in domini seruitio recensitis q veniet: sed certissime cũ nõ speramus adueniet. Et si vltima omniũ dies atq; cõmunis a remotis conspicif: vniuscuiusq; finalis multis in insidijs/ multis vero in ianuis est. Sed nemo aduersus dñm moueaf/q; re omẽs huiusmodi nescientie voluerit subiacere: vtilius forte arbitrans si scientia largiretur: in multis que ad hanc vtilitatẽ excogitari pñt/iaciens fundamentũ. Magis aũt talis arbitratio peccatũ grauat: qz dñm tanq defectu ꝯse agentẽ nostrã salutẽ accusat: quia nihil ad ipsam expediens in aliquo retardauit: seipsum aũt nobis in omnibus dedit atq; pmisit: quod illius scientie maioris est muneris. Quã sciẽtiã

Act. 1. tanq nõ vtilẽ: vt in actibus apostoloꝝ legitur: ipsis petẽtib⁹ denegauit. Scire nãq; futura nõ est virt⁹: quis signũ possit esse virtutis: se autẽ ad futura vita & morib⁹ & animo preparare/plenã dico esse virtutẽ. Maiori vero sũ cõtẽplatus intuitu periculũ magnũ generi humano adesse/si talem ignorantiã in scientiaz couertisset. Nam homines nõ conuersi: & si qui fuerunt iã facti auersi: vsq; ad vltimũ fere terminũ mundi huius amenitatibus delectati atq; illecti: redire ad dominũ distulissent. Et ex eo firmaf ista sententia quod experientia docet: Nã si finis pximi atq; remoti hui⁹/& omniũ ignorãtia homines a mũdi amenitate nõ eximit: certũ q scientia nõ eximeret: potius temporis faceret partitores/si haberef tẽporis certa mẽsura: vt partẽ pmã floride iuuẽtutis pulchriorẽ atq; maiorẽ diuinis laborib⁹ aptã/magis acceptã oĩm cõditori/cũ mũdo abusiue in dulcedine vana consumerẽt: & reliquã & minorẽ senilẽ et grauescentẽ ineptã studijs alte vite/velut putridã fecem in amter claro vino consumpto dño reseruarent

Jgif imparatũ et malũ seruũ/qui dñi nõ cogitabat aduentũ/sententia iusticie diuidet dñs a paratis: & partẽ eius ponet cũ hypocritis: cũ quibus similẽ vitã habuit. Et mancipabit eternis fletibus/qui p peccato flere noluit: et stridoribus dentiũ/cum quibus male comedit et risit Mat. 24.

Peramplius aũt suos cautos facere volens/et improbare aduersos: decem virginũ adiecit parabolã: quinq; prudentiũ pertinentiũ ad paratos/& quinq; fatuarũ signantiũ multitudinem oĩm imparatorũ: qui delectati sensuũ qnq; obiectis/forinsecus in corpali lumine puagãtes: nõ accipiũt vasa plena: patulũ cor ad deum nõ habẽt: nec se ꝯstituũt vasa charismatib⁹ replenda diuĩs: nec oleũ misericordie iterne leticie fomentum luminis/ in seipsis velut in vasis domini ponunt: nec lampadem faciunt in seipsis lumen infallibilis veritatis sursum ferentis & dirigẽtis habẽtẽ: sed ad portã diuine iusticie audiẽt vocẽ diuine sentẽtie: Amẽ dico vobis nescio vos. Quid est/nescio vos? Quid est quod nesciat q oĩa creat? Quid est quod nesciat q oĩa fecit? Quid ẽ quod ignoret/qui oĩa nouit anteq fierẽt: nec aliter nouit facta q fiẽda? Jnuariabilis eñ est sciẽtia ei⁹. Sed nescio vos nõ approbo vos: Nescio vos: reprobo vos. Ut qui me nõ pbastis: nec ad me vigilastis in cordibus ac morib⁹ vestris: reprobo vos i ianuis meis. Et seruũ nõ operantẽ cũ accepto talẽto/ iustissime cõdẽnauit. Quotquot etatẽ capacem vitij & virtutis attingimus/talentũ accepimus rationis: sup quã fundaf liberũ arbitriũ volũtatis: cũ quo demereri possum⁹ & mereri. Sed pleriq; donũ acceptum a deo abscondunt: qui publicũ ex actibus virtutũ nõ faciũt/ quod ratione intrinseca cognouerũt. Sed vbi absconduntur? Jn terra. Quõ in terra? Fodit. Bonũ ẽ id quod absconditur: quia donũ quod diuina largitur bonitas. Malum: qz nulla in abscõsione vtilitas. Ecclesiastic⁹ dicit: Sapiẽtia abscõdita & thesaur⁹ abscõdit⁹/ que vtilitas in vtris

[Right margin notes: Ibidem. (beside "improbare aduersos: decem virginũ adiecit parabolã"); Ibidem (beside "iustissime cõdẽnauit"); Eccl. 20 (beside "Ecclesiastic⁹ dicit")]

q;? Malũ vbi abscondunt: quia in terra. Ter-
ra maledictionẽ accepit in operibus peccato-
ris. Malũ modus quo abscondũt: q₂ fodiunt.
Fodiens enĩ laborat. In laboribus fossionis
est mali autor/ ⁊ nouitatis inuentor. Sed ad pre
libata extensius reuertamur. Bonũ abscondi-
tur. Quod bonum? Quod placere potest deo:
quo mereri nobis aliquid supra datũ possim⁹/
vt bonum mereatur amplius bonũ. Quod bo-
nũ? Quod nouit esse autorem. Quod bonum?
Quod non discrepat a cõsimili. Quod bonũ?
Quod cõsonat vniuerso. Quod bonũ? Quod
destrui ex toto ipse autor non sinit. Quod bo-
nũ? Quod non habet ex natura contrarium.
Quod bonũ? Naturale ingeniũ. Quod bonũ?
Rationis donũ. Quod bonũ? Libere volun-
tatis arbitriũ. Quod bonũ? Esse in contentu.
Quod bonũ? Morale quadripertitũ. Hec oĩa
et similia ex radicibus nature fecit atq₃ dedit
cõsurgere/ qui naturã fecit ⁊ dona. Et hec oĩa
talentũ vnũ perficiunt: quod summũ põdus de
signat. Quod si ad hoc pondus adderẽ gratiã
christianã: quasi arena maris grauior appare-
ret. Vide igitur talentũ cõcessum: vide donuʒ
acceptũ: vide pondus supremũ: vide bonuʒ ex
multis bonis conflatũ. Sed vide bonũ abscõ-
ditũ. Sed hoc damnabile malũ ꝙ dei abscon-
dunt donũ. Operemur cũ donis acceptis: ⁊ ad
sibi ꝯuenientes vnũquodq₃ ordinemus: nec sũt so-
pite virtutes: quas natura voluit palã fieri: ⁊ ipse
oĩm largitor bonorũ ad hoc dederit vt ordia-
rent ad opus relatũ ad largitorem: ⁊ redimere
mus nos ab his quib⁹ nos tradiderat ꝑmoge-
nita mors: ⁊ releuarem⁹ ab imitãtib⁹ in quas de-
iecerat nouerca natura: ⁊ ipsis cõpilatis ad fi-
nem ordinatis/ velut exules reuocaremur ĩ pa
triã. Vituperat ecclesiasticus abscõdita bona/
Eccl. 30 dicens: Bona abscondita in ore clauso/ quasi
appositiones epularũ circũposite sepulchro.
Ut ista similitudo altius deducat/ sensus a lit
tera recõuertit. Mortuus aũt cadauer ĩ sepul
chro existẽs/ comestibiles appositiões nõ come
dit neq₃ sentit. Ita velut cadauer in sepulchro
fetide iacens reputãdus est: qui talẽta dñi ap-
posita/ ⁊ varia dona dei nõ mancipat inuisibili
aut visibili opi ad largiẽtis honorẽ ꝓpriãq₃ sa-
Prouer. 11 lutẽ/ ⁊ ad edificationẽ ꝓximi. Et maledict⁹ q̃ ab
scõdit frumẽta ĩ ꝓplis: sapiẽtia clamat: vt eter
nis subiaceat penis/ q̃ dona dei abscõdit a ꝓxi-
mis. Et multabit taliõe pigrorũ abscõsor ope-
Prouer. 19. rũ. Abscõdit piger man⁹ suas sub ascella sua: ⁊
laborat si ad os suũ eas cõuertit. Quid ergo ꝑ
manus nisi potẽtia ⁊ act⁹? Quid abscõsio sub
ascella/ nisi sub modico calore occulte delecta-
tiones detineri? Quid ꝙ nõ applicat ad os/ ni-
si ꝙ taliter non agit vt debito modo fiat? Sed
malũ est locus vbi abscondit: quia terra. Terra
cibus est serpentis: terra grauis est: terra ter-
renos facit. Ve igitur qui terrenis rebus diui-
nũ abscondit talentũ: quod ideo datuʒ erat/ vt
vt cũ illo mercaret regnũ eternũ. Reprobus ĩ
mercator qui aurũ in ferrum/ argentũ in plum
bũ/ margaritas in lapides luteos equali quan
titate cõmutat. Nulla tam grandis sufficit pe
na ei/ qui dona inuisibilia pro visibilib⁹/ incor-
ruptibilia ꝓ corruptibilibus tradidit in cõmer
ciũ. Absconsionis autẽ mod⁹ culpã magis ag-
grauat/ si quis recte consyderat. Primo fodit:
deinde abscondit. Fodere laborẽ insinuat: quẽ
ferre malus villicus recusabat/ dicens intra se:
Fodere nõ valeo. Quis autẽ infructuosior la- Lu. 16
bor/ ꝙ de quo vite priuatio carpit? Quis peri-
culosior ꝙ quẽ nulla sequitur requies? Quis in
utilior ꝙ cui stipendiũ mortis offertur? O ma
le fodiens velut equus vngula terrã. O qui co
naris in vetitũ propulsa virtute. O qui super-
na dona terra ima defodis. O q̃ adinuentis vn
de mittaris in antrũ: fodis vt abscõdas arte at
q₃ violentia facis. Ve igitur qui conant in ma
lum. Ve qui adinuentiões perficiunt in pecca-
catis. Visitabo vos dicit dñs in adinuẽtionib⁹
vestris. Malum est maluʒ facere: sed peius est
cum labore: sicut propheta exaggerando lo-
quitur: Ut inique agerẽt laborauerunt. Ma- Hiere. 9.
lũ est quod deo non placet: sed grauius peccat q̃
adinuenit quod sibi maxime displicet: q₂ ibunt
ꝑ damnationẽ in adinuẽtiõib⁹ suis. An ideo fo
dit: q₂ male credebat facere inuisus? Sed ocu-
li dñi in omĩ loco contẽplãtur bonos ⁊ malos
⁊ nec est q̃ se abscondit a calore iusticie ei⁹. Et
si nostra substãtia occultaretur in inferiorib⁹
terre: a dei oculo nõ esset effugiũ. An fodit vt ĩ
profundũ malorũ descenderet? An fodit vt plã
taret aut propaginaret plantatũ? Ad q̃d fodit?
Ad nihil vtile fodit. Sed ad finem peruersũ fo
dit: et foueam fecit vt absconderet. Quid? Pe-
cuniã domini sui: non partẽ/ sed totum talentũ
quod acceperat: vt nihil remaneret ad vsum/
quod totũ ad fructũ fuerat erogatuʒ. Ecce la
bor ĩ dãno: ecce operis ꝑditio certa: ecce fatiga-
tio vt deueniatur in penã: sic dei vltione agit/
ꝙ peccator incidit in foueã quam fecit. Et ali- Psal. 7.
bi: Foderunt ante faciẽ meã foueã: et incide- Psal. 56.
runt in eam. Dixerat olim Job: Traxerũt ĩ bo Job. 21.
nis dies suos: et in puncto ad inferna descẽde
runt. Ego contrariũ dico: Trahunt et ducunt
peragunt et faciunt in laboribus/ sudoribus ⁊
anxietatibus dies suos: et in puncto/ imo ĩ tp̄is
momento paruissimo ad gehennalia loca mer
guntur. Qui fodit/ corpus rectum incuruat: et
terrã percutit sarculo duriori: et amplo ligone
sursum terrã trahit ab infimis. Fouea vero fa
cta funditus iactato talento/ terram in infimis
vt abscõdat/ iterũ recõuertit. Nõne hoc labor
⁊ afflictio spũs? Ecce cecatas hoim mentes: q̃
labores/ quietes/ amaritudines/ dulcedines/ punctio
nes/ vnctiões appellãt. Ad peragendũ malũ ꝙ
bonũ amari⁹ desudat: ⁊ toleratũ ex tp̄e malũ ꝑ-
parat ad eternũ. Que ꝯuersio ad labores a la-
borib⁹ ꝓgere? Accedere ad quietez expediebat
poti⁹ laborãti. Verũtñ si ꝓ deo/ nõ ꝓ mũdo aut
carne fuissẽt tolerati labores: nõ labor/ sʒ cã que-

tem adijcit vel laborē. Quid ergo est fodere/ nisi preter domini voluntatē in terrenis animo et corpore laborare: atq; desudare in his/ in quibus diuina bonitas nobis in carne facta magistra/ desudandū contēpsit: et ad terrena omnē suā incuruare virtutē: velut illi qui oculos suos statuerunt declinare in terrā seorsum ab istis: dicente Job: Lux vultus mei non cadebat in terram. Quid est fodere/ nisi cū insensibilibus gerere bellū durum? Nonne cū terra pugnat fodiens duro ligone? Percutit et artus: simul et brachia tremunt: et qualē dedit ictum pertulit terre fossor. Quid autē est abscondere in humo fossa talentū/ nisi omne a summo deo acceptum beneficiū et donū: ita in rebus visibilibus et mortalibus implicare atq; immergere vt in dei seruitio nihil suum appareat ante conspectū? Absconditū em est quod ante deū obsequendo nō venit: id finaliter agens/ vt faciē misericordie sue ipse abscōdat a nobis. Strenuus miles tēpore belli vires corporis bellandi peritiā nō abscōdit. Sapiēs sapiēter necessitate dictante/ quod nouerit expedire nō celat. Si quis super naturā doctus querit materiā rebus gerēdis: delitescere appellat inertiam. Qui diligit nō occultat amorē: sed signo et opibus pandit. Infanti sugere postulāti mater aut nutrix vbera nō subpannat: et lamie nudant mānas: et lactant catulos suos. Aues et animalia nō abscōdunt eorū expediētia natis. Nō obtegūt plante virtutē insitā a natura: sed ornāt folijs/ floribus et fructibus orbē. Quatuor elemēta eorum proprietatē nature nō obnubūt. Lux seipsam non operit. Nihil est ordinē rerū sequēs regulamq; iusticie: quod nō obtendat loco et tempore/ necessitate aut euentu rerū opportune manifestari expediens ad profectū sui/ aut ad retunsionē cōtrarij. Quid est quod sola iniquitas hominis quod a deo accepit/ abscōdit? Exagitabit te forte sermo veteri tui: vt ad excusandū aut te protegēdū inferas verba tua: vt quod est vitij/ velis ascribere ad virtutē/ dicens: Preceptū accepi a christo/ vt abscondā opera bona/ orationes et munera. Sed aliud est abscondere iusticie opera: ne intentione supposita tēporalē atq; vētosam gloriā capiamus: et hoc est quod prohibet christus. Aliud est instrumenta bonorū operū atq; virtutū/ in terrena delectatione defodere: ne cū illis domini placitū faciamus: et talem absconsorem iussum est a domino mitti in tenebras exteriores: quia in exterioribus fuerat delectatus: et fletum et stridorē dentium patietur/ qui flebilem vitam dilexit: et pro ipsa dentibus multa corrosit. Omnes quidem parabole supra proxime memorate de decem virginibus/ de seruis prudentibus/ de vigilia ianitoris/ de rege peregrinante dona tradente/ rationē exigente cum redierit: in vigilia terminant: et prudentiā persuadent/ et sollicitudinē agendorū: nō quod semper corpore vigilemus/ sed mente solerti: et prouideamus nobis/ et operemur pro nobis: ne inueniamur in die vltime exactionis fiende a domino imparati: sed parati ad eius regnū ab ipso nobis paratum eternū.

Job. 29. (margin, beside "istis: dicente Job")

¶ De parabola mulieris in partu tristiciā habentis: ad depellendam in agonibus tristiciam electorū: secundum Joannem tantū. Ca. XXXIIII

Alios agones saluator in mūdo imposuit: cū ex verbo et auditu fidē trinitatis/ incarnationis sue/ ceterorūq; factorum suorum/ et resurrectionis omniū: eterne penalitatis et glorie humano cordi per suos discipulos disposuit coniugare: atq; mundū subiugare cruci: que iudeis scandalū/ gentibus stulticia est. Hinc talia suadentibus/ persecutiōes pericula/ gladij/ exilia/ et omnia tormentorū genera parabātur: etiam omne horrendū moriendi genus. Ratione atq; demonstratione ista insinuanda carebant: nec aliter quam per fidē poterant in cordibus hominū mitti. Magna porro distantia inter cor humanū et taliū/ atq; inuisibiliū et futurorū fidem. Proinde iesus pronunciat futura pericula: et ex eis causandā tristiciā: quam et per adiectā parabolā mitigat: et pollicetur in leticiam conuertendam/ dicens: [Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos: mundus autē gaudebit: vos autē contristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudiū.] Unde fletus atq; ploratus? Quia ex his que predicabitis/ cōtumelias afficiemini atq; tormētis. Et quoniā segregatos a dilectoribus mundi/ moribus etiā a societate et conuersatione separabunt. Gaudebit mundanus homo: cū se viderit superiorē subactis suasoribus fidei: cū crucifixus suos nō tuebitur cruciatos: cū exemplo nō fuerit in eis vindicatū ex iacturis et contumelijs irrogatis. Gaudebit quippe cum viderit nouos Christi precones atq; sequaces squalidos/ pressos inedia/ nudatos rebus/ abdicatos a domesticis/ seiūctos a charis: nulla substantia mūdi refulgētes: seipsū autē aspiciēs florere placitis/ abūdare cupitis: et mundū sibi arridere ad votum: ignorans quanta sit infelicitate claudendus. Uos autē cōtristabimini corpore/ sed nō mente. Nō enim oportet mente tristari eū qui pro christo agonizare disposuit/ et certare ad captanda celestia: quamuis etiā corpus teneat in pena. Et si aliquando in anima irrepserit ipsa tristicia: si pro re corruptibili fuerit/ ilico auellatur: si vero pro iniuria saluatoris/ pro defectu virtutis/ pro derelinquentibus legē dei/ pro patratione facinorū: oportet vt teneatur. Etem dauid in his tristicijs angebatur dicēs: Uidi preuaricātes et tabescebā: quia eloquia tua nō custodierunt. Laudabilis miserabiliter/ et misera laudabiliter est ista tristicia de perditione boni honesti: et cū cōmittitur quod summa iusticia vetat: sed talium tristicia vertetur in gaudium: nō perfunctoriū/ sed eternum. Ad hoc melius cordibus infigendū/ subiecit de parturiēte parabolā: in qua statū militātis ecclesie et

Joan. 16. (margin, beside "Amen amen dico vobis")

Psal. cxviii (margin, beside "Uidi preuaricātes")

cuiuslibet agonizãtis anime saluator edocuit:
[Mulier cũ parit/tristiciã habet: qȝ
venit hora eius: Cũ autẽ peperit puerũ: iã
nõ meminit pressure ꝓpter gaudiũ: quia natus
est homo in mundũ] Sub typo mulieris partu
riẽtis describit ecclesia orthodoxa: et quelibet
anima fidei anulo desponsata christo: que pre-
habet tristiciã ad gaudiũ: & quod est causa tri-
sticie ab icerto/ fit causa leticie cũ votũ aut spe
ratũ possidetur ex certo. Tristat mulier pariẽs
ex doloribꝰ: tristatur ex incertitudie partꝰ/ an
masculinus aut femininus existat. Tristat ne-
sciẽs/ an partus/ an ipsa pariens moriat. Tri-
statur/ ne abortiuũ habeat/ aut editũ ilico mor
tuũ audiat: et ne aliquid sit demptuȝ/ vnde pu-
dor sit in pariente: & coalescẽte prole tristat: ne
quod timet/ eueniat: et ne veniat quod sperat.
Inter spem & metũ impossibile sit nõ adesse tri
sticiã. Huius mulieris typo laborat ecclesia/ et
ois fidelis aia. In partu continuo ecclesia est:
quid sit nesciẽs paritura. Multos habet ipsa
cõceptꝰ ex semine fidei/ ex semine verbi dei: ne-
scit tamẽ quales partus oim sit futurꝰ: qm̃ mul
Mat.20. ti sunt vocati: pauci vo electi. Habet cũ parit
ipsa tristiciam: quia venit hora eiꝰ/ scilicet par-
tus: qui dolorẽ parientibꝰ infert: & hora discer-
nendi qd sit gestatũ in ventre/ an validuȝ an in
firmũ: an cũ omni decore/ an cũ aliquo nature
dedecore. Attẽdendũ q ab homine nõ satus in
virgine supra naturã partus a virgine: qui tri-
sticiã prime mulieri ex vindicta parienti appo-
suit: et de muliere natus: omniũ tristiciã quan-
tum in ipso erat/ conabatur auferre: etiã ꝑ mu-
lieris similitudinẽ parientis/ tristiciã suorũ di-
scipulorũ ex mundi varijs euentibus venientẽ
& tunc de absentia sua in illorũ cordibus iã ex-
ortã consolari dignatus est: inferens parabo-
lam parientis in tristicia/ post partũ in leticia
exultantis. Precesserant huius tristicie testi-
Gen.3 monia in scriptura sacra. Nã eue post peccatũ
dictũ est: in tristicia paries filios. Et ecclia cũ
suos part/ tristiciã habet: cuiꝰ figurã eua gessit:
sed illa ꝓpter peccatũ: ista ꝓpter penã peccati
Demerito quidẽ illius primi delicti tot agoni-
bus agimur: tot tẽtationibus agitamur: vt vix
possimus palmã virtutis attingere: aut ꝑtinge
Gen.25 re quo vocamur. Rebecca in tristicia peperit:
cũ aũ partũ geminos bellãtes agnosceret: ex
quo stupens ꝓ tristicia dixit: Si sic futurũ erat:
qd fuit necesse ꝯcipere? Duos ꝑplos gestat ec-
clesia i vtero fidei bella gerentes: dissilitudine
morũ & differẽtia sentiẽdi: ꝙobrẽ tristat nesci-
ens quid futurũ: tristatur ex bellis aduersis q
Gen.38. patit. Thamar tristis in tristicia geminos par-
turiuit: vt ex passione cõstigentis doloris et ꝑ-
sagij ad futura lamẽtaretur: ꝙ propter eam di-
uisa esset materia. Talia presagia in veritate in
ecclesia incessanter agitur: vnde velut pariẽs
Apoc.12 mulier sepe tristat. Cuius tristiciã & causam/ ꝓ
cessum et pugnaȝ Joannes in Apocalypsi de-
scripsit de muliere que cruciabat vt pareret: et
draco partui parabat insidias: & ex emisso tri-
bulationũ & heresiũ/ et omniũ aduersitatũ flu-
mine ab ore suo: vt partꝰ & pariẽs necarent: ni-
si terra iuuisset absorptu fluminis: tristãdi & timẽ-
di materia data erat. Sed ꝑsuctoria est ois hu
mana ꝯditio: etiã si vtrãqȝ partẽ ipsa ꝯtineat: &
alternant vices horũ: vt nũc tristãdi/ nũc gau-
dendi habeat occasio. Proinde nõ tristiciã/ sed
causam oportet inspicere: et cuius intuitu tole
ratur aduersum/ nõ quod patitur contemplati
onẽ indicat. Sepe quidẽ mundi tristicia i eter-
nam traiecit habentẽ: sepe quidẽ trãsiuit i gau-
dium. Quod tristicia tristiciã nanciscit: & tristi
cia in gaudiũ terminet: nõ hec tristicia seu illa
ta tẽtatio/ aut aduersitas tolerata facit/ sed cau
sa. Suppositiuas omniũ causas oportet inspi-
cere: sicqȝ de fine dare iudiciũ. Si rerũ labenti
um conditio tristiciã fecit in seculo: faciet illã
eterne succedere: si vero christus est causa/ ter-
minabit ad gaudiũ. Et hoc ipse discipulis loq-
tur: Tristicia vestra qui ꝓpter me affligemini/ Joan.16.
nõ omniũ vertetur in gaudiũ. Quia cũ ecclesia
orthodoxa seu fidelis aia/ longo tẽtationũ & tri
bulationũ cruciata partu: cũ emiserit bonorum
operũ partũ in oibus seruata ꝯstãtia: cũ fructũ
virilẽ/ nõ effeminatũ fecerit: vt non sit filia moll
& tenera/ fragilis & caduca: sed filiꝰ accrescẽs vir-
tutibus/ sapiẽs in moribus/ letificãs patrẽ: non
stultꝰ inferens matri tristiciã: sit filiꝰ de numero
filiorũ qui in ecclesia bñdicũtur: sit filiꝰ dextre/
scȝ operãs aptũ beatitudini regni dei: nõ recor
dabitur tristicie atqȝ pressure: illa eterna/ et su-
pra auditũ & visum & intellectũ inuenta leticia:
Uere non omniũ tristicia vertetur in gaudiuȝ:
sed illorũ dũtaxat qui ꝓpter christuȝ patiuntur
vnde tristẽtur: siue quia dolent absentiã et pro-
longationẽ: ex hoc istius incolatus deplorãt di
centes vt ꝑpheta: Heu mihi qȝ incolatꝰ meꝰ ꝓ- Psal.119.
longatus est. Seu quia ob confessionẽ sui no-
minis illa tolerant mala que suadet inferre pri-
mo ad se crudelis hostilitas: & hominũ excogi
tat deprauata crudelitas: aut qȝ illũ offendere i
lege sua: & sentiunt eũ in pena sua purgatoria/
nõ eterna. Purgaturã eni habet virtutẽ tristi-
cia post peccatũ: & ipsuȝ solũ in hac vita digne
sortitur tristiciã: que si ꝓuenit vt sit ex culpa po
tius q ex pena: nil decẽtius reperit ad diluẽda
peccata. Oportet verã & salutiferã oriri tristici
am ex displicẽtia culpe/ nõ ex displicẽtia pene.
Illa displicentia exoritur/ quia displicuisti deo
ex vitio interdicto: ista/ quia displices tibi ex pe
na quã pateris. Displicere sibi patiẽti ex pena
ꝓpriũ est oim sensibiliũ/ etiã ratiõe carẽtiũ. Dis
plicere sibi ex culpa tm̃ est vere ratione vtentiũ
maxime aũt oim verorũ fideliũ: ac ꝑ hec incun-
ctanter tristicia de peccato/ nõ de supplicio ver
tet in gaudiũ. Et parabola parientis mulieris
elucidat. Parit in tristicia mulier: qȝ venit ho-
ra partus: qui ex multatione diuina i doloribꝰ
agit: pepit puerũ: nõ meminit ꝑssure ꝓpter gau
diũ. Nõ dicit/ nõ meminit tristicie: sed/ pressure

Pressura causa est tristicie: non tristicia causa
pressure. Quoniã dũ dolor cũ corporis natura
confligit/adest tristicia pariẽti: cuȝ vero dolor
tanq̃ a potẽtiori bono victus abscesserit/et tri-
sticia defuit. Ubi ad memoriã dolor corpis et
animi tristicia reuocãtur: nõ tenet memoria q̃n
ta fuerit ipsa pressura: sed tenet quantuȝ tristi-
cia ipsa cõfoderit. Facilius recordat⁹ ei⁹ quod
passus est animus/ q̃ eius quod sustinuit cor-
pus. Quãuis eñ vnũ consistit in altero: et vnũ
preter alterũ habet existere posteri⁹/ sed nõ pri
us. Nõ existit anima priusq̃ tradaꝛ corpus: sed
creatur cũ traditur: et tradiꝛ cũ creaꝛ. Habet
autẽ post existere/viuere et intelligere ṗter cor
pus. Sic quidẽ aĩa solũ sentit tristiciã siue do-
lorẽ cũ pena infligiꝛ: corpus vero penã nesciẽs
quid et que et quales sunt animi passiones. Re
cordabiꝛ igitur anim⁹ passionis sue nature po-
tius q̃ alterius cuius est corpus. Diuersa qui-
dẽ natura ꝑ omnẽ modũ est animorũ seu spiri-
tuũ et corruptibiliũ corporũ: tristicia ĩ anima/
pressura in corpe agitur. Nõ meminit ergo ani
ma pressure acte in corpe: recordabiꝛ tamẽ tri-
sticie quã ipsa ꝑpessa est. Nõ tamẽ memoria tri
sticie tristiciã dabit his quibus veruȝ successit
gaudiũ: sicut memoria se fuisse aliqñ letatũ/ nõ
dabit leticiã his qui eternũ suppliciũ incurre-
runt. Nã ex magna infirmitate redditus sanita
ti/illius recordabiꝛ non tristatus: et ex magna
sanitate redditus infirmitati/ tenebit illam me-
moriter nõ letatus. Unde nõ meminit mulier
pariẽs pressure ꝓpter gaudium. Quare? Quia
natus est homo in munduȝ. Sic est exempli fi-
cans. In exẽplificatũ igiꝛ veniamus. **Et vos igitur nũc tristiciã habetis.** Ac si dice-
ret christ⁹: qꝛ nũc recedo a vobis corpore actu
peregrinandi/ non officio diligendi atq̃ sub-
ueniẽdi: sed id quod est causa tristicie/fit et ve-
re leticie. **Iteruȝ videbo vos: et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrũ nemo tollet a vobis.** Tꝑalis absen
tia tẽporalẽ tristiciã generabit: ṗsentia visiõis
eterne inauferibile gaudiũ prestabit eternũ.

¶ Libri sexti de parabolis saluatoris finis.

¶ Liber septimus de similitudinibus a saluatore positis et assũptis.

¶ De similitudine salis: secundum Mattheum/ Marcum et Lucam. Capitulum I

Differen-
tiã similitudinũ ⁊ pa
rabolarũ in libro ṗ-
diximus de parabo-
lis/hic silẽtio traden
tes. Sed cũ in prima
et generali predica-
tione christus in mõ
te turbis ⁊ discipuliꝛ loquereꝛ: ad discipulos so
lũ sermonẽ intorsit: preostendẽs quantũ prima
tus/quantũve fructus sup alios ⁊ in alios acce
perant: non solũ eos/ sed futuros similes ĩ su-
is similitudinibus premonẽs/instruẽs ⁊ exhor
tãs. Et primo omniũ extitit similitudo sal: sub
qua presagiauit aplõs ceterosq̃ in illa sorte fu-
turos/dicẽs: [**Uos estis sal terre: quod si sal euanuerit: in quo salietur?** Mat.5
Ad ni-
hilũ valet vltra nisi vt mittaꝛ foras/⁊ cõculceꝛ
ab hominib⁹.] Uigilãs est similitudo ex natu
ra introducte rei: ex christo clarescit perampli
us. Nec ĩmerito in omĩbus tenet ista primatũ
vt velut in rebus esibilibus sal: sic inter eos q̃
regũtur/aut opportune docenꝛ et dirigunꝛ: de
beant esse qui presunt/instruũt siue ducũt. Ni-
hil promnus operaꝛ in his que vsu capiunꝛ sal:
quod siĩtitudine sumpta nõ conueniat his qui
sumpserũt ducatũ. Et in omni quod deficit aut
euanescit in his quibus vsu aponiꝛ aut appli
catur/insulsitas aut putredo exoriꝛ. Sic in his
que aguꝛ in hoibus ṗm rationẽ fidei/moresq̃
gñe archotes/spũales doctores/duces: si eua-
nescunt siue deficiũt/dãna similia ꝓuenire cre
dantur. Sed quis comedere põt insulsũ/ si de-
buit sale penitus esse conditũ? Aut quis tanget
putridũ/aut sumet in esum/ seu tenebit ad vsũ:
si appositione salis debuit preseruari? Proprie
tates siquidẽ salis solertib⁹ indagatorib⁹ relin-
quimus: ne plus debito sermo trahatur in lon
gũ. Quod cũ fecerint: nihil inuenient inappli-
cabile in ꝑfectibus/nihil in defectibus ad ar-
chotes spũales: si aderit eis in similitudine bo
nitas salis: aut si aberit eis ꝓprietas opportu-
na. Sed si sacrã scripturã volumus ꝯcontrari:
clarius apparebit cur archotib⁹ christiani ex-
ercitus salis/fuerit a Christo similitudo tribu-
ta. Sale quippe ipsam charitatẽ in agẽdis op
portunã merito intelligim⁹: siue qua nemo ali
quid deo acceptũ fecit: que in fedus sempiter-
nũ posita est inter nos et deũ. Ac ꝑ hoc dñs in
veteri testamẽto omne sacrificiũ cõdiri sale mã
dauit/dicẽs: Quicquid obtuleris sacrificiĩ/sale Leui.2.
condies: nec auferes sal federis dei tui de sacri
ficio tuo: in oblatione offeres sal. Sacrificia fi-
deliũ christianorũ porro illa esse noscunꝛ: que
in corporibus hoim respectu supne patrie per
carnis maceratiõnẽ/vilitatẽ et abiectionẽ agũ
tur: in quibus nulla vtilitas/ si defuerit chari-
tas. Nec tale sacrificiũ erit acceptũ/ si omnino
erit insulsum. Sunt eñ sacrificia nostra excita
tiones in orationib⁹ et indagationibus scriptu
rarũ sanctarũ/⁊ in intimis meditationib⁹ cor-
dis: ac etiã in illis theoriis/quãdo supra seipsũ
et supra cũcta sensibilia noster anim⁹ conaꝛ ex
tolli. Sunt ⁊ si qua peragim⁹ in subuẽtionibus
ꝓximorũ: que omĩa inepta redduntur/nisi sale
charitatis condianꝛ. Hinc eñ est quod Apl's
ad Corinthios scribit nihil esse/nihil ꝓdesse si
sine charitate/dicẽs. Si linguis hominũ loq̃r 1.Corin.13
et angelorũ: et cetera que annectunꝛ. Est ꝓrius
ipsa charitas fed⁹ iter nos ⁊ deũ: vt si diligim⁹

Prouer.8. diligentur: sicut sapientia clamat: Ego diligen-
tes me diligo. Est ⁊ fedus ꝙ si diligimus deum
diligamus ⁊ proximū: sicut ioannes in sua cano
nica cōmemorat. Est ⁊ fedus ad mādata seruā-
da: vt si diligim⁹ preceptorē/eius precepta ope
Joan.14. cōpleamus. Etem christ⁹ dicit: Si quis habet
mandata mea et seruat ea/ille est qui me diligit.
Ille habet mādata mea qui nouit/ qui tenet ea
memoriter: sed tūc seruat cū deducit in actum.
Est ⁊ fedus ad beatitudinē obtinendam. Sola
eñ charitas facit patere celum: ipsa sola intro-
ducit in regnum. Proinde auferri de sacrificio
prohibet. Nec auferes sal federis dei tui de sa-
crificio tuo: immo in omni oblatiōe tua offeres
sal. Tunc eñ in omni oblatione sal offert: cum
omne quod agim⁹ ipsa charitate fulcitur. Nec-
non ⁊ ordinē tenendū in moribus aperte cōspi
cimus/si preceptū de sale factū subtiliter inda-
gamus. Preceptū factum vt omne sacrificium
sale cōdiatur. Ex quo ꝓtinus indicit vt in om-
1.Co.14. nibus ordo seruet: sicut apl's ait: Omnia quidē
honeste ⁊ ſm ordinē fiant in vobis. Nā vbicun
ꝗ ordo deseritur/in positū finem nō erit acces-
sus. Nihil fiet impertinēs aut frustra/si i rebus
diligēdis ordo seruatur. Omnia eñ deus legi-
bus ordinis alligauit: vt etiā in his que tradita
sunt/vt perueniamus ad deū seruatus ordo per
ducat. Et nullū sacrificiū gratius ꝙ illa dilige
re atꝗ peragere que tendūt in deū: vbi sal ordi-
nis penitus est ponendū tanꝗ fedus ad deum.
Ipsam porro scientiā noie salis arbitror esti-
mari. Fit enim sal ex coctis aquis a sole aut ab
igne. Et aqua sapientie potauit dñs sanctos su
os. Et in omi sacrificio nostro necessaria est sci
entia: maxime in zelo quo ad deū accendamur:
ad euitandā illā sententiam/quā dixit apostol⁹:
Roma.10. Habent zelū dei/sed non ſm scientiā. Nā sicut
sal sapidum reddit vbi apponit: sic charitas/or
do ⁊ scientia cūcta que visibiliter ⁊ inuisibiliter
agunt/grata faciūt deo: vt nō sint insulsa/sed sa
pida que fiunt mādato celestis siue terreni ago
num positoris. Ipsi siquidem agenti aliquid in
vtraꝗ substantia sua facta non insulsa/sed sapi
da erūt: si sale charitatis ⁊ ordinis atꝗ scientie
condient. In his pactū nobis cum deo cōstitu-
itur sempiternū: de quo dominus sacerdotē ve
Nume.18. teris testamēti diligēter cōmonuit. Pactum sa
lis est sempiternū corā domino/tibi ac filijs tu
is. Pactū huiuscemodi salis ideo sempiternū
vt nullo tēpore violetur. Pactum sempiternū:
vt ex ipo inuiolabiliter custodito eterna gaudia
capiam⁹. Hoc salis pactum rememorauit abia
rex iuda hieroboā regi israel: cum in preliū cō-
2.Paral.13 uenirent. Stans abia sup montē semeron: qui
erat i ephraim/ait: Audi hieroboā ⁊ omīs isra
el. Num ignoratis ꝙ dñs de⁹ israel dederit re-
gnū dauid sup israel in sempiternū ipsi ⁊ filijs
eius in pactū salis? Quid est pactū salis in quo
regnū dauid datum cōmemorat: nisi pactū illa-
rum virtutū/ que potissime in agendis omnib⁹
exiguntur: que salis similitudine designant. In

pactum salis regnū dicitur datū dauid: in con-
dimento sacrificij quod tunc tēporis agebatur:
quādo ipse rex fuerat a dño constitutus in ma-
nu samuelis tunc sacerdotis atꝗ videntis: qui
sacrificiū sub censura salis ante constituta offe
rebat. Ex quo typico mysterio insinuatū est sub
pacto salliri sacrificij vera regna ꝯstitui: ⁊ iura
regalia hominū sine prefato sale ad perfectum
nō posse deduci. Arguit abia rex iuda hierobo
am regē israel: qui ad impugnandū ipsum ⁊ re-
gnum eius arma cōmouerat/ ꝑ iniuste huiusce-
modi rem fecisset: ꝙ in sempiternū cōcessum sit
regnū occasione salis in pactum. Ex hoc ad de-
mones remouēdos magna iurisdictio nobis ef
ficit: si stabit intactū protinus salis pactū. Nec
non ipsam iusticiam in similitudinē salis accipi
mus: sine qua nihil rectū agitur cū ipsa vniuer-
sitate ꝑfulgeat ⁊ condire habeat pre ceteris mo
ralē hominū vitam: et dū sub sua censura omia
disponūtur: nihil est quod de obliquitate cause
tur. Ipse siquidē dauid/qui regnū accepit in sa
lis pactū/iusticiā operabat: regū scriptura di-
cente: Et regnauit sup omnez israel. Faciebat 2.Regū.8.
quoꝗ dauid iudiciū ⁊ iusticiā omni populo. Et
de iusticia plene ꝯfidens in psalmo dicebat: Et Ps.17.
retribuet mihi dñs ſm iusticiā meam. Nempe
sicut sine sale insulsa sunt esibilia plurima: pter
panē parum delectantia gustū: et sicut sine sale
vermibus carnes scaturiunt: sic sine iusticia ni-
hil in morib⁹ hoim delectabile: necnō ⁊ huma-
na vita corrūpit insolentia pessimoꝝ. Circa quā
dauid magna diligētia intēdebat/ne ꝑtermissa
iusticia subiecta sibi res populi turbaretur: cum
ꝓut psalmus eloquit/faciebat: In matutino in Ps.100.
terficiebā omnes pctōres terre: vt disperderez
de ciuitate domini omēs ꝗ operant iniquitatē.
Quādo hēc ꝓ seipso interpellabat ad dñm. Feci Ps.118.
iudiciū ⁊ iusticiā: non tradas me calūniātib⁹
me. Ipsam etiā sapientiā euangelicā salis noie
non immerito dicim⁹ esse censendā: que omniū
cōdiuit hominū vitam: ⁊ sanauit steriles homi-
nū nationes. Et humani mores ⁊ leges viuendi
ꝑ ipsam condiunt: ⁊ ne putrescāt sua virtute ser
uant: ⁊ sanantur saucij populi defluētes. Quod
in libro regū multis ante tēporibus legimus fi 4.Re.2.
guratū. Nam viri ciuitatis hierico dixerunt ad
helizeū: Ecce ciuitatis huius habitatio opti-
ma est/sicut tuipse dñe ꝓspicis: sꝫ aque pessime
sunt ⁊ terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi vas
nouum: ⁊ mittite in illud sal. Qui cū attulissent
egressus ad fontem aquarum/misit in eum sal ⁊
ait: Hec dicit dominus: Sanaui aquas has: et
nō erit in eis vltra mors/neꝗ sterilitas. Sana-
te sunt aque vsꝗ in hanc diem: iuxta verbū heli
zei quod locutus est. Helizeus interpretatione
nominis/que deus me⁹ saluator est/siue re gesta
deum significat: cui humana natura defectum
quasi lunarē patiens loquitur suo sensu/ dicens
ꝙ mūdi hui⁹ habitatio bona est: ꝙ omne quod
est/bonū est natura: ⁊ in ordine suo defectu om-
nimode caret: sicut deus plene cognouit. Nam

Gen.1. vidit deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Sed huius mundi sensu quodammodo carentis aque pessime sunt. Quid tam noie aquarum intelligit / nisi numerositas populorum: iuxta Joannis in apocalypsi sententiam: aque multe populi multi. Populi quidem hominum non natura / sed voluntate pessimi facti erant: dum dediti cultibus idolorum deum verum et ipsius sapientiam ignorabant: et vivebant insulsi / sale divine sapientie non conditi: et pessimabant velut putride carnes fetentis luxurie / aliarumque iniquitatum vermibus bullientes. Et terra sterilis erat: quia terra humanorum corporum / usum bonorum operum non habebat. Sed deus omnipotens in plenitudine temporis vas novum iussit afferri: cum almam virginem iussit mundo preparari: que vere dicitur vas novum ab antiquitate paterna discrepans / disciplina celestium innovata virtutum: in quo vase posuit sal eternam sapientiam / scilicet unigenitum filium eius. Aut vas novum ipsum verbum incarnatum sentiamus: qui novus dicitur novitate incarnandi / novitate nascendi et conversandi: qui novam doctrinam attulit: noviter mundo vixit: sicque mortuus et sepultus / et regressus ab inferis ad celestia penetravit. In quo posuit sapientiam suam noie salis signatam: sicut ipse predicando sepe dicebat: Do-
Joan.7. ctrina mea non est mea / sed eius qui misit me patris. Et alibi: Sermonem quem audistis non est meus / sed eius qui misit me patris. Et iterum:
Joan.14. Que loquor vobis / a meipso non loquor. Penitus preter novus homo erat / sapientiam a patre accepisse testabatur. Quod sal scilicet incarnatum verbum effudit in apostolos per virginis partum sed sapientiam per predicantem filium: et filius per apostolos post missum spiritumsanctum sanavit qui recipere voluerunt populos nationum. Et virtute salis / scilicet evangelice sapientie non esset sterilitas / sed sanitas: nisi adhuc libens hominum repugnaret iniquitas. Sanavit aquas evangelica et superna doctrina: quia populos recipientes illam / condivit et erudivit: et docuit que nesciebat mundus / non habebat usus / ignorabat hominum intellectus. Saporis huius effectum refugie-
Eccl.39. bat carneus sensus. Et inter initia eorum que vite hominum necessaria dinoscuntur / ecclesiasticus salem esse commemorat. Et tamen ex mandato do-
Ezechie.19. mini ezechiel hierusalem inter cetera obiecit: quod in die nativitatis eius non esset sale salita: scilicet illam discretionem non habuit / qua bene omnia disponuntur. Nam cum renascimur sacramentis / discretione christifera opus est inter ea que cogimur eligere / atque iter illa que agere obligamur. Optima inter virtutes noscitur esse discretio: que gradiens inter bonum et malum / inter bonum et bonum / inter malum et malum / inter opinionem et verum / inter voluptatem et necessitatem / inter virtutem et famam / inter competentia corpori et spiritui semper ad tutiora declinat / devitatque peiora. Et sermonem nostrum tali sale condiri / decrevit
Col.4. paulus apostolus. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. Igitur cum supra memoratas virtutes habere atque docere oporteat eos quos auctoritate atque doctrina populis preferuntur: me-
Mat.5. rito christus dixit apostolis: Vos estis sal terre. Quibus pro seipsis et pro successoribus dictum fuit: Sed si sal evanuerit / in quo salietur? Si vir-
Ibidem. tus deficit in doctore: si doctor deficit ipsi virtuti: quid boni perficiet? Cum ad nihilum valeat: dignum fit ut his fiat in ridiculum atque derisum quos erudire debuit per doctrinam / monefacere per exemplum: et fiat vilitate conculcatus inferior / qui vita et doctrina debuit superesse.

¶ De similitudine lucis: Secundum mattheum. Capitulum II

Quoniam christus unigenitus dei filius erat lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: voluit quos elegerat / huius lucis esse participes: per quam illuminaret orbis terrarum qui tenebris peccatorum ubique in hominibus iacebat obscurus. Et quia quadam nove intelligentie luce illos perfuderat: et peramplius perfusurus erat: et lucis sequeretur effectus: sine interpositione verborum suos apostolos et similes posteros luci comparavit / dicens:
Mat.5. Vos estis lux mundi. Iussu dei facta est lux: nec aliquid pulchrius in corporibus diaphanis: et eius virtute cognoscuntur obiecta omnia oculorum: et fertur inoblique in receptacula sua. Et per ipsam fit accessus atque recessus / et contrariorum declinatio. Secundum hanc proprietatem apostolos et ipsiformes salvator per similitudinem mundo perfecit: non visibili atque sensibili / sed ei qui capax est divinorum et susceptivus theoriarum supernarum. Et sermo dignus est / quod sibi salvator in hac similitudine homines huiuscemodi asscivit cum de seipso dixisset: Ego sum lux mun-
Joan.8. di. Illuminaverat exteriorem mundum ope create lucis: illuminat interiorem luce veritatis. Et humanarum mentium se cum apostolis et ipsiformibus lucem facit. Et nihil in spiritualibus rebus pulchrius veritate: cuius splendore si qua obiici possunt humanis intellectibus / cognoscuntur: et inoblique irradiat super humanas mentes se recepturi coaptantes: ut possit esse accessus ad incommutabile bonum. Hanc lucem petebat david ut
Ps.42. ad finem positum certus possit esse accessus. Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua. Et recessus fit per eam ab eo quo culpabiliter et noxie tenebramur. Unde aposto-
Ephe.5. lus: Eratis aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Per lucem siquidem veritatis / recessus fit a tenebris peccatorum. Declinatio contrariorum ad destinatum finem istius lucis veritate peragitur. Propterea salvator ait: Qui ambulat in die / non offendit: quia lucem huius mundi videt. Hanc lucem dominus apostolos esse voluit per exemplum atque doctrinam: quam intuentes in ipsis apostolis et apostolicis viris non exorbitent / per agones superna captantes. Lux viva est exemplum rationalis animalis / ex virtute consurgens: ab oriente fidei ortum habens:

Suffragaꝛ sana doctrina in ordine suo lucens:
et exemplari luci prestat augmentū. Et dū pre-
stat/ipsa etiā suscipit incrementū: et ad inuicem
incrementa suscipientes splendidissimā lucem
faciunt. Suum ꝓpriū lucere oportet pretēdere:
alioquin a tenebris nō differret. Primū siqui-
dem sui officij est insistentes tenebras effugare:
deinde ostendere quomodo leuētur oculi ad di
rectū. Sicq; cum apostolis dicitꝛ per similitudi
nem quid sunt: quid sint facturi: ex tacito mādā
to suscipiunt/ ne sit ociosa lucis appellatio que
tanto dictatore indicitur.

De similitudine ciuitatis: secūdū mattheū tantū. Capitulū III

Qui terrenā ciuitatem ordinauit ad ex-
ercitium et agones hominū: supernā
vero condidit ad gloriam angelorū/et
hominū recte agentium in terrena: vt ad super
nā a terrena esset ascēsus ab eo qui in ista esset
virtute probatus. Proinde per similitudiē ciui
tatis docuit/quid mundo apostoli et conformes
vtilitatis cōferre teneantur: cū sine interpositi-
Mat. 5. one dicit: Non potest abscondi ciuitas
supra montē posita. In veteri testamento
legimus mandato domini/ ordinatione moysi
cōplemēto iosue/ ciuitates plures factas fuisse
refugij: ne ad eas confugiens malefactor subi-
to iudicaretur sine magna examinatiōe iudicij.
Etenim apostoli et eorū loca tenentes/ penitus
sunt refugium peccatorū: esseq; debent in parui
lo/nō abscondi: quoniā positi sunt supra mon-
tem. Mons vero summus sup omnes christus
Daniel. 2. est dei filius: quē Daniel preuidit velut lapidē
prescīdi de monte sine manibus/ et in montē ma
gnum erigi: super quo apostoli et viri apostoli-
ci sunt fundati. Non ergo debēt abscondi quin
ad eos possit esse refugiū/cum hostile ingruerit
bellum. Ciuitas siquidē primo cōuentione loca-
lis situs cōstruitur: deinde firmatur lege viuen-
di: et ne incursantibus nō retunsis damna patia
tur/circumcingitur muro vel vallo. Apostolica
ciuitas cōuentio est fidelium. Fundatur autē in
1. Corin. 3. monte qui est christus: quoniā vt ait apostolus
fundamentū aliud nemo potest ponere/ pter id
quod positū est: quod est christus iesus. Lex qua
viuendum euangelica de superis declarata do-
ctrina: cincta muro inexpugnabili virtutū/et val
lo timoris domini. Hec ciuitas abscondi nō po
test: magis vero non debet: quia sicut christus
quod nō debet/non potest: et quod nō potest/nō
debet: sic ciuitas apostolica et fidelium supra ip-
sum montē posita nō debet abscondi. Nam im
possibile factū erat fidem tegi aliquo diabolico
aut hominū velamento. Nec impossibilitas ab
sconsionis erat ex ciuitate que fundabatur: sed
virtute mōtis ex quo ciuitas ipsa surgebat. Ete
nim petrus fundabatꝛ in petra/ non petra in pe
1. Corin. 10. tro: petra autē erat christus. Sed in ipsis apo-
stolis ciuitas militans cōsurgebat: ipsiq; in mō
te altissimo atq; immobili fundati erāt: qui ver
bo predicationis euāgelice/per signa verba se-
quentia/per sanguinē et mortem/per vniuersum
orbem illam fundaturi a domino parabantur.
Hanc etiā ciuitatem que nō debet abscondi/de
celo descendisse cognouim⁹: vt et ipsa in celi mō
te cōsistat/quis descendisse dicatur. Non enim
terrenū aut humanum/sed celeste atq; diuinum
habet ista ciuitas fundamentū. Hinc ioannes
ait: Vidi ciuitatē sanctam hierusalē nouam/de Apoca. 21.
scendentē de celo/a deo paratam: sicut sponsā
ornatam viro suo. Descēdit ciuitas de celo: ter-
renum nō querens/neq; relinquens celeste fun-
damentū. Nam sicut christus in terra carne de
gebat/in celo deitate: sic ciuitas sancta in terra
militat/in celo virtute consistit. Que tūc abscō
deretur si non predicaretur: tunc occultaretur
si recte in illa nō viueretur. Absconsa siquidem
diceretur/quāuis in christo mōte fundata: nisi pre-
dicationis altitudine/ vita/ miraculis per orbē
vniuersum propensius reboasset. Proinde in
omnē terram exiuit sonus eorum: et in fines or- Ps. 18.
bis terre verba eorum. Sonus videlicet quo in
ore dicētium et in cordibus audientiū miro mo-
do resonabat: sicq; inoccultabilis erat ciuitas
in diuino monte constituta. De hoc mōte dixe
rat esaias: Venite ascendamus ad mōtem do-
mini/et ad domū dei iacob. Erat quedam mutua
inuitatio: vt ad christū qui est mons domini/ve
niretur. Et ciuitas nunciabatur sub nomine do Esa. 2.
mus dei: et gloriosa dicta sūt de ciuitate dei. Sz
nunq̄ gloriosa nisi ex fama: nunq̄ vera fama ni
si ex his ex quibus vera fama consurgit. Sed al
tiori et perspicatiori sensu hanc similitudinē per
tractantes: christus i hoc suos apostolos et di-
scipulos cōmonebat: vt tales in virtutib⁹ essent
vt ciuitatem inabsconsibilē et supernā digni fie-
rent nunciare: vt intelligaꝛ quāte debeant esse
virtutis qui constituti sunt vt ciuitatē in super-
no monte constitutam/ nō abscondendam/sed
manifestandā sub iustis iudicijs debeant ꝓpa-
lare. Ac per hoc cū saluator dicit: nō potest ciui
tas abscōdi supra mōtem posita: in id verus hu
ius scripture intellectus traijcitur: vt si ecclesia
orthodoxa nūc fundanda/si superne patrie ciui
tas nō potest abscondi: congrue factū est vt per
vos quos elegi inclarescāt. Igitur tales estote
vt illas aperte predicare possitis: et inueniamini
digni mysterio huius ciuitatis.

De similitudine lucerne; secundū mattheum et lucam. Ca. IIII

Immensa bonitas et omnibus pro captu
recipientiū eque liberaliterq; se prestās
supernamq; promerentib⁹ datura merce
dem/noluit euangelij gratiā mercede conduci:
Quobrem futuris mundi doctoribus non occul
tande lucerne similitudinem apposuit/ dicens:
Nemo accēdit lucernā et ponit eam Mat. 5.
sub modio/ sed super candelabrum:
vt luceat omnibus qui i domo sunt.
Lucerna siquidē sub modio non ponēda/prima
insinuatiōe sensum inoccultationis habet: sed
discussa similitudo propēsius terrenā mercedē

in euangelica pdicatione condẽnat. Similitu-
do hui⁹ prope modũ infimi actus ad diuinas
actiones attollitur: vt nõ personalis/sed actio-
nalis simulatio ipsa esse mõstretur. Lucerna q̃
accensa sub modio ponenda negal/est ipsa euã
gelica lex. Nam fuit ab eterno lex ista: quia eter
num est euangelium/q̃uis in tẽpore promulga
tum: sed tũc accensa est ista lucerna cũ saluator
mundo predicaturus apparuit: cũ exemplo vi-
uendi/authoritate docendi/signis supra naturã
seqnẽtibus clarescere fecit. Hec lucerna lumen
habet inextinguibile in ecclesia sancta dei. Nã
Exo.27 preceptũ erat in veteri testamẽto: Ardeat lucer
na semp in tabernaculo. Que figura i veritate
nũc terminata est in ecclesia: quoniã non extin
guitur/nec extingui potest lumẽ eius. Et iob su
Job.29. am prosperitatẽ in tribulatione cõmemorans/
enigmatice lumẽ istud se habuisse dicebat. Quã
do splendebat lucerna super caput meũ: ⁊ ad lu
men eius ambulabã. Null⁹ splendor clarior hu
ius lucerne lumine. Nullus incessus rectior q̃
ad lumen eius ambulare: non enĩ ambulat in te
nebris: quoniã lumẽ est vite. Hec lucerna diui-
na est sapientia: cui salomon adhesit ppensius:
quoniã inextinguibile est lumen eius. Et proti-
nus ipsa sola introlucet affectibus ⁊ intellecti-
bus nostris: et sine offendiculo gressuũ nostro-
Ps.118. rũ semitas dirigit. Etenĩ dauid dicebat: Lucer
na pedibus meis verbũ tuum: et lumen semitis
meis. Quid verbũ dei/nisi euãgeliũ eructuatũ
a verbo dei? Quid pedes/nisi intellectus ⁊ affe
ctus: quibus anima intuise mouetur? Quid semi
te/ nisi cõpendia que captamus ad aliã vitam?
Mandatũ dei lucernam animarũ scripture sa-
cre diffiniũt: vt inoffenso pede in valle ista mi-
serie ambulemus. Inquit enĩ salomon in mora-
Prouer.6. libus instructionibus: Mandatum lucerna est
⁊ lex ⁊ lux/et via vite et interpretatio discipline.
Quod mandatũ splendidius q̃ mandatũ nouũ
⁊ non nouum: quod dedit vt diligamus inuicẽ.
Hec lucerna innocue lucet ⁊ ardet quousq̃ in
superna fuerit ascensus: vbi lumẽ eius erit splẽ-
didius. Hanc lucernã euangelicã videre non
possunt interiores oculi qui caligãt: ⁊ homines
qui cum mundo senescente senescũt. Nam in li-
1.Reg.3. bro regum legitur: Factũ est in die quadã hely
iacebat in loco suo ⁊ oculi eius caligauerant: et
nõ poterat videre lucernã dei anteq̃ extingue-
retur. Si allegorias respicimus/defectũ syna-
goge in isto homine cognoscim⁹: si mores/alius
offertur ordo loquendi. Senex erat hely: et pre
senectute oculi eius caligauerant. Qui sunt qui
senescunt/nisi qui mundũ diligũt inueteratum?
Qui quantalibet florida etate vernantes/si mũ
do senescente delectantur: si eius amplexibus
amplectuntur: eo ipso senescunt ⁊ caligant inte
riores oculi: vt lucernam euangelij dissuaden-
tem hominibus mundi delectationem/⁊ prohi-
bentem amplexum/videre nõ possunt: nisi prius
extinguat. Cuius lumen q̃uis in sui natura in-
extinguibile maneat: tunc tamẽ apud vnumquẽ
q̃ hominẽ extinguitur/cum in eius non transi-
tur affectum: et cum ad eius lumẽ iustis morum
passibus non ambulatur. Naturã alteslonicam
habet ista lucerna: que semel accensa nequit ex-
tingui. Sed nec ponenda sub modio/aut vase/
aut lecto. Modius ad mensuram/vas ad vsum
lectus ad quietẽ refertur. Hec verba tres euan
geliste posuerũt: vt nec propter auariciam eorũ
que mensurari possunt/ nec propter eorũ vsum
que transeunt/ aut propter quietem aliquã per-
functoriam euangeliũ predicetur. Ut a christo
suscepimus/omnibus est eadem liberalitate do
nandũ: ⁊ cuius finis est tota vita/rebus mortali
bus nõ subdatur. Proculdubio sub modio po-
nitur si preconis cor auariciã sequitur/et per eã
eius molimina fulcit: aut quomodolibet ei⁹ no
mine augentur opes hominũ. Multa in ponti-
ficibus et ecclesijs christo pauperi nouum⁹ esse
data: ⁊ monarcha elephanticus christum indu
it in syluestro. Si per auariciã possidentur/que
sunt largitate collata: malus vsus inclamitat.
Et qui terrena tenebant ⁊ abundabant tempo-
ralibus bonis/ad huiusmodi lumen lucerne cõ
moti: lucernam hanc in ore moribusq̃ gestanti
bus bona innumerabilia contulerunt. Subtus
quibus positum nũc in pluribus noscitur euan
gelium: quod antea superferebatur. Posita est
sub vase lucerna: quoniã contra euangelij veri
tatem atq̃ charitatem nomine suo multiplica-
ta sunt vasa: que a vescẽdo sortita sunt nomina:
vt velut philargyria multiplicatur in rebus/ad
recõdendum vasa composuit: ⁊ prout exarsit in
placitum malũ/ad funestũ vsum corporis innu-
mera procurauit. Sed charitas euãgelica the-
saurizare non nouit: dispergere aũt magis ipsa
consentit: nec cõuertit aliquid in propriũ vsum:
quod tamen indigentibus potest esse cõmune.
Erat interdũ abdita sub lecto lucerna: cum qui-
es appetitur ex his que sunt christi euãgelio cõ
secrata. Et magnã deliciosis quietem appositã
nouimus temporalẽ: vt nec labor in verbo/nec
sollicitudo ad precauendũ periculum animarũ
nec exhortatio vel exemplum ad meliora cõmo
neus. Quiescunt corpora dilatata delitijs: ⁊ bo
nis innumeris vallata tabescunt: ⁊ tranquillan
tur sup euangeliũ/sub quo laborare debuerunt.
Ad effectum do diuinorum lucerna cãdelabro
superponenda est: cõmodis vilis temporalibus
nõ subdenda. Iniuria fit legi similiter ⁊ latori:
si ea que ad eterna ordinata noscunt/ad tempo
ralia referantur. Attollitur siquidẽ candelabrũ
a terra stillo quodam disposito super basim:
super quod posita lucerna pluribus lucet: quam
nec ipse qui accendit/aliter q̃ super candelabrũ
poni voluit: quã tunc accendit quãdo predica-
uit: tunc sup candelabrũ posuit quando mentes
ad superna subuexit. Tunc detexit a modio ⁊ a
vase: cũ sine sacculo/pera ⁊ fulcimine statuto vi-
te temporalis suos predicatores exposuit: in se
primo perficiẽs que alios facere docuit. Quod
doctor gentium nõ accepit in vanum: cũ peni-

pus sine sumptu posuerit euangeliū: qui cum po
testatem haberet de euangelio viuere/illa vsus
nō est: nedum ꝙ aliam vellet de euāgelio capta
re mercedem. Ad corinthios inquit enim: Sed
1.Cor.9. nō vsi sumus hac potestate: sed omnia sustine-
mus: ne quod offendiculū dem⁹ euangelio chri
sti. Nescitis ꝙ qui in sacrario operātur/que de
sacrario sunt edunt? Qui altari seruiunt/cū alta
ri participant. Ita ⁊ dominus ordinauit his q̄
euangeliū annunciāt/de euangelio viuere. Ego
autē nullo horum vsus sum. Bonum est mihi
mori magis/ꝙ vt gloriam meam quis euacuet.
Que est ergo merces mea? Ut euangeliū predi
cans sine sumptu ponā euangelium: vt nō abu-
tar potestate mea in euangelio. Cassa porro fu-
isset predicatio euangelij: si in corde aut in mo-
ribus predicantiū temporalis cōmoditas inse
disset. Plus veritas euangelij claruit in pauper
tate ꝑdicantium: ⁊ magis ad illā conuersi sunt
audientes: ꝙ in virtute miraculorū. Eo eñ ipso
cognitū fuit euangeliū esse diuinum/quod a diui
nis hominibus nūciabatur: quo tēporalia com
moda nō querebant: nec ex ipso vane sunt quesi
te mercedes. Remouit a lecto quietis: cum fati
gatus ex itinere sedebat sic super fontē. Et apo
stoli iussu eius euntes ibant ⁊ flebant/mittentes
semina sua. Et in laboribus plurimis se fuisse
paulus testabat̄ apostolus. Super candelabrū
lucerna tunc ponitur: cū euangeliū in sua liber
tate predicatur. Porro candelabrum est ipsa li
bertas: super quā lucerna euangelij ponēda est.
Aut ipsam catholicā ecclesiam per candelabrū
intelligere possumus/ super quā est euangeliū.
Nulla eñ secta vel contio ꝑterꝙ ecclesia lucer
nam euāgelij ꝑ veritate habet: nec eis lumē hu
ius claritatis infulsit. Nam ⁊ candelabrū pro
Exo.25. tanto mysterio/similiter ⁊ magisterio/mandato
domini dispositū est in veteri testamento cū ha
stili/calamis/spherul̄/nucib⁹ ⁊ cyphis lilijs/forcipibus
emunctorijs: catholicā ecclesiā sua ordinatione
figurat: vbi euāgelij lucerna plene refulget his
qui sunt in domo/⁊ his qui venire decernūt.

¶ De similitudine dextri oculi/dextreq; manus ad ea quib⁹ magis homines afficiūtur: secundū mattheū. Capitulum V

Scriptum est/quoniā vidit deus cuncta
que fecerat: ⁊ erant valde bona: non so
lum separate substantie/vt angeli: sed
inuisibiles ⁊ vnite/vt anime: ac etiam si qua sunt
in re corporea ordinata: vt ab hac bonitate na-
turarū nulla corpora excludātur: ꝙꝙ multa dif
ferentia corpora ipsa distinxerit. Et vt alias dif
ferentias ꝑtermittā: nulla preterꝙ humana fe-
cit instrumenta virtutis: quibus animas crean
do infudit/ et infundendo creauit: que capaces
sunt virtutis ⁊ vitij: sicut esse possūt pene vel ꝑ-
mij ⁊ beatitudinis atq; miserie. Igitur huma-
na membra bona sunt bonitate naturarum: seu
bonitate qua sunt in ordine entiū. Possunt aūt
esse meliora prout facta sunt instrumēta virtutū
vt cuiusq; vita tanto sit criminosior/quāto ipsa
fecerit instrumenta vitiorum: et tanto maiorib⁹
supplicijs anima fodiatur/quāto maioribus cri
minib⁹ statuerit illa seruire. Proinde saluator
omniū membra que bona fecerat: ad meliora or
dinauerat: ⁊ extollere super celos decreuerat: a
malo vsu auertit: ne gehennam quā pro homi-
nibus nō fecerat patiantur/dicēs: Q, si ocu
lus tuus dexter scandalizat te/ erue Mat.5.
eum et proijce abs te. Expedit enī ti-
bi vt pereat vnū membrorū tuorum
ꝙ totum corpus tuū mittatur in ge-
hennā. Et de dextra manu similiter dixit. Ue
runtamē nec credendū ꝙ cuiꝙ mandauerit aut
voluerit a seipso vindicario iure membrum ob
actum crimen abscidi/aut interfici: ꝙuis hoc ꝑ-
mittat iudici decernēti: ⁊ de morte inspirauerit
ipsi samsoni. Nam iudici permittit in crimino-
sos decernere: ne cōturbent rempublicā vitam
q; moralem: aut ne ledant quempiā singularē.
In figura vero futuri mysterij samsoni ceco in-
spirauit ⁊ mortem. Non autem concedit homi-
nibus/vt sibi membra detruncent: etiā si male
ipsis vtant̄: nec vt aliqd a seipsis faciant vt mo
riantur: sed vt deuitent ⁊ abscidāt ipsorū perpe
ram vsum: ⁊ ne subdant vitijs instrumēta virtu-
tum. Hoc siquidē ex superioribus pendet. Pre-
dixerat eñ: quia qui viderit mulierē ad concu- Mat.5.
piscendā eam/iam mechatus est eā in corde suo
Idcirco a malo visu oculum cōminando diuer
tit: vt abscidat̄ impudicitia visus: nō vt eruatur
qui bonus creatus est oculus. Similiter tollat̄
manus opus malū: nō abscidatur ipsa: que na-
ture est bonū. Q, vero dexter oculus ⁊ dextera
manus dixit/ad id quod magis in cōcupiscētia
⁊ in operibus diligimus plene refert̄: vt in ocu
lo cōcupiscentia/in manu opera nostra signen-
tur: eo ꝙ incōparabiliter magis expediat ama-
tis concupiscentijs ⁊ dilectis operib⁹ perpero-
sis in hac vita carere/que pars est vite: ꝙ sine re
medio in gehennā in tota futura detrudi. Scā-
dalum ꝟo nisi deuitetur ꝑueniēs/est oīe quod
deo displicet/⁊ animā ledit. Sed nec immerito
saluatori placuit illa quib⁹ magis afficimur assi
milari dextro lumini/ dextreq; actioni: quoniā
in his etiā corporalis ſm suum propriū fortior
noscit̄ virtus: vt si dextri ⁊ sinistri altero penit⁹
carere ꝯtingeret/eligere potius nobis remane
re quod dextrū: etiā recipiētes in donum/si ine-
uitabilis alteri⁹ deberet esse abscisio: relicto de
xtro quod sinistrū est/tolleretur. Proinde quic
quid illud esse ꝯtingat quod magis allicit/quo
magis afficimur/ quod ꝑ ceteris nos delectat:
omnino priuari velimus potius ꝙ tradi ardo-
ribus sempiternis/dūmodo scandalū parit: quā
indeclinabilis optio est hoibus ꝑrogata: vt aut
vite ꝑsentis dulcedine scandalizāte/aut gaudijs
eternis priuētur: priuatos detinēte gehenna.

¶ De similitudine oculi ad lucernā: secundū Mattheū/marcum et lucā. Capitulum VI

Lumen eternū de eterno lumine natum
suum contrariū non sinit incognitum.
Et quoniā inobliq̄ procedit l eos quos
eterne illustrat: rectitudinem in eis infusi lumi
nis in his que anio cōcupiscente operib⁹ agūt:
vt nō sit anfractuosus ꝓcessus creati luminis:
similiter ꝛ per gratiā iam infusi: omnino in ho
minib⁹ querit: satagens ꝛ premonēs ne ꝑter ra
tionē dati luminis contrariū fiat: per silitudinē
lucerne: ad cui⁹ lumē de nocte ambulam⁹: oculū
corporis intelligere voluit: quē retulit ad ocu-
Mat.6. lum cordis dicēs: Lucerna corporis tui
Luce.11. est ocul⁹ tuus. Si fuerit oculus tuus
simplex/ totū corpus tuū lucidū erit.
Si aūt ocul⁹ tuus nequā fuerit/ totū
corp⁹ tuū tenebrosum erit. Si ergo
lumē quod ī te est/ tenebre sunt: ipse
tenebre quāte erūt. Quecūq̄ lucerna sit/
lucet ꝛ nō videt. Lucerna que est oculus/ videt
ꝛ nō lucet. Lucerna fugat tenebras: oculus ꝟo
non fugat. Lucerna que illuminat/ omnino nō
nouit: oculus ꝟo illuminata cognoscit. Lucer-
na monstrat quid cognoscatur ꝛ quo pergatur:
oculus verō cognoscit ꝛ pergit. Quid igitur est
ꝙ oculus corporis assimilaꝫ lucerne alicuius li
quoris virtute lucentis: cū oculus videat ꝛ non
luceat: lucerna luceat ꝛ nō videat: nisi q2 interior
sum ista similitudo traijciꝫ: vbi est lucerna inui-
sibilis que videt ꝛ lucet: insita scȝ hominibus ra
tio: que corporis lucerna nomīe oculi a dn̄o ap
pellaꝫ: que lucet in corpore dirigendo corporis
actiones: ꝛ videt atq̄ cognoscit que obijciūtur
in vtroq̄ hominū sensu: vnde prout ad lumē lu
cerne nocturne vbi lucet/ fuganꝫ tenebre: sic ad
lumen rationis ignorantie depelluntꝫ. Optimū
autē rationis lumen est fides: q̄ inter potentias
anime solum in ratione statuit sibi sedē: que re-
diuiuam facit/ velut cū ad aliquod susceptiuum
luminis ignis apponitur. Si qua eñ fuit ab ini
tio quorūcunq̄ hominū ratio preter fidem: am
bulauit in tenebris. Et vani facti sunt oēs ho-
mines/ in quibus nō subest scientia dei: ꝛ de his
que videntur bona/ non potuerunt intelligere
eum qui est: neq̄ operibus attendētes agnoue-
runt quis esset artifex. Scientiā dei proprie in-
telligimus fidem: quā philosophi nō habentes
rerum non intellexerunt artificem: quē omnino
esse negauerūt; mundū absq̄ lumine fidei diffi-
nientes eternum. Quātalibet eñ perspicuitate
ad inuestigāda secreta nature/ atq̄ ipsius osten-
sibiles actiōes hominū ratio vigeat: tenebrosa
est/ ceca est: ꝛ quo vadat ignorat: nisi fidei lumi-
ne illustreꝫ: cum quodā alio lumine naturali/ dif
ferenter tamen/ ratio hominū soleat illustrari:
quod esse suo modo lumē negare nō possumus:
quod oppositū fidei tenebras appellam⁹. Pro-
inde saluator adiecit. Si lumē quod in te
est/ tenebre sūt: ipse vero tenebre quā
te erūt. Qua sentētia duo accepimus esse ge-
nera tenebrarū. Vnū quo ratio non illustratur
lumine fidei/ etiā si aliter ipsa refulgeat: aliud
quo peccatis homines inuoluunꝫ: spreto ꝙ na
tura/ lex ꝛ virtutis iudiciū dictat. Inter que ge-
nera tenebrarū hanc comparationē saluator ap
posuit. Si lumen quod in te est/ quecūq̄ videli-
cet rationis acuitas/ siue splendor spreta fide te
nebre sunt: ipse peccatorū tenebre quāte erunt.
Quod si cōparatiue accipimus/ peior est pecca-
toꝝ actio q̄ lumen fidei nō habere. Si vero cau-
satiue hanc inuestigamus sententiā/ aliū sen-
sum parit: vt carere lumīe fidei multoꝝ sit causa
maloꝝ: et ille tenebre innumeras ꝛ magnas ge-
nerent tenebras peccatoꝝ. Porro non trahaꝫ
in dubium ꝙ carentia fidei aut fides suscepta et
nutans/ criminū ꝛ scelerum ꝛ peccatoꝝ tenebro-
sam noctem inducit. Nam sine fide impossibile
est deo placere. Et fides nutans nō operatur:
que tenebras mortis habet: q2 fides sine operi-
bus mortua est. Non placere deo ꝛ in fide non
operari/ magnas tenebrositates habēt: quibus
maloꝝ actuū adijcientur profecto maiores. Ad
clariorē vero intellectum de oculo simplici ꝛ ne-
quā: vnde talis comparatio seu maloꝝ causatio
sumpta est: intentionē ꝛ actionē oportet induce
re: vt intentio sit oculus/ actio ꝟo corpus. Pro-
inde si intentio hoīs fuerit simplex/ pura videli
cet duplicitate carens/ simplex simplicē dunta-
xat incōpositū diligens ꝛ querēs/ ꝛ sibi soli ser-
uiens: totū corpus/ omnis scȝ actio lucida erit ꝛ
clara ꝛ grata bonoꝝ omniū/ non ꝑsonaꝝ hoīm
acceptori. Si ꝟo intentio nequā fuerit/ quod se
quiꝫ est manifestum: quoniā arbor mala malos
fructus facit: ꝛ tenebrosa intētio tenebras ope-
rū peperit: quā summope oportet inquirere q̄d
inq̄rat/ quid velit/ quo ve tendat: quoniā ipsa est
lucerna ꝛ ocul⁹ actionū. Que si velut nequā pec
catoꝝ versaꝫ in tenebris: multas ꝛ graues eorū
efficiet tenebrarū oculus horriditates. Ac per
hoc oportet habere intentionē simplicē/ vt solū
ab eterno simplicē querat: q2 nemo pōt duobus
dominis seruire: q̄ sententia statim ad istā sequi
tur. Necnō ꝛ fidē simplicē: q2 ipsa nō hȝ ex reb⁹
ꝛ causis/ aut ex accidētib⁹ cōpositas rōnes: q̄m
qui cōpositas rōnes querit in simplici fide/ cum
nō inueniat/ nō venit ad fidem. Si aūt venit/ ve
lut immo hereticus recessit ab eadē: aut bonū
nō faciet bonū: aut in tenebris versabiꝫ pecca-
toꝝ. Quā vero vtilis ꝛ accepta sit deo simplici
tas intētionis ꝛ fidei: q̄ vero ī illa seruiētes dn̄o
iure letati sunt ad animandū dei seruos: scriptu
rarum sanctaꝝ testimonia perquiramus. Sim-
plici intentiōe abel munera deo obtulit: ad quē Gen.4.
respexit dn̄s ꝛ ad munera eius. Cain autē inten
tione nequā: qui ꝛ reprobatus est. Et iacob vir Gen.25.
simplex in tabernaculis habitās/ assecut⁹ est he
reditatē ꝛ primā benedictionē paternā: quā esau
in syluis venatione vagus amisit. Et dauid cū
ad edificationē plurima cōgregasset/ deū bene-
dicens asseruit ipsum simplicitatē diligere: sibi
q̄ oīa grata que in simplicitate offerunꝫ. Vn
de paralipomenon legiꝫ: Scio dn̄e de⁹/ ꝙ ꝓbes 1.Par
corda/ ꝛ simplicitatē diligas. Vnde ego in sim-

plicitate cordis mei letus obtuli munera hec.
Simplex/incõpositus ꝛ benign⁹ꝛ largus est de
us: ꝛ tales seruos querit ꝛ diligit. Et tũc in sim
plicitate cordis munera offerũtur: cum in om-
nibus actionib⁹ nil aliud ꝙ dei honor ꝛ placitũ
querit. Et Paulus admonet ꝙ que tribuuntur
deo vel ꝓximo/in simplicitate tribuant. Ac etiã
carnalib⁹ dominis seruus iubet in simplicitate
Ephe.6. cordis seruire. Ad ephesios eñ inquit: Obedi-
te dominis carnalibus cũ timore et tremore/in
simplicitate cordis. Alte cogitauit aplus simpli
cis interioris oculi fructũ: cum mãdauit seruis
carnalibus dominis in cordis simplicitate ser-
uire. Porro simplicitas interioris oculi est/ nõ
variata intentio ad diuersos fines: nec preterꝙ
vnũ simplicem deum in his que agit ꝛ diligit/in
premio querit. Et ab omnib⁹ absoluta cõmodis
a iudicijs hoim libera/audes et opprobria ho-
minũ eque pendẽs/solum deuz querit in testem
Sap.1 ꝛ iudicem ꝛ remuneratorẽ bonoꝝ. In qua sapi-
entia deũ querere iubet. In simplicitate cordis
vestri querite illum. Nescit deuz tentare sancta
simplicitas: idcirco eius cõspectibus deus que
situs offertur. Propterea sequit: Quoniã inue-
nitur ab his/qui non tentant illũ: ꝛ apparet qui
fidẽ simplicẽ habẽt i illũ. Et hoc est quod apls
precauet: timẽdo ne a simplicitate fidei excidãt
2.Corin.11 serui christi. Timeo eñ inquit/ne sicut serpens
euam seduxit astutia sua/ita corrumpant sensus
vestri ꝛ excidãt a simplicitate fidei/ q̃ est in chri
sto. A simplicitate fidei homines excidunt: cuꝫ
rationes eorũ que per fidem solã tenẽtur/inqui-
runt. Solũ quidem hoc est de ratione fidei/hu
mana ꝛ cõposita ratione carere. Necnon a sim
plicitate fidei excidit: cũ infima q̃ de⁹ in carne
gessit/a curiosis ꝛ supbis animis derident: aut
cũ actiões euãgelice q̃ nostris sensibus aduer-
sant/in gratũ mẽtis nõ veniunt: sed poti⁹ apud
multos i displicẽtiã et odium transeũt. Opti-
ma est i virtutibus christiana simplicitas. Nã
Prouer.10 qui ambulat simpliciter/ambulat cõfidẽter: qui
aũt deprauat vias suas/manifestus erit. Et ali
Prouer.11. bi scriptũ est: ꝙ simplicitas iustorũ diriget eos:
quia nõ est securior et directior via iustis ꝙ in
Job.1. simplicitate ambulare. Et beat⁹ Job simplex
et rectus appellatus est. Ideo simplex/quia re
ctus: ideo rectus: quia in simplicitate cordis co
rã domino ambulauit: qꝛ deus simplicẽ nõ ꝓ-
iicit: magis vero cũ simplicibus sermocinatio
eius. Et ad ornatũ charitatis etiã simplicitatẽ
1.Pe.1 oportet assumere: vt Petrus ait: Simplici cor
de inuicẽ diligite. Simplicitas vera sine rep-
hensione cõstituit possessorẽ: ꝛ tales habere spi
rituales filios deus q̃rit. Et hoc est quod apls
Phil.2 ad Philippẽses admonet/dicẽs: Oia aũt faci-
te sine murmurationib⁹ ꝛ hesitationib⁹: vt sitis
sine q̃rela/et simplices filij dei sine reprehẽsiõe
i medio nationis praue et puerse. Oculus vero
nequã malus est. Quod iesus hierosolymita nõ
Eccli.31 tacuit/dicens: Memento quoniã malus ẽ ocu-
lus nequã. Nequi⁹ oculo q̃d creatũ ẽ? Intẽtio

nequã mala penitus est: q̃ nihil nequi⁹ inuenit:
qꝛ sepe ad ea conatur q̃ neq̃t efficere: a q̃ cũcta
mala ꝓcedũt velut a virulẽta radice. Propter
ea idẽ experiri atq; cognoscere aiam iubet: In vi Eccli.37.
ta tua tẽta aiam tuã: et si fuerit nequã/nõ des il
li ꝑtãtẽ. Aiam tẽtare intẽtionẽ est experiri. q̃ si ne
quã fuerit/ nuſq̃ ꝑtãtis ei prestet effectus. Maꝫ
prius in oibus ꝑquirat intẽtio/anteq̃ in effectũ
operũ veniamus: qm̃ bona ꝛ mala magis ꝑ in-
tẽtionẽ rectã vel nequã ꝙ ꝑ id quod exteri⁹ agit
a dño iudicabũtur. Et ꝑ Esaiaꝫ maledictio dat Esa.1
semini nequã. Semẽ nequã intẽtio nequã: qꝛ ve
lut a semine fructus: sic ab intẽtione actus ma
lus vel iustus. Et cõtra simplicitatẽ duplicitas
e regione cõsistit: quã scriptura ꝓhibet ꝛ condẽ
nat: Ne accesseris ad deũ duplici corde. Et ite Eccl.1
rũ: Ue duplici corde. Et/Ue pctõri terrã ingre- Ibidem.2
diẽti duabus vijs. Et/Uir duplex aio/incõstãs Ibidem.
est in oibus opibus suis. Duplex corde aut ani Jaco.1.
mo est: ꝛ terrã duab⁹ vijs ingredit: q̃ de his que
agit/tpalẽ et eternã vult captare mercedẽ: ꝛ de-
um querit et hoies hui⁹ seculi pariter oblecta-
re. Dupl ex corde aut aio est/q̃ agit versute cuꝫ
quibus loq̃tur et obuersat. Nã vnuꝫ est in cor-
de/aliud in ore: cũ ore blãditur/corde decipere
tentat. Simplicitas est libertas ab oĩ versu-
tia et astutia: que quod corde gerit/ore profert:
que decipi non vult: decipere nunq̃ nouit. Ad
quã suos seruos saluator hortatur: Estote sim Mat.10.
plices sicut columbe.

De similitudine volatiliũ celi: secundũ Mattheũ et Lucã.

Capitulum VII

Quem ad suã imaginẽ et similitudinẽ
omnipotẽs fecerat: ꝛ ad seipsum ꝑ in
ternã ꝯsyderationẽ erexerat: nolebat
implicari a distrahente animũ sollicitudine ter
renorũ: ne heret illis ꝑ terrenoꝛuꝫ occupationẽ
inferior/quibus per dignitatẽ superior fact⁹ est.
Idcirco ad remouendũ sollicitudinẽ superflu- Mat.6. Lu.16
am atq; damnosã/ similitudinẽ volatiliũ celi et
liliorũ agri suo verbo saluator induxit. Uolati
lia ꝑ victu: lilia pro ornatu cõnexit. Uictũ vo-
latilia questuose inueniunt et suscipiũt: absq; ꝙ
impendant sollicitudinẽ ad futura. Et sentiũt
sensu carnis/quo de loco ad locũ/et ad suas na
turales actiones mouentur. Lilia vero sensu
carent/et questu nõ mouẽtur: nisi ab alio mota
et ornantur et vestiũtur decore naturali: vltra
ꝙ ars hũana possit efficere aut imitari. Quod
autem est victuꝫ querere ad conseruationẽ sui
a natura sumpsit iudicium: sed nec ipsa pascit
sensibilia/nisi ad pastũ ipsa moueant. Quod
est ornatũ esse ipsa natura fecit: absq; ꝙ ipsa or
nãda ꝑ seipsa moueant. Unũ ad esse ꝑtinet: al-
terũ ad ornatũ esse refert: vt eẽ et bñ esse/bñ eẽ
ꝛ meli⁹ esse in his duab⁹ sĩlitudinib⁹ intelligat.
Sed hec similitudo discussa ꝓpẽsius/intellectũ
in altius prouehit. Quinto die a creatiõe mũdi
volatilia esse creata ex scriptura sacra didicim⁹
ꝛ hoĩem esse ꝓductũ legim⁹ sexto die: quo i spe-

ꝙ ad aliquid est/exquirit actio ſm insitaꝫ a deo
virtutem: vt a celo disponens hec inferiora mo
tus: non tamē voluntarios hoīm mores. A stel
lis lumen ꝛ ea que sunt earū. Ab elemētis data
ꝓprietas. A carentibꝰ vegetatiōe aptitudo que
dam. Ab arboribꝰ ꝛ plantis fructus ſm inherē
tem a natura virtutē. Ab animalibꝰ id ad quod
facta sunt. Ab angelis administratio sine labo
re diuine iussionis ꝛ placiti. Ab homine fructꝰ
originalis iusticie atqꝫ legis scripte in corde: si
militer ꝛ moysaice tpe suo: necnō ꝛ euangelice
in his qui crediderūt. Et ceteris creaturis red
dentibus sue ꝓprietatis officia/post reprobos
spiritus fructū reddere soluꝫ neglexit humana
natura: vt in triplici iusticia oīno deliquerit nō
reddens debitū fructū. Et ꝗuis in paucis red
diderit/in pluribus inuenit obnoxia. Sed infal
libilis est ordo diuine iusticie: cui aut cuꝫ exigit
reddit: aut multat seuiter cōtumacem. Hinc ad
animādum ꝛ terrendū hoīes parabolā posuit/
Luce.13. dicens: Arborē fici habebat quidā plā
tatam in vinea sua. Et venit querēs
fructū in illa/et nō inuenit. Dixit aūt
ad cultorē vinee: Ecce tres anni sunt
ex quo venio querēs fructū in ficul
nea hac/et nō īuenio. Succide ergo
illā. Ut quid etiaꝫ terrā occupat? At
ille respōdens/dixit illi: Dñe dimitte
illaꝫ et hoc anno vsqꝫ dū fodio circa
illā et mittā stercora. Et siquidē fece
rit fructū: sin aūt/in futurū succides
eā. Ad synagogā obijcitur parabolicū verbū:
huiuscemodi eñ erat. Sed sentētia inclusa etiā
plura includit: cōtumaciā videlicet totius hūa
ne nature: necnō ꝛ ecclesie in his qui vota diui
na nō reddunt: necnō ꝛ singulariter diuerberat
singulares. Pretermittamꝰ multa sensum ver
borū omnimode perstringētes. Creator omniū
deus est ille quidā qui habet arborē fici planta
tam inter vites. Nam vinea in hoc mūdo plan
tata vniuersalis est iusticia: ī qua vites sunt plu
rime fructū iusticie porrigētes: de quibꝰ in hac
parabola nulla ē querela. Inter quas etiā erat
arbor fici plantata. Mos eñ agriculture hoc
habet/vt arbor fici plantetur aliquādo inter vi
tes: que inter oēs arbores fructū videtur pro
ducere dulciorem. Hec supergredit vites altitu
dine ex industria cultoris: que vites in vinea ꝑ
ut natura infunderet/non permittit ascendere:
que omnē arborē supergrederent/ si cui imite
rentur haberent. Arbor ista illos insinuat: qui
statum altioreꝫ in ecclesia gerunt: qui fructū ad
quod ordinati sunt/non referunt: quoꝝ omnino
est damnanda sterilitas: ꝛ eo amplius quo fru
Hiere.5. ctificare vberius possent. Et dominus ꝑ hiere
miam prophetā conqueritur: ꝙ peiores inuenerit
optimates populi ꝙ vulgares: ꝛ illos ꝗ videbā
tur legē scire/ꝙ eos qui videbant ignorare. Si
vero genus omne humanū sub arbore ista col
ligimus: facilior est dissertio. In quo ex tribus
annis creator ipsius veniēs fructum debitū nō
inuenit: in anno ꝑmitiue iusticie: ī secūdo legis
diticee: in tertio quo gratia diuine incarnatio
nis effulsit. Fructus quesitus non ad querentē
pertinet/sed ad ꝓferentē. Bonoꝝ nostrorū ete Ps.15.
nim non indiget. Est quidē fructus quem deus
querit ab homine/ id bonū opus quod ex virtu
te nature/donoqꝫ gratie sub decreto legis/ aut
occulte ostensionis ipse potest efficere: quo nō
reddito/velut res impertinēs humana penitus
arbor eradicanda est. Hinc per salomonē dici
tur: Quodcūqꝫ manus tua potest facere/ instan Eccle.9.
ter operare: qꝛ nec opus/nec ratio/nec scientia/
nec sapientia erunt apud inferos: quo tu ꝓpe
ras. Potest omnis adultus cōditā naturā sequi
ꝛ ſm illam agere. Potest refrenare corruptam
eiusqꝫ opera declinare: non virtute propria/sed
diuina. Potest dare gratie cooperari: aliter au
tem sine causa daret. Potest viuere sub decre
to legis: alias homo delinquens excusaret. Si
vero mente incapax/adhuc īpotens corpore ab
hac vita discesserit: si aliorum fides illum obtulit
sacramētis: in illa saluabitur. Si vero fides alie
na sibi non subuenit aut ꝓpria: excludetur a bo
nis illis: includēdus in malis vbi originalis cul
pa promeruit/ aut propria iniquitas acquisiuit.
Propterea omnibꝰ dicitur: Quodcūqꝫ potest
manus tua facere/instanter operare. Periculo
sa est in omnibus operibꝰ mora. Preterit enim
sempꝫ irreuocabile tēpus: et ad inferos sine ope
ribus iusticie ꝓperamus: vbi ratio/sciētia ꝛ sa
pientia remediū afferre non possunt. Necnō et
per ꝓphetā fructus quē dñs ab humana arbo
re querit/edicitur. Indicabo tibi o homo/quid Michee.6.
sit bonuꝫ ꝛ quid dñs requirat a te. Utiqꝫ facere
iudiciū/ꝛ diligere misericordiā: et sollicitū am
bulare corā deo tuo. In se ꝛ ad se intorsisse iudi
ciū est euasisse diuinū: quo steriles arbores suc
cidunt. Inquit eñ apostolus: Si nosmetipsos 1.Corin.11.
iudicaremus/nō vtiqꝫ iudicaremur. Optimus
fructꝰ est iusticie/ se iudicasse de malis: ꝛ se a cri
minibꝰ auertisse: atqꝫ ī se punire penaliter quod
deliquit suauiter/ fructū ꝓtendit in altū. Mise
ricordia deriuat in ꝓximos: quā qui perfecit/est
etiā ipse misericordiā ꝯsecutꝰ. Sic saluator ait:
Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā cōse Mat.5.
quent. Et alibi ꝯtraria ꝛ seuera est expssa sentē
tia: Iudiciū sine misericordia fiet ei/ꝗ non facit Jacobi.2.
misericordiā. Exquirit fructus misericordie ab
eo ꝗ vult oībꝰ misereri/ꝗ velut fenus excrescit:
Nā qui facit misericordiā/fenorat ꝓximo suo. Eccli.29.
Sollicite ambulare corā dño ī id refert quo im
pretermissa cautela turpia ꝛ iniqua declinātur/
ne dei offendat aspectꝰ: ꝛ cū oī prudētia ꝓpul
sa pigricia placita dei fiunt: ꝛ itur de virtute in
virtutē: ꝛ fructificat in opibus bonis: sicut dicit
apls: In omni ope bono fructificātes. Hanc si Colo.1.
quidē sollicitudinē ambulādi corā dño/que hꝫ
annexā cautelā atqꝫ prudentiā/ad ephesios pau
lus expressit. Uidete itaqꝫ quō caute ambuletis Ephe.5.
non quasi insipientes/sed vt sapientes: redimē
tes tempus/quoniā dies mali sunt. Et ad Thes

1. Thess. 4. salonicenses etiam ait: Rogamus vos et obsecramus in domino Jesu: vt quemadmodũ accepistis a nobis/quomodo vos oporteat ambulare et placere deo: sic ꝛ ambuletis vt abundetis magis. Sic eñ sollicite ambulandũ est corã domino: vt in virtutib9 semꝑ amplior sit ꝑfectus: et abũdantia latior/et fructus vberior. Necnon et ad Galatas similiter ista cõmemorat: Spiritu ambulate: et desyderia carnis nõ perficietis. Et alibi: Si spiritu viuimus/ spiritu ꝛ ambulemus. Hec porro est sollicitudo ad ambulandũ placite corã domio: que inter fructu quos dñs exquirit a rationali arbore/numeratur. Satagũt igitur arbores rationales fructũ expetitũ a dño reddere/qm eas ĩ hac vita plãtauit: qm de fructu oris sui vnusquisqꝫ replebitur bonis: ꝛ iuxta opera manuũ suarũ retribuetur ei. Et sub metaphora mulieris fortis ad totam ecclesiam/et ad omnẽ animã dicitur: Date ei de fructu manuum suarũ: et laudent eam in portis opera eius. Ecce ꝙ alia nõ datur retributio: aliorum bona in meritum glorie nemini accedunt: sed vnicuiqꝫ datur de fructu manuum suarum. Et qui non laudatur ex proprijs/ex alienis sordescit. Quod beatus est qui fructũ quesitũ a dño exhibet/ psalmista declarat: Beatus vir qui nõ abijt in cõsilio impiorũ: ꝛ in via peccatorũ non stetit: et in cathedra pestilentie nõ sedit. Sed in lege dñi voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanꝗ lignũ quod plantatũ est secus decursus aquarũ: quod fructũ suũ dabit ĩ tpe suo. Tria deuitãda/duo faciẽda denunciat: vt ex arbore humana fructus obueniat. Praua nõ inferre consilia: nec ꝑuersis consultorib9 sociari: nec fecisse iuxta ꝑuersa: in via malorũ non stetisse: dispositio est ad bonũ/etiã post delictum. Et cũ semper sit ad malũ prona mortalis infirmitas: cũ ceciderit/statim adijciat vt resurgat. Et cito redeundũ ẽ a pctis. Nõ dogmatizasse ẽm praua ꝗ sentit/tẽperantiã sanctã habet: qm sepe plures inficit dogma ꝑuersũ ꝙ actio nequã. Volũtas hoĩs in lege dei est/ꝑfecisse volũtatẽ dei: et illã meditari die/erudit in ꝓsperis: meditari nocte/solidat animã in aduersis. Jugis debet esse meditatio legis dei: cũ die ac nocte in illã defixisse aspectũ beatitudinẽ habeat. Meditatio legis dei assidua inuenit certissime ꝗd vitãdũ/ꝗd agendũ hoĩb9 ꝓpositũ est: ꝛ qm oĩm est honestissima/ sua pulchritudine ad se hoĩes trahit. Inuenit etiã in lege dei occulta meditatio ei9/ꝗd ꝑ iusticiã debeat reprobis: ꝗd ꝑ misericordiã ꝓmittatur electis. Necnõ ꝛ animus sedulo illa meditãs/ reperit infirmitatem eius qua in ꝓhibita decidit: ꝛ ad ei9 iusticiã nõ resurgit: quã implere satagẽs ꝓpter pulchritudinẽ eius/ꝛ ꝓpter premiũ ipsi9 gratiaꝫ postulat: qua possit deuenire in fructũ: ꝛ ex hoc est tãꝗ arbor plãtata sec9 aquas/dãs fructũ ĩ exigentia tpis. Sic hõ iste factus est sentiens iuxta se dei gratiã decurrentẽ: cui9 virtute fructũ quesitũ dño quereñti ministrat. Sed si arbor euanescit in fructib9: cui9 natura existit fruct9 educere: frustra ꝑmittitur supra terrã in occupatiõe ipsius: maxime si est in vinea: cũ vitib9 subiacẽtibus noceat: ne calore solis vue ꝑficiant. Illã abscindere agriculture ratio exigit: si sterilis est/ꝛ alijs cã sterilitatis aut icõmoditatis existit. Sepe factũ reꝑimus: vt vnus hõ in bonis operib9 sterilis: in alios aut impedimẽti aut exempli mali damna trãsfundat. Ait dñs: Succide eã: Ut quid etiã terrã occupat? Ex rigore iusticie sentẽtia succisionis egredit ꝑ eo ꝙ ad aliꝗd oĩa facta sũt. Sed si ab arbore fici terra steriliter occupat: succisioni obnoxia subiaceat. Cũ nihil in terra de9 fecerit sine cã: frustra viuit ꝗ sibi ordinẽ positũ pretermittit. Quid arbor ĩ agro vel horto: si id quod est sue nature nõ reddit? Nulla causatio aduersus syluestres arbores/si dulcẽ fructũ nõ exhibẽt: non eñ eis natura suadet. Aduersus fici arborẽ est querela: cõpetebat eñ ei huiuscemodi fructuꝫ reddere. Nõ eñ exigit deus a rebus a se creatis/quod in earũ natura nõ posuit: sed credita eius est exactio: als iniustus haberet exactor. Humana igitur videat arbor/ꝗd sibi creditũ ẽ ex natura/quid ex gratia: ꝛ quantũ sua valitudo ꝑtẽditur: et in his dũtaxat se agnoscat obnoxiam exactori. Reddat quod ab ea exigit: ad impossibilia nõ cogitur: ꝑ iniusticiã nõ grauatur. In ea ẽm iura diuina decernitur: ẽm que cõtẽnẽs paratur ad rhompheã. Qm frustra viuit ꝗ nequiter viuit: et mori melius ꝙ perperã agere. Ut quid igitur homo sterilis viuit? Amplius ꝛ male operãs cur existit? Cur terrã ꝛ loca terraꝫ occupat: ꝗ debita nature atqꝫ grẽ nõ ꝑsoluit? Fructũ penitẽtie saluator ex ista parabola inquirebat: cũ ipsã his ꝗ morte galileoꝝ occisorũ a pylato ꝛ a casu turris nunciauerãt/ꝓtulisset: adijciẽs: si nõ penitẽtiã egeritis/ oẽs simul peribitis. Et ilico parabolã subdidit. Sꝫ cultor vinee ꝑ arbore intercedit: vt ꝙuis digna sit succisione: tñ cultoris intercessione seruet: eo pacto ꝙ arte natura iuuat. Hinc aũt ille rñdẽs/ dixit illi: Domine dimitte illã et hoc anno: vsqꝫ dũ fodiã circa illã/ꝛ mittã stercora: et si quidẽ fecerit fructũ: sin aũt/ĩ futurũ succides illã. Cultor vinee christus homo est: ꝗ suã colit ecclesiã: apud patrẽ ꝑ sterilib9 intercedẽs: ne post delictũ subito tollãtur a vita: ne sit omni no desperãda correctio: qm si mors post delictũ eradicãs a vita multatio seꝗretur: paucorũ eẽt saluatio: ꝛ de correctiõe nullus sermo texẽdus: ꝛ desperatio in delinquẽtib9 adderet: quoꝝ qm ꝙplurimi tolerati ad tẽpus/ad iusticiam reuertunt. Hinc Petrus dicit: Nõ tardat deus prõmissionẽ suã/sicut quidã existimãt: sed patiẽter agit propter vos: nolẽs aliquos perire: sed oẽs ad penitentiã reuerti. Promittit optimus cultor circa arborẽ fossionẽ: terrere scilicet delinquentẽ per verba doctorũ donec cõpungatur: similit ꝛ sterc9 apponere vilitatis/ peccati atqꝫ

Margin notes: Gala. 5. Gala. 6. Prouer. vi. Ibidem Psal. i.

penarũ dare noticiã. Quod si ex huiusmodi ad
bibitis arbor nõ fructificat sterilitate deposi-
ta: ferrũ diuine iusticie illã succidẽs adueniat.
Terror ex hoc omĩbus factus est. Nã si nõ fru
ctificãs iusticie/atqꝫ nõ faciens fructus dignos
penitẽtie/iuste succidit: iniquitati deseruiẽs qui
bus penis multabit? Confirmat enĩ hoc ad ali
ud dicta quedã magis acerba Petri sententia
1. Pe. 4. Et si iustus quidẽ vix saluabit: impius ꝛ pecca
tor vbi parebunt?

¶ Epilogus quidã de parabolis tri bus proxime supradictis.

Capitulum XXXIII

Volẽs saluator noster ꝓpt̃ sui secũdi
aduentus incertitudinẽ seruos suos
esse ꝑatos: aduersus imparatos sim
pliciter docẽs ꝛ terrens: et parabolice suo mõ
disseruit: Dis seru⁹ qui aliqd agere cõmissũ ac-
cepit: si malus est/in absentia dñi segniter ope
rat. Et morã facere dñm i corde causat: vt ꝯce-
pte malicie opus adijciat: sibi neqter impuni-
tatẽ ꝓmittẽs si tardauerit dñs. Est et alioꝝ ma-
loꝝũ seruoꝝũ ꝑuersitas: que hipnte cõmittitur.
Ut aliquis domini volũtatẽ nolit intelligere:
ne quod intellexerit teneat implere: sciẽs verã
Lu. 12 ꝛ infallibilẽ esse sententiã: Quia seru⁹ sciẽs vo-
luntatẽ dñi ꝛ nõ faciẽs/plagis vapulabit mul-
tis. Et seruus nesciẽs voluntatẽ dñi sui/neqꝫ ꝑ-
ficiens/plagis vapulabit paucis. Sed scienteꝫ
ꝛ nescientẽ sequitur vapulatio ꝓm trutinã diui-
ne iusticie. Est et alius malus seruus: qui cõser
uis ꝛ ancillis infert iniuriã/ dñm i absentia nõ
veritus. Et participiũ habet cũ cõsimilib⁹ ma-
lis: cũ eis in abusum deducẽs domini sui bona:
ꝙ in familia dñi dei nostri taliũ seruoꝝũ repro-
bã consistentiã adesse certissimũ est. Sed certis
sim⁹ erit improuisus aduẽtus/certissimã ꝓuisi-
onẽ faciẽs nõ premissus. Ideo paterno affectu
diligens quos cõdidit ꝛ redemit/venire se im-
prouise minatur: ne cogatur ex iusticia ineuita
bili percutere/quos monet ante cauere. Feri-
re penitus volens ex iusticicia siue odio/caute-
lam non predicat: sed velut immobile signũ ex-
positum ad sagittã/querit ineuitabiliter quem
transfigat. Cautũ ergo fiat omnibus in domi-
ni seruitio recensitis ꝙ veniet: sed certissime cũ
nõ speramus adueniet. Et si vltima omniũ di-
es atqꝫ cõmunis a remotis conspicit: vniuscu-
iusqꝫ finalis multis in insidijs/ multis vero in
ianuis est. Sed nemo aduersus dñm moueat/ꝗ
re omẽs huiusmodi nescientie voluerit subia-
cere: vtilius forte arbitrans si scientia largire-
tur: in multis que ad hanc vtilitatẽ excogitari
pñt/ iaciens fundamentũ. Magis aũt talis ar
bitratio peccatũ grauat: qr dñm tanꝙ defectu
ꝓse agentẽ nostrã salutẽ accusat: quia nihil ad
ipsam expediens in aliquo retardauit: seipsum
aũt nobis in omĩbus dedit atqꝫ ꝓmisit: quod il
lius scientie maioris est muneris. Quã sciẽtiã
Act. 1. tanꝙ nõ vtilẽ: vt in actibus apostoloꝝũ legitur:
ipsis petẽtib⁹ denegauit. Scire nãqꝫ futura nõ

est virt⁹: ꝗuis signũ possit esse virtutis: se autẽ
ad futura vita ꝛ morib⁹ ꝛ animo preparare/ple
nã dico esse virtutẽ. Maiori vero sũ contẽpla-
tus intuitu periculũ magnũ generi humano ad-
esse/si talem ignorantiã in scientiaꝫ couertisset.
Nam homines nõ conuersi: ꝛ si qui fuerunt iã
facti auersi: vsqꝫ ad vltimũ fere terminũ mundi
huius amenitatibus delectati atqꝫ illecti: redi-
re ad dominũ distulissent. Et ex eo firmat ista
sententia quod experientia docet: Nã si finis ꝓ
ximi atqꝫ remoti hui⁹/ꝛ omniũ ignorãtia homi
nes a mũdi amenitate nõ eximit: certũ ꝙ scien-
tia nõ eximeret: potius temporis faceret ꝑti-
tores/si haberet tẽporis certa mẽsura: vt partẽ
primã floride iuuẽtutis pulchriorẽ atqꝫ maiorẽ
diuinis laborib⁹ aptã/magis acceptã oim cõdi
tori/cũ mũdo abusiue in dulcedine vana consu
merẽt: ꝛ reliquã ꝛ minorẽ senilẽ et grauescentẽ
ineptã studijs alte vite/velut putridã fecem in
aniter claro vino consumpto dño reseruarent
Igit imparatũ et malũ seruũ/qui dñi nõ cogi- Mat. 25.
tabat aduentũ/sententia iusticie diuidet dñs a
paratis: ꝛ partẽ eius ponet cũ hypocritis: cuꝫ
quibus similẽ vitã habuit. Et mancipabit eter
nis fletibus/qui ꝓ peccato flere noluit: et strido
ribus dentiũ/cum quibus male comedit et risit
Peramplius aũt suos cautos facere volens/et
improbare aduersos: decem virginũ adiecit pa Ibidem.
rabolã: quinqꝫ prudentiũ pertinentiũ ad para-
tos/ꝛ quinqꝫ fatuarũ signantiũ multitudinem
oim imparatoꝝũ: qui delectati sensuũ ꝗqꝫ ob-
iectis/forinsecus in corpali lumine ꝑuagãtes:
nõ accipiũt vasa plena: patulũ cor ad deum nõ
habẽt: nec se ꝯstituũt vasa charismatib⁹ replen
da diuis: nec oleũ misericordie interne leticie fo
mentum luminis/ in seipsis velut in vasis do-
mini ponunt: nec lampadem faciunt in seipsis
lumen infallibilis veritatis sursum ferentis ꝛ
dirigẽtis habẽtẽ: sed ad portã diuine iusticie au
diẽt vocẽ diuine sentẽtie: Amẽ dico vobis
nescio vos. Quid est/nescio vos? Quid est
quod nesciat q̃ oĩa creat? Quid est quod nesci-
at q̃ oĩa fecit? Quid ẽ quod ignoret/qui oĩa no
uit anteꝙ fierẽt: nec aliter nouit facta ꝙ fiẽda?
Inuariabilis enĩ est sciẽtia ei⁹. Sed nescio vos
nõ approbo vos: Nescio vos: reprobo vos. Ut
qui me nõ ꝓbastis: nec ad me vigilastis in cor-
dibus ac morib⁹ vestris: reprobo vos i ianuis
meis. Et seruũ nõ operantẽ cũ accepto talẽto/ Ibidem
iustissime cõdẽnauit. Quotquot etatẽ capacem
vitij ꝛ virtutis attingimus/talentũ accepimus
rationis: sup quã fundat liberũ arbitriũ volũ-
tatis: cũ quo demereri possum⁹ ꝛ mereri. Sed
pleriqꝫ donũ acceptum a deo abscondunt: qui
publicũ ex actibus virtutũ nõ faciũt/ quod ra-
tione intrinseca cognouerũt. Sed vbi abscon
dunt? In terra. Quõ in terra? Fodit. Bonũ ẽ
id quod absconditur: quia donũ quod diuina
largitur bonitas. Malum: qr nulla in abscõsi
one vtilitas. Ecclesiastic⁹ dicit: Sapiẽtia abscõ Eccl. 20
dita ꝛ thesaur⁹ abscõdit⁹/ que vtilitas in vtris

q̄? Malū vbi absconduut: quia in terra. Terra maledictionē accepit in operibus peccatoris. Malū modus quo abscondūt: qz fodiunt. Fodiens em̄ laborat. In laboribus fossionis est mali autor: et nouitatis inuentor. Sed ad prelibata extensius reuertamur. Bonū absconditur. Quod bonum? Quod placere potest deo: quo mereri nobis aliquid supra datū possum⁹: vt bonum mercatur amplius bonū. Quod bonū? Quod nouit esse autorem. Quod bonum? Quod non discrepat a cōsimili. Quod bonū? Quod cōsonat vniuerso. Quod bonū? Quod destrui ex toto ipse autor non sinit. Quod bonū? Quod non habet ex natura contrarium. Quod bonū? Naturale ingeniū. Quod bonū? Rationis donū. Quod bonū? Libere voluntatis arbitriū. Quod bonū? Esse in contentu. Quod bonū? Morale quadripertitū. Hec oia et similia ex radicibus nature fecit atqz dedit cōsurgere/ qui naturā fecit et dona. Et hec oia talentū vnū perficiunt: quod summū pōdus designat. Quod si ad hoc pondus addere gratiā christianā: quasi arena maris grauior apparet. Vide igitur talentū cōcessum: vide donuz acceptū: vide pondus supremū: vide bonuz ex multis bonis conflatū. Sed vide bonū abscōditū. Sed hoc damnabile malū q̄ dei abscondunt donū. Operemur cū donis acceptis: et ad sibi ꝯuenīēs vnūquodqz ordinemus: nec sūt sopite virtutes: q̄s natura voluit palā fieri: et ipse oim largitor bonorū ad hoc dederit vt ordinarent ad opus relatū ad largitorem: et redimeremus nos ab his quib⁹ nos tradiderat ꝑmogenita mors: et releuarem⁹ ab imitātib⁹ in q̄s deiecerat nouerca natura: et ipsis cōpilatis ad finem ordinatis/ velut exules reuocaremur ī patriā. Vituperat ecclesiasticus abscōdita bona/ dicens: Bona abscondit a in ore clauso/ quasi appositiones epularū circūposite sepulchro. Ut ista similitudo altius deducat/ sensus a littera recōuertit. Mortuus aūt cadauer ī sepulchro existēs/ comestibiles appositōes nō comedit neqz sentit. Ita velut cadauer in sepulchro fetide iacens reputādus est: qui talēta dn̄i apposita/ et varia dona dei nō mancipat inuisibili aut visibili opi ad largiētis honorē ꝓpriāqz salutē et ad edificationē ꝓximi. Et maledict⁹ q̄ abscōdit frumēta ī ꝓplis: sapiētia clamat: vt eternis subiaceat penis/ q̄ dona dei abscōdit a ꝓximis. Et multabit taliōe pigrorū abscōsor operū. Abscōdit piger man⁹ suas sub ascella sua: et laborat si ad os suū eas cōuertit. Quid ergo ꝑ manus nisi potētia et act⁹? Quid abscōsio sub ascella/ nisi sub modico calore occulte delectationes detineri? Quid q̄ nō applicat ad os/ nisi q̄ taliter non agit vt debito modo fiat? Sed malū est locus vbi abscondit: quia terra. Terra cibus est serpentis: terra grauis est: terra terrenos facit. Ve igitur qui terrenis rebus diuinū abscondit talentū: quod ideo datuz erat/ vt cū illo mercaret regnū eternū. Reprobus ē

Eccli. 30 (margin, beside "dicens: Bona abscondit…")

Prouer. 11 (margin, beside "lutē et ad edificationē…")

Prouer. 19. (margin, beside "rū. Abscōdit piger…")

mercator qui aurū in ferrum/ argentū in plumbū/ margaritas in lapides alueos equali quantitate cōmutat. Nulla tam grandis sufficit pena ei/ qui dona inuisibilia pro visibilib⁹/ incorruptibilia ꝑ corruptibilibus tradidit in cōmerciū. Absconsionis autē mod⁹ culpā magis aggrauat/ si quis recte consyderat. Primo fodit: deinde abscondit. Fodere laborē insinuat: quē ferre malus villicus recusabat/ dicens intra se: Fodere nō valeo. Quis antē infructuosior labor/ q̄ de quo vite priuatio carpit? Quis periculosior q̄ quē nulla sequitur requies? Quis inutilior q̄ cui stipendiū mortis offertur? O male fodiens velut equus vngula terrā. O qui conaris in vetitū propulsa virtute. O qui superna dona terra ima defodis. O q̄ adinuenis vnde mittaris in antrū: fodis vt abscōdas arte atqz violentia facis. Ve igitur qui conant in malum. Ve qui adinuentioes perficiunt in peccatis. Visitabo vos dicit dn̄s in adinuētionib⁹ vestris. Malum est maluz facere: sed peius est cum labore: sicut propheta exaggerando loquitur: Ut inique agerēt laborauerunt. Malū est quod deo non placet: sed grauī⁹ peccat q̄ adinuenit quod sibi maxime displicet: qz ibunt ꝑ damnationē in adinuētiōib⁹ suis. An ideo fodit: qz male credebat facere inuisus? Sed oculi dn̄i in oīni loco contēplātur bonos et malos et nec est q̄ se abscondit a calore iusticie ei⁹. Et si nostra substāna occultaretur in inferiorib⁹ terre: a dei oculo nō esset effugiū. An fodit vt ī profundū malorū descenderet? An fodit vt plātaret aut propaginaret plantatū? Ad q̄d fodit? Ad nihil vtile fodit. Sed ad finem peruersū fodit: et foueam fecit vt absconderet. Quid? Pecuniā domini sui: non partē/ sed totum talentū quod acceperat: vt nihil remaneret ad vsum/ quod totū ad fructū fuerat erogatuz. Ecce labor ī dāno: ecce opis ꝑditio certa: ecce fatigatio vt deueniatur in penā: sic dei vltione agit/ q̄ peccator incidit in foueā quam fecit. Et alibi: Foderunt ante faciē meā foueā: et inciderunt in eam. Dixerat olim Job: Traxerūt ī bonis dies suos: et in puncto ad inferna descēderunt. Ego contrariū dico: Trahunt et ducunt peragunt et faciunt in laboribus/ sudoribus et anxietatibus dies suos: et in puncto/ imo ī tpis momento paruissimo ad gehennalia loca merguntur. Qui fodit/ corpus rectum incuruat: et terrā percutit sarculo duriori: et amplo ligone sursum terrā trahit ab infimis. Fouea vero facta funditus iactato talento/ terram in infimis vt abscōdat/ iterū recōuertit. Nōne hoc labor et afflictio spūs? Ecce cecatas hoīm mentes: q̄ labores/ q̄etes/ amaritudīes/ dulcedīes/ ꝑdictiones/ vnctiōes appellāt. Ad peragendū malū q̄ bonū amari⁹ desudat: et toleratū ex tpe malū ꝑparat ad eternū. Que ꝑuersio ad labores a laborib⁹ ꝑgere? Accedere ad quietez expediebat poti⁹ laborāti. Verūtñ si ꝑ deo/ nō ꝑ mūdo aut carne fuisset tolerati labores: nō laborasz cā de-

Lu. 16 (margin, beside "Fodere nō valeo…")

Hiere. 9. (margin, beside "quitur: Ut inique…")

Psal. 7. (margin, beside "q̄ peccator incidit…")

Psal. 56. (margin, beside "bi: Foderunt…")

Job. 21. (margin, beside "runt in eam. Dixerat olim Job…")

tem adijcit vel laborē. Quid ergo est fodere: ni
si preter domini voluntatē in terrenis animo et
corpore laborare: atq3 desudare in his: in qui-
bus diuina bonitas nobis in carne facta ma-
gistra: desudandū contēpsit: et ad terrena om-
nē suaz incuruare virtutē: velut illi qui oculos
suos statuerunt declinare in terrā seorsum ab
Job.29. istis: dicente Job: Lux vultus mei non cade-
bat in terram. Quid est fodere: nisi cū insensibi
libus gerere bellū durum? Nonne cū terra pu
gnat fodiens duro ligone? Percutit et artus:
simul et brachia tremunt: et qualē dedit ictum
pertulit terre fossor. Quid autē est abscondere
in humo fossa talentū: nisi omne a summo deo
acceptum beneficiū et donū: ita in rebus visibi
libus et mortalibus implicare atq3 immergere
vt in dei seruitio nihil suum appareat ante con
spectū? Absconditū enī est quod ante deū obse
quendo nō venit: id finaliter agens: vt faciē mi
sericordie sue ipse abscōdat a nobis. Strenu9
miles tēpore belli vires corpis bellandi peritiā
nō abscōdit. Sapiēs sapiēter necessitate dictan
te: quod nouerit expedire nō celat. Si quis su-
per naturā doctus querit materiā rebus gerē-
dis: delitescere appellat inertiam. Qui diligit
nō occultat amorē: sed signo z opibus pandit.
Infanti sugere postulāti mater aut nutrix vbe
ra nō subpannat: z lamie nudant māmas: et la-
ctant catulos suos. Aues z animalia nō abscō-
dunt eorū expediētia natis. Nō obtegūt plan-
te virtutē insitā a natura: sed ornāt folijs: flori-
bus z fructibus orbē. Quatuor elemēta eorū p-
prietatē nature nō obnubūt. Lux seipsam non
operit. Nihil est ordinē rerū sequēs regulamq3
iusticie: quod nō obtendat loco z tpe: necessita-
te aut euentu rerū opportune manifestari expe
diens ad profectū sui: aut ad retunsionē cōtra-
rij. Quid est ꝙ sola iniquitas hominis quod a
a deo accepit: abscōdit? Exagitabit te forte ser
mo vteri tui: vt ad excusandū aut te protegēdū
inferas verba tua: vt quod est vitij: velis ascri-
bere ad virtutē: dicens: Preceptū accepi a chri
sto: vt abscondā opera bona: orationes et mu-
nera. Sed aliud est abscondere iusticie opera:
ne intentione supposita tēporalē atq3 vētosam
gloriā capiamus: z hoc est quod prohibet chri
stus. Aliud est instrumenta bonorū operū atq3
virtutū: l terrena delectatione defodere: ne cū
illis domini placitū faciamus: et talem abscon
sorem iussum est a domino mitti in tenebras ex
teriores: quia in exterioribus fuerat delectat9:
et fletum et stridorē dentium patietur: qui flebi
lem vitam dilexit: et pro ipsa dentibus multa
corrosit. Omnes quidem parabole supra pro-
xime memorate de decem virginibus: de seruis
prudentibus: de vigilia ianitoris: de rege pere
grinante dona tradente: rationē exigente cum
redierit: in vigilia terminanē: et prudentiā per-
suadent: et sollicitudinē agendorū: nō ꝙ semp
corpore vigilemus: sed mente solerti: et proui-
deamus nobis: et operemur pro nobis: ne inue
niamur in die vltime exactionis fiende a domi
no imparati: sed parati ad eius regnuz ab ipso
nobis paratum eternū.

¶ De parabola mulieris ī partu tri sticiā habentis: ad depellendam in agonibus tristiciam electorū: secundum Joannem tantū. Ca. XXXIIII

Altos agones saluator in mūdo impo
suit: cū ex verbo z auditu fidez trinita
tis: incarnationis sue: ceterorūq3 fa-
ctorum suorum: z resurrectionis omniū: eterne
penalitatis et glorie humano cordi per suos di
scipulos disposuit coniugare: atq3 mundū sub
iugare cruci: que iudeis scandalū: gentib9 stul-
ticia est. Hinc talia suadentibus: persecutiōes
pericula: gladij: exilia: et omnia tormentorū ge-
nera parabātur: etiam omne horrendū morien
di genus. Ratione atq3 demonstratione ista in
sinuanda carebant: nec aliter ꝙ per fidē pote-
rant in cordibus hominū mitti. Magna por-
ro distantia inter cor humanū et taliū: atq3 in-
uisibiliū et futurorū fidem. Proinde iesus pro
nunciat futura pericula: et ex eis causandā tri-
sticiā: quam et per adiectā parabolā mitigat: z
pollicetur in leticiam conuertendam: dicens:
[Amen amen dico vobis: quia plo Joan.16.
rabitis et flebitis vos: mundus aūt gau
debit: vos autē contristabimini: sed tristicia ve
stra vertetur in gaudiū.] Unde fletus atq3 plo
ratus? Quia ex his que predicabitis: cōtume-
lias afficiemini atq3 tormētis. Et quoniā segre
gatos a dilectoribus mundi: moribus etiā a so-
cietate z conuersatione separabunt. Gaudebit
mundanus homo: cū se viderit superiorē sub-
actis suasorib9 fidei: cū crucifixus suos nō tue-
bitur cruciatos: cū extemplo nō fuerit ī eis vin
dicatū ex iacturis et ꝯtumelijs irrogatis. Gau
debit quippe cum viderit nouos Christi preco
nes atq3 sequaces squalidos: ꝑssos inedia: nu-
datos rebus: abdicatos a domesticis: seiūctos
a charis: nulla substantia mūdi refulgētes: se-
ipsū autē aspiciēs florere placitis: abūdare cupi
tis: z mundū sibi arridere ad votum: ignorans
quanta sit infelicitate claudendus. Uos aūt cō
tristabimini corpore: sed nō mente. Nō enim
oportet mente tristari eū qui pro christo agoni
zare disposuit: et certare ad captanda celestia:
ꝗuis etiā corpus teneaē in pena. Et si aliquan-
do in anima irrepserit ipsa tristicia: si ꝑ re cor-
ruptibili fuerit: ilico auellaē: si vero ꝑ iniuria
saluatoris: pro defectu virtutis: ꝑ derelinquen
tibus legē dei: ꝑ patratione facinoruz: oportet
vt teneatur. Etem dauid in his tristicijs ange
baē dicēs: Uidi ꝑuaricātes z tabescebā: q2 elo- Psal.118
quia tua nō custodierunt. Laudabilis misera-
biliter: z misera laudabiliter est ista tristicia de
ꝑditione boni honesti: et cū cōmittiē quod su-
ma iusticia vetat: sed talium tristicia vertetur
in gaudium: nō perfunctoriū: sed eternum. Ad
hoc meli9 cordib9 infigendū: subiecit de partu-
riēte parabolā: in qua statū militātis ecclesie z

cuiuslibet agonizātis anime saluator edocuit:
[Mulier cū parit/tristiciā habet: qz
venit hora eius: Cū autē peperit puerū: iā
nō meminit pressure ppter gaudiū: quia natus
est homo in mundū] Sub typo mulieris partu
riēns describit ecclesia orthodoxa: et quelibet
anima fidei anulo desponsata christo: que pre-
habet tristiciā ad gaudiū: et quod est causa tri-
sticie ab īcerto/ fit causa leticie cū votū aut spe
ratū possidetur ex certo. Tristat mulier pariēs
ex doloribus: tristatur ex incertitudie partus/ an
masculinus aut femininus existat. Tristat ne-
sciēs/ an partus/ an ipsa pariens moriat. Tri-
statur/ ne abortiuū habeat/ aut editū ilico mor
tuū audiat: et ne aliquid sit deemptuz/ vnde pu-
dor sit in pariente: et coalescēte prole tristat: ne
quod timet/ eueniat: et ne veniat quod sperat.
Inter spem et metū impossibile fit nō adesse tri
sticiā. Huius mulieris typo laborat ecclesia/ et
ois fidelis aīa. In partu continuo ecclesia est:
quid sit nesciēs paritura. Multos habet ipsa
cōceptus ex semine fidei/ ex semine verbi dei: ne-
scit tamē quales partus oim sit futurus: qm mul
Mat.20. ti sunt vocati: pauci vero electi. Habet cū parit
ipsa tristiciam: quia venit hora eius/ scilicet par-
tus: qui dolorē parientibus infert: et hora discer-
nendi qd sit gestatū in ventre/ an validuz an in
firmū: an cū omni decore/ an cū aliquo nature
dedecore. Attēdendū q ab homine nō satus in
virgine supra naturā partus a virgine: qui tri-
sticiā prime mulieri ex vindicta parienti appo-
suit: et de muliere natus: omniū tristiciā quan-
tum in ipso erat/ conabatur auferre: etiā p mu-
lieris similitudinē parientis/ tristiciā suorū di-
scipulorū ex mundi varijs euentibus venientē
et tunc de absentia sua in illorū cordibus iā ex-
ortā consolari dignatus est: inferens parabo-
lam parientis in tristicia/ post partū in leticia
exultantis. Precesserant huius tristicie testi-
Gen.3 monia in scriptura sacra. Nā eue post peccatū
dictū est: in tristicia paries filios. Et eccl'ia cū
suos parit/ tristiciā habet: cuius figurā eua gessit:
sed illa ppter peccatū: ista ppter penā peccati
Demerito quidē illius primi delicti tot agoni-
bus agimur: tot tētationibus agitamur: vt vix
possimus palmā virtutis attingere: aut pringe
Gen.25 re quo vocamur. Rebecca in tristicia peperit:
cū aū partū geminos bellātes agnosceret: ex-
quo stupens p tristicia dixit: Si sic futurū erat:
qd fuit necesse ɔcipere? Duos pplos gestat ec-
clesia ī vtero fidei bella gerentes: dissilitudine
morū et differētia sentiēdi: qobrē tristat nesci-
ens quid futurū: tristatur ex bellis aduersis q
Gen.38. patit. Thamar tristis in tristicia geminos par-
turiuit: vt ex passione cōfligentis doloris et p-
sagij ad futura lamētaretur: q propter eam di-
uisa esset materia. Talia presagia in veritate in
ecclesia incessanter agitur: vnde velut pariēs
Apoc.12 mulier sepe tristat. Cuius tristiciā et causam/ p
cessum et pugnaz Joannes in Apocalypsi de-
scripsit de muliere que cruciabat vt pareret: et

draco partui parabat insidias: et ex emisso tri-
bulationū et heresiū/ et omniū aduersitatū flu-
mine ab ore suo: vt partus et pariēs necarent: ni-
si terra iuuisset absorptu fluminis: tristādi et timē-
di materia data erat. Sed pfluctoria est ois hu
mana ɔditio: etiā si vtrāqz partē ipsa ɔtineat: et
alternant vices hoim: vt nūc tristādi/ nūc gau-
dendi habeat occasio. Proinde nō tristiciā/ sed
causam oportet inspicere: et cuius intuitu tole
ratur aduersum/ nō quod patitur contemplati
onē inducat. Sepe quidē mundi tristicia ī eter-
nam traiecit habentē: sepe quidē trāsiuit ī gau-
dium. Quod tristicia tristiciā nanciscat: et tristi
cia in gaudiū terminet: nō hec tristicia seu illa
ta tētatio/ aut aduersitas tolerata facit/ sed cau
sa. Suppositiuas omniū causas oportet inspi-
cere: sicqz de fine dare iudiciū. Si rerū labenti
um conditio tristiciā fecit in seculo: faciet illā
eterne succedere: si vero christus est causa/ ter-
minabit ad gaudiū. Et hoc ipse discipulis loq-
tur: Tristicia vestra qui ppter me affligemini/ Joan.16.
nō omniū vertetur in gaudiū. Quia cū ecclesia
orthodoxa seu fidelis aīa/ longo tētationū et tri
bulationū cruciata partu: cū emiserit bonorum
operū partū in oibus seruata ɔstātia: cū fructū
virilē/ nō effeminatū fecerit: vt non sit filia moll
et tenera/ fragilis et caduca: sed filius accrescēs v-
tutibus/ sapiēs in moribus/ letificās patrē: non
stultus inferens matri tristiciā: sit filius de numero
filiorū qui in ecclesia bñdicūtur: sit filius dextre/
scz operās aptū beatitudini regni dei: nō recor
dabitur tristicie atqz pressure: illa eterna/ et su-
pra auditū et visum et intellectū inuenta leticia:
Vere non omniū tristicia vertetur in gaudiuz:
sed illorū dūtaxat qui ppter christuz patiuntur
vnde tristētur: siue quia dolent absentiā et pro-
longationē: ex hoc istius incolatus deplorāt di
centes vt pphета: Heu mihi qz incolatus meus p- Psal.119.
longatus est. Seu quia ob confessionez sui no-
minis illa tolerant mala que suadet inferre pri-
mo ad se crudelis hostilitas: et hominū excogi
tat deprauata crudelitas: aut qz illū offendere ī
lege sua: et sentiunt eū in pena sua purgatoria/
nō eterna. Purgaturā etsi habet virtutē tristi-
cia post peccatū: et ipsuz solū in hac vita digne
sortitur tristiciā: que si ꝑuenit vt fit ex culpa po
tius q ex pena: nil decētius reperit ad dilucēda
peccata. Oportet verā et salutiferā oriri tristici
am ex displicētia culpe/ nō ex displicētia pene.
Illa displicentia exoritur/ quia displicuisti deo
ex vitio interdicto: ista/ quia displices tibi ex pe
na quā pateris. Displicere sibi patiēti ex pena
pprium est oim sensibiliū/ etiā ratiōe carētiū. Dis
plicere sibi ex culpa tm̄ est vere ratione vtentiū
maxime aūt oim verorū fideliū: ac p hec incun-
ctanter tristicia de peccato/ nō de supplicio ver
tet in gaudiū. Et parabola parientis mulieris
elucidat. Parit in tristicia mulier: qz venit ho-
ra partus: qui ex multatione diuina ī doloribus
agit: pepit puerū: nō meminit pssure ppter gau
diū. Nō dicit/ nō meminit tristicie: sed/ pressure

Pressura causa est tristicie: non tristicia causa pressure. Quoniã dũ dolor cũ corporis natura confligit/adest tristicia pariẽti: cuz vero dolor tanq̃ a potiori bono victus abscesserit/et tristicia desinit. Ubi ad memoriã dolor corpis et animi tristicia reuocãtur: nõ tenet memoria q̃nta fuerit ipsa pressura: sed tenet quantuz tristicia ipsa cõfoderit. Facilius recordat⁹ e⁹ quod passus est animus/ q̃ eius quod sustinuit corpus. Quãuis em̃ vnũ consistit in altero: et vnũ preter alterũ habet existere posteri⁹/sed nõ prius. Nõ existit anima priusq̃ tradat corpus:sed creatur cũ traditur: et tradit cũ creat. Habet autẽ post existere/viuere et intelligere p̃ter corpus. Sic quidẽ aĩa solũ sentit tristiciã siue dolorẽ cũ pena infligit: corpus vero penã nesciẽs quid et que et quales sunt animi passiones. Recordabit igitur anim⁹ passionis sue nature potius q̃ alterius cuius est corpus. Diuersa quidẽ natura p omnẽ modũ est animorũ seu spirituũ et corruptibiliũ corporũ: tristicia ĩ anima/ pressura in corpe agitur. Nõ meminit ergo anima pressure acte in corpe: recordabit tamẽ tristicie quã ipsa ppessa est. Nõ tamẽ memoria tristicie tristiciã dabit his quibus veruz successit gaudiũ: sicut memoria se fuisse aliq̃n letatũ/ nõ dabit leticiã his qui eternũ suppliciũ incurrerunt. Nã ex magna infirmitate redditus sanitati/illius recordabit non tristatus: et ex magna sanitate redditus infirmitati/ tenebit illam memoriter nõ letatus. Unde nõ meminit mulier pariẽs pressure pp̃ter gaudium. Quare? Quia natus est homo in mundũ. Sic est exempli ficans. In exẽplificatũ igit veniamus. Et vos igitur nũc tristiciã habetis. A cũ diceret christ⁹: q: nũc recedo a vobis corpore actu peregrinandi/ non officio diligendi atq̃ subueniẽdi: sed id quod est causa tristicie/sit et vere leticie. Iteruz videbo vos: et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrũ nemo tollet a vobis. Talis absentia tẽporalẽ tristiciã generabit: p̃sentia visiõis eterne inauferibile gaudiũ prestabit eternũ.

Libri sexti de parabolis saluatoris finis.

Liber septimus de similitudinibus a saluatore positis et assũptis.

De similitudine salis: secundum Mattheum/Marcum et Lucam. Capitulum I

Differentiã similitudinũ ꝛ parabolarũ in libro p̃dirimus de parabolis/hic silẽtio tradentes. Sed cũ in prima et generali predicatione christus in mõte turbis ꝛ discipul loqueret: ad discipulos sũ sermonẽ intorsit: preostendẽs quantũ primatus/quantũve fructus sup alios ꝛ in alios acceperant: non solũ eos/sed futuros similes ĩ suis similitudinibus premonẽs/instruẽs ꝛ exhortãs. Et primo omniũ extitit similitudo sal: sub qua presagiauit aplõs ceterosq̃ in illa sorte futuros/dicẽs: [Uos estis sal terre: quod si sal euanuerit: in quo salietur? Ad nihilũ valet vltra nisi vt mittat foras/ꝛ cõculcet ab hominib⁹.] Uigilãs est similitudo ex natura introducte rei: ex christo clarescit amplius. Nec inmerito in omnibus tenet ista primatũ vt velut in rebus esibilibus sal: sic inter eos q̃ regũtur/aut opportune docent et dirigunt: debeant esse qui presunt/instruũt siue ducũt. Nihil protinus operat in his que vsu capiunt sal: quod siĩitudine sumpta nõ conueniat his qui sumpserũt ducatũ. Et in omni quod deficit aut euanescit in his quibus vsu apponit aut applicatur/insulsitas aut putredo exorit. Sic in his que agunt in hoibus s̃m rationẽ fidei/moresq̃ g̃re archores/sp̃uales doctores/duces: si euanescunt siue deficiũt/dãna similia pueni re credantur. Sed quis comedere põt insulsũ/ si debuit sale penitus esse conditũ? Aut quis tanget putridũ/aut sumet in esum/ seu tenebit ad vsũ: si appositione salis debuit preseruari? Proprietates siquidẽ salis solertib⁹ indagatorib⁹ relinquimus: ne plus debito sermo trahatur in longũ. Quod cũ fecerint: nihil inuenient inapplicabile in p̃fectibus/nihil in defectibus ad archotes sp̃uales: si aderit eis in similitudine bonitas salis: aut si aberit eis p̃prietas opportuna. Sed si sacrã scripturã volumus p̃contari: clarius apparebit cur archotib⁹ christiani exercitus salis/fuerit a Christo similitudo tributa. Sale quippe ipsam charitatẽ in agẽdis opportunã merito intelligim⁹: sine qua nemo aliquid deo acceptũ fecit: que in fedus sempiternũ posita est inter nos et deũ. Ac p hoc dñs in veteri testamẽto omne sacrificiũ cõdiri sale mãdauit/dicẽs: Quicquid obtuleris sacrificij/sale condies: nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo: in oblatione offeres sal. Sacrificia fideleũ christianorũ porro illa esse noscunt: que in corporibus hoim respectu supne patrie per carnis macerationẽ/vilitatẽ et abiectionẽ agũtur: in quibus nulla vtilitas/ si defuerit charitas. Nec tale sacrificiũ erit acceptũ/ si omnino erit insulsum. Sunt em̃ sacrificia nostra excitationes in orationib⁹ et indagationibus scripturarũ sanctarũ/ꝛ in intimis meditationib⁹ cordis: ac etiã in illis theorijs/quãdo supra seipsũ et supra cũcta sensibilia noster anim⁹ conat extolli. Sunt ꝛ si qua peragim⁹ in subiectionibus primorũ: que oĩa inepta redduntur/nisi sale charitatis condiant. Hinc em̃ est quod Apl's ad Corinthios scribit nihil esse/nihil p̃desse si sine charitate/dicẽs. Si linguis hominũ loq̃r et angelorũ: et cetera que annectunt. Est p̃ri⁹ ipsa charitas sed⁹ iter nos ꝛ deũ: vt si diligim⁹

Mat. 5

Leuit. 2.

1. Corin. 13.

Prouer.8. diligemur: sicut sapientia clamat: Ego diligen-
tes me diligo. Est ⁊ fedus ꝙ si diligimus deum
diligamus ⁊ proximū: sicut ioannes in sua cano
nica cōmemorat. Est ⁊ fedus ad mādata seruā-
da: vt si diligim⁹ preceptorē/eius precepta ope
Joan.14. cōpleamus. Etem christ⁹ dicit: Si quis habet
mandata mea et seruat ea/ille est qui me diligit.
Ille habet mādata mea qui nouit/ qui tenet ea
memoriter: sed tūc seruat cū deducit in actum.
Est ⁊ fedus ad beatitudinē obtinendam. Sola
eñ charitas facit patere celum: ipsa sola intro-
ducit in regnum. Proinde auferri de sacrificio
prohibet. Nec auferes sal federis dei tui de sa-
crificio tuo: immo in omni oblatiōe tua offeres
sal. Tunc eñ in omni oblatione sal offert: cum
omne quod agim⁹/ipsa charitate fulcitur. Nec-
non ⁊ ordinē tenendū in moribus aperte cōspi
cimus/si preceptū de sale factū subtiliter inda-
gamus. Preceptū factum vt omne sacrificium
sale cōdiatur. Ex quo ꝓtinus indicit vt in om-
1.Co.14. nibus ordo seruet: sicut apl̃us ait: Omnia quidē
honeste ⁊ ſm ordinē fiant in vobis. Nā vbicun
ꝗ ordo deseritur/in positū finem nō erit acces-
sus. Nihil fiet impertinēs aut frustra/si i rebus
diligēdis ordo seruatur. Omnia eñ deus legi-
bus ordinis alligauit: vt etiā in his que tradita
sunt/vt perueniamus ad deū seruatus ordo per
ducat. Et nullū sacrificiū gratius ꝙ illa dilige
re atꝗ peragere que tendūt in deū: vbi sal ordi-
nis penitus est ponendū tanꝗ fedus ad deum.
Ipsam porro scientiā noīe salis arbitror esti-
mari. Fit enim sal ex coctis aquis a sole aut ab
igne. Et aqua sapientie potauit dñs sanctos su
os. Et in oñi sacrificio nostro necessaria est sci
entia: maxime in zelo quo ad deū accendamur:
ad euitandā illā sententiam/quā dixit apostol⁹:
Roma.10. Habent zelū dei/sed non ſm scientiā. Nā sicut
sal sapidum reddit vbi apponit: sic charitas/or
do ⁊ scientia cūcta que visibiliter ⁊ inuisibiliter
agunt/grata faciūt deo: vt nō sint insulsa/sed sa
pida que fiunt mādato celestis siue terreni ago
num positoris. Ipsi siquidem agenti aliquid in
vtraꝗ substantia sua facta non insulsa/sed sapi
da erūt: si sale charitatis ⁊ ordinis atꝗ scientie
condient. In his pactū nobis cum deo cōstitu-
itur sempiternū: de quo dominus sacerdotē ve
Nume.18. teris testamēti diligēter cōmonuit. Pactum sa
lis est sempiternū corā domino/tibi ac filijs tu-
is. Pactū huiuscemodi salis ideo sempiternū
vt nullo tēpore violetur. Pactum sempiternū:
vt ex ipso inuiolabiliter custodito eterna gaudia
capiam⁹. Hoc salis pactum rememorauit abia
rex iuda hieroboā regi israel: cum in prelijs cō-
2.Paral.13 uenirent. Stans abia sup montē semeron: qui
erat i ephraim/ait: Audi hieroboā ⁊ oñis isra
el. Num ignoratis ꝙ dñs de⁹ israel dederit re-
gnū dauid sup israel in sempiternū ipsi ⁊ filijs
eius in pactū salis? Quid est pactū salis in quo
regnū dauid datum cōmemorat: nisi pactū illa-
rum virtutū/ que potissime in agendis omnib⁹
exiguntur: que salis similitudine designant. In

pactum salis regnū dicitur datū dauid: in con-
dimento sacrificij quod tunc tēporis agebatur:
quādo ipse rex fuerat a dño constitutus in ma-
nu samuelis tunc sacerdotis atꝗ videntis: qui
sacrificiū sub censura salis ante constituta offe
rebat. Ex quo typico mysterio insinuatū est sub
pacto salliti sacrificij vera regna ꝯstitui: ⁊ iura
regalia hominū sine prefato sale ad perfectum
nō posse deduci. Arguit abia rex iuda hierobo
am regē israel: qui ad impugnandū ipsum ⁊ re-
gnum eius arma cōmouerat/ ꝓ iniuste huiusce-
modi rem fecisset: ꝙ in sempiternū cōcessum sit
regnū occasione salis in pactum. Ex hoc ad de
mones remouēdos magna iurisdictio nobis ef
ficit: si stabit intactū protinus salis pactū. Nec
non ipsam iusticiam in similitudinē salis accipi
mus: sine qua nihil rectū agitur cū ipsa vniuer-
sitate ꝑfulgeat ⁊ condire habeat pre ceteris mo
ralē hominū vitam: et dū sub sua censura oĩa
disponūtur: nihil est quod de obliquitate cause
tur. Ipse siquidē dauid/qui regnū accepit in sa
lis pactū/iusticiā operabat: regū scriptura di-
cente: Et regnauit sup omnē israel. Faciebat 2.Regū.8.
quoꝗ dauid iudiciū ⁊ iusticiā omni populo. Et
de iusticia plene ꝯfidens in psalmo dicebat: Et Ps.17.
retribuet mihi dñs ſm iusticiā meam. Nempe
sicut sine sale insulsa sunt esibilia plurima: ꝓter
panē parum delectantia gustū: et sicut sine sale
vermibus carnes scaturiunt: sic sine iusticia ni-
hil in morib⁹ hoim delectabile: necnō ⁊ huma-
na vita corrūpit insolertia pessimorum. Circa quā
dauid magna diligētia intēdebat/ne ꝓtermissa
iusticia subiecta sibi res populi turbaretur: cum
ꝓut psalmus eloquit/faciebat: In matutino in Ps.100.
terficiebā omnes pctōres terre: vt disperderē
de ciuitate domini oĩes ꝗ operant iniquitatē.
Quāobrē ꝓ seipso interpellabat ad dñm. Feci Ps.118.
iudiciū ⁊ iusticiā: non tradas me calūniātib⁹
me. Ipsam etiā sapientiā euangelicā salis noīe
non inmerito dicim⁹ esse censendā: que omniū
cōdiuit hominū vitam: ⁊ sanauit steriles homi-
nū nationes. Et humani mores ⁊ leges viuendi
ꝑ ipsam condiunt: ⁊ ne putrescāt sua virtute ser
uant: ⁊ sanantur saucij populi defluētes. Quod
in libro regū multis ante tēporibus legimus fi 4.Re.2.
guratū. Nam viri ciuitatis hierico dixerunt ad
helizeum: Ecce ciuitatis huius habitatio opti-
ma est/sicut tu ipse dñe ꝓspicis: sꝫ aque pessime
sunt ⁊ terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi vas
nouum: ⁊ mittite in illud sal. Qui cū attulissent
egressus ad fontem aquarum/misit in eum sal ⁊
ait: Hec dicit dominus: Sanaui aquas has: et
nō erit in eis vltra mors/neꝗ sterilitas. Sana-
te sunt aque vsꝗ in hanc diem: iuxta verbū heli
zei quod locutus est. Helizeus interpretatiōe
nominis/que deus me⁹ saluator est/siue re gesta
deum significat: cui humana natura defectum
quasi lunarē patiens loquitur suo sensu/ dicens
ꝙ mūdi hui⁹ habitatio bona est: ꝗ omne quod
est/bonū est natura: ⁊ in ordine suo defectu om-
nimode caret: sicut deus plene cognouit. Nam

Gen.1. vidit deus cuncta que fecerat/⁊ erant valde bo-
na. Sed huius mundi sensu quodammodo ca-
rentis aque pessime sunt. Quid tam noīe aqua-
rum intelligit̄/ nisi numerositas populorum: iu-
xta Joānis in apocalypsi sententiā: aque multe
populi multi. Populi quidē hominū non natu
ra/sed volūtate pessimi facti erant: dum dediti
cultibus idoloꝝ deum verū ⁊ ipsius sapientiam
ignorabant: ⁊ viuebāt insulsi/sale diuine sapien
tie non cōditi: ⁊ pessimabant̄ velut putride car
nes fetētis luxurie/aliarūqꝫ iniquitatū vermibꝰ
bullientes. Et terra sterilis erat: qꝛ terra huma
noꝝ corporū/vsum bonoꝝ operū non habebat.
Sed deus omnipotēs in plenitudine temporis
vas nouū iussit afferri: cum almam virginē ius-
sit mundo preparari: que vere dicit̄ vas nouum
ab antiquitate paterna discrepās/ disciplina ce
lestium innouata virtutū: in quo vase posuit sal
eternā sapientiam/scꝫ vnigenitum filium eius.
Aut vas nouū ipsum verbum incarnatū sentia-
mus: qui nouus dicit̄ nouitate incarnādi/ noui
tate nascendi ⁊ conuersandi: qui nouā doctrinā
attulit: nouiter mundo vixit: sicqꝫ mortuus ⁊ se
pultus/⁊ regressus ab inferis ad celestia pene-
trauit. In quo posuit sapientiā suam noīe salis
signatam: sicut ipse ꝑdicando sepe dicebat: Do
Joan.7. ctrina mea nō est mea/sed eius qui misit me pa-
tris. Et alibi: Sermonē quem audistis non est
meus/sed eius qui misit me patris. Et iterum:
Joan.14. Que loquor vobis/a meipso non loquor. Peni
tus ꝓut nouus homo erat/sapientiā a patre ac
cepisse testabatur. Quod sal scꝫ incarnatū ver-
bum effudit in apostolos per virginis partum
sed sapientiā per ꝑdicantem filium: ⁊ filius per
apostolos post missum spiritumsanctū sanauit
qui recipere voluerunt populos nationum. Et
virtute salis/scꝫ euangelice sapientie non esset
sterilitas/sed sanitas: nisi adhuc libēs hominū
repugnaret iniquitas. Sanauit aquas euange-
lica ⁊ superna doctrina: quia populos recipien
tes illā/condiuit ⁊ erudiuit: ⁊ docuit que nescie
bat mūdus/nō habebat vsus/ignorabat homi-
nū intellectus. Saporis huius effectū refugie-
Eccl.39. bat carneus sensus. Et inter initia eorū que vi-
te hominū necessaria dinoscunt̄/ecclesiasticus
salem esse cōmemorat. Et tamen ex mādato do-
Ezechie.16. mini ezechiel hierusalē inter cetera obiecit: ꝙ in
die natiuitatis eius nō esset sale salita: scꝫ illam
discretionē non habuit/qua bene omnia dispo-
nuntur. Nam cū renascimur sacramētis/discre
tione christifera opus est inter ea que cogimur
eligere/atqꝫ īter illa que agere obligamur. Op
tima inter virtutes noscitur esse discretio: que
gradiens inter bonū ⁊ malum/inter bonū ⁊ bo
num/inter malū ⁊ malum/inter opinionē et ve-
rum/inter voluptatē ⁊ necessitatem/ inter virtu
tem ⁊ famam/ inter competentia corpori ⁊ spi-
ritui semꝑ ad tutiora declinat/deuitatqꝫ peiora.
Et sermonē nostrum tali sale condiri/decreuit
Col.4. paulus apostolus. Sermo vester semꝑ in gratia
sale sit conditus. Igitur cum supra memoratas
virtutes habere atqꝫ docere oporteat eos q̄ au-
thoritate atqꝫ doctrina populis preferunt̄: me-
rito christus dixit apostolis: Uos estis sal ter- Mat.5.
re. Quibus ꝓ seipsis ⁊ pro successoribus dictuꝫ
fuit: Sed si sal euanuerit/ī quo salietur? Si vir- Ibidem.
tus deficit in doctore: si doctor deficit ipsi virtu
ti: quid boni perficiet? Cum ad nihilū valeat: di
gnū fit vt his fiat in ridiculū atqꝫ derisum quos
erudire debuit per doctrinā/ monefacere per ex
emplū: ⁊ fiat vilitate conculcatus inferior/ qui
vita ⁊ doctrina debuit superesse.

¶ De similitudine lucis: Secundū mattheum. Capitulū II

Quoniā christus vnigenitus dei filius
erat lux vera: que illuminat omnē ho-
minē venientē in hunc mundū: voluit
quos elegerat/huiꝰ lucis esse participes: ꝑ quā
illuminaret̄ orbis terrarū qui tenebris peccato
rum vbiqꝫ in hominibus iacebat obscurus. Et
quia quadā noue intelligentie luce illos ꝑfude-
rat: ⁊ peramplius ꝑfusurus erat: ⁊ lucis sequeret̄
effectus: sine interpositione verborū suos apo-
stolos ⁊ similes posteros luci cōparauit/dicēs:
Uos estis lux mundi. Iussu dei facta est Mat.5.
lux: nec aliquid pulchrius in corporibꝰ diapha
nis: ⁊ eius virtute cognoscuntur obiecta omnia
oculorum: ⁊ fertur inoblique ī receptacula sua.
Et per ipsam fit accessus atqꝫ recessus/⁊ contra
riorū declinatio. Secundū hanc proprietatem
apostolos et ipsiformes saluator ꝑ similitudi-
nem mūdo ꝑfecit: non visibili atqꝫ sensibili/sed
ei qui capax est diuinoꝝ ⁊ susceptiuus theoriaꝝ
supernarū. Et sermo dignus est/ꝙ sibi saluator
in hac similitudine homies huiuscemodi assci-
uit cum de seipso dixisset: Ego sum lux mū Joan.8.
di. Illuminauerat exteriorem mundū ope cre-
ate lucis: illuminat interiorē luce veritatis. Et
humanarū mentium se cum apostolis ⁊ ipsifor
mibus lucē facit. Et nihil in spiritualibꝰ rebus
pulchrius veritate: cuiꝰ splendore si qua obijci
possunt humanis intellectibus/cognoscunt̄: ⁊
inoblique irradiat suꝑ humanas mentes se re-
ceptui coaptantes: vt possit esse accessus ad in-
cōmutabile bonū. Hanc lucē petebat dauid vt
ad finem positū certꝰ possit esse accessus. Emit Ps.42.
te lucē tuam ⁊ veritatē tuam: ipsa me deduxerūt
⁊ adduxerunt in montē sanctum tuū ⁊ in taber
nacula tua. Et recessus fit per eam ab eo quo
culpabiliter ⁊ noxie tenebramur. Unde aposto
lus: Eratis aliquādo tenebre: nunc autē lux in Ephe.5.
domino. Per lucem siquidē veritatis/ recessus
fit a tenebris peccatoꝝ. Declinatio contrariorū
ad destinatum finem istius lucis veritate pera-
git̄. Propterea saluator ait: Qui ambulat
in die/non offendit: quia lucē huius
mundi videt. Hanc lucem dominꝰ aposto-
los esse voluit per exemplū atqꝫ doctrinā: quā
intuentes in ipsis apostolis ⁊ apostolicis viris
nō exorbitent/per agones superna captantes.
Lux viua est exemplū rationalis aīalis/ex vir-
tute cōsurgens: ab oriente fidei ortum habens:

Suffragatur sana doctrina in ordine suo lucens: et exemplari luci prestat augmentum. Et dum prestat: ipsa etiā suscipit incrementum: et ad inuicem incrementa suscipientes splendidissimā lucem faciunt. Suum ꝓpriū lucere oportet pretēdere: alioquin a tenebris nō differret. Primū siquidem sui officiū est insistentes tenebras effugare: deinde ostendere quomodo leuētur oculi ad directū. Sicqꝫ cum apostolis dicit per similitudinem quid sunt: quid sint facturi: et tacito mādato suscipiunt/ ne sit ociosa lucis appellatio que tanto dictatore indicitur.

¶ De similitudine ciuitatis: secūdū mattheū tantū. Capitulū III

Quia terrenā ciuitatem ordinauit ad exercitium et agones hominū: supernaꝫ vero condidit ad gloriam angelorū/ et hominū recte agentium in terrena: vt ad supernā a terrena esset ascēsus ab eo qui in ista esset virtute probatus. Proinde per similitudiē ciuitatis docuit/ quid mundo apostoli et conformes vtilitatis cōferre teneantur: cū sine interpositione dicit: Mat.5. Non potest abscondi ciuitas supra montē posita. In veteri testamento legimus mandato domini/ ordinatione moysi cōplemēto iosue/ ciuitates plures factas fuisse refugij: ne ad eas confugiens malefactor subito iudicaretur sine magna examinatiōe iudicij. Etenim apostoli et eorū loca tenentes/ penitus sunt refugium peccatorū: esseqꝫ debent in patulo/ nō abscondi: quoniā positi sunt supra montem. Mons vero summus sup omnes christus est dei filius: Daniel.2. quē Daniel preuidit velut lapidē presciōi de monte sine manibus/ et in montē magnum erigi: super quo apostoli et viri apostolici sunt fundati. Non ergo debēt abscondi quin ad eos possit esse refugiū/ cum hostile ingruerit bellum. Ciuitas siquidē primo cōuentione localis situs cōstruitur: deinde firmatur lege viuendi: et ne incursantibus nō retunsis damna patiatur/ circumcingitur muro vel vallo. Apostolica ciuitas cōuentio est fidelium. Fundatur autē in monte qui est christus: 1.Corin.3. quoniā vt ait apostolus fundamentū aliud nemo potest ponere/ ꝓter id quod positū est: quod est christus iesus. Lex qua viuendum euangelica de superis declarata doctrina: cincta muro inexpugnabili virtutū et vallo timoris domini. Hec ciuitas abscondi nō potest: magis vero non debet: quia sicut christus quod nō debet/ non potest: et quod nō potest/ nō debet: sic ciuitas apostolica et fidelium supra ipsum montē posita nō debet abscondi. Nam impossibile factū erat fidem tegi aliquo diabolico aut hominū velamento. Nec impossibilitas absconsionis erat ex ciuitate que fundabatur: sed virtute mōtis ex quo ciuitas ipsa surgebat. Etenim petrus fundabatur in petra/ non petra in petro: petra autē erat christus. 1.Corin.10. Sed in ipsis apostolis ciuitas militans cōsurgebat: ipsiqꝫ in mōte altissimo atqꝫ immobili fundati erāt: qui verbo predicationis euāgelice/ per signa verba sequentia/ per sanguinē et mortem/ per vniuersum orbem illam fundari a domino parabantur. Hanc etiā ciuitatem que nō debet abscondi/ de celo descendisse cognouim⁹: vt et ipsa in celi mōte cōsistat/ quis descendisse dicatur. Non enim terrenū aut humanum/ sed celeste atqꝫ diuinum habet ista ciuitas fundamentū. Hinc ioannes ait: Apoca.21. Vidi ciuitatē sanctam hierusalē nouam/ descendentē de celo/ a deo paratam: sicut sponsaꝫ ornatam viro suo. Descēdit ciuitas de celo: terrenum nō querens/ neqꝫ relinquens celeste fundamentū. Nam sicut christus in terra carne degebat/ in celo deitate: sic ciuitas sancta in terra militat/ in celo virtute consistit. Que tūc abscōderetur si non predicaretur: tunc occultaretur si recte in illa nō viueretur. Abscondita siquidem diceretur/ ꝓꝓ in christo mōte fundata: nisi predicationis altitudine/ vita/ miraculis per orbē vniuersum propensius redolasset. Proinde in omnē terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Ps.18. Sonus videlicet quo in ore dicētium et in cordibus audientiū miro modo resonabat: sicqꝫ inocculltabilis erat ciuitas in diuino monte constituta. De hoc mōte dixerat esaias: Venite ascendamus ad mōtem domini/ et ad domū dei iacob. Erat quedam mutua inuitatio: vt ad christū qui est mons domini/ veniretur. Esa.2. Et ciuitas nunciabatur sub nomine domus dei: et gloriosa dicta sūt de ciuitate dei. Sꝫ nunqꝫ gloriosa nisi ex fama: nunqꝫ vera fama nisi ex his ex quibus vera fama consurgit. Sed altiori et perspicatiori sensu hanc similitudinē pertractantes: christus in hoc suos apostolos et discipulos cōmonebat: vt tales in virtutib⁹ essent vt ciuitatem inabsconsibilē et supernā digni fierent nunciare: vt intelligat quāte debeant esse virtutis qui constituti sunt vt ciuitatē in superno monte constitutam/ nō abscondendam/ sed manifestandā sub iustis indicijs debeant ꝓpalare. Ac per hoc cū saluator dicit: nō potest ciuitas abscōdi supra mōtem posita: in id verius huius scripture intellectus traijcitur: vt si ecclesia orthodoxa nūc fundanda/ si superne patrie ciuitas nō potest abscondi: congrue factū est vt per vos quos elegi inclarescāt. Igitur tales estote vt illas aperte predicare possitis: et inueniamini digni mysterio huius ciuitatis.

¶ De similitudine lucerne: secundū mattheum et lucam. Ca. IIII

Immensa bonitas et omnibus pro captu recipientiū eque liberaliterqꝫ se prestās supernamqꝫ promerentib⁹ datura mercedem/ noluit euangelij gratiā mercede conduci: ꝓpterea futuris mundi doctoribus non occultande lucerne similitudinem apposuit/ dicens: Mat.5. Nemo accēdit lucernā et ponit eam sub modio/ sed super candelabrum: vt luceat omnibus qui ī domo sunt. Lucerna siquidē sub modio non ponēda/ prima insinuatiōe sensum inocculltationis habet: sed discussa similitudo propensius terrenā mercedē

in euangelica pdicatione condēnat. Similitudo huiꝰ prope modū infimi actus ad diuinas actiones attollitur: vt nō personalis/sed actionalis similatio ipsa esse mōstretur. Lucerna q̄ accensa sub modio ponenda negat/est ipsa euāgelica lex. Nam fuit ab eterno lex ista: quia eternum est euangelium/q̄uis in tēpore promulgatum: sed tūc accensa est ista lucerna cū saluator mundo predicaturus apparuit: cū exemplo viuendi/authoritate docendi/signis supra naturā sequētibus clarescere fecit. Hec lucerna lumen habet inextinguibile in ecclesia sancta dei. Nā
Exo.27 preceptū erat in veteri testamēto: Ardeat lucerna semp in tabernaculo. Que figura i veritate nūc terminata est in ecclesia: quoniā non extinguitur/nec extingui potest lumē eius. Et iob su
Job.21. am prosperitatē in tribulatione cōmemorans/ enigmatice lumē istud se habuisse dicebat. Quādo splendebat lucerna super caput meū: ⁊ ad lumen eius ambulabā. Nullꝰ splendor clarior huius lucerne lumine. Nullus incessus rectior q̄ ad lumen eius ambulare: non enī ambulat in tenebris: quoniā lumē est vite. Hec lucerna diuina est sapientia: cui salomon adhesit ꝓpensius: quoniā inextinguibile est lumen eius. Et proinus ipsa sola introlucet affectibus ⁊ intellectibus nostris: et sine offendiculo gressuū nostro-
Ps.118. rū semitas dirigit. Etenī dauid dicebat: Lucerna pedibus meis verbū tuum: et lumen semitis meis. Quid verbū dei/nisi euāgeliū eructuatū a verbo dei? Quid pedes/nisi intellectus ⁊ affectus: quibus anima inuise mouetur? Quid semite/ nisi cōpendia que captamus ad aliā vitam? Mandatū dei lucernam animarū scripture sacre diffiniūt: vt inoffenso pede in valle ista miserie ambulemus. Inquit enī salomon in mora-
Prouer.6. libus instructionibus: Mandatum lucerna est ⁊ lex ⁊ lux/et via vite et interpretatio discipline. Quod mandatū splendidius q̄ mandatū nouū ⁊ non nouum: quod dedit vt diligamus inuicē. Hec lucerna innocue lucet ⁊ ardet quousq̄ in superna fuerit ascensus: vbi lumē eius erit splēdidius. Hanc lucernā euangelicā videre non possunt interiores oculi qui caligāt: ⁊ homines qui cum mundo senescente senescūt. Nam in li-
1.Reg.3. bro regum legitur: Factū est in die quadā hely iacebat in loco suo ⁊ oculi eius caligauerant: et nō poterat videre lucernā dei anteq̄ extingueretur. Si allegorias respicimus/defectū synagoge in isto homine cognoscimꝰ: si mores/alius offertur ordo loquendi. Senex erat hely: et pre senectute oculi eius caligauerant. Qui sunt qui senescunt/nisi qui mundū diligūt inueteratum? Qui quantalibet florida etate vernantes/si mūdo senescente delectantur: si eius amplexibus amplectuntur: eoipso senescunt ⁊ caligant interiores oculi: vt lucernam euangelij dissuadentem hominibus mundi delectationem/⁊ prohibentem amplexum/videre nō possunt: nisi prius extinguat. Cuius lumen q̄uis in sui natura inextinguibile maneat: tunc tamē apud vnumquē q̄ hominē extinguitur/cum in eius non transitur affectum: et cum ad eius lumē iustis morum passibus non ambulatur. Naturā altestonicam habet ista lucerna: que semel accensa nequit extingui. Sed nec ponenda sub modio/aut vase/ aut lecto. Modius ad mensuram/vas ad vsum/ lectus ad quietē refertur. Hec verba tres euangeliste posuerūt: vt nec propter auariciam eorū que mensurari possunt/ nec propter eorū vsum que transeunt/ aut propter quietem aliquā perfunctoriam euangeliū predicetur. Ut a christo suscepimus/omnibus est eadem liberalitate donandū: ⁊ cuius finis est tota vita/rebus mortalibus nō subdatur. Proculdubio sub modio ponitur si preconis cor auariciā sequitur/et per eā eius molimina fulcit: aut quomodolibet eiꝰ nomine augentur opes hominū. Multa in pontificibus et ecclesijs christo pauperi nouimꝰ esse data: ⁊ monarcha elephanticus christum induit in syluestro. Si per auariciā possidentur/que sunt largitate collata: malus vsus inclamitat. Et qui terrena tenebant ⁊ abundabant temporalibus bonis/ad huiusmodi lumen lucerne cōmoti: lucernam hanc in ore moribusq̄ gestantibus bona innumerabilia contulerunt. Subtus quibus positum nūc in pluribus noscitur euangelium: quod antea superferebatur. Posita est sub vase lucerna: quoniā contra euangelij veritatem atq̄ charitatem nomine suo multiplicata sunt vasa: que a vescēdo sortita sunt nomina: vt velut philargyria multiplicatur in rebus/ad recōdendum vasa composuit: ⁊ prout exarsit in placitum malū/ad funestū vsum corporis innumera procurauit. Sed charitas euāgelica thesaurizare non nouit: dispergere aūt magis ipsa consentit: nec cōuertit aliquid in propriū vsum: quod tamen indigentibus potest esse cōmune. Stat interdū abdita sub lecto lucerna: cum quies appetitur ex his que sunt christi euāgelio cōsecrata. Et magnā deliciosis quietem appositā nouimus temporalē: vt nec labor in verbo/nec sollicitudo ad precauendū periculum animarū nec exhortatio vel exemplum ad meliora cōmoneno. Quiescunt corpora dilatata delitijs: ⁊ bonis innumeris vallata tabescunt: ⁊ tranquillantur sup euangeliū/sub quo laborare debuerunt. Ad effectum ꝓo diuinorum lucerna cādelabro superponenda est: cōmodis vilis temporalibus nō subdenda. Iniuria fit legi similiter ⁊ latori: si ea que ad eterna ordinata noscunt/ad temporalia referantur. Attollitur siquidē candelabrū a terra stillo quodam disposito super basim: super quod posita lucerna pluribus lucet: quia nec ipse qui accendit/aliter q̄ super candelabrū poni voluit: quā tunc accendit quādo predicauit: tunc sup candelabrū posuit quando mentes ad superna subuexit. Tunc detexit a modio ⁊ a vase: cū sine sacculo/pera ⁊ fulcimine statuto vite temporalis suos predicatores exposuit: in se primo perficiēs que alios facere docuit. Quod doctor gentium nō accepit in vacuum: cū peni-

pus sine sumptu posuerit euangeliū: qui cum po
testatem haberet de euangelio viuere/illa vsus
nō est: nedum ꝙ aliam vellet de euāgelio capta
re mercedem. Ad corinthios inquit enim: Sed
nō vsi sumus hac potestate: sed omnia sustine- 1.Cor.9.
mus: ne quod offendiculū dem⁹ euangelio chri
sti. Nescitis ꝙ qui in sacrario operātur/que de
sacrario sunt edunt? Qui altari seruiunt/cū alta
ri participant. Ita ⁊ dominus ordinauit his q̇
euangeliū annunciāt/de euangelio viuere. Ego
autē nullo horum vsus sum. Bonum est mihi
mori magis/ꝗ vt gloriam meam quis euacuet.
Que est ergo merces mea? Ut euangeliū predi
cans sine sumptu ponā euangelium: vt nō abu-
tar potestate mea in euangelio. Cassa porro fu-
isset predicatio euangelij: si in corde aut in mo-
ribus predicantiū temporalis cōmoditas inse
disset. Plus veritas euangelij claruit in pauper
tate p̄dicantium: ⁊ magis ad illā conuersi sunt
audientes: ꝗ in virtute miraculorū. Eo eñ ipso
cognitū fuit euangeliū esse diuinum/quod a diui
nis hominibus nūciabatur: quo tēporalia com
moda nō querebant: nec ex ipso vane sunt quesi
te mercedes. Remouit a lecto quietis: cum fati
gatus ex itinere sedebat sic super fontē. Et apo
stoli iussu eius euntes ibant ⁊ flebant/mittentes
semina sua. Et in laboribus plurimis se fuisse
paulus testabat̄ apostolus. Super candelabrū
lucerna tunc ponitur: cū euangeliū in sua liber
tate predicatur. Porro candelabrum est ipsa li
bertas: super quā lucerna euangelij ponēda est.
Aut ipsam catholicā ecclesiam per candelabrū
intelligere possumus/super quā est euangeliū.
Nulla eñ secta vel contio p̄terꝗ ecclesia lucer
nam euāgelij ꝓ veritate habet: nec eis lumē hu
ius claritatis infulsit. Nam ⁊ candelabruꝫ pro
tanto mysterio/similiter ⁊ magisterio/mandato Exo.25.
domini dispositū est in veteri testamento cū ha
stili/calamis/spherul̄/nucib⁹ ⁊ cyphis īfusorijs
emunctorijs: catholicā ecclesiā sua ordinatione
figurat: vbi euāgelij lucerna plene refulget his
qui sunt in domo/⁊ his qui venire decernūt.

¶ De similitudine dextri oculi/dex-
treqꝫ manus ad ea quib⁹ magis ho-
mines afficiūtur: secundū mattheū.
Capitulum V

Scriptum est/quoniā vidit deus cuncta
que fecerat: ⁊ erant valde bona: non so
lum separate substantie/vt angeli: sed
inuisibiles ⁊ vnite/vt anime: ac etiam si qua sunt
in re corporea ordinata: vt ab hac bonitate na-
turarū nulla corpora excludātur: ꝗꝗ multa dif
ferentia corpora ipsa distinxerit. Et vt alias dif
ferentias p̄termittā: nulla preterꝗ humana fe-
cit instrumenta virtutis: quibus animas crean
do infudit/ et infundendo creauit: que capaces
sunt virtutis ⁊ vitij: sicut esse possūt pene vel p̄-
mij ⁊ beatitudinis atqꝫ miserie. Igitur huma-
na membra bona sunt bonitate naturarum: seu
bonitate qua sunt in ordine entiū. Possunt autē
esse meliora prout facta sunt instrumēta virtutū
vt cuiusqꝫ vita tanto sit criminosior/quāto ipsa
fecerit instrumenta vitiorum: et tanto maiorib⁹
supplicijs anima fodiatur/quāto maioribus cri
minib⁹ statuerit illa seruire. Proinde saluator
omniū membra que bona fecerat: ad meliora or
dinauerat: ⁊ extollere super celos decreuerat: a
malo vsu auertit: ne gehennam quā pro homi-
nibus nō fecerat patiantur/dicēs: Q, si ocu
lus tuus dexter scandalizat te/erue Mat.5.
eum et proijce abs te. Expedit eni ti-
bi vt pereat vnū membrorū tuorum
ꝗ totum corpus tuū mittatur in ge-
hennā. Et de dextra manu similiter dixit. Ue
runtamē nec credendū ꝙ cuiꝗ mandauerit aut
voluerit a seipso vindicatio iure membrum ob
actum crimen abscidi/aut interfici: ꝗuis hoc ꝑ-
mittat iudici decernēti: ⁊ de morte inspirauerit
ipsi samsoni. Nam iudici permittit in crimino-
sos decernere: ne cōturbent rempublicā vitam
qꝫ moralem: aut ne ledant quempiā singularē:
In figura vero futuri mysterij samsoni ceco in-
spirauit ⁊ mortem. Non autem concedit homi-
nibus/vt sibi membra detruncent: etiā si male
ipsis vtant̄: nec vt aliq̇d a seipsis faciant vt mo
riantur: sed vt deuitent ⁊ abscidāt ipsorū perpe
ram vsum: ⁊ ne subdant vitijs instrumēta virtu-
tum. Hoc siquidē ex superioribus pendet. Pre-
dixerat eñ: quia qui viderit mulierē ad concu- Mat.5.
piscendā eam/iam mechatus est eā in corde suo
Idcirco a malo visu oculum cōminando diuer
tit: vt abscidat̄ impudicitia visus: nō vt eruatur
qui bonus creatus est oculus. Similiter tollat̄
manus opus malū: nō abscidatur ipsa: que na-
ture est bonū. Q, vero dexter oculus ⁊ dextera
manus dixit/ad id quod magis in cōcupiscētia
⁊ in operibus diligimus plene refert̄: vt in ocu
lo cōcupiscentia/in manu opera nostra signen-
tur: eo ꝙ incōparabiliter magis expediat ama-
tis concupiscentijs ⁊ dilectis operib⁹ perpero-
sis in hac vita carere/que pars est vite: ꝗ sine re
medio in gehennā in tota futura detrudi. Scā-
dalum ꝟo nisi deuitetur ꝓueniēs/est om̄e quod
deo displicet/⁊ animā ledit. Sed nec immerito
saluatori placuit illa quib⁹ magis afficimur assi
milari dextro lumini/ dextreqꝫ actioni: quoniā
in his etiā corporalis ſm suum propriū fortior
noscit̄ virtus: vt si dextri ⁊ sinistri altero penit⁹
carere ꝯtingeret/eligere potius nobis remane
re quod dextrū: etiā recipiētes in donum/si ine-
uitabilis alteri⁹ deberet esse abscisio: relicto de
xtro quod sinistrū est/tolleretur. Proinde quic
quid illud esse ꝯtingat quod magis allicit/quo
magis afficimur/ quod p̄ ceteris nos delectat:
omnino priuari velimus potius ꝗ tradi ardo-
ribus sempiternis/dūmodo scandalū parit: qm̄
indeclinabilis optio est hoibus p̄rogata: vt aut
vite p̄senti dulcedine scandalizāte/aut gaudijs
eternis priuētur: priuatos detinēte gehenna.

¶ De similitudine oculi ad lucernā:
secundū Mattheū/marcum et lucā.
Capitulum VI

Lumen eternũ de eterno lumine natum suum contrariũ non sinit incognitum. Et quoniã in obliq̃ procedit l eos quos eterne illustrat: rectitudinem in eis infusi lumi-nis in his que animo cõcupiscente operib⁹ agũt: vt nõ sit anfractuosus ꝓcessus creati luminis: similiter & per gratiã iam infusi: omnino in ho-minib⁹ querit: satagens & premonẽs ne ꝑter ra-tionẽ dati luminis contrariũ fiat: per silitudinẽ lucerne: ad cui⁹ lumẽ de nocte ambulam⁹: oculũ corporis intelligere voluit: quẽ retulit ad ocu-

Mat. 6. lum cordis/ dicẽs: Lucerna corporis tui

Luce. 11. est ocul⁹ tuus. Si fuerit oculus tuus simplex/ totũ corpus tuũ lucidũ erit. Si aũt ocul⁹ tuus nequã fuerit/ totũ corp⁹ tuũ tenebrosum erit. Si ergo lumẽ quod ĩ te est/ tenebre sunt: ipse tenebre quãte erũt? Quecũq; lucerna sit/ lucet & nõ videt. Lucerna que est oculus/ videt & nõ lucet. Lucerna fugat tenebras: oculus vero non fugat. Lucerna que illuminat/ omnino nõ nouit: oculus vero illuminata cognoscit. Lucer-na monstrat quid cognoscatur & quo pergatur: oculus vero cognoscit & pergit. Quid igitur est q̃ oculus corporis assimilat̃ lucerne alicuius li-quoris virtute lucentis: cũ oculus videat & non luceat: lucerna luceat & nõ videat: nisi q꞉ intror-sum ista similitudo traijcit̃: vbi est lucerna inui-sibilis que videt & lucet: insita scʒ hominibus ra-tio: que corporis lucerna nomĩe oculi a dño ap-pellat̃: que lucet in corpore dirigendo corporis actiones: & videt atq; cognoscit que obijciũtur in vtroq; hominũ sensu: vnde prout ad lumẽ lu-cerne nocturne vbi lucet/ fugant̃ tenebre: sic ad lumen rationis ignorantie depellunt̃. Optimũ autẽ rationis lumen est fides: q̃ inter potentias anime solum in ratione statuit sibi sedẽ: que re-diuiuam facit/ velut cũ ad aliquod susceptiuum luminis ignis apponitur. Si qua eñ sunt ab ini-tio quorũcunq; hominũ ratio preter fidem: am-bulauit in tenebris. Et vani facti sunt oẽs ho-mines/ in quibus nõ subest scientia dei: & de his que videntur bona/ non potuerunt intelligere eum qui est: neq; operibus attendẽtes agnoue-runt quis esset artifex. Scientiã dei proprie in-telligimus fidem: quã philosophi nõ habentes rerum non intellexerunt artificem: quẽ omnino esse negauerũt: mundũ absq; lumine fidei diffi-nientes eternum. Quãtalibet eñ perspicuitate ad inuestigãda secreta nature/ atq; ipsius osten-sibiles actiões hominũ ratio vigeat: tenebrosa est/ ceca est: & quo vadat ignorat: nisi fidei lumi-ne illustret̃: cum quodã alio lumine naturali/ dif-ferenter tamen/ ratio hominũ soleat illustrari: quod esse suo modo lumẽ negare nõ possumus: quod oppositũ fidei tenebras appellam⁹. Pro-inde saluator adiecit. Si lumẽ quod in te est/ tenebre sũt: ipse vero tenebre quã-te erũt? Qua sentẽtia duo accepimus esse ge-nera tenebrarũ. Unũ quo ratio non illustratur lumine fidei/ etiã si aliter ipsa refulgeat: aliud quo peccatis homines inuoluunt̃: spreto q̃ na-tura/ lex & virtutis iudiciũ dictat. Inter que ge-nera tenebrarũ hanc comparationẽ saluator ap-posuit. Si lumen quod in te est/ quecũq; videli-cet rationis acuitas/ siue splendor spreta fide te-nebre sunt: ipse peccatorũ tenebre quãte erunt? Quod si cõparatiue accipimus/ peior est pecca-toꝝ actio q̃ lumen fidei nõ habere. Si vero cau-satiue hanc inuestigamus sententiã/ alium sen-sum parit: vt carere lumĩe fidei multoꝝ sit causa maloꝝ: et ille tenebre innumeras & magnas ge-nerent tenebras peccatoꝝ. Porro non trahat̃ in dubium q̃ carentia fidei aut fides suscepta et nutans/ criminũ & scelerum & peccatoꝝ tenebro-sam noctem inducit. Nam sine fide impossibile est deo placere. Et fides nutans nõ operatur: que tenebras mortis habet: q꞉ fides sine operi-bus mortua est. Non placere deo & in fide non operari/ magnas tenebrositates habẽt: quibus maloꝝ actuũ adijcientur profecto maiores. Ad clariorẽ vero intellectum de oculo simplici & ne-quã: vnde talis comparatio seu maloꝝ causatio sumpta est: intentionẽ & actionẽ oportet induce-re: vt intentio sit oculus/ actio vero corpus. Pro-inde si intentio hoĩs fuerit simplex/ pura videli-cet duplicitate carens/ simplex simplicẽ dunta-xat incõpositũ diligens & querẽs/ & sibi soli ser-uiens: totũ corpus/ omnis scʒ actio lucida erit & clara & grata bonoꝝ omniũ/ non ꝑsonaꝝ hoĩm acceptori. Si vero intentio nequã fuerit/ quod se-quit̃ est manifestum: quoniã arbor mala malos fructus facit: & tenebrosa intẽtio tenebras ope-rũ peperit: quã summopere oportet inquirere q̃d ĩgrat/ quid velit/ quoue tendat: quoniã ipsa est lucerna & ocul⁹ actionũ. Que si velut nequã pec-catoꝝ versat̃ in tenebris: multas & graues eorũ efficiet tenebrarũ oculus horriditates. Ac per hoc oportet habere intentionẽ simplicẽ/ vt solũ ab eterno simplicẽ querat: q꞉ nemo põt duobus dominis seruire: q̃ sententia statim ad istã sequi-tur. Necnõ & fidẽ simplicẽ: q꞉ ipsa nõ hʒ ex reb⁹ & causis/ aut ex accidẽtib⁹ cõpositas rõnes: quã qui cõpositas rõnes querit in simplici fide/ cum nõ inueniat/ nõ venit ad fidem. Si aũt venit/ ve-lut immo hereticus recessit ab eadẽ: aut hesitãs nõ faciet bonũ: aut in tenebris versabit̃ pecca-toꝝ. Quã vero vtilis & accepta sit deo simplici-tas intẽtionis & fidei: q̃ vero ĩ illa seruiẽtes dño iure letati sunt ad animandũ dei seruos: scriptu-rarum sanctaꝝ testimonia perquiramus. Sim-plici intentiõe abel munera deo obtulit: ad quẽ Gen. 4.

respexit dñs & ad munera eius. Cain autẽ inten-tione nequã: qui & reprobatus est. Et iacob vir Gen. 25.

simplex in tabernaculis habitãs/ assecut⁹ est he-reditatẽ & primã benedictionẽ paternã: quã esau in syluis venatione vagus amisit. Et dauid cũ ad edificationẽ plurima cõgregasset/ deũ bene-dicens asseruit ipsum simplicitatẽ diligere: sibi q; oĩa grata que in simplicitate offerunt̃. Un-de paralipomenon legit̃: Scio dñe de⁹ q̃ ꝓbes 1. Paralip.

cordã/ & simplicitatẽ diligas. Unde ego in sim-

plicitate cordis mei letus obtuli munera hec.
Simplex/incōpositus r benign⁹r largus est de
us: r tales seruos querit r diligit. Et tūc in sim
plicitate cordis munera offerūtur: cum in om-
nibus actionib⁹ nil aliud ꝙ dei honor r placitū
querit. Et Paulus admonet ꝙ que tribuuntur
deo vel ꝓximo/in simplicitate tribuant. Ac etiā
carnalib⁹ dominis seruus iubet in simplicitate
Ephe.6. cordis seruire. Ad ephesios eñ inquit: Obedi-
te dominis carnalibus cū timore et tremore/in
simplicitate cordis. Alte cogitauit aplus simpli
cis interioris oculi fructū: cum mādauit seruis
carnalibus dominis in cordis simplicitate ser-
uire. Porro simplicitas interioris oculi est/ nō
variata intentio ad diuersos fines: nec preterꝙ
vnū simplicem deum in his que agit r diligit/in
premio querit. Et ab omnib⁹ absoluta cōmodis
a iudicijs hoim libera/laudes et opprobria ho-
minū eque pendēs/solum deuz querit in testem
Sap.1 r iudicem r remuneratorē bonoꝝ. In qua sapi-
entia deū querere iubet. In simplicitate cordis
vestri querite illum. Nescit deuz tentare sancta
simplicitas: idcirco eius cōspectibus deus que
situs offertur. Propterea sequit: Quoniā inue-
nitur ab his/qui non tentant illū: r apparet qui
fidē simplicē habēt i illū. Et hoc est quod apls
precauet: timēdo ne a simplicitate fidei excidāt
2.Corin.11 serui christi. Timeo eñ inquit/ne sicut serpens
euam seduxit astutia sua/ita corrumpant sensus
vestri r excidāt a simplicitate fidei/ q̄ est in chri
sto. A simplicitate fidei homines excidunt: cuz
rationes eorū que per fidem solā tenētur/inqui-
runt. Solū quidem hoc est de ratione fidei/hu
mana r cōposita ratione carere. Necnon a sim
plicitate fidei excidit: cū infima q̄ de⁹ in carne
gessit/a curiosis r suꝑbis animis deridenť: aut
cū actiōes euāgelice q̄ nostris sensibus aduer-
sanť/in gratū mētis nō veniunt: sed poti⁹ apud
multos i displicētiā et odium transeūt. Opti-
ma est i virtutibus christiana simplicitas. Nā
Prouer.10 qui ambulat simpliciter/ambulat cōfidēter: qui
aūt deprauat vias suas/manifestus erit. Et ali
Prouer.11. bi scriptū est: ꝙ simplicitas iustorū diriget eos:
quia nō est securior et directior via iustis ꝙ in
Job.1. simplicitate ambulare. Et beat⁹ Job simplex
et rectus appellatus est. Ideo simplex/quia re
ctus: ideo rectus: quia in simplicitate cordis co
rā domino ambulauit: qꝛ deus simplicē nō ꝓ-
ijcit: magis vero cū simplicibus sermocinatio
eius. Et ad ornatū charitatis etiā simplicitatē
1.Pe.1 oportet assumere: vt Petrus ait: Simplici cor
de inuicē diligite. Simplicitas vera sine rep-
hensione cōstituit possessorē: r tales habere spi
rituales filios deus q̄rit. Et hoc est quod apls
Phil.2 ad Philippēses admonet/dicēs: Oīa aūt faci-
te sine murmurationib⁹ r hesitationib⁹: vt sitis
sine q̄rela/et simplices filij dei sine reprehēsiōe
i medio nationis praue et ꝑuerse. Oculus vero
nequā malus est. Quod iesus hierosolymita nō
Eccli.31 tacuit/dicens: Memento quoniā malus ē ocu-
lus nequā. Nequi⁹ oculo q̄d creatū ē: Intētio

nequā mala penitus est: q̄ nihil nequi⁹ inuenit:
qꝛ sepe ad ea conatur q̄ neq̄t efficere: r q̄ cūcta
mala ꝓcedūt velut a virulēta radice. Propter
ea idē expiri atqꝫ cognoscere alam iubet: In vi Eccli.37.
ta tua tēta alam tuā: et si fuerit nequā/nō des il
li ptātē. Alam tētare intētionē est expiri. q̄ si ne
quā fuerit/ nisi ꝙ ptātis ei prestet effectus. Naz
prius in oibus ꝓquirat intētio/anteꝙ in effectū
operū veniamus: qm̄ bona r mala magis ꝑ in-
tētionē rectā vel nequā ꝙ ꝑ id quod exteri⁹ agit
a dn̄o iudicabuntur. Et ꝑ Esaiaz maledictio dat Esa.3
semini nequā. Semē nequā intētio nequā: qꝛ ve
lut a semine fructus: sic ab intētione actus ma
lus vel iustus. Et cōtra simplicitatē duplicitas
e regione cōsistit: quā scriptura ꝓhibet r condē
nat: Ne accesseris ad deū duplici corde. Et ite Eccli.1
rū: Ve duplici corde. Et/Ve pctōi terrā igre- Ibidem.2
diēti duabus vijs. Et/Vir duplex aio/incōstās Ibidem.
est in oibus oꝑibus suis. Duplex corde aut ani Iaco.1.
mo est: r terrā duab⁹ vijs ingredit: q̄ de his que
agit/tpalē et eternā vult captare mercedē: r de
um querit et hoies hui⁹ seculi pariter oblecta-
re. Duplex corde aut aio est/q̄ agit versute cuz
quibus loq̄tur et obuersat. Nā vnuz est in cor-
de/aliud in ore: cū ore blāditur/corde decipere
tentat. Simplicitas est libertas ab oīi versu-
tia et astutia: que quod corde gerit/ore profert:
que decipi non vult: decipere nunꝙ nouit. Ad
quā suos seruos saluator hortatur: Estote sim Mat.10.
plices sicut columbe.

De similitudine volatiliū celi: secundū Mattheū et Lucā.

Capitulum VII

Quem ad suā imaginē et similitudinē
omnipotēs fecerat: r ad seipsum ꝑ in
ternā ꝯsyderationē erexerat: nolebat
implicari a distrahente animū sollicitudine ter
renorū: ne fieret illis ꝑ terrenoꝝ occupationē
inferior/quibus per dignitatē superior fact⁹ est.
Idcirco ad remouendū sollicitudinē superflu- Mat.6.
am atqꝫ damnosā/ similitudinē volatiliū celi et Lu.16
liliorū agri suo verbo saluator induxit. Volati
lia ꝑ victu: lilia pro ornatu cōnexit. Victū vo-
latilia questuose inueniunt et suscipiūt: absqꝫ ꝙ
impendant sollicitudinē ad futura. Et sentiūt
sensu carnis/quo de loco ad locū/et ad suas na
turales actiones mouentur. Lilia vero sensu
carent/et questu nō mouētur: nisi ab alio mota
et ornantur et vestiūtur decore naturali: vltra
ꝙ ars hūana possit efficere aut imitari. Quod
autem est victuz querere ad conseruationē sui
a natura sumpsit iudicium: sed nec ipsa pascit
sensibilia/nisi ad pastū ipsa moueant. Quod
est ornatū esse ipsa natura fecit: absqꝫ ꝙ ipsa or
nāda ꝑ seipsa moueant. Vnū ad esse ꝑtinet: al-
terū ad ornatū esse referť: vt ē et bn̄ esse/bn̄ ē
r meli⁹ esse in his duab⁹ siītudinib⁹ intelligat.
Sed hec similitudo discussa ꝓpēsius/intellectū
in altius prouehit. Quinto die a creatiōe mūdi
volatilia esse creata ex sc̄ptura sacra didicim⁹
r hoiem esse ꝓductū legim⁹ sexto die: quo i spe-

cie nulla creatura posterior. Inuenit ipse siqui dē alia vniuersa creata cū educeret in esse: q̄bus oīb⁹ sensibilib⁹ ipse erat supior: vt referret cōditori gratias: q̄ in tā magnā edē eū induxerat: rebus innumeris et varijs opulētā: vt haberet q̄d sumeret ad valitudinē corporis: ⁊ q̄d cōsyderaret in actu speculationis: et i aliq̄bus sumeret vite cōpēdiū: in aliquib⁹ vero viuendi captaret exemplū: vt etiam creatura irrationalis atq̄ insensibilis creature rationali moleste viuendi tacendo magisteriū daret. Quod nūc saluator mūdo nou⁹ apparēs aperuit: cū volatilia ad recte viuēdū pduceret i exemplū: cū superfluā sollicitudinē a cordib⁹ et ab opibus hominū vellet arcere. [Respice inquit volatilia celi: q̄m nō serūt neq̄ metūt / neq̄ cōgregāt in horrea: ⁊ pater vester celestis pascit illa. Nōne vos magis pluris estis illis?] Oia que pſit in isto sensibili mūdo in vsū vtriusq̄ hois puenire: deus pp̄ter hoiem / nō hoiem pp̄ter illa creauit. Vñ si de⁹ rebus minorib⁹ relatis ad aliud sine sollicitudine puidet: multo amplius ei cui referunt. Volatilia nō serūt neq̄ metūt: neq̄ in vasis q̄ppiā cōgregāt: tā illa quibus cōmunis est pastus / q̄ illa q̄bus est oīno diuersus. Gregatim siquidē vadūt ad escā / q̄ pascuntur seminib⁹ aut fructib⁹ arbor̄ seu terrenascētijs. Que vero cadauerū carnib⁹ / aut i mari vel lacub⁹ piscibus intēdentes: viuēdi simr est vna portio. Tm̄ hoc est ab oībus a natura remotū / q̄ artib⁹ viuere nō ptendūt: vt serāt semina territ: maturas segetes metāt: ⁊ excussa paleis grana cōgregare velint in cōmunē seu pp̄riū dhartū. Nihil amplı⁹ querūt q̄ quod eis natura cōstituit. Nec variant pastū / nisi quod eis est insitū a natura. Nec in aliā horā aut in crastinū aliquid puidere nouerūt. Tēpus p̄sens est in cura qñ est hora pascendi. De futuro nō norūt etiā cogitare. Nihil sibi in rebus appropriant: nec querūt in re aliqua velut i pp̄ria singularē dominatū. Ad horā nouerūt pascere pullos suos: nec quicq̄ pro eis reseruauerūt in tempus. Fouent illos in nidis / quousq̄ ab eis possint auolare: deinde relinquūt cū nouerūt querere pastū. Non eis viuendi anxia cura: cū plus q̄ expediat nō requirāt. Et in hoc sunt diuites aues celi: cū nil superfluū velint: cū regiones et terras / arbores et semina nō diuiserint ad pascendū: cū nulli sit assignata pp̄rietas: et cū pp̄ria nō vendicāt / in cōmuni diuitias habēt. Exemplo quor̄ suos sequaces saluator ad viuendū instruit: et arguit eos qui aliter viuūt forma volatiliū derelicta. Quid igit est q̄ sollicitudo tā mordax cruciat nos mortales: quibus est tā vita modica sup terrā: vt prouidētes in crastinū / in hebdomadā / in mensem et annū: vt nulla sit anime i cogitādo quies: et corp⁹ nō nisi lassitudine requiescat. Et multi prouidētes sibi p hebdomadā in futurū / dié crastinā nō viderūt: ⁊ p mensem / nō impleuerūt hebdomadā: et i annū plurimi ante nouiluniū decesserūt. Quid enī est q̄ in hoc mūdo pp̄riū hoies querunt / vbi solū mori siue peccare hoib⁹ factū est pp̄riū? Num q̄ vel nemini preterq̄ peccare potest esse pp̄riū / vbi mortis sup oēs regnat imperiū. Quid tanta prouisio in futurū: cū sepe mors hoīem ex hoc mūdo añ prouisū tēpus eripiat? In vanum ⁊ ad crimen acuta sollicitudo pro futuris instat hoībus: si munera et viuēdi alimoniā in oñi tpe dñs p̄parat: quod oīb⁹ fieri per psalmodiā Dauid enūciat / dicēs: Oculi oīm in te sperāt dñe: et tu das escā illor̄ in tpe opportuno. Aperis tu manū tuā: et imples oīne aīal bñdictiōe. Quid enī aliud q̄rit / q̄ vite habere fulcimē in tpe opportuno? In non opportuno criminosa est sollicitudo q̄rētis. Verecundiores sunt hoib⁹ aues celi: q̄ opportunitatis et nature cōtēte limitib⁹ / irreph̄ēsibiliter opant atq̄ quiescūt. Nō enī aliūde hoies in iustā reprehēsionē deueniūt / nisi cū opportunitatē atq̄ naturā improbit conant excedere. Sꝫ nōne ioseph i egypto septeno annor̄ numero puidit i tpa? Utiq̄ dixerim: sed i sacramēto magni et futuri mysterij: et q̄ infallibilr septena futura erat ostēsa sterilitas: quā de⁹ ideo ostēdit dño pharaoni / vt ioseph interpretaret: et p eū opportune puideret. Et multi sanctor̄ patrū habuerunt diuitias reseruātes in crastinum: et ad heredes diuiuantes in posterum: aduersus quos non possumus de iure causari. Sed nec cōdemnamus diuitias et res reseruatas p filijs / pro pitugandis puellr / pro defensione reipublice: quor̄ interest opportune atq̄ modeste puidere i crastinū: sed supfluā sollicitudinē / criminosū questū / ⁊ retētionē iprobaꝫ: preter id quod modestie atq̄ opportunitatis ⁊ ordinate naturā regulaꝫ habet christ⁹ iprobat: cui⁹ autoritate suffulti / ⁊ nos penit⁹ iprobam⁹. Et quod ad adā a dño dictū est In sudore vult⁹ tui vesceris pane tuo: laborē et sollicitudinē sibi creator oīm posuit: sed tēperauit cū dixit: vesceris pane tuo: nō sollicitudinē dānās / q̄ modeste pquirunt cōpēdia vite: sꝫ illā q̄ necessitatis ⁊ nature iura trāsgredit. Proinde si dñs auib⁹ celi sine sollicitudie ipsar̄ puidet / q̄ corā eo p modico sūt: q̄nto magis nobis q̄ corā ipso tanta dignitate pstam⁹ / vt ad similitudinē illi⁹ nostra sit facta creatio: et i tpis plenitudine reassūpta: et i sāguine verbi et morte facta redēptio: et cū ipo etna gl̄a expectet. Quo sēsu saluator adiecit: Nōne vos pluris estis illis?

Psal. 144.

Gen. 3.

De similitudine liliorum agri: secundum Mattheum et Lucam.

Capitulum VIII

Recolim⁹ et scriptura deū primos homines nudos i paradiso statuisse: nec ante peccatū necessitatē statuisse vestitus: ne sic homo implicit⁹ a diuina cōtemplatione vacaret. Nec postq̄ est apposita necessitas vestimēti / voluit hoies inuolui sollicitudine nimia: quos recte agētes / erat eterna gloria vestiturus. Et pluris est victus dissuasisse sollicitudinē q̄ vestitus: cū vict⁹ sit pcessus homini

etiā honesta nuditate regēte. Quod aūt minus
cōfert ad necessitatē inqrere/ fit mai⁹ ad crimē
Excepto christo adā in hoibus nemo ex creati
one nobilior: cui ⁊ socie dñs post peccatū tuni-
cas pelliceas fecit: etem̄ añ illā lethalē iobedi
entiam vestire nō erat indignū. Sed quales ve
stes dedit in remediū post peccatū/ taliū sollici
tudinē nō remouit. Et cū ipse amplius sic nō eēt
daturus: prerogata forma vestitus/ vt se vesti-
ent/ reliqt hoibus. Nunc vero vestimētorꝝ im-
pertinentē sollicitudinē remouet: agri lilia pre
ferens in exemplū/ vt in rebus insensibilibus ⁊
et terrenascentijs formā veris morib⁹ capiam⁹
vicēs: [Et de vestimēto quid solliciti
estis? Considerate lilia agri quō crescūt. Nō
laborāt neq3 nent. Dico eñ vobis: qm̄ nec salo
mō in oñi gloria sua coopertus est sicut vnu3 ex
illis. Si aūt fenū agri quod hodie est/ et cras i
clibanū mittit deus sic vestit: quāto magis vos
modice fidei?] Questiōe alios hoim pulsāt simi
tudo apposita/ et sentētia seu dissuasio saluato-
ris: cū post initiale hominis malū/ vestiri qdā sit
introducta ab hoibus necessitas: tū ppter ae-
ris intemperiē/ tū ppter honestatē. Nam hone
stas quedā est humani corporis vestimētū/ postq̄
corp⁹ fuit funestis moribus dehonestatū: et ho-
neste mēbra obregunt vestimēto/ in qbus exci
tata est rebellionis et inobedientie turpitudo.
Et q̄uis deus vñ possint fieri vestimēta/ produ-
cat instrumento et ordinatione nature: nō tñ fi
unt nisi sollicitudo apponat ex arte. Quid igit
est q̄ dicit de vestimēto: qd solliciti estis: in cō-
syderationē insensibiliū nos inducēs: ac si ve-
stimentorū nulla opportunitate premeremur:
vel sic largiturus esset posteris sicut dedit pa-
rēti⁹ primis: aut si peccatū esset ex arte vestiri:
cū ex natura vestita in exemplū pferat lilia cā-
pi. Sed nōne ministerio artis/ sollicitudine qrē
tis potius aut indigētis/ etiam a sanctis viris
sunt vestimenta quesita? Et vt de his nō sileā q̄
sacra scriptura commemorat: filios patriarche
Gē.37. Isaac legimus nō solū vestimēta/ sed duplicia
habuisse. Nā esau venatū ad imperiū patris va
dēs/ vestimēta domi reliqt: cū qb⁹ a iacob est i
paterna bñdictione preuētus. Et ipse patriar-
Gē.37. cha Iacob iosepb fecit tunicā polymitā ⁊ tala
Gē.41. rē. Et ioseph suis fratrib⁹ stolas i egypto dedit
Et de vestimētis adhibita est nō modica cura
maxime in leuitis. Et reges iuda et israel indu-
ti sunt regio cultu. Et sacerdotes ⁊ pphete nō
solū vestes/ sed etiā ab alijs distinctas habebāt
Et christum legimus pharisaico more vestitū:
et sanctos noui testamēti suo more vestitos: q̄uis
aliquos reperiam⁹ ob vite austeritatē ad tēpus
nudos māsisse: q̄ nec potuerūt vestimēta ex his
que natura produxit sine artis sollicitudine ac
exquisitis studio corporib⁹ hoim coaptari. Sed ali
ud est ex necessitate aut status appositione: ali
ud ad ornatū et ex curiositate vestiri. Primū sal
uator nullo pacto condemnat: cū instabit tē-
poris algor: etiam cū homo vestit ratione pudo-
ris: seu cū status hoim est in causa: cū cōsuetu-
do antiqua hec habeat reges ⁊ principes a sub
iectis populis distincto vestimēto secerni: et sa
cerdotes et quoslibet infulatos/ a ceteris quadā
amplioritate vestiū insigniri. Sed hoc q̄ppe p
tinus damnat/ et sollicitudinē culpat quod ad
pperā ptinet: qm̄ oñe vestimentū supgrediens
nature necessitatē/ cōseruandūq3 pudorē/ preter
quod appositū statū i hoib⁹ habet ostēdere/ ac
cusationē iustā iniquitatis nāciscit. Et execusa
bile factū est christiano quod necessitati et pu-
dori/ aut ex multitudine/ aut ex preciositate/ aut
ex vanitate i vestimētis supfluū querit. Proin-
de saluator dicit: Considerate lilia agri
quomodo crescūt: nō laborant neq3
nent. Crescūt lilia sine sollicitudine/ incremē
tū illis prestāte natura: sed nec laborant vt cre
scant: nec vt cibū ad augmentū inquirāt. Nere
nō norunt vt vestiant: aut varient nendo colo-
res: vt nec Salomon in sua peritia illa potuis-
set excedere varietate colorꝝ. Illa r⁹ē solus rex
salomō i exemplū: cū multi reges ornati/ sapiē-
tes et purpurati iā i oñi pplo pcessissent: ex q-
bus ipse loqbat/ salomō notior erat: et creditū
ab hebreis q̄ oēs i sapia excessisset. Idcirco ipse
in cōparatione liliorū submittit/ ceteris ptermis-
sis. Ac p hoc saluator rōnabili argumēto ꝯclu-
dit in mētibus hoim: Si aūt fenum agri
quod hodie est/ et cras in clibanū mittitur/ de-
us sic vestit illud: quāto magis vos modice fi-
dei?] Iuxta hoīs sensū loquēs/ multicoloria
sunt lilia/ et oñe fenū agri: vt plus natura q̄ ar
te colorata refulgeāt: q̄ deus sic varijs colorib⁹
vestit: quāto magis ratiōabiles hoies: ad quo-
rū vtilitatē hmōi sunt creata. Et irrefragabil
ratio dictat maiori diligētia esse curādū/ cui ē
repromissa eternitas/ q̄ quod natura habet ephi
merā: seu subito quod augmētū suscipit euellit:
et ad vsum sepe adijcitur/ pro quo fuit in esse p
ductū. Et modice seu nullius fidei crimen in-
currunt/ qui accurate multis coloribus vestiū-
tur. Et p prophetā hierusalē improbat: q̄ vesti-
mēta multicoloria sumpserit/ et vestita sit eis.
Et vestimentū mixtū sanguine erit in cōbusti- Is.9
one/ et cibus ignis. Tunc vestimentū mixtū est
sanguine: cū peccato cōiūgitur/ opportunitatē
iustā pregrediēs. Adijcitur vero igni: cū de il-
lo sollicit⁹ iusta pena plectet. Vbicū p autē in
sacra scriptura dissuasio sollicitudinis inueni-
tur: nō omnis sollicitudinis intelligendū est dis
suasionē fieri: s3 anxie/ timide/ philargyrice/ cō-
fusiue/ infirme: adducētis merorē superflue no
xieq3 cure: preuenientis tēpus in tpe nō cōple-
to: prenosticantis et coniecturantis illa/ quorꝝ
solus deus est cognitor.

De similitudine festuce et trabis ad deuitanda iudicia: secūdū Matheum et Lucam. Capi. IX

Volēs etiā saluator temeraria hoim re
mouere iudicia: similitudinē festuce ap
posuit ad culpulas iudicati: trabis

Mat. 7. aūt ad magna crimina iudicāti. ⌊Quid aūt
Lu. 6 vides festucā ī oculo fratris tui: tra-
bē aūt ī oculo tuo nō ↄsyderas? Aut quō dices
fratri tuo: frater sine/eijciā festucā de oclo tuo:
et ecce trabs est ī oculo tuo. Hypocrita/eijce p̄-
mū trabē de oculo tuo: et tūc videbis eijcere fe-
stucam de oculo fratris tui.⌉ Hō alti cordis et
sublimiū oculoꝝ ptēdit in p̄ximū: ⁊ ad se nō re-
ciprocat visū: et acute ↄsyderationē nequā dei̅
git in illū/a sui ꝑquisitione deficiēs. Arguit ali
orū inspector a semetipso recedens ipsorū cri-
mina: ⁊ parua magna/ ⁊ magna maxima facit.
Et quod in alijs ad similitudinē festuce leuiat/
velut trabē impōderat. Et pōdus suorū crimi-
nū p̄egrauās velut trabē: sicut insensibilis fe-
stuce leuitatē putat: quod est iniquitas pessima/
et peccatū maximū apud deū. Ois aūt sane in
uestigationis ⁊ dijudicationis autor incognitā
⁊ incertā culpā nemini debet iudicando impo-
nere: verā et certā nō amplius q̄ fuerit aggra-
uare: imo grauē credere leuē: et vbi possit fieri
sine crimine/scutū excusatiōis apponere. Quā
aūt quā inuestigare certius pōt/ paruā magnā
et magnā ꝑ excessum efficiet. Om̄ vnicuiqꝫ no-
tior sit sua quecūqꝫ mior iniquitas/q̄ cuiuscūqꝫ
alterius iniquitatis qualiscunqꝫ maioritas. Ac
ex hoc magis vnusquisqꝫ non solū in magnis/
sed etiā in minimis debet arguere semetipsū/q̄
ī magnis criminibus etiā ꝑ iudiciū impingat
in proximū. Nō em̄ pōt iuste pnūciare de alijs
qui in p̄p̄rijs deuiat. Et cū iniquitas grauat p̄-
pria: iudiciū rationis nō sinit recte iudicare de
ceteris. Purgatū esse oculum decet: qui clare
vult alios ītueri. Et purgata ratio debet esse a
tenebris/q̄ fugare alioꝝ nebulas cupit. Mūda
sit man⁹/q̄ alios studet abstergere. Hinc salua-
tor dicit: Quid vides festucā in oculo
fratris tui: trabē aūt in oculo tuo nō
cōsyderas? Quid armaris ad iudicandū in
minimis proximū: et temetipsū nō ꝑspicis ma-
gnis sceleribꝰ obuolutū? Non est hic charitas:
te despecto ī criminibꝰ alios velle curare. Cha-
ritas porro esset: si corꝑe patiēs t̄palibus mino-
ratus fratri auxiliū fieres. Nō hic veritas fru-
ctuosa: si te relicto seueritate iudicij tēdis in ali-
um. Nulla honestas cū ab eo quod quis ī alio
arguit/eque vel amplius in seipso priꝰ arguitur.
Detestāda est audacia/que modicā culpā ꝑ cē-
surā in alio rep̄hēdit: et magnā in seipso non
sentit. Quid vero agendū culpādo monet ipse
saluator: cū hoc malū ad hypocritā asseruit ꝑ-
tinere/dicens: ⌊Hypocrita/eijce primū
trabē que est in oculo tuo: et tūc videbis eijce-
re festucā de oculo fratris tui.⌉ Ille quē p̄p̄ria
iniq̄tas grauat/videre nō debet/ aut recte non
videt quid in alio rep̄hēdat. Sed nec impin
gimus in illos malos/ quibꝰ vera inest autori-
tas/quā supp̄rimere nō potest omnis iniquitas
sed illa dūtaxat absqꝫ fide: seu que inficit hereti
ca prauitate. Habēt in potestate aliqua iuris cō
stituti/etiā si mali sunt nō exorbitātes a fide/re-
p̄hēdendi autoritatē: sed nisi corrigātur ꝑ cer
tam damnationē. Quod hypocritā saluator in
duxit in causam: aduersus illos intēdebat/ qui
optimi apparere volunt/sed boni existere no-
lunt: Et vt appareant sicut appetunt/alios iu
dicādo confundunt: et rep̄hendūt plurimos
in publico velut malos: cū ipsi multo sint ī oc-
culto peiores. Quibꝰ dicit vt primū eijciāt ocu
lorū p̄p̄riorū trabē/ imo nubē rationis oculos
obtegentē: quā supinduxerāt ex p̄p̄ria malicia:
qua remota videbunt eijcere festucā fraternā:
quā forte adduxit humana fragilitas seu igno
rantia nō deuicta. Nec incōgrue festucā dixe-
rim subitā irā: trabē aūt odiū antiquatum: aut
nouiter ꝑniciose ab ira ꝓgressū. Proinde q̄ ab
oculo fraterno festucā nouiter superueniētis ire
satagit remouere: ꝑniciosi odij trabē prius esse
submoueat. Breui t̄pis spacio fit in germina-
tionibus terre festuca: et subito coalescit atqꝫ
arescit: Trabs vero multi t̄pis spacio humorē
terre trabēs ꝑficit: atqꝫ ī soliditatē ⁊ grauedinē
augustat. Ac ꝑ hoc ōis qualiscūqꝫ iniq̄tas subi
ta et improuisa tēpestas: que actionē ꝑuersam
atqꝫ rep̄hēsibilē firmato p̄posito nō suscepe
rit: leuis festuce imaginē portat: trabis quodli-
bet p̄uisū vitiū/aut pctm̄ ꝑtinaciter antiquatū.

¶ De similitudine reproborum ad canes: secundum Matheum Capitulum X.

Decebat altissimā doctrinā atqꝫ super
nā caute proferri: et presentibꝰ docto
ribus atqꝫ futuris cautelā iustis appo
suit: ⁊ impios et iniquos in canū similitudinē
designauit dicēs: Nolite sanctū dare ca- Mat. 7
nibus. Sanctū est omne sacre scripture verbū
instruens ad eternū regnū: maxime euangeliū
sanctum est sacramentū/a dn̄o christo institu-
tum. Sed est sanctū quod dari nō potest/ nisi
ab eo qui cuncta bona infallibiliter pōt. Hoc
siquidē dicimus esse virtutē et gratiā/⁊ beatitu
dinē sempiternā. Est sanctū quod dari penitus
potest: videlicet sacra doctrina: cuiꝰ tūc fit ple
na largitio: cū dans et recipiens opportune in
doctrina et disciplina conueniunt: vt ille velit
docere/ille discipulus fieri. Cassabit autē/si al
ter aut vterqꝫ horū defuerit. Et sacramentalis
sancta donatio fiet/si autoritatē habēs presto
erit: et si nō defuerit catechizandus: aut si refo
ueri aliter indigebit iam catechizatꝰ: ille fultꝰ
humili fide: iste ad imposita virtute obediētie.
Nō autē erit si alter cesserit/aut neuter astite-
rit. Proinde saluator coaptans et p̄estruēs ta
liū donatores canibus conferre prohibuit: ne
diuinoꝝ charismatū derogatio adderet. Sed
q̄q̄ aliquid boni naturalis reperiatur in cani-
bus/vn̄de possunt etiam exempla bona captari
habēt tamē aliq̄d quod humanꝰ sensus abhor
ret: in quo aliquorū reproborū genus simile fa
ctū est. Reuertūtur canes ad vomitū: et repro-
bi ad ea mala q̄ aliqn̄do reliquerūt. Et depra
uati sepe repetunt illa que ratione sententiaqꝫ

Prouer. 26. verboꝝ aū damnauerūt. Uñ Prouerbioꝝ dicitur: Sicut canis q̄ reuertitur ad vomitū suum: sic impudens q̄ iterat stulticiā suā. Nulla maior stulticia q̄ eū offendere/ sine quo nulla natura subsistit/ et esse nō pōt: ꝓpter quē boni nihil esse pōt. Detestāda est stulticia ei displicere/ a quo necessariū est deuinci. Proinde impudēs ē hāc stulticiam iterans et solefaciens. Quod in suū periculū vergit: cani factus est similis redeūti ad vomitū: q̄ repetit noxie stulticie cōdemnatū. Nec bonū et iustū saluator sanxit/ panē filiorū sumere et canib⁹ erogare. Panis filioꝝ delicatus est cibus: sed ille panis viu⁹ q̄ de celo descēdit: nō mittēdus canib⁹/ hoīb⁹ sc3 deprauatis: qui turpiter redeūt ad ea q̄ pulchre vomuerūt. Ecce sanctū/ ecce panis: neutrū donandū canib⁹/ impudentibus hoīb⁹ absq̄ rubore peccantib⁹. Impudētes porro penit⁹ sunt canes: et quo expellunt/ amplius nisi verberent redeunt ocyus. Importune sepe latrāt et furiūt: quibus assimilant quorūdā hoīm ꝑcaꝝ et inhonesta conditio: qui merito priuātur participatiōe sancti: et cōmunione panis celestis et vini: vt nō fit i voluntate dantiū dare: q̄ largiri cōtingat ex euētu et ꝑmixtione bonoꝝ et maloꝝ: quos secernere nō possum⁹: et interdū nec debem⁹: sicut iude ꝓditori fecisse credimus saluatorē: quem nō secreuit a ceteris/ cū esset volūtate secretus: quoniam infamē et cognitū publice notare nō expedit. Sed quod interdū agitur huiusmodi more: volūtate determinata nō fiat: ꝓpterea verbo reprehēsibili loqtur ipse saluator cū dicit/ non licet. Hanc eandē exprobrationē intulit chana-
Mat. 15. nee: vt gētiles canes etiā appellaret dicēs: Nō est bonū sumere panē filiorum/ et dare canibus. Hoc typo loquendi omnes infideles et impudicos sua scelera iterantes designans.

¶ De similitudine diuinoꝝ ad margaritas/ et porcoꝝ ad immundos: secundū mattheum. Ca. XI

Sicut saluator detestatur recidiuos ad malū/ et malos impudētes importune contendētes atq̄ furētes: sic abhorret q̄ sectātur immundiciā: et ab ipudicitia nō recedūt: quibus prohibet etiā ea que preciosa sunt elargiri: vbi duplex similitudo prestruitur: vt diuina mysteria margaritis: porcis vero im-
Mat. 7. mūdi homies cōparent. Inqt eīn: **Et nolite proijcere margaritas ante porcos.** Margarite appellati sūt illi viui albissimi relucentesq̄ lapides: que in cōchis marinis velut in quibusdā vasculis seu vētriculis reperiūtur que sepe ad ornatū sumitur: magis vero cōtra cordiale malū redacte i puluerē valere ferūtur: quib⁹ assimilātur diuina mysteria: quoꝝ ornatu plus crescit anima: que fit supra naturā/ visū et sensum/ illoꝝ splendore fulgētior. Sed quoniā de margaritis alibi sermo ē: ad id quod de porcis dicitur/ trāseamus. Immūdos hoīes porci signāt: illos maxime qui more ipsoꝝ in cenoꝝ terrenarū animo et corpore volutantur: de quibus et superioribus ꝑ Petrū dicit: Ca- 2. Pe. 2.
nis reuersus ad vomitū: et sus lota in volutabro luti. Sed vt clari⁹ pateat/ ante quales porcos saluator inhibuit proijcere margaritas: aduersus quos Petrus tale prouerbiū protulit/ pri⁹ oportet intendere. Multam eīn hominū peruersitatē atq̄ maliciā numerauit/ anteq̄ talē similitudinē contra eos ediceret. Nā ante dixerat:
Fuerūt vero et pseudo ꝓphete i populo: sicut Ibidem
et in vobis erūt magistri mēdaces: qui introducēt sectas ꝑditionis: et eū qui emit eos/ dñm negāt: superinducentes sibi celerē ꝑditionē. Et multi sequētur eorū luxurias/ ꝑ quos via veritatis blasphemabit: et i auaricia fictis verbis de vobis negociabūtur. Et cū interponeret punitionē: resumpsit eoꝝ multiplicē iniquitatem. Hi sunt velut irrationabilia pecora naturaliter in captionē et in perniciē: in his que ignorāt blasphemantes/ in corruptione sua peribūt: ꝑcipiētes mercedē iniusticie: voluptatē oēm existimātes diei delicias/ coinqnationis et macule: delicijs affluētes: in ꝯuiuijs suis luxuriantes vobiscū: oculos plenos habētes adulterij et incessabilis delicti: pellicientes animas instabiles/ cor exercitatū i auaricia habētes. Maledictiōis filij derelinquētes rectā viā errauerūt. Hi sunt fontes sine aqua: et nebule turbinib⁹ exagitate/ quib⁹ caligo tenebrarū reseruat. Superbiā eīn vanitatis loquētes/ pelliciūt in desyderijs carnis luxurie eos qui paululū effugiūt: qui in errore cōuersantur/ libertatē illis promittentes: cū ipsi serui sint corruptionis. His rursus implicati superātur: facta sunt eis posteriora priorib⁹ deteriora. Melius eīn erat illis nō cognoscere viā iusticie/ q̄ post agnitionē retrorsū reuerti ab eo quod illis traditū est sancto mādato. Et cū oīa hec mala/ imo plura velut improboꝝ opera Petrus apostolus numerasset: ad ipsoꝝ exaggerationē sigillū turpissime similitudinis aduersus eos apposuit: q̄ hi canes et porci/ quibus sanctū negari expedit/ nec margaritas ꝓycere/ merito vocarētur/ dicēs: Contigit eīn illis illud veri ꝓuerbij: Canis reuersus ad vomitū suū: et sus lota i volutabro luti. Uidete canes: videte porcos: quib⁹ diuina exhiberi negātur: qui melius ꝑ huiusmodi Petri apli insinuationes innotescunt/ q̄ si queq̄ alia verboꝝ superfluitas adderet. Et quod posset si sec⁹ fieret euenire periculum/ ilico saluator annexit: **Ne forte conculcent eas pedibus suis: et cōuersi dirūpant vos.** Terrenis voluptatib⁹ et deceptionib⁹ inuoluti/ ea q̄ sūt sctā et diuina despiciūt: et nihilopēdūt sacra mysteria/ nisi ab errorib⁹ exuant. Et insipientib⁹ diuulgare secreta/ eorum est minuere dignitatē: cū apud indignos digna indigna reputētur: et sepe reprobi furiunt/ quo magis audiunt veritatē et celestium nouitatem: et animo et opere seuiūt in docētes. Sed nūquid timore periculi futuri nō predicabit peccatorib⁹ regnū dei? Nunqd corā ipsis nō arguetur iniqtatis via? Nūquid nō re-

prehendenk in eis ea que mācipata sunt vitio⁊ Nūquid qꝛ digna idigne tractabāt/ veritas relinquetur? Nūquid argutio quā opportune sit et importune oportet inferre in taciturnitatis
1.Timo.5 domibus habitabit? Inquit em̄ apl's: Peccan
2.Timo.4 tes corā omīb⁹ argue. Et alibi: Argue/obsecra increpa/insta opportune iportune. Et ad Titū:
Titū.2 Argue cū iperio. Equidē dixerim/ qꝛ magistri ⁊ discipuli dicta nec inuicē aduersank. Hoc em̄ dicit apl's quod et christ⁹: hoc ꝑco quod index. Sed est in scriptura sacra vnde ostendak cōsonū/ quod in voce sepe sonat aduersū: nā formā discipuli oportet assumere: magis autē humilē discipulū fieri/ingredi volentē scholas dn̄i saluatoris. Et accedentē ad ipsū fieri sine contradictione credentē: ⁊ cupidum fieri participē sacramētorū christi: totū inexceptuate dari fidei ratio christiana deposcit. Quot ⁊ quot vero in hoc ꝓfundū nō venīūt/derisores⁊ ipī sūt. Pro
Prouer.19 pterea ꝑ Salomonē dicik: Qui erudit derisorē ipse sibi iniuriā facit: ⁊ q̄ arguit impiū/sibi maculā generat. Derisores sūt diminoꝝ/ q̄ pseudo sunt: terrena ⁊ corruptibilia semꝑ querunt. Et semꝑ h ō deridet quod iure sibi non placet: aut quod i eius displicentiā venit. Impij x̄o sunt q̄ simplici fidei nō subdunk. Et alia scptura di
Eccl.32. cit: Ubi nō est auditus / nō effundas sermonē. Uere sermo diuinus vbi nō est auditus humilis ⁊ fidelis/ nō est effundendus.

¶ De similitudine falsoꝝ prophetarum ad lupos: secundū Mattheū. Capitulum XII

Non desistit vnigenitus dei filius nostra natura in veritate vestit⁹: eos q̄ false virtutib⁹ vestiūtur/ad precauēdū edicere: ne velut improuid⁹ doctor a posteris causarek/ ꝙ necessarie cantionis doctrinā non dederit: ⁊ ꝙ mali sint pctōres: vt caueātur ocy
Mat.7. us/lupis assimilauit/dicēs: Attendite a falsis prophetis/qui veniūt ad vos in vestimentis ouiū: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Prophete falsi non solū illi appellati sunt/qui in veteri testamēto dicti sunt videntes: sed omnes qui autoritate docendi atqꝫ regēdi presidēt: aut sunt i ecclīa sancta dei. Qm̄ si nō prophetāt a spūsācto afflati ea que futura sunt: illa tamē populis disserere habēt que sancti ꝓphete predixerūt. Sed multi autoritatē sanctā nō habētes/ veniunt seu vadūt nō missi: simulātes mores honestos: effigiātes virtutū speciē/ipsarū veritate carentes: veniūt in vestimētis ouiū. Multi vestimenta ouium habēt: ipsi tamē oues non sunt. Sed vestimenta ouiū portare/ouesqꝫ nō esse/ speciē est habere virtutis: veritatem vero eius est abiecisse post tergū. Ideoqꝫ talibus se vestibus obnuūt ideo conātur simulare virtutē: vt incauti⁹ decipiant indoctos: ⁊ subuertant ex animo imperitos. Nō em̄ potest inferri deceptio/nisi palliatione honesti: aut cū ꝓ pāditur malū/ quod in insidijs latet. Sed vnde falsi? Quia locuti sunt falsa. Contra quos intendebat Dauid dicens:
Psal.57 Alienati sunt pctōres a vulua: errauerūt ab vtero: locuti sunt falsa. Uulua/id est valua: ianua est regni celestis: a qua facti sunt alieni hoīes peccatores: et ipsa est iusticia: que nisi super scribas ⁊ phariseos abūdet in nobis/non intrabimus in regnū celorū. Uterus vero lex est veritatis: a qua causatur error/ cū ab ipa recedik. Nō em̄ errare q̄s pōt/nisi cū abscedit ab vtero veritatis. Proinde alieni a iusticia/ deuij a veritate incūctanter falsa loquunk: a quibus fucatis colore virtutum cautos nos ipsa veritas facit. De quibus etiā ꝑ Hieremiā deplorantē hierosolyme ciuitatis excidiū dicik: Prophete tui vi
Treno.2 derūt tibi falsa et stulta: nec aperiebāt iniquitatē tuā/ vt te ad penitentiā ꝓuocarēt. Nulla dānosior doctorū ⁊ presidentiū i populo falsitas ꝙ nō apire aut ostēdere peccata populi delinquētis: quoniā prenosticiū fit/ vt i holbus non appropinquet regnū celorū/ ꝑ quo humana cōtendit intētio. Sunt ꝓphete falsi qui a dn̄o nō mittunk/ aut ab habēte mittēdi potestatē: qui loquūtur in nomine illius a quo nihil acceperūt nec in cordibus hominū timorē futuri mali incutiūt vnde mala vitētur: sed securitatē incertā tanꝙ certā populo repromittūt: vt cessek ab actione quā virt⁹ indicit: ⁊ fiat om̄ino quod iniquitas precipit. Contra quos Hieremias acce
Hiere.14 pisse a dn̄o fatebak/dicēs: Et dixit dn̄s ad me: Falsa ꝓphete vaticināntur in noie meo: ⁊ nō misi eos: et nō precepi eis: ⁊ nō sū locutus ad eos. Uisionē mendacē et diuinationē fraudulentā/ ⁊ seductionē cordis sui prophetāt vobis. Et q̄ precedūt atqꝫ sequūtur hanc scripturā qui hieremiā in hoc loco legit/intelligat. Mores nostri tēporis cudimus: nō tm̄ pristinos rememoramus. Que falsitas euidētior/ ꝙ se legatū dicere nō mittētis: ⁊ illius ꝓferre verba que penitus nō accepit: ⁊ in virtute illius edicere qui dicēdi nō tradidit potestatē? Hi mores pestiferi hactenus fuerūt in populis: ꝓuidit etiā christus affuturos: multiplicati sunt hodie supꝛ numerū. Palliāt se indumēto virtutū/specie humiliū: quoꝝ intētio est ꝑuersa: qꝛ intrinsec⁹ sunt lupi rapaces/rapiētes predā cōmodi tpalis: et cum damnatis demonib⁹ deceptorū aīas partiētes. Sed q̄ cauere admonuit/ agnoscere docuit. Difficile vitatur malus/nisi apte aut ꝑ indicia cognoscak: ꝙobrē dicit: A fructibus eorū cognoscetis eos: quia nemo de spinis colligit vuas/neqꝫ de tribulis ficus. Cuius nature sūt arbores/ tales fruct⁹ ex se producūt: neqꝫ aliud pōt ex eis colligi/nisi quod in eis ipsa rerū natura ꝓduxit: quoꝝ itelligentiā annexa similitudo ampli⁹ manifestat.

¶ De similitudine arboris ad bonos et malos homines: secundum Mattheum tantū. Capitulū XIII

Arbor est christus: qꝛ ipse est vitis verā: que fructū mūdo attulit/ bona oia excedētē: ⁊ supꝛ mel et fauū dulcior est

fructus eius. Est etenim eterna beatitudo fructus qui de hac vita colligitur: et tales palmites querit/facientes saltem dignos penitentie fructus. Quos vero prouidet in hanc nō venire cōcordiā cognosci voluit: ne decipiant innocentes. Et ne credatur simulata virtus nācisci posse celestia: nec introire nisi resipiscat viaȝ qua graditur regnū
Mat. 7. dei: similitudo arboris posuit. **Sic omnis arbor bona/ fruct⁹ bonos facit: mala autē arbor fruct⁹ malos facit. Nō pōt arbor bona fructus malos facere: neqȝ arbor mala fructus bonos facere. O īs arbor que non facit fructum bonū/excidetur et ī ignē mittetur. Igitur ex fructibus eorū cognoscetis eos.** Qualis est arbor/talis est fruct⁹: qualis vnusquisqȝ talia opa eius. Fructus arboris ex humore radicis: opus hominis ex qualitate volūtatis. Radix arboris abscōsa manet: voluntas hoīs omnino inuisa. Quo pfundior radix/arbor solidior atqȝ fecundior. Quo volūtas hoīm humilior erit: eo magis ipsi firmātur ⁊ vberiores fiunt ad boni opis fructū. Sed bona arbor fructus bonos facit: bonus homo in rectitudinē opis intendit: sic quod dicitur reconuertitur. Sed cū bone arbori seu male agendi cōtraria videatur adempta potestas: cōuenit pspicacius hunc inuestigare sermonē. Certū est hominibus adesse liberū arbitriū/quo nulla illata violentia libere mouentur in placita: nec cuiqȝ in hac vita ex cōmuni punitiōe ipsum adimitur: quāquā in vesanis atqȝ obsessis a spiritib⁹ immūdis secreto dei iudicio liberi arbitrii videatur adempta libertas. Quid est quod dicitur/non potest arbor bona seu nō potest arbor mala: si volūtas liberi arbitrii in hominib⁹ regnat: quod oībus deficientibus argumētis/ rationib⁹ ⁊ scripturis: ex his que agimus/monstratur esse conspicuū. Sed nemo bonus absqȝ spiritussancti gratia: qua cū homine stante/bona dicitur arbor: ⁊ malos fructus germinare nō potest. Nō qȝ homo bonus est bonitate naturarū: sed quia gratiam habet annexaȝ: que ad meliora ⁊ ad opa iusticie semper hominē cui assistit/prouehit: que si desereretur ab homine/ ipsa eū omnino desereret: ⁊ tunc nō bona/sed arbor mala esset: ⁊ fructus malos produceret. Nam sicut bona est arbor humana dei gratia persistente: sic efficitur mala dei gratia deserente. Sic e regione accipitur: qȝ si voluntas hominis ab iniquitate detinetur/ quod malum est operabitur: qua iniquitate in homine voluntatem regente/bonū meritorium nō poterit operari: qua depulsa ope diuine gratie per liberuȝ volūtatis imperiū arbor bona fiet: ⁊ efficiet gratum fructum. Exemplū vero patens ad vtrūqȝ satis inducitur. Ferrū ex natura frigidū est: ignitum vero calet: igne depulso iterū reuertitur in naturā: quo durante in ferro ꝯtra naturā ignis agere nō potest: ⁊ quod pprium est/ignis efficiet: quāquā possit ignis ab illo depelli. Quē ignem si per similitudinē dabimus gratie vel iniquitati: quod de arbore bona ⁊ mala differitur/demonstrabit. Morali autē experimēto hoc fidelibus magis claret. Nam sepe vidimus hoīes ab iniquitate permotos sceleratissime opari: qui cuȝ peruenissent ad gratiā/contraria pfecerunt. Et interdū vidimus in charitate gratiaqȝ degētes operari decentia: ⁊ deserentes gratiā turpitudini deseruisse. Legimus saulem in regē a deo ele 1. Regū. 9.
ctum: et postmodū reprobatū. Legimus dauid 1. Regū. 16.
sanctū: legimus eundē factum iniquum/dū fere 2. Regū. 11.
simul tria mala cōmitteret: ⁊ iterū eundem legimus ad sanctitatē reductum. Legimus salomo 3. Regū. 3.
nem arborem bonā/⁊ fructus bonos vtiqȝ produxisse: quē deprauatū ex scriptura cōspicimus 3. Regū. 11.
velut arborem malā/fructus malos impudicitie atqȝ idolatrie pduxisse. Legimus pessimum 4. Regū. 21.
manassen regē/arborem vtiqȝ malā: et tandem velut bonaȝ fructus bonos penitentie pfecisse. Legimus magdalenā arborem impudicā/et ta Luce. 7.
les fecisse fructus: quā conuersam ad bonitatē scimus partē optimā elegisse. Quid de multis qui facientes similia pcesserunt? Sed vnde in hominib⁹ boni ⁊ mali operis tāta varietas: nisi qȝ gratia inest/ aut deserta deserit: aut qȝ suscepta iniquitas suscipientē voluntatē exagitat: aut dimissa recedit? Sed cum sit omnino necessarium quod bonum est operari: ad quod nos inuitat ⁊ exemplificat arbor vite: nō solum fructū nequā facientem/sed etiā bonū ad pducentē decreuit saluator abscidi/et tradi eternis ignibus cōburendam. Nam omnis arbor que nō facit fructū bonum/nō solum illa que malū/excidetur a congregatione iustorum: ⁊ mittetur cū demonibus comburenda: quorū opera dum vixit/voluit imitari. Conclusionē cognitionis malorū hominum vt deuitentur ex fructibus/saluator apposuit: Igitur ex fructibus eorū cognoscetis eos. Clara cōsueuit esse causarum cognitio per effectus. Ne autē a sciolis crederetur/qȝ sufficeret extrinsecum ostensa forma virtutū per fictos mores/aut per verba sonantia: bonus magister aperuit/dicēs: **Non oīs qui dicit mihi/domine domine introibit in regnū celorū: sed qui facit voluntatē patris mei/qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum.** Profiteri dominū verbis/⁊ sibi opere nō seruire: aut ab eo resilire quod pcepit: veri⁹ negatio potest dici: quod ad titū scribēs apostolus omnino nō tacuit. Confitentur se nosse deū/factis Tit. 1.
autē negant: cum sint abominati ⁊ incredibiles ⁊ ad omne opus bonū reprobi. Sed perfecisse diuinam voluntatē atqȝ paternam/ hoc est totū humane arboris bonum: ⁊ totus ⁊ nullus alius fructus melior: cum hoc solū sue bone placentie ad nostram vtilitatē in hac vita: hoc solum saluator exquirat a nobis. Cui effectui aperitur regnum celorū: quod iniquitas cepit claudere in adam vniuerso humano generi: quod etiā ī singulis nunc ipsa claudit. Quod vero sequitur: multi dicent mihi in illa die/domine domine ⁊ cetera: affirmatio est dictorum.

pressura causa est tristicie: non tristicia causa pressure. Quoniã dũ dolor cũ corporis natura confligit/ adest tristicia pariẽti: cuz vero dolor tanq̃ a potẽtiori bono victus abscesserit/ et tristicia desluit. Ubi ad memoriã dolor corpis et animi tristicia reuocãtur: nõ tenet memoria q̃nta fuerit ipsa pressura: sed tenet quantuz tristicia ipsa cõfoderit. Facilius recordat⁹ ei⁹ quod passus est animus/ q̃ eius quod sustinuit corpus. Quãuis em̃ vnũ consistit in altero: et vnũ preter alterũ habet existere posteri⁹/ sed nõ prius. Nõ existit anima priusq̃ tradat corpus: sed creatur cũ traditur: et tradit cũ creat. Habet autẽ post existere/ viuere et intelligere p̃ter corpus. Sic quidẽ ania solũ sentit tristiciã siue dolorẽ cũ pena infligit: corpus vero penã nesciẽs quid et que et quales sunt animi passiones. Recordabit igitur anim⁹ passionis sue nature potius q̃ alterius cuius est corpus. Diuersa quidẽ natura p omnẽ modũ est animorũ seu spirituũ et corruptibiliũ corporũ: tristicia i anima/ pressura in corpe agitur. Nõ meminit ergo anima pressure acte in corpe: recordabit tamẽ tristicie quã ipsa ppessa est. Nõ tamẽ memoria tristicie tristiciã dabit his quibus veruz successit gaudiũ: sicut memoria se fuisse aliqñ letatũ/ nõ dabit leticiã his qui eternũ suppliciũ incurrerunt. Nã ex magna infirmitate redditus sanitati/ illius recordabit non tristatus: et ex magna sanitate redditus infirmitati/ tenebit illam memoriter nõ letatus. Unde nõ meminit mulier pariẽs pressure pp̃ter gaudium. Quare? Quia natus est homo in munduz. Sic est exemplificans. In exẽplificatũ igit veniamus. Et vos igitur nũc tristiciã habetis. A csi diceret christ⁹: q2 nũc recedo a vobis corpore actu peregrinandi/ non officio diligendi atq3 subueniẽdi: sed id quod est causa tristicie/ sit et vere leticie. Iteruz videbo vos: et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrũ nemo tollet a vobis. Tp̃alis absentia tẽporalẽ tristiciã generabit: p̃sentia visiõis eterne inauferibile gaudiũ prestabit eternũ.

¶ Libri sexti de parabolis saluatoris finis.

¶ Liber septimus de similitudinibus a saluatore positis et assũptis.

¶ De similitudine salis: secundum Mattheum/ Marcum et Lucam. Capitulum I

DIfferentiã similitudinũ ⁊ parabolarũ in libro p̃diximus de parabolis/ hic silẽtio tradentes. Sed cũ in prima et generali predicatione christus in mõte turbis ⁊ discipul' loqueret: ad discipulos solũ sermonẽ intorsit: preostendẽs quantũ primatus/ quantũue fructus sup alios ⁊ in alios acceperant: non solũ eos/ sed futuros similes i suis similitudinibus premonẽs/ instruẽs ⁊ exhortãs. Et primo omniũ extitit similitudo sal: sub qua presagiauit ap'los ceterosq̃ in illa sorte futuros/ dicẽs: [Uos estis sal terre: quod si sal euanuerit: in quo salietur? Ad nihilũ valet vltra nisi vt mittat foras/ ⁊ cõculcet ab hominib⁹.] Uigilãs est similitudo ex natura introducte rei: ex christo clarescit peramplius. Nec imerito in omibus tenet ista primatũ vt velut in rebus esibilibus sal: sic inter eos q̃ regũtur/ aut opportune docent et dirigunt: debeant esse qui presunt/ instruũt siue ducũt. Nihil promptius operat in his que vsu capiunt sal: quod similitudine sumpta nõ conueniat his qui sumpserũt ducatũ. Et in omni quod deficit aut euanescit in his quibus vsu apponit aut applicatur/ insulsitas aut putredo exorit. Sic in his que agunt in hoibus s'm rationẽ fidei/ moresq̃ gñe archotes/ sp̃uales doctores/ duces: si euanescunt siue deficiũt/ dãna similia puenire credantur. Sed quis comedere põt insulsũ/ si debuit sale penitus esse conditũ? Aut quis tanget putridũ/ aut sumet in esum/ seu tenebit ad vsũ: si appositione salis debuit preseruari? Proprietates siquidẽ salis solertib⁹ indagatorib⁹ relinquimus: ne plus debito sermo trahatur in longũ. Quod cũ fecerint: nihil inuenient inapplicabile in pfectibus/ nihil in defectibus ad archotes sp̃uales: si aderit eis in similitudine bonitas salis: aut si aberit eis pprietas opportuna. Sed si sacrã scripturã volumus pcontari: clarius apparebit cur archotib⁹ christiani exercitus salis/ fuerit a Christo similitudo tributa. Sale quippe ipsam charitatẽ in agẽdis opportunã merito intelligim⁹: sine qua nemo aliquid deo acceptũ fecit: que in fedus sempiternũ posita est inter nos et deũ. Ac p hoc dñs in veteri testamẽto omne sacrificiũ cõdiri sale mãdauit/ dicẽs: Quicquid obtuleris sacrificij/ sale condies: nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo: in oblatione offeres sal. Sacrificia fideleũ christianorũ porro illa esse noscunt: que in corporibus hoim respectu supne patrie per carnis maceratiõnẽ/ vilitatẽ et abiectionẽ agũtur: in quibus nulla vtilitas/ si defuerit charitas. Nec tale sacrificiũ erit acceptũ/ si omnino erit insulsum. Sunt em̃ sacrificia nostra excitationes in orationib⁹ et indagationibus scripturarũ sanctarũ/ ⁊ in intimis meditationib⁹ cordis: ac etiã in illis theorijs/ quãdo supra seipsũ et supra cũcta sensibilia noster anim⁹ conat extolli. Sunt ⁊ si qua peragim⁹ in subuẽtionibus pximorũ: que oĩa inepta redduntur/ nisi sale charitatis condiant. Hinc em̃ est quod Ap'ls ad Corinthios scribit nihil esse/ nihil pdesse si sine charitate/ dicẽs. Si linguis hominũ loq̃r et angelorũ: et cetera que annectunt. Est prim⁹ ipsa charitas fed⁹ iter nos ⁊ deũ: vt si diligim⁹

Mat.5
Leui.2.
1.Corin.13.

Prouer.8. diligemur: sicut sapientia clamat: Ego diligentes me diligo. Est et fedus quod si diligimus deum diligamus et proximum: sicut ioannes in sua canonica commemorat. Est et fedus ad mandata seruanda: vt si diligimus preceptorem eius precepta opere compleamus. Item christus dicit: Si quis habet
Ioan.14. mandata mea et seruat ea/ ille est qui me diligit. Ille habet mandata mea qui nouit/ qui tenet ea memoriter: sed tunc seruat cum deducit in actum. Est et fedus ad beatitudinem obtinendam. Sola enim charitas facit patere celum: ipsa sola introducit in regnum. Proinde auferri de sacrificio prohibetur. Nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo: immo in omni oblatione tua offeres sal. Tunc enim in omni oblatione sal offertur: cum omne quod agimus ipsa charitate fulcitur. Necnon et ordinem tenendum in moribus aperte conspicimus/ si preceptum de sale factum subtiliter indagamus. Preceptum factum vt omne sacrificium sale condiatur. Ex quo proinus indicitur vt in om-
1.Co.14. nibus ordo seruetur: sicut apostolus ait: Omnia quidem honeste et secundum ordinem fiant in vobis. Nam vbicunque ordo deseritur/ in positum finem non erit accessus. Nihil fiet impertinens aut frustra/ si in rebus diligendis ordo seruatur. Omnia enim deus legibus ordinis alligauit: vt etiam in his que tradita sunt/ vt perueniamus ad deum seruatus ordo perducat. Et nullum sacrificium gratius quam illa diligere atque peragere que tendunt in deum: vbi sal ordinis penitus est ponendum tanquam fedus ad deum. Ipsam porro scientiam nomine salis arbitror estimari. Fit enim sal ex coctis aquis a sole aut ab igne. Et aqua sapientie potauit dominus sanctos suos. Et in omni sacrificio nostro necessaria est scientia: maxime in zelo quo ad deum accendamur: ad euitandam illam sententiam/ quam dixit apostolus:
Roma.10. Habent zelum dei/ sed non secundum scientiam. Nam sicut sal sapidum reddit vbi apponitur: sic charitas/ ordo et scientia cuncta que visibiliter et inuisibiliter aguntur/ grata faciunt deo: vt non sint insulsa/ sed sapida que fiunt mandato celestis siue terreni agonum positoris. Ipsi siquidem agenti aliquid in vtraque substantia sua facta non insulsa/ sed sapida erunt: si sale charitatis et ordinis atque scientie condientur. In his pactum nobis cum deo constituitur sempiternum: de quo dominus sacerdotem ve-
Nume.18. teris testamenti diligenter commonuit. Pactum salis est sempiternum coram domino/ tibi ac filijs tuis. Pactum huiuscemodi salis ideo sempiternum vt nullo tempore violetur. Pactum sempiternum: vt ex ipso inuiolabiliter custodito eterna gaudia capiamus. Hoc salis pactum rememorauit abia rex iuda hieroboam regi israel: cum in prelium con-
2.Paral.13 uenirent. Stans abia super montem semeron: qui erat in ephraim/ ait: Audi hieroboam et omnis israel. Num ignoratis quod dominus deus israel dederit regnum dauid super israel in sempiternum ipsi et filijs eius in pactum salis? Quid est pactum salis in quo regnum dauid datum commemorat: nisi pactum illarum virtutum/ que potissime in agendis omnibus exiguntur: que salis similitudine designantur. In pactum salis regnum dicitur datum dauid: in condimento sacrificij quod tunc temporis agebatur: quando ipse rex fuerat a domino constitutus in manu samuelis tunc sacerdotis atque videntis: qui sacrificium sub censura salis ante constituta offerebat. Ex quo typico mysterio insinuatum est sub pacto salis sacrificij vera regna constitui: et iura regalia hominum sine prefato sale ad perfectum non posse deduci. Arguit abia rex iuda hieroboam regem israel: qui ad impugnandum ipsum et regnum eius arma commouerat/ quod iniuste huiuscemodi rem fecisset: quod in sempiternum concessum sit regnum occasione salis in pactum. Ex hoc ad demones remouendos magna iurisdictio nobis efficitur: si stabit intactum protinus salis pactum. Necnon ipsam iusticiam in similitudinem salis accipimus: sine qua nihil rectum agitur cum ipsa vniuersitate profulgeat et condire habeat pre ceteris moralem hominum vitam: et dum sub sua censura omnia disponuntur: nihil est quod de obliquitate causetur. Ipse siquidem dauid/ qui regnum accepit in salis pactum/ iusticiam operabatur: regum scriptura dicente: Et regnauit super omnem israel. Faciebat 2.Regum.8.
quoque dauid iudicium et iusticiam omni populo. Et de iusticia plene confidens in psalmo dicebat: Et Ps.17.
retribuet mihi dominus secundum iusticiam meam. Nempe sicut sine sale insulsa sunt esibilia plurima: preter panem parum delectantia gustum: et sicut sine sale vermibus carnes scaturiunt: sic sine iusticia nihil in moribus hominum delectabile: necnon et humana vita corrumpitur insolentia pessimorum. Circa quam dauid magna diligentia intendebat/ ne permissa iusticia subiecta sibi res populi turbaretur: cum sicut psalmus eloquitur/ faciebat: In matutino in- Ps.100.
terficiebam omnes peccatores terre: vt disperderem de ciuitate domini omnes qui operantur iniquitatem. Quam bene pro seipso interpellabat ad dominum. Feci Ps.118.
iudicium et iusticiam: non tradas me calumniantibus me. Ipsam etiam sapientiam euangelicam salis nomine non immerito dicimus esse censendam: que omnium condiuit hominum vitam: et sanauit steriles hominum nationes. Et humani mores et leges viuendi per ipsam condiuntur: et ne putrescant sua virtute seruantur: et sanantur saucij populi defluentes. Quod in libro regum multis ante temporibus legimus fi- 4.Re.2.
guratum. Nam viri ciuitatis hierico dixerunt ad helizeum: Ecce ciuitatis huius habitatio optima est/ sicut tu ipse domine prospicis: sed aque pessime sunt et terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi vas nouum: et mittite in illud sal. Qui cum attulissent egressus ad fontem aquarum/ misit in eum sal et ait: Hec dicit dominus: Sanaui aquas has: et non erit in eis vltra mors/ neque sterilitas. Sanate sunt aque vsque in hanc diem: iuxta verbum helizei quod locutus est. Helizeus interpretatione nominis/ que deus meus saluator est/ siue re gesta deum significat: cui humana natura defectum quasi lunarem patiens loquitur suo sensu/ dicens quod mundi huius habitatio bona est: quia omne quod est/ bonum est natura: et in ordine suo defectu omnimode caret: sicut deus plene cognouit. Nam

Gen.1. vidit deus cuncta que fecerat/ et erant valde bo
na. Sed huius mundi sensu quodammodo ca
rentis aque pessime sunt. Quid tam noie aqua
rum intelligit/ nisi numerositas populorum: iu
xta Joannis in apocalypsi sententiam: aque multe
populi multi. Populi quidem hominum non natu
ra/ sed voluntate pessimi facti erant: dum dediti
cultibus idolorum deum verum et ipsius sapientiam
ignorabant: et viuebant insulsi/ sale diuine sapien
tie non conditi: et pessimabant velut putride car
nes fetentis luxurie/ aliarumque iniquitatum vermibus
bullientes. Et terra sterilis erat: quia terra huma
norum corporum/ vsum bonorum operum non habebat.
Sed deus omnipotens in plenitudine temporis
vas nouum iussit afferri: cum almam virginem ius
sit mundo preparari: que vere dicitur vas nouum
ab antiquitate paterna discrepans/ disciplina ce
lestium innouata virtutum: in quo vase posuit sal
eternam sapientiam/ scilicet vnigenitum filium eius.
Aut vas nouum ipsum verbum incarnatum sentia
mus: qui nouus dicitur nouitate incarnandi/ noui
tate nascendi et conuersandi: qui nouam doctrinam
attulit: nouiter mundo vixit: sicque mortuus et se
pultus/ et regressus ab inferis ad celestia pene
trauit. In quo posuit sapientiam suam noie salis
signatam: sicut ipse predicando sepe dicebat: Do
Joan.7. ctrina mea non est mea/ sed eius qui misit me pa
tris. Et alibi: Sermonem quem audistis non est
meus/ sed eius qui misit me patris. Et iterum:
Joan.14. Que loquor vobis/ a meipso non loquor. Peni
tus prout nouus homo erat/ sapientiam a patre ac
cepisse testabatur. Quod sal scilicet incarnatum ver
bum effudit in apostolos per virginis partum
sed sapientiam per predicantem filium: et filius per
apostolos post missum spiritumsanctum sanauit
qui recipere voluerunt populos nationum. Et
virtute salis/ scilicet euangelice sapientie non esset
sterilitas/ sed sanitas: nisi adhuc libens hominum
repugnaret iniquitas. Sanauit aquas euange
lica et superna doctrina: quia populos recipien
tes illam/ condiuit et erudiuit: et docuit que nescie
bat mundus/ non habebat vsus/ ignorabat homi
num intellectus. Saporis huius effectum refugie
Eccl.39. bat carneus sensus. Et inter initia eorum que vi
te hominum necessaria dinoscuntur/ ecclesiasticus
salem esse commemorat. Et tamen ex mandato do
Ezechie.19. mini ezechiel hierusalem inter cetera obiecit: quod in
die natiuitatis eius non esset sale salita: scilicet illam
discretionem non habuit/ qua bene omnia dispo
nuntur. Nam cum renascimur sacramentis/ discre
tione christifera opus est inter ea que cogimur
eligere/ atque iter illa que agere obligamur. Op
tima inter virtutes noscitur esse discretio: que
gradiens inter bonum et malum/ inter bonum et bo
num/ inter malum et malum/ inter opinionem et ve
rum/ inter voluptatem et necessitatem/ inter virtu
tem et famam/ inter competentia corpori et spi
ritui semper ad tutiora declinat/ deuitatque peiora.
Et sermonem nostrum tali sale condiri/ decreuit
Col.4. paulus apostolus. Sermo vester semper in gratia
sale sit conditus. Igitur cum supra memoratas
virtutes habere atque docere oporteat eos qui au
thoritate atque doctrina populis preferuntur: me
rito christus dixit apostolis: Vos estis sal ter Mat.5.
re. Quibus pro seipsis et pro successoribus dictum
fuit: Sed si sal euanuerit/ in quo salietur? Si vir Ibidem.
tus deficit in doctore: si doctor deficit ipsi virtu
ti: quid boni perficiet? Cum ad nihilum valeat: di
gnum fit vt his fiat in ridiculum atque derisum quos
erudire debuit per doctrinam/ monefacere per ex
emplum: et fiat vilitate conculcatus inferior/ qui
vita et doctrina debuit superesse.

De similitudine lucis: Secundum mattheum. Capitulum II

Quoniam christus vnigenitus dei filius
erat lux vera: que illuminat omnem ho
minem venientem in hunc mundum: voluit
quos elegerat/ huius lucis esse participes: per quam
illuminaretur orbis terrarum qui tenebris peccato
rum vbique in hominibus iacebat obscurus. Et
quia quadam noue intelligentie luce illos perfude
rat: et peramplius perfusurus erat: et lucis sequeretur
effectus: sine interpositione verborum suos apo
stolos et similes posteros luci comparauit/ dicens:
Vos estis lux mundi. Jussu dei facta est Mat.5.
lux: nec aliquid pulchrius in corporibus diapha
nis: et eius virtute cognoscuntur obiecta omnia
oculorum: et fertur inoblique in receptacula sua.
Et per ipsam fit accessus atque recessus/ et contra
riorum declinatio. Secundum hanc proprietatem
apostolos et ipsiformes saluator per similitudi
nem mundo perfecit: non visibili atque sensibili/ sed
ei qui capax est diuinorum et susceptiuus theoriarum
supernarum. Et sermo dignus est/ quod sibi saluator
in hac similitudine homines huiuscemodi assci
uit cum de seipso dixisset: Ego sum lux mun Joan.8.
di. Illuminauerat exteriorem mundum ope cre
ate lucis: illuminat interiorem luce veritatis. Et
humanarum mentium se cum apostolis et ipsifor
mibus lucem facit. Et nihil in spiritualibus rebus
pulchrius veritate: cuius splendore si qua obijci
possunt humanis intellectibus/ cognoscuntur: et
inoblique irradiat super humanas mentes se re
ceptui coaptantes: vt possit esse accessus ad in
commutabile bonum. Hanc lucem petebat dauid vt
ad finem positum certius possit esse accessus. Emit Ps.42.
te lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt
et adduxerunt in montem sanctum tuum et in taber
nacula tua. Et recessus fit per eam ab eo quo
culpabiliter et noxie tenebramur. Unde aposto
lus: Eratis aliquando tenebre: nunc autem lux in Ephe.5.
domino. Per lucem siquidem veritatis/ recessus
fit a tenebris peccatorum. Declinatio contrariorum
ad destinatum finem istius lucis veritate pera
git. Propterea saluator ait: Qui ambulat
in die/ non offendit: quia lucem huius
mundi videt. Hanc lucem dominus aposto
los esse voluit per exemplum atque doctrinam: quam
intuentes in ipsis apostolis et apostolicis viris
non exorbitent/ per agones superna captantes.
Lux viua est exemplum rationalis animalis/ ex vir
tute consurgens: ab oriente fidei ortum habens/

Suffragaf sana doctrina in ordine suo lucens:
et exemplari luci prestat augmentu. Et dum pre-
stat/ipsa etiā suscipit incrementū: et ad inuicem
incrementa suscipientes splendidissimā lucem
faciunt. Suum ꝓpriū lucere oportet pretēdere:
alioquin a tenebris nō differret. Primū siqui-
dem sui officij est insistentes tenebras effugare:
deinde ostendere quomodo leuētur oculi ad di
rectū. Sicq̧ cum apostolis dicif per similitudi
nem quid sunt: quid sint facturi: ex taciro mādа
to suscipiunt/ ne sit ociosa lucis appellatio que
tanto dictatore indicitur.

¶ De similitudine ciuitatis: secūdū mattheū tantū. Capitulū III

Qui terrenā ciuitatem ordinauit ad ex-
ercitium et agones hominū: supernā
vero condidit ad gloriam angelorū/et
hominū recte agentium in terrena: vt ad super
nā a terrena esset ascēsus ab eo qui in ista esset
virtute probatus. Proinde per similitudinē ciui
tatis docuit/quid mundo apostoli et conformes
vtilitatis cōferre teneantur: cū sine interpositi-
Mat. 5. one dicit: Non potest abscondi ciuitas
supra montē posita. In veteri testamento
legimus mandato domini/ ordinatione moysi
cōplemēto iosue/ ciuitates plures factas fuisse
refugij: ne ad eas confugiens malefactor subi-
to iudicaretur sine magna examinatiōe iudicij.
Etenim apostoli et eorū loca tenentes/ penitus
sunt refugium peccatorū: ideoq̧ debent in patu
lo/nō abscondi: quoniā positi sunt supra mon-
tem. Mons vero summus sup omnes christus
Daniel. 2. est dei filius: quē Daniel preuidit velut lapidē
prescidi de monte sine manibus/ et in montē ma
gnum erigi: super quo apostoli et viri apostoli-
ci sunt fundati. Non ergo debēt abscondi quin
ad eos possit esse refugiū/cum hostile ingruerit
bellum. Ciuitas siquidē primo cōuentione loca-
lis situs cōstruitur: deinde firmatur lege viuen-
di: et ne incursantibus nō retunsis damna patia
tur/circumcingitur muro vel vallo. Apostolica
ciuitas cōuentio est fidelium. Fundatur autē in
1. Corin. 3. monte qui est christus: quoniā vt ait apostolus
fundamentū aliud nemo potest ponere/ preter id
quod positū est: quod est christus iesus. Lex qua
viuendum euangelica de superis declarata do-
ctrina: cincta muro inexpugnabili virtutū: et val
lo timoris domini. Hec ciuitas abscondi nō po
test: magis vero non debet: quia sicut christus
quod nō debet/non potest: et quod nō potest/nō
debet: sic ciuitas apostolica et fidelium supra ip-
sum montē posita nō debet abscondi. Nam im
possibile factū erat fidem tegi aliquo diabolico
aut hominū velamento. Nec impossibilitas ab
sconsionis erat ex ciuitate que fundabatur: sed
virtute mōtis ex quo ciuitas ipsa surgebat. Ete
nim petrus fundabaf in petra/ non petra in pe
1. Corin. 10. tro: petra autē erat christus. Sed in ipsis apo-
stolis ciuitas militans cōsurgebat: ipsiq̧ in mō
te altissimo atq̧ immobili fundati erāt: qui ver
bo predicationis euāgelice/per signa verba se-

quentia/per sanguinē et mortem/per vniuersum
orbem illam fundatum a domino parabantur.
Hanc etiā ciuitatem que nō debet abscondi/de
celo descendisse cognouim⁹: vt et ipsa in celi mō
te cōsistat/ꝙuis descendisse dicatur. Non enim
terrenū aut humanum/sed celeste atq̧ diuinum
habet ista ciuitas fundamentū. Hinc ioannes
ait: Vidi ciuitatē sanctam hierusalē nouam/de Apoca. 21.
scendentē de celo/a deo paratam: sicut sponsā
ornatam viro suo. Descēdit ciuitas de celo: ter-
renum nō querens/neq̧ relinquens celeste fun-
damentū. Nam sicut christus in terra carne de
gebat/in celo deitate: sic ciuitas sancta in terra
militat/in celo virtute consistit. Que tūc abscō
deretur si non predicaretur: tunc occultaretur
si recte in illa nō viueretur. Absconsa siquidem
diceretur/ꝙꝙ in christo mōte fundata: nisi pre-
dicationis altitudine/ vita/ miraculis per orbē
vniuersum propensius reboasset. Proinde in
omnē terram exiuit sonus eorum: et in fines or- Ps. 18.
bis terre verba eorum. Sonus videlicet quo in
ore dicētium et in cordibus audientiū miro mo-
do resonabat: sicq̧ inoccultabilis erat ciuitas
in diuino monte constituta. De hoc mōte dixe
rat esaias: Venite ascendamus ad mōtem do-
mini/et ad domū dei iacob. Erat quedam mutua
inuitatio: vt ad christū qui est mons domini/ve
niretur. Et ciuitas nunciabatur sub nomine do Esa. 2.
mus dei: et gloriosa dicta sūt de ciuitate dei. Sz
nunꝗ gloriosa nisi ex fama: nunꝗ vera fama ni
si ex his ex quibus vera fama consurgit. Sed al
tiori et perspicaciori sensu hanc similitudinē per
tractantes: christus in hoc suos apostolos et di-
scipulos cōmonebat: vt tales in virtutib⁹ essent
vt ciuitatem inabsconsibilē et supernā digni fie-
rent nunciare: vt intelligaf quāte debeant esse
virtutis qui constituti sunt vt ciuitatē in super-
no monte constitutam/ nō abscondendam/sed
manifestandā sub iustis iudicijs debeant ꝓpa-
lare. Ac per hoc cū saluator dicit: nō potest ciui
tas abscōdi supra mōtem posita: in id verius hu
ius scripture intellectus traijcitur: vt si ecclesia
orthodoxa nisi fundanda/si superne patrie ciui
tas nō potest abscondi: congrue factū est vt per
vos quos elegi inclarescāt. Igitur tales estote
vt illas aperte predicare possitis: et inueniamini
digni mysterio huius ciuitatis.

¶ De similitudine lucerne: secundū mattheum et lucam. Ca. IIII

Immensa bonitas et omnibus pro captu
recipientiū eque liberaliterq̧ se prestās
supernamq̧ promerentib⁹ datura merce
dem/noluit euangelij gratiā mercede conduci:
quobrem futuris mundi doctoribus non occul
tande lucerne similitudinem apposuit/ dicens:
Nemo accēdit lucernā et ponit eam Mat. 5.
sub modio/sed super candelabrum:
vt luceat omnibus qui in domo sunt.
Lucerna siquidē sub modio non ponēda/prima
insinuatiōe sensum inoccultationis habet: sed
discussa similitudo propēsius terrenā mercedē

in euangelica pdicatione condẽnat. Similitu-
do hui⁹ prope modũ infimu actus ad diuinas
actiones attollitur: vt nõ personalis/sed actio-
nalis simulatio ipsa esse mõstretur. Lucerna q̃
accensa sub modio ponenda negat/est ipsa euã
gelica lex. Nam fuit ab eterno lex ista: quia eter
num est euangelium/q̃uis in tẽpore promulga
tum: sed tũc accensa est ista lucerna cũ saluator
mundo predicaturus apparuit: cũ exemplo vi-
uendi/authoritate docendi/signis supra naturã
sequẽtibus clarescere fecit. Hec lucerna lumen
habet inextinguibile in ecclesia sancta dei. Nã
Exo.27 preceptũ erat in veteri testamẽto: Ardeat lucer
na semp in tabernaculo. Que figura i veritate
nũc terminata est in ecclesia: quoniã non extin
guitur/nec extingui potest lumẽ eius. Et iob su
Job.29. am prosperitatẽ in tribulatione cõmemorans/
enigmatice lumẽ istud se habuisse dicebat. Quã
do splendebat lucerna super caput meũ: ⁊ ad lu
men eius ambulabã. Nul⁹ splendor clarior hu
ius lucerne lumine. Nullus incessus rectior q̃
ad lumen eius ambulare: non eñ ambulat in te
nebris: quoniã lumẽ est vite. Hec lucerna diui-
na est sapientia: cui salomon adhesit ppensius:
quoniã inextinguibile est lumen eius. Et proti-
nus ipsa sola introlucet affectibus ⁊ intellecti-
bus nostris: et sine offendiculo gressuũ nostro-
Ps.118. rũ semitas dirigit. Eteñ dauid dicebat: Lucer
na pedibus meis verbũ tuum: et lumen semitis
meis. Quid verbũ dei/nisi euãgeliũ eructuatũ
a verbo dei? Quid pedes/nisi intellectus ⁊ affe
ctus: quibus anima inuise mouetur? Quid semi
te/ nisi cõpendia que captamus ad aliã vitam?
Mandatũ dei lucernam animarũ scripture fa-
cre diffiniũt: vt inoffenso pede in valle ista mi-
serie ambulemus. Inquit eñ salomon in mora-
Prouer.6. libus instructionibus: Mandatum lucerna est
⁊ lex ⁊ lux/et via vite et interpretatio discipline.
Quod mandatũ splendidius q̃ mandatũ nouũ
⁊ non nouum: quod dedit vt diligamus inuicẽ.
Hec lucerna innocue lucet ⁊ ardet quousq̧ in
superna fuerit ascensus: vbi lumẽ eius erit splẽ-
didius. Hanc lucernã euangelicã videre non
possunt interiores oculi qui caligãt: ⁊ homines
qui cum mundo senescente senescũt. Nam in li-
1.Regũ.3. bro regum legitur: Factũ est in die quadã hely
iacebat in loco suo ⁊ oculi eius caligauerant: et
nõ poterat videre lucernã dei anteq̃ extingue-
retur. Si allegorias respicimus/defectũ syna-
goge in isto homine cognoscim⁹: si mores/alius
offertur ordo loquendi. Senex erat hely: et pre
senectute oculi eius caligauerant. Qui sunt qui
senescunt/nisi qui mundũ diligũt inueteratum?
Qui quantalibet florida etate vernantes/si mũ
do senescente delectantur: si eius amplexibus
amplectuntur: eoipso senescunt ⁊ caligant inte
riores oculi: vt lucernam euangelij dissuaden-
tem hominibus mundi delectationem/⁊ prohi-
bentem amplexum/videre nõ possunt: nisi prius
extinguat. Cuius lumen q̃uis in sui natura in-
extinguibile maneat: tunc tamẽ apud vnumquẽ
q̧ hominẽ extinguitur/cum in eius non transi-
tur affectum: et cum ad eius lumẽ iustis morum
passibus non ambulatur. Naturã alcestonicam
habet ista lucerna: que semel accensa nequit ex-
tingui. Sed nec ponenda sub modio/aut vase/
aut lecto. Modius ad mensuram/vas ad vsum
lectus ad quietẽ refertur. Hec verba tres euan
geliste posuerũt: vt nec propter auariciam eorũ
que mensurari possunt/ nec propter eorũ vsum
que transeunt/ aut propter quietem aliquã per-
functoriam euangeliũ predicetur. Ut a christo
suscepimus/omnibus est eadem liberalitate do-
nandũ: ⁊ cuius finis est tota vita/rebus mortali
bus nõ subdatur. Proculdubio sub modio po-
nitur si preconis cor auariciã sequitur/et per eã
eius molimina fulcit: aut quomodolibet ei⁹ no
mine augentur opes hominũ. Multa in ponti-
ficibus et ecclesijs christo pauperi nouim⁹ esse
data: ⁊ monarcha elephanticus christum indu
it in sylvestro. Si per auariciã possidentur/que
sunt largitate collata: malus vsus inclamitat.
Et qui terrena tenebant ⁊ abundabant tempo-
ralibus bonis/ad huiusmodi lumen lucerne cõ
moti: lucernam hanc in ore moribusq̧ gestanti
bus bona innumerabilia contulerunt. Subtus
quibus positum nũc in pluribus noscitur euan
gelium: quod antea superferebatur. Posita est
sub vase lucerna: quoniã contra euangeliũ veri
tatem atq̧ charitatem nomine suo multiplica-
ta sunt vasa: que a vescẽdo sortita sunt nomina:
vt velut philargyria multiplicatur in rebus/ad
recõdendum vasa composuit: ⁊ pront exarsit in
placitum malũ/ad funestũ vsum corporis innu-
mera procurauit. Sed charitas euãgelica the-
saurizare non nouit: dispergere aũt magis ipsa
consentit: nec cõuertit aliquid in propriũ vsum:
quod tamen indigentibus potest esse cõmune.
Erat interdũ abdita sub lecto lucerna: cum qui-
es appetitur ex his que sunt christi euãgelio cõ
secrata. Et magnã deliciosis quietem appositã
nouimus temporalẽ: vt nec labor in verbo/nec
sollicitudo ad precauendũ periculum animarũ
nec exhortatio vel exemplum ad meliora cõmo
ueat. Quiescunt corpora dilatata delitijs: ⁊ bo
nis innumeris vallata tabescunt: ⁊ tranquillan
tur sup euangeliũ/sub quo laborare debuerunt.
Ad effectum ho diuinorum lucerna cãdelabro
superponenda est: cõmodis vllis temporalibus
nõ subdenda. Iniuria fit legi similiter ⁊ latoris
si ea que ad eterna ordinata noscunt/ad tempo
ralia referantur. Attollitur siquidẽ candelabrũ
a terra stillo quodam disposito super basim:
super quod posita lucerna pluribus lucet: quia
nec ipse qui accendit/aliter q̃ super candelabrũ
poni voluit: quã tunc accendit quãdo predica-
uit: tunc sup candelabrũ posuit quando mentes
ad superna subuexit. Tunc detexit a modio ⁊ a
vase: cũ sine sacculo/pera ⁊ fulcimine statuto vi-
te temporalis suos predicatores exposuit: in se
primo perficiẽs que alios facere docuit. Quod
doctor gentium nõ accepit in vanum: cũ peni-

pus sine sumptu posuerit euangeliū: qui cum po
testatem haberet de euangelio viuere / illa vsus
nō est: nedum ꝙ aliam vellet de euāgelio capta
re mercedem. Ad corinthios inquit enim: Sed
1. Cor. 9. nō vsi sumus hac potestate: sed omnia sustine-
mus: ne quod offendiculū demꝰ euangelio chri
sti. Nescitis ꝙ qui in sacrario operātur / que de
sacrario sunt edunt? Qui altari seruiunt / cū alta
ri participant. Ita ꝛ dominus ordinauit his q̄
euangeliū annunciāt / de euangelio viuere. Ego
autē nullo horum vsus sum. Bonum est mihi
mori magis / ꝙ vt gloriam meam quis euacuet.
Que est ergo merces mea? Ut euangeliū predi
cans sine sumptu ponā euangelium: vt nō abu-
tar potestate mea in euangelio. Cassa porro fu-
isset predicatio euangelij: si in corde aut in mo-
ribus predicantiū temporalis cōmoditas inse
disset. Plus veritas euangelij claruit in pauper
tate p̄dicantium: ꝛ magis ad illā conuersi sunt
audientes: ꝙ in virtute miraculorū. Eo enī ipso
cognitū fuit euangeliū esse diuinum / quod a diui
nis hominibus nūciabatur: quo tēporalia com
moda nō querebant: nec ex ipso vane sunt quesi
te mercedes. Remouit a lecto quietis: cum fati
gatus ex itinere sedebat sic super fontē. Et apo
stoli iussu eius euntes ibant ꝛ flebant / mittentes
semina sua. Et in laboribus plurimis se fuisse
paulus testabaꝰ apostolus. Super candelabrū
lucerna tunc ponitur: cū euangeliū in sua liber
tate predicatur. Porro candelabrum est ipsa li
bertas: super quā lucerna euangelij ponēda est.
Aut ipsam catholicā ecclesiam per candelabrū
intelligere possumus / super quā est euangeliū.
Nulla enī secta vel contio p̄terꝙ ecclesia lucer
nam euāgelij p̄ veritate habet: nec eis lumē hu
ius claritatis infulsit. Nam ꝛ candelabrū pro
Exo. 25. tanto mysterio / similiter ꝛ magisterio / mandato
domini dispositū est in veteri testamento cū ha
stili / calamis / spherulꝭ / nucibꝰ ꝛ cyphis / īfusorijs
emunctorijs: catholicā ecclesiā sua ordinatione
figurat: vbi euāgelij lucerna plene refulget his
qui sunt in domo / ꝛ his qui venire decernūt.

¶ De similitudine dextri oculi / dextrecꝫ manus ad ea quibꝰ magis homines afficiūtur: secundū mattheū. Capitulum V

Scriptum est / quoniā vidit deus cuncta
que fecerat: ꝛ erant valde bona: non so
lum separate substantie / vt angeli: sed
inuisibiles ꝛ vnite / vt anime: ac etiam si qua sunt
in re corporea ordinata: vt ab hac bonitate na-
turarū nulla corpora excludātur: ꝙꝙ multa dif
ferentia corpora ipsa distinxerit. Et vt alias dif
ferentias p̄termittā: nulla preterꝙ humana fe-
cit instrumenta virtutis: quibus animas crean
do infudit / et infundendo creauit: que capaces
sunt virtutis ꝛ vitij: sicut esse possūt pene vel p̄-
mij ꝛ beatitudinis atqꝫ miserie. Igitur huma-
na membra bona sunt bonitate naturarum: seu
bonitate qua sunt in ordine entiū. Possunt autē
esse meliora prout facta sunt instrumēta virtutū
vt cuiusqꝫ vita tanto sit criminosior / quāto ipsa
fecerit instrumenta vitiorum: et tanto maiorbꝰ
supplicijs anima fodiatur / quāto maioribus cri
minibꝰ statuerit illa seruire. Proinde saluator
omniū membra que bona fecerat: ad meliora or
dinauerat: ꝛ extollere super celos decreuerat: a
malo vsu auertit: ne gehennam quā pro homi-
nibus nō fecerat patiantur / dicēs: Q, si ocu
lus tuus dexter scandalizat te / erue Mat. 5.
eum et proijce abs te. Expedit enī ti-
bi vt pereat vnū membrorū tuorum
ꝙ totum corpus tuū mittatur in ge-
hennā. Et de dextra manu similiter dixit. Ue
runtamē nec credendū ꝙ cuiꝙ mandauerit aut
voluerit a seipso vindicario iure membrum ob
actum crimen abscidi / aut interfici: quis hoc p̄-
mittat iudici decernēti: ꝛ de morte inspirauerit
ipsi samsoni. Nam iudici permittit in crimino-
sos decernere: ne cōturbent rempublicā vitam
qꝫ moralem: aut ne ledant quempiā singularē:
In figura vero futuri mysterij samsoni ceco in-
spirauit ꝛ mortem. Non autem concedit homi-
nibus / vt sibi membra detruncent: etiā si male
ipsis vtanꝭ: nec vt aliq̄d a seipsis faciant vt mo
riantur: sed vt deuitent ꝛ abscidāt ipsorū perpe
ram vsum: ꝛ ne subdant vitijs instrumēta virtu-
tum. Hoc siquidē ex superioribus pendet. Pre-
dixerat enī: quia qui viderit mulierē ad concu- Mat. 5.
piscendā eam / iam mechatus est eā in corde suo
Idcirco a malo visu oculum cōminando dixer
rit: vt abscidaꝭ impudicitia visus: nō vt eruatur
qui bonus creatus est oculus. Similiter tollaꝭ
manus opus malū: nō abscidatur ipsa: que na-
ture est bonū. Q, vero dexter oculus ꝛ dextera
manus dixit / ad id quod magis in cōcupiscētia
ꝛ in operibus diligimus plene referꝭ: vt in ocu
lo cōcupiscentia / in manu opera nostra signen-
tur: eo ꝙ incōparabiliter magis expediat ama-
tis concupiscentijs ꝛ dilectis operibꝰ perpero-
sis in hac vita carere / que pars est vite: ꝙ sine re
medio in gehennā in tota futura detrudi. Scā-
dalum ꝟo nisi deuitetur p̄ueniēs / est omē quod
deo displicet / ꝛ animā ledit. Sed nec immerito
saluatori placuit illa quibꝰ magis afficimur assi
milari dextro lumini / dextreqꝫ actioni: quoniā
in his etiā corporalis s̄m suum propriū fortior
noscitꝭ virtus: vt si dextri ꝛ sinistri altero penitꝰ
carere ꝯtingeret / eligere potius nobis remane
re quod dextrū: etiā recipiētes in donum / si ine-
uitabilis alterius deberet esse abscisio: relicto de
xtro quod sinistrū est / tolleretur. Proinde quic
quid illud esse ꝯtingat quod magis allicit / quo
magis afficimur / quod p̄ ceteris nos delectat:
omnino priuari velimus potius ꝙ tradi ardo-
ribus sempiternis / dūmodo scandalū parit: quā
indeclinabilis optio est hoībus p̄rogata: vt aut
vite p̄sentis dulcedine scandalizāte / aut gaudijs
eternis priuētur: priuatos detinēte gehenna.

¶ De similitudine oculi ad lucernā: secundū Mattheū / marcum et lucā. Capitulum VI

rere me compellit. Ab eterno preuidit in tẽpo-
re factus homo assimilare sibi hominẽ cũ pro-
duceret: quod ⁊ fecit creãs illum ad similitudi-
nẽ suã: in plenitudine p̃finiti tẽporis assumens
similitudinẽ nostrã: vt ait apostolus: In simi- Philip.2.
litudine hominũ factus/ et habitu inuentus vt
homo. Nunc ꝟo in terris degẽs/ exemplo nos
prestruens/ verbis docens: fieri sibi similes ite
rum homines querit cũ dicit: Qui audit verba
mea ⁊ facit ea/ similis est viro sapienti: qui edi-
ficauit domũ supra firmã petrã. Uir sapiẽs cui
factores verborum suoꝝ assimilat/ est ipse qui p̃
nunciat. Quoniã in ipso sunt om̃es thesauri sa
pientie absconditi: ⁊ ipse est sapiẽtia que ex ore
altissimi p̃diit/ primogenita ante omnẽ creatu-
ram: qui domũ suam non edificauit sup̃ aliud sa
xum/ quod sepe trasfertur de loco suo: sed super
seipsum/ qui est immutabilis in eternũ. Edifica
ta est dom⁹ domini saluatoris sancta mater ec-
clesia supra petrã: petra autẽ erat christus. Do
mus christi habet in fundamẽto christũ. Edifi-
cauit porro christus domũ suam super seipsum
nõ sua/ sed nostra vtilitate pensata: super quã pe
tram vniuscuiusq̧ querit edificari domunculã:
vt fundamẽti virtute tota subsistat: quã neq̧ plu
uie/ neq̧ flumina siue vẽti possint disponere ad
ruinam. Propter quod sequit: Et descẽdit

pluuia/et venerũt flumĩa/et flauerũt venti: et irruerunt in domũ illam: et nõ cecidit. Fundata enim erat supra firmã petram. De hac petra longe ante dauid pdixerat: Dominus petra mea: tanq̃ fundamentũ exprimens sup quo ipse secure ɔsisteret. Patet luce clarius de ecclesia/ q pluuie malorum et hereticorũ doctrinarũ que videtur ex alta cognitione descendere: et flumina tyrannicarũ persecutionũ et venti/ scz inuisibiles insufflationes demonũ: ecclesie nõ potuerunt inferre iacturã: sic et ecclesie membris nulla nocebit aduersitas facientibus verba christi/ sup ipsam petrã tota virtute fundatis. Raro ex pluuia domos audiuim⁹ ruere: nisi cũ fecit illa torrẽtes: quib⁹ siue ex multiplicibus tentationibus/ aut ex malis et prauis doctrinis proueniant: cũ irruunt/ fundamenti virtute spiritualis cõstructio immota cõ-
Ps.17. sistit. Quos cõmemorat dauid: Et torrẽtes iniquitatis cõturbauerunt me. A quib⁹ petra christus defendit/ si in ipsius foraminibus cõuersamur: ad que fidelium ɔcionem/ velut sponsam inuitat. Foramina sunt plage/ quarũ authoritate defendimus: aut inuestigate intelligẽtie scripturarũ/ quibus male loquentib⁹ respondem⁹. Terrent sepe flumina/ scz tormẽta crudelia tyrannorum: siue quecũq; penalia et ɔfligentia mala: que velut defluentia flumina ꝓtinus ab initio seculi vsq; ad finem nõ defuerunt/ neq; deficiũt: vt ab eo die quo primus homo conditus fuit/ vsq; ad cõsummationẽ seculi malorum intercapedo nõ fuerit. Inter que cõfugit ad petram: sicut filij beniamin in bellis persecutorum omnino deficiẽtes ad petram remmon in solitudine cõfugerũt: vbi pene sexcẽti viri salui facti sunt. Petra christ⁹: remmon ecclesia interpretat. Christus petra est ecclesie: eo q ipsa in ipso/ velut in suo fundamẽto consistat: ad quẽ quicunq; confugerit/ saluus erit: si non in transitoria vita/ saltem in illa que vocatur eterna. Flant seuissimi demones seuas tentatiões: et nihil est vitij: nihil est diuine displicentie: nihil vanitatis terrene: quod ipsi vento pestifero sup homines q̃tum eis permittit non inducant: vbi cũ cor agonistici hominis angustiatur/ exaltatur in petra: quod sibi ꝓuenisse da-
Ps.60. uid in suis carminibus asserebat/ dicẽs: Dum anxiaretur cor meũ/ in petra exaltasti me. Necnon Esaias in susurrationẽ venti et protectionẽ
Esa.32. petre simul differunt: Et erit vir sicut qui abscõditur a vento: et celat se a tẽpestate/ et vmbra petre ꝓminentis in terra deserta. Mystica et moralia sunt hec: studiosis scrutatoribus patent. Proinde si omnia mũdi mala supra christũ petram fundatis eueniant: nõ valebunt inferre iacturam. Hac fundatiõe secur⁹ exclamat apls:
Rom.8. Quis nos separabit a charitate christi? Tribulatio an angustia/ an ꝑsecutio/ an fames/ an nuditas/ an periculũ/ an gladius? Certus enĩ sum: q; neq; mors/ neq; vita/ neq; angel⁹/ neq; principatus/ neq; potestates/ neq; virtutes/ neq; instantia/ neq; futura/ neq; fortitudo/ neq; altitudo neq; profundum/ neq; creatura alia poterit nos separare a charitate dei: que est in christo iesu dño nostro: q; fundata est hominũ consistẽtia spiritualis supra firmã petrã. Sed qui audit et nõ facit/ similis est viro stulto qui edificat domũ sup arenã. Et descẽdit pluuia et venerũt flumina et flauerũt venti: et irruerũt in domũ illã/ et cecidit: et fuit ruina eius magna.] Ex hac similitudine apte cognoscim⁹ sapientiã et stulticiã a contrario sensu impacate distingui: et sapientẽ et stultuz habere oppositas qualitates. Unde diuinorum auditor et non factor edificatori stulto cõparatus est: cum vno fundamento soliditatis relicto/ sup arenam multiplicem fundans domuz/ multiplicatus est. Porro vnũ est necessarium: vna scz petra/ vnũq; regendorum et diligendorũ stabile fundamẽtum. Et fundamentũ aliud poni nõ potest: ꝑter id quod positũ est/ quod est christus iesus. Stult⁹ igitur est qui sup id quod soliditatẽ nõ habet/ innitit. Et ei quod aduersarijs incursationib⁹ patet/ adherere dementia est. Multitudo tẽporalium ꝓpter sterilitatẽ arena nũcupatur: que ab vno deo mente multiplicãdo diuertunt. Cũ res multiplicantur/ multiplex fit affectus: et hominũ occupatio multiplicatis rebus ex opere respõdebit: et erit auersio ab vno per multa. Et qui vnus est verus deus: ab vno se auersum ad multa cõuersum/ in multis fundatũ deseret ꝓpter multa desertus. Ad cuius domũ cum omnia illa ꝓuenerint/ scz pluuia/ flumina/ vẽti: valide ab omi parte cõcussam dabunt penitus in ruinã. Nec erit misero quies: cũ subito sibi quod non sperabat adueniet/ fietq; magna ruina. Protinus ruinã magnã non dixerim/ vbi menia ruunt. Ruit magna troia: ruit babylon latissima: ruit aurea roma: ruerunt magne in orbe vtriq; ciuitates: cecidit sublimitas edificiorum: prostrata est interdum altitudo turriũ. Et quod ꝑsenter oculis sepe videmus: ruunt incessanter in mortẽ corpora viuẽtia/ sed nõ in ruina magna. Sed illam duntaxat appellauerim magnã/ qua ruũt hominũ mores cadũtq; virtutes: qua hominũ affectus inclinãtur ad infima regẽda: qua hoies delectati seipsis et corruptibilib⁹ bonis/ a deo cadendo recedunt. Hanc siquidẽ ruinam magnam saluator dominus appellant.

¶ De similitudine spõsi et spõse ad christũ et ecclesiã et filiatione spuali: secũdũ marcum. Ca. XV

Qui de sponsa virgine nouiter atq; ineffabiliter natus est: qui per sanguinẽ et mortẽ et fidem et iusticiam sibi despõsauit ecclesiam: quã non vult habere maculam neq; rugã: atq; ipsam velut sponsam inclyta corona decorauit: sponsus est. Et inde dicit sponsus: quia ꝓmissus est ab eterno patre catholice orthodoxe. Inde spõsa: quia adhesit sibi in voto. Sibi coherẽtes filios appellauit: dum a discipulis ioãnis de illorum ieiunio tentaret. Unde scriptũ est: q [accesserũt ad eũ discipuli Mat.9.

Marci.2. ioannis/dicētes: Quare nos et pha
Luce.5. risei ieiunamus frequenter: discipuli aūt tui nō
ieiunant? Et ait illis iesus: Nunquid possunt fi
lij sponsi ieiunare q̄diu est cū illis sponsus? Ue
nient autē dies in quibus auferetur ab eis spon
sus/ꝛ tunc ieiunabūt.] Nondū christo adhese-
rant/nec plene credebant in eū: qui cum aduer-
sarijs phariseis ieiunij censurā tenentes/se chri
sti discipulis in ieiunio p̄ferebāt. Necnō ꝛ chri
sto videbātur irrogare calumniā: tanq̄ discipu
lis suis vite laxioris licentiā indulsisset: nec eos
artaret in via/que arta ducit in pātriā. Et velut
resolute vite magister/sustinet ab eis stulte que-
stionis insoltū. Consuetū erat iudeis ieiunare:
taliq; abstinētia nō solū ipsi/ sed ꝛ gentiles sepe
dominū placauerūt. Et per prophetas legimus
indictū sepe ieiunium: quod dure ceruicis po-
pulo nō erat impertinēs: sed tanto aptius/q̄to
ab eoꝝ proteruia peramplius domādi erant: et
minus nouerāt quid existeret de p̄fectione vir-
tutis: ꝛ corporalibus molestijs assoliti / deū in-
ternis precib⁹ pleriq; rogare nō nouerant. Bo
num est ieiuniū: sed nō omnibus eque. Bonū
est ieiuniū: sed nō omnib⁹ vna forma. Bonum
est ieiuniū: sed eis melius qui per id possunt ꝛ ex
pedit carnis illecebras mitigare. Bonū est ieiu
nium: sed intermittitur ꝛ agitur/intenditur ꝛ re
mittit̄ decreto ꝛ iudicio statuētis. Bonū est ie-
iuniū: sed illi⁹ qui indidit/frui p̄sentia superfer-
tur. Superbia est se p̄ferendo de alio inquirere
atq;/velut inexpertū infallibilē interrogare ma
gistrū. Et se similē in iusticia dicere illi qui sum
me iusticie aduersatur/non est recta prudentia.
Idcirco ioannis discipuli merito arguūtur/di-
centes: Quare nos ꝛ pharisei ieiunam⁹ ꝛc. Om
nib⁹ fere patebat q̄ iusticie summe christi pha-
risei verbis ꝛ animo ꝯtradicebāt: quos isti asci-
uerāt ad ieiunandū similes in cēsura. Sed chri-
sti responsio refellit opinionē: statuit veritatem
dicens: Nunquid filij sponsi possunt ieiunare q̄
diu est cū eis sponsus? Sed vigilantiori verbo
marcus disseruit/cū dixit: Nūquid possunt filij
nuptiarum q̄diu cuȝ illis est sponsus ieiunare?
Quanto tēpore habēt secum sponsum/ieiunare
nō possunt: vt ꝓprie noua filiatio ad christum ꝛ
ecclesiam referat̄: inter quos sunt nuptie ineffa
biles celebrate: ex quibus filij ex sponsi p̄sentia
oriunt̄: cui⁹ astante p̄sentia opportunitas de ie-
iunio nō insistit. Celebrabant̄ tunc in terra nu-
ptie magni agni: cū per vnionem sibi copulaue
rāt humanā naturam: per doctrinā ꝛ passionē/
ꝛ sanguinē ꝛ mortem festinabat copulare eccle
siam: ex qua oriundi erāt filij spirituales: ꝛ exclu
debatur penitus synagoga/que filios carnales
aluerat. Ecce sponsus/ecce sponsa/ecce filij qui
nascūtur. Sponsus ab eterno p̄ordinatus in tē
pore/noua cōceptione generatus/ mūdo ineffa
biliter natus. Sponsa noua/ecclesia noua: que
nouiter de celo virtutibus ornata descendit. Ad
quem spōsum suamq; sponsam ex volūtate per
fidem integrā veniētib⁹ data est potestas filios

sponsi fieri: qui nō ex sanguinib⁹ peccatoꝝ/neq;
ex voluntate corrupte delectatōis ꝛ infecte car
nis/neq; ex voluntate virilis intellectus seu ra
tionis nasci potuerūt: vt celestis sponsi celestes
filij esse mererentur. Sed per ineffabilē dei mi-
sericordiā ex deo per spiritussancti gratiā con-
cipiunt̄: ꝛ sine materie corruptione nascunt̄: si-
cut ipse sponsus existens eterne deus: in tēpore
in carne spiritussancti virtute ꝯceptus/atq; mū
do ex virgine natus apparuit. Sed quoniā hec
similitudo sponsum ꝛ sponsam non respicit: sed
tantū filios qui in p̄sentia spōsi nec ieiunare co
guntur: quocirca dūtaxat filioꝝ sponsi similitu-
dinem pertractemus: que in hanc sententiā ten
dit: vt discipuli christi typum gerāt filioꝝ spon
si: aut vt ipse christus dicatur per similitudinem
spōsus. Ista similitudo me dubijs angit: si qua
ratione in p̄sentia sponsi fas sit abrogare ieiu-
nium: in absentia vero illius molestia cruciari.
Sponsi filij ex preterita et p̄mortua sunt vxore.
Nam sponsus dūtaxat dicit̄/dum est in sponsi-
one/aut dum in nuptijs occupatur: cū vero ma
trimoniū consummatū fuerit/vocat̄ ipse mari-
tus. Cuius filij cum in secūdis paternis nuptijs
occupant̄: a ieiunij molestijs non arcētur. Cum
ṽo sponsus desierit a cōuiuijs nuptiarū: filij ad
ieiunia relabūtur: vt illa nō sit accuratio alimē
torum: sed parcitas sit in potib⁹ ꝛ in cibo: ꝛ tūc
dicat̄ sponsus auferri/cum cessauerit accurare.
Quāobrem merito christ⁹ discipulos sub hac
similitudine ipse perstrinxerat/ꝛ sponso se simi-
lem dedit. Habebat christus filios/scȝ discipu-
los ex vxore p̄terita: videlicet iam premortua sy
nagoga: ꝛ ecclesie noue sponse nuptie celebra-
bant̄: quib⁹ discipuli assistebant: ꝛ talib⁹ sacra-
mentoꝝ conuiuijs letabant̄: maxime quia filia-
tio mutabatur: vt qui fuerant synagoge carnali
ter filij/per gratiā sponsi noui ꝛ sponse noue fi-
lij vocarentur: non vt hic nouerca in aliquo vo
caretur/velut ex vxore filijs superinducta p̄mor
tue: sed vt trāsitus fieret ad gratiam de natura:
vbi tanq̄ nouicijs nō erat imponēda inedia ie-
iunandi: maxime q: noue filiationis virtus viui
fica in talibus cerimonijs ꝛ austeritatibus non
cōsistit. Boni quidē actus sunt ieiuniū et queli-
bet austeritas corporis a virtute ꝓcedentes: vir
tutes autē non existunt. Uirtutes ṽo quib⁹ no
ua filiatio constituit̄: ꝛ constituta cōualescit: et
exercetur fides/spes/charitas/humilitas ꝛ ab-
iectio/patientia/pax ꝛ gaudium: ꝛ in eis ꝛ ex eis
sunt. Proinde dū in nouis nuptijs in talib⁹ trās
lationibus filioꝝ virtutes huiuscemodi appo-
nunt̄: nō est tanq̄ de re perfecta ꝛ initiante ho-
minē ad optimum/de ieiunio disputare: nec quē
piam actū corporis leuem seu asperum preferre
virtutibus. Protinus carnales erant ioānis di
scipuli: ꝛ adhuc carnaliter sapiebant: ꝛ circum-
cisioni carnali ꝛ carnalibus legalibus subiace-
bant: a quibus filij sponsi noui ꝛ spōse noue pe-
nitus soluebātur. Sed tēpus quo spōsus possit
auferri/vt ieiuniū omnino resumat̄: carnaliter

intelligere aut fieri possibile vt possit auferri
Mat. 28. post resurrectionē/a christo plata sententia con-
tradicit: Ecce vobiscum sum vsq ad cōsumma
tionē seculi: ex qua nunq creditur auferendus.
Utraq tamen sunt verba saluatoris: et q aufe-
retur/ et q nobiscū vsq ad consummationē erit.
Utraq vera: quia mentiri nescit. Adinuicē ad-
uersari videntur/nisi intellectus alius capiatur
quia q nobiscum erit / et q auferetur / omnino
dissonantiā faciunt. Sed est i morib9 vnde ista
contradictio sopiatur. Uerū est q vsq ad con-
summationē seculi nobiscū erit: sed tunc aufer-
tur cū malis morib9 viuitur. Peccata eñ sunt
que diuiserunt inter nos et deum. In illis porro
discipulis sponsiq filijs/ tota futura fideliū cō
gregatio tangebat: que ipsum erat vsq ad finez
seculi habitura: et ipsi quasi auferēdus/cū essent
homines peccaturi: et iterum reddendus ad pe
nitentiā vocatus: vt illi omnino configant acer
bitate corporalis ieiunij/ qui sumpserūt prohi-
bita pabula vitiorum: et arcendi sunt penitus a cō
cessis/qui prohibita cōmisere: vt non solum ieiu
nent q ablatus est spōsus: sed vt redeat ieiunio
et meroribus iam placatus. Uerūtamen preser-
tim hoc saluator videt asserere: vt noui ad noui
tatem vite vocati/ad dura et vite asperā non co
gantur: ne nequam cogitatio surrepat/q equis
actionib9 synagoga et ecclesia deputentur: et ne
inuoluent tali errore caliginis/ q filiatio spōsi
potius in exterioribus q in interiorib9 pro veri
tate consistat. Aut ne deterreant ad fidem spōsi
venire decernentes: q essent premendi tali one
re seruitutis/qui vocantur in sanctā libertatem
et in adoptionē filiorum dei. Non tamē ex hoc
credamus improbari/magis vero approbari ie-
iuniū: cū hac ratione in discipulis christi ab ipso
minus distinguit/ne interior interlucens men-
tibus hominū virtus suis actibus in aliquo po
steretur. Nouitas eñ vite nō in corporeis acti-
bus/sed in mentis reuocatione consistit: Pro-
Ephe. 4. pterea dicebat apostolus: Renouamini spiritu
mentis vestre. Cui renouationi compensata ho
minū qualitate/cōfestim adijcitur ordinatio de
bita morum nostri. Hoc eñ perampli9 subsequē
tes similitudines manifestant.

De similitudine panni rudis et veteris pro synagoge filijs et ecclesie: secundū mattheū et marcū. Ca. XVI

Quoniā eternus dei filius de nouo hu-
manā naturam quā creauit/induerat:
et de carne nostra sibi quoddā fecerat
vestimentū: cum quo degens inter homines/vo
lebat sibi corpus taliter coaptare fideliū: ne vl-
lo modo scissura irreparabil' sequeret. Et quos
allexit sacra doctrina studuit preseruare: ne im
positione molesti oneris frangerētur: et relabe-
rerent in illa que pro nouo discipulatu relique-
rant. Idcirco cum ab ipso cur discipuli sui nō
tenerent censurā ieiunij/a ioānis discipulis que
reret: similitudinē panni rudis et veteris respō-
Mat. 9. dens prudenter opposuit. Nemo aūt mit-
tit cōmissuram panni rudis in vesti-
mentū vetus: tollit eni plenitudinē
eius a vestimēto/et peior scissura fit.
Pannus rudis dispositionē habet et aptitudinē
ad vestimentū. Omne autē vestimentuz ex rudi
panno processit. Omnis autē pannus ad vesti-
mentū vsq non peruenit: ad quod semp est ru-
dis/et se habet ad vestimenti nouitatē: cum vero
factum fuerit vestimentū/tendit in vetustatem.
Non igit coniūgendus est rudis et nouus pan-
nus atq suendus veteri vestimēto: ne vetus ve
stimentū perdat quod est/cum sibi cōsuit quod
nō decet; nam quod est confundit/si rei sibi nō
competenti sociat. Ueteris vite christi erant di
scipuli: et nouus et rudis pannus insinuabat vitā
initiandā/immo initiatā per christū. Noua igi-
tur nō sunt iungenda veterib9: nisi prius vetera
renouētur. Ac per hoc saluator asserit rem nouā
esse ieiunium veteribus nō imponendū: ne quō
libet sub ipso frangantur/cū de nouo ad eccle
siam veniunt. Habet autē aliter similitudo hu-
iuscemodi planū sensum. Nā omne vestimentū
vetus habuit nouitatē: sed pānus nouus nōdū
venit in vetustatem; quod vero noscitur vetustati
vicinū/in omni aut fere a vetustate cōsumptum
vite noue morib9 nequit asscisci.

De similitudine apposita p vinuz nouū et vtres veteres: secundū mattheū et marcum. Ca. XVII

Ue deitatis capaces deus alas hoīm
fecerat/similiter et virtutū: quas sic re-
plendas pūiderat: ne taliū feruore rum
perent/et fieret damnosa effusio facti vasis: q
effusorum remaneret integritas: quia nō disperg
tur deus/aut virtus: cū anima ipsis suo damno
vacuat. Ne autē fienda sit incauta repletio vini
noui: veterum vtriū et no[uo]rū aptam similitudi
nem christus induxit/dicēs: Neq mittunt Mat. 9.
vinū nouū in vtres veteres: alioqui
rūpuntur vtres/ et vinū effunditur:
et vtres pereunt. Sed vinū nouū in
vtres nouos mittūt: et ambo cōser-
uātur. Noua leticia/nouaq iusticia erat ditā
da humana cōditio: et nouis erat moribus repa
randa. Sed nisi per spiritūsanctū anime a vetu
state renouarent: et purgate soluerent ab anti-
quis cōtagijs: nouitas iusticie similiter et leticie
atq morū adesse non poterat. Et cū ieiuniū in-
ter lamētationes penitentie ab orthodoxis me
rito deputetur: et per sponsi p̄sentiam omnis la-
mentatio auferat: per vinū quoq censura iusti-
cie atq cordis leticia censeat: cum exquireretur
de ieiunio/quod pars est lamētationis: etiā asse
ruit de alia parte/ que dicit iusticia et leticia cor
dis. Iusticia siquidē notat in vino: cū samarita
nus illud sil' cū oleo sup male vulnerati plagas
infunderet. Leticia vero in psalmo attestante da Ps. 103.
uid: Uinū letificat cor hominis. Nūc per subie
ctas similitudines lamentationē nouā/recentē
q leticiā asserit hominib9 veteribus/velut anti
quis vestibus nō consui: atq sicut vinū nouum

vtribus vetustis nō infundi: ne vetera vestimē-
ta noui panni assutione rūpantur: ⁊ vtres vete
res noui infusione vini frangant / ⁊ effundatur
vinū gratie nouū / antiquis non cōpetēs hoībꝰ
cōmisceri. Sed que hoīm nouitas esse poterit /
vt noua tradat gratia / seu nouiter actio virtuo-
sa: nisi prius per gratiā in hoībꝰ sit innouata na
tura? Precedet ne nouitas nouitatem? Nonne
ideo nouus homo dicitur / quia in vite ambu-
lat nouitate: in qua nisi aīo et opere gradiatur /
nouus esse nō dicitur? Sed clarius inueniemus
quod querimꝰ / si hāc similitudinē in altiora sub
vehamus: planū oībus rationabilibꝰ factū est /
vtres veteres atq; nouos nō nisi ex pellibꝰ mor
tuoꝝ animaliū fieri. Ac per hoc dissuadet ratio
christiana vt noua iusticia / nouaq; leticia nō im
ponat iam peccatis mortuis sub lege occidua
cōstitutis: sed in gratia ⁊ pro gratia / ⁊ cū christo
⁊ in christo ⁊ ꝓpter christum ꝓprijs voluntati
bus ⁊ in corpore morituris. Sed quoniā in his
duabus similitudinibus noui panni / noui vini /
et nouorū vtrium: nouā vitā vite antique / vitam
gratie vite legali / vitā virtutis vite iniquitatis /
vitā spiritus intelligentie literali / vitā spiritua-
lem occupationi corporali supponere videtur
atq; tenere cautelā / ne impertinēs ⁊ dānosa per
mixtio fiat: in plerisq; locis apte ⁊ absolute sa-
cra scriptura denūciat. Nā per ꝓphetā dñs di-
Ezechi. 36. cit: Cum sanctificatus fuero in vobis corā eis:
tollā quippe vos de gentibꝰ ⁊ ꝯgregabo de vni
uersis terris: ⁊ inducā vos in terrā vestrā. Et ef
fundā sup vos aquā mūdā: ⁊ mūdabimini ab oī
bus inquinamētis: ⁊ ab vniuersis idolis vestris
mūdabo vos. Et dabo vobis cor nouū: ⁊ spiri-
tum nouū ponā in medio vestri. Hic siquidē ve
locioribus intellectibꝰ mystice seu moraliter no
uitatem vite agendē demōstrat: cui vestimentū
nouū absq; cōmixtione cū veteri ꝯgruit: ⁊ vinū
nouū velut vtres noui sine fractiōe recipit ⁊ re-
fundit. Propterea consona veritate renouatis
1. Corin. 5. iam apłs dicit: Expurgate vetus fermentū: vt
sitis noua cōspersio. Et noua nouis vsquaquaq;
ꝯuenisūt: ⁊ qui nouas actiōes ꝑ gratiā innouari
suscipiūt / nō deficiunt neq; tabescūt.

¶ De quadrifaria similitudine anima liū ad tolerantiā et cautelā: secundū mattheū et lucam. Ca. XVIII

Mansuete / pacifice / humiliter mundum
christꝰ ingressus: cū in id vellet suos
transformare sequaces: vt nō ope ma
gne potētie / sed passionis testimonio ⁊ in virtu-
tibus euāgelica doctrina clarescceret. Hinc su-
os designans quales velit esse saluator: inimi-
Mat. 10. cos etiā ꝑ similitudinē annotauit / dicēs: Ecce
Luce. 10. ego mitto vos sicut oues ī medio lu
porū: estote ergo prudētes sicut ser-
pētes: et simplices sicut colūbe. Sepe
per oues saluator suos subsequos designauit: in
sinuans mānsuetudinē: que conuersationē tole-
rabilē amenā cū oībus habet: ⁊ pacem / qua hō
deo sibi ⁊ ꝓximo est quietus: ⁊ rabiē contradi-
ctionis ignorat: nec nouit vacare litigijs aut cō
tentionibus deseruire. Preostendit humilitatē
qua quisq; sibi qualis existit / apparet. Nec alio-
rum opinione supra se rapitur: et laudibus hu-
manis confunditur / non leuatur: forinsecum iudi
cium omne deuitans: solo cōscientie testimonio
tristiciā patitur vel letatur: prout vitioꝝ atq; vir-
tutū adesse cōspexerit alterā partē. In hac omi-
na similitudine saluator ab Esaia prophetatus
est pati. Sicut ouis ad occisionē ductꝰ est. Qua- Esa. 53.
si solum hoc sit animal / quod nesciat vocē male
querulam sue perditionis emittere: nescia relu-
ctare ducenti. Etiā saluator cum de fure ouium
q; proprio pastore vellet ꝑ rei veritate differe-
re: ilico de ꝓprietatibꝰ ouiū intulit: Et oues
vocē eius / scz proprij pastoris audiūt. Et
q̄ oues illū sequantur: quia sciunt vocem
eius. Alienū autē non sequūtur / sed
fugiūt ab eo: q2 non nouerūt vocem
eius. Hoc prouerbiū dixit eis iesus.
Prouerbium erat: quia quod propriū est irrati
onabiliū animaliū / hominibꝰ dicebatur. Sed ve
rum est quod christus dixit: Alias si hec ꝓprie-
tas nō esset in ouibus / ipse protinus nō dixisset.
Sufficit ergo absq; alia experientia credere q̄
creator oīm dixit. Sed obmittētes ꝓprietates
ouis / ad assumptā similitudinē pro hoībꝰ venia
mus. Sequūtur rōnales oues celestem in terra
pastorē. Sequūtur si vere oues sunt / ad agendā
vitā pro vita speranda: quia sciunt vocem eius:
quia fide nouerūt quid verꝰ pastor inclamitat:
quid velit a nobis: quid interpellat pro nobis:
quibus alimentis nos pascere velit. Qui sciunt
theoria ⁊ actu vocem eius / sunt de ouibus eius.
Et qui sunt de ouibus eius / theoria ⁊ actu perfi
ciunt vocem eius. Et scire vocē est diligere ver-
bum / facereq; sermones. Sed sicut ouium est
ꝓprietas sequi pastorem proprium: sic ⁊ fugere
alienū. Proinde qui vere sunt christi / alienum
non sequuntur. Quisnam alienus? Qui discrepat
a vita: qui est dissimilis a doctrina. Qui animā
auertit a recto: qui ducit per deuia: qui detesta-
biles ⁊ singulares graditur vias. Qui humane
docuit: qui suasit ꝑ corpore. Alienus est omnis
infidelis: alienus est omnis hereticus. Alienus
est qui suo tēpore magis timendus est / ipse quē
mundus expectat antichristus. Alienus est qui
ex omni se nō studet profectibus animarū. Alie
nus est ab ouibus pastor qui ad seipsum ex oui-
bus / non ad oues ex seipso refert. Sed fugiunt
ab eo electe domini oues: non ab authoritate si
canonice presidet: sed a doctrina si male loquitur
a vita / si nequiter operatur: a ꝯuersatione si ma
culat. Si vero nō presidet / per oīa deuitare cu
piunt fugientes. Et si corpore interdum fugere
nequeunt: saltē ex corde ab eis alieno recedunt.
Nō minus fugere saltē corde ab improprijs pa
storibꝰ expedit / q̄ ab his qui nos inuisibiliter ꝑ-
sequūtur. Quare aūt oues electe fugiūt? Quia
nō nouerūt vocem eius. Assuefacte oues vnius
voce pastoris / aliorū voces velut nō intelligen-

res nō audiūt. Nā oēs electi q̄ christianicis vocibus assuefacti sūt/euāgeliūq̧ nouerūt/inceperūt eterna et ea q̄ nō videnł diligere: amorēq̧ a visibilib⁹ retraxerūt: alienorū vocē penu⁹ nō cognoscūt. Propterea ipsū nō sequunł/ sed fugiūt. Et cū saluator bonū se assereret pastorē/ statim de oib⁹ itulit: i q̄bus suū gregē p similitudinē designauit/quas equauit ad vitā: vt tā diligeret/vt p eis aiā ēēt impēsur⁹. Altissima res est intrā infimū fieri/vt velit q̄s oibus cōpari q̄m christi vita oīo ē p̄ciū. Ait em̄: Ego sum pastor bon⁹: Bon⁹ pastor aiā suā dat p oib⁹ suis] Hoc de christo p ppietatē dicił/nō p similitudinē: sed de hoīb⁹ q̄ sint p similitudinē/nō p ppietatē. Et pastor adhuc bon⁹ cognoscere se se dicit oues. [Ego sū pastor bon⁹: ꝛ cognosco meas: ꝛ cognoscūt me mee.] Nō sibi arroget si bone sit vite: q̄m sol⁹ bon⁹ pastor agnoscit. Et nemo se iactet esse de grege dñico: si pastorē bonū cognitiōe bonitatis ignorat. Cognitio pastoris approbatio est oīū suarū. Cognitio aūt ouiū de pastore/virt⁹ est fidei/ꝛ opis imitatio. Et cū aiam ponere p ouib⁹ dicit/ ouium amorē insinuat. Et quandā ouiū ppietatē negatiue p reprobis/affirmando p electis explicat in auditu: cū iudeis incredulis loquereł dicens: [Sed vos nō creditis mihi: q̄ nō estis ex ouib⁹ meis. Oues mee vocē meā audiunt.] Dis vox christi q̄ mūdo tā alte reboauit reuocatiōis est ab errore/reuocatiōis a crimine: p lupis cauēdis/ne oues intrudanł i inferis: vocatiōis ad iusticiā fidei cūcteq̧ virtutis intercessionis ad patrē/inuitationis ad vitam. Hāc siquidē vocē obedięter audiūt oues eius: q̄s agnoscit pastor et dñs. Pastor/ vt pascat: dñs/vt defendat. Et sequuntur me. Proprium est ouiū suū sequi pastorē. Apta dissertione saluator predixit/ q̄d sit suis ouib⁹ donaturus. [Et ego vitā eternā do eis: et nō pibūt i eternū: nec rapiet eas quisq̄ de manu mea.] Ecce eterna vita/imoq̧ beata. Ecce p̄seruatio eterna. Ecce ouiū dñicarū custodia: ne i luporū raptū aliquādo deueniant. Euāgelicū animal ouis est: cui saluator assimilatus est: et suū etiā gregē ouibus cōparauit. Nam vestire duplicibus tradūt alterū auferenti: si qua in eis sunt/ vtilia sunt. Nihil in exteriorib⁹/nihil in interioribus est in eis/quin ad vsū hoīm possit inflecti. Nō sunt animalia vanitatis/sed necessarie vtilitatis: modice sunt impēse/fructusq̧ magni Nulle p̄tēniōis sunt: ad seinuicē nō elidunł. Affectu vigēt/pter alterutrā impugnationē: ꝛ i cōmune pascitur: nullū eis aial mitius inuenił. Proinde imitemur oues/ vt fiam⁹ de grege dñico. Ezechiel etiā omne dñicū gregē in pascendis ouibus longe ante preuiderat: quib⁹ lupi p̄ ceteris aialibus sunt infesti: quib⁹ siles sunt sine causa in alios seuiētes iniqui: quorū hec est deprauata cōditio/ vt nullo intuitu innocentibus parcāt: et nunq̄ quiescāt nisi diripiāt. Sȝ quales se habent oues ad lupos/ et ad sua vellera dī intellētes: tales suos seruos vult esse saluator ad eos q̄ sua diripiūt: ꝛ preter causam improbe persequunł. Proinde dicit: sicut oues i medio luporū. Ut q̄ i medio oues statuunł: numerus bonorū signał esse abiectior: iniquorūȝ precellere multitudo: q̄ꝫ illorū virtus superferał multitudim peruersorū. Quibus armandā sit armis plebs que videł abiecta fideliū/subsequentibus similitudinibus declarał: vt vtātur videlicet prudētia serpentina: ꝛ in colūbina simplicitate malorū potestatē deuincant. Sed nec mirū si serpentē pponit saluator suis fidelibus in exemplū: quē diabolus ad deceptionē p̄mo-

Gen. 3

rū parētū ppter suā calliditatē cōmonit. Erat em̄ callidior cūctis animātib⁹ terre. Quod eēt callidior/nō diabolus fecit: sed q̄ sic erat/in instrumentū fraudis sibi assumpsit. Quod serpēs sic erat/de⁹ fecerat. Et quod de⁹ fecerat/ bonūȝ erat: quod bonū diabolus pmissa potestate ad humani generis fraudē itorsit. Nūc vero dñs iesus posteriore grā bonū quod creauerat /ad vsū bonū suis fidelib⁹ trāsfert. Nā illa serpētina calliditas bona erat: nihil em̄ de⁹ reprehēsibile ipsis etiā aialib⁹ dedit. Et honesti⁹ bonū a deo factū pponił i exēplū: q̄ malū quod diabol⁹ de ipso fecerat/timeał: nec ppł ipsū quod a creatura q̄cūq̧ adiunctū ē malū/ bonū quod a deo est inditū deserał. Et siq̄dē serpētis bona calliditas: vt p capite corpis exponat: et veterē exuat pellē: put nobis ap̄ls innuit: vt exuamus veterē hoīem cū oīb⁹ actib⁹ suis. Protin⁹ quicquid est corpis et corporee facultatis pro salute sp̄us exponendum est: qui caput regens/corpoream molē et corporeas actiones est in nobis cōstitutus a deo. Et si quid est spiritus similiter ꝛ corpis: pro christo summo et sano capite fiat abiectū: in penā absq̧ exceptione tradał: si affuerit ineuitāda necessitas: aut si decreuerit a deo regulata volūtas. Nō em̄ ad prudētiam serpētinā discipulos saluator induceret/nisi illā p̄fecto creās oīa creasset. Expoliāda ē pelł antiq̄: ꝛ ab antiq̄s ptagēnsa ē purgāda cōditio: vt nonaculati a vitiis/in virtutibus renouati: cū homine bono p eundē hoīeȝ nouū nouo seculo preparemur. Colūbina simplicitas Christi discipulis maxime sit in voto: vt omnis mos p ipsam refulgeat/in ipsaq̧ cōsistat: vt nulli dolos etiā lacessiti iniurijs machinentur: nemini velint inferre molestiā: incedentes gemēter in valle miserie: querētes semper atq̧ tenētes in charitate cōsortiū: residētes in cōtēplatione cōspicua sup fluenta gratiarū. Et ex omnibus totā ecclesiā columbā in Cāticis Salomon appellauit: adiecto desup altissimo intellectu/q̄ꝫ spiritussanct⁹ sit in illa signatus: qui omnis virtutis genimen prestat: qui simplex et vnicus est: qui nulla qualitate variatur. Et i illā similitudinē christ⁹ volēs discipulos trahere/simplicitatē indicit colūbinā: vt i mūdo degentes/nullis mūdi varietatib⁹ agitētur: quā plixe hic tractare omittim⁹: illam su-

periꝰ differẽtes: vnũ singulariẽ cõsyderãdũ tradẽtes cordibꝰ hoim/ꝙ i magno pcio tpe obsidionis stercus fuisse legimꝰ colũbarũ: vt interno sensu aspiciamꝰ qñtũ sit simplicitatis preciũ/ ꝙ taqꝫ nobilitas/ q̃lisqꝫ vtilitas: cũ venũdari cõspicimus quod ẽ eius despicabile ꝛ abiectũ.

De similitudine passerũ et hominũ in arcẽdo timorẽ: secundum mattheũ et lucam. Capitulũ XIX

Qui velut passer solitarius aꝫ ppheta ius ẽ in tpe reuelatꝰ/ ꝛ inter hoies cõuersatus: p silitudinẽ passerũ suos discipulos solidare conatꝰ est: vt si illi noscũt experimẽto sensibili viuere l puidẽtia dei curaqꝫ paterna/ quorũ tãta noscit i cõmercio vilitas: q̃nto magis qbꝰ sãguis diuini cõmercio supexcedẽs et supnaturalẽ donata ẽ dignitas. Inde factũ est/ cũ saluator ti morẽ hoim/ a discipulorũ ꝛ ceteroꝝ suoꝝ cordibꝰ vellet abigere: passerũ silitudinẽ idupit/ dicẽs: Nõne duo passeres asse veneũt? ꝛ vnꝰ ex illꝭ nõ cadit i terrã absqꝫ patre vestro. Nõ aliẽ ꝙ p cõpationẽ silitudo ista deducit: vt si oiporẽs de auibꝰ abiectissimis gerit oino puidẽtiã atqꝫ tutelã: pamplꝰ siqdẽ de his qbus suã dedit imaginẽ: p qbꝰ i tpe fudit ꝛ sãguinẽ: ꝛ daturus ẽ btitudinẽ sempiternã. Silem cõpationẽ supra posuit/ cũ vellet dissuadere sollicitudinẽ: quã mõ addidit/ cũ vellet a suis arcere timorẽ. Lucas numerũ posuit ampliorẽ: ꝛ sub aliis verbis silitudinẽ tradidit/ dicẽs: Nõne quinqꝫ passeres veneũt dipõdio? et vnꝰ ex illꝭ nõ ẽ i obliuione corã deo. Genus monete assis: cuiꝰ duas ꝛ semis valebat dipondius: q erat silr moneta vel põdꝰ. In hac eñi parte patrio noie tẽporaneoqꝫ vsu euangeliste sunt locuti. Uerũtñ ex oĩbꝰ intẽtio saluatoris est: vt nõ timeamꝰ vbi nõ ẽ timor/ neqꝫ formidemus: cũ asserit sup nos curã adesse paternã: nec nostrũ obliuisci paternũ affectũ enũciat. Proinde si vnus passer nõ moriẽ absqꝫ puidẽtia patris: si vnus nõ est i eiꝰ obliuione dum volat et viuit: qbus nulla viuẽdi ratio/ nulla rationis cognitio: post occasuꝫ nulla resurrectio expectaẽ: quãto magis nostrũ recordaẽ deus: q ptegit inter pericula: q inter aduersa tueẽ: qui inter mũdi psecutiones suos agonistas preseruat: q custodit i morte/ vt etiã resuscitet post occasũ. Quid igiẽ timemus: q̃re sic pueriliter formidamus: qd horremus cũ aspicimꝰ cõtra nos bella ꝯsurgere: cuꝫ mortẽ imminere videmus: cũ ipse p nobis desup pugnet: cũ ipsa sepe diuertat mala suis fidelibꝰ pparata: cuꝫ temperet cauma maloꝝ: cũ neminẽ supra datã virtutem ad agones exponat: cũ si derelinquat ad tẽpus oĩa reformet i meliꝰ: cũ nihil depereat apud quẽ est omniũ vita: ꝛ quod nobis perire videẽ in ipso salutis ꝛ vite habet integritatẽ. Sed ne quis malefidus atqꝫ nescius/ cũ male sentientibus philosophis seu aliis perperã iudicãtibꝰ poneret partẽ suã autumatiue dicẽs: ꝙ deꝰ memoriã/ ꝛ sue altitudinis puidẽtiã in hec ima et vilia nõ inflectit: et ne ipse vilescat/ hec abiecta et vilia nõ ꝯsyderat: annexa sententia refellit et iprobat. Unde capilli capitis vestri oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribꝰ meliores estis vos. Ecce ꝙ deꝰ passerũ imo vniꝰ passeris recordaẽ. Ecce ꝙ oẽs capilli humanoꝝ capitũ numerãtur. Sed vbi talis calculatio capilloꝝ? Nõ in mẽtibus hoim: nõ in arte arithmetica: vbi oẽs digiti numeranẽ: nõ exarari in tabulis aut in mẽbranis possent tot characteres numerabiles. Igiẽ vbi numerati sunt? Protinꝰ i istius mẽte a quo creati sũt: vbi ab eterno fuerũt añꝙ crearẽtur. Ergo nolite timere: multis passeribꝰ meliores estis vos. Procul pellaẽ a uobis timor: q deuiat a studio virtutis/ a via salutis/ a testimonio saluatoris: vbi desup pater opẽ sui puidẽtie repromittit: q tãta dignitate ꝯstanꝰ: q supferimur astris: q auibꝰ oĩbus quibus deus alimoniã prestat/ curat/ fouet atqꝫ gubernat: sumus penitꝰ meliores. De passeribus maxime similitudinizauit: qm̃ ipse solitarius appellatus est passer. Et i veteri testamẽto purificandꝰ duos passeres offerebat: et ipsorũ nobis inter auiculas est natura pnicior.

De similitudine harundinis ad inconstantes: secundũ Mattheum et Lucam. Capiulum XX

Constãs ꝛ inuariabiliẽ christi volũtas/ ꝛ ad bonũ oim simpla ꝛ firma existens/ abhorret in hoibꝰ incõstantiã: et pmutationes detestaẽ varias studioꝝ: q nec vellet hoies hũano timore flexibiles/ nec aios flexuosos: q velut calami nõ agerenẽ a vẽto. Et harũdinẽ esse/ deflecti est in alterã sortẽ: in q est hominũ plena calamitas: ꝙ cũ ioãnẽ baptistã ab hac exemptũ calamitate turbis vellet ostẽdere: p harũdinis silitudinẽ vacuos dei gr̃a declarauit dicẽs: Quid existis in deserto videre? harũdinẽ vẽto agitatã? Preintẽdẽs a ioanne qd erat: apuit quod nõ erat/ q̃les suos oino esse nolebat. Interiꝰ vacua ẽ harũdo: ꝙꝙ exterꝰ pulchrũ hastile ostẽdat: facileqꝫ moueẽ agitatiõe vẽtoꝝ. Et hypocritarũ atqꝫ male mũdo placẽtiũ hec ẽ mali moris firmata ꝓprietas: vt ab intra virtutũ veritate vacuenẽ: exteriꝰ fucati decipiẽdo refulgeãt: ꝛ ad illã ptẽ aũ vel retro/ sinistrorsũ atqꝫ dextrorsũ facile inclinenẽ: putrẽtus vacue laudis ꝛ glie cõplacẽtieqꝫ hũane agitãdo ꝓflauerit: cuiꝰ contrariũ christꝰ habet atqꝫ reqrit. Nã oĩs gloria filie regis ab intꝰ i fimbriis aureis: vt nullus preter interiorẽ exterior sit ornatus: nihilqꝫ precio fiat corde vacuũ esse si sit ab extra cõpactio. Nihil pbiter exteriꝰ inuenimus ab hoie actũ/ si exinanitio intranea fuerit. Plenũ et solidũ extra fieri/ est corporalẽ molẽ habẽtiũ: intus vero existere sine agitatiõe ventoꝝ/ est virtutis almifici. Differũt ppluri mũ magnanimitas et fortitudo: vt illa ꝯstarat ad aiaꝫ/ hec ad vtrũqꝫ referaẽ: vt iterdũ magna sit in corpe valitudo: ex qua corpalibꝰ ipulsionibus ꝛ arietautibꝰ ictibus resistiẽ: et magnapi-

Marginal references: Mat.10. — Lu.12. — Leui.12. — Mat.11. — Lu.7.

mitas i aio deficit. Extollit ore pprio suu agonista saluatori: et sagitatu a vento denuciat. Est si qdē vētº sepe hoim timor: quē qdā habētes pdicare desistūt: nec seminat argutiões i iprobos nec auditoribº verba vite: de qbº p sapiaȝ dicit
Eccl. 11 Qui obseruat vētū/ nō seminat. Qui hūano terrore cōcutit/ nō seminat verbū: vt recolligat vite fructū. Quo vēto nō agitabatur q arguebat herodē: et ad iordanē positº/ doctrinā regni pmulgabat ad plebē. Carebat illa calamitate q ois bō ē miser: scȝ nō promptuȝ fieri ad diuina mādata: nec parū esse p christo ad illata tormēta. Misera ɔditio calamitosoꝝ: cū eo in illā deuenūt/ cū p deo i hoc seculo a mūdanis calamitosi nō fiūt: vt ab ipso celestibº repleātur. Cōsyderandū est igit q̄nta sit hypocritarū et vanoꝝ hoim atq male timētiū abiecta dignatio: qui harūdini cōmēdatione Joannis a dño comparātur: vt quibus i hac vita vacuitas ē gratie in illa plenitudo glorie nō succedat: ꝛ q in hoc seculo quolibet agitātur a vēto: nisi prius restabiliti gratia/ in illa patria nō firmentur.

¶ De similitudine fulguris ad cadentes: secundū mattheum et lucā. Capitulum XXI

Qui angeloꝝ et hoim nouerat ab eterno ruinā futuram/ iuste pmisit factaȝ. Asperit irreuocabilē i angelis: sed in hominibº p parte reuocabilē cōsyderauit. Illos quos elegerat/ ab illa volēs auertere: sathanicā ante factā ruinā/ et hoim futurā nisi cauea tur psignauit i fulgure. Naȝ cū discipuli accepta sup demōes ptāte exercitataq/ gaudētes reuerterētur ad christū: q etiā eis fuerāt subiecta
Lu. 10 demonia: pcauēs futurū casū/ ait ill: Uidebā sathanā sicut fulgur de celo cadentē. Apta ē silitudo ad declarādā illā speciē supbie q pcedit de virtute i ruinā. Nā irretentibil est omino impetº fulguris cū delabit: sic et supbie casus/ cum ex virtute fuerit i alta subuecta. Et q absonū videat dicere: cū si virtº est/ quō superbit: si supbit/ quō virtus? tm andacter dixerim/ mutata aliquoꝝ virtute fulgētiū volūtate necnō ex actibº eiº/ etiā ipa nō inhērēte pcessisse supbiā: q cuȝ exaltata fuerit/ oino deuenit in
Prouer. 18. ruinā. Nā Salomō dicit: Ant ruinam exaltatur cor. Ubi exaltatur? i quo exaltat? ꝛ ad qd exaltatur? Exaltatur in se: Nō eni extra positū habet locū cor oīno supbiēs. Exaltat i bono nature/ acuto sibi collato igenio/ aut alia pspicacitate resplendēs: nō inde sacrificās aut gratias agēs bonoꝝ oim largitori: q sibi pluribº supra ire videt. Et in his sepe attollitur q ad vsū corporis collata cognoscimº: nō vicēs talibº bonis vtriusq hois eo fine illisq regulis cōmunibº/ sicut diuina puidētia largit hoibº. Ad id vero extollit: vt si fieri posset/ sine supiore aut absq ɔsorte gauderet: cui multiformi exaltationi statim est annexa ruina: q nūq seqret/ nisi exaltatio pcessisset. Precauebat sane i suis discipul dñs ꝛ saluatori/ ne supbirēt ex collatiōe charismatū: et ex eo q acceperāt virtutē operandi miracula/ et sup demones dominatū: qm ipse vidit ab eterno ꝛ quō factº ē sathanicº casus: nec alit factus q ipse preuiderit: nec aliter ipse puidit/ nisi pūt diabolus fecit: Sed nec hoc est nostre dissertionis/ nisi tm silitudinē casus edicere: q factus est silis fulguri de celo cadēti. Non reuertit fulgur i supiora/ cū ad ista inferiora cadēdo deuenerit: sic nō reuertit apostata virtutis cū i ipsa supbit. Et male fungēs autoritate desup diminitº pcessa/ nō regredit vbi fuit: q oia sint possibilia de altissimis reuocanti. Fulgur (vt experimento videmº) labit coruscādo: ꝛ lumi nosi fuisse vidētur q irreuocabiliter cadūt: sic ꝛ angeli q irreparabiliter ceciderūt. Nulloꝝ ruina p fundior: q q videbant fulgere celestibus ꝛ diuinis charismatibº coruscare. Fulgur cadēdo infert qñq lesurā. Qm alte virtutis existentes dū ruerīt/ exemplo malo plurimos infecerūt. Raro iusti casus fuit sine lesione videntis. Nā quicqd de celo cecidisse Joānes i Apocalypsi asperit/ tertiaȝ partē lesisse describit. Sed hoc potissime humanis mētibº prefigēdū: q nū q diu alicuius potuit regnare supbia: qnis ad tēpus florere videatur/ ꝛ recōualescere dū succūbit. Sed illa punitur atrocius/ q de rebº spiritualibus mundanā auram captando resurgit Nam de his humane supbire/ cū sint ad diuina/ sceleratius agitur q de humanis extolli.

¶ De similitudine iugi et oneris ad ea que christus imponit: secundum mattheum. Capi. XXII

Creator olm deus quousq creauit hominem: sicut ex scriptura sacra didicimus: q esset/ nō est dñs appellatus: cui ex creatiōe nihil nominatis accessit: cū vero creasset hoieȝ/ dñs dictus est: vt hoc intelligētibº prestaret/ q sub celo dūtaxat ab hoie obediētiā rōnabilē in supna hoies inferentē exigeret: quā cū collo impositā parētes primi fregissent/ incurrerūt deme nū inobediētiā/ ꝛ sup terrā miserā seruitutē: ad quā exertiēdā de ceruicibus hoim/ in carne degēs ad suā obediētiam oēs male pditos reuocauit: quā sub iugi ꝛ oneris silitudine designauit: dicens discipul silr ꝛ astantibº turbis: [Tollite iugū meū sup vos: et discite a me/ q: mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiē animabus vestris. Jugū eni meū suaue ē/ et onº meū leue.] Male premebat homines hostis antiquus/ et iugo pessime seruitutis oppresserat: nec prestabat requiē lassis: vt in luto seu ceno terrenarū rerū et palea vanitatis/ et igne olm cōcupiscētiarū acriter decoquēte: i egypto mūdi tenebrosi pharaoni damnati miserabiliter seruirenº: quibus nō requit post laborē: nec ex obsequijs turpibus premiū prestabat: potiº adijciebat ppetua ꝛ mortalis pena mortalibus: oīni spe siimter euasiōis adempta: ꝛ desup colla pmente iugo quod ptoplasº spōte a seductore suscepe rat/ etiā multi ad penā trahebant iuiti. Sȝ nec

Mat. 11
Exo. 5

voluntarie tetra iuga portantes/aut ultro servientes neqter decernenti/liberos esse hoies per arbitriu decebat. Absque iugo creatoris incedere mortale piculu erat: quod qui fecit aut faciet/dictus est belial: quod dicitur absque iugo. Et qui iugu suauissime imo breuissime seruitutis a suis ceruicibus excussit in celo/conatus est asperrime atque turpissime obedientie iponere hoibus sup terra. Uerumtamen per libertatem arbitrij unum excussum: alterum modo danose susceptum est. Ut igitur auferatur mortale piculum/etiam per libertate arbitrij: clamante christo reuocantur hoies ad suauissimu iugu. Tollite inquit/saluator: non ipono: non grauo: non cogo: non inuite vestris ceruicibus ligo: sed pparo et offero. Libertate habetis liberi creati fuistis. Inest vobis ro discernendi sub quo dno laboratis/agnoscitis: forte videtis et pmia: nec forte ignoratis quid a vobis exactor improbus exegit: qualia sunt pmia que speratis. Si iam asperum iugu displicet: si dissuauitas iam iterne iure molestat: si adhuc exire vultis a iugo pharaonice oppssionis: cum volutate libera tollite iugu meum: si iam factu est vobis odio contra meum: sup vos ne supferamini directionibus meis/incedentes voluntatibus vestris: sed desup suauiter premat iugum/si supna captare cteditis. Non humana obedientia neque terrena regulatio/sed supno iugo agi fecit ad supna pscedere. Copellit nos tollere iugu/ non christus/sed ipsa necessitas euadendi: quoniam iugu iniquitatu nostraru vigilat in manu eius. Uigilat iugu iniqtatu hoim in manu dei: cum ipse memoriter tenet quod iugu suu pstringentes/iugo iniqtatis paruimus: vlciscens potenti manu tradat in penam: nisi suu iugu volutate susceptu ab illo ali se iugat. Et bonu est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Non solu bonum/sed nihil melius virtutibus repitur/quam diuino iugo iugari: imo nil aliud virtute esse dixerim/quam tollere iugu christi et ois est virtutis suo iugo colla submittere. Jugo christi annectitur disciplina/que caret errore: que forma est portadi iugi/cum fuerit spote susceptu

Discite (inquit saluator) a me: quia mitis sum et humilis corde. Harum virtutu solu ipse voluit esse doctor: illas nobis exeplificans in semetipso: ut sit masuetudo secundum forma eius exterior et humilitas interior quantum capi pot/adhereat. Nemini molestus/nemini onerosus/nemini grauis nemini importunus/amabilis oibus: quis non ab oibus amaretur: oibus oia factus/ut oes lucrifaceret: suppsius impensor oibus erat christus. Jn nullo amara conuersatio eius: nihil ostentans/sine querela ut agnus incedens. Non amans/non querens vnde inuisibilis amor scinderetur. Sic ptinus mitis erat: et hec est vera mititas/humilitas cordis: quamquam corporis gesta coponat: ipsa tamen inuisibilis est. Jn illa intedere paucorum luminu est. Hoc ptinus habet in abditis: supra se non rapi: nullis opinionibus agitari: sua pace fruitur/se noscens/sibi soli vacans: assistens in pfundo cora altissimo/ recusat omnino in cordibus hoim per coplacentiam vel amore viuere. Metas mensure pprie non excedit: magis vero remittitur infra illas. Contra dictionibus et exceptionibus caret: si que sunt pericula etiam ipsam morte habet in voto. De siquide virtutes remuneratione habent vite psentis/similiter et future. Proinde sequitur: Et inuenietis requiem aiabus vestris. Requiescunt multorum corpora sepissime post labores: cupiunt dulces somnos: cubant in lectis: et quiescunt in his que ad quiete habent corpa humana suscipere. Aie vero nunquam nisi sub iugo christi in mititate atque humilitate requiescunt. Scriptum est enim: Migrauit iuda propter afflictione et multitudine seruitutis: habitauit inter gentes: nec inuenit requie. Juda carnalis homo seruiens tpalibus/migrat corpe de loco ad locum: migrat mente/cum in varia cocupiscibilia eius transit affectus: et in oibus est afflictio eius spus. Opprimitur multitudine seruitutis/ cum sua non sibi/sed pter sua subiecte pluribus seruiat et angariam patiatur: et in genitura qua natus/non in gratia qua regeneratus nunquam possidet requie. Quomodo requie habebit/qui seruit laudibus et coplacentijs hoim? Quomodo requie habebit qui sibi nequam/et alijs est factus infestus? Et ut pstringam assit nobis saluatoris patrona sententia: qui aiarum requie virtutibus his adiecit: similiter et futuram vere sabbatizantibus repromisit. Ne aut iugu huiuscemodi hoibus importabile videatur: eius conditione exposuit dicens: Jugum enim meum suaue est: et onus meum leue. Suaue iugu preceptum amoris. Nihil enim suauius cordibus quam amare. Leue onus: quoniam iuxta natura condita est quod imponitur/et secundum onerandorum pbabile qualitate. Cum equantur viribus/ onera leuia sunt: magis aut subijciuntur. Mitius enim onerator noster imponit quam portare possumus. Supra vires nemine preceptis aut consilijs onerauit: alioqui ipse diceretur iniustus/et homo excusabilis haberetur. Suaue iugu quo linitur subiecti collum: quo erigitur non curuatur. Leue onus quod exonerat a peccatis: quo portans est factus agilior/quo expeditior ad sequela: quo a terrenis ad supna prouehitur. His similitudinibus iugi et oneris ad se omnes deus/saluator inuitauit: ut nemini seruia musiugo inique seruitutis astricti: nec dorsa subijciamus ad onera/que mergendo ad inferos grauant: de quibus psalmista dicebat: Quoniam iniquitates mee supgresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sup me. Qui nos pdidit/nos reqrit ut sui serui simus. Non ait apls: An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum/ serui estis eius cui obeditis: siue peccati in morte: siue obeditionis ad iusticiam? Alia iugata incednnt pariter: et iugate aie charitate et vnione christiana non scindunt. Grauat onus sup dorsa portantium: et solidius pedes figunt onerati a christo. Non diuaricant pedes suos: neque lasciuiunt iumenta dum pergunt/ad fenum viride cum aspiciunt: etenim a ponderibus retrahuntur: sic et que diuinis oneribus onerantur. Qui in veteri testamento legis iugo noluerunt subijci multis pturbantibus pncipibus atque regibus facti sunt inuite subiecti: et tandem crudeliter iugu regis babylonici sunt experti. Et qui noluerunt onera

Trenorum 1. Trenorum 1. Trenorum 3. Psal. 37 Roma. 6.

diuina portare/penarum et exiliorum et exitiorum onera ptulerūt:quod q legit veteres codices maxime pphericos/nō ignorat. Et qm oia i figura ptin gebāt illis:nobis vero i veritate ptumacibus eterna mala puenièt:igit nō recusem⁹ iugū spūs sancti vnctione linitū:quo collū nostre fidei no striqz roboris remascellatur ad sūma:nec deui temus onus virtutū: quo pueniētes onerati/ex ponemus nostras merces in superna.

¶ De similitudine harūdinis et lini ad eos quos saluator seruare dispo suit:secundū Mattheum.

Capitulum XXIII

Mat.12. Interposuit euāgelista duas silitudies nō de suo/sz de pphetia esaie:ad confir mationē eorum q a christo fiebāt atqz dice bant:i qb⁹ duas generatōes expssit:sz tñ a chri sto nō pterunt/cū ad ipsū voluerint toto corde cōuerti. Nō em̄ vult mortē pctōris/sz magis vt cōuertat et viuat. Cūqz illā pphetiā de christo loquentē matthe⁹ iduceret: hoc quoqz subiecit

Esa.42. Harūdinē quassatā nō cōfriget:et li nū fumigās nō extinguet. Aliqd supra de harūdine disseruim⁹/virtutū et gre vacuitatē ptendēte:q quatit et quassat a vehemētia vitio rū:sed cū hincinde flectat/nō tñ euellit:et vēto cessante i sua rectione fundat. Plerīqz hoies vltra velle impellūtur: ſm quā sentētiā loqbat

Ro.7 apls: Nō em̄ quod volo bonū hoc ago:sz quod odi malū illud facio. Ille malū quod odit opa tur/q a malo quod i carne habitat et corrupta natura vincitur:nec bonū illud pficit quod aia hūana rōnabiliter diligit: hoc sc3/q ex natura cōdita nollet hō peccare. Si vacuitas adest a gra/ipellētib⁹ vitiis cedit:qb⁹ p gratiā cessātib⁹ ipsa in natura bona cōsistit. Repleri tñ oīe va cuū pōt:Imo(vt audaci⁹ dicā)vacuū i aia oīno nō est:qz aut virtutib⁹ aut vitiis ipsa replet v:e rūtñ repletio vitiorum vacuitas ē gratie/cui⁹ psen tia vitia ppellūtur. Sz nec christus hos pfrin get/p penitētiā firmā redire volētes. Linū fumi gās generationē magis criminosā insinuat:il lorū videlicet q sp supbiūt:et velut fumus i alta tollunt:et hos nō extīguet/si hūilitas ex aduer so pueniet. Oia pfecto pctā siue p fragilitatē et ignorātiā pueniūt/aut ex fumigāte supbia:pma in harūdine/secūda signat i lino fumigāte. Ali ter me horum sensus disserere cōmouet:vt sc3 pro pter gratiā nō pfringat/aut extīguat ipsa natu rā. Necnō cū illa sentētia saluatoris asciscit/q se saluare quod pierat/venisse dicebat. Harun do et linū distinctū habēt nature decorē: sed ad artificiū vtile vnū plus altero aptū ē: vt p⁹ vtili tatis lino/min⁹ vero harūdini cōferam⁹. Siue q plus apti mūdo/q minus apti: siue q pl⁹ apti celo/aut min⁹ apti repiant: christus nō pfriget nec extīguet. Affabilior magis indagātib⁹ sen sus astat:vt christus in carne apparēs/neminē ad se p illatā violētiā trahat. Si vlteri⁹ hoc ex primim⁹/timeo ne sāguis eliciat. Verūtñ harū do sapiētia naturalis atqz hūana est. Dicit em̄ in

ledi nõ potestis: quod etiā ab alijs remoueris;
sed in hoc gaudete/ quoniaꝫ nōīa vestra scripta
sunt in celis. Unde scripta? Non propter mira
cula: multi enī fecerunt miracula/ ꝛ dānati sunt.
Prophetauit saul ꝛ reprobatus est: fecit mira
cula iudas ꝛ damnatus est. Unde ergo scripta?
Propter virtutes: que in facientib⁹ ꝛ in recipi
entib⁹ miracula/ in via extiterunt causa salutis
si salui facti sunt: nõ miracula que fecerunt aut
conspexerūt. Ac etiā absq; omni miraculo terre
num hoīem fecerūt celestem: ꝛ in diuina matri
cula inter angelos fecerūt scribi mirabiliter in
terra degentē. Ostendunt miracula existentē in
agente virtutē: aut in recipiente ꝑhabitā fidem
aut animauerūt ad credendū quod nõ erat cre
ditum/ seu videbat impossibile ad credēdū: sed
ipsa penitus nõ fecerunt aliquē celo dignū: nec
meruerunt habere consortiū angeloꝝ: qui nun
ꝙ visibiliter miracula visibilia opati sunt ex qui
bus saluarent: non suscitauerūt mortuos: non
illuminauerūt cecos; non mundauerunt lepro.

sos: ꝛ similia que humana mens miratur et ma-
gnipendit. Sed inseparabilis charitas ꝛ firma
ꝛ immutabilis adhesio ad creatorē eos fecit esse
beatos: desuper diuina largitiōe supra meritū
respondente diffusa. Et si legitur in veteri testa
mento multotiens angelos apparuisse: multa-
q̄ȝ fecisse: beati enim erant ꝯfirmati. In celo scri
pti erant: propterea que diuino iussu faciebant
nō amplius in celo scribebant. Predestinatio
nō querit vt perficiātur miracula / sed virtutes.
Nulla miracula fecerat virgo / preter sanctifica-
tionem vterinā non meritā. Quinimo deo per
virtutes placuit: ꝛ in sua vita nullū miraculum
legimus fecisse. Joannes baptista viuēs nulla
fecit miracula sensibilia: et baptizauit dominū:
ꝛ cōmendatur a christo inter natos mulierum:
ꝛ per martyrium iterū magis placuit. Non fece
runt miracula innocētes: ꝛ constituti sunt ante
thronum dei. Abluti baptismate pueri decedē-
tes celestia regna suscipiūt. Plura miracula le-
gimus post sanctoꝝ mortem q̄ viuentes osten-
derant: que si ascriberent celo sanctos / supscri
berent semp ꝛ augerent ipsorum meritū post de
cessum: ac etiā preter virtutū opus daretur pre-
mium: ꝛ post confirmationē liberi arbitrij glo-
ria adderetur. Et si expectant glorificata corpo
ra que nō habent: expectant ꝛ alij qui miracula
non fecerunt: sed neq̄ȝ in via / neq̄ȝ in patria mi-
racula meritū faciunt. Merito nempe saluator
gaudere de miraculis / suis apostolis ꝛ discipu-
lis suasit: in christiferis virtutibus eos firmās:
que potissime illis due principaliter erāt: abdi-
catio penitus omnis mūdi / ꝛ ipsius sequela irre
trouersibilis firmata in obediētia vsq̄ȝ ad mor-
tem. Et christo cū apostolis ꝛ discipulis perso-
naliter gerente in eis ducatū: nulle maiores de
illis scribunt acte virtutes / q̄ abdicatio ꝛ seque
la in obediētia sancta christi. Et vt de prima ta-
ceam: in moribꝰ christianis nulla maior est vir-
tus / q̄ inexceptiuate obedire sancto plato. Hec
enī omnes virtutes includit: castitatē / abstinen
tiam / orationē / paupertatem / silentium / exerciti-
um: etiā ipsam mortem includit. Nam sanctus
sanctus existēs / nisi sanctū non precipit: immo
semp sanctum precipit: ꝛ qui sancto obedit / san
ctus est. Et hoc est vnde apostoloꝝ ꝛ discipulo
rum / et omniū saluandorū nomina scripta sunt
in celis: de quibus per inobedientiā angeli apo
state sunt deiecti. Ac per hoc in his verbis om
nis spiritualis supbia de diuinis charismatibꝰ
donis / virtutibus / reuelationibus / apparitioni-
bus / visionibus q̄tumcūq̄ȝ veris a christo retū-
ditur: ne id quod est diuinum / ex nostro fastu su-
perbie in eternū vertatur supplicium. Que tāto
periculosior est q̄ corporalis: q̄nto spiritibꝰ apo
staticis magis est similis. Qui non de corpore
quod nō habent: neq̄ȝ de corporalibꝰ / que forte
nondū facta erant: et si facta / per eos facta non
erant: sed de spiritualibus quibus vigebant / ini
que contra deum vsq̄ȝquaq̄ȝ fecerūt. Igitur qui
legis / hec mala deuita.

¶ De morte corporis nō timenda / et
cruce accipiēda / et oībus renuncian
dis. Capitulū XXI

Nempe cū duo sint maxime que causa
damnationis si peruertant: aut causa
saluationis si debite teneant / existunt:
necnon occasiones sunt maloꝝ atq̄ȝ bonoꝝ: ex
quibus cuiuslibet qualis vita fuerit iudicatur: ti
mor videlicet ꝛ amor: ideo saluator illoꝝ timo-
rem a cordibus excussit hominū: quo iusta vita
peruerteret ipsoꝝ: aut non caperetur ipso tontā
te in cordibus suppositorū. Ideo dixit discipu-
lis suis dominus et magister. Nolite time- Mat.x.
re eos / qui occidūt corpus: aīam aūt
non possunt occidere: sed eū timete
qui corpus et animā potest perdere
in gehēnā. Et lucas refert: Dico vobis Luce.xii.
amicis meis: ne terreamini ab his q
occidūt corpus / et post hec nō habēt
amplius quid faciāt. Et alibi: Nolite
timere pusillus grex: q2 complacuit
patri vestro dare vobis regnū. Hoc
videlicet innuēs: ꝑpter timorē hominū nolite
peccare: dimittēdo iusticiā / veritatē / sanctitatē /
virtutē / sanctamq̄ȝ in moribꝰ vitā. Sed ne forte
quis diceret: fidē / spem / charitatē / veritatē ꝛ san
ctitatē in animo seruo: sed timore pterritus ho-
minū / ore aut ope intermitto: ilico saluator ad-
iecit. Omnis ergo qui me negauerit
corā hoībus / negabo et ego eū corā
patre meo / qui est in celis. Quā negatio
nem nō solū ad eos qui cōprehensi ab infideli-
bus / timore percussi se negauerint christianos:
sed ad eos qui moribꝰ ꝛ vita eius euāgelio non
cōsentientibꝰ atq̄ȝ discordibus non ꝯcordant.
Hinc ad titum scribens aplūs ait: Confitent se Tit.i.
nosce deū / factis autē negant. Igit non imme-
rito eternis adijcit flammis qui aliquo timore
panefactꝰ negauerit virtutē / aut virtutis autho
rem: aut ꝑ iniquitatis operationē / seruū se ꝓfite
tur diaboli ꝛ peccati: q2 qui facit pctm̄ / seruꝰ est
peccati. Hoc timore deuicti / apostoli negaue-
runt christū: petrus maxime iuramento / ac sub Mat.xxvi.
anathemate denegant. Multi sane timētes ꝑ-
dere partē vite / totā negauerunt vitā: penā tem
poralē timore vitantes / incurrerūt eternā: pecu-
niam diligentes / timore ne perderēt / negauerūt
iusticiaȝ. A vitiosa ligatione separari nolentes /
timore negauerūt vite viam: ne displiceant qui-
bus placere affectant / negando quod iustum: ti
more obsequūtur ad placitū corrigi aut repre-
hendi timētes: negant verū ad velamentū ipso
rum submittendo falsum. Indubitanter in om
nibus deum negat qui nō dei timorē / sed homi-
num suum posuit ante conspectū. Quo sua do-
ctrina pulso pre foribus / cōtinuo ad improbati
onē et diuisionē illiciti amoris se cōtulit / dicēs:
Nolite arbitrari / quia venerim pacē Mat.x.
mittere in terrā: non enī veni mitte-
re pacem / sed gladium. Veni enim se
parare filiū aduersus patrē suum: et

filiā aduersus matre suā: et nurū cō-
tra socrum suam: et inimici hoīs do
mestici eius. Amor ver⁹ nunq̄ est sine vera
pace: pax autē vera sit sine vero amore non est
quorꝫ agunt actus in deo ꝛ propter deū/ ꝛ in fi-
nē oīm deū. Est autē quidā amor illegitimus/
qui a pace mala sortit originē. Similiter est re-
perire pacē/ que infectū fouet amorē. Ad quā pa
cem mittendā in terrā/ vt eius amore hoīes co-
pulent: saluator denegat se venisse: alias aūt cō
tra seipsum saluator verba ꝓtulisset contraria/
Joan.14. cū dixit: Pacē meam do vobis: pacē relinquo
vobis: non quō mūdus dat/ ego do vobis. Ubi
luce clarius patet/ esse pacē diuersam dei ꝛ mū-
di. Unam dat/ atqꝫ iure hereditario dimittit ser
uis suis: alteram velut nequā denegat sequaci-
bus suis. Nā pax que intantū hoīes copulat/ vt
a deo seiungat / discordie est ꝛ peruersa iusticia
eternaqꝫ bella nanciscit: vt nature atqꝫ doloris
bellū nunq̄ pace aut alterius victoria finiat. Ac
per hoc nobis ꝛ enucliaIiter consulens/ ad talē
Apoc.6. pacē gladiū diuisionis apposuit cū dicit: Non
eīm veni mittere pacē/ sed gladiū: scꝫ verbū spi-
ritus pertingēs ad diuisionē talem nessario fa-
ciendam: quo emēdo tunicā vēdere iubent apo
stoli. Gladius domini etiā iudicium veritatis ꝛ
cognitionis atqꝫ discretionis inter bonū ꝛ ma-
lum/ ꝛ bonū ꝛ melius/ melius ꝛ optimum: vt ele
3.Regū.3. ctio subsequat. Quo gladio salomon in duab⁹
mulieribus amorē verum ꝛ falsuꝫ inuenit. Quo
gladio post benedictionē sibi a fratre surreptā/
Gen.27. viuendi remediū remansit esau. Quo gladio fit
separatio ab impfecte amatis: immo a passibili
ter ꝛ vitiose dilectis. Ueni eīm separare filiū ad
uersus patrē ꝛc. vt pietas in maiori pietate vin-
catur: et amor a valentiori amore superetur. Et
inimici hominis domestici ei⁹. Sed ne quis cre
deret saluatorē nostrum dominū iesum christuꝫ
fontem viuū amoris ꝛ dilectionis/ odium volu
isse immittere/ omnēqꝫ auferre amorē nature: et
infusa desup gratia christiana naturam amoris
suis videret priuare muneribus: cōtinuo velut
omnium prouisor ꝛ modificator adiecit: Qui
amat patrē aut matrē plus q̄ me/ nō
est me dignus. Et qui amat filiū aut
filiā plus q̄ me/ nō est me dign⁹. Igit
nō immittit odiū ad ꝓximū: vbi alias p̄cepit di
ligere inimicū: nec cōdēnat iura nature create
quā ex amore creauit/ quā legib⁹ adinuicē strin
git amoris: sed duos amores constituens/ hoīs
ꝛ dei: amorē dei creantis/ gubernātis/ redimen-
tis ꝛ beatificantis/ amori hominū voluit ꝓua-
lere: vt vnus non extinguat ab altero: nec alter
impediat ex altero: sed alter alteri p̄ferat: alter
alteri subijciatur: vt seruata lege iusticie/ qui ꝑ
oīa est prestantior/ in omnib⁹ ex amore sit po-
tior: omnibus creatis quo cūqꝫ iure diligendis
etiā tibipsi/ e vna regione ꝯstitutis: soli deo cui
est oīs honor ꝛ gloria/ cōstituto in altera: ex ali-
qua causa quōlibet suadente oporteret indicere
bellū: deo seruare pacē/ tenere fidē/ offerre placi
tū: bellū cū creaturis/ pax ꝛ fides deo ꝛ sibi suū
placitū offerat. Ut si aliter fieri nequit/ ꝓpter
deū dimittatur ꝓximus: sed propter ꝓximū nō
dimittat deus. Nam omne ius tota creatiōe in
vnum cōueniens/ federa dei ꝛ hoīs soluere ne-
quit: sed iusticia ꝓpter deū creature totius fede
ra soluit. Ueruntamen diuina bonitas tolerat
cū suo inculpate oēs subiectos amores: si sui
amoris per eos nequaq̄ iura fraudent. Et si sui
amoris nō impeditur debitū: omnem amorē su
stinet in ꝓpinquum. Uult etenim domin⁹ om-
nes dignos diligi/ secū diligi: sed ꝓpter eum et
in eū ꝛ ad eum: vt quod sibi debetur/ primo red
datur: ꝛ dum reddit proximo debitū/ ipse nō of-
fendatur. Cōparatiue quippe locut⁹ est de amo
re/ non extinctiue. Inquit eīm: Plus q̄ me. Ubi
cunqꝫ ẽo comparatio est/ ibi alicui⁹ qualitatis
participatio necessario noscit a duob⁹ aut plu-
ribus: vt ab vno per magis/ ab altero participe
tur ꝑ minus. Unde amor noster quedam nostre Quid sit
mētis est qualitas: cuius participationē ex omi amor ꝓpri⁹
ꝛ tota iusticia exquirit sibi permaxime deus: ad
ꝓximos aut ꝓpinquos fieri per minus ꝑmittit
atqꝫ concedit: vt diligamus quos ipse diligit/
quos etiā ꝛ creauit atqꝫ redemit: vt cōformitas
sit nostri ꝛ diuini amoris. Persumme cauendū
ne quos diligere ꝑmittimur per naturam/ iube-
mur atqꝫ iuuamur per gratiā/ q in eis nō diliga
mus maliciā. Et si de teipso amoris cōparatio
fieret: teipsum despice ꝓpter deū: ꝛ inferas tibi
bellum si expedit/ ꝓpter deum: vt pacem serues
ad eū: vt nec ad deū bellū et pax sit ad teipsum.
Proinde quia ꝓprius amor omnē bonitatē ex-
terminat: ꝛ omne malum cōmittit: saluator ad-
iecit. Et qui nō accipit crucē suam et se
quitur me/ nō est me dignus. Hic per
crucē ante tribunal diuine iusticie ꝓprius con-
demnat amor: velut omniū malefactor ꝛ corru-
ptor virtutū. Hic vnita diuidit: diuisa vniri nō
sinit: fidem nemini seruat: nullum nisi per reci-
procum diligit: hic tyrannos fecit in ciuitatib⁹:
seditionē excitauit in vrbib⁹: partialitates fecit
in ꝓuintijs atqꝫ regnis. Hic scādala seminauit
in sanctis cenobijs ꝛ monasticis viris: ꝛ regula
res irregulauit. Nescit ferre iniuriā/ facere no-
uit: denegat petentib⁹ indulgentiā: turbatur si
non recipit. Quod est cōmune/ vellet sibi appro
priare: ꝛ quod est ꝓpriū/ nunq̄ in cōmune dedu
cit. Nunq̄ nisi ꝓprijs vtilitatibus gaudet atqꝫ
rimatur. Omnes nihilipendit: sibi timēs minui
nescit alijs impartiri. In iudicijs ꝑuertit iustū/
in causis honestū: contentionib⁹ deseruit: vt ap
pareat singularis/ sibi placēs nō curat alijs dis-
plicere. Cōmune postponit ꝓprio: ꝛ communi
vnū proprium prefert. Omniū depopulationē
nō curat/ si eū non tangat. Proprius amor pro-
cul pellit patientiā: orationē ꝛ abstinentiā ꝛ vi-
gilias execratur. Omnes odit labores preter il
los qui suum peragūt finem. Decollat obedien
tiam: subdi nescit: regulari non vult. Uoluntate
ꝓpria delectatus querit laudē: agit ꝛ loquitur ꝑ

contentionē cordis: ⁊ corporis refugit disciplinam: seipsum vitiose fouet de rebus nō vitiosis. Qui pro eo dicit̄ proprius: qz omnia sibi appropriat: gr̄e nihil tribuit. Ipse sibi dn̄s ⁊ seru⁹, p̄lat⁹ ⁊ subditus, magister ⁊ discipulus: sibi sessor ⁊ equus: sibi prudētia ⁊ iusticia, fortitudo ⁊ tēperantia, lex ⁊ equitas: iudex et aduocatus: motor ⁊ motus: bone nature regulis ⁊ gratie disciplinis irregulatus: ad nil aliud nisi ad seipsum zelatus, cuncta facit ⁊ perficit. Et om̄ia sensualitati ⁊ ꝓprie voluntati aduersa, reputat tormentū et crucem. Idcirco per crucē peruerse se diligentes, immo inexceptuate omnes inuitat, dicens: Qui nō accipit crucē suam: scz abnegationem ꝓprij amoris ⁊ proprij corporis afflictiuam: sicut ego accepi meā, mei patris solū voluntatē perficiens: et sequitur me, non suas cōcupiscentias: nō est me dignus. Merito saluatore indignus efficitur: qui eū vita ⁊ moribus, intentione ⁊ animo, ꝓut ab ipso in agonistica virtute cōtenditur, nō sectatur. Ut autē nō claudatur, sed aperiat̄ via noticie idiotis et sciolis: propriū et nequā amorem a vero amore christifero atqz alijs certis regulis, prout dominus donauerit ipse distinguā. Post increatum ⁊ supernaturaliter existentē amorē ⁊ superbonum, ⁊ deum totū ⁊ tote bonū extimum ⁊ intimum, supremū ⁊ infimum: nō localem aut situatum, sed superlatū ⁊ indignum est quidā nature cōdite vniuersalis amor: s̄m min⁹ ⁊ plus distributus in rebus: aspiciēs primo in cōditorē eius cui additus est, velut in cōseruare volentem id quod est: ⁊ id quod amat, aut amare pōt. Et indita natura omnib⁹ a deo scienter ⁊ non scienter, rationabiliter ⁊ aliter, suo modulo appetit conseruari. Ergo natura fertur p amorē intellectū ⁊ nō intellectum, in eū qui cōseruare aut ad meliora perducere ipsaz pōt: qui pmagis in hoib⁹, pmaxime in angelis viget deū: ⁊ ad seipsos ⁊ inter seipsos, ⁊ ꝑ seipsis ⁊ in seipsis: velut similitudo nature, ac etiā volūtatis. Et ex natura cōtingit q̄ simile appetat sile: amor autē perambulat appetitū. Est amor qui ꝓpagationē sequit̄: qui ex cursu bone nature diffundit̄ a ꝓgenitorib⁹ in genitos: ⁊ a genitis in genitores reeffundit̄: sed nō eque dilatatur ex eodem cursu in lineas transuersales: qui per tantū minuitur, inquantū in primis gradib⁹ elongat̄: nisi cōuersatione refoueatur: que sepe amorez sanguinis vicit. Est ⁊ gratie: qui amori cōdite nature sociatus, ipsum illuminat: dirigit ⁊ exorbitare nō sinit: qui preter directionem diuine voluntatis nihil diligit dilectū si quid ad ipsā refert qui turbari nescit, sustinet ⁊ tolerat: nihil nisi rationale amat: alijs vtitur ꝓut necessitas postulat. Totus latus in deum, cum mēsura fertur ad ꝓximum: et qui supergrediēs naturā etiā intenta morte nō relinquit honestum: nec amittit religiosum: et nature corrupte amorē in nullo sibi patit̄ esse collegam. Post quē est amor nature corrupte: qui vitiose afficitur ad om̄ia obiecta: qui colligat̄ plerunqz, vt vnum magis q̄ alium maculose afficere faciat: et obiectarū qualitatū forinsecus oculis ⁊ in animo vnā magis istum, illā amplius illum impatienter cōcupiscere cogat. Hec nō et mercede causatus amor ad hanc spectat: finaliter nō fuisset amor qui dissoluit̄ eradicata mercede: similiter ⁊ cōtracta societas sine respectu omnia legitime ac iustissime federantis ꝑduitie roborata, germinauit amorē peccatorū tenebris obuolutū: qua suspensa eius sepe soluit̄ vinculum. Ac per hoc luce clarius patet amorē bonorum naturaliū esse a natura: sed timet aduersa amorem bonorū gratialium esse a gratia: sed sustinet ꝓ suis bonis aduersa: ⁊ si ↄtingat mortem suscipit in perfectis: amorē passibiliter vitiosum esse a natura corrupta: de cuius ꝓgenie proprij amoris mala soboles orit̄: qui nunq̄ est ad virtutes, sed ad opposita ipsarū: ⁊ bonis naturalibus abutitur: sed neqz cum amore nature create atqz cū amore gratie participium habet: q̄uis bona nature ꝑuerse diligat: vtaturqz p̄ter legē dei, sua lege cōtentus. Qui quāto in aliquo colligat̄ ardentius, tanto agit ꝑuersius. Habes malū timorem: habes ⁊ malum amorez. Igitur qui legis, hec mala deuita: quia quotquot damnati sunt, isto premio perierunt. Tolle ergo crucem, sequere te vocantē.

Quō omne peccatum remittitur: blasphemia vero in spiritūsanctū nō remittitur, neqz hic, neqz i futuro seculo. Capitulū XXII

Ad peccatorū autē numerū subsequenter adijciuntur, qui virtutem diuinam atqz christiferā demoni tribuunt: nec credunt adesse hominib⁹ potestatē per gratiā: quā non habēt vtiqz per naturam. Et q̄ magis homines dicūt potestatem habere a diabolo q̄ a spiritusancto: qui per hoc cognoscūtur q̄ saluatorem nostrū demonium ejicientē, in potestate diaboli fecisse dixerunt: pro eo q̄ purum videbant hoiem, quē dauid s̄m carnē filiū asserebāt. Quā infelicitatē saluator noster nō solū autoritate, sed rationibus improbauit: asseuerans in hominib⁹ veraciter sibi subiectis, nō per naturam, sed per collatā gratiam virtutes posse resplendere diuinas, in eiectione demonū ⁊ expulsione languorū. Sed ad peccati accrescit cumulum: q̄ demoni attribuebant quod erat diuinum. Diuinū est ꝓpulsare infernales atqz aereas potestates: et ipsas expellere ab obsessis: qz licet in seipsis sint vsqzquaqz discordes: fugari a seipsis nō possunt a corporib⁹ ⁊ locis, que deo taliter permittēte inuaserūt. Et quoniā hec aliter asserere peccatū est blasphemie: ideo ad ei⁹ improbationē ⁊ periculi euentionē se transtulit dicens: Ideo dico vobis: quia omne peccatum et blasphemia remittetur hoib⁹: spiritus autē blasphemie non remittetur. Et quicunqz dixerit verbū cōtra filium hominis remittetur ei: qui autē dixerit verbū contra spiri

Mat.12. Mar.3. Luce.12

tumsanctū: nō remittetur ei/ neq3 in hoc seculo/neq3 in futuro. Latet sub litera intelligentia discerenda verbis nō paucis: & pmo aspectu affert difficultatē/quā per differentiā expedit remouere: quā si amplicabimus ad personas illius tēporis qui audierunt/ & pro quib9 dicta sunt verba: leuis est enodatio: si vo ad nostra tēpora/sensus incumbit subtilior. Aliud est peccatū & blasphemia/aliud spiritus blasphemie: & aliud est peccare in incarnatū verbū/ aliud in spiritūsanctum. Nam peccatū refertur ad actū: blasphemia ad verbū: spiritus blasphemie ad intellectū. Peccatum ex opere: blasphemia offendit ex ore: spiritus blasphemie offendit ex corde. Remittitur nēpe oīe actuale peccatum/si metania sequitur. Remittit blasphemia que ex odio aut ex ira siue ab incuria loquēdi/aut impetu nō retēto defluxerit: si tamē causa mali effectus fuerit iā remota. Spiritus blasphemie/mala intelligentia/mala volūtas/mala suspitio atq3 incredulitas/odiu3 & derogatio in affectu: nō remittunt nisi radicitus euellantur: vt talis spiritus blasphemie nō dimittat si peccatum nō assit aut ipsa blasphemia: & versauice omne peccatū et blasphemia dimittatur/si spiritus blasphemie nō assit. Sed de seipso et pro seipso/contra ipsum loquētes saluator videbat verba proferre: propter quod secutus adiunxit.

Et quicūq3 dixerit verbum contra filium hoīs/remittetur ei: qui autē dixerit contra spiritūsanctū/non remittetur ei/neq3 in hoc seculo/neq3 i futuro. Ut si aduersus christum humanatū pro suis moribus aliquid diceret incongruū: prout eius mores fuerūt a pluribus cōdemnati: quia vorator carniū/ amicus publicanorū: demoniū habet: seducit turbas: non est hic homo a deo: quia sabbatum nō custodit: & his similia: correptis leuis est venia. Et in nostro tēpore plures indebite christu3 lacessūt: quare sic viliter nat9: quare circūcisus: quare presentatus in templo: quare fugatus regno: quare baptizatus: quare fami expositus: quare tentat9: quare lachrymatus: quare orans prostratus: quare ligatus: quare passionatus & mortuus. Si verus erat dei filius: nonne poterat aliter redimere genus humanū absq3 eo q talia oparetur/& tam crudeliter pateretur? Sed omnia hec veniā leuiter sortiuntur: si non peccatur in spiritūsanctu3. Sed si quis contra spiritūsanctum dixerit verbum: nō remittet ei hic/neq3 in futuro. Si quis christum hominē ex spiritusancto dixerit nō conceptum: totius nostre fidei destruit fundamētum. Et sine fide īpossibile est placere deo/atq3 peccata remitti. Nam spiritussanct9 superuenit in virginē: et quod ī ea inuentū est/nō ex humano semine/sed ex spiritusancto est. Qui contra hoc sentit aut dogmatizat/ loquitur cōtra spiritum sanctū. Et qui quod est spiritussancti/ attribuit demoni: similiter facit. Dixerant ipsi nō in spiritusancto/sz in beezebub christū demonia eijcere: quod est blasphemiā irrogare. Sed omissis intelligētijs plurimis: ad duo q hic videnē grauia reuertamur. Dictū est spiritum blasphemie nō remitti: & contra spiritūsanctum dicere verbum/non remitti in hoc seculo/ neq3 in futuro: Blasphemiā aduersus homines dimittamus: & iuxta verborum intentionē sequamur authorē. Non eñi eatenus in deū quatenus in homines blasphemia irrogatur: q̄uis per similitudinem vnius possit ad cognitionem alterius ingredi. Blasphemia nomen est grecū: quod vna platione latine multiplicis mala sonat: qua p negationem & affirmationē prout domin9 dabit/ipsam declarabo legentib9: vt ex blasphemia hominū possimus aduertere quid sit blasphemare dominū deum. Dicere homini: vah volare nō potes: ignem nō vales illesus cōtingere: siccis pedibus sup aquā incedere: mobile3 facere per contactū stabilem terre molem: nulla blasphemie iniuria irrogat. Nam huiusmodi actus et passiones impossibilitate nature se diuidūt: q̄uis plerūq3 in talibus gratia fuerit supergressa natura3. Quispiam adhuc dicet: Non videbis oculis clausis: piunctis labijs loqui nescis: aure obtusa nō audis: non olfacis emunctis naribus: nec discernis sapores abs gustu: stellas tāgere nescis: nec irretito īcedere pede: futura nō nosti: holm cogitatus ignoras: nec habes quod certū est denegasse naturam: neq3 blasphemie aut alicuius iniurie habere fertur indiciū. Na3 quod natura negat: potentia nō cōcedit: suppetit scientia nulla: nequit inficere ars inuēta: nulla possunt blasphemie aut alicu9 iniurie inferre conuitia: si alteri ab altero per improperium proferant. Sed si que natura/potentia/sciētia/ ars inuenta cōcessit/ a quoq3 improperatiuo fastu remoueas: blasphemiā non modicā irrogas. Si per improperiū vias attribuis homini quod nullo iure sibi cōpetere potest: nullā dicis blasphemiam. Si remoues ab eo quod sui est iuris/ blasphemie intulisti notā: si tibi fecisti pprium quod pprie ppriū erat alterius/blasphmasti. Blasphemia etenī esset ad hominē si ridere vellet equus: qui & blasphemaret/ si hynnire vellet capra. Rugitus leonis nō competit porco: nec grunnire leoni. Si tuā potentiā/nobilitatē/acuitatem animi tui alteri non pcedis/aut que tue sunt possessionis & iuris: nō blasphemasti: sed si que tui sūt dedecoris atq3 culpe/alteri tribuisti: proculdubio fecisti blasphemiā. Multa quidē & alia sunt que istā a christo damnatā declarāt: sed ipsa3 epimonice breui verbo diffiniā. Blasphemia est generalis illa iniuria: cū remouetur per improperiū ab aliquo quod habet a natura potentia siue scientia/siue ab arte quesita. Blasphemia est remouere ab hoīe quod sui est iuris. Blasphemia est tibi appropriare quod ppriū est alterius: blasphemia alteri apponere tuā notam. Blasphemia est in contemptū atq3 despectum alteri9 dicere aut facere quod certissimū est displicere: nec ad tuū cōmodū inflecti posse

quod dicit aut agitur. Blasphemia est cum debita quisqȝ suo iusto creditori non soluit. Blasphemia est cum quis regē in sterquilinio / in tribunali seruum vellet videre sedentē. Blasphemia est velle peruertere ordinē iusticie atqȝ morum. Blasphemia est cū alicui dicimus malum placere quod displicet: ꝛ bonū displicere quod placet. Blasphemia est inexceptuata iniuria / in exceptuata malorum suspicio / inexceptuatū opprobrium. Ex his igitur compilatis quid sit deū blasphemare cognosce: vt quotienscūqȝ in veteri testamento aut nouo / blasphemie verbum occurrat: ad has diffinitiōes recurras: vt quid sit deum quenqȝ blasphemare cognoscas. Ac per hoc luce clarius intelligenti patebit / sine blasphemia nullū posse cōmitti peccatum: cū blasphemia sit importune facere quod displicet: aut sine damno nō facere opportune quod placet. Sed quia blasphemia est malū quod ore ꝓfertur / ꝛ cito meretur veniam: spiritus blasphemie est quod corde credit atqȝ sentitur: qui nisi ejiciatur / non recipit indulgētiam: ꝛ quāto difficilius est cor mutare ꝙ corrigere verbū: tanto difficilius spiritus blasphemie veniam consequit / ꝙ blasphemia que solo ore ꝓfertur: idcirco de blasphemia ꝛ spiritu blasphemie in deum / oportet longiore sermone differere. Blasphematur deus cum relinquitur in suis legibus ꝛ mandatis alia copulatiōe quesita. Improperat de dei

Esa. 1. populo esaias: Dereliquerūt dominū: sanctum israel blasphemauerūt: alienati sunt retrorsum. Et cū sua non custodimus eloquia / blasphemamus. Quod idē ait: Abiecere legem domini

Esa. 5. exercituū: ꝛ eloquium sancti israel blasphemauerunt. Vituperant legem abijcientes: ꝛ deū insequitur maledictis / qui eius eloquijs nō prestat assensum. Naȝ quid aliud est blasphemare suū eloquium / nisi reprobare tanꝙ falsum aut defectuosum: ipsum nō credere verū aut virtuosum: aut ad seipsum existimare aduersum quod est in nostra vtilitate prolatum? Ad sui blasphemiam sibi arrogabat omnipotēs: cum cultus diuinus idolis offerebat: atqȝ adiutorium ꝛ consilium expetebatur ab eis: quod solius dei erat ꝯcedere: ꝛ sperabat ab eis quod in solo deo decebat sperare: et omnis placitus rerū euentus ab idolis credebatur: quod qui romanas ꝛ gentiles historias recolit / quod dicit non ignorat: quomodo idolis omnia tribuebant. Proinde referebant in thurificationib⁹ ꝛ sacrificijs simulachris gratiarū sedulas actiones. Quod per esaiam con-

Esa. 52. ditor omnium deus inquerulat. Et iugiter tota die nomen meū blasphemat. Quod apostolus ad romanos hoc idem repetens / cū additione

Rom. 2. quātali clarius verbum fecit. Nomē enī dei per vos blasphematur inter gentes. Que blasphemia hoc insinuat: ꝙ dabatur idolis quod diuini fuerat iuris. Quod si non idolatrico cultu agit in christianis / pestifero tamē sepe more peragitur: vt dominus ꝛ nomen eius culpabiliter blasphemetur. Quod tunc fit cum sua visibilia ꝛ inuisibilia iura per fideȝ ꝛ credulitatē / per amorē ꝛ actionem in aliquē diriuamus. Unde cū christus ignoraretur ꝙ esset deus: cum aliqua dixit que solius erant dei / fuit appellatus blasphemus. Dimisit peccata paralytico: ꝛ dictum est: Mat. 9.

Hic blasphemat. Interrogatus est a caypha si Mat. 26.

filius erat dei: responsione accepta / cū scissione vestium ipsum appellaunt blasphemū: quia solum ab eis existimatus homo / videbat sibi usurpare diuinū. Quod in quadā congressione verborū iudei expresserunt: cum excusare se vellent / ꝙ nō eū querebāt lapidare de bono opere sȝ de blasphemie spiritu / dicētes: De bono ope Joan. 10.

non lapidamus te / sed de blasphemia: quia tu homo cū sis / facis teipsum deū. Acsi dicere velint: Nulla maior blasphemia / ꝙ hominē ex natura humana velle habere diuinū. Quo volendi genere peccauit angelus: ꝛ criminatus est hō primus: criminatus quicūqȝ similia imitatus. Que esaie ꝛ apostoli verba si ad aliam intelligentiā referantur: nomē eius blasphemari conspicitur cū in vanum nominat: et pro sterilibus verbis ꝛ promissionib⁹ friuolis / et multotiens vitiosis adhibetur in testem. Magis vero ista blasphemandi sententia colligit / cum sibi ab improbis attribuitur quod nulla sibi potest lege assistere: ꝓut qui crudelem / immisericordē / rerum improuisorem / gubernatorē iniustum / acceptorem personarum / curam nō gerere de creatis / stateratorem bonorum et malorū iniquum: plus inferre pene ꝙ culpe conueniat: non tantū tribuere virtuti ꝙtum expediat: spiritu blasphemo cogitāt aut ore blasphemo loquūtur. Necnon credentes nō esse quod erat / inferebant blasphemias. Nam in cruce pendēs / a seipso derelictus in penis: a latrone reprobo / a phariseis / a scribis / et turbis est mordaciter blasphemat⁹: qui nō credebant diuinū quē sic aspiciebāt ꝯfixum. Et dānabilior erat spiritus blasphemie qui erat i corde ꝙ verbum blasphemie ꝓlatum ex ore: quod nō ꝓferret nisi a corde emitteretur. Sententia enī est saluatoris / ꝙ blasphemia cum alijs vitijs ex Mat. 15.

corde ꝓcedit. Et quoniā caput christus non est ꝓcisum a corpore suo / quod est ecclesia: proinde si quis ecclesiam dei ꝛ authoritatē ꝛ virtutem / ꝛ sanctos eius spiritu blasphemo aut ore cōtigerit: blasphemie culpis / iusticie penis ꝓ rato delicti atqȝ pctī librāmēto equitatis diuine obnoxius subiacebit. Igit ꝙ legis / hec mala deuita.

Qui dixerit verbū in spiritumsanctum / nō remittetur ei. Ca. XXIII

Ad secundū vero quod timore horrendo nostrū propulsat auditū: concutit cor: hebetat intellectū: ꝙ inuenitur aliquod nō remitti peccatū / quod dicitur in spiritū sanctū: multa est diligentia ꝓ intelligentia insudandū: sed verbor connexionē prius inspiciamus. Dicit ipse saluator: Qui autē dixerit Mat. 12.

verbū contra spiritūsanctū / nō remit Mar. 3.

tetur ei / neqȝ in hoc seculo neqȝ in fu Lu. 12.

turo. Mirus loquēdi modus: que loquēdi ꝯdi-

tio: que locutionis necessitas: ad quid additio
ista / neqꝫ in futuro? Nam sonare videtur ꝙ pec
catũ aliqñd suscipere possit veniam in futuro.
Quod si est: quod est illud? Originale / aut veni
ale siue mortale? Si autem quod hic non susci
pit veniã / neqꝫ in futuro suscipiet: superflua est
ista negatio / neqꝫ ĩ futuro. Si peccatũ aliquod
in futuro remissionẽ suscipiet / quam hic primo
nõ susceperit: erũt ergo in futuro seculo sacra-
mẽta: ergo iterũ militabit que triumphare cre
dit ecclesia: ergo nõ vnũ erit iudiciũ / ꝑsens scꝫ
et futurũ: et quod hic nõ suscipit / alibi suscipi-
et. Ergo erit penitentia: erit ꝯtritio: erit cõfes-
sio: erit absolutio: erit satisfactio: erit aq̃ asper
sio: erit sacerdotis benedictio: erit oratio: erit
chrisma: erit iterũ extrema vnctio: erit predica
tio: erit missarũ celebratio: erit cõmunio: erũt
opera misericordie: erit tũsio pectoris: erit pe
regrinatio: erit iniuriarũ remissio: erit pro ori-
ginali malo baptismus: quibus omnibꝰ in hoc
seculo peccatorũ olim genera relaxant: ⁊ remis-
sionem ſm religionẽ christianã suscipiũt: nec
ſm orthodoxam fidem aliter remitti possunt.
Verum est ꝙ ista ĩ seculo futuro nõ sunt: licet
peccata purgantur: sed purgatio futuri seculi
nõ est remissio: quia nihil ibi purgat nisi quod
hic remittitur. Et multa hic remissa sunt dolo
re precunte sacramentali mysterio: que per in-
terioris doloris abundantiã / corporis actionẽ
et penã purgata nõ sunt: nec futuri seculi pur-
gãtibus addita flãmis. Et quod hic nõ remit
titur: seu qui remissionẽ in hoc seculo sub isti-
us sancte matris ecclesie iusto et misericordi
iudicio anteqꝫ moriatur / nõ suscipit: ĩ futuro nõ
tradetur flãme purganti: sed flamme crucianti
mancipabitur in eternũ. Et qui hic ab origina
li malo flumine benedicto ĩ catholica fide / tri-
nitatis inuocato mysterio / aut sanguine fuso ꝑ
christo / aut flamine supinfuso nõ abluitur: nec
in futuro seculo a bluetur. Et si nõ apponetur
gehennalibus flãmis / neqꝫ affligetur in penis:
visione tamẽ carebit dñi saluatoris. Sed hoc
tñ dico ꝑ paruulis non ablutis. Qui autẽ atti
gerunt puectiorẽ etatẽ ratiõis capacẽ / offendẽ
tes in lege nature / ĩ lege origi nalis iusticie / seu
in moysaica et ꝓphetica lege: in aliqua trĩũ ab
lutionũ in ꝓpria ſ. de ablutĩ nõ fuerint: sicqꝫ de
cesserint: vt pueri non videbunt deũ: ⁊ vt malo
rũ autores ſm magis et minꝰ iusto dei librantc iudicio habebunt asperũ sensum. Iterum se
offert questio pre foribus non linquenda. Sũt
et venialis peccata: quorum omniũ nõ potest
esse memoria: in contritionẽ dearticulata non
veniunt: sacerdotibus nõ panduntꝰ: que si non
in hoc seculo / in futuro remittunt. Ego aũt au
dacter affirmo: ꝙ oẽ peccatũ delectabiliter
cogitatũ / et cui volũtas prestauit assensũ / pro
latum aut factuꝫ / veniale siue mortale: de quo
ante mortẽ potest esse contritio: si nõ dearticu-
late / saltem indistincte: et si potest tractari sa-
cramẽtale mysteriũ / et nõ fit: nõ ad remissionẽ
aut ad purgationẽ in alio seculo reseruat / sed
ĩ eternã autorẽ detrudit penitus gehẽnã. Naꝫ
impenitentiã venialis peccati dico esse morta-
le peccatũ edificans ad gehennã. Sed hoc a
cordibus fideliũ eximat: ꝙ si q̃s absqꝫ morta-
li existens peccato / q̃uis venialibus irretitus:
repẽte aut subito nimia celeritate mortis iacu
lo feriretur ꝙ nullũ contritionis esset spaciũ /
nec confessionis remediũ: ꝙ nec eternis affli-
geretur penis: et remissionẽ post mortẽ / simili-
ter et purgationẽ / dei misericordia largiẽte sus
ciperet. Quod si ad hunc articulũ eñ / illud ne-
qꝫ in futuro: quasi sit possibile in futuro pecca-
ta remitti: saluator noluerit declarare / penitus
ignoramus. Sed large tenentes peccatorũ re-
missionis verã sententiã: adhuc verbum anne-
xum / scꝫ neqꝫ in futuro / in pendulo est: et ꝙ sal
uator sic dixerit / vere sic est. Nec quod dicit est
contra sententiã saluatoris / sed ad eliciendam
certitudinẽ veritatis. Sed iterũ atqꝫ prius ad
connexionẽ verboꝝ / retrograda ꝯsyderatione
redeamꝰ. Ait eñ: [Quicũqꝫ dixerit ver
bũ cõtra spm̃sctũ / nõ remittet ei.] Igit solũ
verbũ dictũ non remittet: igitur nec ⁊ factum.
Maius est malũ facere ꝙ dicere: aut maius di
cere ꝙ facere: aut dicere nõ remittet ⁊ facere re
mittet: an si nõ remittetur dicere / ⁊ multo ma-
ius facere. Titubat hic animꝰ / ꝙ ista sententia
sonat: quã ꝑ occultas venas discutiẽtes introi
bimꝰ duce ducẽte in serenũ atqꝫ planũ eiꝰ. Qui
cũqꝫ dixerit verbũ cõtra spm̃ sanctũ / diabolus
est aut mẽbrũ eius. Sed habet mẽbra ⁊ mẽbra
mala / ⁊ peiora / ⁊ pessima. Optat diabolus ho
minẽ ledere / insidiaturqꝫ omnibꝰ. Dux est ma
lorũ: complices eius sequũtur ducẽ. Dixit in
corde diaboli membrũ verbũ contra spiritum
sanctũ: verbũ scꝫ immutabilis propositi ad le-
sionem inferendã. Dixit eñ ĩ corde suo: nõ mo
uebor a generatione in generationẽ sine ma-
lo. Obstinatus peccator immutabilem se dicit
ad maluꝫ: nec quiescit donec ledat quod odit.
Nec se de mũdo non credit exire / nisi malũ ꝑfi-
ciat quod ipse cõcepit. Rebellat hic sane gra-
tie mutatrici / qui se ĩ corde denegat ab ipsa vel-
le mutari. Et mortis reprobat incertũ euentũ /
q̃ ante ipsã credit ꝑficere cogitatũ. Dixit ⁊ ali-
us verbũ in corde contra spiritũsanctũ / qui de
um immemorẽ in corde suo appellauit: ⁊ etiam
existimauit illius peccata in fine nolle punire /
cuius vitã impunitã sinit abire. Ait eñ scriptu
ra: Dixit eñ peccator in corde suo: oblitus est Psal. 9.
est deus: auertit faciem suam ne videat in finẽ:
Peccaui: non pertuli penam: oblitus est deus
preceptũ ꝓterii: mansi absqꝫ tortura: oblitꝰ est
deus. Belial sum: oblitus est deꝰ. Ab initio cõ-
fregi virtutis iugum: deo seruire contempsi-
oblitus est deus. Faciam ampliora / immo de-
teriora: erũt ĩpunita vt prima posteriora. Qua
re? Oblitus est deus: et auertit faciẽ suã / noti-
ciam sapientie sue ne videat in finẽ: ne quod ĩꝑ
senti non vlciscit / nec etiã in finẽ vlciscet. Sed

adhuc nõ quiesceret dicere verbum contra spi ritumsanctũ. Vide quid secut⁹ adiunxit: vt sub interrogatione ac responsione ꝓpheta decla- ret/ ꝓpter q̃d irritauit impi⁹ deũ. Respondit ⁊
Psal.9. ipse: Dixit em̃ in corde suo/ nõ requiret. Quid nõ requiret? Bona vt premiat: nec mala vt pu niat. Negat iste in corde suo premia iusta: ne- gat penas atq; flagella derisoribus. Negat p̱- cutientes malleos corporibus iniustorũ. Con- tra spiritũsanctũ in corde suo verbũ dixit: qui benignus est iustis: et iustus in iudicijs pecca- torũ. Sz horũ vide improbationẽ p̱ illud quod sequit: Vides quoniã tu laborem ⁊ dolorẽ con syderas/ vt tradas eos in manus tuas. Quod ⁊ in Ecclesiastici sententia ex omĩ parte ꝯfirmat:
Eccli.16. Nõ dicas: a deo abscondar: et ex summo quis memorabitur mei? In populo magno nõ ag- noscar. Que est anima mea in tã immensa cre- atura? Ecce celũ ⁊ celi celorũ/ abyssus ⁊ vniuer sa terra/ ⁊ que in eis sunt/ in cõspectu illius cõ- mouebũtur. Mõtes simul ⁊ colles ⁊ fundamẽ- ta terre: cũ cõspexerit illa de⁹/ tremore cõcutiẽ- tur. Et in omnibus his insensatũ est cor: ⁊ omẽ cor intelligit ab illo. Qui etiã dicit verbũ ꝯtra spm̃sanctũ/ iniust⁹ est: q: spũssanctus iustus est. Iniustus loqtur cõtra iustũ: q: iniust⁹ est: et ex ipso quo cõtra iustũ loquitur/ fit iniustus: et si ante fuisset iustus. Sed vbi dicit/ aut primo lo
Psal.35 quit iniust⁹/ psalmista docet: Dixit iniust⁹ vt de linquat in semetipso. Ubi dixit iniustus? cui di xit? Nõ extra per verba sonãtia: nõ auri audi- enti. Sed vbi dixit? In semetipso. Quid dixit in semetipso? Ut delinquat: vt deũ deserat: vt ipsum offendat: vt peccet: vt ledat: vt se prohi- bitis nectat. Et quare? Quia non est timor dei ante oculos eius. Timor dei donũ est spiritus- sancti: contra quẽ iniust⁹ dixit in semetipso: sci licet deliberauit in mente. Igit erit istud dicẽ- re verbũ contra spiritũsanctũ irremissibiliter: scz timore carere/ deliberate malum perficere.
Eccli.1 Quid in? Dicit em̃ scriptura: Qui sine timore est/ nõ poterit iustificari. Qui em̃ nõ iustificat/ nõ remittit ei/ sed retinet peccatũ. Sustine am plius/ vt videas clarius: quid est verbum dice-
Psal.13. re irremissibiliter contra spiritũsanctũ. Dixit insipiens in corde suo: non est deus. Ubi dixit insipiẽs? In corde. Cui dixit? Nemini. Cui di xit qui in corde dixit? Cõtra quẽ dixit? Contra deũ: quia dixit/ nõ est deus. Et nihil maius cõ tra deũ/ q̃ esse negare deũ. Quis deus? Pater et filius et spiritussanctus. Quia si nõ est pater neq; deus filius/ neq; deus spiritussanctus. Si non filius/ neq; pater et spiritussanctus. Si nõ spiritussanctus/ neq; pater et filius. Relati ua sunt em̃: et vnus sine alio esse non potest. Et
1.Jo.5. tamen non tres dij/ sed vnus est deus. Quod ei remittet peccatũ/ dicenti nõ esse deũ spiri- tũsanctũ. Sed qui dicit verbũ contra spiritũ- sanctũ/ dicit contra patrẽ et filiũ: quia sicut tri nitatis opera sunt indiuisa: ita et facte offensi ones ad ipsaz. Quare igitur magis inuehitur

contra verbũ in spiritũsanctũ/ q̃ contra verbũ in patrem et filiũ? Questio est subtilissima hic penitus nõ pandenda: sed intende quod cepi- mus. Quis dixit? Insipiẽs. Quis insipiens? Qui sapientia caret. Sapientia nobilius do- nũ est spiritussancti. Ecce duo dona extrema spiritussancti/ scz timor ⁊ sapientia: quib⁹ carẽtes iniusti⁹ ⁊ insipiẽs: nõ ore/ sed in corde cõtra spi ritũsanctũ dicũt: quia iniqui in corde/ et corde locuti sunt. Nã proculdubio maius malũ est in corde de deo trino ⁊ vno/ et de incarnato ver- bo atq; fide male sentire/ q̃ ore ꝓferre/ aut ope re malũ facere. Et ali⁹ dixit in corde suo verbũ cõtra spiritũsanctũ: quẽ ꝓpheta Esaias cõme- memorat: Quõ cecidisti lucifer q̃ mane orieba Esa.14.
ris? Corruisti in terrã qui vulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo: In celũ cõscendã: su pra celũ exaltabo soliũ meũ: sedebo in mõte te stamẽti in lateribus aq̃lonis: Ascendã sup alti tudinẽ nubiũ: similis ero altissimo. Vide quõ iste p̱ omnia in corde verbũ dicebat contra spi ritumsanctũ: vide quomodo in isto erat spiri- tus blasphemie in spiritumsanctũ/ dicens ver bũ contra ipsum. Quid dicebat in corde suo? In celum conscendã. Celũ insinuat celata ⁊ al ta mysteria scripture sacre: secretam superna- liũ morũ scientiã: reuelatio quorũ spectat ad spiritumsanctũ. Nam altissime sapientie/ intel ligentie/ scientie dona in ipso sunt: ab ipso lar giuntur: ab ipso ꝓcedunt: et vbi vult spirat: et cui vult ⁊ quõ vult/ ⁊ quãdo vult. Ad hoc cela tũ celũ nullus nisi ipso vocante cõscẽdit: null⁹ accepit nisi cui ipsa dedit: nulli dedit nisi qui se humiliauit. Super humiliatos requiescit spi- ritussanctus. Errat qui se credit per se sapere diuina mysteria: sui acutate intellectus intelli gere sacre scripture secreta: supernaliũ morũ sursum agentẽ ferentiuz sine spiritusancto ha bere peritiã/ scientiã atq; vitã. Ecce verbũ di- ctũ cõtra spiritumsanctum in corde. Sed vide quod sequit: Super astra celi exaltabo solium meũ. Sed qui ꝓpria virtute se subleuat/ ꝓpria defectione deijcit. Astra intelligibilis empy- rei aut intellectual celi/ angeli sũt: supra quos quis ascendit? Celũ scriptura est: cui⁹ astra ful- gentia sunt luminosissime veritates: quarũ do- ctrinã solũ spiritussanctus habet inferre. De quo saluator ait: Cũ autem venerit ille spiritus Jo.16
veritatis/ docebit vos omnẽ veritatẽ. Astra ce li sunt sancti fulgentes vita ⁊ doctrina ꝓsentis ecclesie. Ipsa etenim celũ dicitur. Super ista quis ascendit? Conditor deus qui carne vela- tus descendit. Bene igitur contra spiritũsan- ctũ in corde suo protulit verbũ/ q̃ sup astra ista exaltare voluit soliũ suũ. Solium sedes est re- gum. Reges sedentes in solio solent iudicare subacta: discernẽdi proferre iudicia. Sed quis hominũ nouit in solio sue mentis iudicare de substãtijs sepatis/ de spiritib⁹ almis/ de vitali- bus luminosis/ de sãctis ꝓfectis: nisi conditor olm deus/ qui est spũssanctus? Quis igit ꝓsu-

met exaltare iudicũ solũ/nisi temerarie et mente superbus: qui in corde suo verbuz dicit contra spiritũsanctũ: Cuius sanctificatione sanctuz est quicquid est sanctũ: et clarescit quicquid est verũ. Unde sequentia verba contra spiritũsanctum in corde prolata: Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Sedere actus est quietis. In monte testamenti. Quis mons testamenti: nisi altitudo hereditatis diuine/ex paterno testamento morte interueniente/ qua confirmatur testamentũ/filius hereditatẽ sortit. Quod hic tangit/magni est mysterij: pluri mos ramos habet: breuitatis secure succidaz. Oportet filiũ esse legitime natũ/ aut adoptiuũ q̃ hereditatẽ assequi concupiscit. Nõ est filius proprius neq̧ adoptiuus/qui verbũ dixerit cõtra spiritũsanctũ. Filius vnus est proprius cui semp fuit esse: quod preteritũ et futurũ sedit atq̧ sedebit non habet. Boni autẽ ceteri per spiritussancti gratiã sunt adoptiui. Sic eñ dicit
Roma. 8. Apostolus: Accepistis spiritũ adoptionis filiorũ dei: i quo clamamus/abba pater. Ipse eñ spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro/quia sumus filij dei. Si aũt filij/et heredes. Qui vero per spiritũsanctũ adoptiui sunt: et altitudinez adoptionis cognoscũt: modũ adoptionis credunt: magnificam bonitatem adoptantis animo et moribus venerantur: volunt hereditatẽ in monte testamenti / in altitudine bonorũ ineffabiliũ: sed nõ in lateribus aquilonis: quia ab aquilone pandet omne malũ: in cuius lateribus sedere contra spiritumsanctũ fator elegit. Animat animus plura disserere contra in spiritũsanctũ verbosum/quare ipsum remissio non sequatur: quod electio sessionis in lateribus aquilonis satis aperte declarat. Latera aquilonis tpalia bona significãt: que frigidã animã faciunt a charitate/in cordibus veror ũ fideliũ diffusa p spirtũsanctũ. A qua frigiditate omniuz cõscientia teste pgredit oĩe malũ. Ait etiã sal
Mat. 24. uator: Quoniã supabũdauit iniquitas/refrigescit charitas multor. Nõ omniũ negauit charitatem/sed multorũ: qui hic et in futuro peccatorũ remissionem nõ assequũtur: quorũ numerus sicut et electorum soli deo est cognitus. Sed si nobis damnatorũ incertus est numerus: defectus qui nobis est ex fide vsq̧quo certissimus/quis est. Frigiditas charitatis signata in lateribus frigidi aquilonis: a quo ẽm Hieremiam/pandetur omne malũ: septiforme scilicet cõtra septiforme spiritussancti donũ. Et ecce verbũ irremissibile dictũ contra spiritumsanctum: peniteat/doleat/ gemat/laboret/ agat quod vult bonũ: remissionẽ nõ recipiet charitate priuatus. Ipsa sola est que remissionẽ impetrat peccatorũ: cuius frigiditas generat omne malũ. Heu quid elegit sedere in lateribus aquilonis: Quod malũ ẽ quod frigiditas ista nõ faciat: Quod malũ est quod tẽporalitas et tẽporalis claritas et mũdana serenitas nõ inducat: Dicam audacius/quod cognosco clari

us: Nullũ. Ad quã credulitatẽ vide testimoniũ scripturarũ. Salomõ dixit: Uẽtus aqlo dissipãs Eccle. pluuias. Flatus malus qui ab aquilone procedit/imbrem/sanctarũ ac celicarũ doctrinarũ auertens. Charitatis eñ frigiditas confundit flãmantia verba: nec pluuiam suscipit celitus missam/feruefactem ab igne diuino. Et vatici Esa. 14. nabatur Esaias/ dicens: Ab aquilone fumus veniet: et nõ est qui effugiat agmen eius. Frigiditas charitatis et temporaliũ frigidus amor generauit in hominibus superbie et vanitatis fumũ: et fere nullus inuenit eius agmen euadens. Ipsa rerũ experientia clamat: quantus sit in hominibus appetitus honoris ⁊ laudis/dignitatis et glorie: quanta in moribus extollẽtia: quantus fastus i vita: quot nouitates i malũ: quot vanitates in vestitũ: vt pauci reperiant qui ab aquilonari fumo nõ inuoluant. Necnon aqlonaris fumus peruersuz dogma significat: quem de puteo abyssali Joães in apocalypsi exire cõspexit: a quo obscuratus est sol/ scz intellectus humanus/⁊ sancte cõtemplatiõis aer. Qui fumus generauit locustas/ pistorie aias incedentes: necnõ se subleuãtes p temp⁹a terrã altitudinẽ virtutis: sed statim relabentes in ima: vnde pmodicũ fuerant q̃ndoq̧ subleuate: habentes nefariã et defectiuã potestatẽ permittẽte deo more scorpionũ inferre subdole lesionẽ per dogmatis peruersi seminariũ conant: nullo valẽte prefugere/nisi qui signũ dei discretiuũ a malis/in fronte mẽtis ⁊ corpis indelebiliter habuit impressũ. Sed sicut deficit fumus/peccatores deficient a facie summi dei. Ecce ab aqlo- Hiere. 1. ne omne malũ culpe: ab aqlone ventus cõfundens donũm bona. Ecce ab aquilone fumus rectos oculos rationis multimode ledens. Sed iustũ est vt vnde culpa exorit/inde plectens pena oriat. Ille idem qui vidit ab aquilone omne malũ pandi/vidit ollã diuine iusticie igne vindicte succendi: sed facies eius erat a facie aqlonis: vt inde feriat diuina iusticia quo processit malicia. Et malũ punitiuũ idẽ vidit Hieremi- Hiere. 1. as ab aqlone: vt malũ culpe malũ pene rescul pat. Iterũ autem dicit vox auditionis: Ecce ve Hiere. 10. nit: et cõmotio magna de terra aqlonis/ vt ponat ciuitates iuda in solitudinẽ ⁊ habitaculum draconum. Aquilo te duxit ad facinus: aquilo te multabit vt commouearis: nec quiescas aliquando inquietus ad malum. Et desolent anime que nomine confessi sunt deũ/ negauereq̧ factis. Et habitaculum fiant demoniorũ/ qui angelorũ consortiũ prauis moribus atq̧ frigidis contempserũt. Sed nec semper erit federatio ferri et eris ab aquilone: nam necessario dispergende sunt diuitie charitate carentiũ/ et nõ calentiũ animarũ habitantiuz in lateribus aquilonis. Igitur vide quantũ quale verbũ in corde contra spiritumsanctũ dixerit/ qui sedere voluit in lateribus aqlonis/charitate se priuans: que donum sanctispiritus est muneris. Nec ergo mireris/si remissione hic et in futu-

ro nō suscipit: magis attēde qd sequenter adiecit: Ascendā inquit sup altitudinē nubiū: similis ero altissimo. Nubes predicatores a rebus sublati sunt terrenis. De quib⁹ alio loco dicit
ipso salomone dicēte: Nunq̄ tibi placeat malo Pro.4
rum vita. Iudicat salomon meretrices: ⁊ ꝑ gla
diū verū ⁊ falsum inuenit amorē. Facit tēpluz:
totū se occupat in diuinis. Facit domū saltus:
querit ⁊ ipse cōtēplationi vacare. Nō inuestige
mus opa salomonis: euangelica tractāda susce
pimus. Sapiētia vero eius nō ab eo/ nō a patre
carnali/ aut a libro/ aut ab homine/ aut ab ange
lo habuit initiū: sed ꝑ reuelationē ⁊ infusionem
⁊ gratiā. Legiť nēpe in regū volumine/ q; dñs si
bi apparuit: licentiam atq; audaciā dans peten
di quod vellet. Qui se vidit electū regem ad re 3. Re.3
gnū: nō diuitias/ nō longitudinē vite/ nō inimi
cor aīas: nec q̄d aliud: sed tantūmodo ad sa
pientiā tria ꝑtinentia postulauit: scz vt daretur
sibi cor docile: iudicare recto iudicio pplm: dis
cernere inter bonū ⁊ malū. Cor em̄ docile diciť.
quod facultate intelligēdi ap̄hendit audita: te
nacitate memorie ꝯtinue q̄ app̄hēderit secū por
tat. Sed multi hec habuerūt/ q̄ non petiuerunt.
Multi hec habuerūt/ q̄ deū offenderūt/ recesse
rūt/ errauerūt. Habuerūt em̄ bonā intelligētiā:
sed nō sanū intellectū: bonā memoriam/ sed nō
bonā mentē. Preualet em̄ bon⁹ intellect⁹ bone
intelligētie: ac etiā bona mēs bone memorie an
teferť. Sed petebat salomon cor docile in diui
nis: sicut postmodū esaias ꝓphetauit de gene
ratiōe futura. Et erūt oēs docibiles dei. Cor aūt Ioh.6
docile in diuinis/ ꝑ abnegationē et positionem

sit. Abnegatiue cor docile in diuinis constituit/
quod terrenis/secularibus/hūanis/curiosis/ad
re diuinā nō ptinētibus: nec virtuosum ꝯstituēti
bus addiscentem: nec diuidentib⁹ ab infectis ꝛ
inficiētib⁹ mūdi reb⁹: idocile/indisciplinabile/
nō inēorabile existit. Positiue vō quod ad hoꝶ
ꝯtrariā volūtatē ꝛ aptitudinē habet: solū paratū
ad diuinā doctrinā ꝛ influentiā iustificationū ꝛ
charismatū spūssancti cū voluerit īspirare. Sic
Psal. 118 em̄ parat⁹ erat Salomōis pat q̄ dicebat: Doce
me iustificatiōes tuas. Viā iustificationū tuarū
instrue me: ꝛ exercebor in mirabilibus tuis. Et
iterū: Da mihi intellectū ꝛ scrutabor legē tuā: ꝛ
custodiā illā in toto corde meo. Et inclina cor
meū in testimonia tua: ꝛ nō in auariciā. Et para
tus sū ꝛ nō sū turbat⁹: vt custodiā mādata tua.
Et bonitatē ꝛ disciplinā ꝛ sciaꝫ doce me. Ad ti-
2. Timo. 2. motheū vero scribit aplus: ꝙ seruū dei oportet
esse docibileꝫ. In quo igit̄ debet esse docibilis
seru⁹ dei? Tantū in his q̄ sunt ad seruitium dei.
Tota em̄ bonitas est serui/nolle in alio doceri
ꝙ in seruitio dn̄i sui. Recto vero iudicio ppłm
iudicare/regentium maxima est virtus. Multi
fallunt̄ inuiti: ꝛ cum volūt recte iudicare nō pñt.
Latēt em̄ eos plerūq; q̄ gerunt̄ in ppłis: vt etiā
vnus torqueat̄ in causa alterius: ꝛ vt inueniat̄ q̄
male fecit/q̄stionat̄ vt plurimū q̄ ꝓ tali causa ni
hil mali fecit. Et vt inueniat̄ nocēs/exarat̄ ver-
beribus innocēs. Et ignorantia iudicis fecit in
nocenti torturā. Et seueritate torquēdi vt inue-
nirent veruꝫ/extorserūt mendacium. Malebat
tortus crudeliter ꝯfiteri quod nō fecit: ꝙ diu ve-
xari intolerabilibus penis. Et seipm̄ occidit: si
cōfessus est quod nō fecit. Agitabat em̄ eum ve-
hementia tormentoꝶ: volebatq; vitare: mitiorē
estimās breuē mortē: aut ꝯfidēs ne suū verbum
mendax intolerabili pena ꝓlatū/morti conscitū
innocentē manciparet: aut fino necdū fuerat ex
pertus alterius seculi crudeliora tormēta: q̄ ab
oīno immisericordibus inferunt̄: nec satiant̄ af-
flictoꝶ penis. Ita nāq; homicidium est seip suꝫ
lingua sine gladio interficere: sicut aliuꝫ gladio
ꝛ verbo perimere. Naꝫ qui p̄cepit/nō occides:
de homine dixit. Et qui seipsum interficit/homi
nem perimit. Rex autem aut iudex reipublice
2. Reg. 1. tutor/hominem iudicabit ex verbo dicens: Os
tuum contra te locutum est. Dictabit sententiā
qualē ꝑ iusticiam nouerit conuenire delicto: et
innocens luet iniquitatem alterius. Iudex se te-
nebit insontem/credens interficere aut punire
nocentem: ignorās q̄ta puritate polleret inno-
cens: quem per verbum fatigando tormētis/nō
ꝑ opus fecit esse nocentem: cuius occasionē de-
derit ex torturis: vt qui innocens erat de seipso
confitendo mendacium/iudex iudicaret vt reū:
q̄ ex causa tortus fuerat/ nō fecerat aliquod ma
lum. Hoc ꝓ tanto dixerim: cum innocēs ꝓ no
cente ꝑ ignorantiam capit̄. Quid vero si ad te-
stificandū ꝓ alio quis fuerit comphēsus: dūmo
do ipse nō habeat̄ reus? Etiam ꝓ malis alienis
penas amaras sentiet/ ꝓ q̄bus culpam non de-
dit aliq̄ vt sentiret. Quid vero si armabunt̄ mē
dacijs ꝛ falsitatib⁹ testes: iniq̄ volētes aliquē in
nocentē ꝑ eoꝶ occultā in aīo cōceptā iniusticiā
ꝑ manifestā vero alicuius tribunalis iusticiā le-
dere? Fiet vtiq;. Iudicabit em̄ iudex s̄m allega-
ta ꝛ ꝓbata: ꝛ faciet innocenti iacturā/quā dicit
esse iusticiam ꝓpter causam false ꝓbatā. Nā iu-
dex coram quo questio agebat̄/ignorans oīno
rei causam/coactus est ex ꝓbatis dare sententi-
am. Quō igit̄ rectū iudiciū est ꝛ iustū: vbi penis
ꝛ testibus falsis ꝯfundit̄ verū? Igit̄ bn̄ petebat
rex Salomon: vt ꝑ eum in ppło daret̄ rectū iu-
diciū: ne cōdemnaret iustū/absoluendo aut non
puniendo reuꝫ. Qm̄ de iudicio alibi disserendū
est: hic finem ponimus. Petebat em̄ discernere
inter bonum ꝛ malum. Optima est discretio: et
ad p̄ncipem spectat. Preit discretio iudiciū re-
guꝫ: preit discretio electionē boni a malo: preit
discretio electionē melioris a bono: preit discre
tio electionem optimi a meliore: preit discretio
oīꝫ virtutis actū. Discretio germē est prudētie:
que aūt prudētia caret/faciet mala. Ipse idem
Salomō dixit: Dux qui indiget prudentia/mul Prouer. 28
tos opprimet ꝑ calumniā. Discretio act⁹ est mē
tis ab oībus sepe diuisus: vni vero attributus/
aut a multis tanꝙ a nō necessarijs se retrahēs
solū in expediētia se ꝯferēs. Discretio ꝓgressio
est anime in id quod rephēdi nō possit. Discre-
tio nunꝙ ad ea se cōtulit/q̄ a veritate rōne iusta
necessitate habēt diuortiū: ꝙ si se ꝯferret/discre-
tio nō esset. Discretio est ventilabrū animi: quo
purgat̄ a leuitate palearū inuisibilis area men-
tis. Discretio est segregatus mos/segregata vi
ta/segregata intētio: ab his q̄ ante tribunalia ve
ritatis ꝛ rōnis timent apparere/atq; verecūdia
suffundunt̄. Discretio est seorsatus amor ab oī
re turpi. Discretio est altera lingua in purgata
locutione ab immoderatis. Discretio ideo ve-
re dicit̄: quia discrepat ab omni quod virtutem
nō recipit/aut nō ab ipsa recipit̄. Discretio sem
per se tuet̄ in parte virtutuꝫ: nec vitioꝶ ꝑnoctat
in castris: tentoria sua e regiōe firmat ad vitia.
Discretio nō eligit corpa/sed spm̄: nō pulchritu
dinem formarū/sed moꝶ: nō corpoꝶ/sed virtutū
aspicit qualitatem: nō s̄m aspectū/sed s̄m factū
iudicia ꝓfert. Iuste petebat Salomō ista tria:
aptitudinem cordis/equitatem iudicij/discretio
nis virtutem. Merito ergo venit regina austri
audire sapientiam Salomonis. Sed quid chri-
stus? Comparatio inter eos non cadit. Condi-
tor est vnus: sed alter est cōditus. Ille dedit: iste
accepit. Sed que fuit sapiētia Salomonis? In
anima est sapientia. Quis ergo vidit illā in ani
mo alicuius? Nemo. Ergo ꝑ facta ꝛ verba nota
est sapientia. Inspice libros regū: apparebunt
facta eius ꝑ templū ꝛ domū saltus ꝛ viuēdi mo-
res/q̄ monstrāt sapientiam eius. Lege parabo-
las: lege sapientie librū: lege epithalamica ver-
ba: q̄ alio modo pandūt sapientiā eius: vt etiam
ecclesiasticus diceret: Impletus est quasi flumē Eccl. 47.
sapiā. Merito ergo venit regina saba audire sa

pientiā salomonis. Litteraliter fuerūt hec: my-
sterialia sunt hec. Salomō ꝛ regina. christus et
ecclesia. Mores intendimus. Plus ꝙ salomon
Coll. 2. christus. In eo sunt oēs thesauri sapie ꝛ sciētie
absconditi. Ad suā sapiā3 nos christus sub ista
cōpatiōe inuitat. Ad quā si nō accesserimus/ ve-
Mat. 25 lut fatue virgines remanebimus ante fores: nō
apertas/ sed clausas atq3 firmatas cū irremouen-
dis repagulis appositis p eternā sniam diuine
iusticie. Terreri debet omniū anim9 ꝛ ad audiē
dū moueri christi sapia3/ sine q̄ nō est salus. Nō
sufficit mūdo saluādo sapia salomonis: nō suffi
cit iudeis/ nō sufficit nobis. Non sufficit sapia
platonis/ nō aristotelis/ nō sapia ceteroꝝ philo
sophoꝝ/ nō sapia moraliū sapientū/ nō quorsli-
bet poetaꝝ: sed sufficit sapia christi/ etiā si nō es
set sapia salomonis. Sapia eius infinita est ꝛ in
compꝛehensibilis: q̄ fundati sunt celi: magis vero
creata sunt oia/ gubernant oia/ dispōnunt oia/
variant variāda: ꝛ sub ipsa trāsit ois ꝯatio cō-
diti orbis. Nō ad hāc inuitamur. Est q̄dā sapia
christi hūanis mētibus facta cōformis: cui9 du-
catu agit causa salutis. Ipsa nēpe atq3 firmiter
est vita christi: quā gessit in forma visibili: cōmo
nefaciēs oibus q̄liter oporteat viuere sup terrā
omnē hominē in vitā aspirantē supnam. Sapia
christi euāgeliū eius ē: p q̄tuor celicos notarios
scriptū. Sed forte q̄s diceret: Nō credo sapia3
istā christi: q2 stulticia. Dicam ergo: Nō credo
sapiam philosophoꝝ: q2 supbia est: p eo q̄ nitit
oia hūana rōne comphendere. Dicet iteꝝ: Sa-
piētia philosophoꝝ est ex natura: ista ex gratia.
Potioꝛ eīm est gr̄a ꝙ natura. Iteꝝ: Illa in natu
ralibus apparet: ista in moribus lucet. Adijcit ꝛ
ille: Et illa a deo in moribus fit. Respondebi-
mus: Illa in moribus nature: ista in morib9 gra
tie. Illos suos morales nō deduxit ad verum fi-
nem boni: quē3 conatu magno inuestigauerūt:
ista deduxit suos morales ad verum finem boni
quem crediderūt. Affirmabit: Illius libri custo
diti sunt a mundo/ imperatoribus/ regibus/ pn
cipibus/ ducibus/ magistratibus: ego autem di-
co libros nostros custoditos a tā altissimis san
ctis/ q̄bus dignus nō erat mūdus. Sapia chri-
sti practica est viuendi sapia: p̄ter qua3 nulla est
licita forma de vita gaudendi. Sapia christi est
claritas intelligēdi: p̄ter quā nullus est vtilis in
tellectus: ꝛ bonitas est amādi/ p̄ter quam ois dā
Actuū. 1 nat affectus. Cepit iesus facere et docere. Igi-
tur quod fecit ꝛ docuit/ vera sapia est. Euange-
lium eius est sapientia eius: sup euangelium in-
tendimus: mores reprobatos atq3 approbatos
ab ipso q̄tum possumus declaramus. Non ex-
pedit hic aliter sapientiā christi diffinire: q2 euā
gelium est eius sapientia: sine qua errat omnis
Sap. 9 scientia. In sapientia Salomonis legitur: Et
si quis cōsummatus fuerit inter filios hominu3
si abfuerit ab illo sapientia tua/ quasi in nihilum
reputabit. Ista ē sapiētia quam spiritu pphetī
co Salomon pandit: sine qua reputat nihil qui
ipsam nō nouit. Et apl's ad Corinthios dicit: ꝙ

factus est nobis a deo sc3 christus sapientia/ p 1. Corin. 1
viuendi formā ꝛ verboꝝ doctrinā. Ista sapien-
tia oēm excedit angeloꝝ atq3 hoīm scientiā. Nā
sapiētia christi validata moribus/ insinuata ver
bis simplicib9: facit de infidelibus fideles: de
idolatris latrios: de spūaliter mortuis/ spūali-
ter viuos: inimicos dei sibi reducit amicos: de
terrenis celestes: ꝛ suis instrumētis supnos rese
rat vectes: ꝛ suis moralibus seris portas obfir
mat tristes: ꝛ in sua fornace reformat diuinas i
nobis deformatas imagines. Vere plus ꝙ salo
mon christus: cuius sapiētia tam alta facta co-
gnouimus. Igit hanc sapientiā addiscam9/ ne
peamus. Sed que ista est regina austri? Queli-
bet aīa bene regi ꝛ bene regere volens. Unde
merito regina venit ad regē: vt sit ꝯueniētia no
minis/ cōuenientia officij/ cōuenientia vite/ con
ueniētia intētiōis/ ꝯueniētia moris. His cōfor-
mitatib9 apta/ regē christū se regēs aīa querat:
nec rex bonus/ nec regina bona alijs existunt/
si primo seipsos lege diuina nō regunt. Sed re
gina ista sabana est/ australis est: multa portans
multo comitatu/ multo apparatu venit: solū ad
audiendū sapientiā salomonis venit: solū fama
eam cōmouit ad regē: venit ꝛ accepit. Dimitta-
mus hec: multā eīm ministrant dictandi ꝛ dicen
di materiā: hoc solū q2 i extasi facta est/ ꝛ nimio
excessu mētis q̄d dixerit/ p nostris moribus dis
cutiamus. Videns aūt regina saba oēm sapien- 3. Re. 10
tiā salomonis/ ꝛ domū quā iam edificauerat: et
cibos mēse eius/ habitacula seruoꝝ ꝛ ordinē mi
nistrantiū: vestesq3 eoꝝ ꝛ pincernas ꝛ holocau
sta que offerebat in domo domini: nō habebat
vltra spiritū. Secundo paralipomenon dicitur 2. Pa. 9
Et non erat pre stupore in ea spūs. Vide igitur
vnde in tanta extasi posita est: quia vidit opera
monstrantia sapientiā salomonis: non vidit sa-
pientiā salomonis. In corde hominis est sapiē
tia: vbi nullus oculus videt nisi diuinus. Inui-
sibilis atq3 insensibilis est sapientia: nullis ex-
trinsecis subiacet sensibus. O cur non obstupe
scimus: cur sedulo in extasi non sumus: cur non
attollitur animus noster in excelsa celorum: in
dispositione celestium orbium: in pondere ꝛ dis
positione omniū elementorum: in numero/ pon
dere ꝛ mensura omniū rerum? Nam fecit deus Sap. xi
omnia in numero/ pondere ꝛ mensura. Cur nō
dilatatur per vasta terrarum? cur non descēdit
in profundū fluctuū? cur sua consyderatione nō
intuetur abyssos? cur cōnexionem dispariū ele
mentorum nō considerat? cur nō cōnexionem
spiritus creati ad corpus creatum? cur illam in
effabilem ꝛ omnia opera in creatura facta exce
dentem vnionem/ scilicet spirit9 increati ad spi-
ritum creatum ꝛ corpus creatum/ pro modulo
nostro non conspicimus? Pro certo non rema
neret in nobis spiritus neq3 sensus/ qui nō esset
ex omni parte admiratione perfusus. Sed ad-
mirata est ista regina sapientiam salomonis: et
per comparationē admiretur anima sapientia3
christi. Quid vidit regina? Domu3 dominicī3

templū: sed vide tu templū dei/ecclesiā sanctā.
Psal.92 Hec ē domus quā decet sanctitudo in lōgitudi
ne dierū. Hec dom⁹ dei fundata supra firmā pe-
4.Reg.25. trā: q̄ dirui nullo mō possit. Dirutū est templū
vsq̧ ad solū: asportata sunt oīa de tēplo in terrā
ꝯfusionis: dirui nō pōt ecclesia: sed crescit arie-
tātibus malis: firmaē tūsionibus: impugnatio-
nibus sumit augmentū: fusione sanguinis ma-
gnas segetes fecit: incisione vni⁹ multi nati sunt
rami: eius veritas improbata pamplius claruit
agitata fides vētosis verbis philosophoꝝ/per-
uersis dogmatibus hereticoꝝ/maius in robur
creuit: aduersitatibus mūdi gaudet: nihil sibi no
uit depire p corpus: vnū est quod sola felicitate
hūana turbaē. Uasa eius viua sunt: nō asporta-
bunē in ꝯfusionis terrā/sed in supnā patriā infe
runē. Si aūt aliq̄ christiani q̄ noīe vasa fuerunt/
in dānationē dicunē/nō sunt vasa eius. Hec est
Ps.25. domus cuius decore allectus dauid dixit: Dñe
dilexi decorē domus tue/t locū habitatiōis glo
rie tue. Decor domus dei nō in parietibus/sed
in virtutibus est: nō in visibili corpe/sed in mē-
te. Fulgor parietis/varietas pauimēti/tecti cul
men histria cū nō placent altissimo/morum abie
cto decore. Locus aūt habitatiōis eius inuisibi
lis/est oīs aīa fidelis: t ex aīabus fidelibus t fi-
deliter facta est sancta mater ecclesia. Inde da
Psal.44. uid: Oīs gloria eius filie regis ab intus/non ab
extra: in fimb: is aureis/in ornamētis videlicet
charitatis. Hāc domū ingredi petebat idē da-
Psal.5 uid: Introibo in domū tuā: adorabo in templū
sanctū tuū: in qua est refugiū ab horrēdis peri-
Psal.30 culis: dauid dicēte: Esto mihi in deū ptectorē t
in domū refugij: vt saluū me facias. Quā domū
christus solitarius passer: qꝫ solus inter mortu-
os liber singulariter existēs in oībus: donec re-
diret ad patrē: inuenit vbi reponeret pullos su-
os teneros in fide neophytos nouiterq̧ cōuer-
sos. In q̄ domo ꝺm dauidicā sententiā melius
Psal.83 est haberi despectū q̄ alibi honorari. Elegi ab-
iectus esse in domo dei mei: magis q̄ habitare
in tabernaculis peccatoꝝ. Quia omnis q̄ in ista
Psal.91 domo se humiliat/exaltabiē in eterna. Et q̄ plā-
tati fuerūt in domo ista/sicut dauid eloquiē: da-
būt florem in via/vt fructificēt in eterna patria:
Plantati in domo dñi/in atrijs domus dei no-
stri florebūt. Plantanē saluandi p fidem in do-
mo dei/q̄ est ecclesia: florēt odorifice p fidei vitā
moralē: t glīa t diuitie sunt ī domo dei: quā chri
Prouer.9. sti sapīa edificauit iuxta Salomonem: Sapien-
tia edificauit sibi domū: et excidit columnas se-
ptem. Plus christi sapientia q̄ Salomonis: de
qua pphetat sapientia Salomonis. Sapientia
christi domū vniuersalē edificauit: se faciēs fun
damentū sua sustētando virtute vt nō ruat: sed
secura ptectaq̧ ab omni malo cōsistat. Nec sa-
lomon suā potuit stabilire domū vt nō subijce-
reē ruinis: sed stabiliuit ecclesie domū sapientia
christi/vt a nullis euerteref malis: ac etiā vt cū
magis videreē oppressa/validius atq̧ lucidius
surgeret. Et septem ornauit columnis erectis.

Colūne nāq̧ pprium est vt manens recta p sup-
imposita plus firmeē: si vero p modicum decli-
nauerit in partem/onerata ꝓsterniē. Nūero se-
ptenario constituiē atq̧ erigiē omnis ecclesie
indeclinabilis t immutabilis t inuincibilis for
titudo. Qui legit intelligat. O israel (inquit Ba Baruch.3
ruch) q̄ magna est domus dñi: et ingens locus
possessionis eius. Quod de militanti atq̧ triū-
phanti asseriē. Omnes potest cape domus ista
que nō est lapidum/sed virtutum. Nihil enī ha-
bent virtutes angustū: nec coartanē adinuicem
virtuosi: nō recipit maius vel minus virtus nu-
merositate aut paucitate cōsortum. Magna er-
go est domus dei: t sine mensura locus inuisibi
lis possessionis eius: triūphans vero in superis
domus infinita est eternitate/situ immensurabi
lis/gloria incomphēsibilis/t incalculabilis nu
mero ciuium supernoꝝ. Uidit regina cibos mē- 3.Reg.10.
se Salomonis. Quō vidit? Quia inuitata fue-
rat ad mensā eius/gratia largitatis t honoris
t decentie ipsius. Decebat regem hospitem re-
ginam hospitē inuitare. Uide tu anima cibos
mense christi: ad quam ipse te velut hospitem t
peregrinam a patria/nequiter hospitantē de do
mo in domum inuitat. Nam ecclesiasticus ait:
Uita nequā hospitādi de domo in domū. Suc- Eccl.29
cessionem peccatorū spiritualiter intellexit qui
hoc dixit. Ut intelligas q̄ te misericordiē nō ve
lut dignā inuitauit: vide cibos appositos. Ipse
salomō dicit: Qñ sederis vt comedas cū pncipe Prouer.23
diligenter attēde que posita sunt ante faciē tuā.
Qui sunt ergo cibi mense christi? Ad multa me
trahit sermo ppositus: sed quod attenuaē p ver
bū/melius est humili silentio pterire. Quid di-
cam de mensa christi: que est nō tabula lignea/
nō marmorea/nō argentea/nō aurea/non ebur-
nea/non metallica/sed fides catholica? Parasti Psal.22
(dicit dauid) in cōspectu meo mēsam: fidē dico/
aduersus tribulātes nos demones infernales.
Cibus vero q̄s est? Nō lignū paradisi: nō panis Gen.3
ade dat⁹/in sudore vult⁹ q̄situs: nō cib⁹ noe post
diluuiū ꝯcessus: nō abrae/nō melchisedech/nō
māna de celo: nō fructus terre pmissiōis in lit-
tera/nō cibus regis salomonis t alioꝝ regū/nō
cibus duodecim panum in mensa ppositionis/
nō septē panes in deserto satiantes turbas/non
quinq̧ hordeacei pascētes in mōtibus/nō piscis
reticulatus sub vndis/nō agnus villosus: sed ci
bus supne vite/cibus dei/imo cibus deus/imo
cibus christus deus: vt idē sit hospes et cibus.
Talis cib⁹ excedit tauros/boues t arietes/farinā
similā Salomonis: in quos cibos regina austri
in spū ꝯsideratiōis defecit. Excedit assueri cibū Hester.1
ppatū in vestibulo nēoris atq̧ horti. Excedit oēs
cibos q̄ dici aut sumi psit. Nā christ⁹ salomōi p̄-
lat⁹/insinuat: Caro mea vere ē cib⁹: t sanguis me⁹ Jo.6
vere ē pot⁹. Et ego sū panis viu⁹ q̄ de celo descē
di: si q̄s māducauerit ex hoc pāe/viuet in eēnū.
Sꝫ nō q̄ in mēsa salomōis cibos sūpsit/aliqū ex
ea vitā cape potuit in eēnū: sꝫ nec diu in hoc mū
do lōgeuā. Uidit regia hītacula suoꝝ salomōis

⁊ stupefacta ē. O si vidisset regina seruoꝝ chri-
sti habitacula: quō ꝑ extasim sublata fuisset. Ui
de tu fidelis aīa seruoꝝ christi habitacula/⁊ de-
ficies: qꝛ maioꝛ ꝙ salomō christus. Sed nō ha-
bet habitacula ꝓ suis seruis christus. Unuȝ est
habitaculum eius. Dixerat ꝓphetico spū Sa-
Psal. 132 lomonis pater: Ecce ꝙ bonū ⁊ ꝙ iocundū habi
tare frēs in vnū. Ubi vnitas est/pua domꝰ mul-
tos recipit: vbi vnitas nō est/magna domus ꝑ-
ter vnū nō recipit. Unū solū: nō magna ciuitas/
nō ꝓuincia magna: qꝛ nulla spacia satis ꝓsūt es-
se diuisis: vnitis vero ꝑuitas dilataꝛ. Nondum
erat sub Salomōe vnitas vere fidei/vnitas cha
ritatis/vnitas obedientie: q̄ tot cenobia fecit in
egypto/thebaida/sithia/naim/ in mōte sinai/in
armenie ꝑtibus/in grecia/in italia: et in ceteris
mūdi ꝑtibus/vbi christianitas est diffusa. Nō-
dū erat talis vnitas animoꝝ: q̄ nullis secernitur
spacijs: q̄ diuoꝛtiū nescit. Istud erat bonū: ista
tota iocūditas gratie habitare frēs in vnum: et
vna aīa ⁊ coꝛ vnū omniū esse in christo. Multa
erāt habitacula Salomonis: vnū est habitacu-
lum christi. Prefertꝛ hoc vnū oībus multis ha
bitaculis Salomonis. Que in vno erāt habita
culo de habitaculis salomonis/in alio nō siste-
bāt. Consistunt oīa in vno habitaculo scrō chri-
sto. Disrupta sunt ista habitacula: christi habi-
taculū nullis cedit arietātibus malis. Et mini-
strantiū infallibilis oꝛdo reginā hanc adduxit
in stupoꝛē. Quis est oꝛdo q̄ hāc fecerat admira-
ri? Debita cōtingētia quenꝗ. Quia in curia sa-
lomonis nullus habebat officiuȝ/nisi ad quod
aptus erat: aliter aūt ad obliquitatē ministeriū
pateretꝛ. Oꝛdo debita officia hoībus/aptos ho
mines ad officia semꝑ nectit. Uide igiꝛ statꝰ ho
minū in domo ecclesie seruire omniū regi chri
sto: vt ꝑ suā legē neminē applicet ad officiuȝ aut
ad seruitiū ad quod aptus non est. Uide docto
res ⁊ discipulos ⁊ p̄latos ⁊ subditos loquētes ⁊
audiētes: ⁊ oēs christo in suo oꝛdine ministrare.
Uide ministrātes virginitatē/cōtinentiā/⁊ ma
trimonij iustā legē. Uide aliquos ministrātes in
ciuitatibus/aliquos in nemoꝛibꝰ/aliquos in ce-
nobijs/aliquos in carceribus/aliquos in diui-
tijs/aliquos in paupꝑtate/aliquos in dignitate/
aliquos in vilitate: aliquos visibiliter plus/ in-
uisibiliter minus: aliquos visibiliter minus/in-
uisibiliꝛ vero plus. Uide itellectu fideli atꝗ rō-
nis nihil inoꝛdinatū/nihil indisciplinatū in ec-
clesia dei: ꝙ si q̄d ī oꝛdinatū in ecclīa/aut indisci
plinatū est: de domo dei non est. Caret macula
qui ministrat: q̄ macula caret/oꝛdinis est filius.
Psal. 100. Ambulās in via imaculata hic mihi mīstrabat:
ait scriptura. Aspice igiꝛ subtilꝰ oꝛdinē inuisibi-
liū multitudinē ministrantiū christo deo: et ob-
Dan. 7. stupesce: qꝛ milia miliū ministrabāt ei: et decies
milies cētena milia assistebāt ei. Et post pactam
Mat. 4. diaboli tētationē in deserto/descēderūt angeli ⁊
ministrabūt ei. Sȝ q̄d mīstrabāt fateoꝛ me ne-
scire: sȝ scire ꝓfiteoꝛ ꝙ oꝛdinatissime mīstrabāt.
Imꝑturbatꝰ est oꝛdo mīsterij angeloꝝ. Sȝ sunt

ministri eiꝰ ꝑficiētes ilico volūtatē eiꝰ: eo ꝙ spūs
nō coꝛpa sunt angeli eiꝰ. Et sunt ignis vrēs subi
to agētes: ad amoꝛē celestē inuitantes oēs mini-
stri eius. Ignis eīn oꝛdinē insitum semꝑ seruat/
viuit/calet/inflāmat/illuminat/purgat: ⁊ sua leui
tate aut est aut tēdit in altū. O quot ⁊ q̄ta facta
sunt sub celo ⁊ in domo ecclesie ꝑ ministeriū an-
geloꝝ/q̄s enūerare sufficiat? O si possenꝰ intue
ri q̄d in empyreo celo āgeloꝝ oꝛdo administrat.
O si hec illa saba regina vidisset: o q̄to stupoꝛe
animus ꝓmereꝛ: si obstupuit in ministris coꝛru
ptibilibus coꝛruptibilis salomonis. Sed valde
in altum verba suspendimus: regrediamur ad
ima. Distributa erant ꝑ Salomonē officia mi-
nistris: ⁊ mirandus erat oꝛdo. Sed vide offici-
um distributum christi ministris. Ipse sicq̄dem
Jo. 12. ait: Qui ministrat me sequaꝛ. Mirandus est oꝛ
do sequele christifere/⁊ ꝑ sequelā fieri christifoꝛ-
mis: sed his ministris statim asciscitꝛ p̄emium.
Ait eīn: Et vbi ego sum/illic et minister meus
erit. Hoc nemini ministroꝝ Salomō dedit: ne-
minē ministroꝝ gloꝛia qua fulgebat voluit esse
splendentem. Sed rex nobilioꝛ ⁊ sapiētioꝛ chri-
stus/suos ministros tali gloꝛia/sed non q̄ta vo-
luit esse gloꝛiosos. Quid eīn āplius habere pōt
minister subditus/ꝙ ibi esse vbi est dn̄s eiꝰ: nō
ꝑ penale seruitiū/sed ꝑ gloꝛie ꝓmiū? Nō semper
salomonis faciem cōtemplabanꝛ serui: abscon-
debatur/quiescebat ⁊ doꝛmiebat. Diuidebātur
spacijs/interpositione parietum/impedimento
noctis ⁊ tenebrarū: ⁊ hoc eis similiter continge
bat. Sed nihil hoꝝ patitur nostra fides ⁊ cha-
ritas. Magis vero hec eterna nō suscipit ciui-
tas. Uestes etiā admirari fecerūt reginā. Mul-
tiplices fuerūt ministrantiū vestes/similiter ⁊ re
gales. Sȝ vestes ministroꝝ christi que sunt: que
Mat. 11 ad maioꝛem stupoꝛē adducūt. Sed ab extra re-
Mar. 1 spicias: laudatus est ioannes qui indutus erat
pilis cameloꝝ. Hec eīn vestis hirsuta est/hispi-
da est: si admirationē ex hoꝛroꝛe/nō ex pulchri-
Lu. 16 tudine facit. Et damnaꝛ in euangelio purpura-
tus diues: ⁊ qui mollibus vestiunꝛ/in domo re-
gum sunt: que a rege nostro repꝛehendunꝛ. Igi
tur vestes ministroꝝ christi sunt oꝛnamēta gra-
tie dū sumus in via: sunt virtus ⁊ claritas moꝛ.
Duplicia sunt: quia oēs amici mulieris foꝛtis/
scilicet ecclesie: q̄ sunt ministri christi: vestiti sūt
duplicibus: claritate virtutū ⁊ cōspicuitate mo
rum: charitate dei/dilectione ꝓximi: veritate in-
tellectus/affectus puritate. In superis in ani
ma ⁊ coꝛpe gloꝛia duplici vestienꝛ. Obstupuit ex
pincernis saba regina: nōdū viderat pincernas
varios christi: q̄ sanguinē eius fidelibus efficiūt
⁊ ministrāt. Obrepserat admiratio ex holocau-
stis animaliū que offerebanꝛ: nondum viderat
oblationē nouam ⁊ fidelem/verꝰ christi coꝛpus
ꝓ nobis totū ⁊ tote ⁊ ꝓ totis oblatum: nec vide
rat eos qui ꝓpter christum sua coꝛpa mactaue-
rūt ⁊ obtulerūt omniuȝ regi christo. Uere plus
ꝙ salomon christus: cuius sapientiā nos audire
3. Reg. 10 opoꝛtet. Sed post tantū stupoꝛem q̄d ipsa virꝫ

rat audiamus. Uerus e sermo que audiui in ter ra mea sup sermonibus tuis/ et sup sapia tua: et no credeba narrantibus mihi donec ipsa veniret: et vidi oculis meis et pbaui q media ps mihi nuciata no fuerit. Maior est sapia tua et opa tua/ q ru
2.Pa.9 mor que audiui. In Paralipomeno dicit: Uicisti fama virtutibus tuis. Beati viri tui et beati serui tui hi sunt/ qui sunt cora te semp et audiunt sapia3 tuam. Quod si hec regina dixit ad Salomone: quid allegorice ecclesia collecta de gentibus: quid moraliter omnis aia dicat ad christu? Quis em p auditum et narrationem linguar/ et p scripturar inspectionem potuit ad plenu dei et eius filiu christu in carne natu et passum et resuscitatu cognoscere? Quis bona pparata in supe
Esa.64. ris potuit intelligere. Naz nec oculus vidit/ nec
1.Corin.2. auris audiuit/ nec in cor hois ascendit q pparauit deus diligentibus se. Quis iudeus intelliget relatione quorundaz ea q christi sunt et ecclesie eius/ ea q sunt et gratie atq seruor eius: nisi veniat ad fidem/ et experiat in animo christianam virtutem? Quis paganus aduertet: in cuius cor
Psal.65 ista psallent? Qui nouit hec: audi psalmista: Uenite et videte opa dni: terribilis in consilijs et dispositionibus sapie sup filios omniu hominum.
Psal.33. Et alibi: Gustate et videte: qm suauis e dns. Sz
Psal.83. beati sunt serui tui: qz beati qui habitant in domo ecclesie tue dne iesu christi: qz in secula seculor laudabut te. Et beati qui audiut sapia3 tua3 non hominu philosophor et poetar: sed euangelium tuu sup celestia trahens humile addiscentem/ actiuu auditore. Propter quod dicit chri
Mat.12 stus: Plus q Salomo hic.

Cotra recidiuantes et inuacuu dei gratia recipientes. Ca. XXIX

Horrenda auditu/ firmiter tremenda ac timenda sententia ptulit: cum iudeos vellet ostedere plus solito criminosos:
Mat.12 homine deprauatu p septuplu/ si imundus aliqs
Lu.11. spm p penitentia atq correptione interdu abiectu/ p patefactu male volutatis suscepit ingressum. Nam malus spus ante primu ingressuz fuit immudus: ingressus stans non est ipse mutatus/ egrediens vero no variatus: foris stas semp est malus/ regrediens a se et in se/ in nullo diuersus: sed septe nequioribus socijs collegatus: et octauus factus est nuerus: quo nuero facta hominis illius posteriora sunt peiora prioribus. Ecce nulla in spiritibus mutatio. Immudus spus in oibus suis actibus idem: et tales socios assumit/ quos inuenit: non em spus varianf ex actibus. Sed miru q spus mali malos spus aut nequiores assumut ad pagenda mala q volut: et vt lesiones agilius inferant quas disponut. Mos malor atq bonor est: vt quod p se no pnt/ multitudine adhibita efficiant mala vl bona q in animo conceperut. Et qms demones abinuice sunt discordes/ vt visio vnius alteri sit horrori: nec dilectiois mutua visio inter eos/ nec amabilis couersatio quomodolibet esse possit: ad pditiones tm nostra et ad tentanduz inferenduq mala/ put

dns ipse pmiserit/ sunt vsqquaq concordes: et aduersus nos acies cocorditer dirigut. Et dum pstrepuerit ipsor dolorose buccine sonitus/ et eoru pallida tuba triste dederit sonu: sine discordia oes paranf ad bellu: oes obedietes ad tenebrosum impiu/ impetuosa volutate pficietes put pnt execratu edictu. Qui si no tantu nocet q tu cupiut/ a diuina ptate p se aut p celicos angelos coarcenf: et aduocati adinuicem se psociant vt acrius ledant. Assumpsit igif vnus malus septem alios nequiores. Quia sicut in celestibus hierarchijs atq ordinibus ante casum fuerut nobiliores aut excelsiores: post auersione et casum in seipsis facti sunt neqores. Et ingressi habitat ibi: nihilq mutaf in eis: sed solu tristem hospitem peiori coditioni adijciunt: quor habitatio delectabilem moram in pctis ostendit. Aspice nefandu negociu: ex toto nihilu faciens. Unus erat spus immudus: ecce vnitas et no nuerus. Unitas em numer p se no facit. Ex quo clarescit habetibus intellectu: aut vno modo etia in vno pcto insinuat homine offendentem/ aut singularitate peccati ppter eius immanitate: non aut vnu homine: nam stultor p hoc ac pctor infinitus est nuerus. Septe vero nequiores accedut vocati. Per septem no vniuersitas nueri/ sed vniuersitas tempis demonstraf. Septeno em nuero omne dier tepus euoluif: vt in omni tempe ostendaf talium hospitum hospes no carere pcto. Aut sm exilior e intellectu: vnus erat spus immudus/ sc3 quo facta est puersa volutas: septem nequiores assumpsit/ dum septem capitalia mala oibus nequiora/ suo sociauit officio: et intm nequiora vt expellat ab homine septenariam et multiplice ecclesie sanctitate. Ecce intede ppensius. Spus immudus est ois volutaria inclinatio ad immunda p instigantem spm. Immunda est omnis inclinatio: puritate increata relicta/ et tibi data pura imagie desixa in terrenor fece. Et sm pphetam: Uisitabit dns sup Osee.4.
viros defixos in fecibus suis. Sociari vult iste spus immudus: solus esse non patif: non vnum aut duos/ sed septem: non equales/ sed nequiores se: vt nequiores deteriorem efficiant hospitem: quo nequiores: quia plus vult mali eorum hospes q possit efficere. Unde appellatur nequicia: q amplius velit mali patrare q queat. Et de Moab per Hieremiam dicitur: Plus fecit q Hiere.48.
potuit: scilicet voluntate q opere posset explere. Septem summando addas ad vnu: et fiunt octo. Igif habes vnum et septem: et ingressi habitant: vnus ductor/ septem ducti: vnus dux sequaces ducit septem. Omnia malorum genera mala voluntas aduocat/ et vt ad se ingrediantur inuitat: prius ipsa foris per malum appetitum egressa: et factus est numerus octauus: quo tristis hospitis negocia posteriora prioribus sunt deteriora: quia octaua etate resurrectionis et glorie priuaf: et ad qua omniu christianor suspirat intentio. Ecce octaua peccati/ octaua malignat: ecce octaua spirituu iniquor/ cotra octaua glie

quã expectam⁹. Nã sextus psalm⁹ canit̃ p octaua: vt timẽs pdere dauid octauã glĩe/clamabat ad dñm: Dñe ne in furore tuo arguas me: ⁊ q̃ sequunt̃. Et aduersus spũs neq̃ores q̃ sũt hoĩs inimici/vocib⁹ inualescebat dicẽs: Discedite a me oẽs q̃ opamini iniq̃tatẽ/sꝫ spũs maligni: qm̃ exaudiuit dñs vocẽ fletus mei: ⁊ exauditus sum p octaua. In confusionẽ ⁊ erubescentiã mittebat spũs nequam/quos suos arbitrabat̃ implacabiles inimicos. Dicebat em̃: Erubescãt ⁊ ↄturbẽtur vehemẽter oẽs inimici mei: ↄuertant̃ ⁊ erubescãt valde velociter. Erubescũt em̃ ⁊ ↄfundũtur demones/cũ aliquẽ viderint hoĩeꝫ terrenũ p octaua exauditũ quã ipsi pdiderũt: ⁊ cõuertũtur retrorsũ velut ↄfusi/cũ se viderint a tã fragili materia supatos: vt etiaꝫ luteas domos Job p cõparationẽ ad ipsos nos dixerit habitare/atq̃ terrenũ habere fundamentũ. Et vndecimo psalmo in fineꝫ scribit̃ p octaua: vt p ipsa exclamaret dauid: Saluũ me fac deus: qm̃ defecit sctũs: ⁊ q̃ sequunt̃. Hic etiã appropiatiõe typica contra hãc imundiciã ⁊ septenariã nequiciã loq̃ret̃ dicẽs: Eloq̃a dñi casta sunt: q̃ꝛ ad castitatẽ vocãt: ⁊ castũ faciũt actiue auditorẽ: ⁊ argentũ est examinatũ. Sonus em̃ diuini verbi pbatus examinatus est: sed nunq̃ reprobatus est p rõnẽ: nunq̃ ĩprobatus est p melodiã potioreꝫ: ↄtemptus tñ est a multis reprobis: sed ex aliq̃ iniq̃tate nũq̃ est inuẽtus rep̄hensibilis. Alio em̃ loco dicit: Lex dñi irrep̄hensibilis/⁊ immaculata ad alas cõuertẽdas. Sed istud argentũ aut sonus in argẽto signatus diuinoꝝ eloquioꝝ/agit cõtra primũ spm̃ immundũ. Quare? Quia pbatũ terre: hoc est animã pbatã faciens/⁊ elicịẽs ab amore terrenoꝝ: appellauerim em̃ immundiciaꝫ ab immũdo spũ immissum terrenoꝝ amorẽ. Et cõtra septẽ nequiores pamplius inuehit/cũ adiungit: purgatũ septuplũ. A septẽ certe spiritib⁹ nequioribus liberat diuini verbi sonus p octaua auditus/ p octaua dilectus/ p octaua memorit̃ retẽtus/ p octaua in actioneꝫ deductus. Contra quã sunt septẽ maligni spũs: vt ex hoc q̃ priuet̃ octaua/talium hospes malus fiat. Sed necessario fiet? Nequaq̃. Neq̃ ad salutẽ aut damnationẽ nobis dominat̃ vlla necessitas: dũ ante mortẽ viuit in nobis arbitrij libertas: sed eo merito induramur quo libera volũtas in mala labens illabit̃: ⁊ req̃rit septẽplicẽ mali vniuersitatẽ p tẽpore suoꝝ diersi: qua delectata cõsuetudine induret̃/indurata vero penitentiã nõ q̃rat: huius legibus nõ subiecta/spiritibus neq̃oribus subdita deteriorẽt̃: p q̃to ab ipsis a malo in maluꝫ impellit̃: vt demum eos habeat in pena tortores/quos in culpa voluit habere rectores. Nam octo habet bis q̃tuor: figura em̃ q̃dra soliditatẽ dicit. Octauus em̃ nũerus maloꝝ spirituũ/dicit solidatũ hoĩem in aĩa ⁊ corpe in pctis: vñ peior efficit̃ malus hospes. Sed in hoc quod saluator retorsit ad iudeoꝝ pessimã generationẽ/nõ disserim⁹: nec placuit alit̃ ista tractare/nisi p moribus deuitandis. Igit̃ q̃ legis/hec mala deuita.

Job.4 | Ps.11 | Ps.18

¶ Cõtra vidẽtes sanã doctrinã et cõsilia vel monita. Ca. XXX

Cum q̃dã vice saluator cõtra bipartitionẽ animi p dilectiõe ⁊ corpis p obseq̃o disceptaret: quod secutum lucas refert dicẽs: Audiebãt enim oĩa hec pharisei qui erãt auari: et deridebat illum. Et ait illi: Vos estis qui iustificatis vos corã hoĩbus: deus autẽ nouit corda vestra: q̃ꝛ quod hoĩbus altũ est/abominatio est ante deũ. Ecce q̃ deridẽt auari sanam doctrinam: ⁊ directionẽ ad superos vilipendũt: ⁊ quasi anilem cantilenam reputant infallibilẽ veritatẽ. Nõ vult malo colligatus amore/verba sepationis audire. Inimica est superbis humilitatis doctrina: iracũdis sermo pacis nõ est ferendus: inuidis p̃dicata dilectio inimica: acidiosis tediũ exhortatio actionis: lubricis odiũ cõmendatio castitatis: gulosis terror suasio abstinentie. Semp iusticia inimica iniquis: honesta opatio criminosis. Abdicationis monitio ⁊ reuocatio sollicitudinis/inimicissima est auaris. Contemptũ mũdi auari auris audire nõ sustinet: ⁊ terrenis affixus timet explicari p verbũ: ⁊ quod magis accrescit ad crimẽ/vilipendit dei legẽ ⁊ doctrinã deridet gl̃iosam. Minus em̃ malũ esset auarũ esse vel fieri/q̃ doctrinam deridere supernã. Hoc aũt habet auaricia pprium/ vt verbũ diuinũ reputet in derisuꝫ. Sꝫ vere vsq̃ hodie sunt pharisei: q̃ oẽs doctrinã deridẽt pietatis. Sed quod peius est agit̃ q̃ multi seipsos derident: suã doctrinã vilipẽsioni exponũt/dum cõtra auariciã p̃dicant quã sequunt̃: ⁊ venantur actione pecuniã/quã loquẽdi audacia damnauerũt. Mentit̃ in plerisq̃ doctrina pseq̃ẽs aurũ/ quod totũ loquentis animũ occupauit: ⁊ verbo damnat̃/quod insatiabiliter animus sequit̃. Et p̃sidentes p nefas pecuniã querũt: quam leguꝫ iura pphanant. Et qui alios deberẽt ab hmõi malo virga directiõis atq̃ correptiõis auertere/seipsos exhibent exẽpla peiora sectandi. Sꝫ eque vel peius malũ noscit̃/quod in ipsis salua tor rep̄hẽdit. Vos estis qui iustificatis vos corã hoĩbus. O hominũ nefanda cõditio/velle coram hoĩbus iustum fieri/conscientia interiori cõtempta. Nam glorie nostre hec est testimoniũ conscientie nostre. Insanit qui sibi fetet/conatus alijs odorem inferre. Libros stulticie studuit qui sibi horrende/alijs leniter viuit: sibi malus/alijs bonus: sibi puersus/alijs rectus apparet. Dic tu qui suxisti mẽ nullã cõplacentie atq̃ vane hominum laudis: Nõne te torquebat conscientia tua/cum falso laudabaris in facie: non suffundebatur verecundia vultus tuus/cum loquebat̃ de te aliena lingua mendacium/credens dicere verum? Nonne te confundebant secreta putrida tua: cum ante facieꝫ alioꝝ falso velamine obtexisses: cum verbis moribusq̃ p̃tendebas iusticiaꝫ: que a tuo animo ⁊ agibili vita firmiter exulabat? O peruersorum hominũ genus: qui si homines fallũt/nõ curãt

Lu.16

de desup inspectore: quē latere nihil penitꝰ potest. Sed q̄ iustificari ante homies volunt/ illi a deo iustissime reprobanē: qꝛ ꝓpter iudicium hominū diuinū iudiciū contēpserūt. Nā quod altū est hoibꝰ/ abominatio statuiē ante deū. Quia sicut exaltanē celi a terra: ita exaltanē vie dei ab hominū vijs: ⁊ sua iudicia supferunē ab humanis iudicijs. Quid em̄ altū est ante hoīes? Solū id/ quod sensus humanus pōt percipere. Videt oculus hoiem insignitū aptissimis moribꝰ: sed nō videt ipse intrinsecā voluntatē: ⁊ quāta in anīo virtute polleat/ aut quāta iniquitate sordescat. Audit auris hoīm famā: ꝫ in silētio mala vita quiescit. Sentit hō hoiem/ et hō homini loquiē/ ⁊ ip̄oꝝ sepe corꝑe fit sodalitas: intima vero solus deprehendit altissimus: ⁊ nec est qui se abscondat ab apprehensionibꝰ eiꝰ. Altū quod vident hoīes foris ē: sed hec abominatio apud deū penitus est. Abominaē deus simulachra gētiū: magis ꝟo abominaē hominē simulatū/ q̄ altitudinē sedis querit in mentibꝰ hominū: nō añ cōspectū eius q̄ creator est hominū. Igiē qui legis/ hec mala deuita:

Cuius quis opera facit/ eius et filius est. Capitulum XXXI

Nullum pctī genus saluator olm tacuit: quod suo miro mō loquendi verbis explicitis ⁊ parabolicis nō reprehēderet. Inq̄t em̄ semel apl̄is de suo mō intelligibili ab eis sermone mirātibꝰ: Nōne ego vos duodecim elegi: et vnus ex vobis diabolus est? (Joh. 6) Diabolus igiē angelus malus/ diabolꝰ hō iniquꝰ: diabolꝰ angelꝰ irrecōuersibilis est/ hō diabolus obstinatꝰ. Diabolus nō est natura creata/ seu ex creata natura/ seu ex natura mutata: sed quadā deprauata ꝑ seipsam voluntas. Nec hō natura diabolus est: sed quedā voluntaria cōseruata iniq̄tas. Et cū hō vsq̄ ad finē ꝑ liberꝝ arbitriū mutabilis maneat/ diabolus a christo nō vocareē: nisi ab ip̄o a malo ꝓposito īmutabilis ꝑstareē. Sciebat ꝑfecte christus a iuda tradendū/ ad quod malū suū animū imobilē ꝑuidebat: idcirco eū diabolū appellabat: non diabolicū aut demoniacū/ sed diabolum: quod nō est nomē nature aut iniquitatis abijciende/ sed nomē incorrigibilis voluntatis: nō ex parte valentis efficere oīa/ ⁊ animos immutabiles mutabiles facere: magis ꝟo ex parte iniqui voluntatis se voluntarie deprauantis. Est igiē diabolus ꝑter carnē: sed cōtra seip̄m ⁊ hoīm sp̄m ⁊ hoīm carnē. Est diabolus sp̄us hoīs in carne cū carne/ ad carnē/ ꝓpter carnem: sed nō de carne aut ex carne. Sola enim caro embrionica vlē absq̄ imperio rōnis atq̄ examinis: nihil imputitatis seu iniq̄tatis admittit. Est diabolus nō electus/ sed reprobatus a deo. Signanter nota verba irreprehensibilia saluatoris. Nonne ego vos duodecim elegi? Ego vos hoīes/ nō diabolos: ⁊ si peccatores/ nō tamē obstinatos. Duodecim elegi/ ad opus ministerij quod ab eterno ꝑuidi. Et vnꝰ ex vobis diabolus est. Non elegi sed est: nō ex me/ sed a seipso q̄ malus est. A deo patre hō creatus: a me vt bonus esset: vt apl̄us esset cū multis electus: ab ipso vero est diabolꝰ factus. Sed q̄ sunt in carne diaboli: quorum iudas primus a christo in hoibꝰ in voce/ nō autē in re nomē accepit? Hi sunt q̄ omnē naturalis ingenij acuitatē ad pessima ordinauerūt: nō dormiētes quiete nisi mala ꝑuisa ꝑficiant: ⁊ nisi dāna inferant innocentibꝰ/ nō quiescūt: q̄ ad omnium deceptionē intendūt: fidē nemini seruant: charitatē destruūt: cōcordiā frangūt: pacem interimūt: iuste cōuersationis vitā cōfundunt: infrunti anīo/ lapsi verbo/ moribꝰ nō modesti/ presumptores in diuina/ humana scelerata lege tractātes: nemini se colligantes ad bonū: ad malū ꝟo quousq̄ ꝑficiaē efficiunē fidelissimi complices. Hi destruūt omne obediētie iugū: irreducibiles facti ad tramitē veritatis. Minis nō cedūt: ꝓmissis nō credunt: torturas nō metuūt: ⁊ derident penaꝝ quaslibet questiones: deprauationē habent in abditis: insidias in occultis: nihil rectum/ nihil iustū est reperire in eis: ⁊ oīs iniquitatis sunt vascula/ cōtumaces/ ꝓterui/ obstinati diuinoꝝ appetitores ex fastu. Hi nouas adinuētiones faciūt in pctis: oīm q̄ possunt maloꝝ initia ⁊ venenata capita existentia. Hi velut fulmē sine retentione feruntē in malū: ⁊ velut flumē impetu defluens rapiunē ad nephas: quod nec obstaculū patiē/ ⁊ intumescendo positū supgrediē obicē: aut rumpit/ aut trahit/ aut aliunde captat cōpendia defluendi. Hi magis accēdunē cū ꝓhibenē: ⁊ ex impedimēto auidiores reddunē ad crimē: nec alioꝝ sociané penis: ⁊ ꝓ argēto exponūt exitio atq̄ cōmercio iustū: sicē iudas diabolꝰ exposuit dn̄m iesum christū. Ad hanc sententiā ꝑtinere videē id/ quod infra etiā contra iudeos saluator iniecit/ dicens: Vos ex patre diabolo estis: et desyderia patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio/ et in veritate non stetit: qꝛ non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium/ loquitur a seipso: quia mendax est et pater eius. (Joh. 8) Id scire nos animat ista sentētia/ q̄s diabolus/ q̄ filij eꝰ. Sed qualis pr̄/ tales filij: nō natura quā in creatione susceperūt: sed ꝑuersa volūtate/ q̄ hoīes demones imitanē. Diabolꝰ iniq̄tatis ē nomē: nō create nature aut impositiōis a deo. Nō deꝰ pr̄ in veteri testamēto/ aut christꝰ in nouo diabolicū nomē imposuit: sed sp̄m incorporeū ⁊ hoīem aīa ⁊ corꝑe factū: quod ꝑ iniq̄tatē a seipsis facti erāt his nominibꝰ appellauit. Idcirco s̄m iniq̄tatē quā cōmiserūt/ nō s̄m naturā quā in creatiōe susceperāt patrē diabolū ⁊ eiꝰ filios ꝑtractemꝰ. Diabolus est q̄ nullo suggerēte peccauit ⁊ rebellauit deo. Filiꝰ ꝟo eiꝰ q̄ ad filia se aptat. Possit em̄ hoīes etiā diabolici sine alterꝰ suggestione peccare: sicut ⁊ ip̄e sine alterꝰ suggestiōe peccauit: quāq̄ ꝑmi parētes eius suggestiōe peccauerint. Qui etiā potuissent sine sua suggestiōe peccare/ sicut diaboli peccauerūt. Nō em̄ melioris cōditiōis

facti sunt parētes primi:q̄ spūs incorporei seu separate substātie. Quod contra iob allegabat
Job.4. eliphas themanites: volens nō esse iustū/sed necessario ipm ꝯstituere pctōrem/dicēs: Nūquid hō comparatiōe dei iustificabit: aut factore suo purior erit vir? Ecce q̄ seruiūt ei nō sūt stabiles: ⁊ in angelis eius repperit prauitatē: quanto magis q̄ habitāt domos luteas/ ⁊ terrenū habent fundamētū/cōsumunt velut a tinea. Ut oino asserere velit: sicut peccauerunt angeli/ pħt hoīes nullo suggerēte peccare. Proinde hac imitata dānatiōe multi filij sūt diaboli. Diabolus appetiuit quod sibi nullo iure cōpetere poterat: filius eius q̄ appetit nō cōpetētia sibi. Unde multi fascinati nō cognoscētes seipsos/ vltra seipsos in ap-
Esa.14 petitibus se ꝑdūt. Diabolus appetitor fuit impossibiliū: impossibile penitus erat angelū altissimo coequari. Filius eius est q̄ pter positā legem ꝑsumit. Odiuit diabolus deū cui adequari non poterat: filius eius etiā odio fert in deū. Homicida erat diabolus suipsius: q̄ se occidit dū contra dñm supbiuit. Mors eñi est separatio a deo qꝛ vnio cū deo tota erat ipsius vita. Naz cuius natura creata est in beata vita esse cū deo: separatio ab ipso mortē eternā operat penitus sine morte. Homicida erat videlicet sui: sꝫ ab initio nō a principio quod oīa principiat atq̄ facit: sꝫ ab initio introducte iniq̄tatis. Est enim initium boni quod deus est/in omni genere cause: initium mali quod diabolus est. Homicida erat ab initio suipsius: ⁊ ipse initiauit mortē in parentibus primis: vnde secuta est in nascentibus ce-
Sap.2 teris. Sapiētia dicit: Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terrarū: ante quē nullus pctōr aut homicida inuētus est q̄ mortē initiauit in se atq̄ in hūano genere. Filij eius sunt q̄ nemine instigāte seipsos dederunt ꝑcipitio pctōꝶ: aduersus seipsos facti atrocissimi homicide: vt in illā deueniant mortē/ quā nūcupamus eternaz. Filij eius sunt q̄ aduersus primos stimulant acuto zelo inuidie: vt in illā miseriā velint oēs deuenire/q̄ ipsi detinent: aut carere bonis/q̄bus ipsi caruerūt: aut q̄ de aliorꝶ felicitate torquent. Diabolus in veritate nō stetit. Oīa in veritate fecit altissimus. Nihil etenī fecit in suo ope simulatū: ⁊ oē quod est verū/a veritate verū est. A veritate ergo angelus suā essentiā habuit: q̄ etiā in veritate in eternitate beatificandus erat. Et veritatē cognitionis acceperat: vt a quo creatus/cū quo creatus/de quo creatus/ad q̄d creatus/in qua excellētia creatus esset oīno ꝑnosset. Sed nō stetit in veritate promissi neq̄ cognitiōis accepte. Mētita vero est iniq̄tas sibi: nec stetit in veritate: q̄ ipse altissimo/ratiōe qua creator eū fecit/⁊ qua ipse creatus tenebat stare subiectus. Proinde veritas nō est in eo: semp eñi oēs fallere tentant. Qui nō manet ī veritate qua creatus est atq̄ renatus/filius est diaboli. Diabolus mendaciū ex ꝓprijs loquit: nō aliunde cōparat: nec ab alio vt mentiretur accepit. Suū propriū fuit sibi mentiri/seip̄m fallere: suū ꝓpriū est alijs nocere atq̄ decipere. Nemo eū cōpulit aut cōpellit ad malū: nullus sibi neq̄ etiā psuasit. In his similis factus merito dicit filius diaboli. Ipse mēdax est ⁊ pater eius. Pater primo generans mēdaciū diabolus est. Ante ipm mēdaciū nō est inuentū: qꝛ primus mendax esse censet: cuius filiatio nō transductione/ sed imitatiōe pagit. Proinde dictum est iudeis qꝛ volebant christū interficere: ob hoc appellātur filij diaboli homicide. Uere filij sunt diaboli q̄ aliquē sine causa seu innocentem morte vel dāno aliquo ꝓsequūt. Et desyderia diaboli volebant ꝑficere. Sitit eñi diabolus sanguinē innocentū: nec curat diabolus vt q̄s aliū corporaliter ledat: sed vt ledentē iniuste possideat. Desyderat ipse ī oībus nobis/vt his culpis auertamur a dño: q̄bus ipse aduersarius factus est auersus vt ꝑditis lucidis sedibus cū ipso terrores cruciatus ⁊ penalitates habeamus. Ue igit ꝑficientibus diaboli desyderia. Sed qm̄ hec dānata filiatio/solū nō generatiōe trāsductiua pagit/sed imitatione puersa: imitari vero nō possumus in suis moribus quēpiam: in q̄bus ope/aut voluntate/aut verbo aliq̄d fecisse nescimus. Et peccantes oēs filij diaboli appellant. Ipse aūt nunq̄ in se deliquit in gula: pecuniā nunq̄ appetijt: actualem libidinē ignorauit oīno: ⁊ si q̄d est vitij actualis. Sunt enim imateriales ⁊ incōpositi. Supbi vero sunt inuidi ⁊ iracundi: ⁊ malis spūalibus oēs pleni. Sed vere appellat filius/q̄ in bonis aut malis alterius desyderiū implet. Efficiunt q̄ boni sunt filij dei/cum eius voluntatē ꝑficiunt: etiā si eum in his q̄ fecit nō imitant. Dicunt ⁊ reprobi diaboli filij si desyderiū eius ꝑficiūt: quod nihil aliud est nisi vt mala faciamus q̄ ipsi fecerūt: aut q̄ natura ꝓhibente facere nequiuerūt: a nobis vero materialibus ⁊ cōpositis fieri poscunt. Hanc damnatam filiationem qui legis/omnino deuita.

❡ Exprobratur incredulitas et duricia iudeorū. Capim XXXII

Omniū vero maloꝶ causa nō credere infidelibus est: de quo saluator iudeos incredulos arguit/dicens: Si enī nō
Joh.8 crediderítis qꝛ ego sum/moriemini ī pctō vestro. Sed ad iudeos nō est nobis sermo. Etiā ad malos credulos christianos sentētia diuina cōuertit. Quod si oīa q̄ scīa mater ecclesia credenda suscepit/nō indubitāter credunt: q̄ nō credūt/in peccato incredulitatis moriuntur. Nō q̄ hec incredulitas de nouo fit causa mortis/qua separat corpus ab aīa: sed causa eterne mortis/q̄ in damnatiōe cōstituit aīa: et corpus ponit ī gehēna: Ipsa vero credulitas nos reducit ad vitā: a qua primus hō nō credendo
Gen.3 ceciderat. Dictū fuit primis parentibus: quacūq̄ hora nō credendo mandatū transgressi fuerītis/morte moriemini. Tunc vero dicebat iudeis Nisi credideritis/in peccato vestro moriemini. Nūc vero dicit christianis: si in aliquo hesitaueritis/nunq̄ saluabimini. Ac p hoc nō ad ꝑuaricationem salutis fidei ascribitur: quoniam

tibi/cũ seruaueris eã in corde tuo: ⁊ redũdabit
in labijs tuis. Pulchra est om̃is doctrina/ ma
xime diuina cũ precipiꝛ: pulchra ⁊ delectabilis
est cũ in corde seruaꝛ. Sed hec est tota doctri-
ne vtilitas/cũ ad actiuã vitã atq; contemplati
uã agendã aptaꝛ. Tũc eñ redũdat in labijs/cũ
quis sapiẽter actioni ⁊ contemplationi intendit:
de quibus ibidẽ diciꝛ: Qui diligit cordis mun
diciã/ p̲pter gratiã labiorũ habebit amicũ re-
gem. Labiorũ eñ gratia contẽplatiue vite at-
q; actiue/rationabilis executio diciꝛ: p̲ quã cre
atori omniũ amicamur: ⁊ ad hec duplicis vite
labia pax eterna subsequeꝛ: sicut p̲ Esaiã diciꝛ:
Creaui fructũ labiorũ pacẽ. Rationẽ in virtu- Esa.57.
tibus fundatã/⁊ conuersationẽ setis moribus

saltam/nõ immerito labia ista declarãt: de quibus salomon dicit: Labia mea detestabunt impium. Nã fundata virtutibus ratio detestatur diabolum: & nulli malo aut impio prestat assensum: & verbis semꝑ arguit quẽ impium esse cognoscit. Conuersatio sancta non patitur cũ impijs habere cõsortium. Quem eñ nouit ratio altissimo inimicũ/conuersatio nõ patitur nisi per violentiã aut spe correctionis eũ habere consortium. Vere igitur ista labia detestãtur impium: que tam ꝓmuntur dulciter in pedibus suꝑ piũ. Ecce pressa labia suꝑ domini pedes: ecce labiorum osculũ ad signũ pacis inuentũ. Vide quanta secum labiorũ osculum ferat: vt anime peccatricis & dei federa semꝑ ferat. Quid eñ sũt ista oscula/nisi pactiones ad deũ? quid est osculatio pedum christi/nisi ꝓmissio imitationis vestigiorum eius? Quid est osculatio ista/nisi pax facta in humanitate degente/ambulante & laborante ꝓ nobis? Sed alius male peregre in collo fidei osculũ accepit a patre: peccatrix hec domini pedes osculatur in fide. Ille parum loquitur: ista eñ per impressum loquitur osculũ: quantũ diligitur osculans/& quantũ dilectũ habeat in anima impressum/osculũ ostendit in mẽbra corporis pressum. Et sm ꝙ vnctio sm ioannẽ in canonica sua/docet de omnib⁹: hanc mulierẽ vnctio intrinseca extrinsec⁹ vngere docuit. Ideo ipsa vnguento vngebat domini pedes: & innouabat opera noui cultus: quia nouũ hominẽ nouerat & variabat opera: ne velut ociosa pateretur ab ipso repulsam. Quia nec stãdũ est ociose ante diuinos pedes qui nõ quieuerunt in oꝑe nostre salutis: sed per montes & planicies/ciuitates et castella/per maria & deserta fecere discursum: donec configerent in cruce: ad expectandũ omnem peccatricẽ animã/redeuntẽ de latibulis et cauernis & vijs & sepibus peccatoꝝ: fundentes sanguinẽ in ablutionẽ animarum nostraꝝ: & in recõpensationẽ & retributionẽ fusarum lachrymarum atqꝫ fundendarũ pro ipsius misericordia implorãda. Sed quod aũt quale fuerit istud vnguentũ/non audeo diffinire. Hoc tamẽ linit vnguentũ: & quod noscitur rigidũ/atqꝫ durum emollit. Multa vngebãtur in veteri testamẽto: & reges etiã perfundebant vnguento: anteꝙ regnare cepissent. Sed ne violentiã videar inferre scripture: humiliter ꝑstabor hoc vnguentum fore intimã charitatẽ/in cordis alabastro reconditam/effusam in pedes in omnia illa que diuine atqꝫ humane in nobis operat⁹ est: vt totũ amorem effundat in eũ qui totũ nobis se contulit in salutẽ. Melius autẽ dixerim: quia vnguentum ex multis aromatibus cõficitur: omnes interiores vires/memoriã/intelligẽtiã voluntatẽ: & si quid potest esse inuisibilis potẽtie atqꝫ virtutis: & omnẽ corporis aptitudinẽ quasi aroma cõtrita per dispositionẽ ad conficiendũ vnum vnguentũ aptum solũ diuinis pedibus atqꝫ mandatis/in omnẽ sequelã vsqꝫ ad mortem: nõ ponẽdum pedibus pharisei: velut legem mosaicam non dicere dignã huiusmodi sequele: quia nec ipsa ad perfectũ quempiã suum duxit sequacem Nec etiã effundendũ suꝑ pedes apostoloꝝ aut discipuloꝝ christi. Neqꝫ vngendi angeloꝝ pedes: quos antiquus abraam velut peregrinoꝝ hospes in signũ & figuram solũ aqua perfudit. Ut dicere audeam/nec applicandũ pedibus virginis genitricis dei & domini nostri iesu christi redemptoris omniũ/in suis pedibus hoc vnguento perungi. Solus eñ est christ⁹ deus: cui debetur oĩs charitas/oĩs gratiarũ actio/omnis virtus/omnis honor/omnis gratia/omnis laus/omnis dei benedictio/ oĩs timor/omnis subiectio/omnis obediẽtia vsqꝫ ad mortẽ. Pro nullo decretũ est mori: nisi ꝑpter christũ/aut ꝑpter eripiendas animas propter christũ. Soli enim christo omnis honor & oĩs gloria/et in oĩbus & de omnib⁹ & ab omnib⁹ debetur in seculoꝝ secula: Ipse sol⁹ creauit & recreauit: saluauit atqꝫ redemit. Ipse solus beatificauit in superis/non alia creatura in angelis & hoĩbus in esse producta. Si quid aũt debemus sanctis: ꝑpter ipsius participationẽ debemus. Mẽsurare debemus certa ꝓportione: ipsi autem sine mẽsura omnia debemus. Sed ꝓ tanto sine mẽsura nõ est: quia quelibet creatura mensurata nõ est atqꝫ finita: & infinitos actus visibiles atqꝫ inuisibiles habere nullo modo potest. Habes peccatricis vnguentũ/omnẽ videlicet amorem & bonorũ omnium aggregationẽ: quasi vnum vnguentũ effundendũ totũ atqꝫ totaliter in dominicos sanctos pedes: ad sequelã irretrouersibilem vestigiorũ eius: ne in via iniquitatis ambulem⁹; atqꝫ vt nõ erremus in semitis veritatis; sed via regia gradiamur/nõ declinantes ad dexterã neqꝫ ad sinistram: donec perueniamus quo ipse infallibilis doctor theoria & actu ducit: nõ viuentes nobis sed ei qui ꝓ nobis mortuus est & resurrexit. Vidimus deuiam & subiugalem demonioꝝ septem excussam a demonioꝝ imperio: absolutã a multitudine dominantiũ funestoꝝ: reuersam sub pedibus imperatoris diuini: omnia ꝑcipientis le ... /iusta/honesta/vtilia: nõ in suum/sed in cõmodum subiectoꝝ. Nunc suscipientis benignitatẽ interiori oculo videamus. Trahitur ista inuisibiliter a magnete diuino. Inuisibiliter suscipit per amorẽ in altitudine mentis sue: vt ꝙuis pedibus corpore ꝓuoluta subiaceat: in christi mẽte altissimã tenet sedẽ: immo crediderim christi amorem ad ipsam ꝓcliuius inclinatam/ꝙ ipsam pedib⁹ christi. Patitur tactũ eius: nec dedignatur peractã immũdiciã eius. Lauabatur eñ cũ ipsa lauaret: opera ꝯo eius improperat inuitãti: illam ꝓferens conuiuio pharisei. Tuetur eã a calumnijs: & ibi & deinceps eius fact⁹ est aduocatus aduersus simonem/sororem atqꝫ pessimũ proditorẽ: contra eã officium iudiciale subintrans. Dimittit sibi peccata ꝑper amorẽ/vocali confessione submissa. Ipse ꝯo summus sacerdos videbat interiora eius: ipsa ꝯo cõfessa fuit per lachrymas eius. Sed nõ ita nunc/quod fa-

ctum est tunc. Pronunciat sibi post amorem virtutem fidei eius: cum saluam factam dicit ex fide: atque ipsam dimittit in pace celebrata mirifica retro diuinos pedes. Pax in qua preuaricatrix dimittitur/anima est: vt ita de offensa consistat secura/acsi non fuisset culpa commissa. Pertinet ad hanc peregrinationem infaustam typus perdite ouis centesime: que vt periret/errabat a numero centesimo atque congregatione que dicata erat altissimo: et singulares vias incedens: vt lupis vespertinis parator esset ad predam: fugiens pastoris sibilum et ducatum et correctionis virgam atque canum latrantium securam custodiam: cui pastor occurrit ante luporum incursum: et reuocat in caulas. Errat anima sepe singulares atque infames peragrans vias: et tanto atque tam dulciter malorum errore detinetur: vt redire non possit et nesciat nisi reuocetur. Errare a via veritatis penitus/est penitus a nobis per initium et processum atque morari quousque dies calamitatis adueniat. Redire autem penitus non ex nobis: nisi diuinus pastor vsque ad nos cum pastoralibus instrumentis reuocaturus accedat: et imponat super humeros benigne humanitatis: super quos propter nos portauit crucem. Prophete plures/magis vero fides christiana huic astipulantur sententie. Dragma decima perdita etiam typice dicit peccatoris processum: que approbatur vel reprobatur ex materia/pondere/subscriptione atque figura. Et cum perditur/quattuor ista in illa perduntur. Anime materia neque bona neque mala est: si ex quo facta sit ipsa/conspicimus. Est enim ex nihilo et immaterialis: si ad elementa aut ad elementata componimus. Sed si ipsam considerauimus quid est. Bona et nobilis et incorruptibilis substantia est quam substantiam non incongrue quandam bonam materiam dicimus/vniformibus virtutibus aptam. Pondus cuius est amor humilis atque subiectus. Figura diuina similitudo atque imago: quas creator sibi contulit/cum creauit. Suprascriptum aut circumscriptum mandatum ne per creaturam a creatore recederet: que perditur in puluere terrenorum: et obuoluitur et tegitur vt non appareat: nisi diligenter quesitor cum lucerna veritatis/que menti non oculis lucet/inueniat: et inuentam reponat in thesauros diuinos: vt sit perfecta in decalogo preceptorum. In his duabus typicis locutionibus duas preuaricationes agnouimus: legis nature condite atque scripte. In oue deuia preuaricationem legis nature condite simplicis et incompositе. In dragma vero hanc eandem et mosaice legis maxime decalogi: propter numerum decimum a quo perdita fuerat. Tu qui legis/intellige. Habet ouis solum quam accepit existendo naturam: habet dragma naturam et artem. Preuaricatio fuit in oue vsque ad moysen in his qui malefecere: preuaricatio in dragma vsque ad finem seculi. In dragma metalli non mutata natura mutatur sepe character atque figura: necnon et scriptura interdum dilatatur: et plus de suprascriptione apponitur. Nam additum in scriptura intellectualis dragme ad id quod accepit tempore moysi/in tempore christi. In omnibus his solus est ipse qui reuocat: qui condidit et saluare potest homines/propter homines in tempore factus homo. Deuiauit siquidem petrus timore perterritus: et negauit eum quem dei filium fuerat ante confessus: quem etiam non se negaturum fuerat paulo ante professus. Sed respectus a domino per reuocantem gratiam: per lachrymas cordis veram penitentiam indicantes: quia fleuit amare/deleuit peccatum/reconuersus ad dominum. Latro vero semper a via veritatis et a bonis moribus deuius: vltimo morti vicinus/eterne vite cognouit authorem: et seipsum pena plecti dignum pro suis malefactis diiudicans/pene gehennalis euasit exitium. Et mente credens/ore vero pronuncians secum pendentem in simili tormento/dispari merito/dominum vniuersi: nec penam credidit posse derogare maiestati diuine: quam in illa carne passa per fidem firmiter esse cognouit: et fidei perspicuitate vidit in animo alterius ineffabilis regni habere dominia: quem iuxta se propter terrenum regnum ab impio preside tam turpiter viderat iudicatum. Et eius se postulauit fieri per fidem in suo regno consortem quem in horrendo patibulo habebat sine culpa participem. Ait enim: Memento mei domine dum Lu.23
veneris in regnum tuum. Sed ad eum facta responsio magis demonstrat/quantum iste latro conuersus in vltimis ipsi domino adherebat. Sane in responsum accepit: Hodie mecum eris in paradiso. Que verba presentis dissertionis non sunt: in ordine alio exponenda succedunt: sed hic apposita sunt: vt in nullo quis premia diuina desperet: cum in omni loco/etate et tempore ante vite terminum dei misericordia et indulgentia sit parata: si per veram penitentiam anima peccatoris fuerit preparata. Igitur habes peccatoris progressum/et ad deum factum in veritate regressum: cuius tractatui in domino finem damus: addentes alium pro generalitate atque specialitate malorum: in que potest peccator peregrinari atque defluere: vt cautior fiat qui cauere intendit: et aperire sciat qui redire disponit.

Explicit tractatus de processu peccatoris/et reuersione eius ad deum.

Tractatus de generalitate et specialitate malorum: in que potest peccator peregrinari. Et primo de corruptela peccati. Capitulum XLI

Honestas fidei christiane inhonesta per posse deuitat: sed ordo requirit vt prius deuitanda cognoscat. Igitur quia honestam et honore preditam creaturam diabolus est dehonestare conatus: et ab honore creationis in baratrum damnationis immergere: et corrumpere incorruptam: quia ipsam corruptibilem precognouit: quia seipsum nobilius factum per peccatum corrupit: idcirco de corruptela peccati libet doctrinam innecte-

re: vt quod vitare debeat christianus agnoscat.
Sed peccatū licet multa nomina capiat: plures
tamē malos sortitur effectus. Et si quis suā va-
rietatem dinumerare voluerit/ multiplicabunt
super maris arenā. Dicit quandoq; malū: iuxta
Job.1. illud dum cōmendaretur Job/ vir simplex et re-
ctus/ et timens deū et recedens a malo. Et in pro
Prouer.8. uerbijs salomonis: Timor domini odit malū.
Prouer.14. Et alibi: Sapiens timet et declinat a malo. Di-
citur quandoq; macula: quia imaginē dei defor
Eccl.31. mat. Sapientia refert: Beatus vir qui inuētus
est sine macula. Et cum dauid quereret quis in
Ps.14. monte vite eterne requiesceret/ dicens: domine
quis habitabit i tabernaculo tuo: aut quis requi
escet in monte sancto tuo? responsum in seipso
a spiritusancto accepit: Qui ingreditur sine ma
cula: et operatur iusticiā. Dicitur etiā pollutio: et
hoc quantū ad cōtagionē contractā ex terrena
Hier.1. delectatiōe. Unde hieremias: A prophetis hie-
rusalē egressa est pollutio super omnē terram.
Dicitur etiā reatus: quoniā obligat ad eternā
Mat.5. penam. Quod noster saluator ait in euangelio:
Qui dixerit fratri suo fatue/ reus erit gehenne
ignis. Dicitur quādoq; culpa: et hoc put respi-
Ezechi.18. cit penam. Unde ezechiel: Anima que peccaue
rit ipsa morietur. Dicit delictū: et hoc sm q est
recessus a dignitate gratie habite: quod fit cum
Esa.1. anima recedit et derelinquit deum. Unde esaias
hierusalē improperat/ dicens: Dereliquerūt do
minū. Et alibi: Qui dereliquerūt dominū/ con-
sumentur. Dicitur puaricatio: et hoc inquantū
mandatū dei despicit. Sic et psalmista deplorat
Ps.118. Uidi preuaricātes et tabescebam. Dicit vitium
inquantū est defectus naturaliū bonorum: quia
ex eo vitiū est/ q interimit aut paulatim quod
in natura placet. Dicitur scelus/ pter iniuriā
dei magnā. Propter quod in esaia ex psona pa-
Esa.53. tris de filio dicit: Propter scelus populi mei p-
cussi eum. Hoc est/ pter magnā dei offensam
et opprobrium meū magnū percussi filium meū
Uocatur nephas/ put est illicitū persone perpe
Eccl.24. tranti. Unde in ecclesiastico dicit: Dedisti i ma
culā in gloria tua. Uocat crimen/ put est dignū
Job.5 accusatione et pena. Sic et sapientia dicit: Pu-
gnabit pro eo orbis terrarū. Nominatur pecca
tum/ put fit cōuersio ad bonū cōmutabile: cuius
Treno.1. rei causa factor fit mutabilis. Trenor: Pecca-
tum peccauit hierusalē: propterea instabilis fa
cta est. Uocatur pena: et hoc inquantū respicit
primi hominis peccatum: in quo natura nostra
Gen.2. corrupta fuit. Quacūq; die comederitis etc. mo
riemini. Dicitur iniquitas/ put diuinā iusticiā
inequat. Dicitur malicia: q molitur ptra deum
seipsum et proximū. Sed quocūq; modo nomi-
netur/ substantia caret: substantia nō est: et inter
creaturas nominari non potest: nec per se subsi
stere potest: sed est i bona et ex bona natura quā
deus creauit. Et si nulla bona natura creata esset
peccatū seu malum vbi consisteret nō haberet:
cum aliud nō sit malum seu vitium/ nisi quod est
bone nature spirituali aut corporali aduersum:
et per seipsum nō habeat esse positiuū. Nam si-
cut abstinentia positiue nihil est/ et ex ea tamen
corpus languet: sic peccatum nihil est/ et ani-
me bonum turpat: et corrumpit naturā per cul-
pam/ et gratia priuat. Quid est cecitas oculorū
nisi priuatio visus? Et mutitas quid aliud q pri
uatio loquele? Surditas quid ponit inesse/ nisi
quia priuat auditū? Quid ponit silentiū aut rea-
liter efficit: nisi quia tollit vocē aut phibet cla-
morem? Quid mors actuale habet existens: nisi
quia vita priuat? Quid enī aliud est malum aut
vitiū corporis: nisi quia speciem et modū et ordi-
nem in ipso corrumpit/ minuit aut destruit? Q-
si totaliter destruit/ nō habet vbi vltra subsistat
Si minuit/ quod remanet dolet: dolendo testifi
catur q bona natura est: que de malo quod pa-
tit/ dolet: et q malū nihil aliud est/ nisi quod ad-
uersum naturā est: pugnās vt destruat/ aut q vi-
tiata ex boni diminutione pmaneat. Quid autē
aliud est malū substātie spiritualis: nisi vt supra
tactum est/ corruptio speciei/ modi et ordinis?
Species vero in anima que a peccato corrumpi-
tur/ est ipsa similitudo ad deū. Facti enī sumus
ad imaginē et similitudinem dei: quā peccatum
deturpat et dissimulat. Modus autē ipsa est for
ma viuendi et intelligendi/ amandi/ volendi/ ap
petendi/ recordandi/ timendi/ veniam sperandi/
gaudendi/ tristandi/ dolendi: quā peccatū cor-
rumpit vt modus nō sit: q modus ibi solum
est vbi neq; plus neq; minus est. Sz peccatū in ta-
libus anime potentijs et affectionibus ita modū
et formā corrumpit: vt aut anima infra subsistat
aut omnino excedat. Ordo autē in aīa est ipsa
intentio ad finem. Nam omnis ordo causarum
actionū/ voluntatū et intentionū tendit ad finē:
finis vero cunctorum est christus. Quem ordinem
peccatū corrumpit: vt anima se nō ordinet in af
fectionibus atq; operibus suis ad finē vnde be
ata sit: sed trahit deorsum ad creaturas per cō-
cupiscentias vitiosas: vt spreto incommutabili
bono fructificando in ipso et ex ipso et per ipsum
bonū cōmutabile atq; corruptibile faciat finē
suū. Sed cum malū non habeat substantiā: neq;
possit per seipsum pterq in aliqua bona nature
subsistere: cum sit nihil: quō in id quod est et bo-
num est/ preualuit? Et cū creatura bona sit deus
habens intra se: nō tamen inclusum/ sed totā se
ipsam scientē: habēs extra se nō tamē exclusum
sed totā seipsam protegentē: habens ipsum deū
infra se nō depressum/ sed ipsam sustentantē: ha
bens ipsum supra se/ sed non elatū/ sed ipsam p
uide gubernantē: vnde ergo ad intrandū ad ip
sam aditus malo patuit? Qua via venit: quō hic
irrepsit: per quā portā intrauit? Unde dicit scri
ptura: Uidit deus cuncta q fecerat/ et erāt valde Gen.1.
bona. Unde ergo malū/ cum dei factura nō sit?
Antiqua est questio ista/ et in euāgelio renouata:
Domine nōne bonum semen seminasti in agro Mat.13.
tuo: vnde ergo habet zizania? Uentilata subti-
liter a plerisq; doctoribus: quorū aliqui errauē-
runt a fide/ dicentes deum esse authorem mali:

aliqui vero duo principia: vnū mali/alterum boni: aliqui sm fidem catholicā sunt locuti: quā in omnibus premisimus et premittemus: quos in presenti opere non sequamur: cū malū non habeat esse preterꝙ in bono: non ꝓcedit nisi a bono: ⁊ in omni genere cause non habet verā causam. Nam cū sit defectus/nō habet causam efficientem/sed deficientem: quia peccatū facit deficere a deo indeficienti: ⁊ rebus deficiētibus adherere. Cum sit nihil ⁊ priuatio boni: non habet causam materialē/ sed materiā corrumpentem. Cum sit forme viuendi ⁊ formalis pulchritudinis destructiuū: non habet causam formalē/sed formā auferentem. Cum auertat a vero fine: nō habet causam finalem debitam/sed penalem finalemꝗ nature bone non competentem/peccatrici vero cōuenientem. Igitur in omni genere cause nō habet debitam causam: vnde ergo venit? A propria voluntate creature rationalis: in se aut in aliquo corruptibili extra se/ nō in deo delectātis. In se/vt in angelo: quia extra se nihil nisi de⁹ erat: in quo delectari posset sm sue nature nobilitē: sed a deo auersus/ad seipsum conuersus peccauit: de quo infra cum de angelis locutio erit/fiet sermo prolixior. In homine vero in se primo ⁊ extra se citra deū ⁊ preter deum fuit ⁊ est prohibita delectatio. Nam peccatum nō est nec esse potest ex aspectu malarū rerum: quia res male non sunt: cuncta bona fecit deus: nec ex appetitu rerū bonarū: quia bonus est animus appetēs: bone sunt res appetite: sed ex auersione a deo et conuersione ad creaturas per ꝓhibitas ⁊ illicitas delectationes. Erit igitur malum a mala voluntate: et voluntas mala non est ab alio/nisi a seipsa. Et si dicatur ꝙ diabolus in forma serpentis preuenit in primis parentibus voluntatem: ipse ab initio peccator ⁊ malus existens: voluntatē ergo primi peccatoris aut angeli peccantis quis preuenit? Nullus. Sed a seipsa voluntas in angelo et in homine facta est mala. In angelo/quoniā a nullo preuenta: in homine/quia libera nec a diabolo violentata: quis deceptioni eius ꝓstaret assensum: primū in seipsa ⁊ a seipsa ⁊ per seipsam decepta. Non est ergo peccatum a voluntate bona existente/sed a volūtate libertate arbitrij male vtēte: qua contemnit omniū conditorem in preceptis suis: ⁊ ab ipso auertitur qui est bonū summū: summe beatificare valens ⁊ volens: ⁊ in eo noluit delectari neqꝫ causas delectatiōis inquirere: ipsum existentem sempiterne velut non existentem relinquens/ad creaturā se cōuertens. In tali conuersione creatore contempto qui relictus iniuste creaturam iuste reliquit: vnde peccatum seu malū aut quomodolibet nūcupatum ortum ⁊ principium habuit: ⁊ malum ⁊ peccatū fuit non sui positiuum: sed boni naturalis/gratialis ⁊ glorialis priuatiuum. Perlucide igitur non curiosis/sed humilibus verum desyderantibus patet: ꝙ peruersus amor a voluntate progrediens/⁊ peruersus vsus subseruiens in diuinam transiuit offensam. Nam non est peccatū cibus a deo creatus in creaturarū sustentationem: sed est peccatū voluntatis peruerse amantis ⁊ vtentis cibo. Non est peccatū mulier neqꝫ bestia/neqꝫ puer: sed voluntatis peruerse amantis ⁊ vtentis/preter diuinam legem/puerum/bestiam et mulierem. Neqꝫ peccatū est aurum/argentum aut quodcūqꝫ metallum: neqꝫ peccatum dicemus esse lapidem preciosum aut vestimentum seu calciamentum/aut hortum/ domum et agrum/filium ⁊ amicum: sed voluntatis peruertentis contra legem dei amorem vel vsum. Et vt breuitate perstringamus/que multa volumina petunt: dicimus creaturam aliquā visibilem ⁊ inuisibilem/corporalē aut spiritualem/cognitam ⁊ incognitam/paruam aut magnam/supercelestem aut subcelestem/positiuā aut realem: aut in ratione aut imaginatione hominū non existentem nō est peccatum: sed voluntatis peruerse amantis aut vtentis aliqua re: que aut per legem nature/aut per legem testamētorum dei veteris ⁊ noui ordinata est: quantū ⁊ quomodo ⁊ quare debeat diligi: ⁊ quare ⁊ quomodo ⁊ quātum rationalis creatura debeat vti illa. Et cū multi catholici doctores ⁊ sancti conati sīt diffinire peccatū: quorū diffinitiones libet tacere presenter illas non reprobantes: nec diffiniendo quod positionem non habet: sed dando paruulis intellectum/sententiunculā talem adijcimus. Peccatum est omē illud quod deo displicet ⁊ facienti nocet. Ad cuius intelligentiā oportet animū prestare attentum. Nam omne quod prohibitum est/velle diligi ⁊ fieri: aut prohibitū quia peccatū erat: aut peccatū fit: quia post prohibitionem volitum/dilectum ⁊ factum est. Ac per hoc idolatria/blasphemia/in deum/furtum homicidiū/vsura/rapina/inuidia/ira/superbia/gula/omnis luxuria/omnis auaricia: ⁊ his similia magna mala: non iam peccata quia prohibita: sed ideo ꝓhibita/quia per naturā sunt peruersa peccata. Comedere autem carnes in quadragesima ⁊ similibus diebus/ non ideo prohibitum quia peccatum: inquit apostolus ad timotheū: Nihil prohibitum est quod cum gratiarūactione percipitur. 1. Timo. 4. Sed ideo peccatū est si post prohibitionem admittitur: ⁊ his similia: si quis vellet exempla prolixius perquirere. Sed quoquo modo peccatorū consistat conditio: aut quomodolibet nominētur seu exorantur: deum offendunt ⁊ facientem ledūt: cuius rei causa peccata ⁊ mala sunt. Quare autem deus ex his offendatur: et si sunt/ reputat se offensum: cum sibi non noceant: ⁊ quare facientem ledant: ordo diuine iusticie requirebat vt per contraria clareret rerum bonitas naturalis: cuius declaratio est magni voluminis: sed non presentis operis. Proinde nō vltra inuestigemus talia: sed caueamus prout possumus minima ⁊ magna peccata: ⁊ ab ipsis sm sapientie sententiā fugiamus dicētis: Quasi a facie colubri fuge peccata. Et si accesseris ad illa/suscipient te. Eccl. 21. Dentes leonis dentes

eius: interficiētes aīas hominū. Quasi rhom
phea bis acuta omnis iniquitas: ⁊ plage illius
non est sanitas. Propterea terrendi essent ho
mines ne peccarēt: quod forsan cauerēt/si quā
tum peccata noceant/aut que dāna faciant pro
uiderent. Quorum damnorum numerus omnium
calculantium resolueret digitos: si aliqua curi
ositate ad noticiam quod est impossibile/duce
retur. Nam quomodo numerabitur damnum:
infinitatem amissi boni maliqꝫ inuēti temporis
⁊ loci penitus secum portās? Quod modica sen
Esa.59. tentia esaias aperuit/dicēs: Iniquitates vestre
diuiserunt inter vos ⁊ deum vestrum: ⁊ peccata
vestra absconderunt faciē eius a vobis ne exau
diret. Quā sententiam si quis diligenter inspe
xerit/omnia suprafata mala prospiciet. Sed vt
terror incutiatur his qui nature fragilitate/ani
mi leuitate/rerum placabilitate/ cōuersationis
amenitate/sensuum vagatione/exemplorū imi
tatione labuntur. Et cōgruum duxi sm scriptu
rarum sanctarum probationem/que pro pecca
tis damna proueniūt: prout in generali potest
sermo profundi: ⁊ in speciali requirit ordo dicē
di deum timentibus atqꝫ hoc legētibus enoda
re. Quem o infelices peccare delectet: cum pec
catū dei constituet inimicū/quando mundi hu
Jaco.4 ius per inordinatū affectuꝫ facit amicū? Quod
iacobus in canonica sua dicit: Quicunqꝫ volu
erit esse amicus huius seculi/inimicus dei con
stituetur. Et seruus peccati efficitur actor eius:
quod in nulla hominū eueniet actione: vt quis
eius quod efficit/seruus fiat: cum factor operis
seu possessione aut artis peritia per illa dñs effi
citur dominus appelletur. Et saluator hāc peruer
sitatem videlicet dominium operis in actorem
sententialiter diffiniuit/in Joannis euāgelio di
Joan.8. cens: Qui facit peccatuꝫ/seruus est peccati. Ex
quo trahitur qꝫ nec vnius domini/sed tot domi
norum quot vitiorum actor eorum seruus effici
tur: ⁊ calcat super nos peccatū velut rex domi
nus constitutus: vt eius calcaneo finali scꝫ do
minio vrgeamur. Quod Job enunciat/dicens:
Job.18. Calcet super eum/hoc est peccatorem: quasi rex
interitus/peccatū certe vita priuans. Cuius re
gnum in nobis non fieri persuadet apostolus.
Roma.6. Non regnet inquit peccatum in vestro mortali
corpore: quia peccati regnum in misera mundi
vita/in alia penarum expectat dominium: cum
ex ipsa fiet opportunus egressus: in aliam vero
eterne penalem irreuocabilis erit ingressus. Et
Prouer.19. iuxta prouerbiorum sententiam: malum semper per
sequitur peccatores: ⁊ parata sunt iudicia deri
soribus peccatoribus/⁊ mallei percutientes cor
poribus iniustorum. Sed anteqꝫ peccatorum se
quatur pena perpetua: indurat ad penitentiam
tale malum: sicut induratum est cor pharaonis
vt etiā flagellis ⁊ miraculis non emolliretur ad
veniam. Et iob effectum demonis in hominum
Job.41. corda declarans/dicit: Cor eius indurabitur qua
si lapis: ⁊ stringetur quasi malleatorum incus.
Hiere.17. Et hieremias populi peccata deplorans/dicit:
Peccatum iude scriptum est stylo ferreo in vn
gue adamantino. Et zacharias hanc duriciam
de suo populo narrat/dicens: Cor suum posue Zach.7.
runt vt adamantem: ne audirent legem. Qui la
pis sm gemmarū peritissimos cognitores ali
cui metallo nō cedit: nostri cordis duriciam ex
nostro peccato prouenire demonstrans. Exce
cabit plerunqꝫ hominum corda peccatum: vt
quam viam gradiamur penitus ignoremus: nec
aspiciamus terminū vltra quem non patebit pro
gressus. Quod ⁊ dauid non tacuit/cum edixit: Ps.34.
Fiant vie illorū tenebre ⁊ lubricum: et angelus
domini persequens eos. Peccatorum namqꝫ te
nebre sunt: vt nec viam qua pergimus et termi
num ad quem tendimus/videamus. Et lubricū
est in peccatorū vijs: vt de vno cadamus ad ali
ud dulcedine tracti: aut aliqua fallacia decepti:
necnon ⁊ plerunqꝫ merito proruamur inuiti: iu
xta apostoli sententiā: Non enī quod volo hoc Roma.7.
ago/sed quod odi illud facio. Et angelus per do
minium potestatis persequitur nos: quia malus
per arbitriū voluntatis: immo insequitur ⁊ per
sequitur nostrorum merito peccatorum. Inse
quitur vt cumulemus peccata peccatis: ⁊ perse
quitur velut a deo fugiētes/qui refugij loca ne
quimus inquirere: vt in camporum latitudine nos
comprehendat: et in eternum subditos habeat
sue imperio potestatis. Et idē dauid velut im
precatiue seu prophetice cecitatem ad peccato
res euenire propter peccata denunciat: Obscu Ps.73.
rentur oculi eorum ne videāt. Et alibi: Super Ps.57.
cecidit ignis concupiscentie male: solemqꝫ nō
viderunt christum summe iusticie: de quo dam
nati conqueruntur/dicentes: Errauimus a via Sap.5
veritatis: et iusticie lumen non illuxit nobis: et
sol intelligentie non est ortus nobis. Et super
montem caliginosum leuate signum: in esaia di Esa.13.
citur. Quod nihil aliud sonat nisi qꝫ supra men
tem nostram ⁊ altitudinē intelligentie sue igno
rantie nebulis caligantem/⁊ tenebris peccatorum
densissimis obscuratam leuetur signum/scꝫ cru
cis: in quo signo deletur omne peccatum: et ab
ipso fugantur tenebre vitiorum. Et semper cum
committitur/obligat ad penam: vt primorū pa
rentum monstrat iusta damnatio facta cōmina
tione contempta. Quacunqꝫ die comederitis in Gen.2.
quit/ex eo moriemini. Replet amaritudinibus
conscientiā culpa commissa: vt in seipsa cogno
scat qꝫ malum est qꝫ peccauit. Quod hieremias
ad hierusalem loquens non tacuit: que per pec
catum dominū reliquit/dicens: Vide qꝫ malum Hiere.2.
⁊ amarum est dereliquisse te dominū deum tu
um. Necnon et ipsa bona naturalia vulnerātur
in nobis: cum delectationē ⁊ operam querimus
in prohibitis. Quod ille nobis annunciat qui
recedebat descendendo a hierusalem ciuitate/
scꝫ pacis: quā innocentiam et gratiā seruatam
intelligimus: in hierico in rerum creatarum de
fectibilem et lunarem/frigidam et variabilem
delectationem: qui cogitatione ac delectatione
necnon consensu anteqꝫ attingeret quo perge

Luce.10. bat/incidit in latrones: et exiuit vulneratus/et se
minimus relictus: quod in volentibus male age
re sepe contingit: vt anteq̄ opere compleant/ex
consensu deliberato in naturalibus puniuntur:
vt semiuiui fere / videlicet cum libero arbitrio
relinquantur. Trahit nempe ad aliud si statim
non resistitur cōmisso peccato: vt per peniten-
tiam et sacramētorū mysterium deleatur. Quod
Gen.4. et factum est in Cain: cuius inuidia ipsum ad ho
micidium traxit/et deum arguentem cōtempsit.
Prouer.18 Et iuxta salomonem: Peccator cum in profun
dum malorū venerit/contemnit: deum scz et vir-
tutem et seipsum et gloriam et penam: et sanctarū
scripturarum admonitionem/et predicatorꝫ do-
ctrinam quasi anilem reputat cantilenaz. Nam
facit insensibilem animā quodāmodo per actū
malum: vt non sentiat quid mali nanciscatur:
quidve boni amittat: vt nec euenire credat: ve-
lut si canis/aut aliqua bestia in naui existens ali
cuius iudicio submergenda: ligatum ad colluz
pondus non sentiret: quousq̄ ab ipso maris ꝓ-
funda petente traheretur inuita: nec nature do
num de supernatando aquis bestiam liberat/
ponderi grauissimo alligatā: quod pondus nō
natandi donum/sed submergendi propriū acce
perat a natura. Sic euenit plerisq̄ pessimo pec-
catori: q̄ si ex anime natura/seu ex christi gratia
data possit superferri/sed nec subinferri penis:
tamen alligato peccato ex eius proprietate affli
getur in eis: ipsa insensibilitate causante mate-
riam ante penam. In ipso vero recessu a corpo
re in portis mortis anima multabitur ex pecca
tis: cum demonum sustinebit insultus: illusio-
nes patietur: oportebit pugnare cum demoni-
bus moriendo: quibus viuēdo noluit repugna-
re. Quid vero post mortem patietur peccatori
cum de penis erit sermo dicetur: sed hic in ge-
neralitate quadaz peccatoris mala perstringā.
Peccator est inimicus dei/angelorum emulus/
et amicorum dei actu et mente contrarius/inimi
corum dei amicus/ demonū seruus/deformata
imago/indignitas vite/turpator nature/corru-
ptor morum/odium sui/ subsannator virtutum/
virtuosorum irrisor/contemptor dei in manda-
tis/trufator in sacramentis/derisor in ꝓmissio-
nibus/celi exul/ inferni promissus ciuis/amator
mundi/turpitudinis cultor/subselliū libidinis/
crudelis et amara vita/praua conscientia/iniqua
voluntas/intelligētia peruersa/ratio corrupta/
memoria sterilis/ anfractuosus mons: organū
et cithara et instrumentum diaboli ex malicia et
ex voluntate/et non ex proprietate nature: mate-
ria infernalis ignis/cenobium malarū cogita-
tionū/obscuratus sol/eclipsata luna/stella de ce
lo innocentie cadens/ignis in seipso ardēs/ob
tenebratus cōtemplationis aer: aqua maris a-
mara/ex feruore mali quiescere non valens/flu-
xibile lutum in mari damnationis: grauissima
terra ex ponderibus peccatorum/tribulos et spi
nas malicie germinans: cibusq̄ terra serpentis
deceptionis antiqui: auis inconstans/aquila ꝑ
superbiā alte volans/falco insidians innocen-
tie/accipiter vnguiās/miluus ad viscera putre-
facta descendens: coruus procrastinans peni-
tentiam/cadaueribus mortuis videlicet operi-
bus insidēs: columba seducta/philomena deci-
piens/caladrius querulus: passer solitarius in
parietib9 habitans: regulus pungētes incolēs
sepes: vmbra infernalis luminis/nubes aquarū
malarum/obscura nebula/tonitruum terrēs/va
por percutiens/ventus ecclesie enauiganti con
trarius/inquietum mare: naufragus in pelago/
et plerunq̄ in portu: nauis sine gubernatore/ca-
rens omni artificio nauigandi: piscis sub aquis
luxurie natans/leo seipsum deuorans/vrsus se-
ipsum balās/aper se vēto inanis glorie pascēs/
lupus simplicitatis destructor/asinus piger: ca
nis ex iracundia latrans/ex memorata delecta
tione mali reuertēs ad vomitum: sus voluta in
ceno rerum: lepus trepidans vbi nō est timor:
fera pessima augmentum bonorꝫ exterminans:
pardus se per pellem ad malum varians: ethi-
ops deformis/talpa terre rationalis: vesperti-
lio volans voluntarie in tenebris/lucem sponte
veritatis abhorrens: appropiatio typica om̄is
deformis actus ad omne inconueniens tam in
animatis q̄ in inanimatis/possibile per homi-
nem deformatū hominem operari: abusio rerū
ꝑuersor ordinis/destructor modi/ fidei falsator/
spei obtrectator/charitatis sugillator/ iusticiā
exterminans/ prudentiā reprimens/ temperan-
tiam paruipendens/ fortitudinē effeminans/de
ceptio vera/obtensio falsa/placiti affectio/veri
tatis expulsio/res et actus impertinēs/importu
na macula/ vniuersi querela/ dissociatus colle-
ga/reciprocū malum et quādoq̄ transitiuū dam
num: semꝑ vero actio retransitiue nocēs/intrā-
sitiue plerūq̄ agens quod necat agentem.

De peccato originali. Capitulum XLII

Intelligentiā hominū merito fides chri
stiana ꝓcedit: nec erit ordo prepostertus
vt per intelligentiā veniamus ad fidem:
sed per fidem ad intelligētiam veniamus. Sed
plerunq̄ intellectus terretur fidelis huius ma-
la consyderans: et vt caueat ad cognoscēdas ip
sorum species animatur. Sed ordo tractandi
requirit: vt de originali malo quo quilibet ex al
tero propagatur infectus/primitus disseratur.
Unde fide christiana non agnitione temeraria
tu qui legis/attende. Quāuis anima nostra nō
traducatur ex altera/ nec ex carne quomodolibet
propagetur: quia nec ex Adam anima eue facta
fuit: q̄uis caro de costa: nec de carne sua velut
caro formata fuit: sed per se creata/per se infusa
Et hoc infallibiliter tenet credulitas christia-
na q̄ dum creatur/infunditur: et infunditur dūz
creatur corpori viuificādo ꝑ ipsam: et in hoc ce-
terorum deuitat errores: qui circa creationem
animarū multipliciter et infeliciter errauerunt.
Et sicut factum est in parentibus primis: ita

ſm ordinem altiſſime ꝓuidentie ab Adam pro
pagatis ſeruatur in cunctis: tamen culpa ori-
ginalis ab anima Ade tranſiuit ad animas po
ſterorum carne mediante: que per concupiſcē-
tiam generatur. Nā primo perſona vitiauit na
turam: natura vitiata vitiauit perſonas: quot-
quot ex humano ſemine dicimus propagatas
ad vitam productas / ſiue nondū natas: ſed in
vtero matrū per infuſam animam viuas: que ſi
etiam in vtero morerētur / merito peccati origi
nalis multabuntur carentia diuine viſionis: ſi-
ue vident mundi lucem / originalis macule di-
cimus maculatas: preter Chriſtū non de ſemi-
ne factū / et ſanctificatos in vtero: q̄ licet in pec
cato concepti fuiſſent / cum peccato nati non
ſunt / ſanctificante eos in vtero gratia ſpirituſ-
ſancti: que gratia originalem deleuit et culpā.
Quod peccatū propter hoc originale dicitur:
quia om̄es cū ipſo naſcimur: ⁊ ab ipſo ī huma-
na natura omnia mala ſumpſerunt ortum: nō
ſolū ſpiritualia / ſed etiā corꝑalia velut pro vin
dicta / ſententiante diuina iuſticia in homines
ꝓceſſerunt. Cuius deriuatio ad poſteros mul-
torū cōmouet animos: vt aliqui diuinā iuſticiā
dicant ⁊ reprehendāt velut iniuſtā. Multi ve-
ro in hereſim lapſi ſunt: dicentes nō eſſe origi
nalē culpā: ⁊ baptiſma ſupflue eſſe inſtitutū ad
ipſū abolendā. Sed qm̄ opus agimus de intel
ligentia ⁊ vita chriſtiana: nō expedit aduerſus
tales diſputādo diſſerere: ſed humili fide / ſicut
ꝑ fidē accipimus credere ⁊ tenere: ſcʒ peccatū
originale deriuari ab Adaʒ in poſteros: hac ſcʒ
diuina ⁊ irreprehēſibili iuſticia: qꝛ q̄uis ipſum
peccatū nō ſit voluntariū neqꝫ actuale in naſcē
tibus poſteris / ſicut fuit voluntariū ⁊ actuale ī
parētibꝰ pmis: nō tamē debuit neqꝫ debet ali-
quis parēs meliores ſe filios generare. Naʒ ſi
Adā ex peccato cōmiſſo nondū ꝑ debitā peni-
tentiā delето damnatꝰ erat: nō debebat ſaluos
filios generare: vt filiorū q̄ parentū potior eēt
cōditio. Qm̄ ergo ordinatiſſimuʒ eſt q̄ natura
humana ſic conderet: ⁊ q̄ cōdita ita ꝓpagaret
ſic et ꝙ peccans ita puniret. Proinde ſicut in
cōditione ſeruatus eſt ordo diuine ſapiētie: in
ꝓpagatione ſeruatꝰ fuit et eſt ordo nature pro
peccato: in punitione ſeruari debebat ordo iu
ſticie: patet ꝙ nō eſt contra diuinā iuſticiā / ſi ad
poſteros culpa tranſmittitur. Et ſi de natis ex
ipſis qui ꝑ baptiſmū renati ſunt / quiſpiam ani
mus heſitaret ꝙ non deberent originali culpa
teneri: facile a dubio abſoluit / ſi ꝓpagationis
ordo penſatur: ⁊ originalis macule cauſa ī ſuo
ꝓceſſu tenetur. Nēpe anima vt ſupra fatū eſt /
nō eſt ex traduce / ꝙ anima trāſducatur ex aīa
ſicut caro ex carne: nec naſcit chriſtianꝰ ex chri
ſtiano / ſicut ex homīe naſcitur hō. Et carnalis
natiuitas ſeu ꝓpagatio humanitatis eſt ex na-
ra infuſi ſeminis et ſuſcepti: chriſtianitas vero
non eſt ex natura / ſed ex diuina gratia. Nemo
igitur pōt dare ſemini ſuo ꝑ naturā quod ꝑ na
turā ipſe non habet: quod ſi poſſet / ſeq̄retur ꝙ
res inanimata ⁊ irrationalis poſſet habere chri
ſtianā gratiā et virtutē: cuʒ ſemen infuſū ma-
neat in lacte ſex diebus: et nouē maneat in ſan
guine cōmutatū: duodecim vero in carne coa-
gulatū: decē et octo membrorū figurationē ſuſ
cipiat / anteq̄ anima infundat. Ille igitur em-
brio virtutē et gratiā chriſtianitatis haberet / cui
adhuc aīa nōdū eſt infuſa: q̄ ꝑ traducē nō eſt: ⁊
hō illud quod accepit ꝑ gratiā / infūderet per
naturā: quod eſſet contra ordinē gratie / ſimili-
ter et nature. Et videretur ꝙ ſic vna ſpecies in
alteram mutaretur: ꝙ ex hoc ſequeretur ꝙ gra
tia fieret natura: et natura fieret gratia: nec in
digeret baptiſmi gratia / ex natura maculata
propagata perſona. Sed addito die vno / et fi
unt quadragintaſex: ⁊ ſtatim aīa infunditur cū
de nouo creatur: ⁊ in ipſo creatur inſtāti cū in
funditur: que anteq̄ infunderetur / peccatū ali-
quod nō habebat: quia creata nō erat. Ille au
tem embrio peccato carebat: quia ſibi aīa infu
ſa nō erat: quia ſicut res inanimata ⁊ irrationa
lis virtutem aliquo modo nō ſuſcipit: nec vitiū
aliqua ratione admittit. Contrahitur ergo ori
ginale malū ex primorū parentū propagata et
damnata propagine / in ipſa infuſione ac vnio
ne anime ad corpus: ita vt in neutro ſit preter
alterum: ſed ſit in vtroqꝫ per alterū: ī carne: qꝛ
in peccato ⁊ libidine concepta eſt: et in aīa: qꝛ
rei in peccato cōcepte vnita ſeu infuſa ē. Que
ſtatim cū vnitur carni rebelli / defectū ordinis
naturalis iuſticie incurrit: quo debebat ſuꝑiori
obedire / imꝑare inferiori: vt nec ſuperiori debi-
to modo ſeruiat: nec inferiorē recta ratiōe gu-
bernet. Nō ergo generat natura gratiaʒ: neqꝫ
natura ꝑ ſe aut ꝑ gratiā generat naturā aliam:
nec gratia generat naturā: neqꝫ gratia ꝑ natu
rā generat gratiā: ſed generat hō ꝑ naturā ali-
um hoīem: qui nō ex natura / ſed ex volūtate at-
q̄ fide ſuſcipit chriſtianā gratiā atqꝫ fidē. Ac ꝑ
hoc luce clarius patet: ꝙ ex chriſtiano homīe
naſcitur damnatus originaliter hō: cū hō chri
ſtianꝰ ex eo generat ꝙ eſt hō: nō ex eo ꝙ chriſti
ſtianus eſt: qꝛ ꝙ homo eſt / habet ex natura deo
ſic volēte: ꝙ chriſtianꝰ eſt / habet ex gratia deo
ſic largiente. Ex vno generat: ex altero in alte
rā ꝓpaginē nō emittit. Et ſi diceret: quare gra
tia nō generat gratiā / ſicut ꝑ naturā homo ho
minē? Facile reſpondetur: qꝛ gratia dat volū-
tati per fidē / nō ꝑ generationē: homo vero ꝓdu
citur ⁊ ꝓducit ꝑ nature operationē / nō ꝑ fidem
Et ſi capere talia ratione nō poſſumꝰ: fide ſm
apl̄m teneamus: qui dicit / ꝙ omnes naſcimur Ephe.2
filij ire: ꝓ maxime cū ꝑ comparationē vnius chri-
ſti miſerentis ad Romanos loqueretur ſalu-
tem omniū ſeu multorū fuiſſe habitā: ſic ꝑ vni-
us hominis delictum culpam in omnes fuiſſe
tranſfuſam: ſic inquit: Sicut ꝑ vnū hominē in Roma.5
hunc mundū peccatū intrauit / ⁊ per peccatum
mors: ita ⁊ in oēs homines mors pertrāſijt: in
quo om̄es peccauerūt. Mundū ī hoc loco ap-
pellauit apl̄s vniuerſū genus humanū. Si eīn

vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei et donū in gratia vni⁹ hominis Iesu christi in plures abundauit. Que littera ex se ipso melius sonat et clarius loquitur/ q̄ si qua expositio adderetur: q peccatum Ade transiuit in omnes: quia mors que per peccatū inflicta est/obtinuit et obtinet omnes. Ideo statim

Roma.5. subdit Apostolus dicens: Si eñ in vnius delicto mors regnauit per vnū hominē: multo magis abundantiaȝ gratiarū et donationis iusticie accipientes in vita/regnabunt per vnū Iesum christum. Igitur sicut per vnius hominis delictum in omnes homines in condemnationem: sic per vnius iusticiam in omnes homines per iustificationē vite. Sicut eñ per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sūt multi: ita per vnius obedientiam scilicet Christi/iusti constituentur multi. Ex quibus verbis ap̄li satis manifeste colligit̄: q̄ sicut vnus christus liberare venerat omnes: sic vnius peccatū omnes infecerat: q̄ nec indigeret libertate immunis a crimine. Nec quispiaȝ suspicetur q̄ de actuali peccato hominū/sed soluȝ de originali hic loquit̄ Ap̄ls: q̄uis actuale fuerat in primis parētibus. Quod originale peccatū nullus estimet q̄ hominē maculet q̄ concipitur: aut secū trahat quia nascitur: vt conceptio causa sit inficiendi: et natiuitas causa trahendi: sed cum concipitur/libido vitiosa insistit: cū animal caro concepta/ipsā originalis culpa inficit: quaȝ cū totus homo nascitur/secū trahit: sed a trahēdo solū sanctificatis exceptis. Et q̄uis oculis carnis qualiter transfundatur originale malū nequeamus videre: nec luce mentis sine titubatione aut murmuratione inspicere: pro eo q̄ in eos paruulos qui nō peccauerunt trāsfundit: omnes tamen morte multari conspicim⁹: ꝓpter quod credere cōpellimur que non videmus. Et quoniā multi nō curant de re cognito nomie: quod ascribit̄ ad effectū: multi vero nō curant de noie cognita re: quod ad ꝑfectū apponitur: multi autē vnū propter aliud nō relinquunt: vt et nominis et rei velint habere noticiam: ad quam tenuitas nostri animi se protendit: ac per hoc nomen infirmitatis iuste sortit̄: cū animā impotenteȝ resistendi motibus ipsa reddit. Feditas appellatur/cū animā maculet carni vnitam. Pronitas dicit̄/ cuȝ pronū appetitū et corpus faciat in malū. Corruptio nominatur/cū ad peccati nihileitatē ipsā deducat: ꝛ vitiū dicitur/cū naturalia bona diminuat: languor recte nomīat̄/cum tantū durauerit et durare debeat in natura corrupta. Tyrānis etiā dici potest/cū violenter dominet̄ potentie concupiscibili. Fomes etiam fertur more cineris ignem fouentis: sic peccatū fouetur in carne ꝑ ipsum: qui fomes in baptizatis nō extinguitur: licet per vigorem virtutis ꝛ gratie mitigetur. Stimulus carnis est: stimulans ipsaȝ carnē ad indebitos atq̄ illicitos motus/ et ad consensū animā agitans. Sed quomodolibet nominet̄ cum etiam plura mala nomina sibi competāt quid autem sit ꝯm rei veritatem/est alia dicendi serie disserendū. Et vt melius tale malū scire volentibus innotescat: oportet primū inspicere vnde exoritur: quali etiam tunc medicina curetur: quia sepe contingit q̄ medicine magnitudo magnā arguit infirmitatem: magnitudo infirmitatis curantē medicinam laudibus effert: vt vna ex altera reddatur laudabilis/ et altera ex reliqua vituperabilis habeatur. Nempe initium habuit originale malū ab inobedientia mentali ad deū in diuini preuaricatione mādati/et ex appetitu deitatis ex actu rei: quia ambo actualiter pomū vetitum gustauerūt. Ex inobedientia mentali ad deū secuta est inobedientia in membris nostris ad spiritū: vt libramento diuine iusticie inobedientia inobedientie retribuatur: vt quod potuit natura humana in parentibus primis/et noluit: velit in nascentib⁹ posteris/ꝛ nō possit. Que inobediētia ꝑmaxime patet i genitalib⁹ mēbris/que ad nutū rationi nō seruiūt: in quib⁹ libido renitente ratione vtplurimū excitat̄. Que ob hoc membra pudenda dicūtur: sup̄ que pudore conuicti primi parentes/perizomata induxerunt: velut sentientes in eis excitari libidinē/vnde cōceperc pudorē. Quare autem in talibus mēbris magis apparuerit rebellio in parentibus primis: sitq̄ reseruata in oībus posteris: solū dūtaxat exceptis/qui singulari spiritussancti gratia sunt purgati: subtilissime inquisitionis ꝛ iustissime sententie laborē imponeret: q̄ qui adderet scientiam hanc/adderet et laborem. Vnū vero solū nō est hic silentio pretermittendū/neq̄ calamo seruandū. Fertur ex iusticia et consuetudine quadam: q̄ ciuitatū proditores/ et eorum peccatū scriberetur in portis: ob memoriā posterorū ciuitates ingredientium et exeuntium. Quod per simile diuina dictante iusticia i humana natura extitit ordinatū: vt in mēbris genitalibus/que sunt porta ꝓpagationis humane: huiusmodi scriberet̄ rebellionis peccatuȝ. Ideo inobedientia ꝛ rebellio membroꝝ ad spiritum iure nata est ex inobedientia ꝛ rebellione ad deū. Ex appetitu deitatis dominationi subdimur demonis/nisi per fidē euangelicā liberemur: sed eorū tentationibus semper ex tali appetitu merito subiacemus: ex actu autem rei passiones in vtroq̄ homine criminales et penose dominant̄ in nobis. Ac ꝑ hoc si ortū huius mali respicimus: ipsū dicemus rebellioneȝ carnis ad spiritū/iustam ex merito peccatorū/tentationem demonū/ et omniū dominiū passionū. Monstrabit autem lucidius tale maluȝ adhibita cura: quod aut pro Christo fuso sanguine/aut sanctificato flumine/aut sanctificante flamine depellat̄. Proinde si sanguis ꝑ christo fusus: i quo tota hominis implet̄ ꝑ christo iusticia: curabit huiusmodi malū: ergo tota fuit hois i ipo malo corrupta iusticia: quā debuit seruare ad deū. Si vero sanctificatū flumen

Illud depellet: ꝙ sanctificata creatura damnatam absoluat: igitur nō ſm sanctitatem et virtutem/ sed ſm iniquitatem ⁊ vitiū delectatio et vsus fuit in creatura. Si vero septiforme sacrificans flamen/ cura medicinali talem labē abstergit: ꝓculdubio certum sit ibi fuisse depositionē timoris ⁊ presumptionē/ abolitionem pietatis et creature cultum/ scientie priuationē et ignorantiā/ abiectionē fortitudinis et ignauiam/ alienationē consiliꝫ et errorem/ deprauationem intellectus ⁊ cecitatē/ sapientie repudiū et creature saporem: cuius curatio patebit/ cū de baptismate erit sermo.

¶ De peccato veniali. Ca. XLIII

Multiplicat inquisitionē christiana ⁊ gloriosissima fides: nolens in modico displicere ei in quem credit: etiam minimorū malorum cupit habere noticiā: idcirco de venialibus atq; leuibus malis libet inferre doctrinā: Nēpe multiplicatū malū multiplicem ingerit pugnam: aut ex eo bella consurgūt: et eo acriora/ quo mens a creatore magis auertitur/ et conuertit ad creatum: et eo leuiora/ quo min⁹ anima in auersione seu cōuersione persistat. Sed leue malū venialis nomē accepit: quia facile meretur veniā qui cōmittit pro eo ꝙ licet feruorē charitatis impediat: tamen velut mortale hominē charitate nō ꝓuat: putꝫ si quis in flammantē ignem aliquantulum aque proiiceret/ qua flāma reprimeretur: ignis vero seu ignitus carbo nō extingueret: cuī rei similitudinē in venialibus est reperire peccatis. Sed si aqua super flammantē ignē funderetur intantū vt flammā repriimeret: et vnde flāma insurgit/ manciparetur extinctioni: mortalis mali similitudo notulā portat. Peccata venialia vitare omnino difficile dicit: ꝗuis ꝑ gratiā dei possint cum firma voluntate actuūq; custodia. Et ꝗuis apostoli post almificam sanctificationē spiritussancti peccauerunt leuiter
1.Jo.1. Joanne dicente: Si dixerimus quia peccatum nō habemus/ mendaces sumus: ⁊ nosipsos seducimus: nō tamē asseuerādū est fieri nō posse quod in nemine preterꝙ in christo ⁊ virgine legit factū. Nec per spiritūsanctū absoluti erāt apostoli/ ⁊ quomodolibet et quantūcunq; sancti maximi ab oratione dominica: in qua petitur venialia dimitti peccata/ et dimittūtur cū
Mat.6. dicitur: Dimitte nobis debita nostra ⁊c. Mortalia vero ad illā orationē nō ꝑtinēt ꝓ remissione: nisi cōtritio precedat: ⁊ sacramētalis confessio et auctoritas interueniat/ dūmodo possibilitas non impediat. Pertinēt tamen oīa mala parua vel magna in omni generē ad orationem dominicā: vt diuina implorata clementia deuitentur: quod tunc petit cū in fine dicitur: Sed libera nos a malo. Nec ipsa ad eternā ꝑcipiendā salutem ipsum quenꝙ impediūt: sine quib⁹ hominū vita nō agitur: nisi mortalia cōmittant/ et nō diluant. Si vero ipsa peccata venialia contemnūtur: et ꝓ ipsis saltē generalitate quadā atq; indistincte non dolētur: vt nec cōmisisse peniteat ꝗ cōmisit: velut mortale peccatū quod nō diluitur/ eternū meretur exitiū. Non ꝙ actum venialiter mortale fiat: sed pro eo ꝙ agentē non penitet/ mortē proculdubio irrogat: vt nō sit peccatū mortale id quod venialis culpa: sed culpe venialis cordis impenitentia. Ipsa siquidē velle: sub certo numero presignare/ multiplicarētur sup numerū capillorū. Et multa que venialia sunt ex generē/ fiunt sepe mortalia ex pessima intentione: ꝓpter ea sanū nō iudico de his certā velle ferre doctrinam. Nemo autem de ipsorū leuitate presumat: quoniā deprimentia onera sepe fiunt ex rebus leuibus aggregatis. Et gutte plurime sepe cōueniunt in torrentē: vt trāsuadari nō possit sine periculo mortis. Et leuib⁹ vulneribus iteratis/ inntulerunt viuentibus certā mortē. Stultū esse nullatenus ambigat: nec dubitet transisse in reprobū sensum: qui ꝙ deum offendit/ leue dixerit peccatū. Penitus ne leue dixeris/ quod in diuinam transit offensam. Nō enī est leue/ pro quo dimittendo quotidie oportet orare. Macula tamen est: autorē non interimēs/ nisi aliꝫs adiectis increscat. Et quicquid mali nō interimit in homine charitatē atq; timorē: nec diuina precepta et consilia ꝑmissa cōtemnit: nec ab impenitentia detinet: citra terminū est mortalis.

¶ De septem vitiis capitalib⁹ in genere. Capitulum XLIIII

Nancisitur vera fides omnia sine falsitate discutere: semperq; in ampliora se ꝓuehit: siue bona vel mala cōstāt: vt vtrorūq; principia/ media ⁊ extrema velit inquirere: vt suū possessorē ꝓmptiorem reddat in bonis: a malis reddet penitus cautiorē. Sed nulla mala magis extrema/ ꝙ que mortē anime inferūt spiritualē ⁊ eternā/ si nō correcta seu declinata demergūt. Que mortalitatis nomen iustissime susceperūt/ postꝙ a deo vita omniū excludūt: et cū mortis principibus interclu dunt: de quibus sermo nō breuis: quia nec breue aut paruum est malum quod faciūt. Hinc est ꝙ sicut sepe dictum est: omne malū a deo auertēs/ a voluntate habet initiū: sed ꝓ alterius mali principiū: quia initiū oīus peccati superbia: ꝓ eo ꝙ recessus a deo ꝑ ipsius fit ꝯtemptū/ aut mandatorū eius: quod nihil aliud ꝙ superbiam poterimus appellare. Firmat autem velut in duabus basatis et bene firmatis columnis: in timore infausto videlicet quo ꝗs timet perdere quod male cupit habere: necnō et in peruerso amore/ quo quis amat ⁊ in amādo habere concertat/ quod amare aut habere prohibetur vt nefas: fomentū seu nutrimentū velut ignis oleum in ligna suscipiēs/ honorē vite/ materiā auaricie/ carnisq; lasciuiā. Quod fomentū in canonica sua Joannes non tacuit/ dicens: Omne quod est in mundo/ ꝯcupiscē 1.Jo.2.
tia carnis est/ concupiscentia oculorū/ et super

dia vite. Plurificat vero septēpliciter modus recedēdi: a modo contemnēdi scʒ deum/firmādi et in malis columnis fouendi malis fomentis: vt superbia velut initiū/similiter aut modꝰ aut iniquitas: inuidia/ira/ acidia/ auaricia//luxuria/gula/sint modus et vie lubrice: quas anima ingressa currens velut vias insipientie/habeat offendiculū: et sint tenebre ad vmbrandū lubrice ad descendēdū festiniꝰ ad infernū: et coartent ambulantiū gressus sepibus pctōꝝ. Sʒ vt clara intelligentie luce possit percipi/quare mortalia sint: et sub quibus respectibꝰ a volūtate pueniāt: et cur sint numero septenario ꝓfinita/que capitalia nominant: alia est adhibenda forma loquēdi. Proinde ad romanos scribēs

Roma.6. Apostolus dicebat: Stipendia pecati mors. Quod de triplici morte intelligenduʒ est. De morte separationis a deo/q̄ est tota vita: de morte corpis/q̄ fit p separationē anime ab ipso: et de morte damnationis eterne. Et vt quod p questionē mentē pulsat clarius pateat: oportet singula pquirere: vt quomō quodlibet mortē pro mercede suscipiat/possimꝰ oculo fidei intueri. Sane deꝰ est vita in seipsa et a seipsa et de seipsa et p seipsā viuēs: et oīs vite fons et indefectibilis origo: a qua recedēdo itur in mortē: et in talē in qualē ire decet relinquentē oīm vitā. Ac p hoc superbia recedit a deo cōtemnēdo ipsum in se/in suisq̄ preceptis: merito ergo mortē incurrit/qui a vita per contemptū se diuidit. Et cum deus vita omnibus bona sua/siue naturalia/siue temporalia/corporalia siue spiritualia/ plena largitate sm iustam dispensationē tribuat et cōmunicet: inuidia vero que a non videndo nomen accepit/dolet: cum aliorū bona cōspexerit/ q̄ collata sūt ab autore vite. Iustissime igitur vita priuatur morteq̄ incurrit/ qui dolet de vite bonitate diffusa: et quantuʒ in se manet/odit opera vite. Ira vero que dicitur turbulentus animi appetitus/ furit in vitam: quando cū odio persequitur creaturā/cui fontalis vita concessit et vitā: iure vero mortē incurrit/qui in aliquo odit vitam. Acidia nullis aut retardatis et retrogradis passibus appropinquat ad vitaʒ: et maledictionē incurrit eternā q̄ negligēter operat dñica. Quod Hie

Hiere.48. remias protulit dicēs: Maledictus omnis qui opus dei facit negligēter. Ex debito nāq̄ remanet in morte/q̄ vite appropinq̄re neglexit.

Auaricia cū feruore plus debito habēdi accēdit: indebitis modis necessaria p vita sortit: et dū se fulcit indebite/alios priuat desyderio et actu necessarijs vite: necnō et charitatē p quaʒ acquiritur vita/ferit: que ꝓpria cōmunia facit: cū auaricia que sunt cōmunia velit esse priuata. Inuincibili ratione detinet a morte/ q̄ desyderio plus habēdi quantū in se cōsistit/ alijs irrogat mortē. Luxuria turpat vitā: cū concitata libido animā per consensum/ corpus per actuʒ: proximū/cum quo per participiū: scientem vero maculet per malum exempluʒ: viteq̄ contemnat preceptū: cum consentitur aut agitur preter sacramentū: pinde irreprehensibiliter retinetur a morte turpator vite. Pestifera gula irrefragabili sentētia irrogat mortē: q: nisi de parte vite nō curat. Propter quod Aplūs ad Philippenses dicit: Quoꝝ finis interitus Phil.3.

quoꝝ deus venter est: et gloria eoꝝ in cōfusione qui terrena sapiunt. Quomō nō iustā incurret mortem gulosus: qui contemnit animā in eternū victuram: solū carnem fouet necessario morituram? Ac per hoc nō ita tenendum est/ q̄ sm omnē actum et modum ista septē capitalia mala semper sint mortalia: nisi cum anima deordinatur in talibus circa deum: et obruitur ratio: confunditur memoria/et voluntas peruertitur. Quorum declaratio per singula quando sunt mortalia vel non/ nec est presentis operis: et dare doctrinā fore vtile nō agnoui. Melius est enim vt mens semper timeat/ et offendere caueat: sed diuersis respectibus: put ipsa diuersa consistūt/ ab vna hominis volūtate pcedūt: quibus scitis/ scitꝰ et numerꝰ. Quatuor q̄ appetibilia esse: que cū male appetunt/ quatuor mala generantur: et tres vires: que cū deordinate fuerint/alia tria mala causantur: limpide consyderantibus patet: vnde respectiue ac numeraliter septiforme maluʒ insurgit. Nā voluntas plerumq̄ deordinatur cum appetit aliquod bonum priuatū quod nō est appetendū/cōmutabile seu apparēs: quod erit priuata excellentia: et hanc amat superbia. Aut erit aliquod bonū exterius p sufficiētia/sed nō necessariū: et hoc querit auaricia. Seu erit bonū delectabile ad cōseruationē indiuidui et suijpsius plus debito/et vltra ordinē et necessitatē appetitum: quod est alimentū delectabile sm gustū quod amat gula. Siue aliquod aliud bonū delectabile quod potest esse ad cōseruationē speciei: licet ex intentione aut opere nō semper ita sit: quod est totꝰ delectabilis/ scilicet tactꝰ: qui appetit ex luxuria. Quocirca sm quatuor appetibilia et volūtatis respectū ad ipsa diuersū/ quatuor mala cōsurgūt. Sed cū volūtas i potentijs naturalibus ordinem pretermittit: aut deordinatur in rationali virtute: vnde nascitur inuidia omni ratione carens: aut deordinatur in potentia irascibili: et sic nascit ira vltra debitū furens: aut deordinatur in vi cōcupiscibili: et sic nascitur acidia: necessariū bonū animo nō appetens/ nec actu et moribus querens. Igitur claret in intellectu istorū malorum obscuritas cur morteʒ inferant: quibus respectibus a volūtate procedant: numerū septenarium teneant: et capitalia cur existāt: q: capita sunt omniū aliorū: vt infra eorū specialis sermo monstrabit.

De Superbia. Ca. XLV

Opportuna in omnibus fides speciali se pctōꝝ cognitione tuet: nep incautelam opera nefanda captet. Sed de sꝑbia prius est p ferēda cognitio: q̄ malꝰ et per-

catis criminibusq; improbe insistit/ vt fiant: et omnibus bonis operibus importuna assistit vt pereant: que contemptũ generat mandatorũ et consiliorum despectum: sibiq; male placens a canonicis regulis deuiat animã: et irregularẽ per omnia malorũ precipitia sepe trahit. Super mensurã sua nominatione conscendẽs vt in nullo modus et ordo et numerus et mensura seruetur: superioribus inuidens/ equalibus nõ consentiens/ inferiores despiciens: satagit omnes suis calcaribus perurgere. Superbia velut feminea derelicta regina/ nõ sociat a virili regimini: nec suam aspiciens viduitatem proprio delectata dominio: socios sibi similes et criminosas assumit: cum quibus confabulatur in verbis mendacij et prouisionis digne. Curiositatem et propriam sufficientiã atq; cõplacentiã collaterat sibi: cũ quibus alloquẽs creata iterum aliter creat. Loca permutat: auget et minuit lumina: alternat vices et tempora: lucem et tenebras/ diẽ et noctem a diuinis legibus soluit: suis velut iustioribus ligat: potestates mutat et iura regnorũ: dominari omnibus appetit: aut alijs conferre dominia: vt sub suis regulis tremulet omnis orbis: dignos ex odio reddit indignos: indignos vero pro placito supponit. Hec pro iusticia vtit volũtate voluptate p lege. Huic dominatrici pestifere oĩa placita sũt licita: delectabilia sũt honesta: vtilia vero iustissima reputãtur: q sẽp furit si nõ pficit: insanit si impedit: nõ quiescit nisi supplãtet aduersos: nõ vult audire querelã: si pro cõmodo suo alijs fecit ipsa iacturaz: nec patitur computari ad alios damnũ/ quod in suũ profectũ deuenit: sed vult q perditũ suum perditor dicat profectũ/ quod superbie accessit ad luctũ: et q exaltari se putet in sua exaltatiõe depressus: et gloriam sibi prouenisse ascribat/ ppter ipsius honorez et gloriam ignominiã passus. Et velut ornamenta vult haberi vulnera suscepta in certamine/ aut aliter propter ipsaz. Mortem reputat vitã si p ipsa pendat. Ei⁹ causa sanguinem fusũ estimat fluxũ aque/ spiritum hominis spiritũ pecoris/ carnẽ humanã asininam/ si eius cõmoditate perdant: patientibus nullum dicit adesse dispendiuz/ duz ipsa i suis sublimibus deferatur. Omnia velut stercora arbitratur/ si adipiscitur quod affectat. Hec in angelis ppria et inuisibili ꝛ intellectuali delectatione deseruit celũ: in parentibus sensuali delectatione paradisum: in iuda obstinata cõtumacia deseruit christũ. Quid nobili⁹ in locis celo? qd delectabili⁹ i corpalib⁹ paradiso? qd sapiẽtius i doctrinis christi discipulatu? Hec in tyrãnis vsurpauit dominia: i legitimis dominis puertit iusta decreta/ i iudicibus recta iudiciã/ i aduocatis debita iura: i notarijs fecit multa notoria: in articialibus deprauauit cõmunia. Appetit supbia singulariter incedere sup terrã: ꝛ suã obliquitatẽ vult oĩb⁹ p rectitudine reputari. Plurimũq; se palliat tegumento virtutis/ vbi aliter se nõ posse cõsurgere precognouit: ꝛ ne vilescat/ suaz etiã illã humilitatem scz sepe v.. cat. Et cũ sibi sociat ambitio/ si p se ipsaz nõ valet efficere quod psumpsit: seruit vt regnet: gratis se donat/ vt accipiat quod affectat: vocat dominos quib⁹ ipsa nõ seruit/ sz potius petit dominari. Appellat sapiẽtes quos i animo stultos credit: dicit amicos quos odit: Anteq; obtineat blandit vt catula: dũ obtinere cocertat/ cũ vulpina pelle pgredit: cũ obtinuerit/ leonis assumit aspectũ. Et quib⁹ subiacebat in precib⁹/ velut aquila ceteris auib⁹ supfert. Que deijcit eũ quẽ eleuat: qꝛ ẽm euãgeliũ Omnis qui se exaltat/ humiliabit. Quis est q se exaltat/ nisi qui se p superbiã supra oẽs sua estimatione subleuat? Sed humiliat: quia ca-
dit/ qui se ascendẽdo nõ nouit. Deiectus ange- Esa.14.
lus de celo p superbiã: ꝛ p irrepedabilẽ viã ad
inferiora descendit. Exulat a paradiso Adam Gen.3
qui per superbiã diuina mandata contempsit.
Et Nabuchodonosor de regia dignitate de- Dan.4.
pellitur/ dũ cor eius indebite subleuat: et maiori animaduersione percutit/ vt ab hũano sensu estimet se mutatũ: ꝛ cũ bestijs moraturus ac-
cessit: q se bestiã/ nõ hoiem estimabat. Et i iob Job.20.
legit de impio a supbia subleuato: Si ascenderit vsq; in celũ supbia eius: et caput eius tetigerit nubes: quasi sterquiliniũ in fine perdet. Et
in Ecclesiastico scriptũ legitur: Sedes ducum Eccli.10.
superborum destruxit deus: et sedere fecit mi-
tes pro eis. Et alibi scriptũ est: Multi poten- Eccli.11.
tes oppressi sunt valide: et traditi sunt gloriosi in manus exterorũ. Et contra supbos depri-
mendos Esaias clamat: Pedibus cõculcabit Esa.28.
corona supbie ebrior ephraim: ꝛ erit flos decidens glorie exultationis eius. Et a seipso decipit qui supbus existit/ velut se ledens p vinuz i nimietate potatũ: iuxta quod abacuc clamat
Quomõ vinũ potantẽ decipit: sic erit vir sup- Abacuc.2.
bus/ ꝛ nõ decorabit. Geniminũ omniũ malorũ
ipsa preponitur: sacra scriptura dicente: Initi- Eccli.10.
um omnis peccati supbia: ꝛ qui illam tenuerit/ adimplebitur maledictis. Et vere maledictis implebitur possessor supbie: qa maledicit ab omniũ creatore: ꝛ maledicti diaboli filius cõstituitur: ꝛ cũ maledictis in eternũ erit portio ei⁹ qui a superbia sociat: quia noluit benedictionẽ diuinã/ longe facta est ab eo: ꝛ maledictione induetur velut vestimẽto/ qui a supbie motibus circumfertur. Sed aliud est supbire: ꝛ istud est auersionis: aliud est nõ credere: et istud reprobationis: aliud nõ obedire: ꝛ istud est despectionis: aliud est sibi placere: ꝛ istud est diuine negationis. Alia est supbia in deuz: alia in seipso ad seipsum: ꝛ extra seipsum ad pximũ. Sed in q̃tum pgredi potest: ista primogenitãs ꝛ pmogenita mors: suos conspice gradus/ qui eã cõprehendere satagis: descẽdentes siquidẽ/ licet
ascendẽtes appareãt. Initiũ eius apostatare Ibidem
a deo: velut p ppriã sufficientiã somno captaz et complacentiam singularẽ superfluum deum

ꝯstimare/et omnia facta dei. Subinferꝛ secūdus: in quē quis descendēs animo actiꝺ peritura conquirit. Inferiorātur tertius: in quo pede posito obtenebratur intātū hominis ratio: vt neget rationē: preferat voluntatē: ⁊ absq̄ deo sibi statuit regnū tenebrosū: vt neq̄ deū neq̄ q̄ dei sunt in ordine ad ipsuz conspiciat: et hic est vltimus terminus eius.

¶ De inani gloria. Ca. XLVI

Quid aduersus clamabo inanē gloriam seu gloriā vanā? que de ventre superbie gignitur: que hominē deprauat: et rectis incedere itineribus nūq̄ sinit. Cuius mala germina que mala faciat manifestāt. Quorū primuz est inobedientia: quia inaniter gloriosus in nullo inferior patitur apparere. Sed videri videt inferior qui superiori obediendo subijcitur: ⁊ precipientis/nō suam perficit voluntatē. Germen nequā est ipsa cōtētio: qua vane gloriosus clamoribus apparere cōcertat. Cui adiūgitur iactantia/scilicet filia infrunita: que bona si qua potest/ palāter enumerat: vt corā hominibus laudabilius merito appareat: et euacuat mentis arcana/plerūq̄ insipientibus sua secreta/immo tacēda diuulgās: et plerūq̄ de prefato superbie vtero egreditur presumptio nouitatū: vt dicēdo aut inueniēdo que noua hominibus videātur/laudabilis habeatur: et pertinacia cōcepta educit/vt dictuz aut factū audacter defendatur: ne videatur errasse/ qui ab hominibus gloriā querit. Et sepe cū istis alia vterina exorit: que discordia nūcupatur: que semꝑ assumit in auditis contrariū: si nō aliter/saltē taliter vane gloriari precogitans. Necnō interdū pessima hypocrisis oritur pulla filia/humanis et exteriorib⁹ placitis mācipata: que nunq̄ recte suū possessorē permisit intendere: pictoris intentionē ⁊ artificiū moribus semper imitans: qui figurans imaginē/nō intendit ad interiora et intestina: que vere i animatis natura producit: sed suo artificio forinseca exemplificat coloribus/et manuali pictorio membra ordinate connectēs. Sic hypocritali malo predoctus/ rectitudinē conscientie ꝑtermittit: ⁊ qualiter veritatis testimonio deo placeat/nō inquirit: exteriora solū ꝑpalpitat vnde gloriā captat. Inquisitio curiosa producit de cōceptu pestifero: que satagit scire hominū volūtates: ⁊ earū placita inuestigare nō cessat: vt ea loquēdo ⁊ morib⁹ proferat que ipsas demulceat: vt postmodū vocibus ꝓrumpat in laudē eius/ qui humano placito sic cuncta facit. Quid plura de hac volitāte per aera loquar: q̄ suū sibi sic vendicat possessorē/vt possideat a quo possidet: et cunctis aspiciētibus exponat venalē/imo irreuocabiliter tradat in mancipium laudatorū? Nō possidet seipsuz a vana gloria iam preuētus: nec sensibus vtit ad seipsuz/ sed ad eos a quibus vanā gloriā querit. Nā totū se in sensibus variat: et moribus ⁊ gestibus se subornat: vt laudē excutiat de cordib⁹ inspectorū. Nō habitat in terra: quia natione celestis: nō gradit per viā: sed ꝑ hominū corda ꝑambulat. Hoc solū hoc lethale vitium habet annexū: q̄ oīa studet prouide facere ne cadat a laude. Nā vnde preuidet materiā placēdi ꝑinde adhibet studiū seriosius operandi. Et licet multa decentia ꝑ alijs faciat/ seipsū merito priuat: cui⁹ initiū ꝓpria reputatio/mediū viuere in cordib⁹ spectatorꝫ/finis latrociniū diuinorꝫ.

¶ De ira. Capitulum XLVII

Ad irā sermo dirigit: que directū animū a natura distorquet: et serenū mōtis obnubilat: et impedit i suis aspectibus animū/ne verū aliquādo conspiciat. Et cū habeat sine causa originē/sine causa permutat rationē: ⁊ turbulētat animi appetitū/ cū appetit remouere quod suā impedit facilē actionē: que primū in animo in seipsa collidit/antequā foris efficiat ad quod iniuste mouet. Et vna existens anima ire nube vestita/in altricationibus i interiorib⁹ bipertit: vt furēte imaginatione cōstituat e regione alterū certatorē: quē aggreditur verbis furia plenis/ iniuria maculatis/turpitudine compositis: derisione/ambitione/dolo/animositate confectis: accēsis odiorū impetuositate succēsis. Que si responsa susceperit ꝑ cōsimile/fumositate sustollit: vt iam ad verba veniat: ⁊ intantū in animo seuiat vt occidat. Nec atrox animus satiat penis a furiosa cogitatione ꝑductis: in cuius vasculo ira ebullire nō cessat. Ecce iā anima vna ex ira efficitur bina: de ipsa obicē faciens inimicū: qui nō audiēdo lacessitus est verbis: itaq⁹ ꝑmanet ⁊ verberatus est: viuit adhuc/⁊ occisus est. Hec est que libidinē habet vlciscēdi/ parcendi nemini voluntatē. Mouet ex ipsa volūtas ⁊ cōcitatur ad penā: et subitā generat in anima tēpestatē: feruet in interioribus: ⁊ ex impetu sepe in exteriora prorumpit: ⁊ ad illatas iniurias existens impatiēs/plus vindicte q̄ suscepit cogitat. Et q̄ funesti⁹ dixerim: iracūdus magis affligitur tacens: ⁊ iniuriātis absentiā passus/flagello duriori se verberat: dū cogitat q̄d debuit mali dicere: ⁊ nō dixit: dolens si malū facere potuit ⁊ nō fecit. Et si presentiā iterū sustinere cōtingat. se ad peiora inferēda disposuit: ⁊ que ad mala inferat/tu qui legis aduerte. Solet infatuare animos/si adheserit hec putrida tabes. Unde in ecclesiastico scriptū legit ad cautelā: Ne sis velox [Eccl. 7] ad irascendū: quia ira in sinu stulti requiescit. Et Job: Uirū stultum interficit iracūdia. [Job. 5.] Et in Prouerbijs: Fatuus statim indicat iraz [Prouer. 12] suā. Ex quibus sententialiter hoc colligitur/q̄ stultus ⁊ fatuus est iracūdus: et iracundo stulticia ⁊ fatuitas dominātur. Et reus constituit qui foris in ira exarserit: christo dicēte qui ait: Omnis qui irascit fratri suo/reus erit iudicio. [Mat. 5.] Et ad mala patrāda erit ꝓcliuior/qui suis motibus circūfert. Unde scriptū est in parabolis Salomonis: Uir iracūdus ꝓuocat rixas: ⁊ qui [Prouer. 15] ad indignandū agilis est/erit ad peccata ꝓcli-

tilor. Ira suscitat rixas: sicut alibi scriptum est:
Prouer. 26. Sicut carbones ad prunas / et ligna ad ignẽ: sic vir iracundus suscitat rixas. Et in ecclesiastico
Eccl. 28. scriptũ legitur: Homo iracundus intendit litẽ: et vir peccator turbabit amicos: et in medio pacẽ habentiũ immittit inimicitias. Secundũ enĩ ligna sylue sic ignis exardescit: et ƀm virtutẽ hominis sic iracundia illius erit. Habet pro nihilo sanguinẽ fundere cõcitatus ab ira: et misereri
Prouer. 27. nescit ab ipsa perustus. Unde salomon dicit: Ira non habet misericordiã nec erumpens furor: et impetũ concitati spiritus ferre quis potest? Et
Eccl. 8. in ecclesiastico scribitur: Cũ iracũdo nõ facias rixam: et cũ audace non eas in desertum: quoniã quasi nihil est ante ipsum sanguis. A cui9 virulenta radice cõsueuerunt huiusmodi ramusculi pullulare: rixa / timor mentis / odiũ / contumelia / clamor / indignatio / blasphemia / tristicia / rãcor / inquietudo / impetuositas / conuitiũ: et his similia. Hec seipsam intromittit ad ꝓferendũ iudicia: nec defert omniũ regi regum qui sibi vindicte iudiciũ reseruauit. Hec excogitat exilia / vincula / carceres / mutilationes: et tam inaudita tormenta: vt ex illis mors quereret pro vita. Hec peruertit iudiciũ: confundit iusticiã: consiliũ nõ sequitur: rationẽ excludit: mensurã non seruat: vt pro modico multũ velit rependere: pro verbo gladium infigere: pro leui manuũ iniectione vitam nitatur auferre. Iracundus in tabulis adamantinis scribit iniuriã: in glacialibus laminis depingit bona suscepta. Huius initium est quedam indignatio mẽtis preter iudiciũ rationis: medium vero congregatio in memoria eorũ que prestant augmentũ: finis vero est odium vsq; ad mortẽ: non solum corporis / sed anime: vt super ipsam descendat indignatio dei.

¶ De inuidia. Capitulũ XLVIII

Inuidie virus fascinauit hominis rationẽ: et rectum intuitũ obcecauit: et ingessit in animo plerisq; tristiciã / vnde leticiam debuit reportare. Nã ad gaudiũ debet animus excitari / cũ videt diffusam diuinã in hominibus bonitatẽ: nature largitatẽ insurgere: prosperari ex ingenio quempiã aut arte fulciri: que ordinẽ vniuersi decorant ad iocunditatẽ consyderantiũ veritatẽ: sed que de non videndo nomẽ accepit inuidia / de singillato bono nõ recipit gaudium: nec prout ingreditur / vniuersalez pulchritudinẽ accumulat ad solatium: sed semper suum existimat damnũ commodũ alienum / et suam diminutionẽ alterius augmentũ / perditionem ꝓpriam alterius lucrũ: in suam conuertit iniuriã alterius gloriam: suam depopulationem deplorat alterius habundantiã: et propriã infirmitatẽ alterius sanitatem: suam ignorantiã alterius scientiã: et ad suam ignobilitatẽ alterius nobilitatem asscribit: et quicquid boni alteri accedit / a se recedere semper putat. Que aũt est aduersus bona que dicũtur fortune / et mala est: aut aduersus bona nature / et peior est: aut aduersus bona gratie / et pessima est. Semꝑ ĩ luctu est inuidus inter prospera ceterorũ: exultat vero in miserijs proximorũ. Melius esset inuido carere oculis ne videret: auribus ne audiret que alijs bona proueniũt: quia saltem quietem in animo possideret. Ad felicitatem dico inuidorũ / semper illos esse in numero captiuorum: et ante oculos semꝑ habere lugentes: et sustinẽtes penas continue contemplari: incolere deserta cuz bestijs: effugere hominũ ciuitates: vt videndo infelicia se putarent esse felices: nec videndo felicia tristarẽtur: qui vt ita loquar / ex misericordia in inferno tenderentur: vbi est sempiterna miseria: ne iocundorũ intuitu torqueantur. Contra seipsum semper testificatur qui inuidus est / ꝙ quib9 inuidet minor est: et velut noctua suam peragit vitam: que semper odio habet lumen solis / obscuris temporibus expandens alas. Hec est fera pessima que iudicio patriarche deuorauit filium suuz ioseph. Hec est que fratres animauit Gen. 37.
ad occidendum et ad vendendũ nature consortem: cõmunem coheredem / cum eis futurum in posterũ: vt deleretur hostiliter instiganit. Hec primũ israelitici populi regem saul excitauit ad 1. Reg. 19.
uersus dauid: vt ipse mereretur peramplius a diabolo concitari. Per hanc primum effusus est Gen. 4
sanguis / et vterinũ manus ad occidendum iniecta. Hec linguã excitat ad detrahendũ / murmurandũ / obloquendum: et recta verbis peruertere facit: et linguã veneno maledictionis infundit: nec pacifice loqui sinit. Contorquet oculũ: conturbat auditum: excitat sepe manũ: cor languidum / marcidũ / stupidum et odiosum facit: et suum possessorem nunꝙ sinit esse felicẽ: ad eternam miseriam nisi abijciatur / ineuitabiliter trahens secum: vt cuz illis sibi cõsimilibus inuidis maneat in secula seculorum: quorũ inuidia mors intrauit in orbem terrarũ. Iure igitur separandus est a bono fruentibus inuidus: quorũ felicitatem sibi computabat in penã. Et merito sociandus afflictis: quorũ malis velut remedio fruebatur. Cuius initium est incõsyderatio et odiũ inequalitatum que de diuina procedũt sapiẽtia sicut oĩa: mediũ vero est tristicia de alienis bonis animam fodiens / et est bonis proprijs nunꝙ gaudens: finis vero est odiũ sapientie sic distribuentis et bene facientis nõ sine causa dei.

¶ De acidia. Capitulũ XLIX

Accidia malũ accidens est: quoniã ad actionem constituta est natura potissime humana: que intelligibiliter agit et ratione vtitur in agendis. Et noster Gen. 2
protoplastus insinuat: qui primum in paradiso positus vt operaretur et custodiret a domino accepit decretũ: quod male custodiens ꝙ poterat sine labore operari mandata: durioris et affligẽtis laboris suscepit sentẽtiam: vt in labore et sudore pane quo viueret / vesceretur: exul ab infatigabili actione / immo a quieta operatione: terram iniquitatis spinas et tribulos germinãtem cũ maledictione operaturus seu sulcaturus velut agricultor cogitur laborare. Nec congruum

est vt acidia naturam corrumpat actiuam: et ne
ꝓbandum est malũ quo summi regis imperium
ꝑtermittitur. Sed nec ipsam depingamus ꝓut
nature reprimit liberam et debitã actionem: sed
prout aduersatur infuse desuper gratie ac etiaʒ
moribus christianis/verbulis declaremus. Aci
dia est tedium mentis in bonum desuper infuse
virtutis: nausea spiritualis et intellectualis bo-
ni: stomachatio cibi viuificantis animã: sentina
fetens nauigantis vite/neglectum bonum/expe
ctatum malum/inexpectata lesio/subitum nocu
mentũ/ expositum et immobile signum ad sagit
tantium demonũ experimenta/situatus volun-
tarie lapsus/et adiutrici virtuti non porrigens
manus/voluntarius cenosus/non firmatum re
pagulum ad ingredientes iniquitates/apertuʒ
ostium ad easdem/tenebrosa cauerna/recepta-
culum immundiciarũ/ squalidus mos/fatua vi
ta/dissipatio temporis/ vana occupatio loci/li-
gata ex colligatiõe natura/persona sterilis/im-
protecta defensio / pondus sensualitatis depri-
mens/ displicentia vite agende/ amica status et
quietis/ odium actiuorum/ aspera responsio ad
excitantes/voluntarie fractrix tubarũ spiritua
lium excitantiũ ad diuinas operationes: ve cla
mat ad missam/euge ad mensam: consistoriũ ma
larum ordinationum/hospitium peregrinantiũ
malorum: mensa demonũ super quã comedunt
pollutum panem: lectus et puluinar decipien-
tium amicorum/ secessus procerum infernaliũ/
alueus decurrentium iniquitatum/ inuisa cloa-
ca inuisibiliter turpitudines suscipiẽs. Ista pre
termittit tẽpus/tẽpus expectans: et ꝑteritũ irre
uocabiliter perdidit: et ꝑsens futurũ expectans/
vacuum preterire permittit: futurum cum effici
tur presens/similiter facit: et in tempore debito
debita non persoluit. Hec sedens in cathedra
male quietis et sella delitiarum/deo vocãti non
respondet: angelo excitanti non consentit: ad-
uenienti virtuti non assurgit: salubriter consu-
lenti non credit: duci recte ducenti non obe-
dit: collegam actiuum repellit aut odit: consi-
milẽ amplexatur et diligit. Hec generauit man-
datorum contemptum: et consiliorum perfectio
nem abhorruit. Hec fecit sacram despicere mo
rum imitationem: vite asperitatẽ penitus igno
rauit. Hec cum bona si qua contemnit/magnũ
malum est: si vero negligit necessaria in saluteʒ
damnabile malũ est: demergens prementi pon
dere suum possessorem ineuitabiliter/ nisi abie-
ctum fuerit/in infernum: a quo quis liber aspe-
xit in vitam: et tractus amore virtutis peregri-
natur in patriã: aduersus quã maledictã de scri
pturis sacris aliqua proferamus in medium: vt
illam potissime caueat qui diuinis agonibus
aspirauit. Dissipãtur bona et opera si qua sunt
illius qui acidie retinaculis detinetur: Iuxta
Prouer.18. prouerbiorum sententiam: Qui mollis et disso-
lutus est in opere suo/frater est sua opera dissi-
pantis. Et pabulum nutrimenti ministrat pun-
gentibus vitijs: et custodientis ac protegentis

legis fieri permittit ruinam: qui supra pectus
acidie reclinauit. Quod salomon ipse non ta-
cuit/cum dixit: Per agrum pigri hominis tran Prouer.24.
siui/et per vineam viri stulti: et ecce totum reple
uerãt vrtice: operuerũt faciem eius spine: et ma
ceria lapidum destructa erat. Ager pigri quip-
pe studium est voluntarie actionis: et vinea est
vite nouitas: ad quam debem⁹ intendere: vt vi-
num iocunditatis eterne suo tempore deguste-
mus. Sed repletur vrticis prurientibus dam-
nate libidinis: et anathematizate auaricie con
foditur spinis. Et vtriusqꝫ murata maceria/sed
non ex charitate cementata/custodia diruitur:
vt nec lege velit arceri diuina/voluntati pro-
prie mancipatus. Cui ab eodem vltrix senten-
tia indicitur: vt ex suis desyderijs qui piger est
moriatur. Nam desyderia occidunt pigrum: Prouer.21.
noluerunt enim quicquã manus eius operari.
Tota die concupiscit et desyderat: qui autem iu
stus est/tribuet et non cessabit. Et iterum scri-
ptum est: Propter frigus piger arare noluit: Prouer.20.
mendicabit ergo estate/et non dabitur ei. Nam
torpor noxie frigiditatis detinet pigrum vt no
lit arare: vt serat virtutibus animam: et cor-
poris mores per ordinem ponat. Qui cogetur
mendicare in egestate decoquentis iudicij seu
in claritate sanctorum: sed non dabitur ei de la-
boribus aliorum/vt refocillet animam suam: ne
qꝫ de aliorum victoria suscipiet ipse coronam:
sed nec iustificabitur de iusticia in labore agen
tium vitam suam. Nam scriptura dicit: De fru Prouer.12.
ctu oris sui vnusquisqꝫ replebitur bonis: et iuxtã
opera manuum suarum retribuetur ei. Et alibi
scriptum est: Date ei de fructu manuuʒ suarum Prouer.31.
non alienarum. Et statim subditur: Et laudent
eum in portis opera eius: non aliena/que piger
in vacuum mendicãbit. Et apostolus inquit:
Omnes astare oportet ante tribunal christi: vt Roma.14.
recipiat vnusquisqꝫ bonum/ siue malum: prout
gessit in corpore suo/nõ in alieno. Et alibi apo-
stolus clamat: Qui non laborat/nõ manducet. 2.Thessa.3.
Contra quem Sapientia iterum clamat exci-
tans/malaqꝫ futura denuncians: Usqꝫquo pi- Prouer.6.
ger dormis: quando consurges ex somno tuo?
Paululum dormies/paululũ dormitabis/pau-
lulum cõseres manus vt dormias: et veniet tibi
quasi viator egestas: et paupertas quasi vir ar-
matus. Deficiet enĩ tempus declamare ad hanc
maledicam per testimonia scripturarum: que
non solum in non operando recipit detestatio
nem: sed in operando in pluribus eternam ma-
ledictioneʒ incurrit. Quod spiritussanctus per
Hieremiam loquitur/dicens: Maledictus om Hiere.48.
nis qui opus dei facit negligenter. Cuius ter-
rore christi agonista percussus/ablactabitur ab
vberibus talis matris. Cui⁹ male soboles iste
pluresqꝫ sunt: quarum ab aliqua non vinculari
dixi esse difficile super terram: scʒ tarditas/tepi
ditas/dilatio/desidia/ segnities/ insensibilitas/
indeuotio/inopia vtriusqꝫ boni/ignauia/lertia/
retrogradatio/ indiscretio/ incautela/ incuria/

improuisio/inobediētia/ingratitudo/inhumanitas/incompassio/ impuritas/ insolubilitas a malo/intrusio in seipso/firmata captiuitas/inconstantia/inquietudo mētis/deiectio/consternatio/pusillanimitatis mollicies/obcecatio/ociositas mentis/tedium vite/ labefactio/grauedo/taciturnitas mala/ murmur/ exinanitio seu vacuitas bonorum spiritualium/ imperseuerantia/impedimentū boni/tristicia/ desperatio/negligentia/ignorantia/ vincibilis curiositas circa inutilia/omissio eorū que sunt necessaria pro salute/impenitentia. Quorū declaratio seriosa tanto ꝓtenderetur volumine: vt nedum legētis fastidiret animū/conturbaret ꝛ oculum: sed accipiētis manum curuati pondere pregrauaret. Quanta igitur est sollicitudine obseruanda ne vinciat: que tot filiarum laqueis et retibus obtectis aperti sꝫ mundum replerit. Cuius initium est inconsyderatio receptorum agendorum ꝛ finis: medium animalis amor ꝛ vita: finis ꝟo dei obliuio superimposita cum obtenebratione rationis.

¶ De auaricia. Capitulum L

Auaricia inexplicabile maluꝫ. Aurari querit: argentari vult: metalla omnia reducit in aurum: vt nullū sit aliud edificium metallorū: nec peragantur artes. Sua proprietate conquirit: que non aurato instrumento/sed ferreo peraguntur. Agrum copulat agro: domui connectit et domū: adequat sibi ꝯnexionem nature. Pulchritudo cōtinuo sibi seruit in placito: quā semper affectat sibi ratione aut vsurpatione competere: nec est terminus eius/nisi cum peruenerit ad terminū vltra quem non est terminus alius. Non cōtentatur habitis: inhiat acquirendis: nec quiescit in acquisitis. Si totus mundus esset possessio eius: non quiesceret animus eius. Nam aut vellet deum plura creasse: aut alium constituere creatorem plura creantem: vt postmodū in omnibus haberet potestatem. Q, si hoc inconueniēs reduceretur ad conuenientiam/impossibile ad efficientiam: nec adhuc sellam quietis conscenderet: ab autho re omnium totius consolationis deo per appetitum diuisa corruptibilium terrenorum. Insatiabilis est auaricia: que cū deuorauerit/iterum esurit: cum biberit ore pleno diuitias adhuc sitit. Immoderatus est amor eius sed quod deterius est/insolubilis tenacitas ei⁹. Auaro tam deest quod habet ꝙ id quod nō habet: quia nescit vti habitis dū inhiat in habendis. Hec sola nature pre ceteris vitijs aduersatur: quia neqꝫ in terra neqꝫ in aqua neqꝫ in aere neqꝫ in igne vellet habere cōsortem. Uellet ista moderari naturam/ dispositionē imbrium/ vim caloris/nubium et ventorū: vt sibi ad votum in agellis proprijs deseruirent: nō in fundendo in alijs bonitatem: que omnibus nature communitate debetur. Uellet aerem esse ferreū super predia ceterorum/aut predia metallina: vt nec virtus pluuie ꝛ caloris desuper funderetur: aut nec ipsa possent aliquo instrumento ꝓscindi: vt nec serere aut metere opus esset: ex nephario appetitu sibi vendicans iura nature. Homicida est ista omniū suo fausto: nec vitam diligit aliquorum/nisi quos gubernat manu sue seuissime parcitatis. Inimica est deo qui omnib⁹ largus est sed ipsa parca. Emula celestib⁹ angelis: qui ad cōmunitatem ꝛ largitatē superne vite sine auaricia nos expectant. Odit nature consimiles: dum sibi vendicat in proprio quod est in cōmune donatum. Hec consortem nature immemorie tradit: immo multotiens vt sua possideat/interimit. Amicū non querit: faciem auertit a ꝓximo: linguas loquēdi beneficio vellet esse priuatas: ne affligentes indigentias panderēt: postularentqꝫ pandēdo quod ipsa indebite disposuit retinere. Alioꝝ egestatem sibi vult esse ignotam: ne saltem ex verecundia quid cogatur aliquādo conferre. Monstrum est in natura quod agitur in auaro: nā oēs vellet depauperari vt sibi accederet: facereqꝫ indigentes: ꝛ hos ignorare ne artaretur dare. Perdidisse penitus estimat omne quod alijs ꝛ nō sibi cedit in lucrum. Artatur eñ in nocte doloribus/vt viam inueniat vbi acquirat: perforatur timoribus ne acquisita perdat. Cū pax sit vbiqꝫ/semper ad suam pecuniā suspicatur insidias. Latrones estimat qui non sunt: fures constituit qui furari odiunt: vicinas omniū appropinquātium manus. Naualem picem credit in digitis tangentium queqꝫ sua: socium confidentie nequit inuenire. Cōmittit plerunqꝫ ad plurima pericula suam ipse personam: sed in pecunia cautior est. Hic non confidit in deo: quia nec sibi suam pecuniā recommendat. Non in angelis: a quibus eñ se dissociari cognoscit/ nec custodienda parta cōmittit. Nec demonibus: quia nec aurum querunt: non argentum/sed animas volunt. Non hominib⁹: nam si propria sua quibuscunqꝫ vellet auferre/ quomodo potest sua custodienda committere? Dissociatus est ab omnibus rationabilibus: insensibilibus ꝛ irrationabilib⁹ sociatus: licet sit cum demonibus eternaliter finito vite termino sociandus. Porcus est iste diaboli qui viuendo fetet: omniqꝫ caret cōmodo: sed in morte comeditur. Stipariū comestibilium est comestibilia non degustans. Bestia onerata deferēs his sepe quos habuit inimicos. Custos est eris ligatus in ere. Non habet es: sed habet ab ere. Nō dominus eris/ sed seruus est eris. Et heres est eris/inherēs in ere. Nihil rectitudinis ipse possidet nisi cū moritur: maledictio eius esset vita longeua super terrā. Quid autē est auaricia nisi animi varietas: qui velut intorsa rota sepe circa idem centrū reuoluitur: ꝛ molendinum asinarium secū portat. Presupponit sepius elemosynam qui pecuniā congregare disponit: cū autē viderit congregatā/ad seipsum retrahit manū. Beatificat sepe pauperes pauperum inimicus: ꝛ extollit laudibus paupertatem: quā vt perditionis foueam ipse declinat. Uide auari acutissi Job. 15.

mam deceptionē: nam cum sibi numus aut mo
neta fuerit separ/querit addere par: cum fuerit
par/ non vult facere dispar: sed querit vt expen
dat aliud separ: cum autē affuerit/volet sibi cō
iungere par. Unde ne paria fiant disparia/& vt
separia fiant paria: crescit in immēsum per aua
riciam noxia cura. Quid magis proprium aua-
ricie/nisi plus ꝙ satis sit velle? Querit auarꝰ vi-
vere ad opinionem/non ad veritatem: ad volu
ptatem/non ad necessitatē: et ideo nunꝙ diues
erit/si nolit: ac per hoc non erit diues si habet
quod vult/& amplius vult: sed qui voluntati vo
lendi posuit finem. Sed bonū est postꝙ nostra
posuimus que de auaricia ipsa sentimus/ qꝫ ad
testimonia sacre scripture velut ad irrefragabi
les sententias recurramus: vt pro posse velut vi
am perditionis deuitemus. Inquit nanqꝫ do-
1. Timo. 6. ctor gentium Paulus ad timotheum: auariciā
velut diaboli retia & laqueos dissuadens. Nihil
enī intulimus in hunc mundum: haud dubium
quia nec auferre quid possimus. Habentes au
tem alimenta/et quibus tegamur: his contenti
simus. Nam qui volunt diuites fieri/ incidunt
in tentationē et in laqueum diaboli/& desyderia
multa & nociua: que mergūt homines in interi-
[illegible] tum & perditionem. Radix enī omnium maloꝝ
est cupiditas: quā quidam appetentes errauē-
runt a fide: & inseruerunt se doloribus multis.
Tu aūt homo dei hec fuge. Uide igitur ex hoc
ꝙ seriose docuit apostolus auariciam deuitare
causas & rationes deuitationis annectens: que
verba ipsa declarāt: absqꝫ ꝙ expositio superflua
Ps. 75. imponatur. Et dauid clamat: Dormierūt som
nium suum: & nihil inuenerūt omnes viri diuiti
Ps. 61. arum in manibꝰ suis. Et alibi: Diuitie si afflu-
ant/ nolite cor apponere. Similiter & in Job le
Job. 1. gitur: Diues cum dormierit/nihil secum affert:
aperiet oculos et nihil inueniet. Apprehendit
eum quasi aqua inopia: nocte opprimet eū tem-
Job. 20 pestas. Et alibi: Diuitias quas deuorauit/euo-
met: & de ventre eius extrahet eas deus. Et in
principio libri sui: Nudus egressus sum de vte-
ro matris mee: nudus reuertar illuc. Ac ꝑ hoc
superflua noscitur multiplicatio terrenoꝝ cum
hic remaneant/descendentibus iniustis posses-
soribus in infernum. Iniustus autem possessor
esse conuincitur: aut qui acquirit indebite: aut
Luce. 16. qui retinet sine charitate. Nam mortuus est di-
ues incompassiuus ad lazarum: & inter incom-
passiuos demones est sepultus. Sceleratū ho-
minē ipsa constituit/si assistit quod ipsa sapien-
Eccli. 10. tia clamat: Auaro nihil scelestius. Quid super-
bis terra & cinis? Nihil iniquius ꝙ amare pecu
niam. Hic enī animam suam venalē habet: quo
niam in vita sua proiecit intima sua. In qua sen
tentia satis aperte monstrātur supraposita ma
la: pluraqꝫ annectenda nisi volumen artius pro
tenderetur in longum panderentur. Nihilomi
nus aduersus ipsam est acutiori gladio consur-
gendum. Nam quid scelestius ipsa frenetica: si
ipsam in proprijs terminis diffinimus? Est enī
ipsa quidam deordinatus appetitus supra natu
ram/supra conueniens/supra rationē/supra vsum
supra modum/supra preceptum et legem/supra
debitum atqꝫ meritum/supra sufficiēs. Quibus
diligenter inspectis apparebit vbi auaricia in-
frunita in celo angelos/in paradiso primos ꝓ
pulsasse parentes: vt suprafata diuinitatis simi
litudinem/immo ipsam diuinitatem & ipsius sci
entiā affectarēt. Nam grecus auariciam pleon
appellat: quod latine plus sonat. Sed sociam se
superbie fecerat: que fastu & appetitu alios ter-
minos inuadebat. Quid sceleratius alicui pos-
set ascribi/ꝙ que nephario semine omnia mala
concepit: & suos conceptus retinet: que cū vult
parit quecunqꝫ libet? Ex ipsa nanqꝫ superbia na
scitur/cum se videt in appetitis & obtentis cete
ris aut multis superiorem: ex ista inuidia cū vi-
det equalem: inanis gloria cū se comptat: ira cū
impeditur: acidia cum videt zetas ornatas/pa-
ratos lectos/stratoria & sedilia pro quiete: gula
cum videt adesse plenas ex omni parte crume-
nas: pro qua sollicitantur mare/ lacus/ flumina
pro piscibus: pro syluestribus animalibus/aui
busqꝫ nemora infestantur. Nutriuntur etiam ca
nes vnde deberent nutriri pauperes: fatigātur
equi: plerūqꝫ lassantur & homines. Et licet talia
deuoluerint ad solatium: a gula tamē initiū ac-
ceperunt. Uexantur sepe pro diuitibꝰ quos aua
ricia sic subnexit/intempeste macella: & conten-
tiones famulorum in emptione nascūtur: vt al-
ter velit dominum suum in pecunia facere prio
rem: alter in exponendo largiorem suum domi-
num fateatur: vt verba verbera petant: inimici-
tie statuantur: necnon & interdū homicidia sub-
sequantur. Sed ad tale vitium in auaris hoc so
lum potest esse remediū: vt appetitu retinendi/ti
more deficiendi plerūqꝫ interdicantur expēse.
Nō est tamen nostri propositi gulam hic diffi-
nire sententijs: sed prout gula ex auaricia quan-
doqꝫ progreditur/verbula hec adieci. Luxuria
vero in foribus aderit in vxore propria: cum fi-
nem laboribus dederit/in cameris tam ornatis
In alijs vero ipsius stimulabitur iaculis cū vi-
derit pulchras formas fauente pecunia studio
auaricie cumulata: vt per ipsius largitionē ple
runqꝫ libidinē in alijs expleat: nisi per aliud aua
ricie malum quod dicitur tenacitas/refrenetur:
sed nec est deuitatio vitij/vbi vitium per vitium
non cōmittitur. Sed plura portat in ventre ista
nouerca nature diabolo maritata: vt rapiat/ si
aliter habere non valeat: velut furto alioꝝ bo-
na inuito domino contrectare/nisi gratis acci-
piat. Generauit latrones i latibulis & in syluis:
vt expolient transeuntes & plerūqꝫ interimant:
vt que non habent/obtineant. Simoniacas fe-
cit innumeros: vt celestia & dona spiritualia cō-
mercijs auaricie largiantur. Usurarios publi-
cos & palliatos in orbe constituit: vt dulciter de
nudentur egeni: qui diuitijs nature si non affu-
isset auaricia/poterant sustentari. Corrupit ista
primo naturam; deinde nature remediū defal-

fuit. Nam artem que in nature remediũ est inuenta: et per spiritum sanctum omnium artificem hominib9 irrogata: falsitatibus innumeris maculauit: linguas fecit loqui mendacium: periuria multa composuit: peruertit ipsa iudicia: iusticiam omnibus debitã fecit sepe venalem. A proprio alueo iuris leges in aduocatis diuertit: vt ipsas inflectant ad votum / non vota cum lege concordent. Notarios falsitate necauit: vt cor cogitet / lingua loquatur / exaretque in cartulis manus que aduersa sunt lucide veritati: falsos testes produxit in litẽ. Et quare hec omnia? Ut petãtur non debita / vel supra debita plus petatur: et cũ falsitate auaricia lucra inueniat: que cum veritate non poterat cumulare. Quid ista scelestius / qua rationis aspectus intantũ obruitur: vt gratius aurum et argentũ quam solem intueatur: et animo feruẽtiori defectibilia ista cõspiciat / quam christi corpus in quo reficimur ad salutem: ac diligentiori affectu contempletur sensu et ratione carẽtia / quam homines sensu et ratiõe pollentes? Quãta vero fraus de ipsius ventre procedat / forinsece querimonie semper clamant: vt proximus a proximo se deceptũ conqueruletur: et voces ingeminet non inueniri fidem / propter auariciam in hominibus super terrã. Que proditiones de ista crepante prodierũt: hominum mortes propter pecuniã irrogate: castra in manus obsidentium per pecuniã tradita: ciuitates capte sepeque destructe: exules plurimi sua pscriptione reuelent. O scelerata conditio auarorũ. O crudelis impietas: que numerata pecunia psonas vendunt innumeras: nec premeditantur pericula animarũ: innocentibus non parcunt: exponunt exitio paruulos / virgines stupro / scortis viduas / adulterio maritatas / sacrilegio moniales / ruine irreparabili ciuitates. Que violentie / que inquietudines ex ipsa oriantur: actus et mores magis quam verba clamant. Exeunt a fetido claustro auaricie adhuc huius nephandissime filie: obduratio mentis / obstinatio / infidelitas / adinuentio nouitatum insolitorũ modorum: vagatio mentis / indeuotio / recuruatio in oratione et cogitatione bonorũ / priuatio contẽplationis / ignorantia spiritualis defectus / negligẽtia studij spiritualis / promissio futuri temporis / confidentia vana / obliuio mortis / incompassio. Quarum omniũ et aliarum innominatarũ si quis alii quam deceptus coniugio copulauerit: seipsum mancipauit gehenne: ac per hoc a sua mala sobole ista nephandissima condemnatur: et intuitu mẽtis ex prole percipitur quam sit auaricia mala parens: quantique periculi qui sibi per matrimonium copulatur. Et vita breuis et improuisa mors omnes arguit homines auaricie intẽdentes: qui non velut mancipia mortis se cogitant sed velut perpetuos se fulciunt perituros: et de annis et temporibus multa diffiniunt: qui mensem aut hebdomadã / sed quod min9 est diẽ crastinum non videbũt: iuxta saluatoris nostri sententiã in parabolis loquentis. Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se / dicens: Quid faciam / quia nõ habeo quo congregẽ fructus meos. Et dixit: Hoc faciam. Destruam horrea mea et maiora faciam: et illuc congregabo omnia que nata sunt mihi et bona mea: et dicã anime mee: Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce / comede / bibe / epulare. Dixit autem illi deus: Stulte hac nocte animã tuam repetent a te: scilicet maligni spiritus: que autem parasti cuius erunt. Sic est qui thesaurizat: et non est in deum diues. Ideo statim sine intercisione suis discipulis sollicitudinẽ auaricie pessime dissuasit / dicens: Ideo dico vobis: Nolite solliciti esse etc. Ut autẽ claudatur de hac pestifera sermo: et ad quem finem possit deuenire / suos malos inspice gradus. Initium eius est amor sui sine respectu proximi: medium eius superflua coacervatio rerum: finis vero negatio dei. Ecce quo potest ista peruenire maledicta: vt deum neget in suarũ creaturarũ professione iurata. Luce. 12. Mat. 6.

¶ De gula. Capitulum LI

Maligna regina gula: que semp regnat in nostro mortali corpore / nisi vigore gratie superet. Cuius ingressu agitatione diaboli ab homine primo et diuina et prima in preuaricationẽ sunt deducta mandata: que sic tyrannice humanã coartat naturã: que nisi sibi seruiat persona non viuat. Et tali federe cum ipsa congreditur: vt nec per diei spacium / nisi per violentiã / aut sanctificationẽ aliquã liberetur. Ipsa fecit naturam primo famescere: postmodũ fecit egere: vt ammodo per necessitatẽ seruiat / cui ante libertas aderat nõ edendi. Et quamuis cibi essent ad vsum corporis ordinati: non erant tamen per concupiscentiã male sumpti: nec per appetitũ ad vite regimen inordinati: nec gustus delectationem inordinate trahentem a deoque auertẽtem sensisset in cibo / sicut man9 in pomo: sed vsquequaque extitit dignũ vt ipsa i nobis exerceat sue dominia potestatis / cuius impulsu sunt contempta diuine imperia maiestatis. Et ad idolatriam trahit ipsa vẽtris cultores: iuxta apostoli sententiã: quorum deus venter est: sed esca ventri et vẽter escis: deus autem hunc et has destruet. Insatiabilis vorago gula: que quãto plures escas susceperit / plus affectat: et per hoc ab eius subactus imperio non credit naturam gule sufficientia produxisse: nec ad variandum delectationibus fauces / et cõductum ad ventrem variasse sapores. Et antequã sumat / se in tali consyderatione cum tormento suspendit: vt saturãtia ventum / cibos aerem nihilopendens / corporis sumpturus annonam. Et contra naturam confitetur vacuũ in natura ventrem / scilicet ex cibarijs non replendum: vina vitro flauẽtia pro abolenda insita siti: si more fluminũ redundarent / deficere causatur velut gut Phil. 3.

tam intincto modice minori digito inherentē.
Cum autē sumpserit/ nauseat super sufficientia
perceptorum ⁊ varietate saporum: quorū cibos
effluente delectatiōe perceperat/ abstinentie re-
cordatione vilipendit. Et spumante ventre assi-
stentib⁹ doloribus/ stomacho cruciato/ pede po
dagro: spondet temperantiam de futuris: lau-
dat moderantium vitam: extollit solitarie quie-
scentes: a quibus ventris cura recessit. Efferūt
preconiis sanctos qui se per abstinentiam affli
xerunt: maledicunt accurantibus ⁊ accuratissi-
mis cibis: que maledictio/ que pena/ que tribu-
latio ista clamant: mane seroqꝫ scilicet in serui-
tio tam vilis ac corruptibilis domini/ videlicet
ventris putridi conueniri. Dormiebat sane ista
regina refocillata per paululū: ⁊ in corpore in-
commodis subsecutis/ inde sic clamabatur: ex-
citata vero ⁊ parumper gradiēte per spacia/ do
loribus consopitis/ ⁊ in secessum ciborum dedu
cta cōgerie: vale ieiunio/ ve temperantie/ ve ab-
stinentie dicitur. Et semper fit regressus in id-
ipsum: a quo firmiter credebat egressus. Prob
latet in absconditis vigilans gula: ⁊ velut lati-
bulis latro suo opere patulum querit: maxime
cum viderit adesse copiam sumēdorum: semper
enim in insidiis aut in foribus est. Cum necessi-
tate nature se sociat/ ⁊ sub ipsa se palliat: ⁊ pau
lulū cū ipsa assumēs alimēta/ sequitur volupta-
tem vsqꝫ ad eructuationem et vomitum. Vtres
sicci modicum capiunt: humectati vero peram-
plius: sic ⁊ hominum ventres. Deliberata iudi-
cio rationis abstinentia gaudet in parsimonia:
sed edendi auiditas nisi per sumendi solum im-
potentiam nō quiescit. Querit pinguia: cuncta-
tur delectabilia: carnem inflammantia semper
optat. Permutat naturam commixtione cibo
rum: vt per se sapidum fiat insipidum in altero:
nec cuius sit saporis cōmixtio discernatur. Ar
det ignis in stomacho serui gule: statimqꝫ vide
tur facta digestio: et iterato se violentat ad gu-
lam: et rapacitate lupina fertur in apposita: et
in principio ciborum silenter sumit: non silēdi vir
tute/ sed voracitate sumendi: ne loquēdi officio
prepediatur: ⁊ cum se ceperit ingurgitare/ pro
greditur in loquelam: vt maiori auiditate regre
diatur in escam. Mentitur semper sibi gule ini
quitas: quia quod disponit nunꝙ obseruat. Ex-
actor est inquietus qui nunꝙ quiescat exigere:
nec quantū exegit/ considerat: quia nō retinet
que congregat: velut q̄ merces in sacculum per
tusum mittit: sed velut irreplebilis fouea inces
santer vt exigat/ satagit. Durum est igitur sem-
per petenti tribuere: censumqꝫ impretermisse da
re prodigo: fisco nephas seruire qui lapsis re-
quiē non cōcedit. Difficile ista vices et tempo
ris ordinem non obseruat: appetitu insurgen-
te mouetur: nec ratione/ nec ordine sistitur: pre-
ceps fertur: repletur furia si cupita assint. In-
firmitatem dicit adesse vicinam/ corrodente se
stomacho: carente alia materia corrodendi: nisi
aliquid statim traiiciat/ vt redeat. Nature spa-
cium nō expectat: solem horarum authorem in
sua sphera retrogradū dicit: cum adhuc appe-
titui hora non fauet. Horologium gulosi quod
noscitur horarum indicium/ est subita fames.
Tunc est hora edendi cum appetit: tūc tempus
cum esurit. Nature delitiis non contentus/ arti
ficauit pura bona: ⁊ eius efficitur inimicus. Ob
ruitur ratio: obcecatur intellectus: depellit bo-
nus affectus cum gule regnat effectus. Exulāt
a paradiso ⁊ ab eius deliciis ꝓtoplasti: qui mā
datis eius magis q̄ dei prestauerunt assensum.
Et calicem biberunt amarum/ in sudore ⁊ labo
re victum querētes: qui precepta tam dulcia cō-
tempserunt. Succendūtur incendio zodomite:
quos ad peccandū contra naturam ciborū ha-
bundantia prouocauit. Perdidit primogenita
esau/ gula edulium lenticule appetente. Idola-
trat populus post cibum ⁊ potū superflue sum-
ptum: ⁊ deum educentem ex egypto pro eis de-
cies flagellato: et submergentem pharaonem ⁊
exercitū eius in mari: conducentē mirabiliter
per desertum nō recogitant: pro deo aureū con-
flatileqꝫ vitulum venerantes. Quod aposto-
lus reprehendendo ⁊ nos monendo non tacuit
dicens: Sedit populus manducare ⁊ bibere: et 1. Cor. x.
surrexerunt ludere. Sed statim est punitio sub-
secuta: moyse diuinas tabulas diuinorū prece-
ptorū pre indignatione frangente: ne verba dei
ventris serui audirent: et post paululum plura
milia vltor gladius interemit. Multa siquidem
sunt exempla in scripturis catholicis. Et diues
epulo in euāgelio nobis insinuat: qui ad infer- Luce. xvi.
na descendit: quāti extitit periculi tali domine
famulari. Sed vt melius ad cautelam legentiū
innotescat: precisas scripture sententias addu-
camus/ malis ⁊ continuis experientiis robora-
tas. Luxuriā gignit ista maledicta: scḋm sententi
am hieremie: Saturaui eos ⁊ mechati sunt: ⁊ in Hiere. v.
domo meretricis luxuriabātur. Equi amatores
in feminas emissarii facti sūt: vnusquisqꝫ ad vxo-
rem proximi sui inhiabat. Et iacobus in cano-
nica sua dicit: Epulati estis super terram: et in Iaco. v.
luxuriis enutristis corda vestra. Vbicūqꝫ igitur
saturitas gule seruiens fuerit/ ibi dominabitur
libido. Et fouetur luxuria ex cibis velut ignis
ex lignis. Et obliuionem dei et recessum ab ip-
so causauit in anima eius/ qui per gulam studu
it saturari. Quod moyses populo comminan-
do improperauit/ dicens: Incrassatus est dile- Deut. xxxii.
ctus et recalcitrauit: incrassatus/ impinguatus/
dilatatus. Dereliquit deum factorem suum: et
recessit a deo salutari suo. Et Ozee propheta: Osee. vii.
Super triticum ⁊ vinum ruminabant: et reces-
serunt a me. Et alibi: Adimpleti sunt et satura- Osee. xiii.
ti: ⁊ eleuauerunt cor suū/ ⁊ obliti sunt mei. Per
ditionem bonorū ⁊ virtutum adduxit gule mali-
gnitas sup terram. Mortui sunt iob filii come Iob. i.
dentes: domo virtutum in quatuor angulis pri
mo a vento cōcussa. Proinde apostolus carnis

Ro.13 curã penitus dissuadet/dicens: Carnis curam
Ro.8. ne feceritis in desyderijs vestris. Et Qui in car
1.Co.15 ne sunt/deo placere nõ possunt. Et Caro ꝛ san
guis regnũ dei nõ possidebunt. Et Jesus fili
Eccl.17 us syrach: Quid nequius ꝙ quod excogitauit
Ro.8. caro et sanguis? Et idem Apostol⁹: Si ſm car
Gala.6. nem vixeritis/moriemini. Et Qui in carne se
minat/de carne et metet corruptionẽ. Et irre
Luce.21. fragabilis sentẽtia saluatoris: Attẽdite ne gra
uentur corda vestra crapula. Iterum scriptuꝫ
Ec.l.37. est: Propter crapulam perierunt multi. Quid
aduersus istam iulcare litteras amplius expe
dit? Nam mala fecit et facit innumera: nomi
na nefanda possidet multa: sed vt ipsam breui
sermone describam: velut depictam tabulam
hanc sedulo contemplare scripturã. Gula est
adhesio spiritus ad carnem/rationis ad vo
luptatem/anime ad corpus/memorie ad con
sumptibilia/voluntatis ad ledentia/sensus gu
stus ad delectabilia: pluuia super carcera
tas virtutes/grando spiritualium virium/abys
sus boni/breuis suauitas/dolor post suauitatẽ/
infrunitum periculum/suaue venenum/infir
mitas repetita/ignis ventris/stimulus palati
et gutturis/sollicitudo indeficiens ante mor
tem/ante gratiam sepultura corporum mortu
orum/corporis tortrix/infirmitatum consilia
trix/continua exactio/appositio non necessa
ria: que ad sui periculi cumulum ebrietatem si
bi annectit pedissequã: que se suo noie manife
stat/quod sine mẽsura sonat. Extra mensurã ci
bi aut pot⁹ existẽs/extra vitã egressus est. Pre
terminit eñ deũ omniũ vitam: qui fecit omnia
in numero/põdere et mẽsura. Sed nec cõsecra
ri possunt christo qui ebrietatẽ patiunt. Naꝫ et
Nu.6. nazarei qui deo in testamẽto veteri cõsecrabã
tur: vinũ aut omne quod inebriare poterat/ nõ
1.Re.1. bibebãt. Et in libro Regũ: Anna cũ argueret
bibisse quod nõ bibebat vinũ: filiã belial se ne
gabat/quia non biberat: ac per hoc diaboli fu
isse filiam profitebatur si aliquãdo bibisset. Et
3.Esdre.3. vini expressit potentiam (vt legitur in Esdra)
tertius illorum iuuenum. Sed in dicendo pri
mus problemantium cum exquireretur coram
rege dario/ quare scripserat ꝙ fortevinum erat
dixit: Preualet vinum omnibus hominibus/
qui bibunt illud: seducit mentem: itemqꝫ regis
et orphani facit mentem vanam. Item serui
ac liberi / pauperis et diuitis et omnem men
tem conuertit in securitatem et iocunditatem:
et non meminit omnem iusticiam et debitum.
Et omnia precordia facit honesta: et non me
minit regem neqꝫ magistratum: et omnia per
talenta facit loqui. Et non meminerunt cum
biberũt/amicitiam nec fraternitatem: sed non
post multum sumunt gladios: et cum a vino
emerserint et surrexerint/non meminerunt que
gesserunt. O viri num precellit vinum? Merito
ergo Salomon dicebat: Noli regibus o lamu
Prouer.vl. el/noli regibus dare vinum: quia nullum secre

tum est vbi regnat ebrietas: ne forte bibant et
obliuiscantur iudiciorum: et mutent causam fi
liorum pauperis. Quanta pericula ex vino aut
ebrietate proueniant/ipsa sapientia prouerbia
liter clamat. Cui ve / cuius patri ve: cui rixe: Prouer.23.
cui fouee: cui sine causa vulnera: cui effossio
oculorum? Nonne his qui morantur in vino: et
student calicibus epotandis? Uidit igitur que
parit ebrietas maledictiones eternas. Ue naqꝫ
in scriptura sacra pro maledictione semper po
niter sempiterna. Rixas inter proximos gene
rat: parat hominibus foueas ineuitabiles pec
catorum: fiunt vulnera ex ea incurabilia / nisi
ante ipsa curetur. Et effodiuntur oculi ratio
nis: magis autem et contemplationis arcano
rum: vt diuinorum mysteria nunquam possit
mens percipere temulenta. Demon blandus
et satis domesticus extat ebrietas: et eo facili
us decipit / quo color in vitro representatur in
oculo: odor in naribus / sapor faucibus dele
tatur. Propter quod sine decisione statim sub
iungitur malum/quod damnata ebrietas ope
cat: ꝛ vt caueat/edicit: Ne intuearis vinũ quã
do flauescit: cuꝫ splẽduerit in vitro color eius.
Ingreditur blande: sed ĩ nouissimo mordebit
vt coluber: ꝛ sicut regulus venena diffundet.
Oculi tui videbũt extraneas: et cor tuũ loquet
puersa. Et eris sicut dormiẽs in medio mari: et
quasi sopit⁹ gubernator amisso clauo: ꝛ dices:
Uerberauerũt me/et nõ dolui: traxerunt me/et
nõ sensi. Qñ euigilabo/ꝛ rursus vina reperiã?
Quid eñ aliud ṽba ista sonãt/nisi qꝫ vinũ dul
citer bibit: suauiter sumit: et nullã lesionẽ ipsa
sũptione inferre videt: velut venenum colubri
mordẽtis in silẽtio: quod grauedinẽ nõ videtur
inducere: sed paulatim et qsi isensibiliter ascẽ
dit ad cor/vitalẽ calorẽ pimẽs ꝛ extingnẽs. Sic
ꝛ vinũ tacite pimẽtis exercebit officiũ: ꝛ ab im
moderato sauciati/aspiciẽt incaute formosas ꝛ
extraneas mulieres: ꝛ cor puersũ puersa ĩ seipo
loquetur appetendo/dicẽs: O si haberẽ illorũ
corpoꝝ formas. Qui appetit⁹ diuina lege pro
hibetur: et ex diuina sentẽtia mechus iã factus
cui talis insidet appetitus. Et v elut q̃ dormit
deuictus somni altitudine in medio mari: qui
nõ sentit qñ cuꝫ naui simul tempestatis tẽpore
submergit. Et assimilatur ebrius gubernatori
nauis magnitudine soporis demerso/temoneꝫ Nu.2.
quo nauis dirigit dimittenti. Qui nõ solũ sibi/
sed omĩbus cõplicibus causa perditionis exti
tit.. Nã homo qui totius vite sue debet guber
nare nauigiũ/ interdũ ꝛ proximoꝝ: crapulat⁹ a
vino temonariã rationẽ amittit/secũ quos ha
bebat dirigere simul perdẽs. Qui verberat⁹ a
demonibus/nõ dolet: tract⁹ ad vitia/se nõ sen
sisse fatetur: et estuatus a somno consurgens/
ad estuantia vina iterũ euigilare poptat: vt ma
gis feruentia et incendẽtia vina pquirat. Hinc
Jesus filius syrach que propter immoderan
tiam vini eueniant/et que propter moderantiã

Eccl. 31. mixta locutione nõ tacuit: Diligentes vinum
noli prouocare: multos eñ exterminauit vinũ.
Quod cauta prohibitione indicitur: ne qui vi-
num diligunt/ libere prouocentur: nam vsq; ad
eructuationem sumere non negabunt. Sed ne
prouocentur ad iracundiã potatores: potius
ex tali dicto cauetur: cum ad rixas et conuitia
mentis non sobrij faciliter moueantur. Nam
multos extra terminos equitatis et rationis/
quietis et pacis vinũ miserande coniecit: pro-
pter quod statim adiungitur: Ignis ꝓbat fer-
rum durum: sic vinum corda superborum argu
et in ebrietate potatum. Durum est ferruȝ/ sed
ignis emollit: sic alta hominum corda confu-
gantur a vino. Si bibis illud moderate / so-
Gen. 9 brius eris. Nam sequitur: Vinũ in iocundita-
te creatũ est/ nõ in ebrietate ab initio. Primꝰ
plantator vinee succubuit fructui suo: ⁊ vini te
nebris tectus/ tegenda propter peccatũ veren
da detexit: sed exinde deridenti filio est maledi
ctio subsecuta/ vini potentia parante maledi-
Gen. 19. cendi germen. Et Loth temulentus a vino/ ve
lut in carnẽ ꝓpriam seminauit contra naturã:
duũ filias sui seminis amens factus incestuauit
⁊ grauidauit semen ex femine: ex quibꝰ orti sũt
populi reprobati. Proinde vino procurãte fa-
cta est primũ inaudita cõmixtio: vt idẽ pater ⁊
maritus et auus/ eadẽ vxor et filia patris/ ⁊ ma
ter ⁊ soror filij haberetur: idem filius et nepos
patris/ et frater et filiꝰ matris. Et nazarei nõ
Nu. 6. bibebant in veteri testamento vinũ: quoniam
sciebant ꝙ a cõtẽplatione et vero intuitu auer
1. Re. 1. tebat. Et Anna miraculose suscepit filium Sa-
muelem: quoniam quod inebriare poterat/ nũ-
Judi. 13. ꝗ biberat. Holofernis trũcatur caput a femi-
na: quoniam vini calore deuictus/ velut insen-
Hester. 1. sibilis iacebat in lecto. Incalescens Assuerus
flauido vino/ contra honestos mores suam po
pulis volebat ostentare reginam. Ipsa vero ĩ
conuiuio feminaruȝ ex vino percalida/ mariti
contempsit imperiũ. Ille temulentus ex vino:
precepit inhonestũ: cõtemptusq; diuisionis di-
ctauit sententiaȝ. Illa madida vino/ mariti cõ-
temnens imperium/ iustam sustinuit penam.
Plura ꝗ dicta sunt gastrimargie mala. Cuius
initium est sensibilium et delectabilium et vsu
consumptibiliũ possibilis et affectata delecta
tio: medium proprie carnis inquisitiuꝰ et vsu-
alis amor: finis vero suffocatio rationis ⁊ me-
morie recteq; voluntatis.

De Luxuria. Capitulum LII

Luxuria lumine carens/ multos luge-
re fecit: et celestibus luminosis ꝑmijs
ꝑuãs/ innumeros ꝓuocauit ad lachry
mas: sed steriles et sine remedio existẽtes. Lu-
xuria luctũ adducit amarũ: cũ a diuinis et ca-
stis amplexibus sepat/ stercorea corpora cũ sua
uijs amplexantes. Luit luxuria lumen irrecu-
perabiliter perdituȝ in loco facinorũ. Lustrat
seipsam anima luxurie copulata/ sed nõ ĩ lumi-
ne claro: solũ ꝓpter corpa se deplorat amissaȝ:
ꝙ nec ad deplorandũ sufficiens inexhaustibi-
libus fluuijs lachrymarũ/ ꝙ ꝓpter lubricũ car-
nis anima pene lubricũ patiatur: nã teste scri-
ptura/ tales in lubricũ et in tenebras impellen
tur. Luxuria nempe quia lubricã facit: et immũ
dis et turpibus cogitationibus animaȝ in se-
ipsa irretẽta reuolutione seu de rote/ circa libi-
dinis centrũ semꝑ regressio fit in idẽ: et molen
dinũ constituitur: sulphureã materiã/ piceã/ in-
censam igne tartareo/ semꝑ terens. Necnon ⁊
ad corpus animã lubricabilẽ luxuria facit: cuȝ
precogitatis sordidis pulsaꝶ paulatim porta
nature: que si nõ alliduntꝶ ad petrã/ infestãt im-
pulsu ꝗualido: vt vsq; ad corruptionẽ nõ possit
esse remediũ. Lubricaꝶ anima etiã lubricata ꝑ
indebitum appetitum corporis ad corpus: fe-
stiuanter vero per actum: nisi cogitationis lu-
brico resistatur. Ad corpus dico dissimilis se-
xus similisq; nature/ igneq; ĩfestata sulphureo
gratie aqua desuꝑ nõ infusa / seu nõ recepta si
fusa. De matrimonio plerũq; fit scortũ: et scor-
tum scortũ manet: nõ defertur alienis thoris:
nec in virginibus seruãtur dona nature: conti-
nẽtibus efferꝶ impudicicia: in sanctimoniali-
bus nõ seruaꝶ professio puritatis: vt aut actio
aut passio/ aut vtraq; fit in culpa. In sacerdo-
tibus diuina mysteria obliuioni traduntꝶ/ ⁊ sã-
ctissime vnctiones. In habitu monachali erit
oculus petulãs: ⁊ sub pãnis vilibꝰ inuenies cor
succensum/ et flãmantẽ clibanũ luxurie prurien-
tis. Incestuabit quis/ inhonestabit ꝗs debuit
si nõ aliter etiã in bello in sua honestate tutari
Lubricabit corpa regũ/ procerũ et inclytoꝝ et
appendentiũ iusticiam ⁊ iudiciũ in stathera: vt
neuter suo statui deferat: et efficieꝶ corruptor
incõtinẽs/ qui male lubricantiũ debuit esse vl-
tor: Et in hoc intantũ quos tãgit a ratiõe sub-
uertit: vt rex et miles/ dominus ⁊ seruꝰ/ diues ⁊
pauper/ sapiẽs ⁊ indoctus/ gloriosus et ignobi
lis/ fortis et debilis/ magnꝰ et paruꝰ/ masculꝰ ⁊
femina/ ociosus et actiuosus nõ discernantur a
zona deorsum: ꝗuis ab ipsa sursuȝ multa sit dif
ferentia personarũ. Lubricauit infrunita libi
do contra naturã in similẽ naturã ⁊ sexũ: vt ab
ipsa turpitudine concitati masculi ad mascu-
los: femine ad feminas exarserint more nefan-
do: necnõ ⁊ quod horrendũ auditu/ ꝙ intantuȝ
agitauerit/ vt vsq; ad naturã dissimilẽ bestiarũ
nobilitas humana defluxerit/ et insanire fece-
rit. Pluresq; in pulchritudinẽ picturarũ/ ⁊ ad
deprom ptas artificiose imagines sensu et rati-
one carentes lubricitas fluxerit: ⁊ viuas imagi
nes cõfigurauerit pro libitu abutẽdi. Distorsit
ista lubricitas appetitũ: vt plerũq; vir ratione
cecatꝰ sexũ mulieris appeteret: ⁊ versauice mu
lier quereret sexũ viri: si ex tali ꝑmutatiõe esset
liberior habilitas lubricãdi. Appetiuerũt ple-
req; ꝑsone ingenue seruiles hr̃e ꝑsonas/ et no-
biles ignobilitatẽ: vt se possẽt luxurie turpitu

dini mācipare: vt quod ꝓhibet fieri cōditio ge
neris/ possit operari ꝑsona seruilis: et quos ꝓ
pter statū verecūdia retinet/ infirmitati pudor
concedat abiectus. Uellet omniū oculos ceca
ri luxuria: vt sine nota libere ꝑuagaret: nec re
prehensorē aut corripientē exoptat: sed perni
ciosa licentia vti querit: et illicitū in licitū/ cu
pitum in honestū/ volitum in iustum/ nefas in
fas/ lethali et tyrannica sua potestate transmu
tat. Plures fecit hermophroditas sua cōcu
piscentia ꝙ ex sua operatione natura. Fugat ex
suis immundis tactibus omnē honestatē ipsa
de moribus: etiā incorruptis manētibꝰ ab im
munda violatione corporibus. Inspice acutiꝰ
huius ferentis lubricalē progressū ⁊ ꝑgressibi
le lubricū: et aduertes omnē sensum pudibun
dis sensibus in turpitudine seruientem. Nem
pe aspiciet oculus pulchras corporū vtriusqꝫ
generis formas: et ipso incorrupto manēte ex
citabuntur a libidine pudibunda: ꝑcipiet au
ris venerea verba/ seu amatorias cantilenas/
seu vocem serus alterius/ aut iam ex visu forme
placentis: et in pudibundis accēdit ignis/ im
mota in sensibus aure: olfaciet odoratꝰ que sūt
serus diuersi: ⁊ membra mouebūtur obscena/
in sua natura olfactu manente. Et obscena ver
ba in genitalibus excitabūt ardorē/ suā lingua
seruante naturā. Tactus siquidē morbidus at
qꝫ mollis/ et suauia labiorū ꝓpagationis portā
incendēt igne sulphureo/ inuiolata manu tan
gente et labijs incorruptis. Nec nō plerūqꝫ ad
huiusmodi fornacē incautū cor cogitationibꝰ
propinquabit: et ipso manēte quod erat/ in infe
rioribus concitabitur durū bellū. Luce clari
rius patet/ quō ista putulenta lubricitas omnē
sensum cū insidet/ tyrannice ad infima lubri
cat. Ac per hoc per omnē iuncturam compa
ctum corpus/ et per medullas et venas/ ꝑ ner
uos et poros/ per carnem et ossa/ per pellem et
sanguinem luxurie lubrice legibꝰ subministrat:
et interior inuisibiliū viriū inuisibilis ordo ei
dem inordinate subseruit: vt in cerebralibꝰ nebu
lis intelligētia posita/ i gestibus eiꝰ preteritis
presentibꝰ ⁊ futuris/ contingēter ⁊ possibiliter
aut impossibiliter occupata memoria/ seu i ap
petitu lasciuo decepta voluptas: aut omnino id
querēs ꝑuersa voluntas: turpatis et immūdis
imperijs ipse subiaceāt. Quid ni ait/ igneis eiꝰ
agitate calcaribus: et in recalcitratis eiꝰ stimu
lis ꝑforate. Repudiato pudore/ timore abiecto
diuino/ dimerso amore virtutis/ castitate de
pulsa pre foribꝰ/ incōsyderata lege nature: in
saniēs ⁊ hinniēs velut equꝰ ⁊ mulus/ in quibus
nō est itellectus: luxuriosus ad placita vt exple
at deo iplacita inhiabit. Assumet plerūqꝫ ista
in aduocādi defensione corā iudice: et immūdi
ciā rationabiliter iudicāt: studētes imo profes
sores motꝰ carnis in lege nature corrupte dico
nō cōdite: vt velut infecti a labe inserta nature
naturaliter domināte/ nec presidēte ꝙ natura
liter liberet/ sicut illa naturaliter inficit: nō pos
se penitꝰ cōtinere: nec multari debere ꝑ ineui
tabilibꝰ malis. Et cui pro parte motuum car
nis talis disceptatio placuit: ad se plus debi
to dei misericordiā inclinauit. Nec aduocauit
in effugiēdo cautelā: credēs se insolubiliter ir
retitū: et censū turpitudinis debere soluere per
naturā naturaliter dominātē: velut gule soluit
debitū necessitatis nature. Inflexit iste os mē
tis sue in allegationes corrupte puniteqꝫ natu
re. Inexcusabilis in peccatis factus/ friuolas
excusationes allegās: sed nō aspexit in deū/ te
ctus nebula carnis. Nā bestie absterrent me
tu et sensu doloris a voluptatibꝰ eis insurgē
tibus a natura. Absterreri debebat igit cultor
libidinis metu iudicis et incendij auernalis.
Non videt iste ꝙ non posse ab illicitis abstine
re nō est natura creati hominis/ sed pena dam
nati: nam homines natura sumus. Non ergo
ipsa cogente/ sed voluntate vitiosi. Professor
igitur nature corrupte naturam institutam pri
mo conspiciat: nec velit gratie derogare/ qui
nature condite aut vitiate legibus superfertur
Potior enim est gratia in refrenando natu
ram corruptam/ ꝙ ipsa natura in turpe prorū
pere/ gratia presentialiter assistēte: siquidem et
ipsa gratia conditam naturā in nullo sibi sen
tit aduersam: potius vero in omnibus cogno
uit amicam. Pugnabit igitur vnū debile con
tra potentiora duo/ et vincet: succumbent duo
fortia coram infirmo vno? Potius contrariū
aspice. Si absqꝫ simulatione agonizare dispo
nis: inuicta firmitate te natura tenebit ab infi
ciente materia: gratia vero potētissime libera
bit/ si vnā a dextris/ alterā a sinistris assumes.
Nec causeris tibi nō adesse naturā bonā et va
lidam/ si es productus in esse: nā bonus cūcta
bona creauit. Nec querelis aduersus gratiam
surgas/ tibi dū estuabas in certamine defuisse:
sꝫ magis te sibi subtraxisse redarguas: si armis
eius nō processisti armatus: seu de te cōfidens
aut ipsam vilipendens/ polluisti collegā omibꝰ
volentibus fieri ꝑparatā. Sciebāt enī ⁊ sciunt
sancti dei omnes homines iaculis patere lu
xurie/ scuto gratie nō protectos: igitur oratiōi
bus insudabunt/ desuper auxilium postulātes
cum psalmista clamantes: Deus in adiutoriū Psal. 69.
meum intende: domine ad adiuuandū me festi
na. Et mentis oculos in superna celorum le
uabant: vnde veniebat auxilium eis: et eorum
adiutoriū erat in nomine domini: qui fecit ce
lum et terram. Preuidebant nempe ꝙ nisi do
minus edificauerit domū defensiōis a tali tur
bine atqꝫ pluuia: qui edificabat/ laborabat in
vanum. Et nisi custodierit ciuitatem corporis
nostri sensibus patulis existentem: insurrexisset
domesticus inimicus per fenestras apertas vi
tiorum/ aduocans dulcem mortē. Et sm Hie Hiere. 9.
remiam/ oportuisset planctū et lamenta doce
ri/ cū mors per fenestras sensuū habuisset in
gressū. Et vana esset custodia nostra/ si custos
optimꝰ dormitaret. Sed pollicetur ꝑ spūm san

ctum David omnibus certatoribus: q̄ nō dor-
mitabit neq̄ obdormiet/ qui custodiam nostro
israeli spopondit. Quod doctor gentiū Pau-
lus in se videns legum bella consurgere: aut
quasi de homine alio huiusmodi in se loquens
Ro.7. dicebat: Condelector legi dei ſm interiorē ho
minem. Video autem aliam legem in mēbris
meis repugnantē legi mentis mee: et captiuū
me ducentē in lege peccati/ que est in membris
meis. Infelix ego homo/ quis me liberabit de
corpore mortis huius? Non angelus/ non ho-
mo/ nō ego/ nō alia creatura: sed statim intulit:
Gratia dei per Jesum christum dominuz no-
strum. Concedatur ergo allegantibus pro na-
tura corrupta/ q̄ impugnatur: q̄ repugnare vi-
ctoriose per seipsos nō possunt/ nisi pro eis fu-
erit dimicatum desuper: sed conuincantur per
per nature condite virtutem/ et per gratiā as
sistentem: cum quibus libido confligitur: ⁊ sti-
mulus luxurie depunctatur: quia desuper ab in
fesso/ non de subtus a subactis in nobis aduer
sus luxuriam dimicatur: et nō a corporibus ter
renis/ sed a supernis auxilijs patitur ipsa con-
flictum: et qui deuincit: coronam nō sua/ sed
diuina probitate reportat. Ac per hoc nedum
istam sic dulcē hostilēq̄ amicam/ sed nec quas-
cunq̄ aereas et vitiosissimas aduersarias po-
testates possunt habere: siquidem bellando fe
lices/ quos diuina numina protexerint. Pro-
tegunt nempe infallibili et miro modo: si nō re
cusat protegi necessario protegendus. Porro
cultor naturalis pulchritudinis huic impaci-
scibile bellū indixit: zelator mundicie vulnera-
uit insanabiliter: in regno corporis sui dormi-
re fecit. Charitatis amicus auidus supernorū
mortificauit sensum: possessor paracleti ad ni-
hilum redegit huiusmodi dulce malum/ immo
inimicū amarū. Proinde impossibile dico i syl
ua corporis nostri posse capi hanc latentē fe-
ram/ et ad macellū deduci occidendā: nisi eius
venator sit arca paracleti/ eius sagittis inuisibi
libus pharetratus. Quis vnq̄ ad plenū com-
prehendere potuit inuisibilez ducem eius/ qui
sub specie contritionis susceptas ab ea immū-
das amenitates plerūq̄ ad memoriā reuoca-
uit? Supponebat enī profluere lachrymas ex
dolore: sed funestū ignē excitauit i corpe. Per
pende qualis est ista cōmutatio dolorosa: imo
expectatio sic decepta/ vt pro aque refrigerio
ignis incendiū capiatur. Quāobrez lapsis om
nibus fiat cautuz/ q̄uis per gratiā releuatis: ne
pro his speciali memoria orent/ cū quibus ha-
buerunt nefanda cōmercia: ne p̄ pulchris sex⁹
alterius formis: nec p̄ dolendo velint taliū ha
bere memoriā: ne improuise in foueā turpitudi
nis decidant non preuisam: a qua erepti refere
bant gratias ereptori. Semp̄ nouercaſ nouer
ca natura: ⁊ blande quos nō p̄duxerit infecit:
et vocat filios quos nō genuit: et semp̄ decipit
amenitate sponsorū: sub istius seductricis ame
ne pretextibus vniuersam perficiens nouerci-
am. Quis enī est ille qui se p̄fecte absconderit
a calore ipsius feruide incalentis? Cuz ipsa oc-
currat in infima carne/ vsq̄ ad summū rationa
lis anime penetrans: necnō ad animam per ne
farios cogitatus ingrediens: ipsā vsq̄ ad car
nis motus illicitos dulci deceptione inclinās:
vt necessario lethale hoc blandiens malū eui-
tare deliberans: cingulo inuisibili ſm Aposto
lum intermedio accingatur: ita q̄ nec a corde
consopiente lingua descendat in lumbos: a q̄-
bus funestū preconiū nominis habet: nec a lū
bis ascendat ad cor: vt ad voluptatem lumbo
rum rationē inclinet. Voluptatur velut estuā
sus in luto glutinij/ corporis fluxibilitati deser
uiens: et immunda velut sentina nautarū debe
ret prouocare ad nauseam intrinsecorū sensu-
um/ habentem debitam qualitatē. Sed obrui-
tur ratio in mari lethiferi mellis: vt dissuaues
nō sentiat hos fetores: et sicut in cinnamomis
et in lectis aspersis odoribus et aromatib⁹ cir
cumsertis requiescāt: in cenosis cubilibus re-
quiescant/ a vino prostitutionis eius turpiter
phalernati: nec excitari sinūtur ipsa propinan
te impretermisse lethiferam potionē. Et in se-
metipsis detruse mentes/ nec fenestras aperi-
unt: vnde luci veritatis et iusticie soli pateret
ingressus: vt non nobis/ sed ei per vitam placi
tam viueremus/ qui p̄ omnibus mortuus est et
resurrexit. Et ſm Apostoli preceptū/ glorifica 1.Co.6.
remus et portaremus Christū in corpe nostro:
quoniam ab ipso empti/ a diabolo redēpti/ pa-
tri reassignati sanguinis eius precio magno: ⁊
mundicia vite christi iesu manifestaretur in no
stra carne mortali: vt si non propter aliud et ali
ter/ saltem propter hoc et taliter ab ista immū-
dicia liberi viueremus: qua ipse vnū nobiscuz:
et nos vnū cum ipso per nostrā humanitatē as
sumptā indiuisibiliter facti sumus. Ac per hoc
prehonoremus in nobis humanitatis pulchri
tudinem: quam vnigenitus dei fili⁹ in seipso sus
cipiens/ ineffabiliter honorare dignat⁹ est: pu-
ritati eterne copulans creatā in tempore puri-
tatem: et quam per spiritūsanctū initiauit: per
virginea membra suscepit: per virgineā portaz
eduxit: quam baptizauit testimoniū de celo sus-
cipiens: quam virgulauit ieiunijs: quam fla-
gellis exposuit: in cruce permisit affligi/ locari
sepulchro: quam de eodem a mortuis gloriosā
extraxit: quam penetrans portauit in celū: quā
collocauit in dextris paternis: vt hec eadē no-
stra natura excedat angelos in supnis: que ab
ipsis i īfimis multo vilior est creata. Et facti su
mus templū dei: et membra nostra spiritussan-
cti habitaculum creduntur: vt disperdatur a
deo eius violans templum: et efficiatur diabo
li membrū/ qui spiritussancti membra tali tur-
pitudini mancipauit.

¶ Libri octaui de vitijs et contra vitia sermo
nibus domini saluatoris Finis.

❡ Liber Nonus de virtuosis et pro virtute sermonibꝰ domini saluatoris. Cuius prologus est de altitudine/sufficientia et vtilitate verborum christi: et primo de verbo suo: secundum Lucā solū. Capitulū I

Eruditiua sunt verba dn̄i saluatoris: interiora ad theologicū mouentia sensum: et excitantia de lethali somno eū qui dormit sub vmbra mūdane calamitatis. Necnō et diuertendo clamant: clamando diuertūt hominem a perditione damnationis eterne effectiue audientē. Et mundant ⁊ purgant intellectū pariter et affectū: vt solū in animo veritas fulgeat: ⁊ id ameꝛ quod veritas dictat. Hec siquidē verba numero plura sūt ꝙ christi opera manifesta: ꝗuis opa sint maiora. Continēt omnē plenitudinē bonitatis atqꝫ virtutis: vt his solis ceteris in nō esse vergētibꝰ plena palmarisqꝫ fiat hominū vita: que agiꝛ in valle miserie in qua iusto dei iudicio sic ꝓiecti sumus. Non illa vita qua corpus cū spiritu suo alitur: q̄ hominibus et alijs sensibilibus est vsqꝫquaqꝫ cōmunis: sed illa vita que agiꝛ moribꝰ/cautelisqꝫ vtiꝛ: ne aliquod nefas icurrat ꝑ neglectā ignorantiā/aut ꝑ inherentē maliciā. Et virtutibus se stipat et fulcit: vt bene viuendo in id veniat vbi beatitudo vera consistit. Ad quē finē dumtaxat peregrinū in mundo/ peregrinuꝫ a supernis deus hominē vere creauit. Hec siquidē verba christi solū habent scalas inuisibiles gratie ascensionis in celū: et infernū claudunt ꝓpria potestate his qui ea crediderunt/ dilexeruntqꝫ atqꝫ deduxerunt ad actū. Nulla cautela quorūlibet cauendorū: nullorū agendorū deficit virtus. Omnis iuste actionis ordo prestruitur in verbis domini saluatoris. Nec solū ꝑfectionē ⁊ omnē sufficientiā ad diuinas possidēt theorias: sed etiā ad quietū huius vite statū pacificūqꝫ ꝓgressum: vt nulla hominū lex ꝓ hac dum agitur vita/ne turbetur sit ipsis valētior. Etiā si aboleretur ab humana mēte respectus in superiora tendendi: ꝓ humana vita dū viuiꝛ/ipsa est omnibus alijs euidentior. Nā quicq̄d moysaicū scriptū/quicquid historicū/quicquid morale atqꝫ propheticū in diuinis voluminibꝰ cōtinetur: quicquid in alijs voluminibus hominū sapientū/quicquid sancitū a plebibus/ab imperatoribus mūdi/a senatoribus terre/a ꝓuinciarū rectoribꝰ: ꝓ deuitādis arcēdisqꝫ malis/ bonis peragendis/pro cōseruatione personarū ⁊ rerum/pro institutione reipublice atqꝫ defensione/ ꝓ seruatione patrie/ ꝓ multiplicatiōe humani generis/pro alēdis hominibꝰ generatis/ ꝓ alitis erudiendis exaratū ordinatūqꝫ decretoqꝫ firmatū inuenitur: christi verborum cōparatione vilescit: aut omino nubescit. Et christi verba ꝓ his omibus possidēt cōplementū: supplementū irrogāt: etiā si cūcta ꝓstricta penitus abolitione pallescerēt. Ac ꝑ hoc in his q̄ saluatoris dn̄i verba s ꝓteruerūt/leges humane superfunt: quia diuina christi verba nō opere custodierunt: Nam custoditio verborum Christi etiā in agenda humana vita/rege nō indiget: iudicem nō requirit: forum causaꝝ refutat: nec ponēdis tribunalibus locum prestat. Indeficiētem christi possidēt verba virtutem: vt ipsa sine ceteris bonos atqꝫ perfectos mores efficiant: et inter celicos ciues inferant hominē limo factū: ad q̄ ꝑfecto nullis alijs vnqꝫ legiꝛ cōcessa potestas: necnon ⁊ ad transitoriā vitā imperturbate ducēdā/ista oībꝰ alijs ademptis plene sufficiunt: alia sine istis penitus non expediunt. Que saluator in duodenis annis fari exorsus ē: ⁊ velut subita coruscatio splēdēs ꝑ octodenum annuꝫ docendi silentio reclusit. Et in omni tempore quo Christus fari dignatus est in eruditione humani generis: aut informauit hominum mores disciplinis celestibus: aut male agentibus penas dignas factis cōminatus est: aut iuste agentibus premia celestia repromisit: aut declarauit sublimia arcana: que imitabilia non sunt: que neqꝫ promittunt neqꝫ cōminantur. Veruntamen dum mores instruxit proposuit similitudines: adiecit parabolas: et simpliciter locutus est diuina: atqꝫ humana vitia redarguens: et prohibens fieri quod naturalem ordinē iusticie turpat: quod veritatis regula vetat: quod se obiectat ad ascensioneꝫ in celum: quod admissum demergit in baratruꝫ. Et virtutem altipendit in altitudine verbi sui: quod eo altius quo simplicius ꝓtulit. Qui fari orsus interrogat in doctorū medio infra tēpli ambitū superhumane: nō ab illis/ sed a seipso situatus: supgrediens aliorum senectutē iuuenili virtute: quoniā etas perfecta nō in diebus sed in moribus est sapientibus preminens. Nā sapientia vera nō in humanis/ sed in diuinis: non in litteris/sed in sensu: non in sono vocis/ sed in silentio sane mentis: non in sermone/sed in virtute: non in intellectu/sed in actione cōsistit. Idcirco impuber antiquos sapientes interrogat: sicut scriptū est: Et factū est post triduum: inuenerunt illū in templo sedentem in medio doctorū: audientē illos et interrogantē eos. Lu. 2. non vt discat/sed vt male scios eorum responsione conuincat. Quod interrogauerit emisso verbo/ per euangelium scimus. De quo interrogauerit/omnino non nouimus. Proinde hoc diffinire autoritate vlla intermittamus: qua quid interrogauerit/per euangelia probare nō possumus. Omnis nanqꝫ vera interrogatio ad homines fit per verbum: sed quod ab euangelio incertum redditur/ab hominibus nulla ꝓsumptione ꝓ certo reddaꝛ. Non autē vacat a

magno mysterio q Christus priusq̄ loquatur
interrogat: ꝛ q scriptura euangelica quid in-
terrogauerit/assertione nulla diffiniat. Inter-
rogat nēpe priusq̄ assertiue loq̄tur: vt nouerit
ex cōfessione quod an̄ sine illa ꝓnouerat: si ani
mā docibilē theoricā possideret ad doctrinam
Non eniꝫ diuinus effundendus est sermo/ vbi
Eccli.18 nō est audit9. Et scriptura dicit: Ubi nō est au
ditus/ nō effundas sermonē. Interrogat vt ex
respōsione recte suscepta regno dei aptos aut
ineptos dijudicet respōdētes. Nā om̄is inter-
rogatio respōsionē exigit: siue de theorica siue
de practica fuerit. Ex quo cōuincit̄ q̄lis fuerit
q̄ respōdet. Quod aūt iterrogatio christi certū
nō habet articulū/ multitudinem causarū atq̄
querele/ quas ad hoīes habet insinuat: ad quā
nihil certū et iustū habet quod audacia huma
na respondeat. Pro eo autē q primo loqui ra-
tus incertū sermonē: nō tamen certā interro-
gationis vocē protulit: incomprehensibilitatē
indicat dicendorū/ necnon agendorū: quibus
nunq̄ facta est aut fiet p homines equa respon
sio. Non eīn vite christi atq̄ doctrine/ passioni
aut morti ab hominib9 est in veritate responsū
neq̄ possibile noscitur: etiā si omnis sanguis
a primo anthropote vsq̄ ad vltimū p Christo
fuisset aut esse posset effusus. Necdū ad altitu-
nē doctrine sue quā incultus/ non polit9 sermo
decorat/ intellectus ascendit humanus.

¶ Quod omnia sunt deo/ et suis pre ceptis et cōsilijs et operibus postpo nenda super interrogatione: secun dum Lucam. Capitulum II

Lu.2. Interrogatus aūt a matre quare sic fe-
cerat/ dicēte: Fili/ quid fecisti no-
bis sic? ecce pater tuus et ego
dolentes querebamus te. Quod īscijs
ipsa ꝛ patre Joseph in templo remāserat: ver-
bū certū etiaꝫ interrogando respōdit dicens:
Quid est q me querebatis? Nescie-
batis q in his que patris mei sunt/
oportet me esse? Interrogationē quādoq̄
ignorantia preit: sed christo nō insidet. Quesi-
tio vero vel nō est habitorū/ aut effugientiū et
perditorū. Quesitio materne virginis et Jo-
seph ex improuisa effugitione christi puenerat
quā christ9 aut arguēdo/ aut interrogādo re-
tundit/ cū respondit: Quid est q me quereba-
tis? Creditis ne me aberranteꝫ? an q venerim
mundū deludere/ nō saluare? Scandalū forte ī
me patimini? ne forte velut ignar9 agendoruꝫ
incedā? Est ne incerta pegrinatio mea? Suꝫ
ne pfugus super terraꝫ? Purū creditis homi-
nē aberrare possibile? Deitatē negatis vnitam
in humanitatē a verbo assumptā? Quē me esse
creditis? Ad quid me in mundū venisse cogita-
tis: si aliud in me q̄ soluꝫ hominē autumatis?
Tu virgo mater que me filiū more materno vo
cas: sub qua spe aliquē cōcipere atq̄ parere an
gelo nūciante prestitisti assensū? Nōne sub spe
concipiēdi atq̄ pariendi filiū altissimi dei; nō
ex homine/ sed ex virtute spūssancti? Tu pater
Joseph/ nōne euangelica oracula suscepisti: at
q̄ sepe in somnis affatus ciuiū supernorum/ q
id quod sponsa tua gestabat in ventre de spū-
sancto erat/ nō ex humano semine? Si purum
hominē creditis: nec mirū si queritis: etenī er-
rat faciliter omnis homo/ nisi dirigat ꝛ prote
gat deus homo. Deus ex eterno/ homo ex tē-
pore pleno. Si vero me deū creditis humani-
tate vestitū: q̄d doletis querēdo: quid queritis
ita dolendo? Nā deus errare nō potest: nec si-
ne ratione aliquid minimuꝫ facit. Proinde q̄d
est q me querebatis? An querebatis hūane di-
uinū? An dolendo ꝛ querēdo credebatis pieta
ti diuine anteferre me velle humanā: vt ppter
parentū tristicias que deus pater iubet omit-
tā? Nescitis q in his que patris mei sunt opor
tet me esse? Duo patres in tali colloquio sonu-
erunt: vnde quodāmodo locutio materna con
fundit̄. Dixerat virgo patrē quē habebat soci
um sponsū/ nō carnis cognitione maritū. Re-
sponderat se christus patrē habere eternū: cu-
ius volita in carne venerat pficere sup terram
Illa hominē/ iste deū: Illa temporalē/ iste per
omnia dixit eternū. Illa mortalē: iste ptulit im
mortalē. Dicit mater iesu sibi: Ecce pater tu9 ꝛ
ego. Respōdebat iesus: Nescitis q in his que
patris mei sunt. Nō repressit virginem vt dice
ret: quē pfers non est mihi pater: sed allegauit
eternū deū patrē: cuius se filiū esse dicebat. Ec
ce duo patres diuersimode astant: vnus de ter
ris/ qui a multis pater credit̄ ꝛ nō est: vnus de
superis existeens eterne: qui neq̄ adhuc plene
ab omnibus creditus est: in cuius ministerijs
se Christus asserit occupari. Ad patrem eter-
num se refert: quia omnis filiatio est a patre.
Necnō et moralē relationē facit: cū opportune
in his que sunt ab eterno preuisa/ ī carne sit fa
ctus obediens. Nō veretur Christus dolores
ex carne maternos siue paternos: sꝫ dei patris
obedientiā plus attēdit. Preferēdus est deus
pprijs parentibus/ quantūcunq̄ illustribus vl̄
honestis. Et hic christus pietatē p pietate cō-
demnat ꝛ reprobat. Et diuinis actionib9 post-
ponit humanas: et diuinū omnino humano p-
posuit. Humanū ē tristiciā nō inferre parenti
bus: ꝛ ipsos cōsolari opus est pietatis. Et ho-
norē ipsis impēdere debitū est iusticie/ iussioq̄
legis. Ubi vero deus aliud inducit: ab omni-
bus his absoluit. Proīde ex huiuscemodi chri
sti verbis decretū firmū accepimus: vt cū deuꝫ
velle aliquid nouimus: q si q̄ sunt/ cetera omit
tamus: neq̄ tristicie/ neq̄ lachryme/ neq̄ sin-
gultus aut vlulatus/ deiectiones aut assumpti-
ones quorūcunq̄ charorū ad id agendū impe-
diant. Nemo tam iustū in carne parentē vt sal
uator omniū habuit: que in nullo aduersabat̄
diuine atq̄ infallibili volūtati: que virgo erat/
sancta p om̄ia erat. Uicerat virtute naturam.
Sanctis affectib9 mouebat̄ in christū. Int9 ꝛ
extra morū reprehēsione carebat: quā christus

cũ tristicia atq dolore pmisit: tandẽ gladio doloris moriendo affecit: vt eterni patris volita ĩ carne degendo/patiendo atq moriendo pficeret. Quis igit ad facienda opera diuina q nouit/q in mandatis accepit/q summa z eterna veritas cõsulit/charorũ affectus obijciet: aut pietatem inducet humanã/cũ pnouit diuinã? Naz pijssimũ est impiũ p vera pietate cõstitui. Respondendi formã his q humane loquunt/christus matri virgini respondendo descripsit. Et humana z sm carnẽ sapientib9 libellũ obiectionis opposuit: cũ dei placitũ oib9 agẽdis respõdendo atq cõplendo pposuit. Sed opportunitatẽ non ad patrẽ aut ad seipsum ordinat: nihil quippe opportunitate vrgente/sed decente per ipm factũ est ad gen9 hũanũ: p quo necessario z opportune oia in carne fiebant. Sollicitudinẽ suam enunciat: quia nihil p se aut pro filio/ sed p nobis omnia vult que agit in filio de9 pater. Verũtamẽ mox directiones pordinat christus aut deus hõ: vt dũtaxat illa opportuna inuitabili opportunitate dicam9/q deus pater fieri mandat: que facta in eternum subuehunt regnũ: cõtempta vero demergũt ad loca tartarea. Nulla in agendis opportunitas maior q creatori subiectum per omnia fieri: z sollicitum ambulare in directionibus atq iussionibus eius. Nihil tam hominib9 opportunũ/q vnusquisq p seipso/ per seipm curet deuitare gehennam: atq cũ laruali turba ɔcludi: a qua egressus nullus z mora ppetua. Nulla qppe cogitatio / nulla locutio/nullus actus tam opportune pagit/ aut importune obmittit: q quibus salus ppria z eterna cõquiritur. Quapropter si membra respiciunt que tenellũ etate adhuc loquit caput: si quia deus eternũ/ diuina requisita p mores in intelligendis/amandis atq faciendis/ penitus magis artant atq opportune cõstringunt. Cetera vo humana seu voluntaria sunt: hũana ppter vite necessitatẽ/voluntaria ppter liberam actionẽ. Sed tantũ in his que dei sunt est dilectionis z actionis sancta opportunitas: in alijs vo humane mora voluntas/que semetipam haberet nisi assit inexcusata necessitas.

¶ De pfecta et totali iusticia / quam christus in carne venerat impletur9: secundũ mattheũ tantum. Ca. III

Factus etate perfectus/non tamen virtute: qz in hac semp erat: eo tẽpore quo etas senaria vergit/excutiens a se incognitionẽ qua mundo celabat/ palã fieri voluit: relictis parentib9 in galilea/solus vbi ioannes baptizabat aduenit: a quo baptizari oĩno expostulat/noue legis sacramẽta initians: quorũ in se baptismũ primo suscepit: ex virtutis humilitate renitente ioanne/ versauice se ab eo tale baptisma debere suscipr asserente: sic christus fa-

Mat. 3. tus ẽ. Sine modo. Sic enĩ decet nos implere oẽm iusticiã. Transcendit loquedi vsum/z omnẽ intelligentiam hois supgreditur: q tota z plena iusticia omnẽ iusticiã sic venerat impletura. Tota iusticia christus est plena atq perfecta. Quid ergo restat implendum perfectissime plenũ? Si aũt restat implendum/ oĩno nõ plenũ. An ista prefinita z palmaris sententia/q in baptismate omnis impleat iusticia? Nam si christus subijciendo se aquis omnẽ impleuit iusticiã: vt nostre redẽptionis debituz sit solutũ: z q per iusticiam filij dei in baptismo impletam/recõciliationẽ cũ patre gen9 humanum accepit: ad quid desertũ adhuc adijt quadragenam dierũ ieiunio impleturus? Cur se ad diaboli luctam exposuit? Cur adiecit tantã operũ verborũq doctrinã? Cur passus est? Crucis mortẽ cur subijt? Cur sanguinẽ fudit? Ad quid anima eius descendit ad loca tartarea? In admirationẽ atq incõprehensibilitatẽ quandã suspenduntur hoim intellectus: cũ videat christus asserere/sic omnẽ implere velle iusticiã: si a ioãne immergat aquis: si abluatur elemento fluribili: si dũtaxat intingual corpe pprio in iordane. Sed ad exilitionẽ z ppensionem ista verba ptrahũt hominis intellectũ: vt capiam9 ex eis plusq cõtinet in syllabis. Postq christus ppter nos hõ factus erat: decebat vt qz hõ p opera ppria vite agende preberet exemplũ verborũ/adderetq doctrinã. Quãobrem dicit: Sic decet nos. Nõ tamẽ dicit/oportet: ne credamus necessitatẽ aliquam christo fuisse dominatã: sed illã intelligamus decentiã/qua verbũ caro factũ p redemptione nostra in terris degens/mater eccĩa ab ipo nouiter initiatã/tendentẽ in superiora monstrabat: quã ipse iusticiã voluit appellare: vt ipse caput cũ toto futurorũ corpore subijciat elemẽtis/intinguat aquis: vt cõtra iniusticiã primorũ parẽtũ damnate superbie/iusticia humilitatis obueniat. Quia vo deus erat/cõferebat remediũ: q suo ineffabili atq inuisibili mõ visibilib9 tradebat elementis: vt fierent sacramenta iusticie atq virtutis p suscipientibus liberandis. Sz in huiuscemodi abyssũ nõ igredimur/iusticiam a christo impletã z sacramẽtis noue legis insertam: sed illam sacrã intelligẽtiã ab isto verbo suscepimus: qua christi mẽbra volũtate atq morib9 sibi ɔformia/omnẽ iusticiã implere suo mõ tenent. Ois nãq virtus sub iusticia militat. Et omne gratũ eterno regi regũ/aut amor aut opus est iusticie. Suadet z pcipit ipa ineuisibilem amorẽ in deũ z in ea que sunt eius/z in illa q mandauit diligi sancto mandato. Iubet vo penitus illa opa fieri/q decet primos aut secundarios pfessores: put se offert possibilitas z edicti necessitas. Sed oẽ quod in euangelio negatiue pcipitur: aut omne quod prohibet/exceptionẽ nõ recipit corde/neq corporis actu: etiam si mens intẽtata sequeret. Que vo tradunt affertione specifica/corde nunq/corpore interdũ exceptionibus gaudent. Ac p hoc cũ christus se asserit omnẽ iusticiam p decentiã impleturũ/futurum corpus ipse cõpellat: nec se pter corpus futurum enũciat. Plurali enim numero se posuit quod in aliqua euangelij parte simile genus lo

quendi nunꝗ̄ regimus. Sed ꝓpter corp⁹ creā-
dū de nouo ꝑ gratiā ⁊ membra in virtute nascē-
tia/coherentia sibi: christus tali loquendi gene
re fatus est. Sic decet nos implere omnē iusti-
ciam. Nec solū referant hec ad christū ⁊ ad so
lum ioannē: sed ad christū ⁊ ad corpus sibi de-
nuo coaptādū. Quā christo in se implente: qui
factus est nobis a deo tota iusticia: per quam ⁊
nō aliter salui fieri poteramus: subsequētia mē-
bra q̄ saluanda erant/sic omnē iusticiā virtutis
⁊ operis impleuerūt. Nulla nāq; virtus/aut vir
tutis actio defuit aut deest i ecclesia sancta dei:
q̄ in multis corde/similiter ⁊ corpe splenduit: et
q̄ non aliquibus in corpe/saltē ī corde ꝑfulsit.
Nam oībus electis dei hoc est/esseq; debet per
maxime ꝓpriū in animo/virtutē omnē diligere:
ꝗuis omnē gestu corpis nō sequaꝛ. Et opportu
ne factū oībus cupientibus captare celestia: illi
virtuti fieri ꝑ amorē/cui coaptare noluit corpe
vel nequiuit. Sic enim impleta est omnis iusti-
cia in mēbris sequacibus saluatoris: quoniā in
corpe vero mystico fiunt virt⁹ actusq; virtutis.
Et tam ꝑfecte in ecclesia omnē iusticiā inueni-
mus impletā: vt etiā ꝓ deuitandis vitijs tenen-
daq; virtute oīa sunt tormentoꝝ genera tolera-
ta. Singuli vero ad supnam ciuitatē ex predesti
natione tendētes/sic omnē iusticiā impleuerūt
vt mēte pariter ⁊ corpe: si vero nō corpore/syn-
cera mente ad omnes virtutes amore indissolu
bili atq; inuincibili sunt facti. Corpe sine mente
nunꝗ̄ ⁊ nusꝗ̄ fuit aut erit omnino impleta iusti-
cia.

De forma vincēdi aduersariū: quā in tribus tentationibus sathanicis christus omnibus ostendit. Et de primo verbo tentatori obiecto: secūdū Mattheum et Lucam. Ca. IIII

D Eracta quadragena deserti/tria vba
tentatori tradidit in responsum. Pri-
mū siquidē suggerenti lapides panes
fieri/virtutē diuinā ad hominū saturitatē atq;
vitam/nō panē solū apposuit: qui respondēs di-
Mat.4. xit: Scriptum est: Nō in solo pane vi-
Mar.3. uit homo: sed in omni verbo quod ꝓ
Lu.4. Deu.8 cedit de ore dei. Autoritate sacre scripture
vtitur: nō hūana rōne. Idcirco ipsam male sug-
gerenti opponit primo in cōgressu: nec de no-
uo responsionē fingere voluit: ne responsio no
tareꝛ in crimine: aut prisce legi asseuerare con-
trarium/aut sibi nō fieri vniformis. Non in so
lo pane viuit hō: q̄ nō solū ex corpe aut ex carne
cōpositus est: sed ex anima que alitur nō corru-
ptibilib⁹/nō materialib⁹ reb⁹: sed corrumpi ne
scijs ⁊ a materijs alienis. Panis materialis car
nis substantiā fulcit: verbū dei animam reficit.
Panis noīe intelligiꝛ oē quo aliꝛ corp⁹: nomie
verbi dei oē quo vegetaꝛ inuisibiliter inuisibiꝛ
anim⁹. Vita panis cū oīb⁹ sensibilib⁹ est cōis:
vita q̄ spūs viuit/tm̄ rōnabilibus adest. In vi-
ta panis boni ⁊ mali ꝑticipāt: vita vbi dei ꝑ fidē
tm̄ bonis adiūgiꝛ. Si vo ad christū solū suaver
ba referunꝛ/hō ⁊ deus erat: q̄ ostaxat nō viue-
bat ex pane/imo nec pane indigebat: etiā in ter
ris degens ⁊ viator existēs: ꝗuis ad insinuatio-
nē veritatis assumpte carnis/nō ad necessitatē
vt hō comederit. Distinxit porro iesus vtriusq;
hoīs vitā: ⁊ ꝙ vna ꝑter aliā/nō altera preter reli
quā toti cōposito pōt prestare alimēta viuendi:
⁊ ꝙ vita gratie superfertur vite nature. Proin-
de dixit solerti verbo: Nō in solo pane viuit hō
nō caro: qꝛ caro ꝑter animā/⁊ ꝑter carnē anima
nō est hō: ꝗuis in scriptura totuz aperte dicaꝛ.
Vita igiꝛ humane carnis est anima. Illa vero
q̄ ore sumunꝛ/sunt alimēta ⁊ nō vita. Vita siqui
dem anime nō est caro/neq; aliquid corpale ali
mentū: sed sic facta est/vt etiā extra corpa posi-
ta nō careat vita: nō ex natura qua creata est/sꝫ
ex eo ꝙ sic creata est: videlicet vt deus sic faciat
illā viuere in corpe/priuatāq; corpore. Et prout
quod corpus facit viuere/oē corpus ꝑcellit: ita
quod anie iugē infundit vitā/omne spūale ꝑce-
dit. Corruptibile corpus hoīs ex corruptibili
alimēto foueꝛ: incorruptibilis spūs incorrupti-
bili vita viuit. Corpale alimentū ꝑstare anie vi-
tā nequit: vita qua vere aīa viuit/pōt ⁊ corp⁹ si-
ne alimētis corpalib⁹ sustentare: vt valentius
sit omne illud quod in nobis agiꝛ ꝑ gratiam/ꝙ
oē quod agiꝛ ꝑ naturā. Et multa de hac re exē-
pla nobis tradit antiqua memoria: ꝙ ꝑt er oēm
nature potentiā atq; etiā vsum multos inueni-
mus aīa existente in corpe sine alimento corpo
ris/aīa ⁊ corpe incolumes ꝑmansisse: vt moy-
sen ⁊ heliā quadraginta diebus: ⁊ multos post
christū ad similē ꝑuenisse mensurā. Et vera que
dā paulo ante gesta nunc referā. Iuuenis q̄daꝫ
sedecim annoꝝ repertus est/q̄ hanc gratiā a do
mino meruit: vt sumpto tantū omni die domini
co christi corpe/reliquū totius vite tempus sine
corpali alimēto trāsigeret. Et ne diabolica cre
dereꝛ illusio/ad omnē virtutis experiētiā adau-
ctus est: ⁊ repertū est christi gratia ꝙ corp⁹ illi⁹
omni pulsa deceptione/sine corporali alimento
vita cōmuni qua viuūt edentes ⁊ bibentes/ino-
cua existente natura posse subsistere. Unde ꝓi
nus tota vita hoīs nō est panis: sed gratia inui
sibilis verbi dei. In rememoratiōe beneficioꝝ
dei quā moyses fecerat israeli trans iordanē in
solitudine tēpesta: huius sententie figura ⁊ simili
tudo ꝑcessit. Dicebat cm̄ de deo moyses popu-
lo: Afflixit te penuria cibi: cibum dedit manna/ Deu.8
quod ignorabas tu ⁊ patres tui: vt ostēdereꝛ ti-
bi ꝙ nō in solo pane viuit hō: sed ī omni verbo
quod egrediꝛ de ore dei. Affligebat nēpe de⁹ po
pulū quē eduxerat de egypto/penuria corpora
li: coꝝ scꝫ q̄ artis hūane ꝑitia in vsum hoīm sūt
atq; illaꝝ reꝝ esibilium q̄ sponte nascunꝛ. Sed
nec ipm ꝑplm expugnari ꝑmittebat inedia: q̄n
ei plueret māna de celo/insolitū atq; icognitū
a mūdi origine cibū. Cui⁹ penurie atq; superne
ꝯcessiōis causa subrogata est: cū moyses poplo
suo dixit/vt ostēderet tibi ꝙ nō in solo pane viuit
hō: sed in oī verbo quod egrediꝛ ab ore dei. Uo

lebat em̄ deus populũ illũ rudē instruere/ꝙ nõ
in solo pane vita hominis est. Et qm̄ oīa in figura
cõtingebāt/altius pensanda sunt verba. Duas
q̃ppe oportet ꝑintelligere vitas: vnā agendā/al-
teram expectandā. Bipartit᷑ etiam agēda in il-
lā q̃ diuinis speculationib⁹ tm̃modo seruit: et in
illā q̃ in manifestis atq̧ corꝑalib⁹ actionib⁹ sa
tagit. Illa vita viuit inuisibiliter oīs aīa deo di
cata: q̃ tm̃ diuinis verbis pascit᷑: ⁊ educat᷑ super
mēsam celestiũ secretoꝝ/inuisibiliũq̧ virtutũ: ⁊
semꝑ meditat᷑ verbũ increatum/ quod eterne a
patre ꝓcessit: ⁊ reflectit᷑ ⁊ recogitat verbũ icar-
natũ/quod ab eodē patre eterno ꝓcedens/car-
nē vitãq̧ in plenitudine tēporis induit: ⁊ sedu-
lo ⁊ iugiter in seipsa cõtuendo reuoluit quod fe
cit viuens: quod impleuit moriens: quod resur
gēs ꝓ nobis fecisse ostēdit: quas mansiões in ce
lũ ascendens vere credentib⁹ ꝑparauit. Istud ē
verbũ absconditũ/quo in absconso nunc hō in
terior alit᷑ ⁊ fouet᷑: ⁊ ex quo ad vitā imortalē vbi
semꝑ viuit᷑ ꝑuenit᷑. Nõ est vera vita/q̃ delectati-
onib⁹ caret internis. Uiuunt etenim bestie sensu
corporeo ⁊ corꝑalib⁹ alimētis: sed rõne priuata
interna ⁊ supnaturalia bona non norunt. In q̃
similitudine viuũt oēs diuinoꝝ bonoꝝ delecta-
tione carētes. Unde vita delectabilis nõ est in
pane/sed in verbo dei: quod nõ ꝑcipit aut sentit
Luce. 4 ET egressus est iesus in galileā in virtute sp̄us: et fama exiit per vniuersam regionē de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum: et magnificabatur ab oībus. Et venit nazareth vbi erat nutritus: et intrauit secundū cōsuetudinē suā die sabbati in synagogā: et surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaie ꝓphete. Et vt reuoluit librū: inuenit locū vbi scriptū erat: Sp̄us dñi sup me propter quod vnxit me: euāgelizare paupibus misit me: sanare cōtritos corde: ꝛ p̄dicare captiuis remissionē pctōꝝ ꝛ cecis visum: dimittere cōfractos: p̄dicare annū dñi acceptū ꝛ diē retributionis] Cuius virtute accesserat ad desertū/illius regredit in galileā. Omniū ductor optimus sp̄us est etiā christi hominis: quo duce in omnia ferebat. Et quisquis in his quibus afficit ꝛ operat/ductorē alium sequit p̄ter ipsum/deuitabat a recto. Formam ꝓrogauit: in cuius virtute feramur. Fama eius infrenabilis erat ꝛ irretente ferebat. Nec mirum si repleuerat modicā regionem: que repletura erat ꝛ orbem. Ve autē ei ad quem illius fama nondum ex auditu ꝛ affectu peruenit: diffamabit vt contumax altissime maiestatis. Caret bonitate olfactus qui nō ꝑcipit tam diffusum odorem/qui peregrinam vniuersam perfudit infimam regionem: in summa vero regione fragrat in angelis. Et docebat in synagogis iudeoꝝ: vt odore fame more/doctrinā eoꝝ mētes capesserēt. Indigētibus alta doceri noua doctrina parabat/ꝓmulgata in synagogis terrenis: vt cōgregari ꝑ eū appeteret in supernis. Cōgregare dispsos venerat: ideo ingredit ꝛ instruit ꝑ synagogas. Porro synagoga cōgregatio nūcupat. Ad scientiā verā nunq̄ ꝑfecto ꝑueniet/q̄ lōge fact' ē ab huiuscemodi disciplina. Magnificabat eī ab oībus nō effectu/sed verbo: ꝛ vtriusq hominis laude attollebat a cunctis: ꝓpter quod in eo agnitū est insigne virtutis. Applicuit nazareth/vbi nutritus more hoīm erat: nō amore patrie venit/sed eorum amore salutis. Et intrauit ſm cōsuetudinē suam in synagogā. Nunq̄ deserenda est agendoꝝ cōsuetudo bonoꝝ: firmat eī naturali quadā potentia morē. Optimū in virtutib' cōsuetudine assumpta bonis morib' coalescere. Seua tū hostilitas est/cōsuetudine contraria roborari. Nihil ꝓo christus nisi quod bonū est aut optimū in suā cōsuetudinē sumpsit: nostra/nō sua vtilitate: nā sibi cōsuetudo iā facta erat optime docere ignaros. Pulcher oīno mos/cū q̄s nouit ex cōsuetudine legitima opari. Sabbato celebrauit hūc ingressum. Optim' sabbatism'/vbi diuinus doctor docendo laborat. Nec violabatur sabbatū/sed cōsecrabat: ꝛ ad eterni sabbati quietē audiētes illa doctrina parabat/nisi cōtumacia in auditorib' esset. Et surrexit legere: q eoꝝ more aliq̄ntulū sederat. Et petēti aut offerētis placito/tradit' est sibi vn' liber/Esaie scꝫ quē reuoluēs more docētis/subito locū quē q̄rebat īuenit: sciēs eterne ab eterno decretū/quod ꝓphetatū in tpe līis hebraicis exaratum erat. Nouerat oīa q̄ de': nō indigebat libro ip̄e oīm vite liber: mente nouerat quod q̄rebat in libro. Absq illo legisset q̄ absq chartis docuit ꝓphetantē: locū repperit q̄ de ipso erat: ꝛ verba scripta q̄ de ip̄o longe ante reuelauerat ip̄e videnti: ꝛ videns graphijs mandauerat ad memoriā posteroꝝ. Et scriptū sic erat: Sp̄us dñi super me. Esa. 61 Ut hō sic loquit/q̄ sibi spiritū ꝑlatū facit: etenī quia deus sibi ꝑ omnia equalis erat: nec vna ꝑsona in trinitate alteri supfert dignitate substātie/ordinis/tpis vel nature. Sed quō sup eum? Ut credat nō agi humano aut alio sp̄u/sed diuino: ꝛ q in humanitate degens etiam diuina faciebat. Et vnctus erat vt hō illa vnctione ineffabili spiritussancti: de qua etiam dauid ante p̄dixerat: Propterea vnxit te de'/deus tu' oleo Psal. 44 leticie pre consortibus tuis. Et ideo christus appellatus/id est vnctus: velut sacerdos ꝛ rex figuris preeuntibus: quoniam solum sacerdotes ꝛ reges in testamento veteri vngebant. Porro saluator vtrāq personam gestabat: vt sacerdos sacramenta nobis contulit: vt rex vocauit nos ad regnum: vt sacerdos instruxit: vt rex liberauit ab emulis. Ut sacerdos semetipsū obtulit sufficiens hostia factus: vt rex omnia gubernat iudicat ꝛ discernit/velut dñs omniū cōstitutus. Nam sibi data est omnis potestas in celo et in terra. Et scriptū vidit ioannes in femore ei': rex Apoca. 19 regum ꝛ dñs dominantiū. Proinde qui ab ip̄o nō accipit sanctitatem/nunq̄ sanctus erit. Qui ab isto rege non regit/regi abyssi male pessundatus subiacebit. Sed quare vnctus? Quia spiritus dñi sup eū. Propter quid vnctus? Ut missus euāgelizaret paupib'. Sic eī dicit illa scriptura ꝓphetica: Propter quod vnxit me: euangelizare paupib' misit me. Bona porro īeffabilia sūt nūciata paupib'. Bti paupes sp̄u: qm̄ ipso- Mat. 5

rū est regnū celoꝝ. Sed nunqd diuites sunt ex-
clusi? Si deuenerint in spūs humilitatē: vt chri-
sti iugo colla submittāt/potius admittunt. Ne-
q3 diuites reprobant ab euangelio si humiliari
velint/moꝛūq3 corrigere prauitatē: vt paupes tē
poraliū rex stipē sustentēt/in euangelio partē ha
bent. Si mente supbiant/si semꝑ inhiare non ces-
sant: reprobati ꝓfecto existūt. In interioꝛi ho-
mine positū est/euangelij fieri participē3 vel ex-
ortē. Propterea sequit: Sanare cōtritos: vt si-
ue sint diuites aut paupes/foꝛtes aut debiles/
nobiles aut ignobiles: si corde cōterant/a dño
Psal.50 sanabunt: qm̄ sacrificiū deo spūs ꝯtribulatus:
coꝛ contritū ⁊ humiliatū deus nō despiciet. Ad
ꝓdicta ⁊ ad sequentia se vnctū ⁊ missū3 ꝓdixerat:
ex spū Esaie ꝓphetico id attestans: vt etiā ꝓdi-
caret captiuis remissionē: illis sc3 q apud lim-
bum captiui sedebant: ⁊ qui diaboli vinculis ⁊
peccatoꝝ carceribus tenebant inclusi. Judeis
primo/qui legis ꝓuaricatiōe male subacti erāt:
⁊ gentibus/ qui a diabolo captiuati male idolis
seruiebant. Postremo his oībus qui claudeba
tur in custodijs quoꝝlibet vitioꝝ. Et cecis vi-
sum: sc3 ignorātibus veritatē: aut his quoꝝ men
tis oculos ꝓpria malicia excecauerat. Et idem
Esa.42 Esaias refert: Quis cecus: nisi qui venūdatus
est? Quis cecus: nisi seruus meus? Quanq̄ ista
scriptura loquat de populo iudeoꝝ: verūtamen
ex cōmunione vitioꝝ transfert in similes. Atq3
vbi maioꝛ cecitas q̄ eius qui se vili ꝓcio diabo-
lo vēdidit: ⁊ peccati seruus in diaboli transiuit
mancipiū? Sed illoꝝ cecitas grauioꝛ ⁊ maiori-
bus tenebris obuoluta/ quos deus elegit in ser
uos nō indigens eis: sed ipso indigentes q pa-
ctum certū dño confregerūt. Quis cecus: nisi q
accepit a dño sibi posse seruire/cū in sathanicu3
transiuit obsequiū: ⁊ legem vite postposuit legi
mortis: tyrannū crudelē dño benignissimo ꝓtu
lit? Venūdatus ⁊ seruus ceci facti sunt. Venū-
datus dulcedine modica: seruus dñi recedens a
dño/additus vero diabolice seruituti. Cōfracti
sunt q in mūdi amena velut a spera impegerūt.
Ista enī sunt q hominē frangūt ac ab oī virtu-
te resoluūt: necnō ⁊ semetipsos confregerūt mi
nus debito de christo sentiētes: nā oīs qui ceci
derit sup lapidē/ꝯfringet. Sed christi benigni-
tate dimittunt: cū cōmissa mala dono eius mise
ricordie remittunt. Predicare annu3 dñi acce-
ptum. Annus acceptus tūc est: cū ex suis dispo-
sitionibus voluit: qn̄ eius quatuoꝛ tempa suis q-
litatibus tēperant. Sed annus acceptus dño ꝓ
dicat: cu3 vere cōuersis dat venia: vereq3 boles
cōuertunt ad veniā. Annus acceptus accepta-
bile tēpus: quod in christo incepit vsq3 in finem
Esa.49. seculi duraturū: iuxta Esaie ꝓpheticū dictū: Tē
poꝛe accepto aut placito exaudiui te. Et apl's iā
completū rememorās/ vt dei gratia3 agnosca-
2.Coꝛin.6 mus dicit: Ecce nūc tēpus acceptabile/ecce nūc
dies salutis: in quo sacrificiū summe iusticie/sa-
crificiū vespertinū ab vno datū omnipotens ꝓ
oībus acceptauit. Quod ⁊ dauid de deo mise-

rante ꝓdixit: Tūc acceptabis sacrificiū iusticie Psal.50
in illo videlicet tpe quo dei filius mūdo in carne
velatus subuenire dispōsuit: quo nobiscū cōuer
satus est: quo ꝓ nobis moꝛtuus est et sepultus:
quo spm̄sanctū celū ascendens discipulis misit.
Hic annus cū fine seculi finiet. Deinꝑ enī tem-
pus est quo sacrificia nostre iusticie/merito sa-
crificij summe iusticie ꝓ nobis ꝑ carnem in cruce
oblati/omnipotēs deus acceptabit. Sed post
annū acceptū dies retributionis ꝓsequit. Un-
de subiecit: Et diē retributiōis. Porro retribu
tiō finē seculi sequit: vt constituat diuinū tribu-
nal: vbi retribuet vnicuiq3 iuxta opa eius: ⁊ ꝓut
vnusquisq3 gessit in coꝛpe/bonū recipiet siue ma
lum. Et cū cōplicuisset librū/reddidit ministro
⁊ sedit. Qui libru3 aperuit/replicauit: doctoꝛq3
existens autoꝛitatē habens/doctoꝝ alioꝝ nolu-
it a moꝛibus discrepare: in eo q̄ librū accepit/re
uoluit: ⁊ inuenit quod q̄rebat ⁊ legit: ⁊ lectione
cōpleta replicauit: reddiditq3 offerenti ministro
ne ꝓpter insolitū moꝛē oīno lex redderet suspe
cta: ⁊ ipse dissentiēs calumniā pateret. Sed futu
roꝝ ꝓsagio aliud ꝓintēdit: qm̄ omni euangelico
cōpleto mysterio scriptura oīs plicabit: nec le-
ctiōe amplius opus erit: liber ministro reddet:
vt iuxta scripture sententiā oībus christi mini-
stris sm̄ merita tribuat: ⁊ sessio erit quietis eter
ne. Verūtñ aliter disserēdi oꝛdo se ꝓstat: vt chri-
sto iā reuelato ꝓut figuratus fuerat in veteri te
stamēto/a ꝓphetisq3 ꝓulsus: liber diuinaꝝ scri-
pturaꝝ apud iudeos remaneat inuolutus ⁊ re-
plicatus/ demerito incredulitatis ⁊ iniquitatis
ipsoꝝ: vt in scripturis veteribus nō cognoscant
christi nec ecclesie sancte mysteriū: sm̄ illā sentē-
tiam quā alibi saluatoꝛ ꝓtulit dicēs: In iudiciū Jo.9
ego in hūc mundū veni: vt q nō vidēt/videāt: ⁊ q
vidēt/ceci fiāt. Et cū sic saluatoꝛ legisset atq3 fe-
cisset: omniū in synagoga oculi erāt intenden-
tes in eū. Suaue christi eloquiū erat: ⁊ lingua si-
bi ꝓ cunctis velocioꝛ ⁊ ad disserendū aptissima
vt etiā aīos suspēderet auditoꝝ: ⁊ cūctoꝝ audiē-
tiū oculos in se ꝓuocaret: q̄q̄ ab impietate isra
coꝝ coꝛda ꝑtinaciter tenerent: ⁊ quodāmō quod
ipsi nō intelligebāt/magno signo ꝓdebant: qm̄
oīa q in veteri testamēto erāt/suis significationi
bus tēdebāt in christū: ꝓ eo quod in figura oīa 1.Coꝛin.10
cōtingebāt illis. Et mirū q̄ aīo impij ⁊ incredu-
li existētes: tñ in christū oculos defigebāt: vt ap
te det intelligi: q̄ q̄uis multi nō agnoscerent q
in veteri testamēto coꝛpaliter agebant: ipsa tñ
gesta coꝛpaliter christū solū/interdū vero et eiꝰ
coꝛpus mysticū innuebant. Hanc siquidem ꝓ-
phetiam supra lectam/ in se christus ex toto re-
torsit. Nam cepit autem dicere ad illos:
quia impleta est hodie hec scriptura
in oculis vestris: scilicet prophetia Esaie
quam legerat: ex eo q̄ non de alio q̄ de christo
Esaias ante prophetauerit. Hoc ideo christus
dicebat: vt sicut oculi coꝛpoꝛaliter intende-
bant: ita eoꝛum animi per fidem conuerteren-
tur in eum.

¶ Quomodo audientes mirabātur de christo cognitā tenētes carnis progeniē sed non cōuertebātur: secundū mattheum/ marcū et lucam. Ca. XI

Mat.13. Mar.6 Lu.4. Et oēs testimoniū illi dabant quia supra sensum hominū loquebat. Et mirabantur in verbis gratie/ que procedebāt de ore eius. Testimoniū quod illi dabant/ retorquebat penitus cōtra eos: qr mirabātur/ sed non ꝯuertebantur in verbis gratie/ que supra soliteq communis. Erant penitus verba doctrine verba gratie: qr inuitabant ad gratiā: vt nō per iusticiā/ sed per christi gratiā consistat hominū salus ⁊ redemptio peccatoꝝ. Sed qui ad verba gratie ab infidelitate nō recedunt/ nō corrigunt pditos mores; ad virtutes non satagunt: ex verbis iusticie damnabūtur. Adhuc em̄ verba gratie pcedunt ex ore christi. Os em̄ christi est omniū verorum lingua doctoꝝ: q vsq in finē seculi silētio nō tegetur: qꝫ pauci veraces vita/ moribꝰ et verbis inueniantur. Sed si solū vnus esset qui veritatē explicite pdicaret/ os dicit christi. Proinde in verbis gratie ꝯuertamur: ne a verbis iusticie in perpetuū euertamur. Qui vero non studio faciēdi verbis diuinis prestant auditū: ilico calumniā parant: ⁊ occasionē querūt vnde se a verbis gratie auertant. Proinde dicebāt: Num hic

Mat.13. est filius ioseph? Sed hoc matthēꝰ amplioribus verbis aperuit: q [omnes mirabātur/ dicētes: Unde huic sapiētia hec ⁊ virtutes? Nōne hic est filius fabri? Nōne mater eius maria/ ⁊ fratres eius iacobus ⁊ ioseph ⁊ simon ⁊ iudas? Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista? Et scandalizabant in eo.] Considerabāt tantummodo isti naturalē progeniē/ nihil supra hoiem in ipso videntes: ⁊ mirabātur ignorantes/ vnde huic esset tam alta sapientia eximieq virtutes. Et quoniā de homine sm carnē aliud q homo nō oritur: patrē ioseph ⁊ fabrum inferebāt: quia erat fabri filius opinione videntiū: ⁊ rei veritate non pater pueri erat ipse/ sed nutricius. Sed non me fallit quoniā forte spiritu pphetico eū non cognoscētes dixerūt fabri filiū: quoniā filius dei erat/ qui mundū fabricauit i arte sua eterna ⁊ esse de nihilo constituit vniuersum: qui etiā per fabricā validi ligni in forma crucis erecti misit filium humanū genus liberare captiuum. Inferunt etiā de matre maria/ ⁊ de sua cognatione quā norūt: quasi esset impossibile huic viro tanta bona posse competere: male miseri immemores pphetaꝝ preteritoꝝ: quibus diuinus spiritus insulsit: quos nō natura carnis/ nō ppinquitate generis/ sed sua gratia fecit esse prophetas: qui de christo qꝫ nō crederēt id esse quod erat: tamē credere debuerūt esse posse pphetā. Sed scandalizabant in eo in quē velut in offensionis lapidē offenderūt: nolētes intelligere q eos venerat liberare: atq i se duos populos velut duos colligare parietes. Inuenerunt vnde se ab ipso rescinderēt: vnde verbis eius nō prestarent assensum: vnde nō crederent q de ipso exposita esset pphetia. Oculis in eum intendebant: omnino attoniti erant: a perfidia tenebantur: ne intelligerēt preteritas pphetias: ne crederent q eis velata in carne summa ⁊ eterna veritas loquebat. Proprium est perfidoꝝ atq reproboꝝ firmata pteruitas: vt semp per humanas ratiōes velint supprimere fidei ⁊ gratie veritatē: atq inquirere vnde nō credant: ⁊ inuenire vnde a veritate resiliant: ac cauere ꝯtinuo ne diuinorū verborum retibus capiant.

¶ Quare christus petentibus negauerit miracula facere: secūdū lucam solum. Capitulum XII

Saluator autē eoꝝ menti scādalizate similitudine adiecta respōdit: Dicetis Luce.4. mihi hāc similitudinē: Medice cura teipsum. Cōmune prouerbiū/ quod a valde multis tēporibus inoleuit: vt medico īfirmāti dicat: Medice cura teipm: vt qui alios curas/ teipsum nō negligas: qui alios sanas/ i te infirmitatē perdurare nō sinas. Quasi nazareite sibi dicturi essent: Quāta audiuimus facta in capharnaū: scꝫ ciuitate samaritanoꝝ: Fac et hic in patria tua: velut medicus qui alios curat/ seipsum non contēnat. Quibus saluator respondit: qr nemo in patria sua acceptus est propheta: seu nō est sine honore propheta/ nisi i patria sua et in domo sua. Et nō fecit ibi virtutes multas propter incredulitatē illorum. Sepe fit vt ex nimis solitis q sm humanitatē sunt ea que supra illā noscūtur reputatiōe vilescant: ⁊ nihilipendant virtutes/ vbi crebrescit sensus humanꝰ. Ecce patria ipsi erat in causa quodāmodo saluatori: vt reputaretur infra quod erat: ⁊ minoraret in ꝯspectu hominū/ qui deus erat noticia in cōspectu omniū angeloꝝ. Erit ne patria fugienda? Non vt alibi plus appareat: ne peregrinatio que solet esse virtutis/ fiat vanitatis occasio. Erit ne fugiēda? Utiq dixerim: vt virtus cōseruet in tuto: vt per amplius moribꝰ inclarescat: vt compatriotale suffugiū abdicet: vt sit vite stipes incerta: vt notorū deuitentur blandicie: vt ignote corā hominibus/ cognite corā christo viuatur. Erit ne patria fugienda? Non vt se vendat ignotis: nō ad capiendā famam virtute: vt nō plus auctionet nominis q virtutis: vt sit honori extraneis: vt sibi stipendiū tribuatur honoris humaneq laudis. Non ois abraam: nō omnis isaac: nō ois iacob: nō omnis ioseph venditus demū factus dominus in egypto: qui tam in patria q in suis peregrinationibꝰ propriā virtutis consistentiā seruauerunt. Erit ne patria fugienda? Non: sed ad alios hūiles et docibiles accedendū: vt si eis quibꝰ incumbit nō possit prodesse: ad illos docendū pergat qui se doctrine subijciunt: qui credere volunt/ curari querūt. Nam vbi nō est auditus/ nō effundas sermonē. Et in actibꝰ aploꝝ

Actuū.13. legitur:ꝙ paulus et barnabas dixerunt iudeis:
Uobis oportebat primū loqui verbum dei:sed
quoniā repellitis illud ⁊ indignos vos iudica-
tis eterne vite:ecce cōuertimur ad gentes. Et se
quitur:Audientes autē gentes gauisi sunt. Hec
causa potest subesse his qui verbuz dei dissemi-
nare habent:qua patria nota relinquit:qua re-
quiratur incognita. Christus nō est acceptus in
patria. Est ne causa quare virtutes in illa nō fe-
cit? Minime. Sed sua noticia quasi eis famili-
aris ex genere/illis fuit iniusta incredulitatis
occasio. Proinde non fecit ibi multas virtutes
propter incredulitatē ipsorū. Ecce ꝙ miracula
negantur incredulis : scȝ ex eis non credituris
que facta feruntur corā infidelibus credituris/si
militer ⁊ non credituris. Sed miraculoꝝ opera
tio ex altissimo pendet: qui nisi opportune fieri
nullo modo ꝑmittit. Apud ipsum est ratio fien
dorū:similiter ⁊ iusta ratio cū non fiunt. Nec de
cet homines semꝑ miraculoꝝ nouitate nutriri:
nec in miraculis/sed in virtutibꝰ reperitur con
sistentia christiana. Facta fuerunt pro tpe op-
portuno miracula:⁊ infidelibꝰ dari signa dece-
bat:fidelibus ꝟo nunc iure negātur. Parū em̄
esset fidelis qui ex miraculo augeret in fide. Ro
bustior est fides magisqȝ meretur nō fulta mira
culis. Ac per hoc christꝰ in iaȝ solidata ecclesia
miracula ⁊ signa huiusmodi ꝓ maiori ꝑte sub-
traxit. Uirtutibus nō signis in suis fidelibꝰ chri
stus querit augmentū:qui cū necessariū fieri cō
spicit/semꝑ sibi adest mira faciēdi potestas:et ꝑ
quos operari vellet/sue noscitur esse noticie re-
perire. Sterilis est miraculorū petitio/sed fru-
ctuosa doctrine: quā si experiuissent/libere de-
disset petentibus:qui gratis nō petentibus ꝯtu
lit. Curiositas est miracula petere. Ac etiaȝ non
modica vanitas signis intēdere. Hinc eos sal-
uator ex preteritis arguendo cōfundit. In ve
ritate dico vobis: Multe vidue erāt
3.Regū.17. in diebus helie in israel:quādo clau-
sum est celū annis tribus et mensibꝰ
sex:cū facta esset fames in omni terra
et ad nullā illarum missus est helias
nisi in sarepta sydonie ad mulierē vi
4.Regū.5. duam. Et multi leprosi erant sub he-
liseo propheta:et nemo eorū munda
tus est/nisi naaman syrus. Famosissi-
me sunt iste historie in veteri testamento:in qui-
bus saluator nazareis improperat. Magna my
steria intercludunt:scrutantibusqȝ panduntur.
Sed quantū possumus/allegorica in hoc opere
deuitamꝰ: moribꝰ potius intēdentes. Extranei
erāt a populo vidua sareptana ⁊ naaman syrus
⁊ lege mosaica et circumcisione carebant. Sed
aliquid deo gratū erat in eis:quo illa prophetā
recipere meruisset:ille ꝟo ab alio ꝓpheta mū-
dari/cuȝ in israel esset taliū similitudo multoꝝ:
ac si nazareitis a domino diceret: Nō est patria
causa/nō locus nutritionis/nō propinquitas ge
neris: vnde diuina hominibꝰ conferantur:quo
niā non in illis viduis que in illis erāt/est dire-
ctus ꝓpheta:neqȝ leprosi israelitici sunt mūdati/sed hi qui lōge videbātur a iudaicis cerimo-
nijs/ab obseruantia veteris testamenti:Quia di
uinā legē in cordibus scriptā tenere potuissent.
Proinde trajcientes vnū in reliquum/ hoc in il
lud ex similitudine impellentes:in vidua obedi
entia/in naaman sacramētale exercitiū designa
tur. Et hec in manifestis: Nescimꝰ tamen quid
apud eos fuerit in occultis. Nec vertat in dubi
um/istam viduā istumqȝ naaman virtutes habu
isse incognitas:aut aptos extitisse ilico diuina
suscipere:quibꝰ sic corpore singulariter est ꝓui
sum. Sepe protinꝰ agit sicqȝ comprehendit:ꝙ
quid insigne corporaliter ostēsum indicet si ad
virtutē perueniat/qualis in spiritu ꝑsona sit fu-
tura. Obedientia siquidē erat in vidua:quia do
minus ei in spiritu ꝓceperat vt pasceret heliā.
Sic em̄ in libro regū legitur:cū diceretur helie 3.Regū.17.
Surge ⁊ vade in sarepta sydoniorū/ ⁊ manebis
ibi:precepi em̄ mulieri vidue vt pascat te. Quia
preceperat vt pasceret/⁊ quem nondū viderat:
nec helias ipsam aliquādo cognouerat:non mi
sisset ad eam nisi eius obedientiā presensisset.
Quā cum etiā helias vadens sareptā/iuxta por
tā aspexisset: vt pie credit/spiritu indice statim
nouit ꝙ illa erat apud quā pasturꝰ a dño mitte-
batur. A qua tanqȝ ex itinere fatigatus/sibi aque
potum in vase postulauit afferri: velut ꝓbans
si diuine missioni illa paruisset:sicut ipse sareptā
veniendo paruerat. Cūqȝ illa pergeret vt affer-
ret/clamauit post tergū eius/dicēs: Affer mihi
obsecro ⁊ buccellam panis i manu tua. Lassus
⁊ famelicus ꝓpheta videbatur:qui ad primū pe
titum incipiēs exaudiri:etiā panem obsecrādo
deposcit:⁊ vt afferatur post tergum vociferat.
Si allegorice ista decuderē/esset transitus faci
lior ad moralia:sed eo difficilior quo pretermit
titur ordinata gradatio. Uerūtamen illo ꝓter-
misso/quod moris est ilico aggrediētes: ꝓphe-
tam missum vidue de gentibus diuinū dicimus
esse sermonē ac predicatoreȝ:qui semꝑ mittitur
anime quā ab eterno ꝓdestinauit omnipotēs/vt
pascatur:nō necessitatis pane premēte/sed con
uersionis delectatione. Nam sicut cibus chri-
sti est vt voluntatē paternam perficiat:sic ⁊ om
nium ꝓphetarū/apostoloꝝ/predicatoꝝ eius est
cibus: vt hi ad quos mittūtur/illam inculpate
perficiāt. Sed primo petit aqua in vase:lachry
me scȝ in mensura pro compensatione delicti: ⁊
aqua est dispositio ad precepta: susceptibilis em̄
satis est aqua formarū: ⁊ tam retentibilis quo-
usqȝ impresse irremote perdurāt. Aqua in vase/
fluxibilitas in mente/petit vt sistatur: ⁊ que de-
currebat in preceps/prout naturaliter ferebat/
consistat per gratiā. Aqua frigida anime sitiēti
⁊ nuncius bonus de terra longinqua. Aqua fri-
gida petebat a sitiēte ꝓpheta: nā ipse sitientibꝰ
refrigeriū ꝓstat. Refrigeriū est querentiū aiaꝝ
salutē: cum sentiūt homines audire cum christo
velle obedire credētes. Et nunciꝰ bonꝰ de terra
lōginqua ꝓstita obediētia disserētibꝰ christi/ferā

veritatē nunciat pe salute: que terra sine termi-
no a peccatorib⁹ est remota. Expetitur aqua in
vase/ vt obediētia sit in vsu: nam vas ab vsu seu
a vescendo nomē accepit. Pergit vidua impe-
rio aut a petiōe mora pphete: sed anteq̄ primū
impositū faciat/ reclamat: sibiq̄ adiungit vt eti
am afferat buccellā panis in manu. Buccella
panis nō est totus: sed frustum est panis/ quā iu
das a christo in designationē sue pditionis ac
cepit. Buccella est illa rei quātitas/ quā vno re
ceptu bucca capere potest. Videte q̄ parua cō-
pendia in principio ipse ppheta requirit: pau-
lulum aque paniſq̄ buccellam: vt id buccella di
cat quod ore possit referre de optima fractiōe.
Quasi referendarij sunt qui docent de operib⁹
auditorū. Etem̄ post obedientiā talia sunt agen
da/ que sunt ore digna referri. Responsum ῾vo
vidue mulieris ꝛ que gesta sequunt/ ī multa nos
dicenda traijcerent: vt etiam nos facerēt ab eo
quod in euāgelio intēdimus declinare. Proin
de nosse sufficiat viduatā animā a mundi bono
re: aut carnis dñio/ ab amore corrupto/ a timore
peruerso: bene obedientē/ agentē opera digna
relatu: diuinū sermonē/ theologum predicato-
rē/ immo ipsum christū suscipe: q̄ ditabit ex mo
dico/ qui mortuū vidue filiū reuocabit ad vitam
Similiter ꝛ naaman qui pphete credens/ in ior
dane septies lotus est: vnde morb⁹ contagiosus
abscessit: vt etiaꝫ vita sacramētalis et subiectio
exhibita sacramētis/ liberet a peccatis: emūdet
a delictis. Ac per hoc aduertendū est: quib⁹ di-
uina miracula negant: quibus ve diuina bene-
ficia conferunt. Historias tamē horum ex toto
differendas dimittim⁹: ne aliud p alio intenda
mus: ꝛ ne cudamus longa volumina: qui p mo
ribus cōmentari decreuim⁹. Verūtamē si quis
illas historias puide cōspexerit: inueniet q̄ iu-
ste saluator obiecerit nazareis: q̄ bene merito si
milia petita denegent similib⁹ cecis: Ac p hoc
**et repleti sunt omnes in synagoga
ira hec audientes.**

¶ Quid mali inuat q̄ christi iesu do ctrina respuitur: secundū lucam solū Capitulum XIII

Qui scire se credunt/ difficillime sane
doctrine subdunt: potius irascunt infe-
sti opportune velut īportune docenti.
Et qui se credūt aliq̄d esse/ furiunt cū arguunt.
Malū hypocritale hoc sibi propriū vēdicat: vt
cum detegit etiā in irā deijciat. Turbat noctur-
nus fur penitus cū dieſcit: ꝛ qui male agit/ inimi
cus est lucis. Et qui ab impietate detinent/ scan
dalizant in sermonib⁹ veritatis. Et exardescūt
in odium pie docentis/ qui a pprijs directioni-
bus resilire cōtemnunt. De quibus per prophe
Amos.5. tā dicitur: Odio habuerunt in porta corripien
tem: et loquentem perfecte abominati sunt. In
porta corripit qui mala publica rephēdit: occul
ta ne foris proueniāt/ reprimit. Perfecte loquit
qui vitium ex omnibus detestat: virtutē per om
nia in alta sustollit: qui dicenda nō tacet/ tacen
da non profert: qui ad veritatē/ non voluntatē:
pro iusticia/ non pro hominū placito verba de
promit. Perfecte loquit qui vbi seueritate op⁹
est/ nō blandit: vbi ῾vo lenitate/ non seuit. Per-
fecte loquit cuius iusticie verba loquentem nō
arguūt: cuius vita cū veritate quā loquit ex ad-
uerso nō disceptat. Sed hic odio efficitur cri-
minosis/ ꝛ penitere nolētibus inimicus: quāob
rem hi qui iā erāt de synagoga sathane/ irasce-
bantur aduersus omniū saluatorem opportune
arguentē/ pfecteq̄ loquentē. Et vt quod eis ira
suadebat/ perficerent: **surrexerūt et eiece-** Luce.4.
**runt eū extra ciuitatē: et duxerunt eū
vsq̄ ad supercilium montis: sup quē
ciuitas illorū erat edificata: vt preci-
pitarēt eū.** Non patit impietas pios: iniqui-
tas iustos non sustinet: ꝛ quietē nō suscipit quo-
usq̄ abiecerit quod sibi videbat aduersum. Exi
lium patit iustus ab impijs: ꝛ extra reproboꝝ cō
uentū semp expellitur bonitas: Et compos vir
tutis nō sinitur viuere in contione prauorū. Et
vt agēdorū sit cura liberior: propellit qui vellet
arguere. Sed hinc excidia ciuitatū: hinc sediti-
ones malorū: hinc iudicium nascitur: hinc res-
publica cedit in pprium: hinc sceptrū iniquitatis
insurgit: hinc scipio populi abrogatur: hinc exi
tia hominū/ violenta perditio castitatis/ hone-
stas latet in tenebris: cū verbū recte loquentis
cōtemnitur: cū deprimitur virtuosus: cū expellit
veritatis amator: cum extra menia ponūtur iu-
sticie zelatores: qui ciuitatē melius fouerent cō
silio q̄ armis bellicis milites tuerētur. O exiti-
alis hominū peruicatia: verba iusticie atq̄ do-
ctrinā veritatis non sufficit contēpsisse: nisi ad
datur ira/ interueniat odiū. O vtinā esset inter-
capedo: ne ilico plura mala succederēt: non aūt
sustinent/ non morant/ non exquirit in agendis
consiliū: sed subito eijciūt extra ciuitatē. Furor
semp adimit sensum: confundit displicentia in
tellectū. Et ɔtinuo reprobi mēte ceca in peiora
labunt: vt nō sufficiat holeꝫ iustū abiecisse a me
nib⁹ ciuitatis: nisi mors etiā turpissima inferat.
Non sufficit nisi mors iustoꝝ impijs. Hec in se
pertulit christus: ꝛ tanq̄ hereditarium merito
rū suis sequacib⁹ dereliq̄t. Hoc impternisse in
hoc seculo nequā agitur. Hoc virt⁹ ab iniq̄tate
deuicta deplorat: hoc plāgit iusticia ꝑtermissa
hoc exulans veritas: hoc quies hominū pertur
bata fusis lachrymis lamētatur. Et qui contra
christū militant/ cōtra oēs virtutes suas acies
dirigunt. Omnis eñ virtus est christus: qui ab
eis non potuit tali decreto cōfundi. Quoniam
ipse transiens per mediū illorū ibat.
Transiēs incognitus aut inuisus/ aut ppria vir
tute tutus teneri nō valens: non eñ erat taliter
moriturus. Et immortal' est virtus: q̄uis homo
necessario moriatur. Non potest teneri manib⁹
virtus: neq̄ ab eius emulis in quoq̄ exterminiū
pati. Potest quilibet a seipso virtutē repellere:
necare ῾vo ipsam nō potest: incorruptibilis eñ
est. Potest quis interduꝫ alterius corpori vitā

auferri: virtutē vero non potest. Exilia sepe corpora patiuntur: virtus vō hec damna nō patitur. Ve conteptorib⁹ sermonis iusticie. Ve irascentib⁹ in equitate arguēti. Ve qui propellunt iustū ꝛ iusticiā eius. Ve qui interimere omnino nitūtur. Unde istis salus adueniat/desperatur. Malus qui contēnit/irascens peior: expellens vtrūqꝫ per facinus superat: omniū pessim⁹ qui
Prouer.18. conať ad necem. Impius quidē cum venerit in profundū maloꝝ/contemnit. Indubitate venit in ꝓfundum malorū/ qui legē suam contēnit et christū. Impij erant hi nazareite: impij sunt et oēs qui a veritate auditū auertunt: qui christi doctrinā despiciunt. De quib⁹ per esaiam dicit
Esa.30. Populus eñ ad iracundiā prouocās est: ꝛ filij mendaces/filij nolentes audire legem dei. Qui dicunt vidētibus/nolite videre: ꝛ aspiciētibus/ nolite aspicere nobis que recta sunt. Loquimini nobis placētia: videte nobis errores. Auferte a me viā: declinate a me semitā: cesset a facie nostra sanct⁹ israel. Ecce peruersitas impiorū quoꝝ figuram gestabant nazareite: sic atrociter christo domino aduersantes ꝓuocant ad iram deū. Sibi etiā ꝛ proximis mētiuntur: lege dei gubernari nolūt: spernunt ꝓphetias. Cōprimere satagunt omnē intellectū/ne que sunt recta cognoscāt: delectanť placitis verbis: iuxta quod
2.Timo.4. dicit apostolus: Requirēt sibi magistros prurientes auribus: a veritate quidē auditū auertūt: ad fabulas autē conuerteнť. Cupiunt errare: vt distortis morib⁹ quasi in obliquis vijs delectabilia que querūt/inueniant. Nolunt viā mādatorum: declinant semitā consilioꝝ. Abolere satagunt ab ipsoꝝ noticia filiū sanctum dei. Perspicua est culpa: sed imediate sequiť diuina multationis cōminatio. Propterea hec dicit san-
Esa.30. ctus israel: Pro eo ꝙ exprobrastis verbum hoc ꝛ sperastis in calūnia ꝛ in tumultu: ꝛ innixi estis sup eo: propterea erit vobis iniquitas hec sicut interruptio cadens ꝛ requisita in muro excelso quoniā subito dum nō speratur/veniet cōtritio eius: et cōminueť sicut cōteritur lagena figuli cōtritione perualida. Et non inuenietur de fragmētis eius testa in qua portetur igniculus de incēdio: aut hauriať parum aque de fouea. Digna quidē punitio: vt qui omnino totū quod est virtutis abijciunt/ꝙ etiam ipsi de salute despe-
Prouer.29. rent. Hinc etiā per salomonez diciť: Viro qui corripientē se dura ceruice contēnit/ repētinus superueniet interitus: ꝛ eū sanitas nō sequetur. Dura quidē ceruix est/veritatē nolle audire: illā contēnere/doctorē expellere ipsumqꝫ necare.

¶ De potestate sermonis iesu: secūdum lucam. Ca. XIIII

Auferiunt intentionem ꝛ vota ꝛ passiones animoꝝ edita verba: nō tamē efficiunt ꝑlationis effectum. Vehiculū verbi est vox a corde aliquid fieri cupientis/ ad aures illorū qui habent aliorū vota perficere. Nullius eñ hominis verbū est seipso eius quod gliscitur effectiuū. Solus deus ꝛ homo verbo fecit que voluit. Sic enim dauid ait:
Quoniā ipse dixit ꝛ facta sunt: ipse mandauit ꝛ creata sunt. Et dixit in creationis exordio: fiat lux: ꝛ facta ē lux. Et si quempiā moueat hec esse scripta de deo nondū humanato: qui anteꝗ̄ fieret/nullo more hominū loquebať: ꝗ̄ꝗ̄ per subiectam eius imperio aliquā creaturā credamus esse locutū: ita ꝙ vox ipsa quasi de lingua corporea in aures corporeas deueniret: nō tamē quia humanitatē seu naturā humanā assumpsit: credamus ademptā esse virtutē: ꝛ infinitam quā ab eterno habuit potestatē. In nulla potentia est minoratus dei fili⁹ homo factus: qui nō ex forma serui assumpta/sed in forma dei qua equalis est patri/potestatē in verbo habuit quod ꝓtulit per os hominis quē assumpsit. Quod verbum siue sermo in potestate efficiēdi erat omniū que volebat. Nam cū euasisset de manibus iudeorū
descēdit in capharnaum ciuitatē galilee: ibiqꝫ docebat eos sabbatis: et stupebant omnes in doctrina eius: qꝛ in potestate erat sermo eius. Sabbatis docebat doctrinā pro vltimo sabbato disserens: ꝛ ad quietem in virtute inuitabat mortales. Cuius doctrinā non apprehendūt nisi corde quieti. Et stupebāt omnes in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsi⁹. Unde stuporꝫ Ex magnis ꝛ nouis ꝛ insolitis rebus. Magnū nouū ꝛ insolitū erat ꝙ sermo emissus quod volebat/efficeret. Sermo per vocem est. Verūtamen deus dedit voci sue vocē virtutis. Querendum quidez in quo sermonis eius potestas. In effectu miraculorū. Sermone suo sanabat vniuersos: vita eius ꝛ moribus firmabatur: vt non esset repugnātia operis ꝛ sermonis. In quo potens: Humanos ilico multoꝝ mutabat affect⁹: conuertēs placitum in displicentiā: ꝛ quod displicebat/in placitū venire faciebat. In quo potens: Mittebat odium inter charos: gladium inter cōiunctos. In quo potens: Persuadebat ilico que volebat. In quo potens: Ex authoritate/nō ex ratione. Nam trahens in fidē propellebatur ratio naturalis. Et scriptum de ipso erat:
Potens in terra erit semē eius. Et ipse apostolis interrogantib⁹ explanans dixit: Semen est verbū dei. Hoc semē potentissimū est in terra: cū ex ea eximit homines in excelsis cōstituens. Potentissimū in terra: humiliauit eñ mūdi reges in illa qua saluamur fide. Potens diuinus sermo: etenim elementa sanctificat. Et dum tangitur a corpore ad quod accessit sermo humanus/ad virtutē asciscitur animus. Potēs christi sermo: liberās in moribus seruatorē ne damnetur. Quod saluator ipse testať/dicēs: Si quis sermonem meuz seruabit/nō gustabit mortē in eternū. Non solum potens/ sed omnipotēs est sermo christi: qui liberat illū custodiētes ab illo gustu eterne mortis/a qua liberare nō potuit nisi deus homo: qui de illi⁹ pena peccatores iuste multauit. Et si sermo moysi et aaron coram pharaone in signis ꝛ portentis in valida pote-

Ps.148. Gen.1. Lu.4. Ps.111. Lu.8. Joan.8.

state fuit vt omnia que vellẽt/efficerent: in ethe re/in aqua/in terra/in animalibus: vt exitus de egypto historia manifestat: si in cõspectu domini vt eũ orãdo ligaret/ et peteret ab eo dimitti delinquenti populo ad irascendũ: si iosue sermo in terra de terra proferentis solem ad vlciscendũ de gabaonitis in sua sphera firmauit: si sermo helie ad iudicandos quinq̃genarios principes eorũq; consocios ignẽ de supernis eduxit: si helisei in omnib⁹ gestis eius: si omniũ prophetarũ sermo in oĩbus potens fuit: cur cunctandũ q̃
Luce.24. sermo christi non erit? Sicut duo discipuli post mortem et resurrectionẽ asseruerũt q̃ fuit potẽs in opere et sermone. Et si quis forte parabit obiectũ q̃ illi fecerunt in virtute dei/in qua loquebantur: cõcesserim quidẽ. Sed hic qui deus est in cui⁹ virtute loquit̃? In aliena an sua? Inquit
Hebre.1. enĩ apostolus: Multifarie multisq; modis olim loquens deus patribus suis in pphetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio: non alterius nature siue substantie: aut immẽsitatis aut eternitatis/aut vllius alterius diuersitatis: excepto q̃ relatiue dicitur/q̃ ipse deus pater extiterit. Ac per hoc reuera sermo eius in potestate magna erat. Merito mentibus audientiũ ingerebat stuporẽ: et in admiratione suspendebat animos auditorũ. Supra naturam et rationẽ et vsum hominũ erat. In his pphetico quodam spiritu sponsa in canticis videbatur affecta/di
Canti.5. cens: Anima mea liquefacta est: vt dilectus locutus est. Potens sermo qui emissus ab ore animas liquefacit. Et in his petrus illectus/dice-
Jo.6. bat: Uerba vite eterne habes: si a te recedimus
Lu.24. ad quẽ ibimus? Et cleophas aiebat: Nõne cor nostrũ ardens erat in nobis/dum nobis loque
Hebre.4. retur in via? Et ait apostolus: Uiuus est sermo dei et efficax: et penetrabilior omni gladio ancipiti: pertingẽs vsq; ad diuisionẽ anime ac spiritus: compagum quoq; et medullarũ et discretor cogitationũ et intentionũ cordis. Perspicuũ fidelibus atq; habentibus exercitatos sensus: et his qui scripturis catholicis prestant inhesitãtem fidẽ: quãte potestatis christi sermo resplendeat. Ue autẽ his qui huic potenti obicẽ posuerũt: vt nõ quod potest/ quod nouit/quod querit efficiat. Etem sibi ex potestate liberi arbitrij reluctatur: qui non efficit si nõ capitur: nec tenet nisi teneatur.

¶ Quid insinuat ascensus christi in nauẽ simonis et captura pisciũ et doctrina verborũ: et relictio nauiũ in sequela discipulorũ: secundũ Lucam. Capitulum XV

Quoniã sermo christi potẽs erat vt demulceret audientes auiditate audiendi: quia impetu quodã pio ad eũ vtriusq; sexus hoies vndiq; veniebãt: virtutẽ iustam attrahendi ad se hoies ex insita virtute habebat: nisi cõtumax ex inuidia iudeorũ ma
Lu.5. licia obstitisset. Nã factũ est vt turbe irruerent in eũ vt audirent verbũ dei: et ipse stabat secus stagnum genezaret. Et vidit duas naues stantes secus stagnũ. Piscatores autẽ descenderant et lauabãt retia. Irruebãt turbe impetu corporis/voluntatis auide excitate desyderio ex pauditis amplius audiendi. Magneticam attrahẽdi imaginẽ habebat sermo christi potestate plen⁹: vt turbas sic irruẽtes ad audiendũ attraheret: ita vt nulla esset delatio iter eos. Sed nec debet in moribus exhibẽdi honoris et reuerentie censura seruari/ad capiẽdas diuinas theorias et erudimẽta superna. Et vbi tributio est diuinorũ/ ille vrbanior qui anticipat. Et deferre nemini acceptũ est tribuenti: cui ille gratior est qui maiori auiditate anticipat. Quedã probatio est amare scientiã/ propinquiorem fieri ad doctorẽ: qui amplius diligit quẽ viderit sibi appropinquare auidius vt audiendo pcapiat. Et miles regi gratior q̃ nemini defert ad assistendũ suo conspectui/ vt audita iussa perficiat. Gratulat̃ pater filio cõfratres ceteros postponenti vt sibi possit esse proximior. Non eadẽ est vrbanitas in diuinis participãdis: que in perfunctorijs rebus exquiritur. Laudabile porro erat/nõ culpabile q̃ turbe irruebãt vt audirent verbũ dei: pro quo audiendo ad anticipationẽ nemini deferatur. Stabat ipse secus stagnũ genezareth: lacum aut mare galilee ab incitatiõe ventorũ sic dictũ. Uidit naues scz illorũ qui operabantur incertas capturas in aquis. Incerta operatio est piscatio: cum sub aquis fortuite linea claustra latitantur. Piscatores descenderãt et lauabãt retia. In cenosam aque partem retia miserant: que ablui oportebat. Nihil quidẽ in operibus hominũ mũdum et purũ est: nisi quod a sola virtute procedit. Cuius etiã act⁹ raro sunt depurati nõ ex parte virtutis/sed ex parte agẽtis in illa: virtus tamẽ semp est mũda/nihil recipiens aduersi. Attamen in agendo difficile est omnez habere mundiciã: vt ille qui operatur/nõ ex aliqua parte turpet̃: quis virtute nemo male vtatur. Certũ dixerim: sed in actu in modo/ in intentione est adhibenda cautela. Merito lauãtur retia. Expedit quidẽ expiare operatiões nostras ab his que maculare solent. Lauãtur retia: quia sepe p piscib⁹ rane capiuntur et immũdicie: que occulte cõtinentur in aquis/scz in fluxibilitatibus seculi. Ascendẽs autẽ in vnam nauẽ/que erat simonis petri: rogauit eũ vt a terra reduceret pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Due naues erãt: sed illã simonis preelegit: non aliã repudiat. Non enĩ omne quod nõ eligitur/repellit̃ siue respuitur. Quod eligitur/s maiori est placito: in odio est quod repellit̃. Mystice atq; moraliter factũ est vt iesus nauem ascenderet simonis: pter ecclesiam in obediẽtia fidei situandã. Et obedientia sine cõtradictione ab oĩbus exigitur: vt in executione mandatorũ/ad captanda celestia. Quã proplasti non seruãtes/de loco amenitatis deiecti sunt

in hanc calamitosam vitam. Rogat simonẽ ie-
sus: nõ imperat adhuc ei / velut nondũ sibi ex to
to adherẽti. Rogat quidẽ vt pusillũ reducatur
a terra: quod & factũ est. Et de nauicula existẽti
in mari dabat ipse populo sitienti doctrinam.
Vult christus a terra reduci per obedientiã fi-
dei: vt nulla terrena ratiõe credat esse quod est.
Nec ob meritũ terrenorum credatur in eũ: aut vir
tus christifera seu aliqua cõditio actionis & sta-
tus pro mercede terrena in ecclesia catholica in-
quiratur. At potius eligat vexari velut pcello-
sis vndis in mari: & vndiq3 agitari in periculis:
in obedientia fidei: q̃ in terra seu terrenis soli-
dari ad tempus: fidei moribusq3 ipsius abiecto re-
Ps. 83. gimine: iuxta illã sententiã: Elegi abiectus esse
in domo dei mei: magis q̃ habitare in taberna
culis peccatorum. Et magis vexari vndis hui9 se-
culi elegit christus / q̃ quiescere in terrenis dele
ctationibus in societate malorum. Sic formã
omnib9 sequacibus dedit: vt potius eligant agi
tari turbinibus seculi q̃ eius foueri subsidijs.
Et hi qui cathedram tenent inferendo doctri-
nam: potius eligant de tribulationibus et ten-
tationibus tolerandis audientes instruere / q̃
terrenarum rerum soliditatem assignare laben
tibus. Hinc ipse saluator reductus a terra / se-
dens in nauicula docebat de ipsa turbas. Se-
det in nauicula ĩ mari lata: quoniã ipse quiescit
vbi nemo quiescere potest. Et imperium ha-
bet in visibilibus & in inuisibilib9 vndis. Nulla
sibi aliunde molestia / nisi quando quati voluit.
Et docet turbas inde dictas quia facile turban
tur et turbãt: ne turbent exemplo sui: qui sedet
in turbata nauicula non turbatus. Jam se or-
dinabat ad crucẽ: in qua quieto animo pendẽs /
etiã magna verba doctrinalia auditoribus pro
tulit. Sed vbi cessauit de nauicula loqui: Dixit
ad simonẽ: Duc in altũ et laxare retia
in capturã. Cognouerat iesus q ad piscãdũ
illi in nauicula se contulerãt: et q nec ceperant
laxantes inaniter retia. Nunc ad altiora maris
hortat duci nauiculam / vt piscatura fiat: que fa
cta nõ erat iã nunc vberior solito. Altitudo ma
ris [illegible] ex montib9 aut ex collibus / sed ex in-
[illegible] pfunditate. Sed cur petit altitudo maris:
[illegible] quã cum pphera venisset: lamentat se fuisse
Ps. 68. submersum / dicens: Veni in altitudinẽ maris:
& tẽpestas demersit me. Ac etiã ab apostolo p-
Rom. 11. hibetur altũ sapere cũ dicit: Noli altum sapere
sed time. Sed nec hoc altũ petere suadebatur a
christo: sed altũ maris pro futuro mysterio: altũ
sc3 fidei ceterarũq3 virtutum. Altum sc3 pfundũ
intelligentie scripturarũ: in quib9 velut in figu-
ris pfunda & reuelanda mysteria latitabant. Al
tum sc3 humane potentie. Nam humanũ impe
rium alte pmebat orbem terrarũ: quo petrus di
uino mandato se trãstulit piscaturus: vbi pisca
tus est hoies: vbi reliquit summo pontifici sedẽ
vbi ad capiendos hoies cõtinue laxata sunt re
tia fidei: quousq3 tota roma venerit in capturã.
Etiã ipsi imperatores romani velut cete gran-
dia infra fidei & diuinorum verborum retia deuene
runt. Sed cũ audiuit petrus de laxatione retiũ
in captura: ex ineffectu & labore casso priore / ad
futurũ quasi reluctauit effectũ: tandemq3 iuben
ti cõsensit / predicens: Preceptor per totã
noctẽ laborãtes nihil cepim9: ĩ verbo
aũt tuo laxabo rete. Preceptorẽ vocat: ad
cuius est paratus parere precepta. Enuncians
casso labore se cũ socijs totam noctẽ preteritam
transegisse: cũ nullus piscis venerit in capturã.
Sed rectũ loquit: cum nihil preterq̃ in pmissi-
one cepissent hoies ab adã vsq3 quo saluator om
niũ aduenisset. Tota eñi nox fuit omne interme
dium tẽpus. Et in nocte peccati aut ignorãtie
nihil boni capit: preter auersionẽ & culpam di-
gnam gehẽnalibus & terralibus flãmis. Laxat
rete ad iubentis verbũ: in spe melioris effectus
prestita fide / q cassus labor atq3 nocturn9 ex di
urno exercitio suppleret: et ex effectu iam vera
esset illa sententia quã nondũ saluator ptulerat
quã & successu tẽporis ptulit: Quia sine me ni- Joan. 15.
hil potestis facere. Proinde nihil ceperunt no
cturni exercitatores. Nondum infidelitatis nocte
pallente / nondũ verus dies christus mẽtib9 hu
manis illuxerat. Implent iussum: et cum hoc
fecissent / cõcluserũt multitudinẽ pi-
scium copiosam: non eorum peritia & virtute
seu eo fortuitu quo solẽt pisces deuenire ĩ linea
claustra: sed in virtute verbi Jesu / in quo laxata
sunt retia. Hec copiosa multitudo erat ad presa
gium futurorum p piscatiõe credentiũ: put dictũ
est petro q esset hoies piscaturus. Nõ eñi facta
est ad esum / nec ad cõmertiũ: cum neq3 comesti
fuerint hi pisces neq3 venditi. Rũpebatur
aũt rete eorũ pre multitudine pisciũ:
et annuerũt socijs q̃ erãt in alia naui
vt venirent et iuuarẽt eos. Si in virtu-
te dñi est captura: cur rumpit rete? Schisma et
ipse non diligit: schismaticos ab hiatu terre fe Nume. 16.
cit absorberi. Extra debitos terminos ipse non
operat: odit supflua: pondus oĩbus statuit / nu-
merũ & mensurã. Fit tñ sepe in arte piscandi q
pisciũ supra speratũ ccludit multitudo: & inter-
dũ nullus venit in retia. Sed aliq̃d magni christ
stus volebat innuere ex pisciũ tã magna captu
ra: vt cita et firma pstaretur ex miraculo fides:
& multitudinẽ hominũ in exordio nascentis ec-
clesie crediturã: vt liber apficarum actionũ insinu
at. Q, rete rumpebat / pertinet ad non credẽtes
pfecte / & ad ĩ fide schismaticos. Vel ostẽdit ma-
gnã christi custodiã electorum suorum: vt etiã eos in
ter psecutores / tribulatores / tentatores & schis-
mata / & diuisiones & hereses elabi a fide: defflue-
re a virtutib9 nõ sinat: pro eo q̃ scriptũ est q rũ-
pebat rete p multitudine pisciũ: nullus tamẽ ex
tra retinata claustra pdibat. Ex pprio motu vel
alia violentia extrahebat. Sicq3 intra retia sal
uatoris inclusi nõ exeunt aut excludũtur inuiti:
nec ab aliquo aduerso superari pmittunt vt ex-
cludant: neq3 christ9 suos oĩno custodit impas
sos: sed ne quod ẽ sathanicũ opprimat pressos.

Non patitur vnitatis amator/pacis ꝛ ↄcordie autor: q a sua vnitate/ac potius vnione aliqs rescindat inuitus. Voluntas quidē libera veniendi per dei donū intra dominica retia/ eadem est manendi: vt sicut aliqs nō fuit aut mā sit inclusus inuit⁹/ sic nec exclusus. Adiutorū autē alterius aduocate nauis ad retia petri: et ad naniculā in qua christus erat: in q̄ insignis est celebrata captura: aduocationē omniū apostoloꝝ ad confessionē petri ꝛ ad autoritatē regiminis monstrat: vt cū in omni plenitudine autoritatis constitutus sit vertex: ceteri ad partē regiminis ꝛ adiutorij sūt adacti. Et venerūt et impleuerūt ambas nauiculas: ita q pene mergerētur. Due nauicle nō due sunt ecclesie: vna tm̄ est orthodoxa ecclia. Sz due nauicule/autoritas ꝛ sciētia/fides et actio/ actiua ꝛ contēplatiua: due leges/ moysaica et euangelica/predicatio ꝛ oratio/prelatura ꝛ subiectio/iussio ꝛ obediētia: due christianoꝝ gres

Psal. 15. eorū q dixerūt: Dñs pars hereditatis mee et calicis mei tu es: qui restitues hereditatē meam mihi: ꝛ eorū qui terrenorū sarcina/in mandatoruz custodia seruire altissimo decreuerunt. Et omib⁹ his vna est ecclesia. Quod pene mergebant/vexationē/tentationē/tribulationē et tēpestatē in omi statu ꝛ negocio adesse declarat. Quod cū videret simō petrus/ ꝓcidit ad genua iesu dicens: Exi a me: q2 hō peccator sū dñe. Stupor em̄ circūdederat eū/ et omnes qui cū illo erant in captura pisciū quam ceperant. Similiter aūt Jacobū et ioannē filios zebedei/qui erāt socij simonis.] Petrus ab euāgelista positus est cū euangeliū scripsit: nōduz quando ista facta sunt/hoc nomē petr⁹ impositum Simoni fuerat. Procidit ad genua Jesu Simon in humilitate deiectus: in admiratione fact⁹ex effectu verborū christi. Simile non dū viderat. Profitebatur in christo magnā esse virtutē: proclinus ad genua se peccatorē contestans: maxime si componeret ad Christum: cuius consortio se indicabat indignuz. Petebat ex hoc iesum ab eo egredi: nō tedio sui affectus/non odio/nō inuidia motus ad ipsum: nō aliquo dolo vel fraude/ sed inequalitate virtutis: cū iesum virtute pollentē/se peccato pallētē agnosceret. Jn animo delectabat iaz christi habere cōsortiū: sed eū sui cognita indignitas ꝓhibebat ne quereret: magis aūt vt diceret q ab eo pararet egressum. Jnitium cito habēde bonitatis ac diuine potiende virtutis est ꝓprie vilitatis ꝛ indignitatis cognitio/ꝛ humilis ↄsyderatio quanta nostri ineq̄litas est ad christū: et eoipso nos dignos suo cōsortio facit et appropinq̄t nobis: quo nos ipso indicam⁹ indignos: ꝛ ex humilitate longe esse ab ipso credimus. Stupor em̄ circūdederat eū/ et omēs qui erant cū eo: admiratio sc3 rei geste/ que supra omnē vsū euenerat. Excedunt omnē hoim intellectū ꝛ sensum etiam minima facta saluatoris: nec in eis vere possum⁹ plus cōprehendere q mirari. Sed nec melius laudare q gratias agere: q sic dignatus est cū hominib⁹ operari ꝛ conuersari: et opera sue infinite virtutis ostendere. Et cum stupor simonem velut insensibilem reddidisset et timore perculsum: ait ad eum iesus confortans eum cum pollicitatione meliorū [Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens]. Fecit iesus in illa captura presagium datum simoni atq; cōplicibus suis/q homines erāt diuinorū verborū retibus capiēdi: ꝛ per humanas atq; mortales hominū linguas ꝓmulganda erant celestia et immortalia/dāda fidei rudimēta ꝛ documēta virtutū: quib⁹ hoīes caperent: ne vagarēt sub vndis fluide amenitatis/male libertatis in moribus ꝑditi. Nec anceps anim⁹ ꝑsto sit/q soli simoni hoim predicit de captura: cū paulus amplius laborauerit pluresq; cōuerterit/ ꝛ cōcluserit velut pisces in reti dñico. Similiter ꝛ alij apli ꝑ vniuersum orbem ad predicandū dispersi/plurimiq; seq̄ces. Sed dictū est ꝑsertim simoni velut in autoritate primario/ꝛ apostolorum capiti constituto: acsi ad vnū sit ordinata licentia docendorū/ ꝛ ab eodē depēdeat autoritas predicādi: ne fingerēt hereses sicut factū est/illi q autoritate ꝓpria dogmatizare in pplis ꝑsumpserūt: nō referētes dicta ꝛ interpretationes scripturarū ad vnā catholicā fidē/ꝛ ad vnū infallibilē intellectū eius: datū in ecclesia preconib⁹ christi ex magisterio spūssancti. Expedit quidē vt diuin⁹ sermo capiat ꝛ capiat/ q ex autoritate ꝓcedat. Quomodo enim predicabunt nisi mittantur? A quo mittent nisi ab habente autoritatem? Qui habet autoritatem nisi qui accepit a christo? Quis accepit nisi cui christus dedit? Cui dedit nisi simoni: quem verticem fecit apostolici chori: cui tradidit claues regni autoritatem ligandi atq; soluendi? Nam et Paulus qui acceperat autoritatem a christo: non vt caput/ sed cū capite petro: post multos sue predicationis annos de euangelio voluit conferre cum ipso et cū ceteris quos inuenit: ne videretur in vacuū currere aut aliqd dicere preter fidei vnitatem. Jdeo vni dictum est quod per multos ministros verbi coadiutores christi erat implendum: vt vnitas veritatis/ intētionis ꝛ interpretationis scripturarū: cum piscationi hoim intendit: a piscatorib⁹ huiusce modi attēdatur/teneat et habeatur et seruet in verbo. Et tali presagio prescito [subductis in terram nauibus/ relictis omnibus secuti sunt eum. Et iacobus ꝛ iohānes relictis oibus retibus ꝛ patre cum mercēnarijs/similiter secuti sunt eū]. Naues operationes marine sunt:

sicut scriptum est: Qui descendunt mare in na- Psal. 106.
uibus/facientes operationes in aquis multis. Et in introitu sepe velificant aduersitate ventorum: vt non quo voluntas appetit/ sed quo flatus impellit applicant. Et si piscationi deest actio/sepe deluditur. Qui ergo sequi volūt christum/ declinent ad terrā: ꝛ operationes ex solidis faciant ꝛ ex certis. Non casu/nō euētu/non

fortuna/nō sorte seruiendū est christo: sȝ electi/one/ac etiā ex oī rōnis iudicio imitādus. Proinde subducende sunt operationes incerte ad solidā terrā. Et relinq̄re debemus operationes in fluidis: ꝛ in reb⁹ stabilib⁹ christū sequi. Nō aūt sequi possunt nihil terrenū habentē onerati terrenis. Dissimilitudo habēdi ꝛ nō habēdi dissociat: rerū vero pōderositas nō ꝑmittit implicatū terrenis curis ꝛ sollicitudinib⁹ animū ad expeditā ab hoībus/imo ꝓhibet oīno sequelam. Ac ꝓ hoc morū cōueniētia docet / suadet ratio: noua quā initiauit vita exigit: vt oīa relinquantur q̄ ipse cōtempsit. Nihil habeam⁹ eorū q̄ noluit. Nihil amemus eorū que odit. Sequamur suo mō/nō iudicio nostro: q̄ se nobis imitabilē ꝑstitit. Reliquerūt naues: reliquerūt retia: reliquerūt artē/patrē/ mercēnarios quos mercede cōduxerāt in arte piscādi. Oībus relictis secuti sunt oīa feliciter possidentē/oīa bona eterne habentē/ꝛ suis sectatorib⁹ retributionis tpe largientē. Quid aūt est sequi christū: cū ipse ad hoc inuitet: ꝛ totiēs scriptura cōmemorat: seq̄ christū ex humanis moribus suadet. Etenim q̄ spūā amicū vtiq; charū habēs/sequit ꝑeuntē dū pōt corpe: cū nequit vltra/ visu quoadusq; valet ꝑstergat. Cū vero ab aspectib⁹ abolet/ se trahcit in amoris equū: quē q̄tuȝ pōt calcarib⁹ vrget vt attingat dilectū. Sic ꝑcedentē dilectione/in fide sequamur in suis operib⁹ christū/in moralibus nō in mirabilib⁹/vt suppetit ipsa facultas: q̄ ꝓgredi ampli⁹ nō valem⁹. Intelligētia clara factorū ei⁹ in memoria fiat: generabit quidē gratiarūactionē. Et cū fuerit in suo inuisibili fatigata motu/ vt amplius seq̄ nequeat: ad sequelā amor indefessus accedat. Et q̄ sequit ꝑeuntem: ingredientē indubitate semitas eq̄tatis/nō prioriȝet in via. Nō expedit aut decet sequētē christum/aliq̄n ꝑire iesum. Sathan etiā post enūciationē btītudinis appellatus est petrus: tm̄ voluit in cōfitēdo preire iesum. Totus ad christū nihil ad se debet fieri verus sequēs. Nec declinet ad dexterā aut leuā: sed sicut viderit aū iter pandere/post sequat ducē nūq̄ ꝑeuntē in preceps: sȝ ducentē ꝑ semitas ꝛ itinera claritatis.

¶ De sequela domini in tribus hoībus: a qua quidā repellitur/ quidaȝ inuitatur: secundū Mattheū et Lucam. Capitulum XVI

Ostq̄ dei filius in terris visus est/ et cū hominibus cōuersatus est: dispariter animi hominū affecti sunt ad eū. Non ex obiectu christi qui talē se hominib⁹ exhibebat: nemmodolibet acceptor personarū existens: sed ex affectibus hominū qui in euȝ varie ferebant. Et dux humani generis nobis de celo demissus in sorte meliori q̄ Adā aut noe/ aut Abraam aut moyses: qui fuerunt vtiq; magni duces: aut quorūcunq; populoꝝ principes nouā facturus militiā/querebat sequelā. Inanis dux/inanisq; ducatus: nisi qui ducant existant. Et omnes isti superno duce indigebāt. Nā in terrenis ducibus iam defecerat omne hoīm genus. Ueruntamē multi estimauerūt cōtemptibilē hūc ducē: nulla humana potētia refulgētem: et priuatā honoribus/diuitijs/societate ꝑcerū/potentatu cuiū: et his quibus maxime inhiat affectus humanus existens vanus. Amplius quidem q̄ in suo bello conflictum in corpore accepit in cruce: et impotens et improuidus et inualidus iudicatus est: vt etiam a tali sequela plurimi abstraherentur terrore tyrannorum/ metu penarū/et aspernatione ignominiose mortis: timentes damna rerum si venirēt ad crucifixi ducis sequelam: cum ipse dixerit: Qui vult venire post me: tollat crucem suam et sequat me. Mat. 16.
Cuius sermo et his omnibus presertim qui in christo amplius q̄ quod erat humanū cognouerūt: cognitione quidē fidei/sed nō altera. Et cū varie ꝛ differēter a cordib⁹ eū videntiū caperet [factū est vt ambulātib⁹ illis in via/accedens vn⁹ scriba ait illi: Magister sequar te quocunq; ieris. Et dicit eis iesus: Uulpes foueas habēt/ꝛ volucres celi nidos: filius aūt hoīs nō habet vbi caput suū reclinet] Ecce se offert ad sequendū christū scriba non req̄situs. Et magistrum vocat velut cupiēs erudiri: ꝛ inexceptuatā pollicet ipse sequelā/vt nihil sit quod eū possit auertere: nullusq; sit tedio aut timori: null⁹ amor patrie: nullus pauor ꝑegrinari cum illo. Precedat ipse dux: sequet ipse quo ierit. Optima pollicitatio sequētis ad ducē cū nihil excipit. Utinā ꝛ nos sequamur inexceptuate / quocūq; preire nouerimus ducē olim christū. Sed huic talia ꝓmittēti intētio nō erat sana: quamq̄ optime verba sonarēt: quā ex respōsione christ⁹ resculpsit dicēs: Uulpes foueas habēt/et volucres celi nidos. Aliquid iste scriba temporalis emolimēti sperabat ex christo: aut dolo ista ꝓtulerat. Propterea hmōi responsionem accepit: non q̄ sequeretur/ sed q̄ christo nihil aderat cōmodi tpalis. Frustra igitur se parabat ad seq̄lam christi terrenarū intuitu / cum se a talibus abdicauerit: nec seq̄ces suos premiari terrenis disposuerit/ sed supnis. Neq; saluator de celis ꝓ nobis veniēs in hunc mundū sequi eū volentibus in morib⁹ ad celestia facturus ipse ducatū/ desinit esse quod erat. Neq; btūtis sue premiū voluit esse terrenū. Ex forma serui se imitabilē ꝑbuit: quesiuitq; sequelā: ex forma dei premiū ꝓmisit: inuitans ad gloriā/ nō ꝑfun ctoriā sed supernā. Nō igitur in hoc mūdo aut in rebus hui⁹ seculi sperandū ī christo/vt ait apłs: Quoniā si in hoc mūdo in christo tm̄ sperantes sumus/miserabiliores sum⁹ oīb⁹ hoībus. Non est tēporale cōmerciū sequi christū. Et si ad tempus sit sequela/in eternuȝ est premiū. Et eternus dñs dignū estimat sibi/ suis sequacib⁹ eterna largiri. Nō recessit ab imis: non assurgit ad potiora qui sequit christum/ aut operat in virtutibus suis: gliscens ex hoc adipisci labētia. Asserit ergo se pauperē christ⁹: cū sit christus dñs oīm: ꝛ oīm intētionē auertit a sequela

sui respectu cõmodi tẽporalis: dicẽs aialia ter
rena et volatilia celi habere i terra ppiias mã
siones: se vero nullũ diverticulũ ad manendũ.
Psal. 87. Hinc de christo david predixerat: Pauper sũ
ego/et in laboribus a iuventute mea. Et Apo
2.Co.8. stolus declamat: Scitis eñi gratiã dñi nostri
Jesu christi: qm̃ pp̃ter nos egen⁹ factus est cũ
eẽt dives: vt illi⁹ iopia vos divites essetis. Nõ
vult sequentes Jesus decipere/si temporalẽ ex
sequela sperat mercedẽ: imo nec recipere/si ex
ipso nõ sperat eternã: pp̃ter ipsũ despiciẽs ter
renã/abdicatus mundo/alienatus mẽte/ a cha
ris fm carnem/seipsum odiens odio sancto: et
ingrediens illã artam viã que ducit ad eternũ
et fundatissimum dei regnũ: illam latam asper
natus/q̃ itur in eternũ supplicium. Sed illa pau
cos/ista plurimos habet viatores. Si vero in
exiliorem sensum verba traijcimus: Christi ad
homines maxima est querela: videlicet q̃ volu
cres celi scz demones/haberẽt receptaculũ in
cordibus hominũ ad manendũ: τ vulpes vide
licet exq̃site malicie atq̃ versutie: et christus
nõ inveniat vbi caput reclinãdo deponat: scz vt
1.Co.11. quia deus est/ab hoib⁹ credẽdo rapiaṫ. Caput
eñi christi deus/dicit Apls. Volebat eñi Chri
stus vt eũ vt purũ hominẽ hoies sequerenṫ/ sed
etiã tanq̃ deũ: vt hoiem in exemplo/vt deũ p
premio: vt hoiem in agẽda vita/vt deũ i sperã
da: vt hoiem in doctrina/vt deũ p gloria. Iste
aũt qui nec receptus est ad sequelã: aut aliquid
boni tpalis sperabat a christo: aut aliquã frau
dẽ gestabat in animo: quis essent verba decen
tia plata inexceptuate protinꝰ sequelã. [Ait
autẽ ad alterũ. Sequere me. Ille autẽ
dixit: Dñe pmitte me primũ sepelire patrẽ me
um. Dixitq̃ ei Jesus: Sine vt mortui sepeliãt
mortuos suos: tu autem vade/τ annũcia regnũ
dei.] Scriba repellitur a sequela/ iste invitaṫ.
Repelliṫ scriba: quoniã difficillime pplurimũ
est/vt alta sapiens τ prudẽtia carnis imbutus/
in veritate velit deijci: et in humilitate Christi
vestigia sequi. Repellitur scriba/qui se obtulit
ad sequelam: hic invitatur: nec permittitur in
patrem exercere officia pietatis: ad officiũ ma
ioris destinatus vt annunciet regnũ dei. Huic
diciṫ vt sequaṫ. paternam pietatẽ ille allegat:
curare vult patrem: nec eum destituere dimit
tens: expectare disponit quousq̃ moriatur/ vt
eum sepulture cõmendet: nesciens si forte ipse
ante moriatur. Non erat huius pater in infir
mitate/vt moriturus in primo videreṫ: sed for
tassis in senectute. Attamen expectare iste dis
ponebat: melius agere ratus/q̃ si christũ seque
retur: ignarus adhuc q̃ pietas pro pietate di
mittenda esset. Preceptivo verbo hic erudiṫ a
christo: q̃ ipse sufficiẽs τ debita causa est/ qua
parentes dimittendi sunt/τ etiaz quicunq̃ pro
pinqui. Et relicti sunt parentes a discipulis/et
a multis benefidelibus christianis. Et Jesus
alibi asseruit in eius nõ posse venire discipula
tum sive sequelã/sine sancto odio propinquorꝫ

Impietas necessaria est ad suos/cum ad suam
vocat sequelã salvator omniũ christus. Et im
pietati damnabili ascribereṫ Christo vocante
contempto/ ad suos pietas custodita. Ad ple
nũ τ peroptime pius eit/qui divinuz pfecit im
periũ/etiã omni obsecũdatione denegata parẽ
tibus. Preferṫ hominibus de⁹/ genitori crea
tor/patientibus ad mortẽ vite largitor/ nutri
toribꝰ redemptor: viventib⁹ cũctis in hac vita
mortali/qui vt oĩbus vita beata dareṫ/τ im
mortalis se donavit in mortẽ. Et oim vitam et
mores emit: qui p oĩb⁹ in aia in peccato mor
tuis/τ ex natura corruptibili in corpe mortu
ris/suã vitam morti exposuit: nõ taliter q̃liter/
sed ignominiosissimo genere moriendi. Exigit
iure sequelã: parẽtes τ cognatos dimittere per
suadet: qui gratis oĩa fecit: τ in vsũ hominibus
dedit: τ gratis semetipsum in redẽptionis pre
ciũ contulit. Sed tremende contemplandũ/q̃
mortui sepeliant mortuos. Nam si mortui/quõ
sepeliũt? Si alios mortuos sepeliunt: quõ ipsi
ipsi mortui sunt? Si vnũ horũ asseritur/ alterũ
vt removeaṫ necesse est. Attamẽ alia sententia
quod diciṫ innotescit. Qm̃ qui vult vocat⁹ ad
christi sequelã accedere/ilico factus est iustus:
q̃ illũ seq̃/ imo velle firmiter sequi/iusticia est.
Et qui nõ sequũtur τ nolũt/iniusti sunt. Inin
sticia quidẽ mortẽ in anima fecit: etiã si adhuc
corpus vita perfunctoria pfruaṫ. Mors autẽ
corpalis que mutatione divina in oĩes homi
nes venit/oĩes interimit: neminem sui relin
quẽs inexpertũ. Erũt igiṫ atq̃ sunt in aia mor
tui: licet corpe vivi/fortassis cito in corpe mo
rituri. Sunt etiã mortui in altero/τ sepꝰ i vtro
q̃. Quorũ omniũ nulla pventio ad eos q̃ chri
stũ voluntate/atq̃ mox imitatione sequuntur.
Igitur sequens recta intentione christum/ iu
stus est: et iust⁹ ex fide vivit: scilicet ex illa que
ex deo est iusticia in fide. Et ipse salvator ait:
Qui sequiṫ me/nõ ambulat in tenebris: sed ha Jo.8.
bebit lumen vite. Vite porro lumen tenebras
mortis excludit. Et iterũ: Ego suz via/veritas Jo.14.
τ vita. Totus ergo a vita/ totus de vita/ totus
ex vita/totus in vita/totus pro vita: qui nõ rre
pedate aut inobliquate sequitur christũ. Qui
autem nõ sequũtur/totis ppriis itineribus ten
dunt i mortẽ: quoniã nõ est aliud iter rectũ ad
patriã/nisi sequendo ducẽ qui de illa eterna pa
tria venit ad pegrinatiõis nr̃e miseriã. Sz q̃r
sic ẽ q̃ seq̃ntes christũ vivi/nõ seq̃ntes mortui
sũt: nõ illa morte ispecta corpis q̃ oib⁹ ẽ cõis: sz
illa cõsyderata scz rõnalis aie p culpã: q̃ nõ cõ
petit nisi reprobis: q̃d ergo sed⁹ vivorꝫ ad mor
tuos/sensibiliũ ad insensibiles/ obedientiũ ad
cõtumaces/sequentiũ ad nõ seq̃ẽtes / diligen
tiũ ad non diligentes? Profecto iustissime di
ctũ est invitato ad sequelã domini salvatoris:
Dimitte vt mortui sepeliant mortuos suos.
Ac si diceret: Explicitum te fac: implicare te
noli. Reprobi sunt cum reprobis / electi cum
electis: vivi cum vivis/ mortui cũ mortuis: se

quaces christi cū eorū similibꝰ: sectatores dia-
boli cū cōplicibus eius. **Tu aūt vade annū-
cia regnū dei.** Nō expectādus est parēs/ ci-
to aut tarde moriturus: vbi audit christi voca-
tio: qui factis / dictis ⁊ omī actione sua nos vo-
cauit in aliam vitā agendā atqꝫ sperandā. Ubi
ꝑcipit siue ꝑcipit annūciatio regni dei/euāge-
lij sancti: nō curandū de dimittēdis: nō cunctā-
dū penitus de agendis. Uox diuina cū clamat/
ab oībus humanis atqꝫ mūdanis rebꝰ absoluit.
Rex terrenus habet in moribꝰ cū militē suum
ad signatā militiā ordinat: et dominꝰ cū seruū
vni rei agēde subijcit: ꝓ illo tūc a negocijs ce-
teris liberū facit: neqꝫ a seipso i sua mēte culpā-
dus/ seu ab alijs arguēdꝰ est: si spretis oībꝰ atqꝫ
dimissis iuste precipiētis exequit voluntatē: is
cuiꝰ ꝯditionis est/ incōtradicibiliter subiacere.
Uolūtate siue necessitate subiacemꝰ diuine pre
cipiēti: vt nil sit nostri arbitrij cū vocauerit: nil
cū preceperit nostre directionis: etiā si nostro
iudicio melioribꝰ actionibꝰ posse videret inten
dere. Qui se subiacere iuste cognouerit: ⁊ infal
libilē preceptorē ad se factū: aspnabit etiaꝫ bo
nū electiōis sue decretū. Proinde isto forte nō
cognoscēte pietatē a pietate discernere: parēti-
bus ꝭm carnē illā impēdere sanius estimabat.
Corripit ipse: atqꝫ i ipso corrigit ⁊ instruit oīs
fideliū multitudo: vt cū ꝑceptū diuinū aut cōsi-
liū inspiratū illuxerit/ ꝙ oīs ꝓpinquitas relin-
quat: ⁊ quelibet actio alia pietatis. Peramplíꝰ
annūciatio regni dei ⁊ euāgelij christi eius ꝗ in
aiarū salutē ꝑagitur/ que imperpetuū sunt victu
re/ preponēda est obsequijs corporū necessario
moriturorū: in quocūqꝫ gradu ꝓpinq̄tatis exi-
stāt. Nā vox paterna de celo delapsa est: hic est
filiꝰ meus dilectus/ ipsum audite. Cum christus
loquit/ oīs aīa in eius obedientia cūctis postpo
sitis liq̄fiat. **Et ait alter: Seq̄r te dn̄e: sed ꝑ
mū ꝑmitte me renūciare his ꝗ domi sūt. Ait ad
illū iesus: Nemo mittēs manū suā ad aratrū/ ⁊
aspiciēs retro/ aptꝰ est regno dei.** Prestāda ho
mini potiori sequela nō erit in volūtate sequē-
tis/ sꝫ in arbitrio ꝑcipiētis: vt tēpꝰ ⁊ modus ab
eiꝰ arbitratu dependeāt. Disposuisti sequi chri
stū: cur moras innectis? Quid cunctandū si fi-
des: q̄d si christus cordibꝰ insit? Ad quid domꝰ
repetit/ vt his que in ea sūt renūciet? A nullo est
expectāda licentia parato aīo ad sequelā. Oīs
autoritas in illa sequela cōsistit: nemini valefa-
cere obligat. Sūmi consilij est christū sequi/ oī
bus incōsultis. Ars est artiū ⁊ scientia scientia-
rū infallibilis est/ simpliciter ipm seq̄ nemine re
quisito. An forte cōsulendū est parentes aut ab
eis cōmeatū accipe: aut disponendū cū eis si et
q̄n et quō ⁊ in quo quis debeat christum sequi?
Negauerim. An ad renunciandū pacto seu iu-
ramento ꝙ vlterius nolit conuersari cū charis:
neqꝫ vti dominio in terrenis: quis ratus fue-
rit domum repetere? Sed ad hoc nulla necessi-
tas vrget. Ipsa enim christi sequela totum ge-
rit/ et agenda oīa secū portat: omnē expeditio-
nem habet: et q̄tatiōis cū mūdo chirographū:
et licentiā et abdicationē ⁊ segregationē a dissi-
milibus: ⁊ absolutionē ab humanis decretis ⁊
a nature legibus ⁊ a legū ⁊ regū imperio: q̄m ie-
sus deus hō est quē sequimur: deꝰ in omnibꝰ in
effabilis bonis: homo in oībus moralibꝰ ꝑagē
dis. Ac per hoc inopportunū dictū a volēte se-
qui: primū permitte mihi renūciare his que do
mi sunt. Ad quē iesus **Nemo mittēs ma-
nū in aratrū ⁊ aspiciens retro/ aptus est regno
dei.** Aratrū instrumentū est cui apposito vome
re tractu boum terra ꝓscindit: ea intētiōe vt ia
ciat semen ad mortificandū et fructificandum
atqꝫ fructū augmētis adhibitis/ ad sustēdandā
vitā in corꝑe assumendū: ea quidē imagine ara
tri sequela christi appellata est. Ad quā si quis
se dederit: ad alia q̄cūqꝫ cōuersus/ regno dei fit
ineptus. Cui ergo aptus? Regno diaboli: qꝛ in
illa veritate qua creatus est nō stetit: q̄obrē re-
gno dei factus ineptus/ tetro regno factus est
aptus. Non est reperire tertiū regnū: q̄m ꝗ nō
est dei/ tradit dn̄ationi sathanice. Et ꝗ regno
dei nō congruit: nō se fallat existimās regno di
aboli nō cōpetere: credēs suū aliquē dominatū
seu regnū: in quo si nō glorificaret cū christo in
dei regno/ nec sociaret in penis in regno sathā
nico: velut esset aliquod aliud cuiꝰ nulla ꝑtici-
patio fieret cū vtroqꝫ. Itaqꝫ ab aratro resiliēs
non aptus regno dei / aptitudinē habebit ad-
uersam. Nec obstat ꝙ de pueris nō baptizatis
ex hac vita nihil ꝑperā cupito / dicto aut facto
egrediētibꝰ quis posset obijcere: q̄m nō spectāt
ad regnū dei: qꝛ in fide trinitatis baptisati non
sunt: nihil quoqꝫ boni fecerūt vn̄ mererent: nec
ad regnū diaboli: qꝛ nullā maculā volūtate aut
oꝑe cōtraxerūt. Et hoc singulare habet diuina
et humana iusticia: vt nemo absqꝫ crimine pro-
prio in ꝓpria ꝑsona puniat. Relinquit ergo eis
aliq̄s locus tertius: in quo deo nō fruantur: nec
sensibili pena plectant: vbi nō sunt illa summa
bona/ et infima illa mala. Et ex eadē ꝓcedit iu-
sticia: nō coronare immeritū/ et non punire in-
sontē. Illa vero culpa originalis per lauacrum
regenerationis nō abolita/ ꝗ cōtracta est a pa-
rentibꝰ primis: penā sensibilē nō meret: q̄m in-
uolūtaria et inactualis ē in nascētibꝰ posteris.

¶ De vocatiōe publicani ad sequelā christi: qui pctōres ad penitētiā voca turus aduenerat: secūdū Mattheū/ marcū et lucam. Capitulum XVII

Qui hoiem ad silitudinē et imaginem
suā sic fecit ꝓut ab eterno preuidit: ꝑ-
noscit hoim volūtates ⁊ eax dispositiones: ꝗ faciles ad auersionē ⁊ conuersionē/ ꝗ-
ue difficiles/ ꝗ disciplīabiles/ ꝗ tardiores/ ꝗ du-
re ceruicis/ ꝗ ꝯsentanee ad sup̄nas directiōes.
Et sicut nouerit aīam sue vocationi absqꝫ cōtu
macia in obediētia fieri/ sic vocat. Etenī cū vni-
uerso hūano sic egit: ꝙ nō añ/ sed eo tꝑe mūdo
i carne apparuit: quo mūdꝰ iā erat i dispositio-
ne factꝰ ipsū recipe: q̄uis eū abiecisset ꝑp̄ls pe-

Jo.1. ciuitatis ei⁹: sicut scriptũ est: Et sui eũ nõ recepe
rũt. Et cũ sepe mens hoim hesitat cur iste vo
cat/ille nõ vocat: iste recipit in seq̃lã/ille respui
tur: nemo querulet: nemo p̃sumat i deũ: nemo
temerarie iudicet. Nulla responsio verior/ nisi
q̃ de⁹ oim corda nouit/ τ volũtates. q̃ hoies la
tẽt. Et eque, vt nec acceptio psonaꝝ/ sic nec est
iniq̃tas apud deũ. Si spũs dei vbi vult spirat:
τ qñ vult/ et quõ vult: et nũq̃ nisi quod iustũ est
vult: nouit ergo quẽ vocat q̃ oino futur⁹ sit i se
quelã: τ quẽ ad ipsã futurũ nõ p̃nouit/ vocando
nõ excitat. Mira etiã ad reprobos vtẽs pieta
te/ne ampliori pena plecterent/si vocati veni
re cõtẽnerẽt q̃ si despicerẽt nõ vocati: qm̃ seru⁹
cõtumax/ τ cõceptu iudicio subiacet: ignorans vo
misericordiã apte cõseq̃tur: velut seru⁹ sciẽs vo
lũtatẽ dñi sui τ nõ facit/ plagis amplioribus: ne
sciẽs paucioribus vapulat. Ex hoc q̃dẽ dictorũ
cõtẽplatio nascit/ q̃ iesus signanter vocauerit
publicanũ. Nã [vidit iesus publicanũ ho
minẽ sedentẽ i telonio/ mattheũ noĩe siue leui:
et ait illi: Seq̃re me. Et relictis oĩb⁹ surgẽs
secut⁹ est eũ.] In capharnaũ hũc hoiem com
prehẽdim⁹ a iesu fuisse vocatũ/ noĩe Mattheũ
siue leui alphei: vno scʒ pprio noĩe seipsũ exp̃s
sit: alio scʒ leui duo alij expresserũt. Capharna
um ciuitas marina erat apta commercijs: vbi
matthe⁹ reipublice agebat officia. Nã matthe
us ex nomine/ leui ex genere: de tribu leui enĩ
erat. Publicanus ex officio: quod a scipione
publio habuit originẽ et ordinationẽ: q̃ p re
publica ordinauit publica telonia. In quorũ
numero mattheus p republica cõstitut⁹/ sede
bat exactor: inde captãs inopẽ atq̃ vilẽ corpo
ris sui victũ: nesciens forte quid meli⁹ seu apti
us ageret p stipe querẽda q̃ exigere/ calculare/
reassignare in cesareũ fiscũ numismata imagi
ne cesaris insignita. Sed apte p imaginẽ quan
dã a publico ad magis publicũ trãsiuit officiũ:
cũ vocaret a christo rege regũ τ dño dñantiũ:
qui non vnius ciuitatis aut puincie/ sed totius
mũdi rempublicã reparaturus aduenerat: missu
rusq̃ hunc publicanũ p mundũ in cedentẽ sibi
sortẽ: vt ad firmissimũ τ solidissimũ statũ reipu
blice de nouo p deũ τ hoiem/ hoim legitimum
regẽ in vera virtute astruendũ: sine qua non est
reipublice firm⁹ status: τ in eterna beatitudine
cõsummandũ: hoies euãgelica p̃dicatione inui
taret. Sicut enĩ piscatores hoim fecit arte non
abolita/ sed in meliora mutata: sic mattheũ fecit
deserere teloneicam factionẽ agentẽ p terrena
republica/ vt ageret p eterna. Et velut numis
mata signata imagine cesaris exigebat pro ce
sare: sic hoies ad imaginẽ dei factos inuitaret
ad vnũ deũ et summũ deũ: vt hoies agnoscerẽt
creatorẽ suum ab eterno deũ: sed in tpe p ipsis
hoibus incarnatũ vt essent dei que sunt dei: et
sua iura iusticia cesarea sortiret. Nã abrasam
artẽ istã exigendi/ calculandi/ ditandi fisci cesa
ris/ nouimus a mattheo sed cõditione nobilio
re donatã: cum derelicta est illa sessio quotidia
na/ nautica emolimẽta expectãs: et christi seque
la facta et in discursu laborioso per orbẽ in an
nunciatione euangelij eterni pro eterno regno
dei. Sed ad gestorũ seriẽ redeundũ est. [Vi
dit iesus hominẽ sedentẽ ad teloniũ.] De
terminat christi aspectus ad vnũ hominẽ cum
dicit/ vidit: qui oẽs ab eterno preuidit: sed pro
pter vnũ signãter dicit/ vidit: cũ aspectũ christi
nemo possit effugere: qm̃ in omni loco oculi Prouer.15.
dñi cõtemplant bonos τ malos. Sed illa visio
defixa in hoiem/ electionẽ eius a christo iã factã
ostendit: quem p̃sciebat vocationi seu electioni
eius pie prestaturũ esse cõsensum. Nã quos pre Ro.8.
destinauit hos vocauit: quos vocauit hos iusti
ficauit: quos iustificauit hos glorificauit. Sed
vbi vidit? Sedentẽ ad teloniũ. Quietẽ corpis
habet negociatio illa: mentis aũt plurimã solli
citudinem. Et discipulus christi factus siue fu
turus/ deponat seculariter implicãtia mentem
oportet enim illã non corporalib⁹/ sed spiritua
libus occupari. Imago dei est homo: in aĩa nõ
in corpore. Igitur aĩa diuinis intendat: et si ali
quãdo vilis facta/ solescens in imis/ assuefacta
caducis: resipiscens turpitudinẽ illã abstergat:
reintendẽs ad quod et ſm quod facta erat. Cor
pore vero tantũ implicandum est q̃tũ virtus in
animo residens in suum instrumentũ cõpensa
ta ipsius valitudine voluerit assumere: aut q̃tũ
ipsius corporis nõ voluptas/ sed necessitas co
egerit. Non competũt sectatoribus christi ar
tes auertentes a spũalibus atq̃ diuinis specula
tionibus mentẽ: sed ille que corpus sollicitent
peramplius/ mentẽ perimunt. Atqui propriũ
nomen eius et generis atq̃ patris si ducantur
ad interpretationẽ: vocationi sue/ imo ad id ad
quod vocatus est conferũt. Qui surgens secu
tus est eum. Non surdus auditor: non tardus
ad verbum. Non expectauit exactionis sue fi
scarijs cesaris reddere rationem: pro eo q̃ telo
nium relinquebat indemne. Aliter quidem nec
christus eius acceptasset sequelam. Nemo cum
re seu damno proximi aut fraude reipublice re
cipitur in familiã christi: nisi ad posse cũcta pri
mo errata correxerit. Non venerat christus le Mat.5.
gem soluere preceptorũ veterũ/ sed adimplere:
quis initians viam nouam/ noua mandata no
uaq̃ consilia indiceret. Porro relictis omni
bus mattheus sequitur christum. Nulla tempo
ris intercapedine data: vt vocat⁹ cõfestim obe
dientia esset ad verbum: misero sedili relicto et
sacculo pecuniarũ et seraminib⁹ τ scriptionib⁹
receptorũ τ mercede sibi debita p officio: ad ver
bũ christi effectiuũ/ ipse ipsi⁹ fact⁹ ẽ p oĩa effecti
uus. Nã nõ solũ christi vbũ in matthei aurib⁹
sonuit/ seq̃re me: sʒ ad se traxit animũ: mutauit
affectũ: illuminauit intellectũ: id oĩno efficiẽs
quo sicut vocat⁹ i sic sequeret. Quod ilico mat
the⁹ effectiui verbi fecit effectũ: q̃ relictis oĩb⁹
secut⁹ est eũ/ oĩa sibi meliora facturũ. Reliquit
q̃dẽ oĩa q̃ erãt ad teloniat⁹ officiũ: in illa prima
vocatiõe q̃ dictũ ẽ sibi/ seq̃re me: nõ illa q̃ domi

cōdescendet. Affectabit illos misericordiā inuenire: non repellet eos cū quibꝰ habet omnimodā similitudinē in natura: si fortassis dissimilitudo consistat ex gratia/ de superis nō de meritis proprijs presuscepta. Ac per hoc scribe ⁊ pharisei eorumq̄ꝫ cōsimiles/ in alios tam seueriter decernētes: iuste reprobandi sunt: dū nitunt̄ peccatores per censurā iusticie remouere ab eis: a quibꝰ possunt pro abstergēdis peccatis iuuamēta suscipere. Proinde iesus velut doctor supernus ex authoritate docēs hāc q̄stionē determinat. At iesus audiēs/ ait: Non est opꝰ benevalentibꝰ medicus/ sed male habentibꝰ. Sententia ista nō ampliorē declarationē recipit q̄ꝫ portat ex verbis. Attamē tangit illoꝝ p̄sumentiū mētes/ velut diceret: Uos creditis benualere/ sicq̄ꝫ vobis videt̄: ideo medico nō indigetis: sed infirmi estis: ⁊ contumaci sup̱bia me vestrū medicū oditis. Isti vero infirmos se esse fatent̄: medico indigēt/ medicū q̄rūt. Et remittit eos iesus ad scripturā sacrā: quā si scribe ⁊ pharisei intellexissent/ subticuissent: non q̄rentes quare misericordia recipit miseros: pietas impios/ iusticia iniquos/ bonitas malos. Quāobrem dicitur: Euntes discite quid sit/ misericordiā volo et nō sacrificiū. Non eni veni vocare iustos/ sed peccatores ad penitētiā. Nullū sacrificiū in veteri testamēto deo tam extitit gratū ex parte offerentiū ⁊ oblati: nec in nouo ex parte offerentiū gratiꝰ extat: q̄ꝫ misericordiā inferre miseris: indulgentiā p̄stare poscentibꝰ: in peccatis releuare iacentes: ⁊ animarū mederi languoribꝰ: et in viā salutis inducere illos q̄ infami gradiunt̄ via. Preferēda est misericordia: posterizat oīa iusticia: si ad ꝯseruationem tendit̄ rationabiliū creatorū. Nā si authoritas prestaret̄ iusticie: vt posset s̄m sua iura ī criminosos decernere: humane quidē pauci a iusticie framea imp̱cussi remanerēt. Si diuine/ satis breui nūero calculabilis esset nūerus electoꝝ. Misericordia vero cum vtit̄ viribus suis/ parcit indignis/ parcit contēptoribꝰ: Sustinet/ expectat/ remittit/ donat/ cōseruat/ p̄seruat/ reseruat: ⁊ quō extinguat p̱perā agentē ignorat. Et misericordia dei iesu saluatoris nostri incepta ⁊ aucta est: ⁊ auget̄ ciuitas illa sup̱na: qua iusti cōfirmant̄ ⁊ detinent̄ ne in peiora ⁊ maiora labant̄: prolapsi vero exigunt̄ ⁊ pctōres expectant̄ ad veniā: ⁊ supra cōdignū/ supra meritū/ supra speratū oībus ꝓuidet̄. Merito ergo dicit̄: Misericordiā volo ⁊ nō sacrificium: qm̄ vult potius p̱ suā misericordiā pctōribus penitētibus misereri: q̄ꝫ p̱ iusticie officiū sacrificiū exhiberi. Nō delet misericordia hoīes sup̱ terrā/ sed illos vltrix iusticia ferit. Per misericordiā plurimō tādiu expectat̄ iniquꝰ q̄ꝫ efficit̄ pius: quē si gladiꝰ iusticie post pctm̄ ilico inuenisset/ penā subiret: a q̄ non ad pietatē posset eē regressꝰ: nec ex iniq̄s boni futuri/ vt solitū est nascererent̄: ⁊ fraudaret̄ illa sup̱na ciuitas nūerositate sup̱noꝝ ciuiū: quos iusticia in locis infimis ⁊ tetralibꝰ ascripsisset. Nō veni vocare iustos ad penitentiā: q̄ꝛ f[...] iustus nemo erat: sed pctōres: q̄ꝛ oēs pctō p̱ āplꝰ ⁊ p̱ minꝰ irretiti erant. An forte q̄ꝛ iusti vocatione nō indigebāt/ p̱ eo q̄ꝫ iā accesserāt vnde iusti erāt. Et ideo iusti/ q̄ꝛ egerāt penitentiā sup̱ his in q̄bꝰ deliq̄rāt ⁊ ī seipsis originale malū horrebāt: quod ex traduce carnis nō/ ex volūtate ꝯtraxerant. Et hoc forte plurimi q̄ seruauerāt in moribꝰ ⁊ in volūtate īnocentiā: preter illā maculā ex traduce cōtractā. Sed quoquo mō ista se habent̄: ad retunsionē illoꝝ murmurantiū dictū est verbū: Nō veni vocare iustos/ sed pctōres ad penitentiā: q̄ sola facit de pctōribꝰ iustos: de impijs pios: de alienis filios: de extraneis ciues: et terrenos facit esse celestes. Et p̱ eā sibi cogniti pctōres/ in cognitionē diuinā transire merent̄. Ipsa sola est q̄ post ignorātiā sui ad ꝓpriā cognitionē īducit ⁊ post obliuionē recordationē facit ꝓpriā: deinde sciētia ⁊ amore trāsit̄ in deū. Et pctōr vocatꝰ ad penitentiā: sed nō pctōr si ad illā accessit cognoscēs seipsum/ cognoscit ⁊ deū: et illū diliget cognitū. Et regulate sic agitur/ vt sciēs sciatur: amās diligat̄/ ⁊ nesciēs nesciet̄: ⁊ nō diligēs nō amabit̄: ⁊ non op̱ans ꝓtinꝰ eijciet̄: ⁊ agēs p̱perā cōdēnabit̄. En ꝑspicuū est ad q̄d boni p̱uenit q̄ ad penitentiā vocatꝰ accessit: ⁊ cur amator hoīm christꝰ ad penitētiā hoīes mortales accersierat.

¶ De noīatiōe. xij. apostolorū et authoritate concessa: et eorū missione p̱ mundū: et forma viuēdi/ cōuersandi et predicādi: secūdū mattheū et lucā. Capitulum XVIII

Uocare venerat Jesus ad penitentiā hoīes pctōres: sed nec oēs sua voce sed in sua ⁊ de sua voce. Quocirca primo elegit illos p̱ quos vocaturus erat ceteras natiōes: nō literatos/ nō imbutos terrenis ⁊ humanis documētis/ nō diuites/ nō potētes/ non nobiles huiꝰ seculi: sed plebeios: ne virtute hūana hoīes ad diuina ⁊ celestia vocarent̄. Et p̱mo eos fecit idoneos euāgelice p̄dicationis q̄ꝫ mitteret: vt tales essent vita quibꝰ fides daret̄ ex doctrina: tales in moribꝰ vt eoꝝ sermonibꝰ crederet̄: vt si ad penitentiā alios inuitarēt/ notū esset ipsos penitētiā iā egisse: si ad abdicationē rerū visibiliū/ ꝑspicuū esset iā eos esse a terrenis oībꝰ abdicatos: si ad celestia/ ⁊ ipsos decebat esse celestes: si ad diuina/ ⁊ ipsos trāscendisse hūana ꝯgruū erat: si ad quecūq̄ꝫ honesta/ bona/ pudica vtilia p̱ superis/ ꝯtēptibilia p̱ imis/ alios inuitarent: eos oportebat his esse redimitos. Nec ꝓmpta facie q̄s alios inuitat ad bellū a quo ipse terga diuerterit: nec ad illā actionē quā aggredi recusauerit. Hoc siq̄dē iure illos fecit idoneos ministros noui testamēti: nō tantū lr̄a/ sꝫ spū̄ videlicet q̄ꝫ eoꝝ sermo nō esset contēptibilis ex ꝑtāte/ aut despicabilis ex virtute. Potestatē quidē dedit in oībꝰ opportunis sup̄ naturā ad necessitatē ⁊ vtilitatē dūtaxat faciendo miracula. Et de virtutibus actiosis instruxit: ne cōuersatio

Mat. 10. Lu. 9.

2. Cor. 3.

esset onerosa cuilibet: nec amicabilis malis: nec tediosa bonis. Hic evangeliste referunt rei gesta nō eodē ordine: sed diuersimode retexētes. Sz nec hoc sit cure tractatorib⁹ sacre scripture: dū ex scriptura debita ꝛ vera sentētia habeat. Cōstitut⁹ quodā in tpe iesus inter turbas de octogintaquatuor discipulis quos elegerat: ꝓrogatiua quadam duodecim ex eis aplōs noīauit: siue cū noīb⁹ circūcisionalib⁹: siue cū his q̄ iponere voluit: cū certū sit ꝙ aliquib⁹ mutauit: incertū tñ si oib⁹. Sed euangeliste q̄ scripserunt incarnati verbi historiā: ita tradiderūt quēadmodū audierūt a christo ꝛ de christo: ꝛ q̄ ipsum agere aut dicere ꝓceperūt. Nec alit a nobis sentiēdū tā de gestis ꝛ dictis a iesu ad alios: ꝛ alioꝝ ad ipm: et de gestis ab alijs quolibet alit: et etiā de factis in illū: ꝙ vt euangeliste ꝑ sp̄m sc̄tm scribētes in memorias posteras tradiderūt: ꝛ ecclesia orthodoxa suscepit: sicq̄ libros custodiuit solertia p̄latoꝝ ꝛ vere supintēdentiū in christianā religionē: vt nec aliq̄ mēdositate potuerūt aliq̄n maculari. [Et cōuocatis duodecim discipulis suis: dedit eis potestatē spirituū immundoꝝ vt eijcerēt eos: ꝛ curarent oēm languorē ꝛ oēm infirmitatē. Duodeci noīa aploꝝ sūt hec: Prim⁹ simon q̄ dicit petrus: ꝛ andreas frater eius: philippus ꝛ bartholome⁹: iacob⁹ zebedei: ioannes frater ei⁹: thomas ꝛ matthe⁹ publican⁹: iacob⁹ alphei ꝛ thadeus: simon chananē⁹: ꝛ iudas scariotis q̄ tradidit eū.] Nemo in exordijs christū elegit: sed ipse elegit eligēdos. Ipse porro dixit
Ioan.15. Nō me elegistis: sed ego elegi vos. Et nouerat eos q̄ ad aplatū assumēdi erant: ꝛ ꝓrogatiua huiuscemodi noiandi. Nemo tñ presumat ex hoc acceptorē christū dicere ꝑsonaꝝ: virtutum ꝛ dispositarū mentiū erat dūtaxat acceptor. Et veteris amor legis ꝛ pura custodia ꝛ ꝓphetarum fides egit: vt qui ista tenuerūt: in cognitionem christi meruerūt ꝑuenire. Dispositiōes mentiū christ⁹ porro infallibilit intuet: vt sepe vocet ad gratiā agentē totaliter ꝑperā: nondū eruditū in bonis: si dispositiōe paratū ꝯgnouerit ilico fieri eruditū ꝛ aptū suscipe diuinoꝝ formā. Ad hec idoneos istos quos noīauit aplos ab ꝓuiderat: ꝛ ceteros quos elegit ad gradatos stat⁹ officiorum ꝛ virtutū. Nec aīm moueat ꝙ nihil boni in hoīb⁹ esse pōt: nisi gr̄a largitoris: qm̄ ꝛ hoc ꝓuidit ne i vacuū gr̄a p̄staret. Porro q̄uis sint oia diuie gr̄e tribuēda: nihilomin⁹ ptāte liberi arbitrij nō frustra ꝯcessi: aliqd ab hoīb⁹ impēsuz est vnde fuit electio subsecuta: ꝛ sequat hui⁹ ꝛ non illi⁹. Sz neq̄ abyssuz huiuscemōi penetrare cōtendim⁹: sed intēdere in istā modicā hoīm classez quā christ⁹ elegit: ꝛ q̄d ꝑ eā fuerit opat⁹: quā ꝛ ordine alio lucas videt retexere. Vocauit discipulos suos ꝛ elegit duodecim ex ipsis: quos ꝛ aplos noīauit: Simonē quē ꝯgnoīauit petrū: et andreā fratrē eius: iacobū ꝛ ioannē: philippū ꝛ bartholomeū: mattheū ꝛ thomā: iacobū alphei ꝛ simonē q̄ cognoīat zelotes: ꝛ iudā iacobi ꝛ iudā scarioth q̄ fuit ꝓditor. Nō causat differentiā series noīm eadē nō seruata: sz ad hoc isti duodecim ꝓrogatiua officij aplici a saluatore vocant: vt pagant ad quod figurati scriptura referente fuerūt. Apli q̄dē missi dicunt: q: missi sunt velut duces ad docendū pplm christianū. Naz dictū est ꝙ ismael duodeci duces generaturus Gen.17.
esset: nō ꝙ ex semine ill⁹ apli ꝓdierint: sed in figura ꝙ duces duodecim sc3 apli duxerint i viā rectā pplm paganū. Qui etiā ꝛ principes duodecim appellati sunt: principes duodecim i nouitate euangelice vite in oī orbe terraꝝ. Confirmat quod dicit multo post ꝓphéticū verbū: Cōstitues eos principes sup oēm terrā. Nec nō Ps.44.
et more paterno missi erāt tractare subiectos. Qua imagie duodeci filios patriarchas iacob patriarcha gñauit. Et ppinare debebant potū aque sapie salutaris: his q̄ aqua cenosa hui⁹ seculi potabant. In cui⁹ typo fontes duodecim inuēti sunt in deserto: ex q̄b⁹ velut potat⁹ ppls Exo.15.
israelitic⁹ veniēs de egypto: sic ex duodeci aplis popul⁹ nationū. Et intitulare debebant canonicis ordinationibus ecclesiā sanctā dei: put habuerunt a christo: ꝛ docti fuerunt inuisibiliter a sp̄ūsctō. In cui⁹ ꝑfiguraz cū moyses sacrificare deo vellet: pro duodecim tribub⁹: duodecim altaria erexit i titulos: ꝑfecti facti sunt i vniuersa eccl'ia sctā dei: velut viri ꝑfectio oēm habētes ꝑfectionē decentē ad ꝑfectionē: put salomō duodecim viros voluit habere p̄fectos: sic christ⁹ duodecim ꝓelegit aplos. Duodeci boues portabant mare ꝫm ordinationē sapie salomonis: et 3.Reg.ii.
christ⁹ infallibili sapiētia ꝑ duodecim aplos baptismū fecit vbiq̄ deferri. Et vt leones eos cōtra cūctas aduersitates fortes esse decebat. Ad quoꝝ figurā salomō in gradib⁹ solij duodecim leunculos ordinauit. Electis ꝛ noīatis duodeci aplis authoritatē agendoꝝ i magna virtute cōcessit: ꝓdicēs eis ꝙ [messis multa: oparij Luce.10.
autē pauci. Rogate ergo dñm messis: vt mittat oparios in messez suā.] Messis multa oē gen⁹ humanū. Pauci oparij ad metēdū sc3 paratos ꝛ albescētes ad fidē: marie in exordio nascentis ecclesie: sc3 duodecim viri apli noīati: cū septuagintaduob⁹ discipulis noīaliter nō descriptis. Quā modica classe hoīm inuitandū: cōuertendū: in morib⁹ immutandū erat gen⁹ humanū: vt aduerteret quod agebat oīno esse diuinū. Et ꝓcib⁹ pulsari oportebat dñm tāte messis: vt oparios mitteret idoneos ad metēdū: qm̄ ipse sol⁹ nouit mittēdos: nouit ꝛ necessarios. Et male ꝓdicabūt: nisi a dño messis hūane mittant. Dat ptās expediens ad cōfirmationē verbi: ꝛ vt possint signa facere corā his q̄ simplici verbo nec credituri erant: oblectati nouitate signoꝝ: put exitit popul⁹ iudeorū: et ad cōcidendū sapiētiā gentiū si voluissent quippiā ex naturali ratione obijcere: qm̄ vt ait aplš: iudei signa petūt: greci 1.Cor.1.
sapiētiā. [Vñ dedit ill' ptātē spirituū imūdoꝝ Mat.10.
vt eijcerēt eos: ꝛ curarēt oēm lāguorē ꝛ oēz infirmitatē]: adijciēs: [Infirmos curate: mortuos Lu.9. Mar.6.
suscitate: leprosos mūdate: demōes eijcite] Iō

corporibꝰ ⁊ corporaliter talis est cōcessa ptās:
vt fides daret ad verbū annūciantis regnū ce-
loꝝ: ꝓ eo ꝙ dictū est ad eruditionē ꝓdicationis:
[Euntes aūt ꝓdicate/ q: appropinquit regnū
celoꝝ.] Intromittēdi etiā erant hoīes intror-
sus ex signis exteriorib9/ad ꝯsyderationē inuisi
biliū ⁊ melioꝝ bonoꝝ: cū inspicerent ꝙ tā insoli
ta in corporibꝰ agebant illa diuina virtute: que
hūana esse nullo mō possent. Et ab visibilibus
ad inuisibilia traijciēdus erat amor ꝯtēplatiōe
signoꝝ. Necnō ⁊ inuitatoria erāt signa talia: vt
ad curandū ab infirmitatibꝰ aīaꝝ se hoīes ꝓpa-
rarent: ampliꝰ quidē in aīa ꝗ in corpore hoīes
egrotabāt. Sed aut ignorantes infirmitatē/ aut
peritū aīaꝝ medicū nō inueniētes: nō q̄rebant
vt curarent: sed ꝑniciosius collanguebāt. Mit
tunt bini ob testimoniū vniꝰ ad alterū/ ob sola-
men/ ob adiutoriū/ ob cōsiliū/ ob collationē agē
doꝝ/ ob grauitatē/ ob supplementū si hoꝝ alter
deficeret: ob insinuandū charitatē inter ꝓximū
⁊ se habendā. Prohibent declinare in extrane
as partes. [In viā gentiū ne abieritis: ⁊ in ci
uitates samaritanoꝝ ne intraueritis: sed potius
ite ad oues q̄ perierant domꝰ israel.] Prohibi
tio ista facta est ſm prius ⁊ posteriꝰ ⁊ ſm magis
⁊ minus: nō ſm aspernationē gentiū ⁊ samarita
norū. Nō in mentē cuiuspiā veniat ꝙ iesus nati
onē aliquā aspnaret: qui vult oēs hoīes saluos
fieri: ⁊ ad agnitionē veritatis venire: oīsq; ꝓut
in ipso promptū erat/ saluaturꝰ aduenerat. Naz
Lu.19. ipse de seipso dixit: Uenit eīn filius hoīs q̄rere
⁊ saluū facere quod perierat. Et oēs perierunt:
oēs peccauerūt ⁊ egēt misericordia dei. Sed cō
gruū erat vt ille ppl's pmo inuitaret ad veniā/ q̄
vniꝰ dei cultū magis honeste seruauerat: ꝗuis
aliq̄s eoꝝ aliq̄n deliquerit: ⁊ cuiꝰ patribꝰ merito
vniꝰ dei cultꝰ facta erat de christo seruāda ⁊ cō
plenda ꝓmissio: ⁊ suscepit circūcisionē: peregri
nataq; fuerat in egypto: seruās inter aduersos
vniꝰ dei cultū: trāsductꝰ in ꝓdigijs ⁊ signis mi-
rificis ex egypto: q̄ primꝰ accepit eloquia dei: in
quo fuerūt patriarche sctissimi/ prophete vera
cissimi/ viuētes ⁊ moriētes in fide christi futuri:
ꝓ primo saluti eiꝰ intenderet: vt ꝑdocte christꝰ
a ppl'o cultideo ad populū cultidolū in noticiā
deueniret. Quocirca cū ad gentes ⁊ samaritas
ꝓhibet accessus: ⁊ ad oues israeliticas indicit:
hoc sensu tenendū est: scz ne priꝰ aut magis ad
illos ꝗ ad israelitas: ne forte ipsi israelite indi-
gnarent: si priꝰ esset vocatio idolatrantiū natio
nū/ ꝗ ipsoꝝ q̄ tenuerant cultꝰ diuini cēsurā. Et
samarite israelite erant: cur ergo ad eos ꝓhibe
bat accessus? Porro ex multis tpibꝰ ritus gen-
tiū retinebant ⁊ idolatrabāt in mōtibꝰ: ⁊ diuisi
erāt a iudeis: ex quibꝰ ⁊ inter quos natꝰ est chri
stus. Eruditio sani ⁊ opportuni ꝯsilij ꝓ tpe fuit:
nō preceptū oīno inuariabile. Nā ⁊ christꝰ fuit
in samaria ⁊ in finibꝰ ppl'i nationū: vt clamat fa
mosa historia sanatiōis filie chananee: ⁊ aposto
li dei/ vt legitur in actibus apostoloꝝ/ dixerunt:
Actuū.13. Quia reppulistis/ ecce reuertimur ad gētes. Nō

est aūt credendū ꝙ si iudei recipissent christū et
apl'os: ⁊ per oīa in fide/ spe ⁊ charitate christi fu
issent secuti vestigia: ꝙ nō subsequēter fuisset vo
catio nationū: sed israelitica prius/ illa posteriꝰ.
Etiā ipsi israelite cōuersi ad fidē/ per charitatē
alios inuitassent. Hoc quidē habēt in virtutibꝰ
ꝓpriū qui vere christiani sunt: ꝙ oēs vellēt ad
christū ꝯuerti: ⁊ gaudēt de cōuersis/ ⁊ dolent vti
q; de auersis. Admonētur ne sub aliqua merce-
de rei tꝑalis euāgeliū ponāt: sed sine oī sumptu
euāgelizent. Inq̄t eīn: Quod gratis accepi
stis/ gratis date. Nō potuit aliq̄n neq; pos-
set fieri: ꝙ equa rerū ꝑmutatione ipsum euange
liū haberet. Uirtus eīn dei est. Infundit siqui-
dē/ nō acquirit: grat̄ datū a deo nō meritis/ gra
tis ꝓtinꝰ in alios refundendū. Silr̄ ⁊ sanitates
donāde. Lex diuina oīno sic desanxit: vt quod
hūanis ⁊ corporeis laboribꝰ nō acq̄rit/ ꝙ nulla
mercede vendat. Ac ꝑ hoc in euāgelio oēm cō-
mertiandi abstulit causam/ cū adiecit: [Noli-
te possidere aurū/ neq; argētū/ neq; pecuniā
in zonis vestris. Non perā in via/ neq; duas tu
nicas/ neq; calciamēta/ neq; virgā. Dignus eīn
est oꝑarius cibo suo.] Cogit gratis impēdere
aut neq̄t retinere quod hȝ/ qui ꝓhibet terrena
emolumēta recipe. Quāobrē vt gratis esset euan
gelizatio regni dei ⁊ curatio passionū: nihil ter
renū ex his recipe viri euāgelici ꝓstruunt. Neq;
debēt ferre illa q̄ mundꝰ inq̄rit q̄ euangelizant:
ne talia videant querere q̄ vident habere. Ma
gis autem ꝓdicatores/ mūdi contēptus in seip-
sis oportebat exēpla prebere: ne incredulitatis
occasio euāgelio ꝓberet. Predicantes celestia
terrena contēnant. Annūciantes eterna/ tꝑalia
oīno fastidiāt. Nō gerant illa moribꝰ/ a quibꝰ ꝑ
verba excelsa tonātia hoīes nituntur auellere.
Neq; ornamētū exterioris corpis ferāt: plus re
fecti virtutibꝰ ⁊ iā celestibꝰ refulgētes. Neq; cu
randū est ꝓprio apparatu vnde alant in corpe/
qui alijs aīaꝝ alimēta ministrāt. Et ꝓhibet sup
fluitas vestiū: nō opportunitas mēsurata. Nam
ideo in tunicis/ etiā in oībꝰ alijs dualitas ꝓhi-
bet: si vnitas sufficit. Oīne quod opportūe aut
iure nature sufficit/ etiā si plura nūero essent: tā
tū arguit vnitatē: dualitatē ꝟo ꝓhibitā/ id quod
supfluū siue nūerositate/ siue ꝓciositate aut valo
re: vbi cōfert quod minus est. Laboriosos vult
esse euāgelicos pedes: quos etiā christi manꝰ ab
stersit: vt possint ex laboribꝰ securiꝰ auditores
ad euāgeliū inuitare: ꝓ eo ꝙ laborauerūt ꝓ eis
pedibꝰ nō suffultis/ neq; ꝓtectis pelliū tegumē
to. Prohibet ⁊ virga correctionis/ nō baculus
sustētatiōis: si corpis lassitudo cōprimeret: aut
senectꝰ siue aliqua egritudo grauaret. Nō dece
bat eos virgā in ꝑcutiēdo habere/ neq; gestu vir
ge ostēdere principatū: ꝗuis totius mūdi spūa-
les principes facti essent. Cōsuetudo apud plu-
res irrepserat: ꝙ aliqua ꝓminentia honoris vel
officij refulgētes ꝙ virgā manu gestabāt. Per-
spicuū est ꝙ euāgelizatores incarnati ꝟbi ⁊ euā
gelij sui ⁊ eterni regni/ a terrenis et ꝑfunctorijs

⁊ curis seculi ⁊ corpis ornamentis esse opret pe
nitꝰ abdicatos. Quod aũt adiecit: dignꝰ est opa
riꝰ cibo suo: ad id referẽ ꝙ pecuniã ⁊ perã in via
ferre ꝓhibuit. Indecẽs ptinꝰ est ꝙ pecuniã por
tet in zonis et edulia ꝑparata i peris: põt apud
euangelizatos iure mercedis alimenta suscipe.
Nec nõ diuine cure totũ se debet exponere/ q̃ di
uina eulogiat cordibꝰ hoim ad credẽdũ. Et au
dacter dixerim/ꝙ neqʒ in miraculis: in expulsi
sione demonũ: in donatiõe sanitatũ: in suscitati
one mortuoꝝ: apl̃i seculo ita mirabiles apparu
erũt sicut in ꝯtẽptu rerũ. Neqʒ in efficacia ṽbi
tam hoies cõmouerũt ad nouitatẽ vite siue do
ctrine/ad ꝑstandũ fidẽ dictis: sicut a visibilibꝰ
⁊ a cõiter appetibilibꝰ tota libertas. In hoc so
lo perampliꝰ cogniti fuerũt esse diuini/christi
feri/celestes: et creditũ esse aliaʒ vitam fuit: quo
istam verbis ⁊ moribꝰ despexerũt. In hoc audi
tores nobiles ⁊ plebei nõ poterant deceptionis
calũniã inuenire: aut ipsos iudicare falsidicos: si
de hoc nequã seculo excepta necessitate iure na
ture/iure viuẽdi q̃ oibꝰ ꝯuenit/nil aliud capiebãt

¶ De forma hospitãdi data. xij. apostolis euãgelizatoribus verbi dei: secundũ mattheum. Ca. XIX

DEcebat aplos: decet quosqʒ docentes
sanã doctrinã: siue incedẽtes ꝑegre: si
ue manẽtes in aliq̃ ciuitate inq̃rere ho
spicij honestatẽ: ne si primo ingrederenẽ indisci
plinatoꝝ aut ꝑperã agentiũ hospitia: forte aut
reciperenẽ/aut ex illo cõtubernio ꝙuis modico
gladiarẽt corda simpliciũ: ⁊ prestarẽt cũctis sci
entibꝰ indebite cõuersationis exẽplũ: vnde da
reẽ offensio euãgelizandi vituperãdo ministe
riũ. Et ex hoc post euangeliũ cognitũ vel euan
2. Cor. 6 geliij cognitionẽ scripsit apls: Nemini dantes
vllã offensionẽ: ne vitupereẽ mysteriũ vestrum.
Quocirca suos aplos christus instruxit/dicẽs:
Mat. 10. ⌊In quãcũqʒ aũt ciuitatẽ aut castellũ intra
Mar. 6 veritis interrogate q̃s in ea dignꝰ sit: ⁊ ibi ma
Lu. 9. nete donec exeatis inde.⌉ Quis nisi solus deus
nouit hoim dignitates: ⁊ quibꝰ virtutibꝰ fulge
ant/quibusve criminibꝰ deturpenẽ? quis nouit
hoim corda nisi ille quẽ latere nihil põt? q̃s scit
apud quẽ sint mansuri ex digno legati diuini/et
Josue. 2. aplici viri christi discipuli? Etem̃ exploratores
moysi ad terrã ꝓmissionis missi suscepti sunt in
hierico meretricis hospitio: nõ interrogantes
de meritis/sed q̃rentes cõmoda hospitalitatis:
Quis nouit q̃s sit dignꝰ suscipe precones altis
3. Regũ. 17. simi regis: q̃ñ vidua de gẽtibꝰ i sarepta sydonie
hospitio suscepit heliã: cũ magis verisimile vi
dereẽ apud viduas israelis īuenire debuisse ho
Mat. 8. spitia? Et cẽturioni de gentibꝰ christꝰ se obtulit
ad domũ eiꝰ iturũ: q̃ se asserebat idignũ. Que di
gnitas est i hoibꝰ exq̃rẽda: vt liceat cũ eis aplis
hospitari? Illã ꝑfecto dixerim ꝓ illo tpe quo
mũdus ĩfra obscuritatẽ idolatrie tenebaẽ inclu
sus: ⁊ hoc in gẽtilibꝰ/aut lege vetusta imbutꝰ: ⁊
hoc in pplo iudeoꝝ: credulitatẽ iã susceptã per
aliquẽ: seu vitã vere legalẽ in iudeis: q̃ maxia di
gnitas erat in illa lege bñ fuisse moralẽ ⁊ bñ ꝓ
pheticũ ad credendũ. In pplis nationũ dignꝰ
ille merito cẽsendꝰ erat/q̃ naturalꝭ legꝭ extitisset
amator pariẽ ⁊ seruator: ⁊ si nõ pietatẽ/saltẽ hũa
nitatẽ nouisset ꝑegrinis ⁊ indigẽtibꝰ exhibere.
Apud hũc cõpertũ firma oportebat iura hospi
tij retinere: ne sub ꝑtextu vite ꝓ lapsionis aut de
licationis hospitij nota nequã iponereẽ aplis
ex discursu. Dis leuitas peruagãdi est tollẽda a
ꝑdicantibꝰ stabilitatẽ eternã regni dei. Sed tñ
cũ digno mora celebreẽ hospitij: donec egrediẽ
di cõpellit necessitas aut vtilitas i regionẽ aliã
ꝑegrinãdi. ⌊Intrãtes aũt domũ/salutate eã
dicẽtes: Pax huic domui.⌉ Pax erat ꝑferenda
in verbo/vt seq̃reẽ in facto. Recte ille q̃ veniẽs
euãgelizauit pacẽ his q̃ ꝓpe ⁊ his q̃ lõge: in cuiꝰ
etiã ortu celici ⁊ supni ciues pacẽ adesse i terris
bone volũtatis hoibꝰ cãtauerũt: morti ꝓpriꝰ
pacis heredes instituit. Dignũ erat vt nõ aliud
primo aplis iponeret ꝙ pacis exordiũ. ⌊Et si
fuerit quidẽ domꝰ illa digna/veniet pax vestra
sup eã. Si aũt non fuerit digna ⁊c.⌉ Digna do
mus ex supioribꝰ claret. Pax ṽo aploꝝ vẽtura
sup illã domũ est illa in q̃ ipsi erant: scʒ bona vo
lũtas/seq̃la christi/ obediẽtia ꝓpmpta/terrenoꝝ
abdicatio/patiẽtia mẽtis inter aduersa/tꝑantia
inter ꝓspera/libertas in agẽdis/recõciliatio cũ
deo facta ⁊ cognita/finis appetẽdi summi boni
⁊ virtutis certissimꝰ amor/malignitatꝭ odiũ ⁊ fu
ga/ꝯcordia cũ expediẽtibꝰ ⁊ ptinẽtibꝰ ⁊ cũ veri
tatis ⁊ bonitatis amicis/discordia cũ oppositis
supradictis. ⌊Si nõ fuerit digna/pax ad vos
reuerteẽ.⌉ Non sic intelligendũ ꝙ pax annũcia Lu. 9.
ta hoibꝰ etiã dignis vt ab annũciatore recedat
neqʒ ꝙ accessum ex denũciatiõe faciat ad indi
gnos: vt nõ recepta reuertaẽ ad ꝓprimos: sed ꝙ
facta denũciatiõe pacis/si aderit indignitas ad
receptũ: ad denũciatores nihilominꝰ reuerteẽ ⁊
meritũ. Sequiẽ deinceps cõminatio terribilis
his q̃ nõ recipiũt euãgelicos viros: ⁊ eoꝝ ser
mões ꝯtemnũt. ⌊Et quicũqʒ nõ receperint
vos neqʒ audierint sermões vestros: exeũtes fo
ras de domo vel de ciuitate/excutite puluerem
de pedibꝰ vestris. Amẽ dico vobis/tolerabilius
erit terre zodomoꝝ ⁊ gomorreoꝝ in die iudicij
ꝙ illi ciuitati.⌉ Si quis legerit tꝑe loth infamẽ Gen. 19.
historiã instãqʒ vindictã in quinqʒ ciuitatibꝰ fa
ctam: intelliget cõtumax ad diuina quãta sit pe
na plectendus. Alibi etiam ista tractata sunt in
hoc opere: idcirco hic nõ prolixius differunẽ.

¶ Predictio eoꝝ que apostoli passuri erãt: et spũs adiutoriũ i loquẽdo et confortatio in patiendo: secundũ mattheum. Ca. XX

NE turbarenẽ aploꝝ corda ꝙ a christo
missos aduersus eos perstrepẽs mun
dus insurgeret: ⁊ iniquoꝝ cruda ꝑuer
sitas flagellaret: ⁊ vt crederenẽ deus oia esse pre
uidens q̃ mitteret: eis futura mala ꝑnunciat: ex
hortãs illos in omĩ bonitate/necessaria ꝓ tãta
ꝑssura hoim sustinẽda dicens: Ecce ego mit

Math.10. to vos/ sicut oues in medio luporū.
Ad ꝓbandā oipotentiā deitatis ī ꝑsona filij car
nē assumētis: ad ostendendū christū nō tm̄ hoiem
sed verū esse deū: authoritate mittit modicā vir/
tutē cū multis vitijs pugnaturā: hoies virtuo/
sos cū vitiosis: simplices cū duplicib⁹: beniuo
los cū malignis: plebeios cū nobilib⁹: paupes
cū diuitib⁹: indoctos cū in carne prudētib⁹: im/
politos eloq̄o cū rhetoricis: peritos in gratia
cū philosophis: hūiles cū supbis: abiectos cū
tyrānis: subditos christi cū principib⁹ mūdi: pa
cificos viros cū aduersarijs pacis: alumnos dei
cū alūnis diaboli: cultores dei cū cultorib⁹ ido/
loꝝ: sed celesti virtute pugiles cū terrenis athle
tis: ciues hierl'm cū ciuib⁹ babylonis: nō cū ar
mis/ sed cū virtutib⁹: nō hūana/ sꝫ virtute diuia
2.Cor.10. pugnaturos. Inq̄t q̄dē apłs: Arma nr̄a nō sunt
carnalia/ sꝫ potētia deo. Iste ꝯgressus ex noui/
tate bellādi videt satis āceps ex bellatorib⁹ bel
lis/ ex armis/ ex signis/ ex ducib⁹/ ex tubicinio/ ex
loco/ ex tpe/ ex triūphis in triūphantib⁹/ ex cōfli
ctu in ꝯflictis/ ex p̄mijs apparentib⁹ ꝛ creditis.
Et vt pstringā: ex oib⁹ anceps erat p maxime: qm̄
in huiuscemodi bello q̄ corꝑalit vicerit: nil obti
nēs succūbit: ꝛ cōfligēs ꝯfligit: ꝛ victus cū vin-
cere videt: triūphat cū vincit. Uidete agonum
positorē ad quāta picula suas acies exponat: et
cū talib⁹ hostib⁹ cū q̄b⁹ semp̄ p̄liares dies/ feri-
ales aūt nunq̄. Ecce mitto vos inter lu-
pos. Igit seruate māsuetudinē absq̄ querula
voce: eoꝝ morsibus vos exponite. [Et estote
prudētes sicut serpētes: ꝛ simplices sicut colum
be.] Prudentiā suadet hr̄e serpentū: nō anfra
ctus siue venenū: nō bifurcatā linguā aut variā
pellē: non gressus pectoris sup terrā: q̄ oīa vitio
asscribunt: sꝫ prudentiā ad cauendū ledētia: in
capitis custodia expositionē corꝑis: ad remouē
dū veterē pellē/ inuentionē angustoꝝ: inter q̄ ar
tati exuant. Indicit ꝛ colūbina simplicitas: vt
semp̄ sit anim⁹ absq̄ amaritudine/ inuariat⁹ in
seipso: neq̄ multiplicat⁹ ad sollicitudinē euadē
di: nec imaginet etiā si posset repēdere vltionē.
Exemplū de torquato: vt ī legēda scti Tiburtij legitur. Cauete aūt ab hoib⁹: qm̄ multi se fingēt sen
tire quod sentitis: credere quod creditis: audi-
re quod dicitis: diligere quod amatis: a q̄b⁹ ve
lut christ⁹ a iuda tradēdi erāt p delationē ī ama
ra supplicia. [Tradent eñ vos ī ꝯsilijs: ꝛ in
synagogis suis flagellabūt vos. Et ad reges et
p̄sides ducemini ppt̄ me/ in testimoniū illis ꝛ gē
tib⁹.] Ecce ꝓcessus belli: sed ob optimā suppo
sitiuā causam: cū ppt̄ christū/ ppt̄ reddendū de
ipso testimoniū corā regib⁹ ꝛ subiectis: ꝙ sit dei
fili⁹ q̄ possidet intrepidos seruos: q̄ sine peritia
ꝛ armatura hūana ꝯcertāt: ꝙ ipse sol⁹ sit rex re-
gū ꝛ dn̄s dn̄antiū/ q̄ ꝓ oīm salute mortaliū ī vitā
hāc calamitosam aduenerit. [Cū aūt tradent
vos/ nolite cogitare quō aut q̄d loq̄mini: dabit
eñ vobis in illa hora q̄d loq̄mini. Non eñ vos
estis q̄ loq̄mini/ sꝫ spūs patris vestri q̄ loquit in
vobis.] Ineruditi erāt apłi terrenis ꝛ hūanis
documētis: ex seipsis ad rn̄dendū sufficiētiā nō
habētes/ si q̄rerent in aliquo: nec ad suadendū
sanā doctrinā sapientib⁹ sm̄ carnē. Quāobrē ꝙ
sic mitterent merito poterāt hesitare. Quos re
mota penit⁹ oīm hūana virtute/ diuie ꝯfortat: ꝛ
abigit cogitationē dubiā seu p̄misam: aut ex seip
sa cōponere volentē q̄d loq̄ndū siue agendū in
his q̄ ipsis ipꝛouise aut repente ptingerēt/ cū di
cit: Nolite cogitare modū ꝛ verbū: qm̄ in illa
hora q̄ ptigerit ipꝛouise atq̄ inopinate corā re
gib⁹ sisti/ vobis ꝓuidebit sicut extitit ab eterno
ꝓuisum: ꝛ dabunt ilico mod⁹ ꝛ verbū. Igit no-
lite cogitare quō: qm̄ dabit modus/ vt sic mode
rat⁹ sit sermo: ꝙ neq̄ culpet ex modico/ neq̄ de
sup̄fluo condēnet: vt nulli oratores/ seu rhetori
Tren.1 uit iugum iniquitatũ nostrarum in manu eius: conuolute sunt et imposite sunt collo meo. Infirmata est virtus mea: dedit me dñs in manu/ de qua non potero surgere. Ois iniquitas predominãs anime iugũ facit. Et cũ multiplicate fuerint/ multiplicantur et iuga: quibus collum anime pressum male fatiscit. Sed iugũ iniquitatũ vigilat in manu domini/ cũ hec volũtaria pessundatio inuolũtariam exigit iusticie dignã penã a manu dñi puniẽte. Explicat aũt qualiter iugũ iniquitatũ teneat: quia iniquitates cõuolute et imposite circa collũ: scilicet circa illam anime vim/ qua se posset erigere in supna/ ne recuruetur ad ima. Proinde vim illã asserit infirmatã. Infirmitas enim est anime/ ois spõtanea iniquitas: que cum multiplicatur ex numero aut ex tẽpore/ amplius grauat: crescit debilitas vt nulla sit potẽtia valescẽdi. Et fatetur ipsa quod
Ibidem patitur: Dedit me dñs in manu de qua nõ potero surgere. Humanũ iugũ est omnis superbia et importuna dominatio principum terrenorum: vt israeliticus populus querebatur ad roboã/ dicens:
3.Re.12 Pater tuus durissimo iugo nos oppressit: tu leuiora impera patre tuo. Qui male a iuuenibus cõsultus respõdit: Pater meus imposuit iugũ graue: et ego maius põdus apponã. Nec nõ et humanũ iugum omnis dominatus regum/ etiã iuste regnantium: sicut apostolus ad Timotheũ scri- 1.Thi.6
bit: Quicunque sub iugo sunt serui/ dños suos oi honore dignos arbitrentur: ne nomẽ dei et doctrina blasphemetur. Qui aũt fideles habent dominos/ nõ cõtemnãt quia fratres sunt: sed magis seruiant/ quia fideles sunt. Iugum est etiam in humanitate nostra plus debito colligata labentibus/ ipsa sollicitudo superflua et cura nõ opportuna: sub qua pressa traduce carnis propagatur. Unde sapiens in cõtemplabilibus et moralibus dixit: Occupatio magna creata est hominibus: Eccl.40
et iugum graue super omnes filios adam: a die exitus de ventre matris eorum vsque in diẽ sepulture in matrẽ omniũ. Seruitutis diuine iugũ est/ ipsa disciplina bonarum rerum agendarũ. De quo per Hieremiã dicitur: Bonũ est viro cum portauerit Tren.3
iugũ dñi ab adolescentia sua. Immo quid in adolescentibus melius quam iugo discipline in agẽdis colla submittere: vt nil indisciplinate/ sed oĩa disciplinate fiant et diuina iussio et regulatio preceptorum. Iugũ est a deo nobis impositũ: de cuius fractoribus dñs per Hieremiã cõquestus est/ dicẽs: A seculo cõfregisti iugũ: rupisti vincula: dixisti Hiere.2
nõ seruiam. Et hoc idẽ de optimatibus et primatibus refert. Ibo igitur ad optimates et loquar cum Hiere.5
eis: ipsi enim cognouerũt viam dñi et iudicium dei sui. Et ecce magis hi cõfregerũt simul iugũ: ruperũt vincula. Sed nũquid fractio diuine obediẽtie absque vltiõe diuine iusticie? Proinde sequitur: Idcirco percussit eos leo de syluã: lupus ad vesperã vastauit eos: pardus vigilans super iniquitates eorum. Et per alium prophetam dicitur: Re- Osee.7
uersi sunt vt essent absque iugo: facti sũt quasi arcus dolosus. Retrouersi sunt homines ab eo quod agere ceperunt secundum impositã legẽ: vt perniciosa libertate letanter vtantur. Nõ volunt enim ad seipsos conuersi iugo diuine legis astringi. Sed adhuc ad illos puniẽdos manus dei extenta/ quia primi refugiũt iugo diuine seruitutis: in qua constituta est plena et vera ab omnibus optanda libertas. Etenim sequitur: Cadent in gladio principes eorum a furore lingue sue. Ista subsannatio eorum in terra egypti. Ve igitur collis excutientibus iugũ dei. Proinde vt ab omni alio iugo absoluantur colla mortaliũ/ ad tollendum suũ saluator christus oẽs inuitat: tollite iugum meũ super vos: discibilitatem profunde virtutis apponens. Discite a me Cõtemplandum verbum. Fides/ spes et charitas nõ sunt in doctrina/ sed in infusiõe. Neque ad ipsarum questum et habitum docibilitas et discibilitas in sono verborum locum habet: quamuis illa in quibus feruntur/ possunt doctrinari ab vtraque parte. Cetere virtutes ab istis doctrina et disciplina fiunt: quarum duas precipue ad docendũ sibi saluator attribuit: mititatem atque humilitatem. Mititas vero nõ per diffinitionem cognoscitur/ sed per descriptionẽ suorum effectuũ: nã

mititas accõmodato vocabulo et in vna lfa mutato/a mutitate traxit originē: vt mitis q̄si mutus: mititas vt mutitas. Qui vero mutus ē/ petere p se/cõtradictionē facere/iniuriari aut cõuiciari verbo nequit. Christ9 aūt corde magis q̄ corpe se asserit esse mitē. Mititas q̄dē cordis est vniformiter in omnibus se habere. Etenim christus nec in corde mutatus est ex prosperis vel aduersis: eundē animū in gloria et in ignominia in infamia et in bona fama semp retinuit q̄uis voluntarie a passione assumpserit turbationē atq3 tristiciā. Est igit mititas in corde residens/inuariatus animi sensus: eq̄ ꝓspera et aduersa suscipiens: ɔtradictionē aut excusationē/ exprobrationē aut indignationē nō meditans: neq3 fingēs aliquid adulatiuū aut blandiēs: vt aliq̄d p̄ter iusticiā aut misericordiā capiat. Trahit enim omnē corporis cõsistentiā mititas ad seipsam: vt sic agat vti est. Cordis humilitas vt ē ex christo/ineffabilitatē habet. Sol9 eñ ipse vere humilis fuit. Ut vero vocamur illā addiscere a christo: sermo licet tenuis de ipsa opportunus est. Sed verior esset ab illis/q̄ in eius experientia ex longeuis temporib9 facti sunt. Inexplicabilis q̄dem est de ipsa sermo a nõ expertis in ipa: etenim abyssalis est locus ei9. In quē descendens/tuitionē ab omnibus ledētibus accepit: inuisibiliter degens etiam ab inuisibili hoste: qui perquirens inuenire humilem nequit/ ab abysso humilitatis tectū: et si inuenit cognoscens latibulū eius/deficit impossibilitate ledēdi: ex nulla parte cõspiciens qua sagittas et tela possit immittere/aut eū arietare: quia ipse humilitatis carentia nō stetit: infestante superbia cecidit. Quē videt illa tectū/istaq3 carentē/neq̄t retegere vt offendat: nō quatit eū aduersitatū q̄rūlibet aries: quas ad sui ꝑfectum deo subditus existimat ꝓuenire: nec arcus dolosus naturaliū rationū iacit in humilē animā sagittam vt auertat a fide: in qua fundata et ab ipsa ꝑdocta/ non querit aliam scientiā nisi p fidem. Neq3 heresis tragula illā fodit: aut suam traxit in partē. Credit simpliciter que accepit: impredabiliter sola gradit: nõ verita perdere/nescia possidere. Nõ eñ credit humilitas etiā illā se habere virtutem cuius habet ornatū: et qua deo mēte fulget. Nescit excedere si quos studere virtutibus existimans meliores: de se diffidens/se totā iactauit in dño: a quo ad horā etiam in tribulationibus derelicta/nõ desperauit aut minorauit affectuz similiter et effectū: tota existens ad regentis superne iudiciū. Affectior ad desup decernentem in ea existens cui cõmiserat omnem causam suā: nõ hesitans qualiter a superno iudice terminetur. Procul se a litigijs occasione non ꝑstita nec assumpta fecit. Humilitas nihil est ad seipsam: ad p̄ceptorem in veritate atq3 in ꝟtute tota: eumq3 dominū siue parē aut disparem pre ceteris veneratur/alteq3 pendit quem nouerit rectius imperare/agere vel parere. Et vt de ipsa sit sermo ꝯstrictior/ipsa origo vocabuli quid sit humilitas monstrat. Nam humus terra dicit: ex qua sm carnē sumptus est homo: ita vt etiaz ab humo dicat. Limes q̄dem terminus est aliquarꝫ rex: et litas sacrificatio est. Et si per syncopam huius et mutationē vnius litere prioris dictionis ꝓferamus/humilitas trahitur. Qua sic deducta nihil aliud est humilitas q̄ sacrificatio ad terram/et humilis terre sacrificat9. Tũc q̄dem homo terre sacrificatus est: cū in illa mortuus est et sepultus. Ac per hoc humilitas vera est mortificatio cuiuslibet voluntatis terrene/in exceptuate deo subiecta et viua sibiq3 mortua: nõ agens a seipsa/sed a dei legibus mota. Nõ interest mortui sepeliendi/a q̄bus portet aut inferatur in tumulū/aut quo humet in loco: nec q̄bus accurationibus fiat eius cõditio sepulture atq3 obsequie ꝑcurent. Non sua refert amplius q̄d sit dedecori vel decori. Neq3 ad lugētes ip̄m ob causam afficit: aut ad gaudentes ꝓpter ip̄m extinctū iratur. In quam similitudinē anima ingressa cõtemplatione iugi et actu incessabili custodire sollicita/magnū participium humilitatis accepit. Apponit etiam humilitas indignitatē: vt nullo dei dono digna videatur aia ex nihilo educta: solū gratis accepisse rata quod est nihil amplius sibi iure deberi cõsyderans: potius stupens dignationē dei ꝓcedentis ad creationē eius: nõ curiose discutiens quo fine claudatur: tantū agens secundū impositam legē/nesciens difformitatē a formitate dei: ante quē cõscia sui/in altitudine sue ꝓuidētie admirata manet: laudans/adorans et venerans quicquid ab illa in exteriora ꝓcedit: imperturbabilē habēs omnē ordinē actionis eius. Sicq3 procedit et regnat/absoluta a questionibus: a ꝑturbationibus libera: ab hesitationibus procul: a iudicijs aliena: mala nõ porrigit/illata non sentit. In q̄ existēs dauid/personam despexit et statum: vilescens sibi propter amorē dei. Cum argueret ab vxore q̄ ludens coram dñi arca se denudasset vt scurram/respondit: Ludam et vilior fiam plusq̄ factus sum: et ero humilis in oculis meis: quoniā sic per humilitatē propter dominū se faciebat abiectum: vt quicquid esset humani iudicij et dedecoris paruipenderet. Sed vere humilibus debetur salus: vt scriptū est: Populū hũilem saluū facies. Et hũiles spiritu saluabit. Et Job: Ponet humiles in sublimi. Et virgo mater: Et exaltauit humiles. Et vere humilis impetrat quod petit. Dauid: Respexit in orationē humiliū: et nõ spreuit preces eorꝫ. Oratio humiliantis se penetrat nubes. Et Judith: Humiliū et mansuetorũ semper tibi placuit deprecatio. Quid autē amplius pro merito hũilitatis posset adijci non est/q̄ exaudiri et saluari. Ergo accedamus ad huius virtutis magistrū/et a sublimi humilitatē discamus: qui corde humilis est: morib9 oĩb9 etiā illā tenens: actio et verbū p oĩa illam pandunt. Et optata requies apposita ē. Et inuenietis requiem animab9 vestris. In inuisibili sensu inuenitur: quoniā intellectus et af

2. Re. 6
Psal. 17
Psal. 33.
Job. 5
Lu. 2.
Psal. 101
Eccl. 35
Judit. 9

fectus in illa requiescunt: vt nolit plus sapere q̄
oportet: nec affectare quod superest/si h3 quod
expedit: nec importune optare aut exigere si de
est. Necnon ⁊ illam requiē eternam/ad quā su
spirat omnis creata ratio peregrina/ inuenire
potest anima humilitate fundata. Attamē qui-
es est ante laborem: requies post laborē. Quie-
scere ad innocentē: requiescere spectat ad peni
tētē. Quies ante peccatū: requies post peccatū
habet. Quies anteq̄ pdatur: requies cum pdita
reinuenit. Est ⁊ etiam quies animarum ⁊ corporū:
est ⁊ requies animarum similiter ⁊ corporum. Sz dū
taxat ad requiē animarū applicatus saluatoris
sermo: vti si q̄s ad ipm venerit/ ⁊ ab eo didice-
rit humilitatē: anime sue inueniat illam requiē/
qua intellectus terminet in vero ⁊ in omi quod
ad scientiā ptinet. Christo igit cognito ⁊ appre
hensibilitate fidei/nihil vltra remanet ad scien
dum scienti expediens siue aptum. Etenim dei
sapia/via/veritas ⁊ vita. Et in ipso sunt thesau
ri sapientie ⁊ scientie absconditi. Requiez ergo
inuenit anima rationalis in christo ad illaz sui
met qua scire apta gliscitq̄ scire. Appetit etiam
ex illa insita vi qua fertur in appetibile bonū tri
partitū: cū vt ratio vsusq̄ habet loquēdi/ sicut
honestū delectabile vtile dicit. Quoniā cōposi
tione facta cum ceteris/nunq̄ ⁊ nusq̄ melius et
aptius q̄ in christo reperit: imo cōparatiōe se-
mota nō inuenit alibi q̄ in christo ad hoc dato
humane nature a patre: vt istud reperiamus in
ipo. Et vt sermo cōquirens nō procedat vltra/
summū bonū incunctanter ipe christus ē: quo
adepto nil remanet quod iure possit optari.
Necnō ⁊ si vim memoratiuā anime deduxerim⁹
ad requiem/admouebimus christo. Nihil me-
morabilius ex eterno/ex tēpore/ex gestis q̄ chri
stus: q̄ ad seipm p refectione/p requie/in hūili
tate homines vocat: vt animab⁹ in hac vita re-
quies p viribus detur: ⁊ in alia eterna requies
toti cōposito largiatur: quā p pphetā dns pol-
Isa.32 licetur. Sedebit populus meus in pulchritudi-
ne pacis: in tabernaculis fiducie: in reqe opulē-
ta. Et p his q̄ fuerūt populus christi/ q̄ in fide
ipsius mortui sunt/ioannes aperit. Amodo iā
dicit spūs vt requiescant a laboribus suis: quo
niam (vt supra dissertū est) laborantes ad se vo
cat christus. Sed alas ⁊ pennas optabat/vt at-
tolleret a terra: cupidus venire ad requiē: pscī-
us q̄ terrene gradiens/impssus onere terrenorum
Psal.54 in illā venire nō potest. Proinde dicebat: Quis
dabit mihi pennas sicut columbe: ⁊ volabo/ et
requiescam? Nā ⁊ columba egressa de arca/ pe-
dibus requiē nō inuenit in terra. Superanda
est terra pennigero volatu: ⁊ veniat ad christū/
daturū accedentibus requiem. Nec aūt priusq̄
terreat de iugo tollendo/cū verbis christi⁹ red-
dit in factis amenū. Jugum enim meum
suaue est/et onus meū leue. Benignita
tem ⁊ dulcedinē ⁊ ornatū ⁊ iocunditatē hab3 iu
gū christi/ad actiones ⁊ ad pmiū. Ista in iugo
ei⁹ sunt. Jugū enim amor est. Nihil amore sua-
uius/quo deus amat ⁊ pxim⁹. Leuissimū est eti
am onus eius: videlicet cautela turpium/ ⁊ actio
hōnestorum: atq̄ illorum quibus in hac vita pacifice
viuit/omnis turbationis actio submouet: vincu
la rumpunt tartarea/ ⁊ omnis transit⁹ fit ad re-
gnū. Jugū fidei christiane actionisq̄ virtutum/
suauitatē habet mentis immēsam: etiā si corp⁹
ex aliqua parte premat. Non curuat collum iu-
gū christi/sed erigit ad superna: nilq̄ suaui⁹ q̄
celestib⁹ delectari. Onus quod christus impo-
nit penit⁹ leuissimū est: quoniā neminē grauat
onere suo supra virtutē ⁊ facultatē: supra debi-
tū/expediens ⁊ necessariū: supra impossibile/su-
pra cōsentaneū ipsi nature.

¶ De conuiuio facto iesu a phariseo: in quo magdalena exhibens officia pietatis/peccatorum remissionē conuersa recepit: secundum Lucam.

Capitulum XXIX

Hospes ⁊ egenus iesus inuitatus/ ali-
quando in hospitia diuertebat: ⁊ pre-
ter delectationē carnis interdum acce
ptabat oblata suffugia: semp pintendēs animi-
capium exercere: nā ⁊ illas vbilibet modis omi-
bus venabat: eam rem ratus cū inuitabat/man
ducare cōsensit. Rogabat aūt illum qui- Lu.7
dam phariseus/vt cum illo māduca-
ret. Et ingressus domū pharisei dis-
cubuit. Rogabat iesus vt acciperet: qui po-
tius rogandus erat vt largiret. Plura sibi ad-
erant ad largiendū q̄ hominib⁹ beneficia: nec
nō ⁊ q̄ hominū/sua erant. Sed nec hic pharise⁹
plusq̄ hominē ⁊ forte pphetam aspexit in illo.
Etenim alia causa rogamina porrexisset. In-
digebat q̄dem his/q̄bus iesus abundabat: ⁊ ve
re petentibus daturus venerat. Sed nec chri-
stus q̄uis voluntarie factus egenus/indigebat
copijs pharisei. Non aūt credendū est q̄ cū ro-
gauerit credens christū: ex eo q̄ hesitauit i ipso
nō credens saltem esse pphetam: quia velut nō
cognitor personarum ad tactū sustinuerit magda
lenā. Verūtamen quoquo mō rogauerit/sit no-
bis ex hoc forma prestita: vt rogem⁹ ⁊ nos/ nō
vt ei aliq̄d tribuam⁹: sed vt ipse nobis iuste pe-
tita largiat. Sicuti rogasse deum legimus salo- Pro.30
monē dicentē: Duo rogaui te: ne deneges mi-
hi anteq̄ moriar. Vanitatē ⁊ verba mendacij lō
ge fac a me. Mendicitatem ⁊ diuitias ne dede-
ris mihi. Tribue tātū victui meo necessaria: ne
forte satiatus illiciar ad negandū/ ⁊ dicam: quis
est dns? aut necessitate cōpulsus furer ⁊ periurē
nomen dei mei. Duo ⁊ duo cōbinata rogantur
rogantur etiā ppt duo. Duo sunt primaria ma-
la: scilicet vanitas/quam qui sequitur euanescit:
⁊ verbū quo quis mētitur in fide/seu in eo quod
exhibere a iure cōpellitur. De quibus p Dauid
homines omnipotens arguebat: Filij hominū Ps.4
vsq̄quo graui corde: vt quid diligitis vanitatez
⁊ queritis mendacium? Quid etiam sit vanitas
crebris sententijs in Ecclesiaste ostendit/quo-
modo cuncta subiacent vanitati. Et optime ro-

gat q̄ petit propelli mendaciū: cuius diabolus est pater: ne ipsius filiationē incurrat. Et omis iniq̄tas mentit̄. Mendicitas ⁊ abundātia duo sunt mala. Mendicitas q̄dem est ex se tota insufficientia / sed ex alieno fulcienda. Que si traijcit̄ in christianoꝝ agonisticā vitā: mendicꝰ est ille / mendicitatē q̄ habet q̄ officia bonoꝝ naturalium perdidit: nec habet suo demerito q̄bus fulciat̄ auxilijs: quo etiam accipit negociationē cum inquirit / vt mendicans semp̄ teneatur i actu: ⁊ data ⁊ accepta sic semper gubernet: vt p̄ proprijs perditis aliena mendicet. Diuitiaꝝ tēporalium copiam timet sibi dari / ⁊ altitudinū voluntates: precauēs illa duo mala / in que ob ista possit deuenire: ne forte priuatis proprijs / diripiendis intenderet alienis: seu nō habens virtutem in animo / in exteriorib⁹ simularet: ⁊ carens suis appropriaret sibi aliorum queq̄ laudāda: vel refectus in vtraq̄ parte hominis / negaret verbis ⁊ factis omniū conditorē ⁊ dominū: q̄si nō cognosceret se superiorem habere. Verūtamen christus rogatus manducare ⁊ victū accipere / ingressus domū discubuit: amplius animo largiendi doctrinā remissionē q̄ peccatoꝝ: q̄ꝫ vt sumeret cibū. Et ecce mulier que erat i ciuitate peccatrix / vt cognouit q̄ Jesus accubuisset in domo pharisei: attulit alabastrum vngenti: et stans retro secus pedes domini iesu / lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat. Non latet ingressionis causa in domū: claret causa discubit⁹ / scꝫ peccatrix mulier expectata: cui post suscepta q̄dā ab ipsa specimina pietatis / remissionem peccatoꝝ olim largiret̄. Ecce duo rogātes iesum vnus vt acciperet ab eo dūtaxat manducationē / scꝫ phariseus: altera impendebat deuotiōis obsequia / sed nec verborum p̄misso rogamine. Profunde precabat̄ in inuisibili sensu / vt remissionē ab eo susciperet peccatoꝝ. Necnon et ille actiones orantes erant plus agentes apud recipientē iesum q̄ mulier exhibens autumaret. Hec mulier famā audierat de iesu: ⁊ cū turbis sequentib⁹ eū / eū aliq̄ndo audierat predicantē: in quem dextro corporis pariter ⁊ mentis aspectu cōtemplans vitam / ponderans verba / considerans sanctitatē / virtutē in tam factis miraculis ⁊ vt plurimi eū existimauit esse p̄phetā. Hec iā corde compuncta / ⁊ contrita pondere suorum scelerum / affectabat in animo christo corpe appropinquare: pudore verebat̄ illum publice adire: timebat q̄ repelli a iusto existens iniq̄: nondū benignitatē ipsius experta. Dabat cause inueniendi studiū: ⁊ quo incederet aut diuerteret obseruabat: vt ipsius potiendi ad releuationeꝫ sue miserie eēt sibi hora liberior. Et forsan ipsa preuenit phariseū tanq̄ sibi familiarē ⁊ cognitum: rogans eum vt ipse pro discubitu in domo sua rogaret iesum: forte verecundata / q̄uis peccatrix / sic audacter ingredi p̄ incognitas sibi et alienas edes. Jdcirco hanc ipsa occasionē accedēdi ad eū p̄uenit: vt in domo sibi cognita iesum sibi nondū domesticum posset adire / suaq̄ implere pia vota / ⁊ estum animi refrigerare in illo: p̄meditata multa dicere / nihil tamē lingua prodens. Erat ista mulier in ciuitate peccatrix In qua ciuitate? Jn hierusalē q̄ famosior erat. Sed nec in hierusalem magdalena cuꝫ christo conuenit. An forte in hierusalē peccauerat? Sꝫ nec hoc affirmandū reor. Magis aūt in illa ciuitate in qua erat domus / ad quā eū inuitauerat phariseus: q̄ in galilea erat: quā verius credo fuisse naym: vbi post resuscitationē adolescentis istud cōuiuiū factū est: vbi magdalena permota nouitate miraculi / cogitauit se subdere christo indigna beneficio eius. Peccatrix quidē in omni genere vitioꝝ: scꝫ cum septē demonia eiā gelisse asserūt ab illa per christū eiecta. Non tamen credendū est scortū illā fuisse / vt sub fornicibus aut locis scortaticis expectans homies insideret: sed mūdi vanitatib⁹ ⁊ delitijs corporis dedita / in perditis moribus transigebat culpabilem ⁊ infamē vitaꝫ atq̄ notoriā. Nulla facies inuerecundior q̄ mulieris / si cū in malo audaciaꝫ sumit: peccans deo / se pessimans / ⁊ p̄ximo scandalū ⁊ pedicā parat. Sed ista iā displicens sibi factaq̄ grauis ad tolerandā seipsam ⁊ p̄mentē sarcinā peccatoꝝ: cognoscens in locū aptū penitudini eius diuertisse iesum: quod ante iā parauerat: ex tēpore p̄uida / nō illo ilico mercata secū tulit vnguenta: in illo vtiq̄ vase / quo diligentius seruaret̄: imo seruabat ex more aptū tempori ⁊ cōsuetudini regionis: cōgruens mysterio satisfaciēs deuotiōi offerētis ⁊ in fide accipienti gratū. Jngredit̄ discubit⁹ locū mulier tremens ⁊ pauens: nec vrbano more auefacit conuiuise sed p̄diderat audaciā solitā inter homines. Nihil muneris obtulit in clarno: vbi erāt tam insignes cōuiue / dñs celi cū senatorib⁹ terre. Nō intuet̄ / nō cōsyderat quo deficiat aut clarn⁹ absūdet: nō cōtemplat̄ facies epulantiū: id solū agere intenta qua parte possit adire iesum. Non interrogat / nō interrogat̄: oīa i silentio sūt. Nemo loquit̄ nō loquente iesu. Cōsyderat phariseus ⁊ ceteri q̄d sit ipsa factura. Jesus solū videbat animū ei⁹: sciebat q̄ q̄d esset actura. Et permissur⁹ illam agere expectabat. Mutabat̄ mulieris vultus: sed anim⁹ ex spe nō erat: attamen inter spem ⁊ metū p̄sistebat. Jmpellebat spes / repellebat metus: ne p̄pelleret̄ a voto. Conflata in vnū scelera occurrebant: reddebant q̄ indignam. Erubescentia faciē suffundebat. Jnficiari nemo poterat sua peccata: interi⁹ illam conscientia p̄ualide accusabat. Nemo adhortabat̄ eā: quoniā nemo nouerat causam aduent⁹ eius. Ille q̄ nouerat paratus suscipere / nec verbo p̄stabat audaciā. Tandē illa tacite in animo cuncta cōsyderans: oculis q̄ ordinē discūbendi / et iesum ⁊ locū sessiōis ei⁹ diligēter intuita: q̄ a posteriori parte sibi pateret accessus: spe vincente metū ⁊ omnia superante / retro accessit ad diuicos pedes. Sic enim erat situatus iesus in par

te sedilis: atq; versa sua facie sup clarnũ ipsa pro-
strata retro pedes eius cõtingeret. Bene appo
sita retro ad posterũ sua sequenda vestigia: que
prius indurata semp gradiebat̃ in p̃ceps. Nũq̃
errauit qui retro stetit/sed q̃ p̃cessit iesum. Sed
neq; retro standũ tergotenus/sed facie stantis
atq; sequentis ad tergũ eius: vt quo ille ierit/
recte gradi cupidus subsequat̃. In ducem chri
stus datus est a patre hominibus: sine quo re-
cte nõ itur: cõflictus infert̃: nõ deuitat̃ horrẽdũ
nec debitũ p̃uenitur in finem. Standũ quidem
retro est/ne quicq̃ preter quod ipse decreuerit
presumat̃ agendũ. Sed secus pedes eius: vt il
la fiant hominib⁹ ad sequelã/que gessit aut do-
ctrinauit in carne: nam illa que operat̃ vt deus
que dũtaxat mirabilia τ laudabilia sunt/ excedẽ
tiaq; sensum/q̃ nullo mõ imitabilia iubeantur.
Non ociosa stetit retro secus dominicos pe-
des: sed p̃cessit in opus ex estu cordis incensa
τ dolore tacta intrinsecus: p̃forata penitẽtie tor
no/admirata mansuetudinẽ sustinentis/ erũpit
in lachrymas super pedes: vt appositis mani-
bus ipsos ipsis ablueret. Et quo mansueti⁹ pa-
tiebat̃ iesus illas defluẽtes τ eius admotas ma-
nus: eo fluebant vlterius. Dulces illi erant cũ
fluerent. Grate iesu ex causa qua manabant: qm̃
sacrificiũ verum erant p̃triti τ humiliati cordis:
amplius christo acceptum q̃ alterius rei mu-
nus. Nec satiabat̃ p̃fundere: nec ille recipe fa-
stidiebat. Rigabant̃ pedes iesu sub oculis ei⁹ τ
effundẽtis manus: q̃ reuehebant eas vndiq; su-
per eos ne ad terram p̃fluerent. Calide quidem
erant magis ex igne amoris q̃ effectu nature: q̃
bus vbertim fluentibus delectata/ magnũ sibi
cõputasset ad munus/si ex ipsaꝝ p̃fluuio pro-
pria lumina p̃didisset. Quis non stuperet in isto
mysterio: si cõtemplaret̃ attente creatorem celi
τ terre τ dñm vniuersi pati tactũ huiuscemodi
mulieris: τ circũagi pedes manibus tam imun
dis: τ adaquari eos lachrymis descendentibus
ab oculis vanis? Quis nõ miret̃ huius impetũ
mulieris: q̃ sic ingressa sup cõuiuas ceteris reli-
ctis solũ accessit ad christũ? Memorabile ge-
stum. Quod ille vocauit interne/illa mente atq;
corpe se admouit ad eũ: vtrũq; mirandũ τ acce-
ptione dignũ. Peramplius q̃dem benignitas
τ mansuetudo patientis/q̃ inferẽtis audaciosa
necessitas seu audacia opportuna. Traxerat q̃-
dem in secreto tractu gratie/vt magnes ferrũ
in secreto tractu nature: idcirco q̃ traxit/ instru
xit: vt p̃mo sic lauaret/q̃ vngeret. De vnguento
sibi cura p̃fuerat/quo fulta venit: nõ de lotione
p̃ qua nõ detulerat aquã: nec ante p̃meditata q̃
lachryme vberrime sibi adessent ilico ad officiũ
Non enim sunt semp in potestate illas emittẽ-
di: sed cũ accessit ad diuinũ ignẽ/resolutũ ẽ gla
ciatũ cor τ deliquit. Et cum multa sint lachry-
marum genera/iste istius tenuerunt optimam
partem. Sunt enim alique prodeũtes ex penali
miseria: τ quedam p̃ueniunt ex miseria culpabi
li τ iniqua: τ vtiliores/immo necessarie sunt. In
his enim hec mulier exordium fecerat. Sunt q̃
effundentẽ non respiciunt/eo q̃ sit pena mulcta-
di ex crimine: sed tñ quia offensus ẽ deus. Sũt
τ amoris dei τ boni: τ mediũ τ finis in istis erat.
Et cum ipsa nõ p̃hiberet defluentes / attamen
terminũ acceperunt: vt succederet tersio capil-
lorum: τ adderet̃ illa virtus que agitur per im-
passibile mentis in passionibus corp̃is: quoniã
τ capilli corpoꝝ penalitates nõ sentiunt: ac etiã
quicquid esse potest multiplicitatis in animo p̃
potentias naturales τ p̃ quascũq; affectiones
impenderet̃ diuinis obsequijs. Succedũt oscu
la crebra/ iuramẽta videlicet in omnẽ processũ
christi τ in humilitatẽ eius: τ pax voluntaria ex
nobis/que humane nature in illa data est. Et
amor totus terminatus in ea: quoniã osculũ iu
ramenti pacis τ amoris est euidẽtissimũ signũ.
Et labioꝝ p̃ssio accipiebat custodiã in illis pe-
dibus: τ ostium circũstantie apponebat: ne in-
ueniret amplius excusationes in peccatis: τ ne
vlterius p̃ illoꝝ apertionẽ laberet/ nanciscеba-
tur stabilitatẽ: τ post hec subsecutũ est vnguen-
tum/τ illatum in pedes iesu: in q̃bus τ ipsa in-
uisibilem vnctionẽ spiritus accepit docenda di
uinis: nõ amplius terrenis τ humanis documẽ
tis imbuenda. Dedicationẽ sui fecit christo/cũ
vnxit pedes eius. Et ipse iam vnctus erat a pa-
tre oleo leticie. Huic vncto addita vnctio est:
vt actio applicata sibi sanctificationẽ acciperet
odoremq; suauitatis deo gratum τ hominibus
exhiberet.

¶ De murmuratione pharisei aduersus christũ et mulierẽ/quã per paradigma paragonizauit: secundum Lucam. Capitulum XXX

Egregione mala bonis obsistũt: τ semp
e vestigio cõtra bonũ aliq̃d mali con-
surgit: non tamẽ gratis atq; steriliter:
sed vt p̃e vt bonum eluceat: p̃amplius cum supe-
rauerit: τ p̃betur ex pugna. Et cum sub lite agi
tur causa/iudex decidat: aut magister veritatis
refellat errorẽ/asserens q̃d tenẽdũ. Nã inuita-
tor iesu hesitauit i virtute ipsi⁹: cũ nõ inuitasset
illũ vt veꝝ christũ: inuitauit attñ vt p̃phetã quẽ
in aío iã desperit/q̃ p̃pheta non esset: passus se
sic tangi ab huiuscemodi muliere. Uñ videns Lu. 7.
aũt phariseus qui vocauerat eũ/ait i-
tra se dicẽs: Hic si esset p̃pheta/sciret
vtiq; que et qualis esset mulier q̃ tã-
git eũ: quia peccatrix est. In duos iacu-
lauit falsa iudicia hic phariseus: in christum τ
mulierẽ. In christũ: videlicet q̃ p̃pheta nõ eẽt:
q̃ se p̃mittebat tangi a femina peccatrice/velut
ipsi⁹ cõditionis ignar⁹. Et de muliere nequaq̃
sentiebat q̃ sibi peccatrix fuerat iã iustificata p̃
fidẽ iesu: nõ p̃ legẽ/q̃ verã iusticiam nõ habebat.
Perlucidũ p̃rimus erat ipsam iustificatã fuisse
p̃ fidem: cum audiuisset fidẽ sibi dedisse salutẽ:
sine qua fide non accessisset ad iesum/nec sibi ex
hibuisset ad pedes tot opa pietatis. Errabat eq̃
dẽ distorti⁹ iste pharise⁹/q̃ tactus mulieris im-

mūde sanctū macularet. Siquidē ad maculā de-
uitandā multi ⁊ multarū rerū tactus ꝓhibebā-
tur in veteri testamēto: ex q̄bus tangēs iudica-
baẜ immūdus. Ad cuius immūdiciā abstergen-
dam ex decreto legis purificatio seq̄baẜ: vt in li
bro Leuiticoꝝ maxime repiẜ. Sed Jesus vsq̄-
quaq̄ imaculabilis erat: vt etiam nec maculari
potuisset ab extra: neq̄ volūtas eius ad turpia
potuisset inflecti: nec ceteri nisi volūtate macu-
lis culpabilibus maculanẜ. Nō eñ obest tactus
exterior: nisi fuerit volūtas interior maculata.
Sꝫ hac differētia distinguiẜ christus vt viator
a ceteris: q̄ ipse nō potuit posse nec velle: alij au
tē viatores nō potuerūt sine volūtate: potuerūt
tñ velle. Phariseus aūt a veritate alienus erra
bat ex alo in christo / q̄ ꝓpheta nō esset q̄ se tan-
gi ꝑmittebat: q̄ si esset / nō ꝑmisisset tactuꝫ sibi a
peccatrice fieri: male ratus christuꝫ posse tactu
corꝑis maculari: aut quēpiā aliū sine ꝓpria vo-
lūtate assensum ad immūda ꝑstante. Proinde li
queat q̄ ꝑtermisso iesu: de quo impijssimū nefan
dum erroneūq̄ est ꝑter virtutem aliquid opina
ri: sicut nemo sanctificaẜ aut mundatur in ani-
mo ex corporeo tactu sanctoꝝ / nisi voluntas ra
tionalis consensum ꝑstiterit: sic nec maculatur
ex tactu turpium aut oppressiōe facta exenixe / si
nullo modo porrexisset assensum. Alioq̄n ⁊ san-
ctificati essent asina ⁊ asellus / q̄bus christus in-
sedit: ⁊ pes Jude ꝓditoris tactus a christo: ⁊ to
tum corpus eius ex assumpto corꝑe suo. Et ma-
culate fuissent virgines q̄ inuictis animis / firmis
in fide / in amore virtutis oppressiones in corꝑi
bus acceperūt. Igiẜ nisi occasionaliter nullus
timendus est corporeus tactus: vt possit infice-
re / custodita vere interioris hoīs castitate: ne
q̄ q̄ possit mundare illa deficiente. Justus si-
bi suꝑbia tumens despiciet quos credit aut no-
uerit peccatores. Ad quem eñ peccator cum si-
bi ceperit displicere / poterit habere recursuꝫ: ni
si ad deum ꝓ misericordia: ⁊ ad quem iustuꝫ cre
dit ꝓ cōsilio ⁊ doctrinaẜ. Fouent se peccatores
in peccato: ⁊ quasi conserta manu cadūt in foue
as peccatoꝝ. Justus vero aut iusticiam sitiens
conserit manum vt retrahat lapsuꝫ / seu adiuuet
ne labaẜ. Superbe apud semetipsum sapiebat
hic phariseus: qui sic iustum christuꝫ in animo
arguebat / incompassiuus ad mulierē vtiq̄ pec-
catriceꝫ: quā abiecisset si accessisset ad eū: quem
iesus ꝑ paradigma redarguit. **Et respondēs
iesus dixit ad illū: Simon habeo tibi
aliquid dicere. At ille ait: Magister
dic.** Multa iesus habebat hoībus dicere / ꝑ in
capacitate ⁊ ineptitudine nō ferēda. Idcirco cū
hoc se ꝯtraxit ad pauca / vt aliq̄d ei vtilitatis im
penderet: erudiens q̄ non abs re tactū sustinue
rat mulieris. Subiectiue quidē se habuit simō
in verbo / cum appellauit eum magistrum cum
ꝓmpto animo audiendi. Exceptioni vicina est
anima in tenebris ignorantie degens ⁊ pericu-
lis peccatoꝝ / si sane doctrine ꝓmpte ꝑstat audi-
tū. Et ad ardua virtutū erigiẜ / si exedre in verita

te docentiū sibi placēt. Pretētabat christus vt
libēter audireẜ / ne sermo eius funderet in vanū
q̄m scriptū est: vbi nō est auditus / non effundas Eccl. 32.
sermonē. Et alibi: Qui narrat verbū nō audiēti Ibidē
quasi qui excitat dormientem de graui somno.
Cū dormiente loquiẜ qui enumerat stulto sapiē
tiam. Et in fine narratiōis dicit: Quis est hic?
Quamobrē saluator ꝑegit auditū: cum ꝓtesta
tus est simoni aliquid se dicturū. Qui cum audi
ret hūc virū habere animū audiendi eū / ⁊ eū vo
caret magistrū / dixit: **Duo debitores erāt
cuidam feneratori: vnus debebat ei
denarios quingētos: alius quinqua
ginta. Nō habētibus vnde soluerēt /
donauit vtrisq̄.** Per mysticos sensus in
multa posset paradigma deduci: sed tñ ipsius
summa inquiraẜ: que nec in aliud ex causis sub-
ortis ⁊ oriendis intendit: q̄ vt sciatur quis esse
debeat ex acceptis donis in dilectione feruenti-
or. Quod vbi compertum fuerit: nec absonum
videatur magna ⁊ ampliora deberi amplius di-
ligenti: maxime ab eo qui misericorditer agit / ⁊
contra iusticiaꝫ nihil facere nouit. Premissa est
interrogatio: sententiam non habet / responsio-
nem exigens. Quoniam nullum interrogatum
est affirmatum responsioni subiectum: igitur ex
pectanda est respōsio pharisei. **Respondēs
simon dixit: Estimo quia is cui plus
donauit.** Reddita est responsio q̄renti ⁊ que-
stioni: sed ꝑ superiorē ⁊ infallibilem iudicē con
firmanda. Idem tamē erat inquirens et iudex.
Ponit humane questionem iesus: sed diuine re
sponsioneꝫ confirmat. **At ille dixit: Recte
iudicasti.** Repssus est in paradigmate phari
seus: ⁊ de suꝑba iusticia confutatus est a seipso
respondēs recta ꝓponēti vera: nec tergiuersari
potuit quin illaquearetur verbis oris sui: et a
murmuratione indebita frenaretur. Isti equidē
debitores ī paradigma deducti: ꝑtermisso quod
allegoricum est / illos designant quorum aliqui
sunt maioribus / aliq̄ minoribus criminibus in-
uoluti: vt maioꝝ indulgentia plus dilectiōis im-
pendat / ⁊ minoꝝ minorem. Sed adhuc in hesi-
tatione atq̄ lite huiuscemodi causa pendet ꝑ ea
que sequitur / cum diciẜ: **Remittūtur ei pec
cata multa: quoniam dilexit multuꝫ.**
Quoniā id habet ꝓpositum paradigma christi
⁊ responsio pharisei: vt is iure plus diligat qui
plus remissionis accepit: ⁊ remissio ꝑcedēs exi-
gat seu iuste cogat referre dilectionem. Nunc e
regione declaratur / q̄ dilectio precedat et exi-
gat quodam iure naturali remissionē: nam iure
nature dilectus diligēti eū obligatus est: vti hec
mulier ideo remissionem multoꝝ peccatoꝝ ce-
perat: q̄m multam dilectionem ꝑmisit. Perspi-
cua est contradictio / litteram solam ⁊ verba so-
nantia dūtaxat inspicientibus in hac causā: q̄
in paradigmate remissio dilectionem preit et
exigit: in cōuersione cause ad mulierem dilectio
remissionē antecedit atq̄ nacta ē. An forte iesus
anteq̄ hec mulier accessisset ad eū / ei remissionē

cōtulerat multorum pctōꝝ: quaꝫ mēte sentiēs cepit multū diligere. Diligēs accessit dās q̄ potuit di lectiōis insignia/ et amoris pia obsequia. Uerius tñ reor ꝙ spem nacta potiū de remissiōis/ multū diligere orsa ē/ dilectura pamplius cū accepit: vt et bonus et iustus christ⁹ misericorditer ex merito dilectiōis triplicis tp̄is remissionē ei cōtulerit pctōꝝ. Pretermittēda est compatiōis duoꝝ declaratio: cū in alterā ptē iesus p latā sentētiā omne pōdus q̄stionis et solutionis inflexit. Nemo aūt ex hoc multū delinquēdi atq; peccādi su mat audaciā: vt remissione suscepta facinoꝝ ad
Ro. 3 bonū dilectiōis ꝑueniat. Non eñ faciēda sunt mala/ vt eueniāt bona. Certitudo eñi penitendi et accipiēde remissionis/ aut exhibēde dilectiōis nemini data est. Nec ad dilectionē plurimā cōsequendā sunt pficiēda pctā: cū etiā et pamplius teneat diligere deū/ qui nō deliquit atq; peccauit eius gratia retinatus: ꝙ is qui post omnē p̄uaricationē legis dei/ eadē gratia remissionē ac cepit. Una et eadē gratia est q̄ habenat ne peccet: et q̄ donat pctā cōuersis.

¶ Que sententia remissionis lata in mulierem cum argutione pharisei: secundum lucam. Ca. XXXI

Elicit causam suā iesus ꝙ minus de ipso ꝙ existeret creditū esset: aut forte aliquid indecēs: et velut causa verteret inter phariseum et mulierē ꝙ ipse foret debitor in quinq̄ginta/ et mulier in quingētis: seu ille paruꝫ sibi debere cōscius/ plus obligatiōis in muliere sua opinione cōspexit: huiuscemodi causam terminandā accepit iudex iustus existens super vtrūq;: aduocatus ad alterā ptē q̄ in silētio age-
Lu. 7 bat opportunitatē suā. Et conuersus ad mulierē dixit simoni: Uides hanc mulierē? Intraui in domū tuā: et aquā pedibus meis nō dedisti. Hec aūt lachrymis rigauit pedes meos: et capill' suis tersit. Osculū mihi nō dedisti. Hec aūt ex quo intrauit/ nō cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non vnxisti. Hec aūt vnguēto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittūtur ei pctā multa: quoniā dilexit multū. Cui aūt minus dimittitur/ minus diligit. Cōuertit iesus ad mulierē iā cōuersam ad eū: neq; q̄dē cōuertit ad auersos/ q̄ ab eo facie auerterūt: de quibus p pphetam di-
Hiere. 2 cit: Uerterūt ad me tergū et nō faciem. Et alibi:
Hiere. 8 Omnes cōuersi sunt ad cursum suū: sicut equus impetu vadens in p̄lium. Ad hos non conuertitur dominus: sed auertit. Ad solos vero cōuersos post auersionē conuertit: iuxta illud quod
Zach. 1. ante dixerat p alium pphetam: Conuertimini ad me dicit dominus exercituum: et ego conuertar ad vos. Et sic conuersus ad cōuersam mulierem/ de ipsa et p ipsa velut in virtute inequaleꝫ et in operibus imparem alloquitur simonē: enumerans grata obsequia que sibi conuersa mulier intulit: et in quibus simon ip̄e defecit. Et loquēs simoni dimittit peccata mulieri. Propterea dico tibi: Dimittunt ei peccata multa. Que sunt ea pp̄ter que increpans simonē/ effert laudibus mulierē? Quod lauit/ ꝙ tersit/ ꝙ osculata est/ ꝙ vnguentū effudit: ex q̄bus laudatur velut ex opibus bonis: et simon negligens obiurgat. Peccatoꝝ vero remissio/ ex dilatione prebabita videt illata. Remittuntur ei peccata multa: quoniā dilexit multū. Dulce purgatoriū/ tolerabileq; p̄ter asperū sensum: cōtra teneꝝ sensum/ amenū atq; suaue: possibile ad habendū inexcu sate nō habitū. Cōmune omnibus est dilectio: cuius virtute nō solū peccata purgant penaliter/ sed dulciter remittunt. Et ex hoc beati quorum remisse sunt iniq̄tates: et quorum tecta sūt
peccata. Hec q̄dem mulier in numero istorum beatoꝝ erat. Et p causam quā subiectū verbuꝫ ostendit: Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meā dño: et tu remisisti impietatem peccati mei. Pandunt hec verba qualiter agit negociū penitentis. Inquit penitens: Dixi. Ubi et cui dixisti: et quid dixisti? Dixi in corde meo: sed deo et mihi. Dixi/ deliberaui/ statui in corde: proposui in mente. Quid? Confiteri contra me solū reū: cum nemo meorum criminū causa seu actor existat. Porro nullus peccatuꝫ alterius facit/ sed suū. Ergo verus penitēs confitet iniusticiā suā aduersus seipsum. Sed hec mulier nec confessa est/ nulla ptulit verba: velut elinguis et muta retrosteterit/ faciē nō cōspicata iesu: nec ꝑlocuta seu ad verbū reddidit verbū. Attamē contritiones cordis eius magne voces erant in cōspectu miserentis iesu/ sacerdotis magni/ summiq; pontificis: valentis peccata etiā nec ore pdita remittere penitenti. Proinde ait penitens: Et tu remisisti impietatē peccati mei. Uigilans verbū. Non dicitur ꝙ peccatum remiserit/ sed impietatē eius. Quoniā omne peccatū impietatē habet: imo ex impietate est/ alś peccatum nō esset. Nam si pietas per omnia cultus est dei: impietas cultus est eius qui aduersatur ei. Ac p hoc impietate remissa/ et actio nequaꝫ remittit. Causa peccatorum impietas: q̄ nō extante/ nec quod ab ipsa procedit. Et ipsa deleta/ germinatuꝫ ex ea non manet. Ipsa vero predomināte animo delictis/ peccatis/ criminibus/ sceleribus/ facinoribus/ flagitijs applicata sunt omnia. Nō eium quispiam forefacit/ nisi cum pietas ab impietate debellatur: et per impietatem cōtemnit pius. Est autem impietas omnis aduersatio diuinoruꝫ/ et pretermissio mandatoꝝ: et cultus alicuius rei propter seipsum preter respectū dei. Decernitur in aliam partem. Cui aūt minus dimittit/ minus diligit. Jam supra tactum est quid desiderationis habet ista sententia: an si peccata multa dimittantur pp̄ter multam dilectionē: an si dilectio exhibeatur multa pp̄ter multorum remissionē. Sed in estimationibus hominū causa ista est: dum quis paucorum sibi malorum cōscius/ non videtur iure remissionis ad magnaꝫ dilectionem obligari: non aduertens eadem

gratia sibi datā q̄ nō in multa dilabuit: sicut il le reuocat qui corruit: ⁊ remissionē accipit cū re surgit. Et post allocutionē simōis/ verbū remis sionis vertit ad mulierē. Dixit aūt ad illam: Re mittunt tibi peccata tua. Perlucida ē sentētia continēs facto atq̧ efficiens quod verbo exp̄s sum est. Et ceperunt qui simul accuba bant dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata remittit? Ex admiratione necnō ⁊ hesitatione p̄cedebat huiuscemodi in terna questio. Sciebant enī hi iesum plurima fecisse miracula: ⁊ singulari fulgere doctrina: or natum moribus ⁊ p̄phetā esse credebāt. Nūc suspendūtur in animo: silent tamen verbo/ vidē tes phariseum in sua questione conuictū. Sa ne sapiunt/ sane quēpiam non posse alicui dimit tere preter deum. Ideo dicunt intra se admira tiue: An forte deus est iste qui super omnia ge sta sua etiā peccata dimittit? An despectiue: qs est hic talia sibi arrogans? Superbo fastu agit: in blasphemijs est. Insanie forte homo iter ho mines paret. Nullus priscoꝝ patrū/ nemo pon tificum seu sacerdotum p̄sumpsit verbū remis sionis emittere. Non immerito sic dicebant nō dum cognoscentes p̄ fidem diuinitatem totam in eo esse: dūtaxat purum hominem cōtemplan tes. Non autem iesus his apologiam dedit: si cut ⁊ pharisæo. In altiorib⁹ questio istoꝝ erat: ad cuius responsionem ⁊ ipsi incapaces erant: sed exequit assumptam p̄ femina causam. Di xit aūt ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Fides saluat: sed nō il la que credit/ sed illa que credit: que vtiq̧ est cre dētis in eo q̄ id credit: s̄ alteri⁹ est quod credit: vtputa credit q̄s aliquod credibile atq̧ credē dum. Credulitas est credētis ex ea vi homini a deo insita sup̄ naturalem intellectū: quod inap̄p̄ hēsibile virtute p̄p̄ia est/ credere pōt. Id vero quod credit/ aliud est a credente ⁊ a credulitate insita menti. Sed ex eo pōt esse credētis: quia il lud credidit quo sensu dictū est/ fides tua: que fi des tua/ seu que fides nostra? Dīs christi actio siue doctrina ex hoc est q̄ saluat id quod credit: p̄ eo q̄ credit ⁊ credibile est/ credendūq̧ neces sario p̄ponit: non quia vis est/ data est ⁊ susce pta vt credat. Unde fides tua te saluā fecit: hoc est incarnatio/ natiuitas/ vita/ cōuersatio/ doctri na/ passio/ resurrectio/ ascensio/ fundatio eccle sie/ ordinatio sacramētoꝝ ⁊ omniū sacroꝝ/ mis sio sancti spiritus/ resurrectio mortuoꝝ/ vita eter na: ista sunt fides nostra que magdalenam ⁊ ce teros saluādos saluos fecit ⁊ facit. Fides chri sti sola est: ex qua ⁊ cū qua ⁊ p̄ quam si qua sunt virtutis/ gratie/ bonoꝝ moꝝ p̄uenisit: ⁊ que iusti ficat ⁊ saluat: in qua hemorrhoissa sanitatē vti Mat. 9. usq̧ hominis accepit. Confide filia: fides tua te Mar. 5. et. 15. saluam fecit. Et paralyticus ⁊ ceteri ⁊ filia cha Ro. 3. nanee. Et apostolus: Arbitramur hominē iusti Ro. 5. ficari p̄ fidē. Et alibi: Iustificati ergo ex fide. Et Gal. 2 ad Galathas: Quod aūt nūc viuo in carne/ in fi de viuo filij dei: q̄ dilexit me ⁊ tradidit semetip sū p̄ me. Et post: Cōclusit scripturā omnia sub Gal. 3. pctō: vt p̄missio ex fide iesu christi daret credēti bus: sine qua fide impossibile est placere deo. Hebr. 11 Quod sic vadat in pace/ aduertendū attēte reor: si sub p̄cepto/ aut licētiose/ aut cōsolatorie/ aut p̄ securitate/ aut enūciatiue/ aut p̄dicatiue verbū emissum est. Preceptorie dictū videtur quasi ex emēda ⁊ satisfactio p̄teritoꝝ criminū imponat ire in pace: q̄ conuersis ad deū agit in custodia legis eius. Quoniā nulla discordia inter deū ⁊ homines oritur: nisi ex p̄uaricatione mandato rū ipsius. Igit̄ p̄cipitur penitenti atq̧ cōuerso cui misericorditer facta est remissio peccatorū vt eat in pace: ita tamen q̄ indultorē multoꝝ cri minum amplius non offendat: nō faciat recidi uū: non repetat vias malas. Et licentiā donat. Semp̄ quidē quousq̧ anima exanimat a corp̄e: et in arbitrio suo relinquit. Consolatoriū verbum est/ vade in pace: securitatēq̧ tenet ab hostibus celebrata pax. Et predicit huic mulieri christus quod actū est secus pedes eius in cōtritiōe cor dis ⁊ pietate actionū illius: q̄m pax inter deū ⁊ hominē agit: cū de p̄teritis malis fuerit cor cō tritū: Quia cor cōtritū ⁊ humiliatū deus nō de spiciet. Maxime quidē ipsa pax roborat in fede re: si ad dn̄icos pedes exhibet cultus pietatis: vt assumēs in assumpto ⁊ assumptus in assumē te in vna p̄sona credat ⁊ adoret. Psal. 50

De misterio exhibito christo a mu lieribus de facultatibus p̄p̄ijs: secū dum lucam solum. Ca. XXXII

Utrūq̧ sexum christus saluaturus ad uenerat: ⁊ vtriusq̧ non p̄ se/ sed p̄ im pēsoribus delectatus obsequio/ rece pit obsequia: p̄ponderans fidē/ deuotionē am plius q̄ id quod exhibebat. Et fidem mētis cō firmabat in operibus corporis: non q̄ opera cor poraliter exhibita in fide fecissent augesim: sed illa fides augebat acta ipsa: seu iuxta ipsam exi stentem omnia exterius exhibita censebantur/ suntq̧ censenda. Nec mulieres despiciēde sunt in obsequijs atq̧ ministrijs/ sed cauende p̄ter op portunitatem. Nec inquirēda opportunitas/ s̄ fugienda: vbi aliunde possint expedītia p̄habe ri. Non sunt effugiēde mulieres ex natura: cum ex eadē massa sint qua viri existūt ex traduce car nis: ⁊ anima in eis de nouo creat/ sicut in viris: vt nec diuersarū naturarum sint omnes anime mulierū atq̧ viroꝝ/ sed vnius: ⁊ omniū animarū viroꝝ atq̧ mulierum sit vna natura/ in quibus signata est vna dei imago atq̧ similitudo: sicut vna est caro/ cuius nunq̄ p̄ traducem est variata p̄pago. Sed magna est inter vtrūq̧ sexum ad hibēda custodia: quoniā operante hoste antiquo in illa chara societate/ naturali vinculo colliga ta/ periculum dulce iniectum est: vt inhonesta li bido naturam honestā dehonestare nitaret/ de honesteq̧ crebro: ⁊ sub illa specie naturalis so cietatis vir⁹ suaue bibat ad necē: p̄termissa legē quā de⁹ illi societati adiecit. Nō āt exēplo chri sti se cū eis p̄ter opportunitatē honestā ex hone Luc. 8 [illegible]

his causis immisceat. Et cū accepta occasiōe id fieri cōtigerit: oī custodia seruet cor ne cadat in delectabile turpe: dei federibꝰ muniat̄ ⁊ sensus. Solꝰ vo christꝰ etiā vt hō si potuit peccare ī via: q̄ ostensiua virtute in oībus liber erat: quē nec oportebat in cautela fieri/⁊ suos ab oī inq̄namēto carnis ⁊ spūs poterat p̄seruare collegas. Egenus ꝓ nobis factꝰ ⁊ egenos voluit suos esse discipulos: ⁊ vna cū eis recipe oblata ꝑ fideles ꝑsonas sibi adherētes obseq̄a. Et factū est deinceps: et ipse iter faciebat ꝑ ciuitates et castella p̄dicās et euāgelizās regnū dei: et duodecim cū illo. Et mulieres alique que erāt curate a spiritibus malignis et infirmitatibus: maria que vocatur magdalene de qua septē demōia exierāt que ipse eiecerat: et ioāna vxor chuze ꝓcuratoris herodis/et susanna: et alie multe que ministrabāt ei de facultatibus suis. Obsequiosum ē mulierꝝ genꝰ/⁊ aptū ministerio rei ⁊ cure familiaris: q̄ cū fide ⁊ amore adheserint/totas se suaq̄ impēdūt in obsequio ⁊ ministerio eorū quos in fide ꝓ veritate venerant. Et quo minꝰ acumine interiori vigēt: plus obsequunt̄ ⁊ diligūt. Sȝ vbi virtꝰ eaꝝ mētes influxerit: nō fatigātur obseq̄/seq̄ gaudēt. Quod nō impēdūt ascribūt sterilitati: quod dare pn̄t existimant magnū lucrum. Quo magis diligūt/pfusiores sunt: quo simpliciꝰ credūt/ardētius colūt: faciles ad credendū. Si amorē nō adiungunt fidei/faciliores ad remouendū: cum amor accesserit/tenaciores existūt. In experiētia rei facte animo libēti impendūt. Experte quidē erant iste saluatoris virtutē: q̄ curate a malignis spiritibꝰ erant/quoꝝ tyrannidē importune fuerāt ante ꝑpesse: curationēq̄ infirmitatū acceperant/a q̄bus id fuerāt moleste vexate. Famaq̄ in experiētia ferebatur: q̄ hic miracula singula in singulis faciebat: moribus incedebat honestis/omni rep̄hēsione carētibus. Pauꝑ imo egenus erat: sibi nihil in possessionibus erat: clarebat hoc hoībus. Quibus omnibus mulieres ex pietate ꝑmote/sibi ⁊ collegio sancto eius inopis vite/de ꝓprijs facultatibus necessaria ministrabant. Neq̄ credendum q̄ christus vsu supfluo id acceperit q̄ntum offerebat illarum mulierum deuotio siue facultas: seu quod ꝑ pleonexiam argutionē haberet. Modestiam sibi ⁊ complicibus eius ꝓ regula viuēdi assumpserat. Non enī decet p̄dicatores celestiū ⁊ contendentes illa captare/aliquid in vsu pleonexie querere/aut oblatum accipere. Religiosius enī est atq̄ virtuti dicacius/q̄ offerēs plus q̄ satis suo reprimat̄ in voto: q̄ q̄ verus dei cultor ⁊ annunciator celestium doctorq̄ virtutū capessere plus q̄ debito iudicet. Tutius deficitur voto offerentis q̄ accipientis possit virtus imminui aut fama turpari. Si nō accipit̄ quod offertur: carens est offerens culpa/⁊ meretur ac si fuisset acceptū: si ea liberalitas fuit in animo vt extra est. Si is cui offertur accipit modestum nō peccat: si nō accipit/sibi solū austerius nō simulate cōsulens: etiam nō peccat/sed meret̄. Si vero accipit vltra expediēs ⁊ modestū/culpa nō caret: turpat famam: vilefacit celesticū verbum: at ex accepto terreno ꝑrimum scandalizat: cum eū quem videbat alios ad celestia trahere/ad capessenda terrena conspicit inclinatū. Jesus q̄dem in se ⁊ ad se virtus erat omnibus: in oībus forma viuēdi factus. Cui mulieres iure ministrauerūt: non de facultatibus alienis/sed de suis. Sed heu multi offerūt aliena: non de suis facultatibus/sed de alienis christo ministrant. Quaȝ multimoda sit ista conditio taciturnitati: ne his qui ꝓprijs carent/aut impēdere volūt aliena cōmissa/seu ꝓcurata distribuūt/faciendi voluntas seu pietas adimatur. Equidem multe sunt facultates ex quibꝰ christo ministrari potest: vt si sit in vna parte defectūs/ꝑsistat in altera fulcimētum: ex magnis quidem affectibus ⁊ desyderijs ardentibus/ex doloribus/ex gemitibus/ex cōtritione cordis: ex his que corpe s̄m dei cultuȝ agi possunt/etiam p̄ter exteriorē substantiam christo ministrat̄. In angustū esset inclusum ministerium christianoꝝ: si tm̄ ageretur ꝓ christo ex abūdantia corruptibilium rerum. Habet primus vnusquisq̄ in seipso vnde christo meliora ⁊ gratiora ministret. Proinde inexcusabilis est homo in cōspectu eius: si nō ministrat ei de his ⁊ in his s̄m placitum suū que ab ipso gratis accepit. Attamē magnū christi humilitatis exemplū ⁊ abiectiōis/q̄ accepit pia obsequia mulieꝝ. Mos tn̄ tūc illius tp̄is sic erat.

¶ De ministerio marthe christo exhibito/et quiete marie ad pedes eius: secundū lucā solū. Ca. XXXIII

IBat iesus vt homo: ⁊ in diuersa loca pro mysterio/pro officio/pro vtilitate proximis seipso ferebatur. Et ad doctrinam/animum visebat honestas edes: ⁊ libens accipiebat oblatas: id solum intendens vt animas quas ꝑ mortem ⁊ sanguinem redempturus aduenerat/lucrifaceret. Lu. x. Nam factum est autem duȝ irent/scilicet iesus ⁊ discipuli eius: et ipse intrauit in quoddam castellum. Et mulier quedam Martha nomine/excepit illum in domum suaȝ. Solitus erat Jesus hoc intrare castellum: cum a galilea in hierusalem celebraret ascensum. Intermedium enim erat quod Bethania vocabatur. Martha que illum excepit in domum/iam a morsagia curata erat ab illo: ex quo sibi facta deuotior: sicq̄ animo adherens in fide cum promptitudine obsequendi: vt ad hospitandum Jesus in eius domum diuerteret: quem sua mansuetudine diuertentem excepit amplius mente q̄ corpore/animo q̄ hospitio/affectibus plus q̄ rebus: quorum infallibilis trutinator existēs s̄m ipsos iudicatos a seq̄ cognitos/omnia exterius exhibita obseq̄a pōderabat. Et huic erat soror noīe maria: que etiā sedēs secꝰ pedes dn̄i audiebat vbū illiꝰ.] Erat

em̃ ista maria magdalene cognomie: a qua exu-
latio septēplicis demonū iam p ipsum dominū
facta erat. Que dñi eos pedes ilico recognouit:
ad quos admota multoꝝ peccatoꝝ remissionē
acceperat. Ex quo in amore facta feruētior/in hu
militate pclinior: semp illos aio z situ sui corpis
repetebat. Juxta quos quiescebat corpe sedens
contemplans animo suspensa in vtroq; ad ver-
bum eius: aure vt audiret: animo vt intelligen-
do pciperet z amaret. Postposuerat hec omnem
corpis curam: sibi vacās/sibi attendēs/sibiq; in-
tendēs: non ad erogandū/sed accipiendū solli-
cita z ppensius auida. In nullo actu: in cōtem-
platione tota erat: agens plus intentiōe q̄ ope.
Audiebat verbum illius: qm̄ semp bonum ver-
bum eructuabat iesus: ad quod p dulcedine li-
Canti.5. quefiebat anima eius. Jam sic pdictū erat: Ani
ma mea liq̄facta est: vt dilectus locutus est. Nec
satiabat mens eius eum audire loquentem/qui
eam penitentem susceperat: Erat etiam verbum
iesu delectans cor eius: cuius virtutē atq; sua-
uitatem iam in animo ipsa psenserat: cum audi-
ret ab eo verbum remissionis/saluationis/z pa
cis. Equidem z sedere oportet auditorē diuino
rum sessione interioris quietis: non em̃ illa ca-
pit fluida z inquieta mens/diuersis anxia curis:
vadens z repetens itinera vitioꝝ: discurrens p
affectus z concupiscentias materialiū z corru-
ptibilium rerum. Sedet ad pedes: a capite de-
scensum ad ipsam gratiarū expectans. Subijci-
at se anima diuinis nō equet aut super: qm̄ val-
les abūdabūt frumēto/humiles videlicet z sub-
dite aie: clamabūt etem̄/hymnum dicēt. **Mar
tha autem satagebat circa frequens
ministerium.** Ideo satagebat: quia frequen
ter ministrabat. Frequēs vero erat ex solito mo
re: qm̄ ipsa in cura ministrādi assidua erat: nil de
tempe tradens ocio: nilq; in rebus parandis
obmittēs. **Que stetit et ait: Domine nō
est tibi cure q soror mea reliquit me
solam ministrare. Dic ergo illi vt me
adiuuet.** Non tedio affecta ministerij neq; fa
tigata labore: non inuida seu inuidiosa sorori:
non querens requiem: non sollicita permutare
officia cum sorore: non tentans eius pacem ani
me seu corpis pturbare: nullo vitij stimulo agi
tata in hec verba Martha prupit. Sed dignū
suo censebat in animo q sibi ministraturus to-
tus mundus assurgeret: se indignam existimās
esse solam relictam ministraturam tanto dño z
ad seruiendum toti collegio. Que stetit velut mi
nistra humilis z sollicita sine turbatiōe: parata
vt pedissequa/nō magistra: vt ancilla domus/nō
domina: vt famula/nō matrona: de sorore nō p
se/sed p iesu dulci questione conquesta: nondū
aduertens magis delectatū iesum pascere aui-
das sui mentes/q̄ corporeas escas accipe. Pe-
tit adiutoriū: nolens tamen relinq̄re ministeriū:
collegam querit in officio non quiescere. Sic
em̃ est veritas rei geste. Attamen in aliud con-
templandū intellectus fideliū incitat. Equidē
he mulieres duas vitas ostendūt: agendā et si-
gnificandā. Agendā martha/significandā ma-
ria pdit: vnaqueq; tamē ad debitū tendit finē.
Finis agende/fecisse quod virtutis est: finis si-
gnificande/nil vltra boni q̄rere nec posse: qm̄ p
uentū est ad terminū vltra quē nihil est. In vtra
q; vtraq; mulier ē: nā martha in agenda pro si-
gnificanda: maria in typo significande ex agen
da. Nec obstat cōtēplatiōi veritatis/q hec mu
lier excepta puersione cū pijs obsequijs in agē
da plurima nō extiterit. Necnō z agenda quous
q; in significandā traijciat/actionē z cōtempla
tionē habet. Agit actiuus signatus in martha
opus expediēs ad vite humane cursū: in virtu
te: atq; ex charitate puidet indigentie: z ex mise-
ricordia miserie subuenit. Et cōtemplat virtu-
tem ex qua premiū: ppter quod deū: in quē/pro-
pter quē z ad quē oīs vera ratio agit/cōtempla
tur z tendit. Cōtemplat cōtemplatiuus signat9
in maria/cuncta vt valet q̄ sunt obiecta cōtēpla
tionis officio: z agēda perficit dū necessitas exi
git z charitas docet. Nō admoneat cōtemplati
uus operibus si necessitas deest: si charitas nō
suadet. Remoueat a cōtemplatiōe/vbi adest ne
cessitas z iubet charitas: qm̄ charitas excellen-
tior via est gradiendi z ingrediendi ad regnum
q̄ omnes reliqueuirtutes. Sic z apostolus post
omnē cōtemplationē ppheticā multaq; dona
gratie dixit: Adhuc excellentiorē viā vobis de- 1.Corin.12
mōstro. Et q̄ sequunt apertum de via charita-
tis fuisse locutū: qm̄ nec pfectus actiuus / nisi et
cōtemplatiuus fuerit habita opportunitate si-
ue cōmoditate: nec cōtemplatiuus laudandus/
si exigēte necessitate nō se dederit l officijs cha
ritatis. Est z alius sensus/quo fiat intelligentia
veritatis: si martha vite actiue tribuitur/maria
vo cōtemplatiue adijcit. Petit actiua ptin9 a
cōtēplatiua iuuari. Quis em̃ pacato aio in tot
curas intēderet: tot sollicitudinib9 angeret: in
tot diuideret ministeria: nisi aliqd supna specu
latū mēte accederet/spe facte pollicitatiōis qua
sperat requies post laborē: eterna merces p ex-
exercitio tpali. Et si ad cōtēplandā diuinā iusti
ciā iterior aspectus assurgit: q̄ nullū malū relin-
quit inultū penis tpalib9 vel eternis: fit vitioꝝ
cautela suauior: z facilius absterret hō metu pe
nax. Et ita sibijpsi est amica natura: vt si aliter
esse neqt/potius nō esse q̄ semper male esse ve-
lit. Necnō quia nullū recte actum impremiatū
finit: suaue videt omne quod imponitur in acti
one virtutū: si id quod sumus/z vnde z quomō
z quo fine claudamur: si quid amamus /timem9
z agimus: si pfunctoriā vitā/si alternatiōes eius
dem: si principatū tartareū/sedesq; eterna nocte
pallentes: si lucidū eternūq; regnū sedesq; eius
lumine sempiterno coruscantes: si gesta filij
dei dictaq; in carne pro nobis/vt eruamur ab il
lis/deducamur in illa: in contemplatum vene-
rint enixe atq; obnixe: omnis actio recte atq;
honeste adiuuatur. Juste igitur in actioni-
bus existens petit a contemplatione iuuari.

Ideo quippe poscit: qm̃ ex seipsa hũana mẽs ad illã nõ valet assurgere/nisi diuino iuuamine fulta: qm̃ nõ sumus sufficientes cogitare ex nobis aliquid tanq̃ ex nobis: sed omnis sufficiẽtia nostra ex deo est. Psal.148 Sed dicto p̃ deũ cũcta fiũt: qm̃ ipse dixit ⁊ facta sunt. Attribuat̃ ꝯquestio marthe orationi cũ dñm interpellat: nõ contra sororẽ/ sed ad seipsã respiciẽs: vt eo typo quilibet oret actiuus vt aliqñ in contemplatiũ vadat. Necnõ ⁊ magis hũana postulatio marthe contrahit̃: q̃ ista duplex vita q̃ in ecclesia agit̃ militanti/actiuoꝝ continuo postulet/exigat/q̃rat/impendat obsequia: vt possit a cetu ꝯtemplatiuoꝝ orationibus adiuuari. Qm̃ illa in agro/ista in cubiculo ẽ: nec esse posset quieta mora cubiculi/nisi existens in agro p̃staret rei familiaris obseq̃a. Et segnis esset agri actio: nisi oratiõe cubicularia iuuaret̃. Attamẽ in hac causa iudex q̃situs rogatusq̃ decernit. **Et respõdẽs dixit illi dominus: Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro vnũ est necessariũ. Maria optimã partẽ elegit que nõ auferetur ab ea.** Ingeminat nomen hospite sue suiq̃ collegij saluator christus velut fidelis ministre fideliter obsequẽtis: laudat ex hoc ministeriũ eius: ⁊ sollicitudinem in ope/occupationẽ in animo circa multa esse denũciat ex frequẽti desyderio ministrandi. Sed docet eam aliquid maius ab istis in actione virtutũ/cũ p̃ certo asserit vnum esse necessarium: quod vnũ maria oĩbus alijs p̃termissis elegerat. Quod vnũ est/singulare est: quod singulare est/pluralitatẽ nescit. Quod plurificari nõ põt/exemplũ nõ habet: quod exemplũ nõ habet/ipse deus solus est: vt in substantia ⁊ in natura sua sic ⁊ in omni actione sua. Sicut eñ nõ alius p̃terq̃ vnus deus verus ⁊ solus: sic nemo creauit aut fecit q̃ ipse facere dignat̃. In quẽ vnũ actione/intẽtione/cõtemplatione intẽdere: atq̃ in creatorẽ ex nihilo/⁊ quoꝝ/⁊ qualiũ/⁊ quotoꝝ/⁊ quãtoꝝ: ⁊ in ea q̃ incarnatus pegit vsq̃quo misit p̃missam ex alto virtutẽ: est illud vnũ quod necessariũ est: quod maria velut optimam partẽ elegit nõ auferẽdam in eternũ: cũ ad illud vnum in patria intuitiue puenerit. Non tamen q̃ in hac vita cõtemplatio diuinoꝝ q̃tũcũq̃ magna non possit auferri/subtrahi ad tempus ⁊ iterũ reddi: minui ⁊ augeri ex culpa ⁊ p̃ter culpã/p̃ter meritũ ⁊ demeritũ: sed cũ puentũ fuerit ad vnũ p̃ omnibus necessariũ in illa futura gloria/in supna patria nõ aufere͂t in eternũ. Cui maria suspirabat: ⁊ omnis vere amator celestiũ suspirat ⁊ contemplat̃ in via.

¶ De mysterio exhibito christo in cena facta iesu in domo simonis leprosi a martha et maria sororibus et lazaro recũbente: secundũ mattheũ/marcum et ioannem. Ca. XXXIIII

Libuit istud mysteriũ cene passioni p̃ximũ saluatoris ministerijs sup̃dictis immediate cõnectere: qm̃ ⁊ in hoc mysterio ministratũ est christo: qui sm̃ tempus ab eo p̃fixũ paratus in animo appropinquabat loco vbi p̃pria volũtate se volebat subdere passioni ⁊ tradere se inuidis p̃ amorẽ/qui eũ q̃rebant ad mortem. Hinc **Jesus ergo ante sex dies** Jo.12 **pasche venit in bethaniã: vbi fuerat lazarus mortuus quem suscitauit iesus.** Secundũ calculationẽ iudeoꝝ q̃nta sabbati ad vesperã erat pascha: ante quod p̃ sex dies bethaniã venit: vt ex calculatione nostra die sabbati venerit ante diẽ passionis sue ⁊ mortis. Et agẽdo mysterio cõgruebat locus ⁊ domus: qm̃ ille qui factus obediẽs vsq̃ ad mortem/bethaniam primo venit: que domus obediẽtie interp̃tata est: vbi etiam mors sibi obedierat que reddiderat mortuũ: ⁊ vita que attulit rediuiuũ: ⁊ principatus tartareus dimisit captiuum: sepulchrũ abiecit inclusum: ⁊ ligatus manibus ⁊ pedibus ambulauit: velatus facie acsi vidisset incessit: impleta est iussio solutionis. Et dom⁹ erat simonis: qui etiã interp̃tat̃ obediens. Et omnia in vera obediẽtia ibi facta erant obediẽti summo vsq̃ ad mortẽ patri. **Fecerũt autem ei cenam ibi.** Ambulauerat aũt a mane veniẽs de iuxta desertũ effrem: vbi quasi delitescens degerat cũ discipulis suis: tali hora post prandiũ illuc adueniẽs/qua potuit ⁊ cena parari: vt ⁊ factum est. Cena quidẽ ad esum sufficiẽs ⁊ cũ modestia: p̃ter importunos ⁊ accuratos sumptus. Arguebat certe iesus in omnibus pleonexiam: ⁊ suos iam hospites p̃docuerat ne effluerẽt. Et disciplinata erat oĩs illa domus ex morib⁹ christi/ex doctrina/ex frequẽtia cõuersationis eius. Quanq̃ ista cena in domo p̃pria marthe nõ fuerit facta/sed in domo simonis leprosi: alius q̃dẽ a simõe phariseo, quẽ a lepra iesus mũdauerat: nam ille in galilea/iste in bethania. Qui tã notus iesu/tam domesticus ⁊ forte cognatus illoꝝ triũ ⁊ tam cõuicaneus: vt martha p̃mpte accederet vt solita erat p̃ ministerio/maria cũ vnguento/lazarus p̃ conuiua. **Nam cum esset** Mat.26
iesus in bethania in domo simonis Mar.14
leprosi: martha et maria et lazarus: Lu.7.
p̃ sup̃dictis officijs accesserũt. **Et martha ministrabat.** Hoc sibi erat officium ministrare. Assumpserat cũ ex charitate/contemplata necessitatẽ. Neq̃ videbat p̃ aliũ ministratiõis officiũ agi: quo acto illa quiesceret vt soror eius ad dominicos pedes. **Lazarus vero vnus erat ex discumbẽtibus cum eo.** Discũbebat lazarus dudũ mortuus fetẽs ⁊ quadriduanus in monumẽto/paulo ante ad viuos trãslatus ex mortuis/existens iterũ moriturus cũ morituris: transferẽdus iterato cũ mortuis: ostendens ex discubitu ⁊ esu iesu potẽtiam diuinãq̃ virtutẽ/q̃ vere a mortuis resurrexit ⁊ recessit ab inferis: reuocatus ad p̃functoriam vitam in eo vsu rerũ/potestate sensuũ: ⁊ cũ illa interiori ⁊ incorporea ⁊ inuisibili triplici q̃ substantia spũaliũ viriũ: ⁊ forte potiori sicut anteq̃ moreret̃ extiterat: ita vt nil p̃ter veritatẽ rõnis i ipso credi

aut estimari posset: nilqꝫ fantasticuz in eo fuisse
operatū iesum. Qui cū interrogaret a cōuiuis
de christi licentia fatus est fassusqꝫ tartareas se
des/ et tenebrosum eterne regnū cū eterno domi
natu et cruciatu demonū superborū: cui anima
eius appropinquauit ex latere nō ingressa ostia
tenebrosa/ patentia ingredientib⁹ cunctis/ in eter
num clausa inclusis. In fide tamen sermonem
ꝑtulit de supernis: non enī illa sibi patuerant.
Nondū reascenderat qui descendit: ante cuius
ascensum nemo ascendit. Sed neqꝫ de supis aut
inferis quisꝙ resuscitatus ad hanc vitā iterum
moritur⁹ aliquid asserere potuit: aut illa ꝙ sunt
alterius vite fari: nisi ꝓut a christo in illo sepa
rationis tēpore corporis ab anima scire permis
sum est: atqꝫ referre cū ad hanc vitā fuerit reuo
catus. Sed nec ista magnipēdenda sunt: nisi ꝙ
lazarus discumbēs ad mensam iesu/ verū peni
tentē significat/ reuocatum a baratro peccatoꝝ
et de profundo lacu maloꝝ desyderiorū/ et vora
gine actionū iniquarū: benigne a christo susce
ptum in clarno sacramentoꝝ atqꝫ virtutū et om
nium beneficiorūz eius: in cōlcatione suꝑpsius
in securitate data ꝙ idulta sunt crimina: abster
se sunt macule: ꝙ nō amplius erubescentia pre
mat: nō turbet memoria veterū delictorū: et ꝙ in
participatione factus est cuz iustis: qui et si quid
parū/ non tamē turpiter corruerūt. In quo ma
gna peccatoribus auersis a christo fiducia data
est: vt reuertant ad euz qui sic benigne reū fouet
Joan.12. tractatqꝫ reuersum. Maria ergo habēs
alabastrū accepit librā vnguenti nar
dipistici preciosi. Et cū recumberet ie
sus/ accessit ad eū et vnxit pedes iesu
Et extersit capillis suis pedes eius.
Et fracto alabastro effudit super ca
put ipsius recūbētis. Ista est secūda vn
ctio marie: qua pedes vnxit et caput. Nā in pri
ma dūtaxat pedes perfudit vnguento: que nunc
primo vas vnguentariū alabastricū/ scꝫ ex can
dido et transparenti genere marmoris adinue
nit. Deinde misit in illo libram vnguenti nardi
ex illa herba que pluris in eo erat: pistici fideli
ter confecti ac compositi: quoniā pistis ad fidē
pertinet: preciosi quidā quoniā ex omni compo
sitione laudabile: non modici ꝑcij/ sed magni: ꝙ
obrem dicebat esse preciosum. Et pedes vnxit/
vt solito: et capillis tersit. In alia vnctione post
lotionē pedum ex abundātia lachrymarū/ reso
lutis a ceruice discriminatisqꝫ capillis/ lachry
marū a pedibus tersit humorē. Hic uo lachry
marum perfusionē nō legimus sup dominicos
pedes: sed vnctionē solam: cuius humiditatē su
perfluā capillis abstersit. Capilloꝝ tersio post
lachrymas et post vnguentū facta est: vt per du
plex impassibile ecclesia orthodoxa et mens om
nis fidelis sit dicata christo: per dimissiōz culpa
bile: vt ꝙuis delectabile/ mens nō doleat: et per
agendū honestum: vt si arduum est/ mentē non
Mar.14. tedeat neqꝫ peniteat. Et fracto alabastro
Joan.12. effudit super caput ipsius recumbē
tis. Et domus impleta est ex odore
vnguenti. Si vnus euangelistaꝝ dixit quod
alius pretermisit: et versauice scriptio euangelij
facta est: nō repugnat histori e/ seu ordini rei ge
ste: vt vna res gesta ꝑtermissa silētio ꝑ vnū euā
gelistaꝝ sit deprompta per aliū. Quoniā hic ab
vno ꝑtermissum est de capite/ et de pedib⁹ dictū
est: alij pedum vnctione ꝑtermissa/ solam vncti
onem capitis posuerunt. Fractio quidē alaba
stri vasis nō contritionē eius annotat/ sed aper
tionem: acsi diceret/ et aperto alabastro. Nil enī
apud iesum a fidelibus eius per stulticiā aut va
nitatē seu temeritatē fiebat. Effundit super ca
put iesu mulier hec vnguentū. In sublime femi
na ista subuecta est/ ꝙ a pedibus ascendit in ca
put. Primus hui⁹ aspectus rei nō humilem/ sed
temerariā feminā monstrat et ꝑsumptione mo
tam: ꝙ se ad christi caput admouit: ꝙ erectione
sui corporis eius caput superauit cū effudit vn
guentum. Quoniā ad fluenta iordanis baptista
totus cōtremuit/ veritus tangere caput christi.
Et pia mater eius semꝑ eum paruulū et magnū
asi adorauit ꝙ tangeret. An amore mulier ebria
ista est: vt quid faciat/ nesciat: et improuisis gesti
bus feratur in christū: Quem nō minus mirān
dū dixerim/ ꝙ sic manuduci se a muliere permi
serit: vt nūc inclinaretur ad pedes/ nunc eleua
retur vnguendo dominicū caput. Qꝫ nūc quasi
prope christi passionē vngitur/ et in infima cor
poris et parte suprema: id in fide proponit ꝙ ho
mo verus deusqꝫ credat: et in vtraqꝫ natura pro
curatam fuisse nostrā salutem: et vnam personā
istas duas habuisse substātias: vt homo in deo
deus in homine mysteriū redemptionis imple
ret. Ideo maria magdalena vnguenti librā ac
cepit/ scꝫ nardi pistici preciosi: iusticiam euāge
licam/ nō moysaicā: fidei/ non legis. Nemo enī
est iustificatus ex lege/ sed ex fide que ꝟm euāge
lium est. Libra duodecim vncijs constat. Et fi
dei articuli duodecim sunt. Libretur libra ista
in trutina veritatis: et perspicuū erit quid et quā
tum boni ipsa cōtineat/ vbi nostra iusticia tota
consistit. Resoluatur in vncias: et patebūt duo
decim articuli ꝟm numerū duodecim apostolo
rum. Ex qua fide iustificatio est/ nō per legem:
quoniā ꝟm apostolum ex operibus legis nō iu Rome.3.
stificabitur omnis caro corā illo. Et paulopost
Arbitramur hominem per fidem iustificari sine
operibus legis. Et per prophetā dicitur: Iu Abacuk.2.
stus ex fide viuit. Ideo iustus viuit ex fide: quia
per fidem iesu iustificatus est ad eternā vitam.
Libra vnguenti seu eius quod ad aliquē vsum
accipitur/ trutinatur ex alio equo pōdere: quod
etiā libra vocatur. Sed ea que offerebantur in
templo/ ad pondus sanctuarij librabātur. San
ctuarij autē pondus charitas est. Ecce igitur li
bra et libra/ vtraqꝫ duodecim vncijs constans: et
libra pondus et libra trutinata cum pondere: vt
nec iusticia fidei ex duodecim articulis profit
ad profectūqꝫ ducat: nisi pōdus libramēti vere
charitatis ad iusticiā fidei et ad singulas vncias

duodecim articulorum extiterit. Effunditur ista li
bra in pedes et caput: quoniam bipartiti sunt ex
equa numeri parte articuli fidei ad diuinitatem et
humanitatem christi antea pertinentes. Typum ge
rit ecclesie ista mulier et cuiuslibet anime sane cre
dentis in omni actione sua circa christum cre
denda et agenda designans. Diffunditur odor per
domum ex diffuso vngento: peramplius ex eo quod
christo admotum est quam ex bonitate naturali. Quo
niam quecunque bona sunt/efficiuntur meliora si tra
iiciantur in christum. Et fama tanti mysterij vbique
diffundenda erat. Sed odor huiuscemodi non
ab omnibus eque susceptus est: quoniam ex discum
bentibus discipulis aduersus christum recipien
tem vnguentum et contra effundentem indignatio
Mar.14. exorta est. Erant autem quidam discipuli in
digne ferentes intra semetipsos/et di
centes: Ut quid perditio ista vnguenti fa
cta est? Poterat enim istud vnguentum
venundari multo: et dari pauperibus.
Joan.12. Et fremebant in eam. Sed vnus maxime
ex discipulis eius iudas scariothis
qui erat eum traditurus/dixit: Quare
hoc vnguentum non venijt trecentis
denarijs/et datur egenis? Non defuit
in hac cena virus inuidie: calumniandi peruersi
tas et detrahendi machera. Sanctum erat omni
no conuiuium ex summo conuiua et complicibus eius
ex affectione ipsorum qui cum proprijs officijs in
cena ista erant atque parauerant. Sed vnus ab om
nibus vsquequaque dissentiens/solum seruans nomen
discipulatus ab extra: de quo tanquam de pluribus
euangeliste loquuntur: gratia non inferende infa
mie/obseruationis et honeste locutionis/plura
lizantes in narratione de illo qui solus erat in
causa. Quem post alios euangelistas/euangelium
scribens vltrarat ioannes aperuit iudam scario
this proditorem: asserens solum in ista indignatio
ne fuisse atque fremere per iram in mulierem/per
inuidiam in christum. Cuius indignationis et murmu
rationis atque molestie causam ioannes etiam pro
didit/dicens: Dixit autem hoc non quia de
egenis pertinebat ad eum: sed quia fur
erat/et loculos habens ea que mitte
rebantur/portabat. Et vnus solus iudas
in collegio sancto malus: qui pressus iniquitatis
graui pondere inhabenate labebatur in malum:
cui magister diuinus non profuit/neque sancta so
cietas. Quale igitur collegium/qualis domus/qua
lis societas/qualisque congregatio munda erit: sine
iniquitate manebit: ab impertinentibus purgata
consistet: si christi collegium saltem habuit vnum
reum: qui velamento virtutis tendebat in vitium:
specie misericordie augebat miseriam: alijs vi
debatur intendere qui seipsum ex toto deseruerat:
existens corpore sub obedientia christi in par
ticipatione sodalium: mente vero apostata pro om
nia erat. Fit apostasia in inuisibili sensu sepe ma
iori prolapsu quam depositione cultus exterioris.
Sed apostasia nulla peior detestabiliorque quam fi
Prouer.6. dei: de qua per salomonem dicitur: Homo apo-
stata vir inutilis graditur ore peruerso/annuit
oculis/terit pede/digito loquitur/prauo corde
machinatur malum: et in omni tempore iurgia se
minat. Huic ex improuiso veniet perditio sua: et
subito conteretur: nec habebit vltra medicinam.
Hic rebus non a se factis/nec suo deductis com
mertio precium imponit: scilicet trecentorum dena
riorum tradendorum in seruitio egenorum. Et sibi
male conscius/futurorum bonorum ignarus/pre
cipitanter a se loquens/nesciens numerum vere pro
phetat: sicut et caiphas/qui consilium christi dedit
in mortem. Nam trecentenarius numerus myste
rium est et significatio trinitatis et crucis: vt in
arca noe secundum longitudinem arce trecentorum cu Gen.6.
bitorum: et in viris expeditis cum quibus gedeon Judic.7.
suos aduersarios confligauit/reportans ex eis
optatam/iustamque victoriam. Et triginta argentei
constituti sunt iude in proditione christi/valentes
triginta denarios. Triginta vero denarij trecen
torum paruulorum summam efficiunt. Sed vsus in
terdum denarium pro decem/interdum pro vna
parua moneta seu nummo vsuali accipit et con
numerat. Ac per hoc iuxta estimationem valoris
vnguenti iudas vendidit christum: cum venditum
non fuisset. Et cum ad eum de pauperibus non
spectaret/tamen loculos habebat: siue clam
destine vt que furari poterat/asportaret: aut or
dinatione domini/vt in subsidium pauperum obla
ta pecunia portaret. Prestruebat in hoc iesus
formam futuris prelatis ecclesieque future: vt sup
egenos et pauperes intenderent. Hi loculi mul
tam malignandi occasionem pluribus ministraue
runt. Presumpserunt enim multi ex hoc ita de
christo et eius collegio cornicari: vti de nouo mer
catore/aut diuite huius seculi. Sed cum hec age
rentur in cena christus causam terminandam as
sumpsit. [Sciens autem iesus ait illis: Mar.14.
Quid molesti estis huic mulieri? Bo
num opus operata est in me. Semper
enim pauperes habetis vobiscum: et cum
volueritis/poteritis illis beneface
re: me autem non semper habebitis. Quod
habuit hec fecit. Sinite eam vt in diem
sepulture mee seruet illud. Mittens
enim hec mulier vnguentum hoc in corpus meum:
ad sepeliendum me fecit. Et preuenit vngere corpus
meum in sepulturam.] Nihil eum latet etiam in hu
manis occultis/qui omnia visibilia et inuisibilia
nouit. Arguit molestos bene operanti. Nulla enim
causa subest vnde recte agens/molestiam patiatur.
Igitur dictum est: vt quid molesti estis huic muli
eri? sine causa molestia est. A vestra iniquitate pro
cedit/non ab ea: etenim ipsa bonum opus operata
est in me. Bonum ad finem bonum in fine omnium
bonorum scilicet christo: bonum ex intentione: bonum
ex re: bonum ex significatione: bonum ex exem
plo: bonum ex congruo: bonum ex iusto. Et si pau
perum occasione/seu ex prodigalitate indignatio
et molestia nata est contra mariam: etiam pauperes
semper in mundo sunt futuri/quibus poteritis
impendere agapem: me autem non semper habebitis

factū pro omnib⁹ pauperem. Quo etiā declara-
tum est christum illo tunc ꝛ in posterū corpora
li obsequio sibi velle seruiri: nō delectatus mēte
obsequio illo/ sed miseratus obsequentes: vt ex
hoc prerogaretur materia miserendi. Et si deo
eterno ab exordio ꝯditionis humane facta sunt
et exhibita corporalia ꝛ visibilia sacrificia: que
accepit in abel: reprobauit in cain: acceptauit in
noe/ in abraam ꝛ iacob: ꝛ in omni israelitico po
pulo sm datā legē exhibita/ et in iob: cur postea
ꝙ incarnat⁹ est ꝛ corporaliter nobis seruiuit/ fa-
ctus homo pro nobis: quare non ei etiā corpo-
3. Regū. 8. raliter obsequamur? Et si templū ei constructū
est cum auro ꝛ argento/ ꝛ cū rebus plurimis vti
ꝗ preciosis/ nondū caro facto: ꝙobrem sibi assu
menti corpus templa corporalia non constitu-
Actuū. 7. antur? Quāꝗ si stephanus increpās iudeos/ di-
cat: Sed nō excelsus in manufactis habitat: ta
men ad augendā firmādamꝗ ex exteriorib⁹ ob
sequijs et diuinis cultibus fidem: ad sustentān
dam deuotionē: ad honestam exercitationē cor
porum: ad honorandū deum in creaturis quas
creauit: quas ad vsum humanū contulit: ꝓpter
quas etiā derelictus est: iure sibi corporalia ob
sequia exhibentur: ꝛ manufacta magna templa
ꝛ monasteria construūtur: ꝛ circa sacramētum
corporis eius/ ꝛ in templis ꝛ in altarib⁹ tot pre
ciosa vasa/ munera ꝛ huiuscemodi vtensilia pre
parātur: siue naturalia/ siue artificialia/ siue cor
poralia/ siue quecūꝗ aliquā proprietatē insignē
seu ꝓciositatem habētia. Nemini quocūꝗ iure
vel causa melius dicantur/ ꝙ omniū conditori ꝛ
redemptori humani generis christo: non vti in
talibus delectatus seu indigus velit ꝛ capiat:
sed vt fidem hominū ex exhibitione rerum ma
gnarū per amorem/ in abdicatiōe ipsarū per cō
temptū ampli⁹ probet/ acceptet ꝛ muneret. Sed
nec pauperibus pauperes cōmutentur: vt dum
expectatur dignus/ accipiat quādoꝗ indignus
ꝛ dignus et magis indigus insubnētus prete-
reat. Hec est enī iusticia tribuēda pauperibus:
vt si adest pauper certus et notus/ accipiat: nec
ipso dimisso vacuo expectetur ignotus. Cōser-
uat autē ipsa iusticia eximia suppetente copia ꝛ
pro ignotis. Tunc iesus mulierē etiā laudat:
quia fecit quod habuit ꝛ potuit. Et ꝑdixit suaꝫ
sepulturā/ dum iussit illam permitti vt ad sepul
turam residuum reseruaret: acsi tota libra tunc
nō esset effusa. Et siue mulier hec iesu mortem
ꝛ sepulturam cognouisset esse vicinā/ siue igno-
raret: iesus tamen ministeriū vnctionis in pro-
phetiā vertit/ dicens: Mittens enī hec mulier
vnguentū hoc in corpus meū/ ad sepeliendū me
fecit. Acsi diceret: sic faciendo me moriturū et
sepeliendum predixit. Quoniā ex iudeoꝝ more
preungebant corpora humandoꝝ. Et presciēs
iesus/ ꝙ querendus erat in sepulchro ad vngen
dum/ sed nec inueniēdus: illā asserit preuenisse
sciam ꝛ ignarā mysterij: quoniā multa spiritu ꝛ
magna ꝓuidentia dei fiunt: que ab ipsis autho
ribus ignorantur quē terminētur in finem seu
significationē. Imposuit etiaꝫ iesus nomen in
hac cena doctrine sancte sue: vt euangeliū dice
retur. Et predixit vbiꝗ ꝑdicandū post spiritus-
sancti aduentū: dum cōmendat hoc vnctionis
officium magdalene/ dicēs: Amen dico vo Mat. 26.
bis vbicūꝗ predicatū fuerit euange
liuꝫ istud in vniuerso mūdo/ dicetur
et enarrabitur ꝙ hoc fecit in memo-
riā eius. Sicut iesus intelligi voluit/ hoc sic
intelligamus: ꝙ hanc vnctionē hec mulier fece
rit in memoriam eius/ scꝫ sepulture: vel eius scꝫ
mulieris vngentis. Omniū que christus gessit
ꝛ passus est ex forma seruili/ conclusio ꝛ vltimū
est sepultura. Cuncta que sequūtur/ preter igno
miniā sunt: ꝛ vt gloriosus ꝛ potenter fecit/ etiaꝫ
cū post resurrectionē comedit. Ad quā sepultu-
ram seruanduꝫ erat vngentum/ scꝫ de illa libra
iusticie duodecim articulorum: vt aliquo modo
ab anima ꝛ a carne non crederet separata diui
nitas: ꝙuis in illo tunc carnis ꝛ anime fuerit so
luta cōiunctio/ vt etiā in sepultura nil dematur
de libra: quin omnia de vnigenito dei filio/ pro
nobis humanato/ mortuo ꝛ sepulto/ recta ꝛ incō
cussa inhesitanter in iusticia fidei teneātur. Et
dū cenaretur/ cognouit ergo turba mul Joan. 12.
ta ex iudeis/ quia illic esset. Et vene-
rūt nō propter iesum tantū/ sed vt et
lazarū viderent quē suscitauit a mor
tuis. Turba hierosolymorū ꝛ regionis illius
cognouit iudeam corporali ꝓsentia recepisse ie
sum: ꝛ quodā nouo visendi animo veniunt: quia
delituerat post inferende sibi mortis cōsilium.
Quia lazarum reuocauerat a sepulchro: ꝓpter
resuscitatum a mortuis magis venerant: ꝙ pro
pter authorē vite destructoremꝗ mortis. Curi-
ositas plus ꝙ virtus in eorū animis insidebat.
Habet hoc ꝓprium humane mētis fragilitas
ꝙ peramplius nouitatibus ꝙ summis veritati
bus delectet: donec spiritusancto adiuta/ in al-
tiora capessenda se tollat. Puerile negociū est
plus delectari opere ꝙ arte: artificio ꝙ artifice.
Quod si sic erigit vsus vtilitatis: aliter suadet
ordo rationis. Potior est enī omni causato sua
verior causa: ꝛ potētia omni effectu suo prestan
tior. Que igit hec dementia turbarū? Que iner
tia intellectus? vt plus ponderis existimarēt vi
sere lazarū abductū a mortis imperio: ꝙ iesum
qui mortē subiectam incontradicte possidet: vt
inferat ꝛ auferat ꝓut vult: ꝛ adimere ꝛ conferre
vitā solus possideat potestatē.

¶ De interrogatione iesu facta disci pulis quid inter homines/ et ab eis de filio hōis diceretur: secundū mattheum/ marcū et lucam. Ca. XXXV

Nouerat iesus omniū corda. Perspi-
cuum erat ei quid de ipso apud quem-
libet crederet: ideo non vt ignarus in
terrogat: sed querit confessionem verbotenā: vt
doceat si erratur: vt laudet rectū/ ꝛ iustum dispo
nat ad premiū. Et hic potissime angebat cura:
vt fides de ipso quis ꝛ qualis esset/ quo fine age

ret et doceret in cordibus hominū infunderet.

Mat.16. Mar.8. Lu.9. Hinc venit autē iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos/ dicens: Quē dicunt hoīes esse filiū hominis? Cesarea ciuitas erat: q̄ mutato priori vocabulo in honorem cesaris sic appellata est: que sub principatu philippi prioris herodis filij constituta erat. In cuius regionem christus cū discipulis per castella et ciuitates predicās incedebat. Ubi cum varia de iesu opinio ferretur: ipse suos discipulos quid audiant/ interrogat. Et mod⁹ interrogationis posset dubiū facere: cum videt interrogare de alio potius q̄ de seipso: et de filio puri hoīs/ non de dei filio. Sed mos est scribēdi: et de ipso nō vulgabatur fama in populo sicut de dei filio: sed sicut de homine puro. Ita verū vt in virtutibus et miraculis et moribus a ceteris hominib⁹ plus haberet. Idcirco discipulos suos iuxta famam vulgatā interrogat. Secūdū vero marcū et lucā explicite de seipso quesiuit/ dicens: Quē me dicunt esse homines seu turbe? Quod marcus in via dicit interrogationē factā: lucas vero ꝙ cū esset solus orās et discipuli eius cum eo/ interrogauit: non cōtrarietatē habet: quoniā dum iret/ cessit in aliquā partē/ prout solitus erat iesus orationi operam dare: et orauit vt homo ꝓ his que agebat vt debito fine clauderent/ et ꝓ assumpto mysterio ad perficiendū. Et interrogauit oratione facta discipulos de seipso. Cui sic responsio data est. At illi dixerunt: Alij ioannē baptistam. Premortuus erat ioannes: sed quasi credebat a pluribus ꝙ resurrexisset a mortuis: sicut etiā credidit alienigena herodes/ qui eū obtruncari fecit: seu q̄ virtutes ioannis operarent in eo. Alij heliam. Insignis propheta in signis et portentis et ꝓdigijs helias extiterat: cuius memoria succedanea relatione et custodita scriptura de ipso vigebat in populo: q̄obrem plurimi crediderunt ipsum nō resuscitatū: quia nō mortuum: sed de loco ad quem raptus curru igneo extiterat/ iterum fuisse prestitum populo israeli aut spiritum eius dupliciter requieuisse in ipso iesu: sicut in ipso helizeo requieuit. Alij hieremiam. Nondum ꝓpter sanctificationē in vtero: que nec nota multis/ maxime rudibus et plebeis: sed propter vilitatem loci anathot/ in quo natus est vt christus in bethleē. Et ꝓpter rusticum sermonem: quoniā et iesus non curauit verba exarata et exacta ꝓferre: sed vtilia et vera. Et propter iuuentutē: nam et hieremias ꝓphetare puer orsus est: et propter cōminationes vt et ipse ad hierusalem/ aliqui autumabāt esse hieremiā: Aut vnum ex prophetis: scz resuscitatū ex mortuis: aut spiritum vnius eorū premortuorum habere: ob quē tali opinione ferebātur in eum. Sed auditis opinionibus varijs relatu/ quas ipse spiritu sciebat: vt astruat fidem et confundat errorem: iterū eos quid ipsi credant/ interrogat dicēs: Uos autē quem me esse dicitis? Quid sibi vltra vult harū interrogationum varietas: quē me dicūt homines/ et vos quē me dicitis? acsi discipuli eius homines non fuissent? Erant profecto homines natura sicut ceteri: sed gratia eos supra naturā effecerat/ vt aliquid insigne cognitionis ab alijs hoībus ꝑhaberēt. Conuersati enī erant cū christo: doctrina eius imbuti: que hominē supra alios homines facit. Ac per hoc perspicuū est et inhesitabile credimen: homines natura per gratiā supra naturam in hac vita posse constitui: et hominē posse per virtutē infusam et acquisitam naturalem dūtaxat hominē superare: q̄obrem vt secreti ab alijs interrogantur discipuli: vt altius intelligētes ꝓferant quid a christo in fide de ipso didicerunt. Cui respōdēs simon petrus ait: Tu es christus filius dei viui. Delatum est a coapostolis simoni: vt ipse ꝓ seipso et pro ceteris respōderet. Ipse ẜo in fide et amore feruentior/ anticipauit omnes dicens: Quid ceteri homines de te sentiat/ non mihi cure sit: quid mei cōplices in mente habeant ore fateātur: quid a te didici: quid de te infusum accepi: quare omnia dereliqui/ te solum animo corporeq̄ secutus: hoc est: quia tu es christ⁹ filius dei viui. Tu es messias ꝓmissus in lege: tu expectatus a populo sancto dei/ a populo israeli: tu quidem messias/ nō tantū homo factus seu ex hoīe propagatus homo: sed filius dei viui ꝓ hominibus factus homo. Hebraice facta fuit interrogatio: hebraiceq̄ data responsio: sed scriptura grecū habet: latinitas vnctum dicit: vt sic tota ista confessio capiatur. Tu es vnctus vt homo nō in tēporale/ sed in regnū eternū. Reges quidem semꝑ vngebant in veteri testamento. Sed tu vnctus non oleo delato in cornu/ sed oleo leticie/ oleo gratie spiritussancti. Et tu vnctus in sacerdotem et pontificem magnū/ ad offerendā hostiā viuā ꝓ oībus salutarē. Filius tu es veri viui et eterni dei/ humanitatē seu humanā naturam assumens in tēpore/ degens in terris/ carne velatus: in qua causam agis dānati hominis vel humani generis. Hec cōfessio nil superfluū nilq̄ diminutū habet: de deo non minus q̄ sit: de homine nō amplius q̄ debuerit/ prompsit. Cui confessioni omnes pariter cōsenserunt: etiā iudas: q̄uis in posterum ex seipso extiterit deprauatus. Uerū quia hec ꝯfessio non fuit humane virtutis/ non modici premij: idcirco adiectū est. Respondens autē iesus dixit ei: Beatus es simon bariona: quia caro et sanguis non reuelauit tibi/ sed pater meus qui est in celis. Beatū esse simonē spe futurorū eternorumq̄ bonorū iesus ore suo ꝓnunciat: beatitudinis causam adijciens ꝙ hāc protologiam quā ore fassus est: nō humano/ sed diuino didicerit documēto. Remouētur a protologia huiuscemodi caro et sāguis: quoniam q̄d nequius q̄ quod excogitauit caro et sanguis Et qui vere credūt/ non ex sanguinib⁹/ neq̄ ex volūtate carnis/ neq̄ ex volūtate viri/ sz ex deo

nati sunt. Et caro ꝛ sanguis regnũ dei nõ possidebunt. Introducit doctor eternꝰ/qui cũ voluerit nulla interposita mora docet: sz deus pater: qui solus verã et infallibilem de suo eterno filio cognitionẽ habet. Quis enĩ verius ab eterno genito ꝙ eterne illũ generans scientiã dabit? Igitur qui vult scire filiuz/adeat patrem: ꝛ qui patris noticiã querit/a filio capiat. Unũ relatiuoꝝ perfectius ex altero innotescit. Beatus ergo simon: qui existẽs in terris/de celis doctorem accepit: non angelũ/nõ hominẽ: sed vtiqꝫ deum patrem: cui supra filius gratias egit/dicens: Confiteor tibi pater celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibꝰ ꝛ prudẽtibus/ꝛ reuelasti ea paruulis: de quorũ numero simon erat: cui pater suum eternũ ꝛ vnigenitũ filium reuelauit. Ecce vnꝰ piscator plebeus qualem reuelationẽ accepit a deo: vt sacramentũ absconditum sibi reuelaret. Quoniã ipse est qui reuelat profunda de tenebris: ꝛ producit in lucẽ vmbrã mortis. Profundũ erat ꝛ inperscrutabile diuine incarnationis mysterium: quantũ ad factũ/ad causaz/ad modũ. Et tenebris humane ignorantie atqꝫ incomprehensibilitatis sue tegebatur. Et simoni reuelatum est. Et ipse idem erat vmbra mortis: sub qua vmbra oportebat quiescere iaz mortuos ꝛ morituros: quã deus pater in lucem nostre noticie deduxit. Et ꝑ excessum vir sapiens supra sensum hominũ ingrebat. Radix sapientie cui reuelata est. Disciplina sapientie cui reuelata est ꝛ manifestata. Multiplicationem gressus eius quis intellexit? Radix et disciplina sapiẽtie christus est filius dei: qui vnus existens in vnitate paterne substãtie/multiplex in effectibus est. Cuius per reuelationẽ paternam petrus accepit noticiã. In eadem admiratione esaias erat/inquiens: Et brachiũ domini cui reuelatũ est? Sed deus pater est/qui reuelauit mysteria prophetis suis miris modis: ꝛ petro vt suum eternũ filium in tẽpore humanatũ/in carne velatum agnosceret/oreqꝫ confiteretur ꝛ in tam alta confessione fundamẽta future ecclesie iacerẽtur. Sicqꝫ a christo factum est. Et ego dico tibi/quia tu es petrus: et super hanc petrã edificabo ecclesiam meã. Cõspiciẽtur alta mẽte fideles orthodoxe ecclesie fundamenta: videant ꝛ contemplent in quo ipsi fundati sunt. Nulla domus est/que nõ habeat sua fundamenta deorsum: sursumqꝫ tendunt parietes: desuꝑ tecta ponũtur. Et ipsa terra vbi sũt edes magne/structure alte fundate/ꝑ fundamento subiectã habet aquam: iuxta dauidicum carmẽ: Qui fundauit terrã super aquas: ꝙꝫ aqua sit leuius elementũ/terre iure nature prelatum. Sola ecclesia sua fundamẽta sursum habet. De celis est reuelatio: de celis est cõfessio: celestis est fundator/celesteqꝫ fundamentũ. Et propter celestia capessenda huiusmodi fundatio facta est. Nos homines sumꝰ/terrenũ fundamentũ habemus: quoniã ex adã terreno carnis ꝓpagatiõe traducimur. Nos vero fideles sumus/suꝑ celestia fundamur: nõ super petrũ/sed supra petram christũ vnigenitũ dei filium/ore suo ex confessione vere fidei reuelatione patris eterni depromptam. Petra autẽ erat christus. Igit ex terreno terreni: ex celesti celestes. Sicqꝫ apostolus admonet: Sicut portauimus imaginem terreni/portemus imaginẽ celestis. Et decus nostrũ quod supra naturã et humanitatem nostrã celesti splendore refulget: honestis affectibus/vita ꝛ moribus custodiamus/veneremur ꝛ teneamus. Et quoniã celeste est ecclesie fundamentũ: nemo presumat asserere quempiã quãlibet sanctitate fulgentẽ/illam sustentamento fulcire: neqꝫ illam virtute constare parietũ: qui ex veris fidelibus tanꝙ ex viuis lapidibus construuntur. Quoniã fundamentũ aliud nemo ponere potest preter id quod positum est/quod est christus iesus: cuius sola virtute ecclesia ipsa in soliditate consistit: nõ petrꝰ/non paulus/nõ alius apostolus/neqꝫ aliquis sanctus: non virgo mater/nõ baptista/non angelꝰ fundamentũ est: aut ipsam solidam stabilemqꝫ facit. Et si fundamentũ iactum est: nõ arte humana/sed potestate diuina: oportet vt ad edificandũ opus impẽdatur. Quotquot enĩ alibi ꝛ suꝑ alios quoscũqꝫ edificare nituntur/cũ edificijs pariter corruũt. Hinc apostolus ait: Si quis autẽ superedificat super fundamentũ hoc aurũ/argentũ/lapides preciosos/lignum/fenũ/stipulam: vniuscuiusqꝫ opus manifestũ erit. Dies enĩ domini declarabit: quia in igne reuelabit. Et vniuscuiusqꝫ opꝰ quale sit/ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superedificauit/mercedem accipiet. Si cuiꝰ opus arserit/detrimentũ patietur: ipse autẽ saluus erit: sic tamen quasi per ignẽ. Multa hic ad edificandũ supra celeste fundamentuz parata est occasio differendi: sed ꝗ capaces sunt assiduitate studij elaborent. Non potest inferri altissimo celo expugnans bellũ: neqꝫ ista inferiora seu ima infernalia possunt arietare fundamenta celestia. Proinde saluator adiecit: Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Soliditatẽ suam omnem in christo habet ecclesia: quo aduersus cuncta cõtraria ꝛ aduersantia secura cõsistit: contra quã porte inferi preualere non possunt. Porte quidẽ inferi sunt omnia vitia: omnes male hominũ volũtates: ex quibus hereses sunt ꝛ documẽta nequissima: ꝛ aduersitates ꝛ tribulatiões ꝛ bella: ꝛ cũcta que aduersari deo/veritati ꝛ virtutibus satagunt. Non enim inferi alias portas habẽt: nisi vitia ꝛ peccata/ꝛ malas hoiũ voluntates. Que si non preualent in deceptione/dolo/fraude: et si infernales ꝛ truces illã opprimere impugnãdo non possunt: auellere a pariete ne sit suꝑ fundamentũ vnusquisqꝫ potest: aut non venire in edificium parietuz si non venit: semꝑ soliditate ecclesie in suo fundamẽto manẽte. Uirtus quidem ecclesie: quibuscũqꝫ arietãtibus malis/quibuscũqꝫ negantibus fidem eius: seu malis moribus e regione agẽtibus: ꝛ quacũqꝫ infidelitate

Margin notes: Mat.11. — Esa.53. — Ps.103. — 1.Cor.15. — 1.Cor.3.

duritate semper simpla manet eodē modo se habens: inuincibilis ab hostibus: insuperabilis a falsitatibus: inobliquabilis ab erroribus: secura inter minas / inter pressuras fida: inter tormēta pericula / aduersitates / demonū astutias semper inuicta: et in morte suorum amplius viua.

¶ De collatiōe clauium facta petro: secūdū mattheum solū. Capitulum XXXVI

Ne frustra videretur dictū q porte inferi cōtra ecclesiam preualere nō possent: authoritatis magne collatio facta est ad eruendum ab inferis animas / ad inferendas illas in celum: et ad detrudendum eas que iuste liganf / in damnationis baratrum. Et Mat. 16. tibi dabo claues regni celorum. Et quodcūque ligaueris super terrā / erit ligatum et in celis. Et quodcūque solueris super terram / erit solutū et in celis. Clauicularius celi factus est petrus: ea virtute qua de christo vera confessus est. Et data sunt et vincula: id est catene ad ligandū compediri et ligari dignos: necnō et omnia argumēta soluendi eos qui se solutioni per veritatē dederūt. Clauium officiū est aperire seu claudere Solutionis potestas ad apertionē: ligationis vero pertinet ad clausuram. Sed cui claudūtur superna / inferiora patent. Et suscipiet baratrū quem non suscipit celum. Non tamen super eos qui adulti non sunt: neque aliquid egerunt criminis et peccati: nondum capaces virtutis et vitij claues authoritatis officium habent: sed duntaxat super eos qui actualiter in virtutibus vel vitijs extiterunt. Quoniā non adultus si decesserit non lotus aqua baptismatis / dānatur: non potestate clauium seu officio ligationis / sed cōtractione macule originalis. Et si baptizatus antequam actu iudicio rationis aliquid egerit / non celum ingreditur quia petrus eū soluit: sed merito ecclesiastice fidei / in qua imersus est aquis. Nec claues date sunt pro his qui veram innocentiā seruauerunt: sed pro his qui peccauerūt siue semper auersis seu in veritate conuersis. Quē ergo ligabit authoritas petri? Eum qui nō deliquit. Quem absoluet? Eum qui nullis peccatorū vinculis ligatus est. Quem ligabit? Liberū a peccatis. Quem soluet? Eum qui ratione incapacitatis brutus et vitij peccare nō potuit. Perspicuum est enim q contra portas inferi vt non preualeant aduersum fidē et ecclesiam / date sunt claues: et aduersus actualia mala: vt per impenitentiam condēnentur: aut per penitentiā absoluantur authores.

¶ De precepto dato discipulis a iesu / ne cui dicerent ipsum esse christū: et de opportunitate sue passionis: secundū mattheum / marcū et lucam. Capitulum. XXXVII

Quanquam christus sciret corda discipulorum et fidem antequam quereret: tamē ab eis oretena confessione suscepta in ea veritate fidei prout ipse verus christus filius dei erat / ex certo mysterio secretū iubet teneri ab eis. Tunc increpans illos / precepit et cōminatus est discipulis suis vt nemini dicerent / quia ipse esset iesus christus. Mat. 16. Mar. 8. Lu. 9. Mira iussio si is qui venerat cognosci et credi / hoc quidem agebat: et ex hoc disceptabat et protologi et quantū fas erat disputabat cum iudeis / scribis et phariseis vt Jesus christus esse dei filius crederetur: et palam fassus est mulieri samaritane q ipse verus messias erat: remittebat ad consyderationem operum suorum / que in sui patris nomine faciebat: asseruit aperte se vnum esse cum patre: nūc quidem cognitus a discipulis suis / eis ne ipsum predicent interdicit. Et increpat eos letos de cognitione atque confessione / velut auidos ad pandendū illud secretū quod patre reuelāte cognouerant. Precipit velut subditis et vt temerarijs cōminatur / ne temeritate presumāt in vetitum. Sed mirabilior est causa quam subijcit: ne hoc ab eis alicui nosci reueletur. Nō enim volebat iesus occultari: qui e vestigio q voluit nasci voluit agnosci / noue signo stelle dato vt cognosceretur. Et ad hoc apostolos et discipulos elegerat: qui eum in vniuerso mundo predicarent: Erat autem tunc proximus passioni quando ista gesta sunt: et eodē anno crucifixus est. Nolebat quidem vt fide prestita eius passio et mors impediretur: propterea causam opportunitatis sue mortis et passionis apposuit. Nam exinde cepit iesus ostēdere discipulis suis: quia oportet eū ire hierosolymā: et multa pati / et reprobari a senioribus et a summis sacerdotibus ac scribis et occidi: et post tres dies resurgere. Liquet quobrem taceri mandauerit: vt opportunitas nō sua / sed generis humani cōpleretur. Nec eum sic ista tolerare oportuit: vt aliter esse nō posset: cū sibi nulla fuerit dominata necessitas: sed quia nos vrgebat non aliter nisi taliter futura vtilitas. Sicque pfinitū erat vt nisi ipse pateretur / nobis a passionibus nulla posset esse libertas: neque approbaremur a patre / nisi pro nobis ipse reprobaretur ab hoie. Nec nobis preterquam de morte ipsius vita potuisset oriri: nec surgere in gloriā nisi prior ipse resurgeret. Sic et apostolus inquit: Christus resurrexit a mortuis primitie dormientiū. 1. Cor. 15. Et palā verbū loquebatur: videlicet de his que passurus erat: ne discipuli crederēt q improuise ab ipso sibi passio inferret. Nō enim minus solidauit apostolorū fidē q ita prescius et voluntarius cū vitare potuisset / ad passionē accessit: quam q post mortē resurrexit ab inferis. Nam vt repertū est in autenticis apostolorum historijs cū peragrando predicarēt et sisterentur corā regibus et presidibus mundi: ob obiectionē crucis et mortis factā in cōtemptū iesu ab eis: hoc ipsi potissimū obijciebant q nō ignarus / sed presci-

us: nõ improuide/sed precognite: nõ inuit⁹/sed voluntarius: nõ vt deuitare nequiens/sed potẽs nõ timens/sed audens: non pauidus/ sed securus: terrens/nõ territus: preueniens/nõ preuẽtus: ad locũ passionis accessit: proditorẽ sciuit se permisit ligari/duci/flagellari/cedi et sententiari/crucifigi: et potestatiue animã/ nõ violẽtia emisit a corpore.

De aduersatione petri ad passionẽ christi: secundum Mattheum et marcum. Capitulum XXXVIII

Elabebatur petrus in ima sua: nec ab humanitate liber erat: qui post tam altam confessionẽ et verã in foueã hesitationis incidit. Respõderat iã interroganti iesu/ꝙ ipse erat christus filius dei viui: nũc vero audiẽs passionẽ/reprobationẽ ꝛ mortem hesitauit fore/acsi nõ ipse quẽ dixerat esset: nõ confortatus in verbo quod de resurrectione post tres dies adnexit: sed ad eũ feruenti amore cõtractus/nec separationẽ patiebaꝝ ad horã. Proinde ad passionẽ christi se obicem dedit vt potuit. [Et assumẽs eũ petrus/cepit increpare illum/dicẽs: Absit a te domine: nõ tibi erit hoc] Nimietas pij amoris sepe excusat errorem: et amorẽ nimiũ prope sensum mentis innocẽtia interdũ purgat a crimine. Ecce Petrus amator ardentior in iesu/increpat ipsum ne pati velit ꝛ mori. An amor exagitabat eũ/ vt seorsum ab alijs assimeret christum: increparet dulciter ne amare pateretur? An mente suffundebatur dubio seu opprobrio / vt fili⁹ dei pateretur ꝛ moreretur vt hõ? An hesitauit: an forsan primo sibi aduersus aduersabaꝝ christo: nesciens quidem ꝙ si christus nõ moreretur/ ipse nõ saluareꝝ? Que est ista ꝑsumptio discipuli in magistrum? Que temeritas hominis in dei filiũ? Que audacia serui in dñm suũ/ vt tã assertiue dicat: absit a te dñe: nõ erit tibi hoc? Non amplius impingamus in petrũ: audiamus super eum iudiciũ saluatoris. q̃ plus diligebat petrũ ꝙ petrus diligeret semetipsum: et in oĩbus amplius diligit ꝙ diligi possit aut diligaꝝ iesus. [Qui cõuersus et vidẽs discipulos suos/ cõminat⁹ est petro/dicẽs: Uade retro post me sathanas. Scandalũ mihi es: quia non sapis que dei sunt/sed q̃ hominum sunt.] In secretum traxerat eum petrus/cõfidens et diligens: Et ꝙꝙ ex amore presumens/verebatur per oĩa suũ dominum et magistrum. Unde conuersus Jesus vidit discipulos: a quibus ex colloquio petri fuerat auersus. Et vidẽs eos cõminatur petro sub determinata pena/nisi resipiscat. Et remittit eum retro: q̃ eum increpando et consulendo precesserat. Erat ignarus itineris / si preit ductorem gnauũ: et sciolus et ignarus si velit preanticipare scientem. Jesus nouerat quid agendũ petro in sequela erat/non in ducatu: in addiscendo/nõ in cõsulẽdo. Si vero prosenchabaꝝ ne fieret dictũ iesu: alienus a vero erat. Nesciebat q̃d oraret: merito retro remittitur/vt sit in posteriori parte Jesu. Quod sathanas appellatus est/non in diabolicitatẽ traijciendũ est. Nã sathanas oĩs qui aduersatur alicui voluntati et facili actioni/dictus est. Scandaluꝫ erat christo petrus in eo quod dixerat: qꝛ offensionẽ accepit. Obstat enim consiliũ et increpatio eius paterne volũtati/eterne ꝑdestinationi/vtilitati hũani generis: charitati et vrgenti eũ/vt ꝑ salute hoĩm cito moreretur. Semꝑ enĩ amans feruẽtior offendiꝝ/si aduersũ q̃d habet actio ad dilectũ. Subinferꝝ aũt aperti⁹ causa/qua dicto petri christ⁹ offendebaꝝ: quia nõ sapis que dei sunt/sed que hominũ. Consiliuꝫ dei ab eterno erat/ vt sic in assumpta carne ipsius fili⁹ pro salute hoĩm pateretur atꝗ moreretur/et tertia die resurgeret. Nec ꝙ omipotentie sue aliquid obstat aut deperit/ q̃ oĩa ex nihilo fecit: sicꝗ illico potest reintegrare soluta. Hoĩm vero studiũ et sapiẽtia est/ corpis vitare molestias: asperũ sensũ effugere: que mũdi sunt querere: in delectationib⁹ fieri: nõ dissociari a charis: plus declinare triste ꝙ turpe: auerti potius a presentibus ꝛ trãsitorijs malis ꝙ eternis bonis inhiare futuris: aut delectare modica re ꝙ spe meliorũ illam dimittere. Ista quidẽ et similia hominũ sunt/ꝛ nõ dei. Ac ꝑ hoc vnusquisꝗ sano sensu animaduertat quoniã nõ tm̃ i actione nequã offendiꝝ christ⁹: sed cũ mente solũ humana ꝛ terrena sapim⁹/et nõ dei: Nam gloria in confusione eorũ qui terrena sapiunt. Refugit eos christus/ꝛ i suos sathanicos habet: nõ illos dũtaxat quos nouerit perperã agere: sed ꝛ quos sape humane cognouerit: ꝛ ab hũanis ad diuina/ et ab imis ad altiora mentis intelligentiã nõ attollũt. Quã igitur humane ꝛ nõ diuine sapiebat Petrus/si christũ volebat sic viuere in humanis: nonduꝫ vere contemplatus dei prouidentiã: qui ꝑ crucẽ et mortẽ ex complemẽto iusticie disposuerat prouidere hominibus in diuinis.

De sequela Christi per crucem/et perditione anime in via pro patria: secundũ Mattheũ/marcũ et lucam. Capitulum XXXIX

Eodem animo esse cognouit apostolos ceteros/quo ꝛ Petrus erat. Nõdũ erãt in altiora subuecti/vt metus passionis esset seclusus: ꝛ amor quodammodo human⁹ ad christũ esset ab altera virtute supatus. Etiã turbe que seq̃banꝝ/erudiẽde in veritate fidei erant: ne forte notarent sequelã christi/corpis seu sensualẽ delectationem habere. At vbi passionem suam opportunam esse predixerat: ꝛ velut ad hoc sathanã repressẽrat petrũ: ꝑdit sequelã post se fiendã: et moduꝫ aperit/si aliquis eũ in spiritu dei factus sequi decreuerit. [Et conuocata turba cũ discipulis suis/dixit eis: Si q̃s vult post me venire et seq: abneget ꝛ deneget semetipsũ: et tollat crucẽ suã quotidie/ꝛ sequaꝝ me.] Iterũ reincrepatur petrus/et omnes q̃ volũt preire iesũ/seu sibi humane cõfidere. Et discipulis atꝗ turbis

Marginalia: Mat. 16. Mar. 8. Lu. 9. (beside "Et assumẽs eũ petrus"); Phil. 3. (beside "Nam gloria in confusione"); Mat. 16. Mar. 8. Lu. 9. (beside "Et conuocata turba").

vna doctrina de eundo post christũ. Nõ ergo
itur post Jesum in humana sapiẽtia/que mors
est: iuxta quã Petr⁹ sathanizãs christo ad pas
sionẽ sapiebat. Proinde qui vult post eũ ire/ꝑ
priã voluntatẽ/sapientiã carnis/humanũ sape-
re omnino deponat: et non delectato sensu et
opulento incedat: sed accipiat crucem suaꝫ: nõ
semel/sed quotidie. Quoniã gladi⁹ crucis de-
cisiuus a mũdo/semꝑ euaginatus tenẽdus est:
cum omni die mundus se offerat cũ delectatio
nib⁹ suis: et caro incessanter spiritũ impugnet:
vnde semper recidere oportet importunitateꝫ
importuna offerentis: et carnem reprimere ne
spiritui nostro preualeat. Possunt arma depo
ni/cũ obtrũcatus est hostis/cũ deuictus/ cũ fu-
gatus siue subactus est: cuꝫ securitatẽ dederit:
aut cũ animo pacato quieuerit: cũ vero nõ dor
mit nisi supplantet: et semper renouat artẽ in-
ertib⁹: noua inuenit arma belli: qui et si frena-
ri/nõ captiuari: si fugari/nõ exterminari: si cõ-
fligari/nõ tamen occidi potest: igitur tollenda
quotidie crux est contra cuncta nobis aduer-
santia ad salutẽ: et satagentia demergere in in
fernũ. Nec quiescendũ per diẽ/si quotidie con-
tra nos hostiliter hostis inuigilat. Tollẽda est
ad profectũ: vt affectu/vita/ moribus/theoria/
actu sequamur christũ. Accepit ipse suam cru
cem/suo mirabili ⁊ laudabili modo: accipiam⁹
⁊ nos nostrã pro modulo nostro. Neminẽ deli-
catum/honoribus mundi fultũ/circũdatũ fa-
muloꝝ turba/pompatice incedentem/terrena
sapientia tumidũ/diuitijs floridũ sequẽtes: sed
iesum pauperẽ/humilem/cõtemptũ: deniqꝫ in-
nocenter pro nobis crucifixũ et mortuũ: qui ea
via qua ipse incesserit/statuit suos sequaces in
gloriã peruenire. Est autem crux tollenda: nõ
illud patibulũ ligneũ/nec illa lignoruꝫ strues:
nisi quis ineuitabiliter articularet aut negare
fidẽ/aut suscipere materialẽ crucẽ: sed tota vi-
ta hominis in vita christi disciplinata/⁊ a mun
do vilitate ⁊ penalitate acta: et aĩo gaudere/cũ
ab extra molestijs agitamur. Uerum quia euã
geliũ omnes includit ⁊ recipit ad se venire vo-
lentes: crux omnibus tollenda cõmuniter ⁊ in
excusate possibilis/est omnis affectio/ intelligẽ
tia/vita/mos et actio: quibus euangelium non
contradicit: sed attestatur et assentit/et probat
⁊ recipit. Liquẽtius autẽ quid sit ipsa crux que
tolli iubetur/ verba saluatoris subiecta decla-
rant: ⌊Qui enim voluerit animã suã
saluã facere/ perdet eã. Qui aũt ꝑdiderit eã
ꝑpter me ⁊ euangeliũ/saluã faciet eam.⌉ Ecce
crucis morale mysteriũ/ aĩam in hoc vt in alio
salua fiat perdere. Et pollicitatio cõditionalis
apposita est in tollẽdo crucẽ: qm̃ qui ꝑdit aĩam
suam/ qui renũciat cõcupiscentijs huius mũdi
nõ alia intentione vel causa: sed ꝑpter iesum ⁊
ꝑpter euangeliũ eius in fide receptũ/ꝑpter cre
dibilia necessarioqꝫ credẽda q̃ docet/et propter
vitãda que ꝑhibet/ et propter agẽda q̃ iubet/ ⁊
propter speranda que sub pollicitatione conti-
net: ita tamen vt hec credita sint/ in actionẽ ab
vtroqꝫ homine deducant: credentis anima sal-
ua erit hec agentis. Et quia horrendũ est ratio-
ni et sensui penas eternas incidere: ipsarũ aui-
da deuitatione accipere crucẽ coartat/ que ab-
dicatio est mundi. ⌊Quid enim prodest
homini si vniuersum seu totũ mundũ lucraret:
anime vero sue detrimentum patiat/et seipsum
perdat? Aut quã cõmutationẽ dabit homo pro
anima sua?⌉ Quid aliud inuenire homies sata-
gũt: quod aliud documẽtũ inq̃rũt: quorũ exẽpla
venant ad mundi contemptũ: ad despectũ tem
poraliũ et ꝑfunctoriarũ rerũ/ad subeundũ ago-
nes quoscunqꝫ ꝑpositos: q̃ hanc sententiã sal
uatoris? Quid cunctantur/ quid hesitant de pe
nis eternis: cũ animarũ audiunt detrimentum
pro vniuerso mũdo nõ esse ferendũ? Qm̃ si tpa-
le dũtaxat esset aĩe detrimẽtũ: nõ immerito pos
set ex electione queri et acquiri/desyderari ⁊ ob
tineri totius mundi etiã ad tempus quieta pos-
sessio/et singularẽ in illo vendicare dñatum. Et
si credit euangeliũ: et q̃ iesus ista docuerit/ q̃ ve
ritas infallibilis est et verbum dei patris: quid
prodest homini totius mũdi possessio: quid ꝑso
nalis prosperitas: quid quintupertita sensuum
delectatio corꝑalis: quid vxor et filij ad votum:
quid nobilitas generis: quid antiqua ꝓsapia:
quid super ceteros dñatus: quid assistentia pro-
cerum: quid obedientia populi: quid pompa fa-
mulorũ/esibiliũ et vtensiliũ: et si qua tanta con-
flarent in vnum/possentqꝫ ꝑuenire ad vnũ pro
velle suo: in tp̃e suo possent vtilitatis afferre: si
tandẽ seꝑatione facta vtriusqꝫ substantie detri-
mentũ/eterne diuisionis a deo/inclusionis cũ
tetris aĩa pateret: imo in vtraqꝫ substantia to-
tus homo perdat in eternũ? Nulla quidẽ est di-
gna cõpensatio in cautela mali ex abdicatio-
ne corruptibiliũ/ in actiõe bonorũ: vt in eternũ
aĩa salua fiat. Tollat igit iussa crux/que mundo
hotem ⁊ homini mundum crucifigit: qm̃ nulla
cõmutatio rerũ visibiliũ pro aĩa dari põt / equo
libramine valens. Uerũ quia sepe contingit q̃
huiuscemodi et taliter crucem tollere sequiqꝫ ie
sum erubescentia quedam humana prohibeat:
ob quam plurimi non accipiunt: multi vero ac
ceptam deponunt: idcirco contra hoc terribi-
lem cõminationem adiecit/dicẽs: Nam ⌊qui Lu.9.
me erubuerit et sermones meos in genera-
tione ista adultera et peccatrice: hunc filius ho
minis erubescet cum venerit in maiestate sua et
patris ⁊ sanctorum angelorum.⌉ Jn dubiũ nõ
vertatur quin erubescẽs christũ cõfiteri / eiusqꝫ
audire atqꝫ in moribus seruare sermones: inter
istam generationem iudeoruꝫ: que adultera est
in fide et in lege: et mechata in aliquibus/in la-
pide et in ligno: vt alie gentes que ignorant de-
um: et varijs maculata peccatis/ et profluxa in
omni genere vitiorum: sed accõmodata ⁊ dila-
tata sentẽtia: si quis in quacũqꝫ generatione ho
minũ copulata mũdo perperã agẽte / arguente
aliorũ virtutem/erubuerit christum confiteri et

seq̃: et doctrinã ei⁹ credere ⁊ tenere: cũ cũ indi-
catur⁹ aduenerit i altitudie ⁊ manifestatiõe sue
maiestatis/i vnitate paterne substantie/fultus
agminib⁹ angelorꝫ atqꝫ sanctorꝫ/ se erubescentẽ
inueniet. Erubescet quidẽ christ⁹ erubescentẽ
se: nõ i passiõe animi suffuso vultu/sed dedigna
tione: qꝛ dedignabi ̃ illũ q̃ erubuit. Utiqꝫ ma
gna cõfusio/cuꝫ reprobatio huiuscemodi hois
erit cũctis angelis et hoibus manifesta: qm̃ in
hac vita fama vel infamia/vera vel falsa/iusta
vel iniusta nõ põt multũ lõge lateqꝫ diffundi.
Neminẽ vero angelorũ seu demonũ/hoim sal
uatorũ siue damnatorũ illa futura latebit/ex q̃-
Mat.16. cũqꝫ sorte puenerit. Et erit hoc obnixe. ⌊Fili
us eni hominis ventur⁹ est in gloria pa
tris seu cũ angelis suis: et tũc reddet vnicuiqꝫ
ẜm opa eius.⌉ Nihilominus forsan fuisset cõmi
natio facta erubescentie propter erubescentiã
contra eos qui generationi peccatrici et adul
tere adhesissent: aut veriti fuissent hoiem plus
q̃ christũ: necnõ ⁊ despectui habitus erubescẽ
tie cũ tempore modus: nisi adiecisset omnino ad
examen/ad disceptationẽ/ ad vltimã sententiã
pferendã: a qua tergiuersatio nulla erit: a qua
iudex appellationis manebit irrequisitus ipsi
us sui aduentũ. Quãobrem ad confirmandum
sententiã/ad terrendũ rebelles/ ad reuocandũ
cõtumaces/ad animãdũ homines ad agones
dicit: q̃ filius hominis quẽ hõ infidus aut ma
lefidus/vt filiũ hominis erubuit corã hoibus:
quia sic cõceptus/sic natus/sic fugat⁹/sic con
uersatus/sic tentus/sic passus/ sic mortuus et se
pultus est: veniet in iam contẽpta/ sed nõ con
temptibili forma tunc: quoniaꝫ in eo q̃ fili⁹ dei
apparebit in gloria patris: et cũ illis ⁊ cũ plu
ribus angelis: quorũ duodecim legiones i sua
captura contẽpserat habere: operibusqꝫ diligẽ
ter examinatis ⁊ discussis affectib⁹/reddet vni
cuiqꝫ ẜm opera sua/bona vel mala/ magna vel
parua: trutinaturus quidẽ opera ex affectibus
nõ ex operibus affectus appendens. Et vt om
nino petri stabiliret confessio: et paterna reue
latio vera esset. fundatio ecclesie crederet/ aut
nõ dubitaretur habere solidũ fundamentũ: et
autoritas data ligãdi atqꝫ soluẽdi remascella
ret: ⁊ petri increpatio ostenderet fuisse iportu
na: ⁊ vera retũsio christi/opportunaqꝫ iussio de
cruce tollẽda: ⁊ q̃ nemo erubescat ob aliquam
causam christũ ex animi veritate publice vita/
moribus/sermonib⁹ cõfiteri: anteq̃ discipulo-
rum suorũ aliqui morerent: gloriam resurrecti
onis ⁊ eternitatẽ suam ostensurũ se repromisit
dicens: ⌊Amẽ dico vobis: sunt quidã de
hic stantib⁹ qui nõ gustabunt mortẽ/ donec vi
deant filiũ hois venientẽ in regno suo.⌉ Ideo
saluator hoc pollicit⁹ est: quod ꝯ post dies octo
pfecit cũ trãsfigurat⁹ est: ⁊ paterna vox audita
est: vt supradicta suis sentẽtijs firmarẽtur. De
tribus solis discipulis: scilicet petro/iacobo et
ioanne dicebat: quos secũ assumpturus erat in
monte: q̃ morituri nõ essent/anteq̃ viderẽt Je-
sum dilatarat filiũ hominis reputatuꝫ/venientẽ
in regno suo: videlicet ostendentẽ in se resurre
ctionis gloriã: cũ voce paterna delata de celo/
q̃ esset eternus dei patris filius: vt ꝯfessus fue-
rat simon petr⁹: cui⁹ increpatio cassabat: qꝛ im
mortalis est deus: ⁊ crux tollẽda scandalũ non
deberet inferre: neqꝫ aliquis in confitendo Je
sum erubescẽtiã pati: declaratũ est ex gloria /ex
voce paterna: q̃uis hoiem ex assumpto/esse dei
filiũ ex eterno. Uenit ergo in regno suo ⁊ in vir
tute sua se pandens quod erat: cũ post octo di-
es transfiguratus ẽ / ostendẽs assumptũ quãta
excellentia sublimatũ erat.

¶ De iterata predictione sue passionis: secundum mattheũ/marcũ et lucam. Capitulum. XL

Post trãsfigurationẽ/post eiectionẽ de
monis a lunatico/ ne discipuli ex subi
tatione terreant iterũ de sua passione
preloquit. ⌊Et inde profecti ̃ terg rediebant
galileã/nec volebat quenq̃ scire.⌉ Sepe ob dis Mat.17.
pẽsationẽ ⁊ prerogandã in actionib⁹ delitescẽs Mar.9.
formã parauit iesus. ⌊Cõuersantibus aũt Lu.9.
eis in galilea / oibusqꝫ mirãtibus in oibus que
faciebat/dixit ad discipulos suos: Ponite vos
in cordib⁹ vestris sermones istos. Filius enim
hois futurũ est/vt tradat in manus hominũ/ ⁊
occident eum: et occisus tertia die resurget.⌉
Predicit passionẽ in galilea: qꝛ de primo ascen
surus in hierusalẽ. Et cũ cetera verba clareant
hoc solũ solerter intuendum est: id q̃ sermones
in cordibus ꝓprijs ponerẽt auditores discipu-
li: vt tenerẽt ita memoriter nulli obliuioni tra-
dendos: ne tpe dum fierent/hesitatio deduceret
in errorem: metus in fugã: modica fides in du-
bium exitiale. Quanq̃ omnia que christus ges-
sit ⁊ docuit in carne pro nobis/semp sint in cor-
dibus prefigenda: passio tamẽ infigenda ꝑcor-
dius: ex qua nostre salutis preciũ est solutuꝫ: in
qua liquido apparuit quãta dilectione apud eũ
valeamus. Necnon et Jesus recto agendi do-
cendiqꝫ ordine sepe fecit q̃ letis tristia/tristibus
leta/alta prouidentia sue dispensationis immi-
scuit. ⌊At illi ignorabant verbum istud: et
erat velatũ ante eos/vt nõ sentirẽt illud.⌉ Mi-
rum q̃ ignorabant/cum ⁊ iam priusq̃ transfigu
raretur se passurũ predixisset. Atqui animũ nõ
figebãt in verbo/velut abhorrentes vt intellige
re conarent. Et obiectũ erat ab eis ex tempore
ex facto/ex modo/ex causa: ita vt nõ sentirent in
quibus christus agonibus agebat: vt vel ne pa
teretur seu nescirent quid ad ista responderent.
Et timebant interrogare eũ de hoc verbo: me-
mores q̃ aspere petrum eum increpantẽ repres
serat/et resculpserat spiritũ presumptionis ei⁹:
necnon et veriti de tam secreto mysterio inter-
rogare illum: sed seipsos ad miserorum refugi
um contulerunt: quoniam et cõtristati sunt ve-
hementer. Et si non amplius pro dño aut quo-
cũqꝫ charo dari põt ex consilio vel ex ope mut⁹
pro illo impendendũ nõ deest tristicie ac dolo-

ris. Huiuscemodi gen⁹ muneris omnis hō habet: diues et paup, prosper ⁊ miser: posse tristari ꝑ proximo/etiam et ꝑ seipso: cū sibi ad suas remouendas molestias alia cuncta desunt.

¶ Quod iesus omni iure et causa liber existēs/tamē regib⁹ mūdi didrachma solui iussit ad scādalū deuitādū: secūdū mattheū solū. Ca. XLI

SEcretū sed nō abs te hō mysteriū est: ꝙ Jesus qui omnes venerat liberare: cū esset omniū liber: soluendo didrachma regib⁹ seculi/ seipsum humiliter subditum fecit. Et propemodū eque censendū: ꝙ tributum soluit/et ꝙ stetit ante presidē. Scriptū (Mat. 17.) est: [Et venerunt capharnaū. Et cū venisset capharnaū: accesserunt qui didrachma accipiebant ad petrū: Et dixerūt ei: Magister vester nō soluit didrachma. Et ait: Etiam.] Erant ibi in capharnaū censores reipublice/a senatu et cesare constituti: q̄ statutū censū in pondere seu insignito numero exigebant: et erat didrachma duplex: scilicet pondus siue moneta. Qui videntes Jesum sic libere atq̄ independenter incedēre: cū nullius caput liberū decreto senat⁹ ⁊ cesaris esse deberet a censu: ꝑpter famā vero q̄ ferebaꝶ de iesu/ ꝙ potens in miraculis et in sermonib⁹ foret: maxime in Capharnaū: vbi multa iam signa fecerat: nō sunt ei ausi violentiā inferre in ꝑsona: eo tēperamento iuris romani/ꝙ ꝑ aliquo debito nemo in persona tangereꝶ/ si aliquid erat in rebus: neq̄ cogeretur ad censū/ si notoria erat inopia. Verūtamen adierunt ad Petrum depresse querulantes ꝙ iesus eorū magister ad fiscū reipublice didrachma nō daret. Sicq̄ petrus fassus. Et hesitauit petrus in verbo: iā paratus habita cū moditate interrogare iesum. Et cum intrasset domum/ preuenit eum Jesus dicens: Quid tibi videtur simon? Reges terre a quibus accipiunt tributū vel censū? a filijs suis/an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi iesus: Ergo liberi sūt filij.] Hec sententia veritatis ex his verbis sumenda est. De⁹ pater rex ⁊ dn̄s est vniuersi: summo iure vnicū filiū habet in ea libertate constitutū qua pater. Igitur si filij regū mūdi liberi sunt a censu exactionū fiscaliū impositarū decreto paternorū regū: multo magis dei fili⁹ liber erit/etiā cū cōplicib⁹ et sodalib⁹ suis. Naz et regū filij quos elegerunt socios sepe fecerūt exemptos: vt etiā discipuli sodales eterni regis filij eximanꝶ a censu. [Ut aūt nō scādalizem⁹ eos: vade ad mare et mitte hamū et eū piscē qui prim⁹ ascēderit tolle: et aperto ore eius inuenies staterē: illū sumes/et da eis pro me et te.] In magnā consyderationē immittūtur huius rei geste lectores/etiā ⁊ audi.tores: ꝙ subiiciēdo causā ne inferret scandalū/iussit dari tributū: cū ipse esset rex regū et dn̄s dominātiū: et penes ipsum sint oīa iura regnorū. Et pāmo magnū arcanū offertur ad cōtemplandū: qm̄ omne mysteriū nostre redēp.tionis cōprehēsum est. Mare est p̄s.ns seculū/ex omniuerso flātib⁹ ventis vndosū magnū ⁊ spaciosū: vbi tot sunt reptilia/quorū nō est numer⁹: vbi sūt aīalia pusilla cū magnis: vbi sunt naues negociationū onerarie et rostrate: vbi sunt in ꝑturbationibus/et nutabunda sibi et cassabunda. Piscis ipse christus inter vndas ⁊ ꝓcellas huius maris eiectus et concussus. Hamus quo captus est amor est. Sic em̄ capiꝶ ⁊ tenetur. Stater inuentus preciū sanguinis domini est: qui ore suo promissus fuit effundi/cū ait: Hic san- (Mat. 26.) guis meus qui pro vobis et ꝑ multis effundetur in remissionē peccatorū. Daturq̄ sanguinis preciū ꝑ christo ex paterna obediētia/qua missus erat effūdere: et ꝑ petro: scilicet ꝑ omī congregatione fideliū/ in redēptionē a penis/ in remissionē peccatorū/in adeptionem glorie: Quod petrus piscatur hunc piscē hamo/ staterem repperit ⁊ soluit: fides est que ꝑ dilectionē operaꝶ. Id vero plus angit ꝙ regibus mundi datū est tributū. Sed in hoc benignitas christi lucidius pollet: cū et reges seculi non secernanꝶ a precio sanguinis christi: si cōmertio fidei ad ipsius participationē accesserint. Nec nō ⁊ astruit viuendi sub principibus mūdi formā: vt a quibuscūq̄ mortalibus/ tutorib⁹ reipublice deferaꝶ/ministrisq̄ iusticie: nec pro priuata substāna conseruanda offensio in republica inferaꝶ. Plus em̄ ⁊ vtilius ꝑ oēm modū est bonū publicū q̄ priuatū. Et cū conatus fuerim q̄s potuit historias ab exordio mūdi gestarū rerum ꝑlegere: nullā occasionē seu causaz destructionis ciuitatū magnarū atq̄ paruarū/regnorū et regionū maiorē repperi: q̄ cū priuatū publico antepositū est. Mirū aūt ꝙ phariseos ⁊ iudeos scādalizari ꝑmisit/cū supra dixit: sinite illos: ce- (Mat. 15.) ci sunt duces cecorū: nunc quidē gētiles exactores pro republica scandalizare vereꝶ. Sunt em̄ scādala et offensiones assumpte a ꝑximis: quibus absq̄ veritatis/iusticie/honeste vite/virtutis derogatione atq̄ iniuria obuiari nō potest: q̄ vt nō eueniāt nec obstandū. Sunt aūt quib⁹ facile sine delicto ⁊ culpa ne ꝑueniant obuiaꝶ: et his modeste obex opponēdus est. Et si nihil aliud sic fieri suaderet: forma prestituta sufficit saluatoris. Sunt et qui ex malicia/ ex elatione/ atq̄ inuidia/ex furore/ira/dolo/ cōtētione/ꝑuicacia: ex iactātia/ex ambitione/in oībus apparere querētes: tergiuersantes a veritate: horrētes ab illa conuinci: virtutis inimici/ filij prauitatis scandalizanꝶ. Talis em̄ erat pessimitas iudeorū: quorū scandalū modicū cure si veniat: dum e regione virtutibus et bonis actibus insistatur. Sunt ⁊ qui ꝑ ignorantiā nō intelligētes rei veritatē/scandalū sumūt: quib⁹ ne ꝑueniat insistēdū. Stater quidē inuentus in ore piscis/nūmus erat tribus solidis constās. Que inuētio est inter christi miracula deputāda in prenoscentia christi; ⁊ ꝙ piscis staterē nō reprobatū habuit:

vnde in pisce adinuenit: vbi piscis inuenit: quō solū in ore inuentus est: ⁊ piscis de inferioribus aque ascēdit/et sic adhamatus est.

¶ De inquisitiōe discipulorū facta iesu/ quis eorū esset maior in regno celorū: secundū Mattheū/ marcū et Lucam. Capitulū XLII.

Nondū discipuli gradū pfectiōis ascēderāt: hūanis infirmitatib⁹ angebantur: titillabant in aio aculeis inuidie: maioritatēq₃ appetebāt: respuebant minorari ab inuicē: eos curiositas agitabat velle id scire quod erat impertinens ad virtutē. De virtutib⁹ otendēdū esset/ si qs posset aliū anticipare/ aut ppriā in ill' phabere a ceteris. Nulla de pmijs inter veros dei cultores deberet esse cōtentio. Agonistar est opa exhibere virtutū: et qntū in ill' pficiant vel deficiāt/ aio moribusq₃ inqrere: Solius dei est eque trutinare de meritis. Hinc ergo aduertendū qd animos discipulor vexauerit.

Mat.18. Mar.9. Lu.9. Intrauit aūt cogitatio in eos/ qs eorum esset maior. Siquidē inter se in via disputauerāt/ qs esset illorū maior. At iesus vidēs cogitationes eorū/ interrogabat eos: Quid in via tractabatis? At illi tacebāt. Et residēs vocauit duodecim. Et in illa hora accesserūt discipuli ad iesum dicētes: Quisputas maior est in regno celorū?] Hec cogitatio suppositā occasionē habuit. Memores erāt discipuli q petrus appellatus erat cephas: q in cōfessione btificatus: q supra illū fundabat eccl'ia: q clauiū largiendar pollicitationē acceperat: q audacius loquebat ad iesum: q ipse cū iacobo et ioanne steterat in resuscitatione puelle: q hi tres soli assumpti fuerāt ad trāsfigurationē videndā. Ex quib⁹ hesitātes cogitauerūt si apud christū esset acceptio psonarū: si quē illorū fecisset in autoritate seu in bonis potiundis esse maiorem. Que cogitatio vsq₃ ad verbū disputationis egressa est: nec hoc iesum latuit q omīa nouit. Et interrogauit eos vt ore pprio faterent qd in via cogitādo/ disputando tractauerāt. At illi velut erubescētes de huiuscemodi mentis infirmitate tacuerūt. Sed ipse residens in domo quā intrauerāt/ in qua de tributo reddēdo preceptū datū est petro/ vocauit eos. At illi vidētes q tergiuersari non poterāt: in illa hora accesserūt ad eum interrogātes de quo cogitauerāt/ ⁊ inuicē habuerāt disputādo sermonē. Ipsa impfectio primitiuorū cum christo iesu fundatore oīum bonorū est argutio ad profectum nostrū: q nō satagimus in superno regno/ sed in terreno/ quantū facultas aderat/ haberi maiores. Preposterizat iusticie ordinem qui premiū anteq̄ mereat/ et priusq̄ laboret/ mercedem et stipendiū querit anteq̄ militat. Semp quidem virtus ex animo/ actio ex opere preferende sunt premijs: quoniā fm decretū diuine iusticie/ posteriores sunt glorie virtutibus. Et regni maioritas nisi precesserit humilitas pegrine minoritas nō succedit. Proinde Jesus a se prouidus/ ⁊ ab ipsis discipulis requisitus: comprimēs disputationē pronsiciat veritatē: et exemplificat in eo qui solam naturam sapit. Et aduocat Jesus paruulū: et statuit eū in medio eorū secus se. Quem cū complexus esset/ ait illis: Amen dico vobis/ nisi conuersi fueritis/ et efficiamini sicut paruuli/ nō intrabitis in regnū celorū. Quicunq₃ eñ humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorum. Si quis vult primus esse/ erit omniū nouissimus/ et omniū minister.] Cum de regni maioritate quereretur: primo ianua constructa et ostensa est: scilicet paruulitas innocentie: qua nec sibi quisq₃ nec alij nociū inferet: et ea consistentia que fm naturā est. Est eñ natura quoddā bonum creatū: sed humana disposita posse ex studio meliora nancisci: ergo bona natura paruuli: sed eo magis quo pōt per disciplinā et studium in meliora sustolli: et puritas mentis ⁊ operis/ vt sit vita imaculata: et illa humilitas qua semper itur in ima et abiecta/ et oīs extollentia ignorat. Igitur facta est humilitas ancilla ostiaria regni dei: nō q̄ ad subuersionē interrogauit petrū: sed q̄ vere credentē si astiterit/ in regnū celorū introuehit. Proinde si quis primatū apperit: humiliādo/ ministrādo alijs ex amore in veritate subiaceat: ⁊ satagat paruulū fieri secundū apl'm. Nolite pueri effici sensib⁹: s₃ malicia paruuli. 1. Co.14. Ad quos quāto amore christus cōtrahit/ ipsius humane cōplexus paruuli quē in medio statuit monstrat. Exterior actus sepe pdit quid occulti amoris siue odij in mente resideat. Complectit paruulū brachijs christus et blanditur: qm̄ ipse paruulus datus est nobis. Et cū deus esset/ natus est filius hominis: vt et nos in eandē imaginē transformemur. Simplices paruuli et a versutia liberi: et cum simplicibus sermocinatio eius. Conuertātur igitur ad paruulitatē que ex virtute atq₃ carentia iniquitatis est: non ad illam que ex tpe modicaq₃ corporis mole: quoniā aliunde ad eternū regnum non patet ingressus. Et si peregrinantē ecclesiam regnum celorum accipere nitimur: in eandem causā verba referunt: quoniā qui humilior et innocentior ⁊ ministrādo in charitate feruentior/ ille maior. Et vt expressius ad paruulitatem huiuscemodi cōuersio fiat: peramplius illā effert. Et qui susceperit vnū paruulū talem in nomine meo/ me suscipit. Et quicunq₃ me suscipit: nō me suscipit/ sed eum qui me misit.] Perspicuum est de quo paruulo intendat: quia non tpis/ sed virtutis: nō corporis/ sed moris. Alias beate forent matres et nutrices: que pro libito voluntatis paruulos quos nutriunt complectuntur. Se autem dicit in paruulis recipi quos requirit: verum non se solum/ sed et mittentem patrem: vt non quidem in hoc virtus et beatitudo quia homo visus suscipitur: sed quia deus in homine creditur/ adoratur et colitur. Et vt maioritatem constituat/ dicit: [Nam qui minor est inter vos/ hic

maior ē. Forsan de seipso hāc sniaȝ ꝓtulit: ꝙ ipse minor erat ex humilitate qua ministrare venerat/ nō ministrari: ⁊ ipse maior ex eo exaltat⁹ vñ humiliatus. Necnō ⁊ ex merito sentētia vera est: ꝙ q̄ voluntate minor est sibi: ⁊ inter ceteros ex vera humilitate se despiciens viluit: magnitudinē nāciscit eo altiorē quo ꝓfundior fuit humilitas. Nam ⁊ aque ꝓprietatē conspicimus: que quanto natura sua in profundum descenderit/ tanto ascendit angustata per artem.

¶ De questione quā interiecit ioannes de faciente miracula in nomine Jesu/ et nō sequente iesum: secundū Marcū et lucam. Capitulū XLIII

Antequ terminaret id quod de maioritate regni tractabat/ ioannes aliā questionē a christo declarandam iniecit.

Mar. 9. Lu. 9. Respondēs autē ioannes dixit: Preceptor/ vidimus quendā in nomine tuo eijcientem demonia et ꝓhibuimus eū: q2 nō sequit te nobiscū. Et ait ad illum iesus: Noli prohibere eū. Non eñ est qui faciat virtutē in noīe meo: ⁊ possit cito male loqui de me]. Erat quidē a doctrina ⁊ discipulatu ⁊ sequela christi alien⁹: sciebat tamē et viderat que ⁊ qualia signa faciebat iesus: quē sequi nolebat: nisus potius habere sequelā/ cui virtus neqȝ sapientia suppetebāt: qm̄ vera virtus et sapientia preter christū/ neqȝ nisi ab ipso non sunt. In suis deficiebat/ arrogabat aliena: nō ex omni/ sed ex parte: audiebat christum propter miracula esse in magna fama: cui⁹ auidus potius ꝙ virtutis/ nomen non virtutem christi falso ad vsum sue peruersitatis accepit. In cuius inuocatione ab obsessis etiam demonia depellebat. Quod ⁊ apostolos latere nō potuit: qui prohibuerūt eū vt in noīe iesu miracula non faceret: quem nec pro doctrina/ neqȝ pro vita/ neqȝ pro bonis morib⁹ cū alijs sequebat. Hoc fecisse debitū virtutis fuit: remoto inuidie zelo/ illū arguere qui sub alio noīe aliquid sibi in munere aut in fama vendicabat. Irreprehēsibilis erat/ quia noīe vtebat virtutis: eo tamen damnabilis quo non sequebat ipsam virtutem in qua talia signa in alijs faciebat: non suo/ sed credentiū merito. Attamen nō derogatur iesu: potius virtus eius nominis inclarescit: si etiam in reprobis/ in hereticis/ in non eū sequētibus potestatiue miracula operat. Necnō ex hoc liquidū est multos fecisse miracula in virtute nominis almi/ erigente fide aliorū simplicium: q̄ nō recte viuentes miserabiliter sunt puniti. Joannes post factū cōsultat si bene per eū gesta res est: scire cupiēs in posterum quid agendū. Unde respondet Jesu ioannes non vocatus: nec singillatim sibi aliquid dicebatur: sed inter verba q̄ de maioritate ferebant/ ꝓposuit aliā questionē iesu: preceptorē vocās in verbo: cui etiā ex animo et opere subditus erat/ paratus subiacere decreto. Cui vt scriptū est/ tale dedit responsum: vt nō prohiberet in nomine suo miracula facere: quis eū animo et moribus nō sequebat: rationē huius respōsionis annectens: qm̄ ille qui aliquā virtutē/ siue aliquid mai⁹ operat in noīe alterius: nō pōt absqȝ denotatione sui aduersus illū loqui/ in cui⁹ virtute talia operat⁹ est. Et plus adiecit: Qui eni nō est aduersus nos/ pro nobis est. Contrariū alibi apparere videt/ cū dictū sit: Qui non est mecū/ aduersus me ē. Luce. 11. Nūc vero q̄ nō ē aduersus/ vt ꝓpicius sit habend⁹. Nemo cūctet: vtraqȝ sentētia vera est: nec est cōtrarietas inter eas. Qm̄ ibi dicit de diabolo/ siue de eo qui nullo federe/ nulla inuocatiōe se tenet ad christū: hic vero de eo/ qui si fide non credit/ affectu non diligit/ moribus nō sectat: saltem inuocat nomē eius/ cui⁹ laus ⁊ fides increscit in cordibus auditorū. Et virt⁹ valentior ostendit/ que ꝑ emulū agit. Sic apl's ad Philippēses ait de Phil. 1. diuersitate illorū qui christū predicabant: dum ipse staret in carcere. Quidā per inuidiā ⁊ contentionē: quidā aūt et per bonā voluntatē christum predicāt. Quidā vero ex charitate: scientes hoc qm̄ in defensione euangelij positus sum. Quidā ex contentione christū annūciāt nō syncere: existimantes pressurā se suscitare vinculis meis. Quid enim dum omnimode/ siue per occasionem/ siue ꝑ veritatē christus annūciet? In hoc gaudeo/ sed etiā ⁊ gaudebo. Itaqȝ christus non estimat contrarium eum qui inuocat nomē eius: cum ex fide audientium ad inuocationem sequatur effectus. Non ergo prohibendus ille qui inuocat christi nomen: si euenit id ad quod inuocatum est: etiā si non sequitur christū: quia fides augetur. Ipse sibi male cōscius/ christi cōsyderans benignitatem/ nominis virtutē cuius inuocatione vtitur et efficit: forsan regrediens ad seipsum/ cōpunctus corde sequet ⁊ christum: aut pertinax supplicium iuste luet/ contemnens christi largitatem: qui etiā inimicis miracula fieri in sua virtute permisit. Tenendum etiam ex hoc baptizatum in nomine christi a quocunqȝ aduersario christi/ heretico siue infideli/ nō est vlterius abluendū: sed tm̄ instruendū si defecerit a sequela nominis/ in quo iam baptizatus. Nec obstat dictis et veritati forma variata verborū/ videlicet: ego te baptizo in nomine christi: dum perfecte credat trinitas: seu ego te baptizo in nomie sancte ⁊ indiuidue trinitatis: aut in nomine patris et filij ⁊ spiritussancti: dū christi veritas firma credulitate teneatur.

¶ De correctione fraterna et autoritate ecclesiastica et cōsensiōe mutua: et quotiens indulgentia sit prestāda: secundū lucā et mattheū. Ca. XLIIII

Si non fuisset preuaricatio/ neqȝ lex scripta que propter preuaricationes imposita est. Si non esset labilitas/ neqȝ prohibitio. Frustra prohibetur quod fieri nequit. Ipsa impossibilitas prohibitum fert. Si non esset lapsus/ neqȝ reuocatio: casso conatu fertur erigere qui non cecidit. Si a malo desperaretur auersio/ non haberet locum correctio. Igit ad

eos ꝑ christi legē iubet fieri/ꝗ neutrū extremuʒ
habet: vt spūs ɔfirmati nō sūt/ꝗn possint delin
quere atq̄ peccare: neq̄ in eternū multant/quin
reuocari nō possint. Medij ꝗdē nō mediatores
sunt inter vtrāq̄ ptē: ꝗ peccare possunt ꝛ reuo-
cari ꝛ corrigi. Et ꝑpter hos ꝗ sic in hac vita de
gūt/a christo fraterna correctio posita est: ne fi-
ant in sorte incorrigibiliū: nec in illoꝝ aggregē
tur collegio/vbi nulla est correctio opportuna:
qꝛ ibi esse nō pōt delictū siue peccatū. Quāobrē
Mat.18. Lu.17 saluator ait: Attendite vobis: Si pecca
uerit frater tuus in te/vade icrepa il-
lū: et corripe eū inter te et ipsum solū.
Premittit in correctiōe cautelā ꝛ solertiam indi
cit: ne ꝗd pter ordinē ꝑ icircūspectionē fiat. Et
ꝓinspicere oportet/si delictū aut pctm̄ aut quō
libet erratū ab aliquo est. Tūc si frater peccasse
ꝯuictus est in sciētia fratris alteri⁹: aut fratri in
iuriā intulisse publice vel occulte: accedat priua
ta correctio/ne ꝑ publicā ꝓnotaret corrigēdus
si delinꝗt aut peccauit occultus tibi soli notus: et
si publice ꝙ tergiuersari nō posset/moleste fer-
ret in argutiōe supiorē habere. Semꝑ ꝗdē ꝓmi-
nentiā quandā ille ꝓtēdit ꝗ arguit: ꝛ si non ex eo
quod in autoritate canonicū ē/saltē ex eo quod
veritatē habet. Et ne facile ad ampliora mala
publice vocaretur argutus: ꝓuidētius atq̄ vti-
lius ratus christus ad correctionē apposuit sol
licitudinē. Et corripiēs in magnis lucris effici
tur/si obediēter audit. Sic ꝗdē dicitur: Si te
audierit et penitentiam egerit/dimit
te illi: et lucrat⁹ eris fratrē tuū. Nulla
maiora lucra ꝙ alaꝝ. Preciosior est ista nego-
ciatio ꝙ auri ꝛ argēti primi ꝛ purissimi. Omne
corporeū ab assumpto a deitate alas lucriface-
re supexcedit. Haꝝ negociator christus exhor-
tans/aptā formā dās aplis: vt huiuscemodi ne
gociationi se donēt ad lucrandū hoīes ꝑ super
na patria: ꝑ ꝗbus lucrandis dei filius in terris
ꝑegrinatus est. Sed sub apposita ɔditiōe agit
lucrū: si quesitus ad lucrū querenti ɔsentit. Et
si desyderiū saluatoris in hac negociatiōe dela-
tū ab hoīb⁹ videret: ꝗcꝗd est spūs/ꝗcꝗd corporis
ꝗcꝗd virtutis ꝛ opis/ꝗcꝗd sollicitudinis et stu-
dij/ad impendēdū enixe foret vt aīe ꝗrerent: ve
nirētq̄ in thesauros quos saluator ꝓcio sangui
nis ɔdere nisus est. Et si nil aliud hoīes ꝓmoue
ret ad alaꝝ lucra/satis eēt memorabile pro eis
effusi sanguinis ꝓciū: ita vt vnusꝗsq̄ tāti precij
trutinator existēs/si nō exorbitat/depꝑhēdit ꝗd
agendū foret in lucro animaꝝ. Proinde ꝑcun-
ctandum est quid ex vtraq̄ parte requiritur/vt
effectum debitum nanciscatur correctio: ꝛ in il
lum dirigat ad quem preordinata est finem. A
diuina charitate agi oportet alterius repreben
sorem: siue autoritatem habeat siue careat/qui
corripiendi assumpsit officium. Sed ꝛ sapien-
tia predocente/iesu confirmante oportet assu-
Eccl.19. mere. Scriptum est enim: Corripe amicum/ne
forte non intellexerit/et dicat: non feci: aut si
fecerit/ne iterum addat facere. Corripe proxi-
mū/ne forte non dixerit: ꝛ si dixerit/ne forte ite-
ret. Corripe amicū tuū: sepe eñ fit cōmissio va-
na. Corripe ꝓximū anteꝙ cōminerís: ꝛ da locū
timori altissimi. Eum vero ꝗ corripit oportet i
amore fieri ad corripientem: sicut in infirmitate
corporis fatiscēs totū in medici ꝛ opportune cu-
ratoris manus se donat: ꝛ sepe laudat eius vrē
tes manus ꝛ secātes carnē/cum igne atq̄ raso
rio fuerit opus ad curā: ꝛ benefactorez vocat ꝗ
pro modica sanitate corporis acutissimos dolo
res infixit: nec aduersus huiusmodi correctio-
nē presumpsit in aliquo murmurare. Sic per sa
pientiā dicit: Vir prudens ꝛ disciplinatus non Eccl.10
murmurabit correctus. Nam qui correctionez
ꝛ illam agentē nō suscipit/malis deterioribꝰ ap
plicat: sicut dictū est: Qui odit correctionē/ve- Eccl.21
stigium est peccatoris. Et alibi: Qui odit corre- Eccl.19
ctionem/minuet vita. Et in ꝓuerbijs de incorri
gibilib⁹ dicit: Nō amat pestilēs eū ꝗ se corripit Pro.15
nec ad sapientes gradit. Et alibi: Viro ꝗ corri- Pro.29
pientē se dura ceruice cōtemnit/repentinus ve-
niet sup eū interit⁹: ꝛ eū sanitas nō sequetur. Et
de oīb⁹ correctionē odientib⁹ ꝓpheta dicebat:
Odio habuerūt corripientē in porta: ꝛ loquētē Amos.5.
ꝑfecte abominati sunt. Et alibi: Peccator ho- Eccl.32
mo deuitabit corripientē: ꝛ sm̄ volūtatē suā in-
ueniet cōparationē. Proinde si contēnit corre
ctor atq̄ correctio/iteꝝ insistat: vt in lucrum ve
niat auxilio fraterno/ꝗ ꝓprio ꝛ volūtario lapsu
se ꝑdidit. Si aūt te nō audierit/adhibe
tecū vnū vel duos: et in ore duorum
aut triū stet omne verbū. Adhibitio plu
riū in id tēdit: vt erubescēs ex plurib⁹ cōuertat/
ꝗ vnū solū contēpserat. Et si ad ɔtemptū firma
uerit animū suū: nō ꝓpter hoc adhuc resiliēdū/
sed insistendū maiorib⁹ argumētis: vt ab auto-
ritate correctus auertat a malo/ꝗ corripientes
ꝓximos in charitate despexit. Quod si non
audierit eos/dic ecclesie: et videlicet qui
autoritatē habet. Si aūt ecclesiā non au
dierit/sit tibi sicut ethnic⁹ et publica-
nus. Eoꝝ est desperanda salus/ꝗbus est odi-
osa correctio. Et tibi ꝛ oībus anathema fiāt ab
oī ɔuersatiōe semoti/ꝗ ꝓximū vnū ꝛ deinceps
ꝛ autoritatē ecclesiasticā aīo ɔtumaci ɔtempse-
rint: qm̄ seipm̄ diabolū fecit ꝗ corrigi neqt. Et
ꝓpemodū hō delinquēs iuste correctiōi nō sub
ditus/peior est diabolo: cū corrigi nolit ꝛ neqt:
aut nolit/qꝛ neqt: aut neqt/qꝛ nolit: velleq̄ sibi
nō adiacet: ꝛ hō possit si velit/dū rōnis est com
pos: dū anteꝙ audiat vltimā sup eū sentētiā in-
ferendā. Et ne vilis seu vilipendēda ecclesiasti-
ca iurisditio videat: ipse saluator quāte sit auto-
ritatis seu firmitatis insinuat/dicens: Amen Mat.18
dico vobis: qꝛ quecunq̄ alligaueri-
tis sup terrā/erūt ligata et in celo. Et
quecūqꝫ solueritis sup terrā/erūt so-
luta et in celo. Iā in collatiōe clauū differ-
tū est ꝗd habeat autoritas aplica: in subsequē-
tia intēdendū est. Iterū dico vobis/ꝙ si
duo ex vobis consenserint sup terrā

de omni re quācūq3 petierint/fiet il-lis a patre qui est in celis. Ubi enim sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo/ibi ego sum in medio eorum. Si correctoꝛ seu corripiens ⁊ correctus: si plat⁹ ⁊ subditus: si doctoꝛ ⁊ discipulus: si penitens et iustus: si absoluere valens ⁊ absolui indiguus: si anima ⁊ corp⁹/caro ⁊ spūs/volūtas ⁊ itellect⁹/amoꝛ ⁊ timoꝛ: ꝓ remissiōe criminū: ꝓ adipiscenda grā: ꝓ seipsis ⁊ alijs: cōsensu veritatis/charitatis/iustiaeq; cōsentientes: tā de his q̄ de alijs opportunis pces in excelsis deo porrexerint/impetrabūt. Et si nō iuxta voluntariū tēpus ⁊ modū: saltem ꝓ eo tpe atq; mō/ quo vtili⁹ exaudire decreuerit q̄ pmisit. Cū.n̄ vbi taliū dualitas vel trinitas inuenit/iesus pollicit⁹ est se tenere mediū inter eos: q̄nto magis inter plures/si fuerit in virtute sua ⁊ inuocatiōe sui nominis cōgregati. Nomē q̄dē ei⁹ nomē salutis est: ex diuina/ nō humana virtute. Nomē chrismatis ⁊ vnctiōis spūssancti est in sua humanitate: ⁊ q: mediū q̄rit/in cōmune pncipiū se offert. Querit cōgregationē iesus eo federe vt ipe sit mediū in quo cōueniant oēs/⁊ ad quē oēs cōgregent. Et quāq̄ multa cōferat singillatim/plura parat⁹ est in cōmuni cōferre. Et bona q̄dem virtus in singulis sed i cōmuni plus fulget/⁊ datori acceptioꝛ est.
Psal.132 Cognouit hoc in spū dauid/cū dixit: Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū habitare fratres in vnū. Necia-
Gen.49. cob voluit annunciare futura nisi filijs ꝯgregatis. Nā vocauit iacob filios suos/⁊ ait eis: Congregamini vt annūciem q̄ futura sunt vobis diebus nouissimis. Cōgregamini ⁊ audite filij iacob: audite israel patrē vestrū. Dignioꝛ est cōtio q̄ singularitas/dū coitur in vnū. Nō pnunciauit iacob futura singulis/sed in vnū cōuētis: ostendēs oīno pcellere ⁊ pferre bono singillatim existenti bonoꝝ pluriū cōuentū. Et ex chri-
Eccl.51 sti psona fertur pdictū: Appropinquate ad me indocti/⁊ cōgregamini in domo discipline. Non vnius salutē querit iesus/s3 multoꝝ: imo oīm ꝓut ex se agit. Nec solū vnū vellet disciplinis disciplinare celestibus/sed innumeros: proinde ad eius largitatē spectat cū suadet cōgregationē3. Et p pphetā pdixit cōgregationē fieri: ⁊ destru-
Sophon.1 ctionē impioꝝ q̄ cōgregari nolunt. Cōgregans cōgregabo oīa a facie terre/dicit dn̄s. Congregans hominē ⁊ pecus: cōgregans volatilia celi ⁊ pisces maris: ⁊ ruine impioꝝ erunt: ⁊ disperdā hoies a facie terre/dicit dn̄s. Cōgregat hoie3 ⁊ pecus/platum ⁊ subditū: volatilia celi ꝯtemplatiuos/⁊ pisces maris actiuos ⁊ aduersitatib⁹ seculi agitatos: vt sint vnū in noīe suo: ⁊ pdentur oēs q̄ cōgregari renuūt. Et sub interminatiōe iubet cōgregari in vnū ⁊ ad vnū ⁊ sub vno/⁊ in
Sophon.2 vna vnius virtute. Conuenite ⁊ congregamini gēs nō amabilis/priusq̄ pareat iussio quasi puluerē transeuntē diē: anteq̄ veniat sup vos ira furoris dn̄i. Querite dn̄m oēs māsueti terre: q: iudiciū estis opati: querite iustū/ querite māsuetū: si quo mō abscōdamini in die furoris dn̄i. Bo-na est cōgregatio/sed non de peccatorib⁹. Inq̄t
Psal.15 eīn deus p os dauid: Nō cōgregabo cōuenticu-
Job.15 la coꝝ de sanguinib⁹. Et Job: Cōgregatio hypocrite sterilis. Cur igit congregari gentē non amabilē iubet? Amabilis oīno natura est in ordine suo: ⁊ eo ampli⁹ vna q̄ reliq̄ vt prehabet: Amabilis est inocētia: amabilis puritas: amabilis ordo ⁊ modus: amabilis oīs virt⁹. Igit p̄ter naturā ē aut deficit ab inocētia/seu puritate caret: inordinatū ⁊ imodestū h3/⁊ a virtute alienauit/quod nō amabile ferē. Dispersa sunt ista ⁊ dispergentia magis/⁊ infirma ⁊ infirmantia: quia diuisa. In vno est veritas/sc3 oīm saluatore iesu: in cuius noīe cōgregatio exigit: nec aliud nomē datū est sub celo hoīb⁹/in quo oportet illos saluos fieri: sub quo ab ipo cōgregatio
Esa.45 querit. Sic ⁊ p Esaiā monuit: Cōgregamini et venite/⁊ accedite simul q̄ saluati estis ex gentibus. Cōgregatio sit ad vnū/veniat ad vnū/accedat ad vnū: ab his q̄ saluati sunt aut saluari querunt/ab his q̄ dispersi gentiliter viuūt. Hanc q̄dem sententiā ꝓ peccatoꝝ remissione a saluatore traditā legimus: pinde petrus vt melius de-
Mat.18 cernat/interrogat: Tunc accedens ad eū petrus dixit: Dn̄e quotiens peccabit in me frater meus/et dimittā ei? vsq3 septies? Dicit illi iesus: Nō dico tibi vsq3 septies: sed vsq3 septuagies septies. Sollicitus erat petrus tanq̄ iter post christū apostolici chori/totiusq; discipulat⁹ ꝓ se ceterisq; collegis noscere quousq; foret peccatorib⁹ ⁊ delinquētib⁹ indulgēdū: ne terminū iurisdictiōis excederet/aut infra maneret. Et interrogās indefinite pstande indulgentie respōsum accepit: cū in septenario numero quo tempus omne diuoluit/terminata est. Nec in numero quadringētesimo nonagesimo/q̄ sic ex septuagies septies mltiplicatus exurgit/indulgentie factus est finis: ne cū hunc numeꝝ fuerit q̄s peccando transgressus si vera infuerit penitētia/q̄renti veniā denegef. Nō eīn terminat⁹ numerus oꝛe pditus dei misericoꝛdiā terminat infinitā: ⁊ autoritatē clauiū diuinā/non humanā: ⁊ diuine/nō humane petro ⁊ succedaneis ei⁹ ſm canonicā formā vsq; in finē seculi datā.

De paruulis oblatis iesu/quorum est regnum celorum: secundū Matheum/Marcum et Lucam.

Capitulum XLV

Vita ⁊ doctrina christi iesu iure ad se homines attrahebat/deuotione ⁊ fide: vt eum crederēt hominē mire sanctitatis: ita vt parentes filios paruulos q̄ nōdū capaces erāt decernere de virtute/sibi offerrēt ꝓ tactu/ ꝓ benedictiōe/ ꝓ oratione pro ipsis ad
Mat.19 Mar.10 Luc.18. deū. Hinc: Tunc oblati sunt ei paruuli et infantes: vt manus eis imponeret et oraret. Intendendū est q̄li deuotiōe parētes ꝓ filijs: alij etiam pro charis paruulis suis ferebant in christū: cuius tactu ⁊ orōne ipsoru3 credebant esse pfectum/⁊ sanctificari ⁊ custo-

diri ꝛ cõseruari: quanto magis si eũ vere dei fi-
liũ credidissent: a quo nõ solũ experiuissent ora-
tionẽ ꝑ paruulis: sed etiã ꝑ seipsis omnem sa-
lutis effectũ. Discipuli aũt increpabant
eos et cõminabantur offerentibus:
nõ odio seu displicentia paruuloꝝ: nec ipsos par
uulos increpabãt / sed offerẽtes: velut hanc ob-
lationẽ esse importunã: cũ ipsi nõ agnoscerent
ad quẽ admouebãt. Sed mos erat ꝛ pamplius
inoleuit / vt sup paruulos iustoꝝ bñdictio inqui
rat ꝛ oratio: vt seruent a malis / ꝛ crescant in bo-
nis. Quod cũ vidisset iesus / indigne
tulit: et ait illis / scʒ discipul: Sinite par
uulos venire ad me / et ne ꝓhibueri-
tis et nolite vetare eos: taliũ est enim
regnũ celorũ. Amen quippe dico vo
bis: si quis nõ receperit regnum dei
velut paruulus / nõ intrabit illud. Et
cõplexans eos et imponens manus
sup illos / benedicebat eis: et abijt in-
de. Ferebat moleste iesus ꝙ fides offerentiuʒ
ꝛ admotio paruuloꝝ ad ipsm impedimẽta pate-
rent: Quis discipuli in illa increpatiõe ꝛ cõmina
tione recte agere credidissent: solliciti custodi-
re magistrũ ne a turbis ꝛ ab adeuntibꝰ eũ plus
debito premeret. Ignorabãt etiã adhuc quãto
amore iesus i paruulos ferebat. At put illi ꝓhi
bebant admotũ / sic ꝛ iesus impedimentum. Iu
bet quippe: Sinite paruulos venire ad me: qui
nondũ deliquerunt: q ad dei imaginẽ facti sunt /
illã in se nullis culpis ꝓprijs maculantes. Tali-
bus enim iure pollicitatiõis diuine / iure inocen
tie custodite debet regnũ celoꝝ. Et ne discipuli
eius siue alij ꝑsumant / aut credant supernũ re-
gnũ aliunde posse ingredi: siue aliter agonizan
do captare: nisi ad paruulitatẽ fiat regressus ab
his q excesserũt: olim cogitationes iureiurando
supprimit ꝛ auertit. Quoniã nisi vt paruulus: scʒ
innocẽs / imaculatꝰ ꝛ purus: nõ variatꝰ / nõ ver-
sipellis / nõ mũdo cõformis / nec mulieribus aui-
dus / nõ odiosus / nõ inuidus: nõ altũ sapiẽs / sed
timẽs: nõ implacabilis / sed faciliter donans of-
fensam: ꝛ si deliquit / si offendit: nisi in illã paruu
litatẽ regressus / purgatꝰ a iusticia / volũtate dili
gente iusticiã: etiã si sentiat asperã penã / non in-
trabit in regnũ celoꝝ. Et vt oẽs ad puritatẽ cu-
stodiendã diligendãqʒ alliceret ꝛ ardẽtius ani-
maret: gestu corpis amorẽ ad eã ꝓstatꝰ ẽ: cũ
cõplectens eos imposuit manũ sup illos ꝛ bñ-
dixit eis: eo futuro mysterio ꝙ tales eterna bñ-
dictione sint in supna ferendi. Nemo tñ ex con-
sciẽtia cõtractaꝝ maculaꝝ ꝛ culpaꝝ volũtariarũ
turpitudine factꝰ deformis / mole grauiũ crimi
num subactꝰ: ingressum regni celoꝝ desperet ex
ista sentẽtia saluatoris: ac si puritatẽ nõ posset
repetere quã amisit: qm̃ alia est puritas ab ineũ
te custodia etate: alia quã a malis ad bona vera
volũtas conuersa / semetipsam doloribꝰ ꝛ fletibꝰ
lauãs ꝛ purgãs / cũ virtutũ ornamẽto reaccepit
anteꝙ̃ vita corpis finiret: alia q ardẽtibꝰ ignibꝰ
reficiẽda seruat his q ex hac vita medij iter ex-
tremos malos ꝛ vere bonos recedunt.

¶ De eo ꝙ a christo quesitũ est / quid
boni faciendũ sit / vt vita eterna capi-
atur: cũ additiõe de pfectiõe: secũdũ
mattheũ / marcũ et lucã. Ca. XLVI

Amor eterne vite naturaliter oibꝰ da-
tus est: ab eo ꝙ deꝰ spirauit in faciẽ ho
minis spiraculũ vite: ꝛ fecit eũ i n aiaʒ
viuentẽ: intellectũqʒ dedit ꝙ aia cũ corpe in eter
nũ viuere posset: Quis ex sepatione a corpe ꝛ vi
ta eterna iocũda sine tristaminie nõ adimatur:
Sed ne peccaret / mors intẽtata ẽ post pctm̃ se-
cuta: corporis dũraxat / ꝛ illa penalis i reprobis
nõ tñ aie substãtia mori ꝛ ad nihilũ redigi põt.
Sed nec spes adempta / sed firma mãsit ad eter-
nã ꝛ beatã vitã: quã qdã possidere appetens / mo
dũ ꝛ viã qbꝰ ad illã ꝑuenire possit inquirit. Et Mat. 19
cũ ingressus esset iesus in via / ꝑcurrens qdã Mar. 10
princeps genuflexo ante eũ rogabat eũ / dicens: Lu. 18
Magister bone / qd boni faciã vt habeã vitam
eternã? Aliter: Quid boni faciens vitã
eternã possidebo? Procliuis fit q in altuʒ
querit ascẽsum: ꝛ eo sublimꝰ fit vectio / quo pro-
cliuitas imior. Genuflectit q supiorẽ rogat ali-
qd ab ipso gratũ accipe. Et genuflexio ante ali-
quẽ / eiꝰ eminentiã ꝓstat ꝛ inferioritatẽ flexi.
Celestiũ rudimẽta qrebat in terris / q actiones
qrebat ad eternã vitã. Boni est actio / nefactio
mali: qm̃ q male facit / nihil facit. Et bonũ agi-
bile in oi genere boni ad eternã vitã ordinatuʒ
est. Quod ṽo indifferẽs / eqdem est ordinabile.
Quod ṽo inclinabile nõ est ad ꝓsperã ptẽ / oi-
no inordinabile est. Proinde qstio digna lau-
de / si multiplex boni genꝰ: dũ querit id quod ad
eternã vitã aptꝰ ꝛ ocyus expedire põt. Uerũ qr
gliscens scire rectã itinerariãqʒ actionẽ ad vitã
magistrũ a quo petit / bonũ vocat: quocũqʒ spũ
dixerit verũ dixit. Sed exigit eũ iesus / vnde dixe
rit eũ bonũ: quod ꝛ sciebat: nec ab eo responsio
nẽ accepit: ipse tñ asserunt vnde aut qs bonꝰ sit:
Qui dixit ei: Quid me dicis bonũ / ꝛ inter-
rogas de bono? Unus est bonꝰ: ꝛ nemo bonus
nisi solus deꝰ. Quis te (inquit iesus) docuit me
bonũ dicere? Unde me nosti / quo alte tua fides
sublata est? Bonitatẽ cognoscere / cõmune mul
toꝝ est: hoiem cognoscere bonũ / nullius est: cũ
nemo bonꝰ nisi solus deꝰ: q oĩno inapphensibi
lis est ab hoie puro: sed credit qr bonꝰ est. An
tua fides in me plꝰ ꝙ̃ de hoie sentit? Accessit ne
vsqʒ ad deitatẽ meã in ista mortali carne velatã?
Uñ tibi obuenit me bonũ vocare magrm: quem
solũ esse hoiem ꝯspicaris? Ois aũt hõ mẽdax:
solus aũt verax deꝰ. Ois hõ fragilis / labilis / ꝓ-
nus ad vitia: ꝛ multis incõmodis ꝛ incõuenien
tijs circũseptꝰ: deꝰ aũt totꝰ ex oi se incõmutabi-
liter bonꝰ: ꝛ tu ausus fuisti bonũ cõspectũ homi
nẽ noiare. Anceps ṽbũ iesu his q tardiꝰ sapiũt
ꝙ nemo sit bonꝰ nisi solus deꝰ: cũ scriptura sa-
cra multos bonos appellet: ꝛ q faciũt bonitatẽ
boni sũt: ꝛ q iusti ꝛ recti / boni sunt: ꝛ vidit deus
cũcta q fecerat / ꝛ erãt valde bona. Nũc qdeʒ di-

cit:nemo bonus nisi solus deus. Est equidē bo
nitas īcreata: seipsa suaq̧ natura/ nō aliūde/ nō
ab alio bono bona. Est bonitas creata ipsa na
tura/ digesta ī generib⁹ speciex̄ ⁊ particulariū re
rū: q̄ qn̄q̧ deficit in rebus ꝓpagans propagan
disq̧ succedanea ꝓpagatione. In rōnabilibus
aūt nō defectu nature vitiū infuit: sed malo affe
ctu ꝓprie volūtatis: ex qua maculatus primus
hō tota maculaꝫ ꝓpago: ita vt nemo dicaꝫ bo-
nus: potius aūt cōsyderatione dānate propagi
nis malus. Sed nec ex ista causa sic saluator de
cernit: vex̄ ex illa qua nemo bonus/ nisi ꝑticipa-
tione illius fontalis ꝑ se ⁊ a se existentis bonita-
tis: ita vt nemo bonus nisi ex eo quod accepit.
1.Co.4 Sic em̄ ait ap̄ls: Quid habes quod nō accepi-
sti? Si accepisti/ q̄d gloriaris quasi nō acceperis?
Largū verbū istud nō solū ad bonū gratie/ sed
nature relatū. Hec aūt cura erat iesu/ ex hoc in
fidem sui trahere/ ꝙ eū crederet vex̄ dei filiū: nō
solū hoīem purū/ ꝗuis oī virtute pollentē. Quē
cū de bonitate vera ip̄m nō q̄rentē instruxisset/
ei ad q̄sita r̄ndit: Precepta nosti? Si aūt
vis vitā ingredi/ serua mandata. In-
terrogat iesus hūc hominē duz r̄ndit si ꝓcepta
nouit: q̄ nō ob aliā causam data sunt: nisi vt ip̄o
rū obseruatione ꝑueniaꝫ ad vitam. Dicit illi:
Que? Jesus aūt dixit: Nō homicidi-
um facies: nō adulterabis: non fur-
tum facies: nō falsum testimoniū di-
ces: ne fraudē feceris. Honora patrē
tuū et matrē tuā: et diliges ꝓximum
tuū sicut teipsum. Precepta prime tabule
nō disseruit saluator: tanꝙ notissima illi popu-
lo iudeox̄. Nec ipse q̄ postulauit hec q̄rebat/ cū
hec cōtēplatiōe sint potius ꝙ in actione: sed ali
q̄d agibile inq̄rebat. Cui christus respondit iu-
xta quesitū oris ⁊ votū sui cordis. Cepitq̧ iesus
a ꝓhibitione ne fiendi: cū ille quereret aliq̄d fa
ciendi. Sed rectus docendi ordo est: vt pri⁹ ca
neaꝫ iuste prohibitū tanꝙ nociū/ ꝙ doceaꝫ bo-
nū fieri iussum. Hec siq̄dem mandata q̄ in pro
hibitione data sunt/ ita liquent sane credentib⁹
ꝙ hesitatio in illis errorē sapit. Et velle aptiori
mō disserere ꝙ tradita sunt/ supuacaneū ē. Tan
tūq̧ ponaꝫ in cordib⁹ eox̄ q̄ supernā patriā pos
sidere contēdūt: ꝙ ipsox̄ custodia/ mandatoruz
est via: quox̄ ꝓuaricatio nō solū auertit/ sed de-
trudit in tartarea. Nullaq̧ sciētia tam opportu
na ꝙ habere noticiā mandatox̄: quox̄ ignoran
tia nullā excusationē habet in his q̄ sunt prece-
pti capaces. Ve aūt eruditis terrenis ⁊ huma-
nis disciplinis/ mandatox̄ eruditiōe cōtempta.
Proinde ꝓmittit iesus: Precepta nosti: quorū
etiā obseruatio ineuitabiliter necessaria/ si eter
na vita inq̄riꝫ. Sic ⁊ adiectum est: Si vitā eter-
nā mortales hoīes querūt: hoc federe ad habē
dū posita est in custodia mādatox̄. Inq̄t enim
Psal.18 Dauid: In custodiendis illis retributio multa.
Multa retributio ex obseruantia ꝓceptorū est
vita eterna. Multa ex eternitate/ ex ꝓsentia dei
tatis/ ex spaciositate loci: ex multitudine ciuiuz/

ex multitudine oīm ineffabiliūq̧ bonorum. Et
plura sunt testimonia scripturax̄/ ꝙ vita est in
mādatis: sicut ꝑ salomonē dicitur: Serua manda Pro.7
ta ⁊ viues: ⁊ legē meā q̄si pupillā oculi tui. Et in
secūda lege scriptū erat: Omne mādatū quod
ego ꝓcipio tibi hodie caue diligenter vt facias/
vt possis viuere. Et alibi: Audi israel mandata Baruch.3
vite. Jureiurando diuinis mandatis si seruanꝫ
vita eterna ꝓmissa est: ⁊ ꝓuaricatorib⁹ maledi-
ctio: sicut ꝑ psalmistā dicitur: Maledicti q̄ decli- Psal.118
nant a mandatis tuis. Et mors tꝑalis ⁊ eterna:
sicut de saul scriptura dicit: Mortu⁹ est saul ꝓ- 1.Pa.10
pter iniq̄tates suas: eo ꝙ ꝓuaricatus esset man-
datū dn̄i quod ꝓceperat/ ⁊ nō custodierit illud:
sed insup etiā phitonissam cōsuluerit nec spera
uit in dn̄o: ꝓpter quod interfecit eū. Et ꝗꝗ mā
data ꝑ oīa custodisset/ non effugisset mortis im
periū: sicut statutū est oīm cōditioni viuentiū: ꝑ
uētus tn̄ ab ipsa est. Dicit illi adolescens:
Hec oīa custodiui a iuuētute mea: q̄d
adhuc mihi deest? Infra iuuētutē erat iste
princeps/ ⁊ in etate virili. Sed ꝓpostera est ista
locutio: nā videꝫ iuuētus ꝑire adolescētiā/ cū iu
uentutē adolescētia ꝓcedat. Sed nec hoc sensum
veritatis exorbitat: cū vsitato more loquēdi ab
ipsa pueritia vsq̧ ad senectā vocabulū iuuentu
tis excurrat: vnde adolescēs iam supra ānos vi
gintiquinq̧ credēdus/ ꝓfiteꝫ se oīa custodiuisse
a iuuētute sua cūctaq̧ mādata: hoc est ab ea sez
etate q̄ fuit ꝓcepti capax. Si aliud deest ad ha-
bendā vitā inq̄rit: eo ꝑmotus ꝙ ꝑ custodiā man
datox̄ ad ingressum regni dei in paruulo statu-
to ⁊ paruulis obians portā humilitatis astruxe
rit: autumans aliam viā doceri a christo ad vi-
tam eternā ꝙ semitam mandatox̄. [Quo au Mat.19
dito iesus intuitus eū/ dilexit eū: ⁊ dixit il-
li: Adhuc vnū deest tibi. Si vis ꝑfectus esse/ va-
de ⁊ vēde oīa q̄cūq̧ habes/ ⁊ da pauꝑib⁹: ⁊ habe
bis thesaurū in celo: ⁊ veni sequere me.] Acce-
ptior est christo ⁊ toti celesti curie ille q̄ nō solū
cōtentus mandatox̄ custodia/ sed in ampliora
suspirat/ ⁊ operib⁹ nitiꝫ ad maiora: ꝙ is q̄ solum
gradiꝫ illox̄ suauē viam/ cū q̄bus teneri posside
riq̧ possunt diuitie/ honores ⁊ potētatus: ⁊ cō-
mercia exerceri ⁊ ꝑticipare cōiugio/ et cunctis
que sunt seculi absq̧ peccato: que oīa via seu sta
tus ꝑfectionis excludit. Proinde saluator ad
ꝑfectionis gradū tendētib⁹ rex̄ abdicationem
apposuit: nō aliquax̄/ sed oīm: in totalitate/ non
in parte. Attn̄ in renūciatione eax̄ forma distri-
buendi adiecta est: vt nō parentib⁹/ consangui-
neis ⁊ amicis/ sed pauꝑibus largianꝫ. Sed nec
⁊ ipsi ꝓpinq̄ excludanꝫ si eos paupertas includit
vt dūtaxat charitas dei ⁊ ꝓximi paupertas in lar
gitione sint causa. Et ex custodia mandatorū ⁊
tꝑaliū contēptu thesaurizaꝫ in celo. Equidez si
mundum repudians/ christum ex omni virtute
sequaꝫ. Quod vero christus est eum intuitus et
dilexit: non in recentiam referaꝫ: semper vide-
bat eum ⁊ diligebat dilectione dignos: sed spe-
ciali gestu corꝑis aspexit eū iesus: ⁊ eundē signū

dilectiōis ostēdit: insinuās quid sibi placitū est in hoīe: nō vt acceptori ꝑsonaꝝ/ sed tāꝗ amatori virtutū. Et ex hoc nō credēdus est ad christū ficticie accessisse: nec in custodia mādatoꝝ fuisse mentitū: alioquin iesus corripuisset eū de simulatiōe ꝙ tentasset: ⁊ de ꝑlato mēdacio/ anteꝗ eū de ꝑfectione doceret. Etenim alibi legimus eū corripuisse tentātes: saltē ne crederet illū latere ꝙ in corde hoīm voluebant. [His ille audiens cōtristatꝰ est: qꝛ diues erat valde: ⁊ abijt merens. Erat enim habēs possessiones multas.] Erat aīa huius colligata ꝑfunctorijs rebꝰ: ideo cōtristat si aliter saluari non potest/ ꝗ ꝙ amata dimittat. In oī eñ re dimittenda tanta est vis doloris atq; tristicie/ quantū amoris inferebat possessa. Nihil enim aliud est ita e regione lancis ex quo trutinetur amor possesse rei ꝗ dolor amisse. Proinde vnusquisq; ꝓuideat cui/ qualiter/ quantū/ curq; vinculo amoris liget: ⁊ cū dissolutio iportuna seu opportuna venerit/ ne vratur. Et iste diuitijs ⁊ multis possessionibꝰ fultꝰ erat: in quibꝰ iocundabat aīa eius/ ⁊ gloriabat pre alijs qui minus habebāt in delectatione carnis ⁊ sensuū ipsius: ⁊ merebat in aīo vultu ꝓcliuo: nō eñ huiuscemodi responsum expectabat: si supra custodiā mandatoꝝ aliquid sibi deficiebat ad vitā eternā posse nancisci. De hūilitatis ianua forsan rudimēta querebat/ ex his ꝙ supra de paruulis dicta sunt. Sed raro cū diuitijs huius seculi vera humilitas possidet. Inflat eñ opulētia mūdi. Jesus aūt doctrinabat suo laudabili mō/ nō ad vota querentiū: ⁊ querebat altius vehere hoīes ꝗ ipsi postularent. Et sibi copulādos oportebat a reꝝ copiositate dissolui. Ligatus vni/ copulandus alteri: nisi ꝑus dissoluat/ nō copulat. Nec tñ iste reprehēdendꝰ erat atq; dānādus/ si diuitias tenere volebat cū custodia mandatoꝝ: incūctanter salutis gradiebat viam: sed in eo ꝙ volens addere si aliquid deerat/ cōtristatus est: cū audiuit de additiōe cōsiliū. Nemo ꝗdē cōsiliū a vero doctore querat/ si exeꝗ nolit: tentatio ꝗdem est ⁊ culpa non parua. Diuitie ꝗdem in culpa nō sunt/ si cum custodia mādatoꝝ cōquirunt/ possident ⁊ distribuūtur: quāꝗ illas repudiare ꝑfectio quedā sit. Arguunt tamē multi: cur deus illas ⁊ tā ꝑciosa creauit subdiditq; hoībꝰ: nisi vt eis essent in possessionē ⁊ vsum? Eꝗdem: sed ex ꝑuersa volūtate traiecte sunt in culpā ⁊ mortem: ⁊ occasio culpe

Psal. 8 vt ipsa ꝓpellenda est. Et scriptura dicit: ꝙ subiecit oīa sub pedibus/ scʒ humanis ⁊ rationabilibus affectibꝰ: sed versa vice actū est/ vt ab ipsis affectus hoīm superent. Qm̄ supatus est a rebus ꝑfunctorijs humanus amor cū anxiatur: et dolet questuans/ timēs/ cauensq; cū possidet: largit cū pena/ sibiq; sepe deficit: fodit acutissimis stimulis tristicie cū amittit: essentq; sub pedibꝰ hoīs si spūs eius vt spūs dei ferret sup fluidas aquas reꝝ labentiū: nō suppositꝰ eaꝝ male prementi sarcine. Oportet oīno intēdere si amor supferat aut subijcit aut equat amatis.

¶ Interrogat petrꝰ quid meriti habeant seculi cōtemptores/ christūq; sequentes: secundum Mattheum/ Marcū et Lucam. Ca. XLVII

Territꝰ petrꝰ ex parte de difficultate salutis sm̄ ꝟba saluatoris: sʒ ex alia spem bonā nactus/ ꝙ ꝓpter christū oīa reliquisset/ secutꝰ vestigia eius: ipm̄ interrogat/ si ꝗd ꝯmutatiōis melioris accepturi essent ex relictis: aut ꝗd premij ex seꝗla. Tūc respōdēs petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Qm̄ saluator dixit/ ꝙ apud hoīes impossibilis erat salus: sed apud deū oīa possibilia: tunc petrus interloquens dixit iesu: Nō detinemur amore tꝑaliū reꝝ: nō irretimur diuitiaꝝ vinculis: ex tua doctrina/ in tui amore facti/ tuis moribus incitati reliquimus omnia; facti pauperes/ propter nos factū pauperē te sequentes. Modica ⁊ despicabilia discipuli christi reliquerant ꝓpter eum: piscatores aliꝗ erant ⁊ agricultores/ ⁊ nauticus mercēnarius quidā: oēs ꝟo de genere plebeiorū/ nulla terrena dignitate fulgentes: tamē ex libertate animi qua oīa reliquerūt/ ⁊ ꝙ potuissent in mentis desyderium obuenire: ⁊ ꝙ ceteris sapientibus ⁊ doctoribus ꝓtermissis ipsum solū sequebāt: cupidi scire futuram eis mercedē inꝗrunt. [Jesus autem dixit illis: Amē dico vobis: ꝙ vos ꝗ secuti estis me/ in regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue/ sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim/ iudicantes duodecim tribus israel. Protulit petrus dū quereret de futura eiꝰ mercede/ abdicationē tēporaliū reꝝ ⁊ sequelā iesu: vt ex his duobus premiū deberet ipsiq; spe rarēt. Sed iesus respondens vnū obmittēs/ alterū asscripsit ad premium: ꝗ abdicationē pluris sequelā suijpsius appendēs: acsi abdicatio ꝓter sequelā premiū non haberet: ⁊ sequela ꝓter actualē reꝝ ꝯtemptū eternā possit nancisci mercedē. Sequela tñ dignior cēsenda est/ si reꝝ abrenunciationē premiserit. Multos quidem legimus ob libertatē mentis/ ꝓpter scientiā capessendam/ ob expeditionē corporis ad ꝓdeundū quo vellent/ ad vitandū solū humana ꝑicula diripientiū ⁊ latronū: ne ⁊ mūdi regibꝰ subiacerēt: ꝓter oēm cōtēplationē future mercedis tꝑalia reliꝗsse: ꝗbus nulla futura premia parabantur nō seꝗntibus illā fideʒ ꝗ iustificat peccatorem; Apostoli aūt nō quia reliquerūt oīa/ sed qꝛ secuti sunt iesum/ ꝗ est sup oīa: sessionē nō tribunalicā/ sed assessoriā duodecim sediū ad ꝓferenduʒ autoritate assessoria iudiciū sup tribus duodecī meruerūt: non ꝙ in illa dignitate futurus esset tunc presens damnandus iudas/ sed suffectus matthias. Ac per hoc sane intelligendum eos etiam habere vitam eternam; cum qua etiaʒ qꝛ primores sequaces christi autoritatem iudiciariam meruerunt. Aduertendum autem ꝙ sequele/ non abdicationi videtur retributio ista dari; quia obedientia melior est ꝗ paupertas/ et po-

Mat. 19
Mar. 10
Lu. 18

tior est q̄ castitas. Illa sine istis/hec sine illa nō saluant. Ne aūt videret a christo rex abdicatio vilipēdi: eo q̄ sequela sibi ad p̄mia preferretur adiectū est: [Et omnis qui reliq̄rit domū/vel fratres/aut sorores/aut patrem/aut matrē/aut vxorem/aut filios/aut agros/ ꝑpter nomē meū ⁊ ꝑpter euangeliū: centuplum accipiet in hoc tp̄e domos/fratres ⁊ sorores/p̄res ⁊ matres ⁊ filios ⁊ agros cum ꝑsecutionibꝰ. Et ī seculo futuro vitam eternam possidebit. Multi aūt erunt primi nouissimi/⁊ nouissimi p̄mi] Ue-
Gen. 1. rum q̄r cuncta que deus creauit ⁊ ordinauit/ bona sunt: nihil relinquendū est tanq̄ maluz: neq̄ ad hoc preceptū datū est atq̄ consilium. Naz et
Gen. 2 interdicta signanter arbor nō vt mala aut fructus eius malus in ꝓhibitiōe fuit: nec vita eterna est ꝓmissa mortalibus: eo q̄ relinquūt mala q̄ substantialiter nō sunt: sed ea que bona sūt cōparatione potiorū. Domus bona est ex materijs quas preparauit natura ⁊ ex arte ⁊ ex conditore vsus tamē eius posset esse malus ex intētiōe vtētis. Ista necessitudo nature qua inuicē homines districtius copulanꝭ/bona vtiq̄ est: in quā etiam filius dei venit: vt in assumpta carne matrē ⁊ fratres: nō tamē vterinos haberet vtiq̄ super terram. Et cū due relictiones sint huiuscemodi positorū: vna in affectu/altera in effectu: ad primam vnusq̄sq̄ teneꝭ ꝓut ista sibi ad pietatis cultum viderit aduersari: ⁊ hec est penitus in precepto: ne amore quorūcunq̄ charorū a dn̄o auertamur neq̄ obmittamus ea facere q̄ tradidit in mandatis. Ad secundā aūt hi vocanꝭ dūtaxat q̄ p gradus in corde disposuerūt ascensiones ad ꝑfectionis palmiferū culmē: sed neutris indiciꝭ odiū/sed vitamen. Nec iuste aliud obuenire potest ī causam cur parentū ⁊ tam cōiunctorū relictio fiat: nisi nomē iesu ⁊ euāgeliū eius: in quo salus nostra cōsistit ⁊ ꝓuenit. Et nil hominibus tam opportunū/q̄ eterna salus: ad quam capessendā cuiuscūq̄ cōditionis existant/sunt oīa submouenda. Necnō ⁊ si quispiam appetit esse in superis/velut in celo fulgentior stella: in his imus fiat p̄ ceteris ab omnibus ⁊ in oībus abdicatior. Quod amore virtutis propter nomen iesu in quo salꝰ: ⁊ propter euangelium/in quo doctrina vite agēde/pollicitatio sperande/iussio fiendorū/ nefiendorum ꝓhibitio ꝯsistit: huiuscemodi relictio cētupleꝭ in hoc tēpore: insinuatio est eorū q̄ in hac patria christi optimi sectatores priusq̄ vitā eternam accipiant sortiunꝭ/charismatū videlicz dona q̄ cuncta tēporalia ⁊ humana excedūt. Et super omnem cognationem carnis in ordine nature/plurificatur ex gratia cognatio spiritualis. Ecce retributio centupla ⁊ vita eterna. Nam si per centuplum accipiendum intelligeretur eterna vita retribuenda in premiū pro merito se abdicantium a terrenis ⁊ charis/frustra fuisset adiectum: ⁊ vitam eternam possidebit. Igiꝭ sicut deus reprobos punire aliquando incipit ī hoc seculo/ ⁊ penis eternis adijcit in futuro: sic bonos ⁊ electos suos in hac vita bonis charisma-

tibus opulit: in mēte virtutibus replet: in libertate sancta sistit: vt nō paueant/ nō timeant/ nō terreantur tyrannorū terrore: ꝓbitate confligāt aduersus tartareas potestates. Necnon ⁊ tali-
bus est data potestas calcandi sup omnē poten Luc. 10
tiam inimici/⁊ sup omnē infirmitatē: ita vt ī hac vita apparerent ex miraculis pre ceteris clariores. Et quāq̄ in ecclesia ex multis retroactis tēporibus crebritas signorū tepuerit: non ad defectum fidei ⁊ virtutis ascribendum est. Sed nō est amplius ecclesia orthodoxa velut infantula cum sit adulta ⁊ prouecta/lacte nutriēda signorum. Hec q̄dem dona sunt centuplū huius vite: nō est alia centuplatio capienda. In futuro seculo vero possidebit vitam eternam: vbi reruz relictarū centuplatio nulla maior. Copulatum est etiam q̄ de persecutionibus retributio sit fienda. Equidem multo amplior atq̄ potior: q̄m omne quod relinquitur ex libera voluntate/ voluntatis est proprie: persecutio vero inuite ab alijs infertur. Nemo apta natura seipsum persequitur. Sed cum agere videꝭ aduersus sensuz eius sensualis voluntas ⁊ corpis: nō censenduz est persecutionē esse inuoluntariam/sed sponte assumptam afflictionē ⁊ crucē. Persecutio semper est inuite: afflictio vero quandoq̄ ex voluntate ꝓpria dum assumitur: quandoq̄ ab alijs dū infertur. Oportet autem ad derelictionē rerum addere ꝑsecutiōem ineuitabiliter oblatam: ⁊ illam animo pacato suscipere: aut cum expedit a seipso assumere illam afflictionem cohibentez impertinentes corporis motus/velut malorū cautelam seu actionē meritoriā ad speranda: vt abdicatio rerū ⁊ ꝑsecutio in vnum conuenientes habeāt in hac vita cōparatione melioris/non calculatione rerum centuplū/⁊ in futuro seculo vitā eternam. Primoritas ⁊ nouissimitas/id est prioratio ⁊ posterioratio in ordine retributionū/soluz in potestate atq̄ cognitione sunt eius qui cōditor ⁊ redemptor est oīum: quo merito/q̄ iusticia/ quo ordine fiant.

¶ De zacheo hierichontino quid egerit aut dixerit circa iesum/ et iesus ad eum/et alijs causa sui: secundum Lucam solum. Ca. XLVIII

HIericho lune interpretationez habet. Luna q̄dem a seipsa lumen nō habet: a sole accipit vnde fulget. In potestate noctis est lumen eius: non in potestate diei. Obiectum sepe facit/ne solis radij in hoc superiori hemisphaerio plene refulgeant: q̄uis oīne solis lumen impediri nō possit. Inferior planeta est: ⁊ ad subiecta vicissitudinem luminis patitur/vt interdum non splendeat. Mūdus q̄dem iste hanc imaginem habet: ⁊ alio mysterio synagoga iudeorum/⁊ alio intellectu in hoc typo est ecclesia peregrina: ad quam iesus suam presentiam exhibet: in qua homo quidē inter ceteros insignis erat virtute humana/non corpore: ita vt princeps esset publicanorum/eorum videlicz qui publica officia in censibus et obuentioni-

bus ⁊ vectigalibus et fiscali pecunia exigendis ordinati erāt: necnō ⁊ diues: ita p̄nceps vt ipsis episcoparet: aut prudētia hoc exegerat/ vt in p̄ncipatu huiuscemodi fungeret: corpe vero despicabilis erat: q̄ statura pusillus: sꝫ nō ademerat animi solertiā atq̄ virtutē corpis paruitudo. Et iuste in eo a supiorib⁹ decretū est: vt nō ex corpe/ sed ex mēte iudicaret. Et si hoc homīes mortales ⁊ ignari faciūt: q̄to magis deus q̄ nouit interiora hominū: q̄ plerūq̄ p exteriora male de interioribus metiunt. Hic si statura pusillus/ animo magnus erat: cū affectauit videre iesum/ argumentum nactus ex arte atq̄ studio quod sibi natura negauerat. Nā cū a secreto colloq̄o seorsū facto cū duodecim de sua volūtaria passiōe

Luc.19 atq̄ resurrectōe festīa recessisset: iesus ingressus/ scꝫ viā rectā: pambulabat hiericho. Et ecce vir nomīe zacheus et hic erat princeps publicanorū: et ipse diues. Et querebat videre iesum quis esset. Ambulāte iesu zache⁹ hierichōtin⁹ occurrit causa vidēdi iesuꝫ. Aspicit/ circūspicit/ inq̄rit/ interrogat: ex oī se satagit vt videat/ cuius tā eximie bonitatis audierat famam. Turba vero vndiq̄ circūdans iesum cupiēti videre impedimento erat: eo q̄ ipse corpis statura pusillus/ nō se valebat in altū ptēdere: vt infallibiliter conspicaret

Prouer.10 quis esset. Sed q̄m scriptū est: desyderiū suū iustis dabit: complendū ergo erat sanctū desyderiū ejus: quo nullū sanctius q̄ iesu q̄rere habere noticiā eo mō q̄uo in via est donāda mortalibus. Sꝫ aduertendū est q̄rēti omni studio solertia cūcta: nilq̄ tradendum neglectui/ q̄n nature corpisq̄ defectus argumētis potioribus superent. Et nō poterat pre turba: q̄ statura pusillus erat. Et precurrēs ascēdit in arborē sycomorū vt videret illū: q̄ inde erat transiturus. Impedit turba hominū: sed magis cogitationū malarū atq̄ puersoꝝ operū visionē diuinā. Et pusillitas intellectus hūani nō sufficit ad intuituꝫ diuinorū. Et terrena sapiens semp cōfundit/ nisi celestiū delectatione supent: q̄bus supatis animus in supiora ferat. Precurrendū est: q̄ transitus christi irretrouersibilis. Inueniēda primus est arbor in quam a terra fiat ascensus: ⁊ qua christi transitus celebret. Nō omnis arbor ad ascēsum apta neq̄ cōmoda huiuscemodi visioni. Nec ex omni arbore iesus vicinuꝫ ⁊ conspicabilem transitum facit: sed hec quam p̄ ceteris zacheus ascēsurus elegit/ scꝫ arborem sycomoꝝ. Per quam si latino more celsam accipimus/ que in fructu ē sicut morus: crucē ex typo habemus sanguineā in quam p fidem celebratus ascensus monstrat quis sit ipse deus: quia deus ⁊ homo verus: deus quia superat mortem: homo quia patit morteꝫ: deus paradisum latroni tribuēs: homo sustinēs seuas penas: homo quia moriens: deus obscurans p̄ter legem nature solem: concutiēs terrā/ saxa p scindens/ velum diuidens/ patefaciēs tumulos vt pderent mortuos: homo cruci affixus: deus defigēs humanū genus morti/ pene/ ppetuis doloribus crucifixū. Si vero ipsa est ficus fatua/ fidē catholicā nouimus: q̄ fatua dicta est ex his q̄ mortalibus hoībus sunt posita in credēdo. Per arborē huiuscemodi iesus vt homo trāsitū facit: eternitate incōmutabiliter manēs. Ascensio festināda est: quia tēpus nō sistit/ etiā momētū aliquod nō tenet. Quotidie transeunt mysteria fidei atq̄ crucis donec veniat in terminū: vbi ista nō erūt: ⁊ crux et fides eius iudeis q̄dē scandalū/ gētibus stulticia et fatuitas est.

De potestate fidei et orationis quā christus declarauit super ficulnea verbo suo subito arefacta: secundū mattheum et marcum. Ca. XLIX

Ineffabilem/ supnaturalem/ superartificialem/ sup omne ingenium hominum: sup demonum astutiam ⁊ facultatem: sup angelos ⁊ omnes celestes spūs ⁊ substantias sepatas: fides ⁊ oratio potestatē atq̄ virtutē efficacie a domino acceperūt: vt ea credamus esse facta per fidem que nullis alijs argumentis fieri potuissent: atq̄ illa orationi concessa que omnibus alijs sunt denegata donis/ oblatisq̄ mūeribus atq̄ vllis humanis dignitatibus nō porrecta. Cuius fidei potestatis magnā testimoniorū nubem apostolus p allectione ad eam hebreis scribēs inducit: q̄ hic enūerare nō expedit. Sufficit quidem studiosis q̄ ibi ista reperiāt. Nam cū iesus p̄rimus passioni frequentaret hierusalem: in vna dierū frequentationis impio verbi sui arefecit infructuosam ficū. Et cum alio Mar.11
mane transirent: viderūt ficum aridam a radicibus. Et recordatus petrus dixit ei: Rabbi: ecce ficus cui maledixisti/ aruit. Et respondens Jesus ait illis: Habete fidē dei. Amen dico vobis: quia non solum de ficulnea facietis: sed quicūq̄ dixerit huic mōti/ tollere ⁊ mittere in mare: ⁊ nō hesitauerit in corde suo: sed crediderit q̄ quodcūq̄ dixerit fiat/ fiet ei.]

Quod pphetatuꝫ fuit iudeos nō credituros iesu etiā ppter signa: secūdū Joannem solū. Ca. L

Cum animus hominis arcem rebellionis ascenderit: non assentit veritatibus pmissa nihilopendit: deridet minas: signa mirabilia diuine facta non veneratur: nec humiliat semetipsum fidei/ vt credat que intellectus facultate non capit. Et cum se tueri ratione non possit/ erubescens vinci/ tergiuersat aut contradicit animo contumaci: sicut de perfidis iudeis scriptuꝫ est. Cum tanta signa fe Jo.12
cisset coram eis/ non credebant in eū: vt sermo Esaie prophete impleretur quē dixit: Domine quis credidit au Esa.53
ditui nostro: et brachium domini cui reuelatum est? Propterea non potuerunt credere: quia iterum dixit Esaias: Excecauit oculos eorū et indura Esa.6
uit cor eorū: vt nō videāt ocul' et ītelligāt corde et cōuertātur et sanē eos.

Erat ꝑfidia iudeoꝝ cõtra omnẽ virtutẽ ⁊ rõnẽ: ꝑ
maxime aũt inexcusate cõtra eoꝝ solitos mores
cũ signis assoliti semperq̈ signa q̃rentes/signis
q̈ datis a iesu penitus nõ credebãt: q̄bus ꝑam-
plius inuitabant̃ ad fidẽ. Dia verba hec sũt euã-
geliste/nõ christi: q̄ suo spũali sensu declarat vn-
de incredulitas ista ꝓuenerit: ad quam infert ꝓ-
phetiã peractã: nõ vt causaʒ incredulitatis vt sit
sed vt ꝓnunciã: quia sic futuꝝ erat. Non em̃ ꝓ-
phete veraces afflati diuino spũ/ꝓdixissent ali-
quid futurũ/nisi quia sic esset venturum: vt quia
futurum/ideo ꝓphetatũ: non quia ꝓphetatum/
ideo futurũ. Ac ꝑ hoc futurũ extitit potius cau-
sa ꝓphetie/q̈ ꝓphetia causa futuri. Nec fuisset
ꝓphetatũ/nisi quia futurũ. Prophetia vero nõ
tendebat in falsum. Nec ex hoc aliq̄d iniustum
obijciendũ est deo q̈ sic fieri decreuerit vt aliter
esse nequerit: ideo sic ante miserit ꝓphetiã: nec
ex eo q̈ euangelista interiecit/ꝓpterea nõ potu-
erũt credere: quia dixit Esaias q̈ deus exceca-
turus erat oculos iudeoꝝ/aggrauaturus aures/
induraturus corda: vt nõ viderẽt atq̈ nõ intel-
ligerẽt/vt cõuersi sanitatẽ reciꝑent: qm̃ ex his in
re nil aliud ab intellectibꝰ sanis sentiendũ: nisi
occultis demeritis futurã iudeoꝝ ꝑfidiã ex iusta
ꝑmissione diuina sicq̈ bona fieri: etiã si ꝓpheta-
ta eadẽ ꝑmissione cuʒ gr̃a datis data. Declarat
aũt tẽpus qñ de ppl'i excecatiõe habita fuerit ꝓ-
phetia. Hoc dixit Esaias quãdo vidit
gloriã eius et locutus est de eo. Ad cla-
ritatẽ ꝓphetici dicti hoc euãgelista inserit/nõ
ad necessitatẽ futuroꝝ: qm̃ sicut ꝯtempta fuerũt
verba Esaie vera de deo cuctisq̈ dicẽdis/nec si-
bi ꝓstita est fides: sicq̈ christo contradictum est
nec factis/signis ⁊ verbis eius est data creduli-
tas: potius quidẽ ex incredulitate sibi aduersatũ
est. Uisio quidẽ fuit qñ in templo vidit dñm se-
dentẽ suꝑ solium excelsum ⁊ eleuatũ: ⁊ cum sera-
phin ⁊ cũ ceteris mysterijs ad illam ptinẽtibus
visionẽ/in anno quo mortuus fuit Ozias. Quã
visionẽ cũ retulisset Esaias: quia alibi scriptum
1.Jo.4 est: Deũ nemo vidit vnq̈: ⁊ alijs falsis adinuen-
tis occasionibus cõtra eũ/ab impijs iudeis ⁊ ꝑ-
fidis serra lignea ꝑ mediũ sectus est. Sic ⁊ chri-
stũ cuius vitaʒ/doctrinã/mores/pariter ⁊ signa
ꝯtemnẽtes/tandẽ crucis patibulo affixẽt. Ve-
rũtamẽ et ex principibꝰ multi credide-
rũt in eũ: sʒ ꝓpter phariseos nõ ꝯfite-
bãtur vt dé synagoga nõ eijcerẽtur.
Dilexerũt enĩ gloriã hominũ magis
q̃ʒ dei. Mortua est ⁊ ad nihilũ valens sine op-
portuna cõfessione credulitas. Qm̃ si corde ꝓm
Ro.10 aplm̃ ⁊ rei veritatẽ/credit̃ ad iusticiaʒ: ore tñ fit
cõfessio ad salutẽ. Ac si nõ esset fides existimãda
quã timor hominũ reꝑmit/eius ꝯfessionẽ publi-
cã ꝓhibet: si foris nõ fatet̃ quod interiꝰ recte no-
uit: si plus timet̃ q̃ christi iesu hominũ anathe-
ma. Nã quẽ hoies eijciũt ꝓpter christũ: ab ipso
recipiet̃ ꝓ quo exiliũ toleratũ est. Quid in virtu-
tibus celsius/q̃ anathematizari ꝓ christo: q̄ vt
nos de horrẽdo exilio reuocaret/a mũdo truci-
ter ⁊ iniuste anathematizatus ẽ. E regiõe astrui-
tur regni ciuilitas eterni: si q̄s ꝓ christo anathe-
ma sustinuit. Eijci ab hominibus et a terrenis ꝓ
christo/est recipi a deo cũ angelis in supernis.
Egre sibi ꝓncipabant̃ ꝓncipes iudeoꝝ/timori-
bus hominũ male subiecti. Turpis est principa-
tus q̄ deserit timore virtutẽ/veritatẽ silet/tẽpo-
re faciẽdi iusticiam ꝓtermittit. Nõ est cẽsendus
ꝓnceps q̄ virtutis soliũ nõ insederit. A re/nõ a
noĩe: a virtute/nõ ab opinione verus princeps
astruit̃. Et in eo ꝓus oportet principari virtutẽ
q̃ suꝑ alios aut alijs ꝓferat̃. Sed hoc inter ce-
tera his principibus erat in vitiũ/q̈ credentes
nõ cõfitebant̃ iesum: quia dilexerũt gloriari an-
te hoies potius q̃ in conspectu dei. Gloria ho-
minũ est cũ laudibus ⁊ fama in eoꝝ placitis vi-
uere. Gloria vero dei est a mundo cõtemni/et in
cruce christi gloriari: q̄ dantibus sibi in hac vi-
ta gloriã/in patria eternã gloriam dabit. Jesus
aũt cognoscẽs animoꝝ fidẽ: ⁊ vidẽs timidam ta-
citurnitatẽ: ne credẽtes in eũ erubescerẽt ꝯfiteri
quia hõ erat ex temꝑe: ꝓdit clamans quis sit ex
eternitate. Hinc iesus autẽ clamauit et Jo.12.
dixit: Qui credit in me/non credit in
me: sed in eũ qui misit me. Ex eterno pa-
tre deo eternus filius natus ẽ: in temꝑe vero ex
hoĩe natus hõ. Proinde q̄ credit in eũ: nõ soluʒ
in eũ sistit̃ ⁊ terminat̃ vera credulitas/sed in mit-
tentẽ deũ patrẽ: q̄ mittẽs in hanc vitam filiũ mit-
tere nõ potuit nisi deũ. Nõ em̃ ei erat naturali-
ter ab eterno sibi substantialiter filius nisi deꝰ.
Et qui videt me/videt eum qui misit
me. De visione fidei q̄ agit̃ in via/sermo est: nõ
de corꝑali aspectu. Igit̃ q̄s timor/q̄ erubescen-
tia/quale anathema/quod exiliũ/q̄ seꝑatio/q̄ re-
rum amissio animam deberet ꝓhibere creden-
tem: quin in apertam dei confessionem verborũ
atq̈ morũ erumperet? Alliciebat etiam suos au-
ditores ad credendum ex corde: ad confessionẽ
ex ore: ad testimonium operum agendoꝝ euasio-
ne periculi/dicens: Ego lux in mundũ ve- Ibidẽ
ni: vt omnis qui credit in me/in tene-
bris non maneat. Odio est hominibus pe-
riculum corporaliũ tenebraꝝ ꝓhibentium lucẽ
et placita intueri: Amplius autem esse deberet
spũaliuʒ/quibus lux veritatis depellit̃. Ex hoc
saluator vt alibi iam dixerat/hic iteruʒ asserit se
esse lucem: non ꝓstringenteʒ oculos corꝑis/sed
mentis tenebras depellenteʒ. Et quia lux est/in
hũc mundũ venit: mundũ illuminare querit/te-
nebrasq̈ fugare. Attamen non illuminat tene-
bras ⁊ non fugat/nisi credulitati fiat. Igit̃ q̄ eũ
qui est credit: non manebit in tenebris ignoran-
tie: neq̈ peccatoꝝ atq̈ penarũ terraliũ: seu in il-
lis quas saluator tenebras exteriores appellat.
Modis oĩbus congruis christus egit atq̈ sua-
sit vt crederet̃ in eum: ⁊ humanũ timorẽ atq̈ ru-
borẽ auertit: vt esset cõfessioni si erat credulitati
factis/verbis se dei filiũ missum a patre declara-
uit. Pollicitatiões supernoꝝ apposuit: ⁊ penas
horrẽdas interminatus est. Nihil ab eo negle-

etiā est in opatiōe signoꝝ. Mos ꝛ vita ei⁹ rephēsiōe carebāt: in tāta modestia fact⁹ vt etiā angelaster diceref: vt ad credulitatē sui ꝛ aptā ꝯfessionē boluꝫ alios inclinaret. Sꝫ ꝑterꝙ in paucis in multis cordis duricia: q̄ submoueri signis et doctrina nō potuit. In multis ꝑfidia: in aliq̄b⁹ malus zelus seu ꝑuersa intelligētia legis: in aliq̄bus inuidia: in aliq̄bus auaricia mētes infecit. In aliq̄bus si aliq̄ credulitas affuit/ita hūano timore seu ꝑuerso amore repssa est: vt nec in apertam confessionē erumpet.

¶ Quod iesus spretus et sermo eius cōtemptus: et mandatū eius non custoditum/quod est vita eterna: causa sunt qua homines iudicātur: secūdū Joannem solum. Ca. LI

Esa. 33. Sicut scriptū est: Nōne q̄ spernis/tu ipse sperneris? Cur spretus est iesus? Cur nō q̄situ est aio studioso si ei credenduꝫ erat/ab his q̄ hesitabāt? Cur nō sunt diligenter discussa dicta ꝛ gesta eius: si aliq̄d dictum est aut actū impertinens: aut si nō fuerint omni veneratione digna? Cur ei aduersatū est q̄ omnia q̄ voluit fecit: excepto ꝙ hominem voluit saluū fieri ꝛ non fecit cogitione/sed ꝓpria hominis voluntate? Cur credentes in eū corde/ore publico eū fassi non sunt? Cur cōtemptus est sermo diuin⁹ omnē vite atꝗ moꝝ afferens honestatem? Cur mandatum eius neglectū est/quod est vita eterna: cui omniuꝫ mortaliū suspirat intentio? Que iura/que lex/quod fas/que vtilitas: ꝛ omnia creata in vnū conflata/inuisibilia ꝛ visibilia debuerūt conuertere humanas ꝛ rationabiles mētes a fide iesu ꝛ a verbis eius/a custodia mandatorū illius? Que difficultas/que impossibilitas/q̄ molestia/q̄ causatio/q̄ perditio/q̄ iactura/ quod periculū/quod damnū/q̄ infamia/quod opprobriū in his repta sunt? Idcirco sup contemptores seuū iudiciū est futuꝝ: credētibus vero actuosis eterna vita ꝑmiū erit. Hinc post ꝓnūciationē q: ipse lux venit in mundū: vt nō sistat in tenebris: statim adiecit:

Jo. 12. Sꝫ si quis audierit verba mea et non custodierit ea: ego nō iudico eū. Non eni veni vt iudicē mundū: sꝫ vt saluificē munduꝫ. Qui spernit me ꝛ nō audit verba mea: habet q̄ iudicet eū.] Uerba christi verba sunt dei patris ipsius ore deprompta: q̄ q̄sq̄s audit et nō custodit nō iudicaf a latore iesu: sed ab eo q̄ eū vt sic loq̄ref misit. Eūdē ipse iesus in salutem/non etiaꝫ ad iudicandū venit in assumēdo naturā: veniet ad iudicandū manifeste in fine seculoꝝ: visibilis oibus in assumpto/non eū in assumente ad saluificandū. Primus eius aduētus in carne/non in iudicio fuit: secūdus ad iudiciū/nō ad salutē erit. Uerū q: omnis vindicta deo reseruata est:

Ro. 12. iuxta illā sententiā: Mihi vindictā: et ego retribuā: nō ptinet ad offensum vindicare seipsum: spectat vero ad eū q̄ habet iudicialē potestateꝫ. Quāobrē iesus si cōtēptus in verbis: si spretus in vita/moribus ꝛ ꝑsona: denegat vīdicare seipsum/aut cōtra spernētes ꝓferre iudiciū: q̄m ipsi habēt q̄ iudicet omnipotentē ꝛ patrē oim deū: qui eum in salutē/nō in iudicium misit. Nec obstat quod als ꝓtulit: In iudiciū veni in hūc mū-dum/ꝛ q̄ sequunf: q̄m ibi de iudicio discretiōis inter bonos ꝛ malos: hic de iudicio retributionis ad eosdē dictum est. Nec reus iudicaf a iusto iudice preter legem: sed ex contempta lege. Unde adiectū est: [Sermo quē locutus sum/ ille iudicabit eū i nouissimo die: quia ego ex meipso locutus nō sum: sed qui misit me pater/ille mihi mandatū dedit quid dicam ꝛ quid loquar. Et scio quia mandatum eius vita eterna est. Que ego loquor: sicut dixit mihi pater/ sic loquor. Judicabunf iudicandi ex sermone iesu/si custoditus seu fuerit spretus. Hoc ordine quelibet lex iudicat ꝯtemptorē suū: cum ex eius ꝑuaricatione seu custodia pena seu beneficium tribuaf. Sed nec iudicabit sermo christi: q: hominis fuit/aut quia ore humano prolatus est: sed quia dei patris est: sicut in plerisꝗ sentētijs liquet: ꝛ ipse asserit ꝙ nō a semetipso/sed a deo patre loquebaf: ita ꝛ in hac cōminatiōe refert/ ꝙ ex seipso locut⁹ nō est: sed mittens pater vt sic loqueref sibi mandatū dedit: ꝛ quid diceret/et q̄d humano generi in assumpta carne loqueref indixit: quid cōtra vitia diceret: quid in virtutibus loqueretur: quid diceret de pena: quid loq̄retur de gloria. Et ipse primo solus nouit quid accepit. Nam vere scit ꝙ mandatum dei patris vita eterna est: dūtaxat custoditū illam nanciscitur: neglectū vero negligentē eternis tradit incendijs. Proinde si vita eterna est: ois est apponenda solertia/ne neglectui fiat. Sic ꝛ premonitū est in monitionibus factis a moyse populo israeli: Obserua ꝛ caue ne q̄n obliuiscaris domi-

Deu. 8 ni dei tui: ꝛ negligas mandata ei⁹. Et ꝑ salomonē districti⁹ suadef custodiri. Qui custodit mā-

Pro. 19 datū/custodit aīam suam: q̄ aūt negligit vias suas/mortificabif. Et apl's cōpositionē faciēs de dignitate sermonis seu mādati facti ꝑ angelos ꝛ ꝑ iesum vnigenitū dei filiū: ꝛ de penis vtriusꝗ

Heb. 2 ꝑuaricatoribus debitis/ait: Propterea abūdātius oportet nos seruare ea q̄ audiuimus/ne forte ꝑeffluamus. Si eīn q̄ ꝑ angelos dictus ē sermo/factus est firmus: ꝛ oīs preuaricatio ꝛ inobedientia recepit iustā mercedis retributionē: quō nos effugiemus si tantā neglexerim⁹ salutē? Que cū initiū accepisset enarrari per dnm ab eis q̄ audierunt in nos cōfirmata est: contestante deo/signis ꝛ portentis ꝛ varijs virtutib⁹ ꝛ spūssancti distributionibus ꝫm suam volūtatē. Deus est q̄ loquif. Et quodquod mādatū dei vita eterna est. Ueritas est de⁹: credaf ergo ei. Uitam eternā q̄rim⁹: in mandatis ei⁹ posita est iesus q̄ loquif/filius dei est. Nō aliter loquif ꝙ accepit a patre. Multotiens iesus verbum huiuscemodi replicauit/ꝙ tot⁹ erat a patre: doctrināꝗ suaꝫ ex autoritate sua scꝫ patris ꝓferebat: ne in homine cōtemneref deus: ne homo que dei sunt sibi arrogasse diceretur: vt deus in ho-

mine assumpto crederet/nō minoratus a patre/ bō in deo assumēte: vt vna ꝑsona coleret/nō mutata nature hūane veritate.

¶ Qr iesus plus appendit affectū ꝙ censum: vt ostēdit in diuitibus et in vidua mittētibus minuta in gazophylacio: secūdū marcū et lucā. Ca. LII

Intētus erat iesus ad ꝓferendā doctrinā ꝛ docēs cōtemplabat hominū gesta: nō solū mente/sed etiā intuitu corpis: vt ex gestis sumeret materiā doctrinandi ꝛ declarandi ea q̄ latebant: seu q̄ in opinione hominū erāt ex apparētia/ꝑter veritatē existentē: qm̄ homies vident q̄ foris parēt: deus aūt intuet cor. Vn̄ ipsi ſm exteriora interiora metiunt: deus autē ſm interiora exteriora metit. Nam cū multa disceptando iesus docuisset in tēplo: et sedēs contra gazophylaciū/aspiciebat quō turba iactaret ēs ī gazophylaciū/et multi diuites iactabāt multa. Cū venisset autē vidua vna paupcula: misit duo minuta/quod est quadrans. Et cōuocans discipulos suos ait illis: Amē dico vobis: qm̄ vidua hec paup plus oībus misit q̄ miserunt in gazophylaciū. Oēs em̄ ex eo ꝙ abūdabat illis/miserūt in mūera dei: hec aūt ex eo quod deest illi de penuria sua oīa q̄ habuit misit totū victū suū]

Mar. 12
Luce. 21

Contēplabat iesus eos q̄ aliq̄d dabant in erariū seu in cōseruatoriū diuitiaꝝ tēpli: nō delectatus illis mūeribus q̄ in vsum pontificū ꝛ maloꝝ sacerdotū cōsummabant: sed videbat q̄tum ex q̄to ꝛ mores ꝛ gestus offerentiū. Et paupes ꝛ diuites munera offerebant/plus vel minus ꝓut eis erat in voto/aut in facultate seu in superfluo. Affectum iesus appendebat/non censum. Omnes terrena sapientes censum/non affectū ponderabant. Sedet nunc Jesus ad paternam dexteram/affectus ꝛ hominū opationes aspiciens. Nuda quidem ꝛ aperta omnia oculis eius. Et in omni tempe ꝛ loco bonos et malos contemplat: quid/quale/q̄tum/quotiens/ quo fine/ qua religione/quo ordine/q̄to amore agāt: dās pondus/ꝓcium factis/meritum vel demeritū/p̄mium vel supplicium/ex magnitudine affectus/ nō ex actis agētibus. Et suo libramento iusticie bona vel mala ex affectibus pluris existimat/ꝙ ex eis magnis vel pūis. Nihil q̄dē apud eū iuxta trutinationē sue iusticie magnū ꝛ pūū in virtutibus seu in vitijs est/in bonis opibus seu iniquis sublime aut imū: nisi q̄tum in agendis magna seu parua fuerit agentium ipsa voluntas. Igitur vnusquisq; apud semetipsum non q̄titatē ꝓ deo exhibiti census: non tolerate crucis/innatarum seu illatarum aut assumptarū molestiarum: non custoditam in corpe castitatem: nō verbosam orationum lectionem seu psalmodiam: non obedientiam corpis: non silentiū oris: nō clausuram ne vadat: nō dogmatū altitudinem: nō si qua sunt talium actionū existimet: sed affectū ꝙ magnus seu pūus in his fuerit/inuestiget. Et inquirat cor suū q̄tum in via mandatoꝝ dei ꝛ con filioꝝ christi agendo fuerit amore et faciēdi desyderio dilatatum: iuxta quod in iudicio inuentū/magna seu parua erit retributio p̄mioꝝ. Mōstrauit hoc in vidua iesus: quā duo minuta offerentem solum/diuitibus maiora ꝛ plura offerentibus ꝓtulit: affectum magnum in paruis muneribus librans: ꝛ magna munera ex paruis affectibus paruipendēs. Et in largitionibus ꝓ deo siue ꝓ hominibus factis ꝓualet affectus eius q̄ libere porrigit de exiguo sibi defectum faciens: ꝙ qui largit de sup̄fluo in nullo deficiēs. Multa iactabant diuites abundantes in multis: sed vidua minuta duo/quod est quadrās. Optimū diuitibus foret si multus esset affectus: non em̄ multa iactarent/sed relinquerent omnia spe ineffabilium supernoꝝ. Sed dant de abūdanti diuites: si superfluum largirent. Superflua quidē multa sunt: si sola necessaria retineant ad vsū. Eadē multa in largitiōe nō sunt: si sup̄flua copiā necessarioꝝ excedūt. Etiā stat⁹ diuitū modestie subiacet: si culpā in diuitijs deuitare ꝯtēdūt: ꝛ si de male partis esset multa oblatio: nō iure multa/sed nulla censenda potius diceretur. Emundatam atq; purgatam in conflatorio totius iusticie magnam siue paruam esse oportet oblationem diuitum: si exhibere cupiūt deo gratam/ꝛ ex datis muneribus peccata redimere. Magis autem in sortem vidue cedendū esset: q̄ ob amorem dei/placitum virtutis/pietatis cultū se postponens totum obtulit victum suum. Acta exteriora in numero et pondere et mensura hominibus agentibus nota sunt: possuntq; alijs esse nota. Sz interiora hominis nemo nisi deus nouit: in quo numero/quo pondere/ qua mensura consistant. Ac per hoc in animo enitendum est vt validior fiat affectus: qui potens est etiā corporalium actionum et rerū supplere defectus ꝛ potiorare ꝓfectus. Et quia laudationem operum suoꝝ ex pondere affectus a saluatore accepit mulier viduata viro: ab ipsa offerēdi exēpla capiamus. Viduata sit anima viro ex carnis delectatione/sed coniugata christo: habeatq; duo minuta in quib⁹ ē totus victus eius/intellectū ꝛ affectum: vt nil velit scire amplius/nisi christū: nihil aliud diligere/preter eum. Habet et alia minuta duo: timorem et amorem/ voluntatē liberam ꝛ possibilem actionem. Habet seipsam ꝛ corpus: hec de penuria sunt: quia his omnibus indigemus. Quod vero quadrantē efficiunt/ad differendū opportuna est alia forma vl' sermo.

¶ De eo ꝙ querentibus discipulis destructio hierosolymitani templi a saluatore predicta est: secūdū mattheum/marcū et lucam. Ca. LIII

Magnum mysterium in templo hierosolymitano signatū est ex indictione dei/qui sibi illud fieri iussit: ex conditore/ex conditione/ex tempore/ex modo/ex scientia/ex rebus/ex ornamentis: ac ex omnibus q̄ in erant: ex gratia exauditionis in his que in eū oratum accessissent. Quam ob causam in admi-

ratione res est: q̄ a saluatore p̄dicat̄ p̄ oīa destruē
dum. Hinc ad p̄phetiā futuroꝝ sic exorsum est.
Post omnē disputationē ꝛ disceptationē cū scri
Mat.24 bis ꝛ phariseis in tēplo ipso cōpletā: egressus
Mar.13 iesus de tēplo ibat. Et cum egredere
Lu.21 tur de tēplo/accesserūt discipuli eius
vt ostenderēt ei edificationē tēpli. Et
quibusdā dicētibus de tēplo/q̄ lapi-
dibus bonis et donis ornatū esset:
ait illi vnus ex discipulis suis: Ma-
gister aspice quales lapides et qua-
les structure. Quid tēplū manufactū ex ma
terijs: nisi quedā naturalia disposita in edificiū
placitū artis ingenio/facultate agendi cōplen-
dū: qd ex forma/qd ex numero altitudinis/lōgi
tudinis ꝛ latitudinis: qd ex eo q̄ fieri p̄cepit: qd
ex cōtentis in eo: qd ex gestis in illo: qd ex omi-
bus que de illo dici possent: arduos q̄dem alle-
goricos ꝛ anagogicos atq̄ morales habēt res hu
iuscemodi differenda sermones. Ingeniosi et
amatores veritatū q̄ a figuralibus trahunt̄: dū
libet/ad inquirendū animo elaborēt. Nos etiā
alibi in hoc opere aliquid disseruimus. Sed vti
nā cōtemplū nuncupatū esset: quoniā templū a
cōtēplatione originē traxit: esset q̄ facilior inda
gatio veritatis. Attamē domus dei ꝛ oratiōis
erat. Quod aliquando ingressus iesus vidēs ve
Mat.21 lut cōmercij forū indignat⁹ ait: Nolite facere do
mū patris mei domū negociatiōis. Et rursus:
Esa.56. Scriptū est: quia domus mea domus oratiōis
vocabit̄/seu est: Uos aūt fecistis illā speluncam
latronū. Sed egredit̄ de illo nunq̄ amplius re-
gressurus: velut relinquēs ꝛ deserēs atq̄ parui-
pendens totius synagoge dignitatē ꝛ statum:
astructurus in rebus melioribus dei cultū: factu-
rus q̄ hoies viuos tēplū dei viui: s̄m q̄ postmo-
1.Corin.3. dū ap̄ls diuinoꝝ scrutator aperuit: Templū dei
sanctū est/quod estis vos: q̄ de baptizatis ꝛ vere
credentibus loquebat̄: velut nō amplius essent
future in p̄cio cerimonie iudeoꝝ: neq̄ in illo tem
plo aut in montibus locus vere adoratiōis eēt:
sed in spū ꝛ veritate/in q̄bus deus amplius ado
rat̄ ꝛ colit̄. Et gratū sacrificiū eius nō deinceps
ex tēplo/sed in spū ꝛ cōtritione atq̄ laude: iuxta
Psal.50. illud quod afflatus spūsancto dauid dixit: Sa-
crificiū deo spūs cōtribulatus: cor cōtritū et hu
Psal.49. miliatum deus non despicies. Et alibi: Sacrifi
ciū laudis honorificabit me: ꝛ illic iter quo ostē-
dam illi salutare dei. Neq̄ doctrina ex illo tēplo
sed doctrina euangelij eius diffundenda p̄ oēm
orbē: vt docendi ex ipsa nō templū adirēt: sed in
omnē terrā p̄ ap̄los ꝛ christi discipulos ipsa fer
ret̄. Egreditur de templo iesus velut anathema
tizatū relinquens: quoniā ip̄e in ip̄o anathema-
tizatus a iudeis/etiam doctrinam eius respuen
tibus erat. Et ibat. Sed quo ibat? Ad montem
oliueti. Quoniā sublimius attollenda ecclesia
q̄ synagoga erat. Et mons erat luminis/vncti-
onis/misericordie/leticie/charitatis. Nā ꝛ fun-
data erat in montibus sanctis. Et cum egre-
deretur accesserūt ad eū discipuli eius

ad ostēdendā molē tēplaris edificij:
nō tanq̄ ignoranti: s; vt interrogarēt eū sup̄ cō-
minatione quā fecerat: si quo mō fuisset possibi-
le templū destrui siue relinq̄: cū essent lapides
boni ꝛ magni ꝛ q̄dri ꝛ cōpositi artis magna pe-
ritia: ꝛ ornatū esset innūerabilibus donis/a iu-
deis etiā ꝛ a gētilib⁹ causa deuotiōis oblatis: es
sent q̄ structure mirabiles/q̄si nulla tp̄is antiq̄-
tate dissoluēde. Desipuit q̄dē oīno ille discipu-
lus q̄ dixit: Magister aspice quales la-
pides et quales structure: q̄si aut dissol-
ui nō possent/aut dissoluēdi nō essent: ignarus q̄
maioꝝ edificioꝝ ex miraculo et virtute/necnon
ex hūana potētia dissolutio facta ē. Et respō-
dēs iesus ait illi: Uides has oēs ma
gnas edificatiōes? Amen dico vobis
hec que videtis venient dies in qui-
bus nō relinquetur lapis sup̄ lapidē
qui nō destruatur. Si p̄pter sanctitatē tē-
pli seu loci tēplū destrui absonū videbat̄: frustra
quidē: qm̄ sanctitas/virtus/scia nō destruunt̄ cū
rebus corporeis dissipatis. Alioq̄n a corporeis
spūalia/nō a spūalibus corp̄alia depēdere dice-
rent̄. Est aūt multiplex sanctitas/sed nō eq̄ neq̄
eq̄liter accepta in cōspectu dei: cui⁹ virtute san-
ctificat̄ omē quod sanctificatū est. Attn̄ oīs san-
ctitas spūalis est: q̄uis ꝛ aliquod sanctificatū cor-
poreū sit. Sāctus est deus nō ab alio q̄ a seipso:
sicut scriptū est: Estote sancti: qm̄ ego sanctus Leui.19.
sum. Sancti sunt angeli existētes in celo: sed ad
hesione. Est ꝛ sanctitas in hoībus: sed ex virtu-
te trifaria: q̄ solū infundit̄/acquirit̄ autē nunq̄.
Hec dūtaxat spiritu agit̄: corp̄e non percipitur:
Est ꝛ sacramētoꝝ: que q̄uis agatur in corpore/
non confert aut expedit: nisi spiritus rationa-
lis assentiat p̄prius suie in aliquib⁹ alienis. Est
ꝛ sanctitas bn̄dictionis in verbo sacro/ꝛ dedica
tionis ad deū ꝛ ad ea que dei sunt: cuius si de-
struantur subiecta/modica cura deo. Nā si om
nia mundi templa ꝛ vasaria/ꝛ si qua vasa/si qua
q̄ vtēsilia deo dicata deperirent: sanctitas qua sal
uari homo potest/non deperit. Perspicua sunt
hec his q̄ p̄ fidem christianitatis seu sanctitatis
veritatem cognouerūt. Si aūt p̄pter alia obijci
bilia humano vsui/q̄uis digna ꝛ miranda vide
rentur: indigna eius destructio censeretur: nil
aliud esset q̄ deum coaptasse in delectatiōe ma-
terijs. Et si quia ita bonum q̄ nō cōmunicandū
etiam hoc diuine potentie aut bonitati deroga
ret/q̄ nō poss̄; ꝛ aut nollet bona in meliora traij-
cere: atq̄ si conditor adduceret̄ vt ei deferret̄.
Alius valentioris sapientie atq̄ virtutis adue-
nerat: in cuius etiam virtute destruendū cōditū
erat/in ipso velut i fundamēto aliud sanctitatis
alterius construendum. Ex hoc saluator illi di-
scipulo interroganti respondit p̄ omnibus: q̄ il
la structura templi p̄ omnia destruēda erat/me-
liori tamen ꝛ infringibili constructione donan-
da. Nec hominum opus debebat esse eternum:
ne videret̄ virtute humana consistere. Sed nec
iesu p̄pēsioris cure fuit illi⁹ tēpli destructio cor-

porahs. Aliud enim illa psagiabat: id quidē quod ea similitudine rōnabiliū lapidū cōstructioq; magnorū atq; nobiliū / in qua firmaq; compositiōe cōnexorū / pcerū rectorū mūdi seu eorū qui videntur gerere vicē christi / euersio & dissipatio & dispsio fit facta in capite omniū platearū: ad noticiā cūctorū qui tempore faciēdi dissipauerūt legē dei: sed stabilitate ecclesie & christiana veritate vsq; in finem seculi in paucis seu multis in suo robore permanente.

¶ De signis datis a iesu de destructione hierusalē: et de cōsummatione seculi: et de aduentu suo: secundū mattheū / marcū et lucam. Ca. LIIII

Ut iam dictū est / egressus de tēplo Jesus accessit & ascendit in montē oliuarū: altiora q̄rens & deserens & patētiora. Et consedit docens aperiēsq; interrogatus signa futurorū / celatū tēpus tenens. Multi enim sunt mōtes quos ob varias causas ascendit iesus. Primus quidē tētationis: qn diabolus tu-
Mat.4 lit eū in montē excelsum valde: secūdo miliario ab eo deserto vbi ieiunauit p quadragenā. Se-
Mat.5 cundus doctrine plenissime: vbi discipulos et turbas agēda & cauēda docuit: qui est secundo miliario a capharnaū. Tertius mōs refectiōis
Jo.6 idē: sed in descēsu locus refectiōis fuit / vbi q̄nq; milia hominū pauit. Quartus mōs pcipitatio-
Lu.5 nis qui vocatur saltus: vnde nazarene nisi sunt pcipitare iesum: miliario a nazareth situs cōtra meridiē. Quintus est luminis & ostensionis glo-
Mat.17 rie / qui thabor dicitur: quarto miliaro a nazareth contra orientē / in quo iesus transfiguratus est.
Mat.14 Sextus oratiōis iuxta mare galilee: in quē christus iussis discipulis transfretare ascendit solus orare. Septimus speculationis / scz sion: in quo ineffabilia & magna mysteria egit iesus. Octa-
Mat.26 uus vnctiōis & misericordie & charitatis / scz oli-
Mar.14 uarū: quē pluries visitauit: nūc quidē insidet cōtra templū / a quo etiam ascendit in celū. Et ille
Jo.19 caluaricus in quo crucifixus est. Sed de monte
Mat.24 oliueti agitur hic: de quo scriptū est. Et cū sede-
Mar.13 ret in mōte oliuarū contra templū:
Lu.21 interrogabāt eū sepatim petrus / iacobus et ioannes et andreas dicentes: Preceptor dic nobis quādo hec fiēt: et quod signū erit quādo hec omnia incipiēt cōsummari / et aduētus tui et cōsummationis seculi. Cū hūc montem ascendisset iesus: sedit in ea versa facie cōtra tēplum / cuius porta ad orientē erat. Ergo christi facies ad occidentē aspiciebat: velut in occisionem daturus & hierusalē & templū & consimiles in malicia. Mirū quidē / sed memoria dignū q post christū omnia destructioni patuerūt: & omnis dignitas iudeorū inde remota est: ne illa synagoga iudeorū cū templo & hierusalē habentibus statū / non sic nouorū mysteriorū fides astrui potuisset. Facile quidē & rudes & minus sapientes fecissent in illa relapsum / si nō fuissent ablata post christū. Et vna semp sunt iusticia et fide: nunq̄ aūt ex opibus legis / ex dignitate templi & cerimonijs synagoge. Et q̄uis in posterū multa sint facta templa siue nasticia in honore christi atq; sanctorū eius / & magna diligētia custodita: nō tñ ea fide vt in illis iustificemur: sed vt quodā signo vnitatis honeste sacrificia maneant. Justicia quidē qua iusti hoīes fiūt / sine templis et domibus agitur. Non enim christus voluit vt vera & christiana iusticia esse i rebus manufactis ab hoībus crederetur: Et eo amplius deijciēda erat hierusalē cū templo: qm ipsa iesum a ciuitate deiecerat: nō credens dei filiū / sed tanq̄ reū ignominiose mortis vnanimiter magnis & consonis vocibus importune ligno crucis postulauit affigi. Sed nec post tantū scelus ad dominū conuersa fuit / vt misericordiā cōsequi potuisset: nec dum illius diuini sanguinis effusione satiata / etiam discipulos suos ad cumulū criminis vsq; ad mortē insecuta est. Quo demerito ppessa est irā dei: & hominū incircūcisorū & idolatrarū seuā manum / & immanitatē gentiū. Et cū hec horrenda videbantur: anteq̄ fierēt / ab apostolis signum inquiritur: nō solū destructiōis ciuitatis illius / sed signū aduentus sui & cōsummationis seculi. De tribus futuris vt liquet / sūt signa q̄sita. Et interim / scz a iesu est porrecta responsio. Sed ante dixit cautelā expedientē ad mala futura: ne post ascensionē eius erroris perniciem paterentur. Hinc et respōdēs iesus dixit illis: Videte ne quis vos seducat. Multi enim veniēt in nomine meo dicētes: Ego sum christus. Et tunc appropinquabit: et multos seducent. Nolite ire post illos. Audituri enim estis prelia et opiniones preliorū. Futuri erāt multi virtutis veritate carētes / simulantes speciē / affectantes hominū habere sequelā: qui deficiētes in proprijs / sub noie illius qui omnē virtutem habebat / diuinā atq; humanā / pdicaturi erāt. Ab exordio creationis hūane infuit rapina ista hominibus: vt sibi vellēt arrogare diuina. Et quod eis a natura & a gratia negabatur / falso appropriare satagebant: vt pthoplasti primi & plurimi sibimet diuine virtutis gratiā tribuētes. Sed post exorbitationē a fide nullus perniciosior error q̄ venerari in hoībus quod est propriū dei: & in nomine christi sequi aduersariū eius: & p ducēte p semitas equitatis aptas rectasq; vias / deuiatorem imitari. Vigiles ergo aplos suos reddit iesus: & futuros post eos fideles cautos facit: ne veniētibus in noie suo / asserentibus improbe se christū esse / pdicētibus que restāt in breui complere futura mysteria / instare vltimū tempus / cū adiecta sequela pstetur credulitas. Est enim talium ad seducendū omnis intētio. Jdeo seducēt multos seduci dignos: plus sape psumētes q̄ deceat simplicitatē fidei. Seducēt quidē verbis & nouitate: magis vero suauitate doctrine / moribus palliatis / spū pdicēdi futura: & illis actibus & artibus seducēdi qbus hūana ingenia cū a veritate auersa fuerint / innituntur. Sed post eos p-

bibet eundū: magistri em̄ sunt erroꝝ ꝛ viarū ad interitum. Attamē in magnū christi testimoniū cedit: ꝙ inimici eius ad seducendū accipiūt nomen eius. Et argumentū magnū virtutis christi: ꝙ a virtute alieni ad suum vsum/ad ostentationē/ad complementū sue intentionis accipiāt sanctū nomen: aliunde desperantes posse vota complere. Ne autē ista vti absona videant/testificantur veteres ꝓphetie: que ꝑ illo tpe in his que agebant vera fuerūt: etiā presagium nouissimorū temporū continentes. Inquit em̄ dominus per hieremiā prophetā: cui dominus dixerat ne oraret ꝑ populo incorrecto: quoniā orationē ꝛ holocausta eius repPulerat. Unde hieremias stupēs dixit: A a a/domine deus. Prophete dicūt eis: Non videbitis gladiū: ꝛ fames nō erit in vobis: sed pacem veram dabit vobis in loco isto. Et dixit dominus ad me: Falso prophete vaticinātur in nomine meo. Nō misi eos ꝛ non precepi eis: neqꝫ locutus sum ad eos: visionem mendacem ꝛ diuinationē fraudulentā/et seductionē cordis sui ꝓphetant vobis. Idcirco hec dicit dominus de ꝓphetis qui prophetāt in noīe meo quos ego nō misi/ dicētes: Gladius ꝛ fames non erūt in terra hac. In gladio ꝛ fame consument prophete illi: ꝛ populi quib⁹ ꝓphetant/erunt ꝓiecti in vijs hierusalē pro fame ꝛ gladio: non erit qui sepeliat eos. Obijcit se heremias ꝑ populo apponens excusationē: quoniā ꝓphete sic imbuerunt illos: quoꝝ vaticinijs adherētes recte agere arbitrati sūt. Sed e regione dominus ꝓphete a se misso/de ꝓphetis non a se missis detegit falsitatē in qua vaticinantur: quoniā ipse nō misit eos: neqꝫ ꝓceptū dedit: nec affatus est. Et alia scriptura dicit: Omnis homo mēdax. Qui ergo de spiritu dei nō loquitur/falsitatem fatur. Fuerunt quidā ꝛ sunt/ eruntqꝫ in sublimitate ꝛ subtilitate sermonum pruritū facientes auribus auditoꝝ: euangelium ꝛ aliā scripturam in sensum carnis ꝛ gustum eius aliaIiter cōuertentes: leuigantes peccata/lenientes culpa/abrogātes debitas penas/ immūdi immūditijs fauentes: nō euangelij veritatem/ sed quod mente falso finxerint populis asserentes.

Hiere. 24.

Ps. 115.

¶ Libri noni de virtuosis ꝛ ꝑ virtute sermonibus domini saluatoris/finis.

¶ Liber decimus de sermone domini in monte.

¶ Quando christ⁹ turbas vidit et in montē ascendit. Capitulum I

Mat. 5.

filiationē potest adoptione trāsire: atq̧ inuitatur vt transeat: cū saluator dicit: Beati pacifici: quoniā filij dei vocabuntur. Pacifici a pace/ non pax a pacificis nomen accepit. Hinc ergo illa pax inquirenda que filios dei facit: nō em̄ omnis pax hanc filiationē pficit. Et q̄q̄ pax sit honorabile atq̧ nimis exq̄situs effectus: ex multis tamē reprehensionē/ nō laudem/ rerum vtputa terrenarū habet. Juxta quod saluator ait: Non enim veni mittere pacem in terrā/ sed gladiū: et vt sequit/ ab inuicē separe domesticos. Proinde pax diuinā filiationē perficiens ab eo dicenda est/ quo communiter a pacto seruando dicit. Fiunt sepe inter homines socialia pacta: fiunt et coniugalia: fiunt et cōmerciosa: fiunt mercēnaria: fiunt seruilia/ et similia: quibus seruatis manet animorū in amore synceritas: manet ꝛ cōuersatio grata: seruit obsequiosa conditio: subiacet sine cōtradictione subiectus. Imperat potior l amore: perdurat societas: sodalitas stabilit. Caret querela cōiugiū: cōmercia depurant a fraude merces redditur dignis: seruilitas in opportunis se ingerit: et nulla querela deforis psonat: imo vident oīa sūma ordinatiōe pacata. Quid igitur pax nisi cōcordia cū illis / ex quibus tibi posset prouenire discrimen? Quid pax nisi debitus et inconturbatus ordo nature/ et modus exactus/ aut necessario exquisitus in moribus? Quid pax filios dei constituens et fratres saluatoris/ nisi altissimi filij atq̧ coheredes eius in regno dei: nisi obseruata pactio pmissor/ integre fidei/ legis eius immaculate: ad seipsum/ ad bonū honestū/ ad iustificationes / ad virtutes inuisibiles alas conuertētis? Pacto se nobis vltro cōstrinxit oīpotēs: vt seruemus quod iussit/ si volumus accipere quod pmisit. Nunq̄ iste pacta fregit: neminem in federe fallit. A nobis exquirit suapte obseruatio pactionis: vt pacem habētes simus pacifici vocati filij dei: fratres christi adoptiui: heredes patris/ ꝛ coheredes eius. Hinc psalmista: Pax multa diligentibus legē tuā: ꝛ nō est illis scandalū. Quibus pax multa sit/ ex his dictis aduerte: quia diligētibus legem dei: nam qui legem diligit/ pacta legis obseruat: obseruanti pax multa: in eo multa quia multum habentibus confert/ vt dei filios ipsa efficiat. Et pax in terra hominibus bone voluntatis. Bona volūtas semp pacifica est: quia eo bona quo sibi ꝛ nemini molitur inferre iacturā. Et adheret bonis regulata optima lege: turpia queq̧ deuitans: in bonitate ꝛ disciplina edoceri appetēs: iuxta dauidicā psalmodiā: Bonitatē et disciplinā et scientiam doce me: q2 mandatis tuis credidi. Attamē experimēto probantur homiēs si sint pacifici: velut in egypto suos fratres voluit pbare ioseph: quib9 dixit: Si pacifici estis/ vestrū vnus remaneat in vinculis: vos aūt itote et adducite alterū quē habetis/ ꝛ dimisistis cū patre in terra chanaan: ita q̧ ad testimoniū q̧ pacifici essent/ simeon remāsit in vinculis: et beniamin adduct9 est in egyptū. Ecce pacificorū mysteriū q̧ obediētia datur in obsidem: quia simeō remāsit in vinculis. Amor dextralis bonitatis et glorie venit in egyptum velut in tenebrosum seculū ante ioseph/ sc3 aīi virtutis ꝛ bonitatis augmentum. Qm̄ pacifici vocandi filij dei/ debēt pmus obedientiā profiteri: sic se p ipsam dei legib9 subiugare/ vt quicq̄ de diuinis mādatis pterire nō liceat. Quam obrem adumbrato mysterio in obsidiatū detentus est simeon. Necnon ad oīmodā testificationem pacificorū et dextre filiū ante ioseph deferri expedit in egyptū: vt amor superne patrie que per dexterā in sacro designatur eloquio: iuxta illā sententiā: leua eius sub capite meo: ꝛ dextra illius amplexabit me: añ christi conspectū per nos veniat in hunc mundū ad contemnēdū illū/ non ad diligendū. Equidē et pacificus est q̄ cum pacem odientibus pacē habet: sicut de seipso et pro christo sicut dauid: Cum is qui oderunt pacē/ eram pacificus. Non est oīmode pacis signū aut virtus cū pacificis: sed cum inimicis pacis esse pacificū laudabile atq̧ virtuosū est. Sed bene huiuscemodi viro: qm̄ sunt reliquie homini pacifico ille videlicet dñice passionis: quas post resurrectionē christus discipulis suis primo annunciās pacē/ ex fauo mellis ꝛ ex asso pisce sumens porrexit pre gaudio admirantib9 illis. Sunt et reliquie homini pacifico: q2 mundi cōsummato mysterio eterna dei filiatio sibi relinquet in premiū. Est em̄ pax electis dei: qm̄ in eo electi sunt quo pacifice viuūt. Sic sapiēs clamat: Quoniā donum ꝛ pax est electis dei. Et si hoc ad vitā alterā referatur: ideo pax electis dei erit in futuro: quia hic aīo illā ꝛ moribus possederūt. Et esaias dicit q̧ erit op9 iusticie pax: et cultus iusticie silentiū ꝛ securitas in sempiternū: ꝛ sedebit ppl̄us in pulchritudine pacis. Si mores cudimus ex istis verbis/ opus iusticie pax est: nā nulla iusticie opa sunt potiora q̄ sequi suprafatā pacē: de qua paulus: Pacem sectamini/ ꝛ deus pacis erit vobiscum. Et operibus iusticie se oīpotens prestat: q2 benedictio dñi sup caput iusti. Et qui operat iusticiam ipse exaltabitur. Et in alia vita ad opus iusticie pax adheret. Et iusticie cultus pax est: quia per silentiū/ non tumultu pacificus appellatus est populus: et securitas sempiterna eternam pacem arguit. Non est securitas/ vbi non est pax: nec veram pacem dicimus securitate carentē. Populus sedet in pulchritudine pacis si viator populus est bonorum qui pulchritudinē pacis habet. Est autē pulchritudo pacis pulsio cuiuslibet impertinentis rei: et appositio decentium ad vitā agendā p habēda significāda: in quā si tendim9/ pulchritudo pacis est totius beatitudinis cōplementū. Et iure filiatio dei est quaz pacifici cōsequunt. Sed aduertendū aduersum quod lugēs psalmista pnūciat: Nō est pax ossibus meis a facie peccatorū meorū. Peccata pacem mētis ꝛ corpis excludūt: qm̄ iniq̄tates no-

Margin references (left column): Mat.5. · Mat.10. · Psal.118. · Lu.2. · Psal.118. · Gen.42.

Margin references (right column): Can.2. · Psal.119. · Psal.36. · Sap.3 · Esa.32. · Hebr.12. · Prouer.10. · Psal.37.

stre sunt que diuiserunt inter nos et deu₃. Cui
ergo pax/cui requies/cui aliqd salutis esse po-
test: si ab omniū creatore atq₃ pacis datore se-
cernitur? Propterea non est pax impijs/ dicit
dominus. Studeamus ergo abijcere peccata ꝛ
omnē impietatē: et pacem habeamus: vt existē
tes pacifici vocemur: immo fiamus filij dei. Ar
gumento magno prestruitur agonizantibus
pro supernis/ vt pacem inquirant/ꝛ sequantur
eam ex his que in humanis agūtur. Nam pro
pace queritur princeps / et vnusquisq₃ monar-
cha qui tuetur rēpublicā/ iudicet vniformiter:
et ne sit discordia principatus/ac etiā eorū qui
sub diuersis ducibus militant. Gerūtur bella
vt ad pacē veniatur: aut pacis inimici argumē
to bellico pessundentur. Pace cōmendant se-
mina terris: et ad segetē maturā deueniunt: flo
rescūt vinee: arbores fructus educūt: dū furor
bellicus nō impedit nature pcessū. Pace natu-
ra pdit: ꝛ suis splendescit ipsa pcessibus. Tute
dormit in edib⁹: secure itinerat in via: latro nō
timet in syluis: floret olens virginitas: gaudet
castitas pudorosa. Letatur pudicitia coniuga
lis/cū violentia impudicorū merito pacis arce
tur. Decorant artibus ciuitates: omnibus iu-
ra redduntur: et de iusticia nemo causat. Tem-
pus omnib⁹ aptū pax optata cōmendat. Et fili
os dei facit in terris/ vt subleuet in excelsis.

¶ De persecutione propter iusticia₃ tolerata: qua regnū celorū habetur i sorte: secūdū mattheū. Ca. XI

Postq̄ aduersus seipsū homo factus
est seuus / incurrens penā dei iussio-
ne contempta: nec absterritus metu
dolorū/quos iusticia dei solū interminate pre-
nouerat: factū est vt i alios seueritas hominis
deseuiret: vt etiā inferretur innocētibus perse
cutio: pateretur mansuetudo molestiā: iacturā
iust⁹ iniuste toleraret. Et spreta dei iusticia/ nō
esset tutela bonis ab improbis super terrā: ꝛ vs
q₃quo processus esset ad malū: q₃ dei sanctione
postposita per humanas hominū leges/ vt ad
plenū malorū improbitas arceret. Et iniquita
te hoībus dñante necessariū factū est vt perse-
cutio inter homines orta vexaret: que cum de-
uitari non posset virente atq₃ regnante malicia
oportuit scutū patientie interponi ꝛ premuniri
iusticia: que cum adest in agonibus varijs ho-
minū iōem passionē efficit gloriosam. Propte-
Mat.5. rea saluator dicit: Beati qui persecutio-
nem patiuntur propter iusticiā: qm̄ ipsorū
est regnū celorū. Supra iusticie apposuit esu-
riem: nunc addit et persecutionem. Sed esuriei
saturitatem: sed persecutioni regnū celorū adie
cit: vt clareat quem locum iusticia in virtutibus
habeat: que preponit esuriei: et pter ipsam in-
ducimur pati. Que vero sit illa iusticia propter
quā persecutionē honestū sit tolerare/ discussio-
ne opus est: vt ipsa pcognita q̄uis seue persecu
tioni si apprehēderit nulla rōne cedat/ vt com-
prehendat repromissum sibi brauiū regnum ce-

lor. Nō vergat in dubiū hanc esse iusticiā fidei
secundū apsm: Arbitror hoīem iustificari p fidē Rom.3.
sine opibus legis. Et alibi: Iustificati igit ex Rom.5.
fide/ pacē habeamus ad deū per iesum christū
dñm nostrū. Et ad galathas: Ex fide iustificat Gal.3.
gentes deus. Et credidit abraā deo/ꝛ reputatū Gen.15.
est ei ad iusticiā. Propter quā fidei tenendā in-
cōcusse iusticiā/ hi q̄ acceperūt in exordijs nascē
tis et militantis ecclesie psecutiones seuissimas
passi sunt: vt sanguis immensurabilis funderet
sacratus deo/ furore demonū ꝛ terroribus tyrā
norum: et nil deesset in penis atq₃ tormentis et
varietate moriendi/ quin iu'ificati per fidem in
suis psecutionib⁹ paterent. Sed beati q̄ psecu
tionē pter fidei iusticiā passi sunt: dū regnum
celorū infallibiliter assequūt. Nā ꝛ suos disci-
pulos et cōsimiles ad psecutionū tolerantiam
prouocat: hoīum propellit timorē: altam dixit a
seipso in celis promissionem/ dicens: Nolite ti- Mat.10.
mere eos q̄ occidūt corp⁹: aīam aūt nō possunt
occidere: sed potius eū timete qui pōt animā et
corpus perdere in gehennā. Signāter persecu
tionē propter fidei iusticiā predixit: cum prohi-
buit timorē humanum/ imponēs diuinū. Et ne
crederēt in persecutionib⁹ hoīes a diuina pui-
dentia derelinqui: per cōpositionē minimorum
quāta factori nostro sit cura de nobis/ apte mō-
strauit. Nōne duo passeres asse veneūt? ꝛ vnus Mat.10.
ex illis non cadet sup terram sine patre vestro.
Nolite ergo timere: multis passeribus melio-
res estis vos. Et vt in psecutionib⁹ stabili fidei
iusticia confiteamur christum / promisit et pre-
mium. Omnis ergo qui confitebit me coram
hominibus: cōfitebor et ego eum coram patre
meo qui est in celis. Necnō vt cōstantius pse-
cutionis tpe staret in fide / interminat pericu-
lum. Qui autem me negauerit coram homini-
bus: negabo ꝛ ego eum coram patre meo q̄ est
in celis. Hac enim causa proposita sc₃ iusticia
fidei/ secure in omni agone certatur: ꝛ intrepide
ictus bellorum excipiunt. Congressio queritur:
vt patiētia ferro /fuste/ scorpionibus/ fame/ siti/
exilio/ carcere/ vinculis/ tūsionib⁹/ flagellis/ fla-
gris/ omni genere verborum/ iniurijs/ contumelijs
approbetur. Necnon et sustinuerunt libentissi
me mortem/ne desererent fidem. Et vilem esti-
mauerunt sancti omnem corporis penam pro-
pter fidei sancte iusticiam: quoniā tribulatio pa
tientiam operatur: patiētia vero spem: spes au
tem non confundit: quia charitas dei diffusa
est in cordibus nostris per spiritumsanctū qui
datus est nobis. Et gaudenter sustinenda est
omnis aduersitas/ anteq̄ fidei veritas deserat.
Hinc iacobus: Omne gaudium existimate fra- Jaco.1.
tres cum in tentationes varias incideritis: sci-
entes quoniam probatio fidei vestre patienti-
am operatur: patientia autem opus perfectum
habet. Cur gaudium ex persecutionibus va-
rijs: nisi quia iusticia fidei cum ad examen dedu
citur / an deseri ex obiectis asperis debeat an te
neri? Si tenet/ patientia opus est ex illatis per-

possunt lingua pferri: sed iustis pati a virtute dissimiles hominū mores/etiā nullis illatis aut dictis aduersis magna psecutio est. Cruciatus est amatori dei sibi videre quod displicet: τ diuinā habet offensam. Non enim pōt vere dei cultor sine psecutione transire/videns quippiā maiestati diuine ingratū. Amor ad dilectū iniurias dilecti suas psecutiones facit: etiā si esset ipe circūquaqꝫ pacatus. Et diligens proximū vt se ipsum/in aīo psecutionē patit: cū ipm videt affligi manēs ipe nō tactus. Et amator honesti fortiter in aīo cruciat ex omni turpi quod agit: etiam si nō obliget ad actū. Sic de iusto scriptura cōmemorat. Uidi puaricantes τ tabescebaꝫ: qꝛ eloqa tua nō custodierūt. Preuaricatiōes enim legis dei τ intactis corporibus τ imperturbatis rebus/tacitis verbis/necnō forte impensis obsequijs psecutores validi sunt amicorꝫ dei τ amicantiū veritatē: ꝙ psecutio etiā pter iusticiā ē ferenda: vt semper diligamus proximū cū odio viciorum.

¶ De exhortatione facta ad discipulos pro persecutione et maledictis ferendis respectu superne mercedis: secundū mattheū et lucā tantū. Ca. XII

Preuidēs saluator discipulos suos in pma psecutionuꝫ acie positos/de nouo nascētis ecclesie velut duces belli christiani ppli/cū demōibꝰ τ mūdi pncipibꝰ certaturos: nō alia causa belli supposita/nisi noua fide Icarnati verbi olim causam agentis/in cruce pēdentis: ꝙ idolatria ppellenda erat/demones effugandi/tyranni subijciendi/mores renouādi/ noua sacrificia inducenda/ sacramenta potiora condēda/penitētia pdicāda/ miracula innumera facienda/venia danda cōuersis/beatitudo in supis pmittenda: ipsos singulari ac exhortatiuo sermone alloquit: p quos erat cuncta cōrio cōdienda fideliū: vt ipsi fierent firmū exēplū

Mat. 5 / Lu. 6. virtutis posteris in ecclesia nasciturisdicēs: **Beati eritis cū vos oderint hoīes/et maledixerint: et cuꝫ separauerint vos et exprobrauerint/et psecuti vos fuerit et dixerint oē malū aduersus vos mētientes pter me: et eiecerint nomen vestrū tanꝗ malū pter filiū homīs. Gaudete in illa die et exultate: quoniam merces vestra copiosa/ seu multa est in celis. Sic enim psecuti sunt pphetas: qui fuerunt ante vos patres eorū.** Nō defuerat a regno celorꝫ hūana natura in paradiso existens: sub celo dūtaxat pmo peccauerat: cui nō peccanti demū tacita pollicitatiōe patuisset. Nunc ille locus eden, flammeo atqꝫ versatili custodit gladio: regressus denegatus est cūctis: illis duobus exceptis/quos fides vera tenet. Ad regnū celorꝫ omni amoto medio inuitamur: vt penarū precio ꝯquiramus illud. Et nihil excipiet a penis si a psecutore pponit quod pati recusemus: si celorꝫ regnū captare obtendimus. Ex aplis tanꝗ ducibus τ vexilliferis crucis in populo christiano/omne penarum genus ad tolerandū imponit: vt nihil inspecta pmissa beatitudine recuset. Habet hoc pprium cōmunicabilis τ cōmunicata natura/maxie humana: ꝙ melius nouit qd boni ad cōuiuendū habeat mutua τ grata dilectio: τ quid mali odium pariat: vt affectet queratqꝫ diligi/τ odiri aspernet atqꝫ recuset. Inexplicabile ppemodum est quanta tortura sit animis hominū pter passiuū odiū: quoniā si hoc maxime inter mortales ad delectationē qrit/scꝫ amare τ amari: hoc potissime ad asperitatē viget/si odium viget: asperius tamē si qs patiat/ꝙ si ad aliū habet. Et saluator hanc odij passionē gaudenter tolerādam posuit/seipm in causa subijciens: τ beatitudineꝫ eterne copiositatis adiecit: vt ad singula mala ꝙ toleranda censuit/beatitudo referat. Beati eritis cū vos oderint hoīes: qui nature sequēdo iusticiā vos nemini nocentes debebāt diligere/nō odire. Usqꝫquaqꝫ passionē exaggerat: cū ab eo quis patit/ꝗ debuit beneficiū impēdi. Ualidiꝰ ꝗdem cū his ꝗ beneficiū accepit insequit: cū pati ab inimicis cōsuetos sepe deducat in mores. Iuxta quod scriptū est: Si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtiqꝫ. Tu vo homo vnanimis/dux meus τ notus meus: ꝗ simul dulces mecū capiebas cibos. Psal. 54 Ac per hoc apli discipulisqꝫ dūi/amorē omniū ex pcepto eis imposito merito vendicabant: ꝗ mittebant olim nūciare salutē: dirigere in melius vagos hominum mores: omnes infirmitates depellere: demones effugare: ordinare terrena: psuadere diuina: nulliꝰ questus causa: nullo ambitionis inanis glorie aut terrene delectationis intuitu: τ sic seue I multorꝫ maxime tyrannorꝫ odiū deuenire diuina puidētia disponebat: ex ore christi pollicens beatitudinē: si nō dilectionem/sed odiū ab hoībus paterent. Graue fit ab hoībus maledici: presertim ab his ꝗbus nō inimicandi/sed amicādi occasio pstruit: vt eloquit supradicta sentētia. Si inimicus meus maledixisset mihi/ sustinuissem vtiqꝫ. Apostoli quidem oībus benedicere missi erāt: maledictiōes τ cōuitia pamplius suscepturi: quorꝫ ibant pcurare salutē/τ in viam dirigere veritatis. Maledicebat eis velut nō sane sapientibꝰ τ stultis τ amentibꝰ: ꝗ pter incerta contēpsissent hec ꝗ falso certa videbant: in eo ꝙ seqrētur τ pdicarēt mūdo crucifixum τ crucē: velut rē stulticia τ penalitate marcentē: τ insultarēt prosperitatibus seculi/ꝗ p magno bono ab hominibus appetunt. Proinde a mundi dilectoribꝰ maledicebant: qꝛ ipsi mūdi placita maxime perhorrebant: denūciantes eterne maledici sectatoribus seculi. Socialis dulciter est hominū vita τ ad inuicē iure nature appetunt cōsortia: et separari timet ab his maxime ꝗ vnius nature sūt editi: τ habent oēm similitudinē in natura: τ cōmuni ratione humane nature indita pfruuntur: qua deo τ angelis eius inuisibilibꝰ licꝫ non per omnia/similes facti sunt. Et inter sensibilia τ rationabilia vera est sententia de similitudinis ap

petitu ꝙ simile appetit simile: libenterqꝫ similia sociant. Tenacius quidem ex insita ratiõe adest hominibus huiuscemodi appetitus: et quanto validius inest, tanto penosius est ab hoĩbus separari. Et hoc discipulis christi protunc et semper venire debebat in penam: vt ab hominibus et ex inhumanitate cruda christi supposita causa separarent: et eoꝝ velut infamiũ et ineptoꝝ consortia priuata et publica vitarent: sub pollicitatiõe beatitudinis si patiẽtia non deerit. Exprobrati sunt in dictis et factis: vt verba eoꝝ falsa et opera facta pperam putarent. Que ꝟo maior in animoꝝ animis ꝑsecutio ꝙ in verbo veritatis atqꝫ virtutis exprobrari: et in recte factis malarum actionũ habere indiciuꝫ. In oĩbus exprobrati sunt a dolositate demonũ, a supbia tyrannorũ, a ꝑfidia infideliũ, a neqtia eoꝝ q mundo sua corda ligauerant. Intantũ ꝓcessit exprobratio male lata: vt imperiti plebei absqꝫ literis, ebrij, demõiaci, magi, aruspices, harioli, venefici, malefici, seditiosi, falsarij, deceptores, seductores, incantatores et noĩe oĩs infamie notarẽtur. Sed beati quia propter christũ: beati qꝛ sortient iter minabile regnũ dei. Ois illati mali persecutio notã habet: et in id traijcit ꝙ qs ab alijs aduersa corpis et animi nõ spõte patiat. Sed elucidate cũ fugat quis fugientẽ hostiliter, ꝑsecutio nominat. Hanc et apl̃i ppessi sunt, ceteriqꝫ cõsimiles: vt fugientes a fugantibus de terris ad terras, de ꝓuincijs ad ꝓuincias, de iudea regione ad insulas et regna gentiũ trãsmigrarent: sicut cõmonefecerat ipse saluator. Si ꝑsecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã. Multa maledicta sustinuerũt christi discipuli ꝓpter ipsum: vt digni omni malo ab hominibus dicerentur: et retundebat veritas in ore ipsoꝝ: acsi velut diabolus mendacium loquerent. Et eiectũ est ipsorũ nomẽ ꝓpter magistrũ quẽ ꝑdicabant, et propter crucifixũ quẽ affirmabãt deũ: cũ non dei, sed tm̃ filius hoĩs crederet: ꝓpter quẽ omnia passi sunt. Sed omnibus his aduersis ex aduerso gaudiũ parabat: cuꝫ merces eoꝝ in superis habeat copiam premioꝝ. Acsi leue videri deberet, tolerariqꝫ leuiter omne quod inferri põt in penis ab hominibus seuis, in sensibus hominuꝫ teneris, gaudio proposito eoꝝ que ꝓmittit. Sꝫ cum duo saluator ad sustinenda mala in causa subijceret, scꝫ seipm̃ et gaudiũ supernoꝝ: vnũ cũ dixit, ꝓpter me: alterum cum adiecit: gaudete et exultate: quoniã merces vestra copiosa est in celis. Primũ virtutis, secundum beatitudinis fuit: amplius ꝓpter primũ ꝙ propter secundum mala passos apostolos legimus fuisse gauisos:

Act. 5. Nam ibant apl̃i gaudentes a cõspectu consilij: quoniã digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliã pati: vt magis letarẽt mala ppeti ꝓpt christũ ꝙ ꝓpter ꝓmissa regna celoꝝ. Optimi enim militis est, non ob rem, sed propter regeꝫ in bello pugnasse. Sed ne nouũ ipsis videretur ꝙ primũ a iudeis ꝑsecutionẽ apostoli paterent: sic patres eorum sanctos ꝓphetas ꝑsecutos fuisse cõmemorat: vt sicut filij generis, sic essent ex criminis demerito male imitationis et indurate iniquitatis.

Quod finis bonorum omniũ agẽdorum constitutus a christo beatitudo est: epilogice. Ca. XIII

Ecce sub quod diuersis significãdis ad agendã vitã saluator hoĩes animauit: et monstrauit quãta est diuersitas agẽdorũ: sed oĩm borũ finis est regnũ celoꝝ. Nã voluntaria pauꝑtas finẽ habet regnum celoꝝ. Mititas terrã hereditabit: sed illam regni celoꝝ. Lugentes cõsolabunt: sed in regno celorũ. Esurientes iusticiã, saturabunt: sed i regno celorũ. Misericordes misericordiã cõsequent: cũ intrabũt in regnũ celorũ. Mundo corde deũ videbũt intuitiue in regno celoꝝ. Pacifici filij dei vocabunt et erũt: sed in regno celoꝝ. Persecutionẽ propter iusticiã patiẽtes, gaudebũt in regno celoꝝ. Sermo directus ad apl̃os specialiter, post oĩa tolerata et superata pericula ꝓmittit regna celorum.

De quatuor in quibus apostoli et cõsimiles pro vtilitate futurorum fidelium consignantur: secũdũ Mattheũ et Lucã tantũ. Ca. XIIII

Sal, lux, ciuitas et lucerna suis tẽporibus locis et negocijs cõgruũt. Sal cibis vt sapiant: cũ horrendũ sit condienda sale insulsa comedere: ꝙꝙ multa in cibos veniant nõ opportuno sale. Sal ad preseruationẽ adhibet carniũ ne putrescant. Nã sale apposito multa cõseruant in tẽpora, q sine ipso marcescerent. Sic apostoli ceteriqꝫ subsequi eandem imaginẽ afferentes, sal doctrinale dicunt cõdiens terrena: quo iuste discreteqꝫ teneant in vsu: iniectũ sup morbidos seu fragiles hominũ mores velut sup molles carnes: ne praua consuetudine putrefierent. Quod si hanc similitudinem deferentes in seipsis sordide viuentes euanescerent: inutiles ad cetera facti mittendi sunt foras immo sic refutant, et hominũ iustis iudicijs cõculcant. Forinseca missio ad id refert, ꝙ extra omnẽ gratiã ecclesie seponant. Luce fugantur tenebre: oculi obiecta cõspiciunt: recte itinerat ad terminos: declinãt fouee, atqꝫ laquei: multa pericula deuitant. Nisi violentia superauerit atqꝫ proditio, fures arcent inuite aliena diripere: deperdita requirunt et sepe reperiuntur. Sic et apostoli ꝗuis tenebre in seipsis et lux in domino splendentes in verbo sane doctrine atqꝫ in luce veritatis luminosissime clarescentes: tenebras ignorantie fugauerunt a mentibus hominũ: et peccatoꝝ opacitatẽ a cordibus et moribus ipsorum pariter depulerunt: quoniã declaratio diuinorũ sermonũ illuminat: et intellectũ dat paruulis. Sic apostoli et cõsimiles posteri christiane doctrine luciferi, diuina eloquia declararũt: ostẽdentes mentalibus oculis desuper demissuꝫ obiectum vnigenitum dei filium humanatum, pro nobis passum atqꝫ necatum: ſm illas principũ

Mat. 5 Lu. 14

Heb.12. apostoloꝝ sententias. Aspicientes in autorē fi-
dei ꝛ cōsummatorē iesum: qui ꝓposito sibi gau-
dio sustinuit crucē omni ꝯfusione cōtēpta: atqꝫ
in dextera sedis dei sedet. Recogitate eū q̄ talē
sustinuit aduersus semetipm̄ ꝯtradictionem: vt
nō fatigemini animis vestris deficiētes. Et ali9
1.Pe.4. Christo in carne passo: ꝛ vos eadē cogitatione
armamini. Hec eñ fuit esseqꝫ debet omniū apo
stoloꝝ ꝛ veroꝝ doctoꝝ intentio: vnigenitum dei
filium ꝓ nobis oīa factū mentibus hoīm obij-
cere ad credendū. Itinerari recte in via dei sane
docuerūt: vt ex viuis doctrina ceteroꝝ eluceat.
Videte itaqꝫ quō caute ambuletis: nō quasi in-
sipientes/sed quasi sapientes: redimētes temp9:
Gal.5 quoniā dies mali sunt. Et alibi: Spū ambulate
ꝛ desyderia carnis nō pficietis. Hec oīa ꝛ similia
velut lux splendidissima mūdo apostoli docue-
runt. Ciuitas refugij extiterunt sita supra mon-
tē altissimū christum/factū velut ex lapide pre-
cioso: de montibus velut lucerna oleo misericor
die plena: lumē in domo ecclesie oibus diffude-
runt. Hec siqdē in libro similitudinū aliter sunt
tractata: ideo hic comatice dicta:

¶ Q: fine glorificationis dei sunt bona exempla monstranda: secundum mattheū solū. Capitulum XV

Mat.5 Supra dixerat apostolis q̄ erant lux mū
di. Lux igiꝉ si est/seipsam negare nō po
test. Est eñ suiipsius naturaliter diffusi
ua: multo amplius ꝛ spūalis ꝛ virtuosa. Lux se-
ipsam occultare nō debet: sed suis se manifesta-
re splendoribus/operibus primo anteq̄ verbis.
Valide validat factum bonū pferendā doctri-
nam: ꝛ magis mentibus hominū infigiꝉ ab agē
te/quod diciꝉ etiā inexarate/q̄ si exacte a nō agē
te dicatur. Proinde saluator ait: **Sic luceat lux vestra corā hominibus: vt videāt bona opa vestra: et glorificent patrē vestrum qui in celis est.** Appositus est fi-
nis in agendis: ꝛ intentio hominū in bonis opi
bus terminata est cū deducunꝉ in publicū: scili
cet vt gloria soli referaꝉ in deū: a quo bona cun
cta pcedunt: cui iure debeꝉ oīs gloria omnisqꝫ
laus ex bonis opibus que agunꝉ. Sine cuius au
xilio nullū bonū opus penitus agereꝉ. Fiāt igiꝉ
bona vt soli deo placeaꝉ: appareant corā homi
nibus vt ipse solus glorificeꝉ in agēdis bonis.
Hec est causa valentior diuine placitū volunta
tis nostriqꝫ ꝓfectus ostensionis ipsoꝝ. Ista est
aptior dūtaxat sue glorificationis. Nemini glo-
ria debetur ex factis/cui virtus seu potestas de-
fuit faciendi. Solū enim glorificatio iusta reddi
tur/a quo facultas egrediꝉ agendoꝝ. Unde pre
ter deū ex benefactis nulli glorificandi sunt ho-
mines/si hominibus oīs sufficientia deest. In-
2.Co.3 quit eñ apostolus: Nō sumus sufficientes ali-
quid cogitare ex nobis tanq̄ ex nobis: sed omīs
sufficientia nostra ex deo est. Illi ergo bñ acto
rum gloria/cui ꝛ sufficientia fiendoꝝ. Et ipse sal-
Joh.15. uator ait: Sine me nihil potestis facere. Igitur
de omnibus bonis regi seculoꝝ ꝛ immortali et
inuisibili soli deo honor ꝛ gloria in secula secu
loꝝ amen. Uerūtamen hoc dictum ad inquiren
dū se ingerit: an ad p̄ceptum/an ad consiliū/ an
ad modū referaꝉ. Omnis enim scriptura mora-
lis ꝛ simpliciter docens/ad alterum istoꝝ trium
necessario atqꝫ omnino refertur. Sed si ad prece
ptum/ teneretur omnis homo sua opera publica-
re: si ad cōsilium/tunc in operibus bonis perfe-
ctum esset ꝓpalare seipsum. Ad modū igiꝉ vide
tur potius sententia ista referri: vt dum bonum
agitur/nō ostentui pateat: solius dei placito re-
seruato. Sed si aliter nequit fieri quin appareat
cū actiua vita plurima cōplectaꝉ/que occultari
nō possunt: sic bona opa exterius luceant ex in-
tentione agentium/vt placitū solū referatur in
deū: ꝛ vt edificetur proximus ad bonū: seu ad me
lius animatus/vnde peramplius glorificeꝉ de9.
Nemo nāqꝫ voluit hominibus ex prima inten-
tione placere/qui noluerit superbire: nec excusa
tur ob eius edificationē quā intendit /si dei pla
citum solum nō preintendit. Et deus dissipauit
ossa eorum qui hominibus placent: cōfusi sunt
quoniā deus spreuit eos. Dissipanꝉ ossa placen-
tium hominibus: quia omnis homo mendax: ꝛ
si mendacibus mendax placet: peccatū est in vo
to/nō virtus. Aliqd porro sibi arrogare dispo-
suit/qui ad placendū hominibus dedit op9. Iā
in animo tumuit/qui hominū quesiuit applau-
sus. Sed dicet quis: Omnino opetib9 meis bo
nis proximū trahere volo: ꝛ ad bonū seu meli9
inuitare: vt vna mecū pariter laudet deū. Et si
vtiqꝫ fiet/ laudabiꝉ trahens/asscribet sibi q̄ tra
xit: laudabitur ve tractus q̄ sua virtute accesse-
rit ad honestū/tribuet ve sibi: quia quod bonum
est voluit. Eqdem dixerim neuter laudād9: oīs
gloria ei q̄ virtutē tribuit operis ꝛ gratiā in exē
plo/ꝛ in animo inseruit bonā voluntatē ei q̄ tra
hendus in virtutibus erat. Si bonus est trahēs
per opera fratrem/cur querit ab hominib9 lau-
dem? Si ꝟo malus/oīno dignus est alien9 a lau-
dibus. Et in sequentibus hui9 montani sermo-
nis oīno in recte aut benefactis saluator publi-
cum ꝓhibet deuitari: in oratione/in elemosyna/
in omni exercenda iusticia. Iure igitur dissipā-
tur ossa humane placentiū: q2 cōfundūtur iuste
illos sperniente deo/spernientes ipsi primū ꝯdeū.
Deum vtiqꝫ spreuit/cui ipse nō est satis ad pre-
miū. Deum spreuit/q̄ quesiuit aliū in suis operi
bus laudatorē ꝛc. Spreuit deū sue cōscientie testi-
monio nō cōtentus: ꝛ iudicio aliaꝝ cōscientiarū
satagens ducere vitam suam. Cōminationes in-
uenimus ad publicū fieri: ad secretū aūt ꝓmiū.
Sed quia bona opera quasi quedam lux exteri-
or sunt: moderatur in lumine vt eo lumine atqꝫ
intentione fulgeat: ꝛ sic edificetur proximus vt
nullus inde laudetur nisi de9: nō q̄ ipse indige-
at glorificatiōe nostra. Dixit aūt alibi: Ego glo Joh.5
riā ab hoib9 nō accipio. Et bonoꝝ nroꝝ ipse nō Psal.15.
indiget. Sed vt hō deo reddat debitū honoris
ꝛ laudis: ꝛ ipse nō dānetur vitio ꝓprie glorifica-
tiōis atqꝫ ostētatiōis: neqꝫ sibi arroget quod ꝓ-

ctus diuini est iuris. Nemo debet predicare se
ipm/si omnis hõ mendax. Qui v̄o ab ista sentē
tia mendacitatis absoluit/ non sui est muneris/
sed diuine virtutis. Excedit oīno naturā hoim
quod hoīes facit esse veraces. Quāobrē nec ipsi
laudandi: q̄uis bene agentes p ola: sed illa vir-
tus superior q̄ tribuit vt in hac vita rectum ali-
quid peragatur.

¶ Quod lex et prophetia non soluū- tur p euangeliū/sed adimplentur: iu- xta quod vitam et doctrinam debēt formare doctores: secundū mattheū solum. Capitulum XVI

Doctrine christi nouitas legis mosaice
tardioribus animis videbat repellere
vetustatē ex his q̄ saluator egerat/ erat
q₃ factur⁹: et ex his q̄ dicebat aduenerat q₃ dicturus. Ac p hoc ne in animis audientiū firmaret
q̄ legē mosaicā tanto in monte datā mysterio et
pphetiā afflatu spūssancti editā soluturus adue
nerit: in exordio quasi sue magne pdicatiōis du-
biū abstulit quod male cogebat hoīes suspica-
Mat. 5 ri/dicens: Nolite putare quoniam ve-
ni soluere legē aut pphetas: non ve-
ni soluere/sed adimplere. Bona erat lex
a sūmo data factore: nil habēs reprehensibile: sed
difficultatibus plena erat: vt nemo illā pfecisset
ad plenū: nō defectu legis/sed obseruantis. Et
cōgruit vtiq₃ illi rudi populo atq₃ inculto tēpo-
re suo. Nec ille populus et oīs mūdus amplioribus aptus erat. Pro oīb⁹ hoīb⁹ mūdi tūc tpis
data fuit: q̄uis merito vni⁹ dei cultor ille popu-
lus hebreus eductus de egyptiaca seruitute: pri
mus illam p manū moysi magnis lampadibus
coruscationum et tonitruo in summitate montis
synai accepisset/ cōtinentē magna moralia sub p
cepto: ne p effluxionē in ima hoīes a summis et
in creaturas separent a deo. Et multa cerimoni
alia vsq₃quaq₃ fatigantia dorsa hominū: etiam
aspera lenitati sensuū humanorum. Sed melior lex
leniorq₃ adhuc iam diu experto mundo largienda
erat: nō tamen soluenda/sed adimplenda prior.
Nō em̄ destructor est suorum in sapiētia eterna fa
ctorum deus: licet addat ad id quod bonum est vt
melius fiat: atq₃ potiori pditione sepe cōmutet.
Nam legē nature q̄ bona est/nunq̄ ipse i aliquo
nisi cōditione meliore siue miraculo soluere di-
ctus est. Sed nec solutio dici pōt/vbi p spiritū-
sanctū supra naturā maiore vtilitate fiūt: aut mi
raculo naturā excedente pcedunt: vt sol contra
gabaon pter vsitatū sue legis cursum stetisse le-
git in vltionē malorum: part⁹ virginis cuncta chri
sti et sanctorum miracula/sol in christi morte cursu
ptermisso nature pallescens. Et si spūs malignos
eternis tradidit penis: et eis malos hoīes ex iu-
sticia sociat in tormētis: lex tñ nature pmanet in
corrupta: q̄uis ipsam naturā seua pena cōfodi-
at: vt vna pseuerando diuerberet: altera imorta-
li lege sustinēdo pduret. Et īfirmitates et si qua
mala naturā ledētia/legē nature nō soluūt: cū ex
diuina iusticia fiūt. Dis natura rex īmortali le-
ge pdurat: etiā si singularia in aliquo deperire vi-
deant: aut spūalia siue corpalia meliore cōditio
ne donant: cū sc₃ natura corruptibile atq₃ mor-
tale supra nature legē incorruptibilitatem atq₃
īmortalitatē induerit. Nec lex nature solui dicē-
da est: sed meliore appositione donata. Lex ori-
ginalis iusticie nunq̄ solutionē accepit: sed vt il
la custodiret/cetere leges posite sunt: nō solum
ad erudiendū/sed etiā ad puniēdū voluntarios
transgressores: nec christi doctrina in aliquo il-
lā soluit. Sed negatiuū christi verbū: nolite pu-
tare qm̄ veni soluere legē: dūtaxat de mosaica vi
det edicere: quā nō soluit/sed adimpleuit. Et in
his in q̄b⁹ magis videt soluta/est adimpleta p-
amplius. Habuit lex illa dicticeū imp mutabilē
et immutabilē et vsq₃ in finē seculi duraturum: quē nec
in aliq̄ sui pte nouimus esse solutum/sed christi
doctrina validius affirmatum: q̄ ab eo tpe quo
datus est nō fuit figura/sed veritas: nō tropole-
gice/sed simpliciter obseruādus: nullā allegoriā
cōtinēs/sed simpliciter docentē doctrinā. Nec
fuit in parabola datus/sed explicatus in verbo.
Habuit lex illa et circūcisionē cū petra: q̄ non ex
moyse/sed ex patribus fuit: q̄ nō soluta/sed me-
lius adimpleta circūcisione cordis q̄ corporis.
In hanc circūcisionē illa tēdebat: vt corda ho-
minū ex petra circūciderent: nō caro q̄ circūcisa
nō saluat nisi corde circūciso: cor v̄o circumci-
sum saluabit in sana carne. Multa sunt de hoc
testimonia scripturarum: q̄ si ducerent in medium
scriptura ptēderet in longū. Habebat et illa lex
sacrificia aīaliū horrida et cruenta. Soluta i his
videt lex/sed magis adimpleta: cū seipm in san
guine in ara crucis verum sacrificiū p nobis oīb⁹
nō p seipso se obtulit christus. Habebat oblati
onēs primitiarum/ redēptiones pmogenitorum: nūc
q̄dē sopite vident/imo in melius cōmutate: vt
oīs intentio in agēdis honor dei pintendat/ et
redimit aut cōmutat primogenitū: vt redēptio
sit ex christo/cōmutatio ex opere apriori: vt ex si
gnificatiōe spūali animaliū illorum accipit. Pena
talionis in misericordiā versa est. Superexaltat Iaco. 2
misericordia a iusticia. Libellus repudij cu₃ sit
amotus/etiā legis solutionē nō videt arguere.
Potius aūt in ei⁹ amotione lex implet: vt quod
tūc fiebat causa fornicatiōis/nūc trāseat in edi
ficiū castitatis. Potior ē veritas q̄ figura. Dia
in figura cōtingebāt illis: his dūtaxat exceptis 1. Co. 10
q̄ dicticeus habet et ex velata doctrina. Ueritas
igit que īmediate sequit ad figurā/legē non sol
uit/sed implet. At qui legis dator est non pmul-
gator/nullo iure legi a se date subijcit: alioq̄n le
gis subditus esset/non dñs. Equidem saluator
omniū christus tēporalis ex humanatiōis tpe/
eternus ex incōprehensibili eternitate: vtramq₃
edidit legem. Illius veteris dator/nō pmulga-
tor: istius in hūanitate dator et pmulgator: vtri-
usq₃ dñs/neutri subditus: qm̄ iusto non est lex
posita: ipsi fontali iusticie que deus est/similiter
nulla lex. Et quāq̄ multa voluerit fm legē exeq̄
factus homo: nō velut legi subdit⁹/sed velut si-

millis fratribus ꝑ oĩa factus: q̄ suo imꝑio potuit
istam nouã legẽ edere: veterẽq; illam nõ soluere:
addere ꝑfectionẽ/ soluere imꝑfectionẽ: quod nõ
erat soluere/ sed adimplere legẽ: a corꝑalib⁹ acti-
onibus ad spũales actiones trãsferre: quod ve-
re implere erat legẽ/ nõ soluere. Ois em̃ illa lex
in his q̄ actu fiebant/ mystice tendebat in chri-
stum ⁊ in corpus mysticũ eius: quo adueniente
atq; operante/ necnõ docente: lex adimpleta di-
cit/ nõ soluta. Sed si subtiliter ex subsequẽtibus
verba pensamus/ tñ de lege dicticei dixisse vide-
tur: cũ doctor soluens ⁊ docẽs precepta minima
decẽ; videlicet minima q̄ facile obseruari psit/ et
retributione in negatiuis parua/ minimus vo-
cet: faciẽs sic ⁊ docẽs sm̃ illa decẽ/ nõ sm̃ cerimo-
nias/ magnus in regno celoꝝ habeat. Prophe-
tie v̾o aut de p̄teritis/ aut de p̄sentibus/ aut de
futuris extiterunt. De p̄teritis: vt p̄actam mũdi
creationẽ ⁊ cursum originalis mũdi moyses spi-
ritu ꝓphetico retulit. Hanc ꝓphetiam non sol-
uit: quia nõ fecit nõ fuisse quod fuerat. Multa
facta sunt tꝑibus ꝓphetarũ/ q̄ ipsi absentia ve-
lut p̄sentia cõspexerũt: vt samuel in saul ⁊ dauid:
nathan in pctõ dauid: helias in achab: miche-
as in populo vtriusq; regis: heliseus in giezi ⁊
regib⁹ sui tꝑis: hieremias/ ezechiel/ daniel in re-
gibus eoꝝ ⁊ captiuitate illoꝝ tẽpore facta: ⁊ ma-
xime daniel in dijudicatiõe ardentiũ ex luxuria
sacerdotũ: nec huiuscemodi ꝓphetias soluit: q̄r
nõ fecit esse falsuȝ quod extitit veꝝ. Futuras ve-
ro nõ soluit: sed suo adimpleuit aduentu. Et si
q̄ ꝓphetata de sua humanatione/ natiuitate/ cõ-
uersatiõe/ doctrina/ passiõe/ morte/ sepultura/ re-
surrectione/ ascensione/ spũssancti missiõe/ com-
pleuit. Et in corꝑe suo (quod est ecclesia) cõple-
ta sunt: vt nõ vertatur in dubium/ ne fiant ista
pauca que restant. Si qua vero moralia ad ho-
nestum dei placitũ homines trahẽtia: ⁊ que de
vitatione ⁊ declinatione malorum ⁊ factiõe bo-
ni ⁊ solidatiõe fidei/ erectione spei/ ꝑfectiõe cha-
ritatis/ ceterarũq; actione virtutũ: ⁊ de intermi-
natione penaꝝ/ ꝓmissiõe supna/ parabolice aut
enudate ꝓphete locuti sunt: nõ solutionem/ sed
cõfirmationẽ a christo dño susceperũt: cõfirmã-
te bonũ/ suadente ꝑfectũ/ inuitante ad optimuȝ/
sub pollicitatiõe regni celoꝝ. Ac ꝑ hoc iureiurã-
do asseruit oĩa facilius posse deficere/ q̄ nõ im-
pleri legẽ quã moysi dedit: cuius impletio euan-
geliũ fuit. **Amẽ quippe dico vobis: do-
nec transeat celum et terra/ iota vnũ/
aut vnus apex/ non preteribit a lege:
donec omnia fiant.** Uerbũ affirmationis
⁊ iurationis est amen. Unde nolite putare quo-
niã veni soluere legẽ aut ꝓphetas: sed iureiurã-
do dico vobis/ q̄ anteq̄ transeat ista generatio
hoĩm q̄ sub celo ꝑ generationẽ ⁊ corruptiõeȝ ex
antiqua traduce/ animaꝝ noua infusiõe trãsit ĩ
terra: nõ solũ magna in lege scripta fient/ ⁊ pro-
phetata cõplent: sed etiã minima cõplebuntur.
Et in hoc verbo etiã ꝓphete atq; oĩs scriptura
veteris ⁊ noui testamẽti cõcludunt; ⁊ signãt no-
mine vnius legis: qm̃ si noua lex impletio vete-
ris est/ vnũ ẽ legis corpus. Sicut sepe plura mẽ-
bra vnũ corpus efficiũt/ dum in vnũ coeunt: sic
testamentũ vetus ⁊ nouũ in christo ⁊ corꝑe suo
mystico coeuntia/ vetus in enigmate/ nouum in
veritate vnam legẽ cõficiũt. Etiã ab vno dato-
re suscipiunt vnitatẽ: ⁊ ab vna intentiõe viuẽdi
in actione bonoꝝ: ab vna intẽtione cauendi in
declinatiõe maloꝝ: ab vna ꝓmissiõe celestiũ: ab
vna interminatiõe penarũ. Nõ enim in istis in
vtroq; testamento inuenit diuersitas: Quis ĩ no-
uo in moribus sit maior honestas: potior sancti-
tas: ⁊ a cõiugio sit exaltata virginitas: ⁊ a diui-
tijs altius cõmendata pauptas: ⁊ vetus tenuerit
vmbram: nouũ expresserit veritatẽ: vtrũq; tamẽ
sic alte/ ac tali est federe ꝓmulgatũ: vt ꝓ ipsoruȝ
veritate tenenda suscipiat omne suppliciũ: ⁊ ꝓ-
positione facta deferendi/ nullũ deuitet tormen-
tũ: quod in veteri multi fecerunt ꝓphete/ septẽq;
machabei: in nouo vero martyres ceteri. Proin-
de cũ dicit: iota vnũ aut vnus apex nõ preteribit
a lege: scȝ veteris testamẽti sub quacũq; scriptu-
ra cõtenti: ⁊ noui a christo ⁊ ab aplis eius ꝑ spm̃
sanctũ editi: donec fiant oĩa in vtroq; cõtẽta. Io-
ta ⁊ apex puncti sunt/ q̄bus sententie magne siue
parue terminant/ ⁊ reincipiunt in scripturis: vt
sic sensus eluceat. Nulle sentẽtie scripturaꝝ lega-
liũ terminate punctis p̄teribunt/ q̄n terminẽt in
factis. Et qm̃ oportet oĩa fieri/ ad doctores faci-
endi ⁊ dicendi sermo dirigit: cũ ex ipsis forma vi-
uendi ⁊ sciẽtia faciẽdi defluat ad indoctos. **Qui
ergo soluerit vnũ de mandatis istis
minimis et docuerit sic homines: mi-
nimus vocabitur in regno celorum.**
Si christus vt supra pretulit/ legem nõ venit sol-
uere morib⁹ cõtrarijs aut doctrina/ sed implere:
neq; cõsentit/ sed ꝓhibet ne q̄s doctor e regione
viuẽdo soluat siue doceat: quod si fecerit/ voca-
bitur minimus in regno militãtis ecclesie: nõ pa-
trie triumphãtis/ ad quã intrare neq̄bit. In cõ
scȝ minimus: vt si nomẽ habet doctoris/ non ha-
beat nomẽ bonitatis atq; virtutis: ⁊ si vigeat do-
ctrina/ careat gr̃a: ⁊ despecta e⁹ vita/ despiciat si-
militer ⁊ doctrina. Minima q̄dem mãdata vo-
cat a facili obseruatiõe: vt eo criminosior sit pre-
uaricãs/ quo ip̃a potuit facili⁹ obseruare. Ma-
gna ꝓtinus de sui natura oĩa sunt mãdata. Qm̃
q̄ fecerit ⁊ docuerit/ hic magnus vocabit in re-
gno celoꝝ. Unde igit magnus/ nisi a factiõe atq;
doctrina magnorũ? Ergo dei precepta minima
sunt ⁊ magna. Minima: q̄r faciliter obseruãtur/
⁊ minimũ p̄uaricantẽ doctorẽ efficiũt. Magna
v̾o a datore magno/ a causa magna: ne vana se-
ctãtes/ a magno dño separemur: a premio ma-
gno: q̄r q̄ fecerit ⁊ docuerit/ magnus vocabit in
regno celorum: non solum in hoc peregrino
atq; terreno/ sed etiam in superno. Sed ne me di-
xisse pretereat quod audacter sentire confiteor.
Omnis doctor qui male viuit ⁊ male docet/ pe-
ior est censendus per doctrinam perperam/ q̄
per perperam vitã. Nam ex mala vita sibi soli

neq̄: ⁊ ſi aliq̄ſ exēplo malo ꝓximꝰ offendat/ma
lū vtiq; ſibi: ſed magis ꝓximus eſt cauſandus/
q̄ cognoſcēs exēplū male actionis accepit: quā
doctor ṽbo doctrine nō cōfirmauit. Qui aūt ꝑ-
uerſe vixerit ⁊ ſic docuerit: etiā ſi nō malū exēplū
dedit/⁊ ꝑuerſam doctrinā dederit: oīno culpabi
lior ꝑ exceſſum: cū ex mala doctrina firmēt ma-
le acta: cumulet vitijs/virtutibꝰ derogetur: mo
res mali hoim inualeſcant: incentiuū ꝓbeat oī
bus delinq̄ndi: ꝓcuratio fiat ꝓ inferno: naz do
ctor malus/ꝓcurator inferni/aduocatus demo
nū/latro inſidians ꝑgentibus ad regna celorū/
angeloꝝ inimicus/deſtructor ſuꝑne patrie/ op-
pugnator chriſti: ⁊ quod peius eſt oībꝰ/ex mala
doctrina hereſes oriunt. Nunq̄ legimꝰ in con-
tione impꝛita hereſes fuiſſe inductas: niſi ex per
uerſa doctrina doctorū. Unū incredulitas ⁊ ma-
la credulitas ⁊ ſchiſmata ⁊ ſecte in eccl̄ia ſunt
exorta/niſi ex ꝑniciosa ⁊ hūana ⁊ iuxta placitū
ꝓconcepta doctrina: cū q̄s ꝓter veritatē conſe-
quitur voluntatem.

¶ De abundantiori iuſticia fidelium chriſti ſuꝑ ſcribas et phariſeos: ſecundum Mattheum. Ca. XVII

Quoniam ſaluator olm chriſtus legem
nō venerat ſoluere/ſed adimplere: hoc
iureiurādo firmaret cōmonefaceretq;
doctores: vt ſm̄ illā viuerent atq; docerēt: oēs
ſuos ſequaces alloquit: q̄ regna celorū captare
cōtendūt: dicēs q̄ iuſticiā ampliorē poſſideant
q̄ ipſi ſcribe ⁊ phariſei/q̄ de iuſticia legali ſe fal
ſo iactabant: cuiꝰ erant ꝓuaricatores potiꝰ q̄ fa
ctores: nō intendētes in illā iuſticiā/q̄ iuſtificat
Mat.5. peccatores: de q̄ dicit: Niſi abūdauerit iuſti
cia veſtra plus q̄ ſcribarū et phariſe-
orum/nō intrabitis in regnū celorū.
Aut vna iuſticia legis aut due: ſed vniꝰ legis vni
ca eſt iuſticia: vt aīo diligant ⁊ ope cōpleātur q̄
in lege mandant. Duaꝝ ṽo legū duplex erit iu-
ſticia. Proinde ſi vetus teſtamentū ⁊ nouū du-
plicē legē faciūt: vna erit ſcribaꝝ ⁊ phariſeorū:
altera chriſti diſcipuloꝝ. Illoruz legis veteris:
iſtoꝝ noue legis. Igit oportebit iuſticiā euāge-
lij ꝓcellere iuſticiaz legis moſaice. Dino ab illa
lege veteri euangeliū exaltat: in cuius opatione
iuſticie oportebit chriſti diſcipl'os excedere pha
riſeos. Si ṽo (vt ſupra ꝓtulimus) vtriuſq; legis
vnū eſt corpus: vt velut vnius legis ſit vna iuſti
cia: tū c ad actionē refert in iuſticia abundare:
acſi ſic enodatius diſcipulis diceret: niſi vos in
iuſticia factiōis exceſſeritis ſcribas ⁊ phariſeos
nō intrabitis in regnū celoꝝ: qm̄ illi dicebant ⁊
nō faciebāt. Sed quoquo mō ſentētia capiatur
ex verbis: ſiue ſint due iuſticie duarum legū ſiue
vna vnius: in idē redit ꝓ lege nō ſoluēda/ſ; ad-
implēda in parte vite agēde ⁊ ꝓ regno captan-
do celoꝝ in ꝑte vite ſignificāde. Hinc ergo expe
dit oino differere verbū dictū: iuſticia veſtra ſc;
diſcipuloꝝ ⁊ ſcribarū ⁊ phariſeoꝝ. Erat dudum
illorum iuſticia in cortice: iſtoꝝ in medulla. Il-
lorum in litera; diſcipulorum in intelligentia;
Illorum in verbis: diſcipuloꝝ in ſenſu. Illorū
in virtute ſermonis: iſtorū in virtute rationis.
Illorū in ſacrificio trucidati pectoris: iſtorū in
ſacrificio vere laudis: qm̄ ſcriptū eſt: Sacrificiū Pſal.49
laudis honorificabit me: ⁊ illic iter quo oſtēdaz
illi ſalutare dei. Illoꝝ in ſacrificio ⁊ aſperſione
effuſi ſanguinis: iſtorū in ſacrificio contriti cor
dis: q2 ſacrificiū deo ſpūs cōtribulatus: cor cō- Pſal.50
tritū ⁊ humiliatū deus nō deſpiciet. Illorū iu-
ſticia in circūciſione carnis: iſtorū in circumci
ſione cordis. Sic q̄dem in Deuteronomio ſcri
ptum eſt: Circūcidite ergo preputia cordis vr̄i. Deu.10
Et alibi: Circūcidet dn̄s deus tuus cor tuum ⁊ Deu.30
cor ſeminis tui: vt diligas dn̄m deū tuū. Illorū
iuſticia in cuſtodia ſabbati tꝑalis: diſcipulorū
ṽo ſabbati ſpūalis. Et vt breuiter ꝯſtringam/il
lorū iuſticia erat in actionibus corꝑalibꝰ/ſiue af
firmatiue ſiue negatiue mandata ponerent: di-
ſcipuloꝝ ṽo ⁊ oim chriſtianorum eſt in virtute
anie interioriſq; virtutis quōlibet iubeāt. Pro-
pterea ſubſequētia ꝑamplius manifeſtant: quo
niā ſcribe ⁊ phariſei tm̄ exterioribꝰ obſeruatiōi
bus intēdebant: nos vero ꝑamplius in interio-
ribus iubemur intendere. Ad quod ſequitur:
Audiſtis q2 dictū eſt antiquis: Non Exo.20
occides. Qui aūt occiderit/reus erit
iudicio. Ego autē dico vobis: q2 oīs
qui iraſcitur fratri ſuo/reus erit iudi-
cio. Ecce abundātia iuſticie ad iuſticiā: vt ſcri
be ⁊ phariſei ceteriq; iudei ſi nō occidant/ſerua
re iuſticiā glorient: chriſti ṽo fidelibꝰ nō ſolum
inhibet occiſionis actus: ſed ꝓhibet ad irā ani
mi motus. Facilius q̄dem eſt nō occidere prohi
bendo manū/q̄ nō iraſci cohibendo animi mo
tū. Proinde abundantia iſta iuſticie ſuꝑ phari
ſeos/ad ꝑfectionē ⁊ cōſiſtentiā animi trahit. Et
quod ſolū in aīo eſt/occultat hoibꝰ: cognituz
ſoli deo. Et vꝰ cordi legē/nō hō apponere po-
tuit. Et ſi lex dei eius in corde ipſius: nō ſupplā Pſal.36
tabunt greſſus eius: q̄ ꝓhibet vt hō homini nō
iraſcat: iraſcens ṽo iudicio puniat. Pōt autez
malū quod latet in corde aduerſus ꝓximū mul
tiplici enunciatiōe oſtendi: ſigno/verbo/facto.
Signo videlicet indiſtincto verbo: vt ſi quis
dixerit fratri ſuo racha/reus erit con
ſilio. Racha rancor eſt ex corde ꝓcedens per
guttur vſq; ad palatū/ꝑ nares exuffians: etiaz ſi
labia iungerent: ⁊ q̄nq; labijs apertis oſtēdens
animū aduerſus aliquē indignatū. Uerbo: cum
q̄s aīo irato ipſius tēpeſtatē refrenare ira ꝓdo-
minante nō valens/verbū diſtinctū ⁊ cognituz
iniurioſe in ꝓximū ꝓtulit: vt qui autē dixe-
rit fatue/reus erit gehēne ignis. Fatu
itas eſt dum in hac vita viuitur vluma hominis
ignorantia: cum nec ſeipſum/nec q̄s alius ſit/
aut loquatur intelligit. Facto: cum quis ita ex
peruerſo corde actioneq; mala conturbauit ꝓ-
ximū: vt niſi primo illum reconciliet atq; placet
ſacrificare atq; aliquid muneris offerre non li-
ceat. Si ergo offers munus tuum ad
altare/et ibi recordatus fueris q̄ fra-

ter tuus habet aliquid aduerſum te:
relinque ibi munus tuuȝ ante altare:
et vade prius recõciliari fratri tuo: et
tũc veniens offerens munus tuũ. Nõ
erat in illoꝝ iuſticia ꝓximũ reconciliare turba-
tũ: noſtra vero exigit vt niſi prius recõciliemus/
oblationes non offeramus: quod ſi facimus/caſ
ſa eſt oblatio ꝓximo non pacato. Sine dilectio
ne ꝓximi opa cuncta fruſtranť. Quomodo ꝓxi-
mum diligit q̇ eũ cõturbans modis oĩbus non
refouit? Sed aduertendũ ſumma diſcretiõe agẽ
dũq;: ne ꝓximi offenſam plus aut minus debito
emendare velimus. Nam ſi corde tantũ ꝑuerſo
et odioſo in ꝓximũ aliquid cogitatũ eſt: clam ſoli
deo emendatio ipſa fiat: qꝛ offenſa vſq; ad ꝓxi
mum non deuenit: cui quod latebat emendãdo
ꝓdere/nihil aliud eſt q̃ aliquem in ſua nequicia
incognitum diffamare. Si vero eructuato ver-
bo contra ꝓximum aliquid dictuȝ eſt/ad ipſius
noticiam nõ ꝑueniens: etiaȝ nec ipſi ſatiſfactio
fiat: ſed in cõſpectu dei et coram illis qui huiuſce
modi conuitia de ꝓximo audierũt. Cum aũt ad
ꝓximi noticiaȝ ꝑuenerit verbo aut facto tuo cõ
tra eũ ꝓconcepta malicia: iuxta q̃titatem offenſi
onis/q̃titas emẽdatiõis exiſtat: put aderit poſ-
ſibilitas et hõeſtas ꝑmiſerit. Multa enĩ ex equo
emendationi non ſubiacent: aliqua vero ſi fie-
rent/depellerent honeſtatẽ. Hoc triplex ſatiſfa-
ctionis genus/ſcȝ corde/verbo/facto/ iuſtuȝ eſt
atq; ꝑfectum: quod de triplici offenſa ꝓcedit ſi-
gnatuȝ in ira cordis: in bipertito verbo oris/ſcȝ
racha et fatue: et illatiõe mali operis: ex eo q̃ mu-
nus reſpuitur/niſi ꝓximus reconcilieť. Quod ſi
forte reconciliandus reconciliantẽ aſpernaretur
nihilopendẽs reconciliationẽ: nec vellet impen
dere indulgẽtiam poſtulatam/nec offenſam di-
mittere deꝓcanti: nil ei deperit coram ſuꝑno iu-
dice deſuper hominum corda ꝓſpiciente: ſi re-
conciliationẽ facere diſpoſuerat in veritate: va-
dat ſecurus et ꝑficiat vota ſua nõ male motus in
animo/ſed ſemꝑ paratus cuȝ opus fuerit placa-
re q̃tum in ipſo eſt ꝓximum quem offendit. Si
vero aliter iſta diſſeramus: tria ſunt iſta mala q̇
bus triplex pena reſpondet. Ira/ſuꝑ quam iu-
dicium: racha/ſuꝑ quod pendet conſiliũ: fatuũ
aliquem dicere/ad quod gehẽne ignis adijciť.
Ecce ad ꝓximum offenſionis et punitionis ꝓ-
ceſſus. Ira in corde latẽs/ſolius dei iudicio ſub
iacebit q̃ta fuerit iraſcens pena plectẽdus. Si-
gnũ ire iam apparens/hominuȝ conſilio ſtabit
qualiter ſic inſinuans animi ſui motum ſit corri
gendus. Expreſſo malicie verbo ex ira conce-
pta in ꝓximum excandeſcens/niſi emendauerit
gehenne ignis eterni penam ſuſtinebit. Viden-
dum igitur q̃tum chriſtianoꝝ ſuper ſcribas et
phariſeos debet abundare iuſticia: q in his tri
bus vſq; ad ꝓximi ꝓbabilem offenſionem nec
ꝑuentum eſt: vt nec ictus verberum/nec mutila-
tio membroꝝ/nec occiſio/nec rerum ablatio in-
uite preſtiterit. Et emendationẽ oportet fieri ſi
noſtra munera nolumus reprobari. Et illoꝝ iuſti
cia occiſionẽ/aut reꝝ direptionẽ ſolũmodo ꝓhi
bebat. Ecce patet q lex nõ ſolniť/ſed ꝑamplius
adimpleť: cũ ad interioris hominis ꝑfectionem
referť. Et non ſolũ actus/ſed etiaȝ animi malus
motus et ſermo malus pena plectunť. Si qua ve
ro dicenť in iſto mõtano ſermone vſq; ad deſcẽ
ſum chriſti de mõte: hoc maxime aſtruũt q chri-
ſtus legẽ nõ venit ſoluere/ſed adimplere: ad hoc
q; cõtinuata referunť cũ admonitione in decli-
natione maloꝝ/et in actione bonoꝝ operum: et q
abundantior ſit chriſtianoꝝ iuſticia/q̃ ſcribarũ
et phariſeoꝝ.

¶ Quod cuȝ his qui aduerſantur et quibuſ aduerſamur/oportet ha ere cõcordiã ſi volunt euitare gehẽnã: ſecũdũ mattheũ et lucã tãtũ. Ca. XVIII

Diſſentire in aliquo a nature conſimili/
vitiũ eſt. Diſſentire a vitijs et perditis
moribus hominũ/eſt maxima virtus.
Unus eſt omniũ creator: qui tam diuerſa in vnã
fecit conuenire formam. Unitatem igiť amat.
Unus eſt mediator inter deum et hoĩes chri-
ſtus. Et ideo inter quos ſatagit recõciliare cuȝ
deo/nõ patitur eſſe diſcordiam. Unius creatio-
nis/vnius ſimilitudinis diuine atq; nature/vni
us redemptionis et gratie/vnius fidei homines
abinuicẽ diſſentire nõ ſuſtinet: magis vero diſ-
ſentientes ſub interminatione reuocat ad con-
ſenſum/dicens: Eſto conſentiens aduer- Mat. v. Lu. xii.
ſario tuo cito: dum es in via cũ eo etc.
Cum ſuperiori connectiť iſta ſentẽtia: ſcȝ de re-
conciliatione fraterna/priuſq̃ munus in altari
offerať: vbi munus nõ grate offertur/niſi primo
ꝓximus reconcilieť. Hic ſub interminatione ꝓ
cipiť/vt ſibi cito conſentiať. Ibi offenſus ꝓxi-
mus: hic offendẽs intelligiť aduerſarius. Ille
recõciliať: huic cõſentiť: ne quomodolibet diſ-
cordia regnet: ſed omnimode mutua pax inter
homines habeať. Hoc quod tãto diuino ſtudio
agitur ſub cõminatione pene/ſub ꝓmiſſiõe glo-
rie: ꝑlucide arguit chriſtũ nõ veniſſe legẽ ſolue-
re/ſed adimplere atq; ꝑfectionẽ plurimam ad-
dere. Sȝ vt ſuꝑ tãgere cepimꝰ/duo ſunt aduerſa
rioꝝ genera: vnũ cui tu aduerſaris: et offendiſti
corde/ore vel facto a te ꝑus incepta malicia. Al-
terũ qui tibi aduerſať/ab ipſo ꝓueniente nequicia.
Primus recõciliandus: alteri cõſentienduȝ eſt.
Seu in alio genere aduerſandi: aut eſt aduerſari
us ex iniuria ꝑſonali/verbo ſeu edita facto: aut
ex debito rei/cum quis reȝ ſuam repetit ab alio.
Iterum primus reconciliandus: alteri vero cõ
ſentienduȝ eſt. Et hoc maxime in litterali ſenſu
ſaluator videť intẽdere: vt repetenti ſuũ conſen
tiať/anteq̃ ligatio ante iudicem fiat: ex qua con
ſueuerũt ꝓdire mendacia/conuicia in alterutrũ
oriri diſcordia/ꝓuocatio ad peiora: et tandẽ de-
uictio: et in altero litigantiũ horrenda captiui-
tas/donec reſtitutio ſit ad plenuȝ. Igiť melius
eſſet debitũ ante reddere repetẽti q̃ deuenire ad
iudicẽ: et conuinci et fieri captiuũ: et tandẽ ſic ma-
nere aut reddere debitũ vniuerſũ. Pacis ama-

tor/autor ꝛ lator legis: nō solutor/sed ꝗamplius factor: adijciens pfectionē nitit ꝓpellere litē/dicens: Esto consentiens adversario tuo cito dum es in via cum eo ꝛ vadis ad principē: da operā liberari ab illo: ne forte tradat te adversarius iudici: ꝛ iudex tradat te ministro exactori: ꝛ mittaris in carcerē. Amen dico tibi: nō exies inde donec reddas et novissimū quadrantem sive minutū. ¶ Consentiendū est adversario sua iuste repetenti. Nemini licitū est aliena rapere sive retinere pter domini voluntatē: nisi ex subortis ꝛ iustis causis aliud iura decernerēt. Consenti dum es in via cū eo: anteꝗ hora litigationis adveniat: anꝗ iudex habeat de veritate cognoscere: si discipuli christi estis/si christū imitamini/si doctrine christifere consentitis. Consentias ꝛ veritati. Redde mutuū ad tēpus creditū: Redde si invite accepis aliquid a consorte nature. Quanꝗ natura ꝓpriū nō iudicat: lex tamē ad coercendas hominū improbitates induxit. Tibi domino incontēto suū tenere non licet: vt quid iudicē vis adire cū adversario iuste quod suū est repetēti? Unde tanta pversitas: vt de re non tua velis inchoare litigiū? Que audacia vt velis ante iudicē sisti/vbi est necessariū te convinci? Ante iudicē seu principē constitutus/cōfiteberis an inficiaberis creditū? Si cōfiteberis: vt quid non pvenis faciē principis adversario consentiēdo: vt non fatiges ꝓximū: non inducas expensas: non libellū recipias: vt non devenias ad calumniā: nec contra te latā sententiā audias: ne corā oībus erubescas: ꝛ abcedas cōfusus in domum: aut efficiaris turpi necessitate captivus? Si vero inficiaberis: ꝗ te constrinxit malicia vt te negationi cōnecteres: vt a veritate terga versares: vt velis retinere non tuū: ꝛ de tua volūtate condere sevam legē: cuius autoritate alienū tuū vendicares in ꝓpriū: ꝛ quod est partū alieno sudore/labore alieno quesitū/invito dn̄o velis facere tuū? Unde tāta severitas in nature consortē/vt bonoꝝ suoꝝ ipsum velis esse exortē? Unde ista falsitas vt non timeas aut diligas/ sꝫ odias veritatē? Unde ꝙ nō timeas legē: ꝙ non horrescas ꝛ iudicem: qui te falso negantem/aut veritate convictum tradat in carcerem vnde non exeas/nisi persolveris omne minutū sive quadrantem? Esto igitur consentiens adversario tuo iuste repetenti: pacem habe cū pximo: non deneges aliena/ qui ꝓpria largiri ex necessitate constringeris. Hec lex est iusticie originalis: hec iusticia mosaice atꝗ euāgelice legis. Ex his concordia servatur in proximis/ discordia propellitur: lex non solvitur/sed adimpletur: ꝛ spes ex christi pollicitatiōe erigitur de regno celorum. Alibi autem hoc per similitudinē dissertum est.

¶ Quod mechia nō solum est corporis/sed et cordis male concupiscentis etiam sine tactu carnis: secundū Mattheum. Capitulū XIX

Lex non soluēda/sed adimplēda p christum/diserto verbo/exarato dicto corporis mechiā interdixerat: christus vero etiam cordis mechiā adesse denunciat/si affuerit in videndo concupiscētia fornicandi: ad quam devitandā mēbra mandat p abstinentiā cohiberi. Audistis quia dictū est antiquis: nō mechaberis. Ego aūt dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendā eam/iam mechatus est eā in corde suo. Mat. 5. Ecce abūdantior iusticia non solū ꝓhibitio corporalis/sed cordis. Ecce iusticia pharisea/corpe non mechari. Ecce abūdans/concupiscētias a corde recidere. Ubi abūdantia peccatoꝝ/ibi etiam ꝛ virtutū. Cor hominis fons est maloꝝ/cū fuerit pversum. Cūcta mala de corde ꝓdeūt: quod ꝛ salvator alias testatus est. Mat. 15 Cor hominis receptaculū est virtutum: cui cū insederit/devenient in actus. Concupiscētia mala quia de corde malo/in videndo videntē fornicariū fecit. Visa est mulier apta/pulchra: mulier neꝗ visus potuerūt operari mechiam: accessit concupiscētia vt appeteres ꝛ appeti velles: ꝛ fornicatio in corde hominis facta est. Igit cohibendus est visus: non vt ne videat/sed ne figat in delectabile visum: vnde mala concupiscentia generet/ qua homo mechus efficit. Cor custodiendū est/ne immunde sequat aspectū. Ecce pulchra facies se obiecit visui: ecce visus illam aspexit: adhuc castitas in morib9 ꝛ affectibus: vt neꝗ visus neꝗ obiectū amenū illam potuerit maculare. Adest ꝛ cor de illa pulchritudine cogitans: nec in castitate generavit eclipsim: accessit concupiscentia pter divine legis ordinē: ꝛ castitas recessit ab homine: mechia facta est ab vtroꝗ. Unde concupiscentia mala nisi ex dei lege relicta? Bonus homo/bona mulier/bonus visus/bonū cor: neutrū istoꝝ de sua natura causandū: sed cū concupiscētia mala cordis claustra penetravit: vt quod bonū est natura/etiam natura bonū appeteret: peccatū nō ex his/sed ex perversa intētione ꝓcederet. Sic et scriptura salvatoris eloquit: Nā ꝗ viderit mulierem: nō vt mulierē: alioqn vidisse sanctas fuisset in crimine: sed ad concupiscendū eā: iā mechatus est eā in corde suo: nō in oculo suo a quo visus ꝓcedit/sed in corde suo vbi concupiscētia mala resedit. Sed cor ne dissolveret in vitiū/cōminationē accepit: Ve dissolutis corde. Eccl. 2 Dissolutio cordis est a lege veritatis: cum pter ipsum aliquid cōcupiscit. Et ad cautelam invitat cū dicit: Omni custodia serva cor tuū. Pro. 4. Et de visu arguunt ꝓtoplasti: ꝛ david in visu bethsabee: qui viderūt ꝛ cor eoꝝ in concupiscentiā exarsit. 2. Reg. 11 Hieremias deplorat: Oculus meus depdatus est animā meā. Treno. 3 Et de concupiscētijs dicit: Post cōcupiscētias tuas nō eas. Eccl. 18 Et subsequēter ne ꝗ sensibus pcipiunt/in affectū cordis deveniant: mali visus sensuū spūaliter a christo iubent abscidi: cū immediate adiūgit: Qꝫ si oculus tuus dexter scandalizat te: erue eū et ꝓice

abs te. Expedit eni tibi vt pereat vnu mebrorum tuorum: q totu corpus tuum mittatur in gehennam. Dexter oculus e intellectus interior: q tunc scandalum parat/cum pcupiscentia sequitur: tunc eruitur cum ab ipsa diuellitur: tunc a se proijcitur/cum nihil pter ppriam et sensualem delectationem inquirit. Et si dextera manus tua scadalizat te: abscide ea et proijce abs te. Expedit eni tibi vt pereat vnu membrorum tuorum: q totu corpus tuum eat in gehennam. Dextera manus refertur ad potentia effectiua eorum q in concupiscentiam venerunt. Que tunc scandalizat animam/cum pficit conceptam nequiciam: que abscinditur cum reprimitur: tunc abs se proijcitur/cum nil in sensuale placitum agitur. Sed melius est ista deperire atq refrenare sensum ac interioris hominis partem/q totum esse hominis eternis gehenne incendijs mancipari. In oibus dicitur tuus et tua: quia no aliena/sed tm ppria mala nos maculant. Et qui se a ppria iniquitate obseruat eum iniquitas aliena no grauat. Scriptum est enim:
Eze. 14 Grauabit eum iniquitas sua/no aliena. Uidetur etiam ex his verbis ista resonare sententia: q delectatio vnius mebri no occupet totum corpus: et quod agitur in parte mebrorum/in totalitate corporis no contingat: cum dicit: Expedit vt pereat vnu membrorum q totum corpus tradatur in gehennam. Acsi vnum mebrorum posset perire toto alio corpore illeso sicut in abscisione manus aut pedis/mutilatione lingue/in erutione oculi: reliquo in tacto corpore. Sic et peccare in vno mebrorum: ceteris mebris denegantibus oino consensum. Sed sicut cum patitur vnum mebrorum/copatiuntur cetera mebra: siue cum gloriatur vnum membrum/congaudent et oia mebra: sic cum vnum membrum letanter peccat/sic et cetera mebra congratulando fauent: alias iniusticia esset si vno mebrorum peccante/cetera mebra immaculata punirentur. Aliter autem ex his oportet capere intellectum: vt quod dicitur in parte mebrorum/in parte temporis: et quod in toto corpore/in totalitate eternitatis referatur: vt melius sit hominem priuari delectatione phibita in hac parte labentis et terminandi temporis/que p corporis mebra suscipitur: q in gehena ignis in eternitate danari.

¶ De libello repudij in quo lex non soluitur: sed abundantior iusticia constituitur: secundum mattheum. Ca. XX

Scriptum e: Declaratio sermonum tuorum illuminat: et intellectum dat paruulis. Sermones dei sunt illa que scripta legimus in vtroq testamento: que declaratione indigent vt tardioribus innotescant: et ad confutationem illorum qui parant ex cortice verborum calumniam veritati: quia no intelligentes ea que sunt recta male intelligendo peruertunt. Et pharisieis et scribis et ceterisq subsequis similia sentientibus ora claudere: qui presumpserunt aut presumere poterunt christum venisse legem soluere/no adimplere. Cuius contrarium asserit se facturum dicens: Non veni legem soluere/sed adimplere. Libellus repudij dari permissus in veteri testamento arguebat credulitatem populi hebreorum: qui concepta in animo displicentia ex vxore aut ex feditate siue zelotypia/siue occasione quacuq accepta vsq ad necem eius facile descendissent. Ne autem contra mandatum domini homicidium seu vxoricidium sequeretur: ob leuitatem libellus repudij est concessus. Sed iesus lator noue perfectionis q legis adimplens veterem: nouam introducendo non soluens: imo perfectiori et abundantiori iusticia illam decorans: in illa crudelitatem pcauens: in ista honestam castitatem conseruans nisi ob fornicationis causam vxorem voluit no dimitti/dicens: Dictum est autem: Quicuq dimiserit vxorem suam: det illi libellum repudij. Ego autem dico vobis: q
Mat. 5 omnis qui dimiserit vxorem suam excepta fornicationis causa/facit eam mechari: et qui dimissam duxerit/adulterat. ¶ Libellus repudij sic erat vt causa qua vxor viro fuisset odiosa/scriberetur et poneretur in manu repudiate: atq sacerdotibus demonstraretur: et iuramento pstito q sic veritas se habet: poterat ab alio duci et copulari coniugio: et iterum sic repudiari si causa subesset/non tamen recoiungenda priori. Talis repudiatio vxoricidium declarabat: quod et fuisset si vir abhorrens vxorem inuite illam ingratiosam sibi retinere cogeretur. Sed honestatem omnimodam non habebat/q vna mulier potuisset duobus maritis viuis diuersis temporibus subiacere. Ampliorem enim honestatem habuit q vnus maritus pluribus pesset vxoribus aut mulieribus/vt abraam et iacob: q q vna mulier maritis viuis pluribus subiaceret. Proinde saluator non soluens legem/sed implens: per abundantiorem iusticiam honestatis phibet et dissuadet vxorem repudiari/nisi fornicationis ob causam: quam etiam sic repudiatam repudiante superstite alteri phibet copulari. Quod si alia causa pter istam repudiaretur: mechia constituitur. Et qui quocuq modo vel causa repudiatam duxerit: criminis adulterij reus erit. Non enim huiuscemodi dimissio matrimonium soluit/sed facit diuortium thori: cum et possit consensu mutuo suo viro recociliari. Fertur enim in subsequentibus sic respondisse scribis et phariseis interrogando tentantibus saluatorem: Si licet homini dimittere vxorem Mat. 19
quacuq ex causa? Qui respondens ait eis: No legistis quia qui fecit homines ab initio/masculum et feminam creauit eos? Et dixit: Propter hoc Gen. 2
dimittet homo patrem et matrem et adherebit vxori: et erunt duo in carne vna. Itaq iam no sunt duo/sed vna caro. Quos ergo deus coiunxit/ho no seperet. ¶ Ex hoc sumitur q deus quos coniunxit/separari potest. Ac per hoc coniuncti etiam carnali copula/mutuo consensu inspirante deo p obseruantia castitatis possunt ab inuicem separi. Ante carnalem vero copulam p castitate in voto seruanda possunt altera inuita partium federa quecunq disrumpi. Dicunt illi scribe et pharisei: Quid ergo moyses madauit dare libellum repudij et dimittere? Et ait illis: Quoniam moy

ses ad duriciā cordis vestri pmisit vobis dimittere vxores vestras. Ab initio aūt nō fuit sic. Patet sane intelligētibus causa cur libellus repudij sit cōcessus ⁊ pmissus nō tñ iussus: sez ne duricia cordis vsq ad vxoricidiū desęuiret. Ab initio vsq ad moysen conmugia ex honestate originalis publiceq iusticie insoluta manebant. Nūc vero saluator euangelicā legē retorquēns ad iusticiā originalez decernit. Dico autē vobis quia quicūq dimiserit vxorē suā/nisi ob causam fornicationis/et aliam duxerit/mechatur: et qui dimissam duxerit/mechatur. Attamen nemo male intelligēdo erret: vt dimissio fornicationis causa licentiā pstet alteri partium ad alia nuptiaꝝ vota transire: nō eñ esset adimpletio legis/sed solutio. Neq legis abundantior iusticia/sz defectior videref: si tēpore filij virginis nō restrigeref libidinositas carnis: ⁊ vna mulier pluribus viuis potuisset subiacere maritis. Imputet sibi q̄ cōtinere recusauit/nō licentie repudiandi ex causa fornicationis: nec repudiata sibi putet adesse iustam alteri nubendi licentiā: quia volens aut nolens repudium habuit: sed magis doleat/fleat atq peniteat qp fornicationem ob quā iuste repudiaref cōmisit. Et potius studeat recōciliari repudianti viro/q̄p alteri ipso viuente copulari cōiugio: q̄ et si nondū recipif in reconciliatione/oīno pmaneat in castitate quousq recōcilief: aut lex matrimonij lege mortis separef ⁊ soluaf. Alter vo ducens repudiatā/adulter et mechus erit: qz illam duxit quā adhuc a lege matrimonij mortis sentētia nō diuisit: nec alia iter fuit iusta causa matrimonialis diuortij: sed fornicatio iusta separatio thori. Sed turbat aīos incōtinentiū ⁊ querētiū lasciuis ⁊ immūdis moribus cū vxorib9 delectari: si nulla causa dimittende vxoris in euangelio preterq̄p fornicatio inuenif: cū plerūq post vxorē sepe p tēpora carnaliter cognitā interueniāt infirmitates in corpore atq in tali parte corpis: vt vir cū vxore volēs coire nō possit: ⁊ feditates ⁊ fuge ab altera partium: ⁊ copulationes illicite p illicitos amores ad alios: ⁊ ablationes vxorū a potentioribus: ⁊ viceuersa in viris vt cōtinere nolentes etiā licite coire nō possunt: nec apostolicū seruare consilium: vt vnusquisq habeat vxorem ppriam propter fornicationē in aliam deuitandā: ⁊ impingent forte huiuscemodi homines in illam quam nullo modo intelligunt veritatem/ dicentes: Ut quid imputabitur nobis ad crimen/si vxores illas inhonestas dimittimus: cū quibus continere nolentes rem habere nō possumus? Quid si alias ipsis viuentibus ducimus: cum impetus carnis nō agitet: continere nullo pacto delectet? Effrenate concumbere nolumus: ideo alias ad vxoratum inq̄rimus. Affectamus prolem/vt dimittamus heredem: ⁊ multa que possunt querulando deduci. Quibus respondere per singula prolata ⁊ possibilia proferēdi nimis procideret in longum: quod comatice tractare decreuimus;

Sed qz me in hac pte ignorātia crassa seu supina nō fallit/sed mēti pura veritas interlucet: dixerim verū deū ⁊ vnigenitū filiū eius pcepta impossibilia nō dedisse: neq alicui pcepisse supra gratiā ⁊ virtutē/quā ipse pstiterit hoībus obseruādi. Quare aūt nō omniū in obseruando pcepta sit eq̄ pditio: vt vnus habeat vxorē suis voluntatibus aptā: alter vero diuersimode ppeditam nō est hūane inq̄sitiōis quod est diuine volūtatis atq pmissionis: q̄ vt essent oīa nō fecit eq̄lia: que nihil nouit opari nō iustū/q̄uis a nobis existat incognitū. Ipse laudef in operibus suis: timeaf ⁊ sibi obediaf in legibus iustis. Suū duntaxat ē imperare atq ordinare quod licet: nostruz est sine causatiōe obseruare quod pcipit: magis q quod expedit nobis.

Quod iuramentū in lege cōcessuz in euāgelio oīno prohibetur vt sit lex plenior et iusticia abūdātior. Ca. XXI

Ab illa primordiali et originali et sancta iusticia in qua homo nō stetit/indicif: vt puit exigif veritas ita reddaf: ⁊ q dolus ⁊ fraus ab humana cōuersatiōe pellantur: neq corde aut ore p incaptionē ⁊ circūuētionem inter homines sermo fiat/q̄ sunt vnius nature consortes. Et corda soli deo cognita in q̄bus est humane cōuersationis origo: siue fraude/siue benignitate ferant in pximum: hoībus cunctis occulta sunt. Idcirco rectum manicans nostrum fieri animum/sine dolo ⁊ fraude verbū fieri mādabat ad pximū. Et sine iuramēto quod dicebatur/absq dubio volebat haberi: et ascribi malicie si quis a verbo negatiuo aut affirmatiuo amplius excessisset. Et si necessitate vrgente p firma fide pximis facienda oporteret iuramenta pstare: inhibef ne homo paulominus ab angelis minoratus/rerum omnium corporaliū dominus constitutus/nemini nisi soli deo subditus: qp per minora se iuret: ⁊ diuinum honorez tribuat creaturis. Qui iurat vt equali suo in dictis fidem firmam astruat/p maiorez se iuret: nō eñ pstat fidem p equale vel minus homini prestata iuratio. Minus est homine omne creatū ipso creatore ⁊ segregata creatura spūali duntaxat exceptis. Proinde phibet etiam si expediret per creaturam aliquā iuramenta pstare: dicens ad supradicta cōtinuando sermonē: vt lex sit insoluta ⁊ abūdantior sit iusticia. Iterū audistis qz dictū est antiquis: Nō piurabis. Reddes aūt domino iuramenta tua. Ego aūt dico vobis: non iurare oīno. Neq p celuz: qz thronus dei ē: iuxta illud Esaie: Celuz mihi sedes est. Neq p terrā: qz scabellū pedū eius est. Ubi p Esaiā dicif: Et qui iurat in terra/iurabit in deo amen. Neq p hierosolymaz: qz ciuitas magni regis est. Neqz p caput tuum iurabis: qz nō potes vnū capillū tuū facere albū aut nigrū. Sit aūt sermo vester/est est/nō nō. Quod aūt abūdātius est/a malo est.] Ecce phibitio in lege non pur

Mat. 5
Esa. 66
Esa. 65

rare: mandatū vero iuramētai scȝ iusta reddere. Christus q̄ venerat legē implere/nō soluere atq̧ abūdātiorē iusticiā indicere/ p̄hibet oīno iurare. Quī q̄ nō iurat/totaliter alienus est a piurio. Periurare oīno impossibile sit eū q̄ iurare non nouit. Magis implet lex: ꝑamplius abūdat iusticia si a iuratiōe desistit/ne piuriū subsequat: q̄ si iurat cū possit seq̄ piuriū. Tutius est causam nō p̄stare peccatis/q̄ p̄stita remanere insontem. Vn̄ scriptū est: Iurationi nō assuescat os tuū. Eccl. 23 Veruntā si iurare necessitas exigat: ꝑ aliquā creaturā p̄stet nemini iuramentū quacūq̧ dignitate resplendeat: ne fides nō ꝑpter deū/sed ꝑpter creaturas videat seruanda hoībus: ꝛ cultus diuinis creaturis aliquibus deferatur. Iurabant olim pagani per deos deasq̧ velut ꝑ suos maiores: quos credebant eternitate atq̧ immortalitate pollentes. Ac si diceret: Sicut dij veri et immortales sunt: ita vera dicimus sicq̧ faciemus: Et sepe vera per falsa spondebant. Non est cōgruum/sed insanū diuinū honorē creaturis impendere: similēq̧ fieri moribus paganoꝝ: q̄ etiam credebāt sibi huiusmōi deos irasci/nisi operibus iuramenta firmarent. Sed nobis fidelibus nulla creatura nostro finali ꝛ spūali damno potest irasci: nisi deus ꝛ creator omniū nostro demerito irascat. Igit si iurare oīno opus erit: per eū q̄ summe oībus p̄sidet/non ꝑ quecūq̧ creata iurabit. Sed hoc maxime saluator exigit vt ꝑut res est/affirmatiue vel negatiue ꝑferatur: a malo asserēs ꝑcedere si plus in verbis importune addiderit: sic ꝛ ille q̄ plus debito exigit.

¶ Quod pena talionis ad impletionem legis et abundantem iusticiā secundū charitatem/lenitatem et patiētiam per christuȝ cōmutata est: secundū mattheū et lucā. Ca. XXII

Quia videt iusticia iniuriaȝ patiēti: neq̧ videt iuste q̄rele habere posse materiā si qualiter accepit/taliter rependat. Et lege decretū erat ne plus q̄ accepisset passus iniuriā repēderet: sed vt talio inter homines haberet. Sepe quidē inter homines agit more ferarū: vt morsum primo accipiens/in mordenteȝ ampliori furore agat. Sicq̧ homines cum primo ledunt/in vindicando mensurā lesionis excedūt. Et si per ordinariam potestatē vltio sumitur: optat p̄patiens vt ꝑ excessum pena multiplicaret. Proinde talio in illa lege mosaica posita est: nō in potestate patiētis/sed ordinarie autoritatis. Populus em̄ ille rudis durecq̧ ceruicis aliter nō debebat tūc erudiri ꝑ illatis a primo malis/q̄ in equa pena talionis: quam ex certa serie scripture non reperimus debere inferri/nisi male passus expeteret: quē in euangelica lege saluator vult patienter ferre omnē iniuriaȝ sine expetitione talionice vltionis: ex quo lex nō soluit/sed implet: ꝛ iusticia constituit abundantior. Nam ꝑamplius complet lex/ꝑ misericordiam ꝛ patientiā nature seruando consortem seu quālibet corpis partē quomodolibet offendentem: q̄ ꝑ impatientiā ꝛ irā cū legali iusticia deseruire ad ꝑdendū hominē seu corpis partē/cū ꝑditū ex ꝑdito neq̄t fieri rediuiuū. Proinde saluator dicit: Audistis q2 dictū est antiquis: Oculū ꝑ oculo: dentē ꝑ dente. Ego aūt dico vobis nō resistere malo. Sȝ si quis ꝑcusserit te in dexterā maxillā tuā: p̄be ei ꝛ alterā. Et ei qui vult tecū in iudicio contēdere ꝛ tunicā tuā tollere: dimitte ei ꝛ palliū. Et quicūq̧ angariauerit te mille passus: vade cum illo alia duo. Exo. 21 Deute. 19 Mat. 5 ¶ Non solū ira/furia/furor/odiū/superexcedēs vltio: sed talio in euangelio ꝑhibet. Et ne videat lex mosaica solui: remotā iusticia introducit patientia: que opus perfectū habet/cū malo non sit resistendū. Et consiliū dat ad tolleranda plura siue maiora cū infert iniuria: duȝ ad ꝑcussionē vnius maxille alteram ad cedentē p̄parare monemur. Et vnū vestimentū auferenti etiam alterum dimittere: ꝛ angarianti ad labores ampliores esse ꝑatos anteq̄ diuidamur a ꝑmis: anteq̄ discordia siue litigium oriatur: anteq̄ velimus aliquid rependere vltionis. Nō soluitur lex si nolumus resistere malo: si ad cuncta pati paramur: si contētiones ꝛ lites in iudicio deuitamus: si cum ablata tunica etiā auferri pallium sustinemus: si plusq̄ exacti impēdimus ꝛ cetera que similium potiora sunt. Ista q̄ talio legem potius implent q̄ soluant: vbi virtus per ampliora refulget/abundat iusticia sup scribas ꝛ phariseos: vbi virtus interior omnia equo animo tolerat: vbi non tm̄ actus/sed animi motus restringit: ꝛ non solū res/sed ipsa quoq̧ persona in christi obseqiū coaptat. Nec oriat causatio q̄ fiat iniusticia/si legis talio abrogat. Qm̄ aliud est talionem auferre per abiectionem ordinarie potestatis: que habet ex autoritate ipsaȝ in subiectos exercere iusticiam: aliud cum quis litigare non vult nec rependere/talioni cedens ꝑpter misericordiam atq̧ patientiam: in amore atq̧ patientia factus ad ꝑximum. Iusticia non querit talionem: non impetrat ex animi virtute: nō derogans in aliquo iudiciarie potestati. Erit ergo talio ꝛ non erit: erit iusticia ꝛ nō fiet. Erit siquidem in iudice autoritatem habente: nō erit in passo humiliter tolerante. Iudex in sua potestate habet leges: vt ꝑut sibi placuerit/delinquentes taliter aut taliter puniat. Male passus amore christi equanimiter tolerans ad inferentē iniuriam/iacturā atq̧ p̄ssuram: nō talionē nō iustam rep̄hensionē a iudice/sed misericordiaȝ optat. Adhuc aūt saluator addit: Qui aūt petit a te/da ei: et volēti mutuari a te/nō auertaris. Vult porro dominus ꝛ redemptor iesus dei filius incarnatus: qui omnia corā omnibus hominibus ab exordio fecit: semetipsum in fine temporū cōmunem se omnibus prebens: ꝑ omnia fratribus absq̧ peccato similis factus: non querēs sua cōmoda/sed nostra: nullum hominem solum fieri ad seipsum in ꝑpria ꝑsona/similiter ꝛ in rebus esse/sȝ totū esse ad ꝑximū diffiniuit: cuȝ noluit q̄ petita petētibus de-

negaret: sed tribueret primo iuste petitū/ sicut
quisq; vellet hoc fieri ad seipsum. Et cū abroga
re videret ex lege talionē seueritatis: talionem
charitatis & liberalitatis induxit/ dicēs: Qui au
tem petit a te/ da ei. Ac si legem originalis iusti
cie faceret redituā/ ad hoc euangelicos viros
inducens: Si petiturus es/ petēti nō deneges.
Si cupis impetrare quod petit: a te impetret il
le q̄ petit. Si negaturus es/ nunq̄ honeste peti
turus es. Si negaturus es/ ne queruleris si tibi
petitū deneget. Si transferre in te optas peten
do rei aliene dominiū: & tu versa vice opportuni
tate dictāte tue rei dominiū cū petit/ in aliū trās
feras. Hec originalis iusticia/ hec lex euangeli
ca firma censura cōfirmant. Et si rei dominiuz
nō exigit/ sed mutuū rei familiaris ad certū tē
poris vsum: saluator phibet denegari. Et volē
ti mutuari a te/ ne auertaris. Ad deducendū ho
mines seipsos dū viuunt in ista vita mortali/ mul
ta exigunt: qbus aliqui pollent/ aliqui priuant:
quobrem quadā necessitate humane cōuersatio
nis agit/ vt alter ab altero fulciat. Et si aliq̄ ipo
de vsu festine depereunt: aliqua longiori tēpore
pseuerant: in primis pentio vbi nulla redditio:
in alijs mutuatio/ de qbus restitutio expectatur
in oibus christus mandat ad primū eū q̄ pōt p
Lu. 6. piciū fieri. Subiecit em̄: Omni petenti te
tribue. Et qui aufert que tua sunt/ ne
repetas: vt subintelligat siue in datis libere si
ue in mutuādis ex tpe. Supra omnē humanum
sensum induxit nostris animis libertatē: ne re
bus corruptibilibus subiaceremus: & ad veram
patientiā monuit. Et cuz oī primo imperturba
bilē voluit seruare cōcordiā/ vitare litē: cū abla
ta bona repetere dissuasit: ne turbaret stat9 pa
cis/ & oriret materia litis. Et talionē iustā adne
xit: [vt quecūq; vultis vt faciāt vobis homines/
& vos facite illis similit.] Ecce patet talio I me
liora mutatus: vt ex seueritate ad charitatē/ a iu
sticia in misericordiā/ ab ira in verā animi patiē
tiam transeat: vt lex dei melius impleat/ & abun
dantior iusticia fiat.

¶ De dilectione et opitulatiōe inimi
corum: secūdum Mattheū et Lucā.
Capitulum XXIII

Antiquis antiqua dicta saluator cōme
morat: vt per introductionē suorū mā
datorum cōponat/ cuius legis potior sit
pfectio: approbans antedicta/ scz q̄ legē nō ve
nerat soluere/ sed implere: & euangelicā iusticiaz
abundantiorē esse penitus ad mosaicā legē: cū
remouet omne odiū/ adijcit de dilectione man
datū. Odire nature cōsimilē & cōsortē nulla pri
mus pōt causa subesse: quāq̄ aduerset/ q̄q̄ mul
ta mala conet inferre. Neq; derogandū est bo
ne nature p vitio: quo patrato nō desinit eē hō
q̄ fecit: nec illam pdidit imaginē quā vna tecuz
dū crearet accepit. Attendendū q̄dem est q̄d in
natura placet: q̄d vero in vitio displicet. Nō em̄
vitiū cū natura cōuertit: neq; cū vitio conuertit
ipsa natura: quis & vitiū alibi q̄ in natura eē nō
possit: cū & ipsum nec natura/ neq; substātia sit.
Non tū cōmixtio eius quod est et naturam ha
bet/ & eius quod nō est & natura caret/ aliqñ esse
potest: neq; inseparabilis vnio/ neq; cōfederatio in
solubilis/ neq; conexio indecisibilis cū vitio fu
it aut erit aliquando: vitiū omne aduersus natu
ram. Seruet nature placitū: quod semp idez est:
semp easdez actiones placēdi & diligēdi habēs:
non mutabiles aut variabiles pter vitiū. Ali
oquin ipsa natura mutaret: quod fieri neqt. Na
turam vero maculans siue corrumpēs remoue
re/ ppellere/ ipugnare/ odire fas erit. Odiū nā
q; cuiuslibet nature siue substātie/ vitiū ē. Quod
si cū odij vitio habeam: odio alio vitio seu simi
li macula vitiosuz. Ante vnus erat in quo vi
tio: cuz vero fuerit exosus/ alter vitiosus ex odio
constitutus est. Virtutibus nō vitijs impugnā
da sunt vitia. Similiū ad similia nullam fieri pu
gnam neq; purgationē dixerim: q̄q̄ sepe vitium
vitiū pellat: ibi nulla pugne vtilitas vbi vitiū re
gnat. Nam sicut virtutes alias virtutes nō re
pellūt: sic vitiū aliud vitiū nō impugnat ea rōne
qua vitiū: nisi forte cū quis intensiori animo est
ad actionē vnius cui actio alterius aduerset: vt
auaricia & pdigalitas vsquaq; dissentiūt/ & hy
pocrisis & aperta superbia. Dilectio vero sm natu
ram & a natura est: quā omnia cupiūt: vna mūdi
ex diuersis forma demonstrat: in pcepto datam
agnouimus: in conuiuēdo necessariā esse nega
re nō possumus: ad augendā rēpublicam dataz
omneq; congregationē seruandā rerū experien
tia manifestat: ex qua cūcte beneficētie atq; mu
nificentie cōtributiones ad cōtinuendū necessa
rie prodeūt. Quamobrē ipse saluator naturam
humanā quā assumpsit/ p odia diuisā agnoscēs
male viuere sentiēs vera dilectione piecta: odiū
remouere/ hanc laude dignā inducere nisus est
dicens: Audistis q2 dictū est antiquis: Mat. 5.
Diliges primū tuū: et odio habebis Lu. 6.
inimicū tuū. Ego aūt dico vobis: Di
ligite inimicos vestros: bñfacite his
qui oderūt vos. Et orate ppsequēti
bus et calūniantibus vos/ vt sitis fi
lij patris vestri qui in celis est. Ideo re
petit antiquū/ subinferens suū nouū edictum: vt
ex obiectiōe appareat quod altiori dignitate re
fulget: & p quod lex magis iplet q̄ soluit: & fecū
dior est iusticia. Consentaneū est vere diligere
consortē nature: morale vero est diligere proxi
mum. Licētia iusta videt odire inimicū: pceptū
est diligere amicū: sed facile/ cū hoc sit morale.
Proinde tāto acerbior pena trāsgressoribus re
seruat. Dictū quippe fuit: Diliges amicū tuū Leui. 19.
sicut teipsum. Ego dñs. Odiū vero in iussione
nō legimus: nisi quis velit accipe ad preceptum
quod Deuteronomij scriptū est de ammonitis Deu. 23
& moabitis: quod magis in figura futurorū q̄ ad
odiū ex pcepto datū accipiendū: cū multi seuī
psecuti fuerint populū hebreorū q̄ ammonite et
moabite: qui noluerūt occurrere cū panibus ip
sis venientibus de egypto. Nec tamen legimus

aduersus aliquos odium imperatū. Semp eñ
deus cū detestatione vitij absq odio voluit ee
humanam naturam. Sed hoc quod dicit; odio
habebis inimicū tuū: aut appositio est aut existi
matio de lege cōtrarioꝝ; vt vno posito alterum
amoueat: ꝛ ipsum ponat/cum alteꝝ remouet: vt
trajiciat in hoc: Et si proximus diligit/ꝛ asscri
batur odio inimicus. Quoquo tamē modo hu-
ius scripture de odio series sit inserta: firmiter
tamē tenendū est a deo in veteri/a christo in no
uo testamēto aduersus hominē de odio non ex-
iisse preceptū: quāq ad necessitatē salutis sit ap-
positum euangelicū odiū atq perfectū: nō ad-
uersus naturā/sed aduersus nature impertinen
tem maculam a prauis voluntatib9/ nō ab alio
introductā. Subinfert aūt quod est in dilectio-
ne perfectū. Ego aūt dico vobis: Ego deus fa-
ctus homo autoritatē habens pcepta de nouo
cōdere: impertinentia resecare: dico vobis audi-
toribus primis/vt ꝛ dicat subsequentibus cete-
ris: Diligite inimicos vestros. Abhorret ani-
mus dictū si sibi imponit ꝙ diligat inimicum:
ꝛ de impossibilitate satagit se tueri: ꝛ de difficul
tate suffugiū querit: nulla rōne obstringi se cre
dens ꝙ debeat diligere inimicū: rimās indaga
tione subtili causas odij/non amoris: quia lesit
abs re: qꝛ intulit ꝛ abstulit: qꝛ periculū irremedi
abile operatus est: ꝛ ꝙ nō cessat pamplius dese
uire: qꝛ eū fecit semp sine honore delectū: qꝛ in-
terfecit: qꝛ vxorē abduxit/ꝛ cetera taliū: non ad-
uertens quid natura impredabilis boni habe-
at: ꝛ quid vitiū natura ꝛ substantia carens ledē-
do ꝛ displicendo possideat. Ad vnū quoꝙ amo-
rem/ad alteꝝ cū pseruatione prioris odiū opor
tet inferre. Fit primo cordi pceptum vt diligat:
deinde dilectionis opera iungunt. Frustra eñ
de actuosa dilectione daretur mandatū/si i cor-
de odium staret: nec ad meritū cederet quicqd
exhiberet exterius proximo/intus tabe odij ani
mo tabescente. Corde vo ex dei gratia dilecti-
one pmoto: de his in qbus est diligendus pri-
mus/seu porrigenda dilectio declaratur. Dile-
ctio pfertur tanꝙ omniū bonoꝝ in actione pri-
cipiū: ꝛ velut fons originalis aque seruata ori-
gine in multos riuulos diuidendus. Ego autē
dico vobis: Diligite inimicos vestros. Et quo
niā dilectio nescit in sua natura feriari/ ꝛ bene-
faciens ꝛ munifica est: nec merita examinans/
sed seipam tribuens in alioꝝ cōmodū: ad quod
se factam agnoscit. Et eo ipo validior in sui na
tura cōsistit/quo se tradere potuit in obsequiū
inimici: vt ei tribuat beneficiū/a quo ꝛ maleficiū
sumpsit. Uirtus aūt est ad propriū possessorem
tm: aut fertur in aliū/aut ad neutrū est: ꝛ tūc vir
tus desinit esse si neutra cōsistit. Ad deū autem
tanꝙ ad propriū factorē ꝛ largitorē/oīno primi
tus referenda est. Ac p hoc si virtus dilectiōis
debitū ordinē sequēs/ ante oīa respiciet in auto-
rem suū: nihil aliud statuens facere nisi obedi-
re quod decernit sancto mādato: cui nisi culpa-
bilis ꝛ penalis obedientia nō debet. Nō igit ex-
aminabit qualē/sed quē possit ex mandato dili-
gere: cū de quo/nō de quali cōstet emissum esse
pceptū: de hoie diligendo/nō de quali acceptm9
iussionē. Etenim ipe dilexit nos cū peccatores
essemus: nō tamē vt peccatores/sed vt iusti fore-
mus. Deuiabit a natura fōtis hui9 riuulus aq-
si aliū diligere tētabim9 ꝙ cōditor dilectiōis di-
lexerit: q sicut dilexit/sic diligi ordinauit. Totū
se fecisse cognoscat dilectio: si iuxta mandatum
autoris impendit. Quis igit pōt cōqueri de mā
dato altissimi dñi? Quis causabit reluctans fa-
cere quod nouim9 deū velle? Quis dicit impos-
sibile quod cū faciendi gratia mādat equa ꝛ in-
obliqua iusticia/summa veritas ꝛ eterna? Si ad
possessorē dilectio respicit/ purgabit eū: querit
eñ ipsa nitidū locū. Nil tanꝙ odiū animam fe-
dat ꝛ turbat. Si vo diffundenda erit/si habebit
in quē: nō querit in qualē sit ipsa ferenda: cū nō
sit dilectionis inuestigare homis qualitatē/sed
hominē nature consortē: nec dilectiua potentia
sua pprietate inuisa qrit ex suborris causis ini
micitias statuere: q de sui natura cogitur amici
tias copulare: nec firmare odium/cū interdica
tur sibi nō cognoscere inimicū. Et hō sibi nō vi
riū pponit ad amorē. Uerūtamē inimicum di-
ligere alte pollet. Arduum est hunc virtutis gra
dū potuisse cōscendere. Felix q potuit. Nullum
dixerim isto in animi potestate maiorē. De alti-
tudine huius premij si fecerit pter deū credē-
dum est alte: nō differendū incerte. Benefacite
his q oderunt vos. Benefactio ad odientes nō
obstringit ad munificentiā largiendi/sed subue
niendi necessitatē: vt necessitate cogente indigē
ti etiā odienti tribuat expediēs: quia sublata sit
a benefaciendo absoluta dilectio. Abundanti-
bus enim amantib9 siue odientib9 ex pcepto di
uino siue cōsilio nullus cogit ppria impertiri: ꝙ
uis qdam humana vrbanitas multa remota ne
cessitate amicabiliter cogat impēdere. Si iussa
dilectio animū hois potuit penetrare aut ha-
bitare: pmagis nō solū impendet reꝝ corrupti-
bilium beneficiū/sed etiā orationis officium lar
giet: p bona psperitate aduersantiū pseuchis
intercedens ad dñm. Sic eñ saluator subiecit:
Orate pro psequentibus et calumni-
antibus vos. Oratio huiuscemodi non in-
cludit omnē orōnis horā aut intentionē ascri-
ptam ledenti. Alioquin ampliora reciperet ini-
micus/ꝙ q nunꝙ nouit inferre calumniā: ꝛ ꝙ il-
le q semp dilexit ꝛ opitulatus est ꝛ beneficiū tu-
lit. Sed inexclusionē arguit taliū cū oram9. Uel
si ppulsare volumus psecutores atq calumnia
tores: nō armis aut maledicis verbis/sed orati-
onibus ppulsemus: nō vt cōfundant ꝛ pereāt/
sed vt cōuertant ꝛ viuant: ꝛ resipiscant a malis
ꝛ virtutibus polleant. Nulla maior de quomo-
dolibet aduersante victoria ꝙ si tuis pcibus cō
uertat ad dñm: cum ipe dñs nolit mortē pecca-
toris/sed vt cōuertat ꝛ viuat: quod ꝛ saluator fe-
cit/p transgressorib9 ꝛ suis crucifixorib9 orās.
Hoc ꝛ apostolos ꝛ discipl'os ꝛ martyres fecisse

legimus: et quãplures sanctos p persecutoribus in excelso deuotas et preces hũiles porrexisse. Premiũ ineffabile ad victorũ effectum subsequitur: Et erit merces vestra multa. Ut sitis filij patris vestri altissimi qui in celis est. Nescio quid amplioris premij possit habere in aduersarios diffusa dilectio: quã si adoptiua cũ vnigenito ab eterno filiatio et subsequat̃ here

Ro.8 ditas eterna. Quõ si filij/ et heredes: heredes quidẽ dei/ coheredes autẽ christi. Qui pater deus p patientiã et impensionẽ beneficiorũ ad penitẽtiam peccatores querens adducere: nostros defectus sustinens/ nosq3 miseratus expectans: solẽ suum facit oriri sup bonos et malos: et pluit sup iustos et iniustos: et benignus est sup gratos et ingratos. Attẽdant qui tergiuersant̃/ negantes inimicis dilectionẽ/ et odientibus beneficiũ/ et persecutoribus orationis officiũ impartiri/ diuinã in oĩbus largitatẽ: qui solo velle de suis inimicis posset facere vltionẽ: qui eos creauit/ bona tribuit: a quibus et cum quibus offensus est: qui solẽ luminosum totius mundi gaudium corporale/ omniũ oculorũ leticiã/ etiam a peccatoribus et a suis emulis nõ abscondit: et pariter ad vtilitatẽ bonorũ atq3 malorũ facit: vt nõ sit nube

Exo.10 tectus malis/ lucidus bonis. Quanq3 in egypto ad cõfundendam perfidiã pharaonis in tenebris stantibus egyptijs israel filijs lux fulgebat: non tamẽ hoc fecit hostiliter/ sed misericorditer: satagens pharaonẽ et egyptios ad cognitionẽ veritatis inducere/ et ad penitentiã puocare. Peramplius benefaciens bonis pariter et malis/ solẽ iusticie vnigenitũ ab eterno filiũ eius in carne oriri mũdo fecit: nõ dedignans humanã carnẽ pp̃ter peccatores in carne nõ solũ ex iustis/ sed etiã ex peccatoribus eũ nasci fecit: nõ cedẽs in partẽ bonorũ duntaxat carnẽ assumens/ partẽ malorũ abhorrens: nõ solum querens iustos/ dimittẽs iniquos. Sed velut medicus magis egris quã cõgruens sanis: et pluuia infundens terram et inebrians eam et germinare faciẽs: equaliter p bonis et malis ab ethere alto dimittit̃. Similiter et pluuia sane doctrine oĩbus bonis et malis pariter est impensa: cõgruens iustis/ necessaria oĩno iniustis: benignitatẽ ineffabiliter prebens his qui cognouerũt et gratias rependerũt: et his qui ab ingratitudine sunt detenti/ nõ reddẽtes gratias/ sed euanescentes in cogitationibus suis. Et quõ lex impleat̃ amplius quã soluat̃/ et iusticia sit fecundior: pponit̃ a saluatore qualiter oportet diligẽdo excedere hominũ cõmunes mores. Inquit enĩ: [Si diligitis eos qui vos diligunt/ quã mercedẽ habebitis? Nõne et publicani hoc faciunt? Et que vobis gratia? Nam et pctõres se diligẽtes diligunt. Et si salutaueritis eos qui vos salutant/ quid amplius facitis? Nõne et ethnici hoc faciũt? Et si benefeceritis his qui vobis benefaciũt/ que vobis est grã? Siquidẽ et peccatores hoc faciũt? Et si mutuũ dederitis his a quibus speratis recipe/ que grã est vobis? Nã et peccatores pctõribus fenerant̃/ vt recipiant equalia. Verũtamẽ mutuum date/ nihil inde sperantes. Estote ergo et vos perfecti/ sicut et pater vester celestis perfectus est: et misericordes/ sicut et pater vester misericors ẽ.] Publicani nõ a peccãdo/ sed a publicis officijs dicti: et ethnici gentiles et idolorũ cultores/ pctõres qui varijs vitijs corrupti sũt in opibus deducunt̃ in mediũ: vt ostendat̃ qualis esse debeat vera et christiana dilectio/ et mutua fideliũ cõuersatio. Nõ debẽt esse cõmercium dilectio et cõuersatio christianorũ: neq3 spe mercedis incedere: nec quippiã retransitiuũ pintẽdere: vt aliquid speret̃ humanũ/ vbi diuinum pmittit̃ premiũ. Nec reperit̃ in moribus hoĩm/ vt vna eademq3 res diuersis emptoribus eodẽ tpe vendat̃ in preciũ. Dilectio exhibita pp̃ter deũ/ nõ querat ab hoĩe habere mercedẽ. Ipse merces est sui precepti cũ fuerit adimpletũ. Proinde diligere se diligentẽ/ iam habet oĩno ab hoĩe vicẽ. Et derogatur virtutibus que nõ presentis tpis/ sed futuri debẽt habere mercedes: nec humanas aut terrenas/ sed oĩno celestes. Et sibiipsi animus iniuriã facit/ qui seipsum tribuit p mercede. Trãsire nãq3 in dilectũ dilectio animũ facit: vt illi quã sibi sit sepe presentior. Et diuina munera nihilopendit: que parabant̃ pp̃ter deũ animo diligẽti. Sed oĩno requirit rediligi. Proinde inimicis diligi pponit̃/ qui non rependit vicẽ: vt ipse deus reddat nostre libere dilectiõis mercedẽ. Et hoc est inter hoĩes eximiũ dilectionis officiũ: aut diligere inimicũ/ aut aliquẽ preuenire amando. Salutationes et tributiones et mutua de libera dilectiõe pcedant: postposita spe mercedis atq3 humane retributionis: vt fiant libere pp̃ter deũ/ qui nostrarũ bonarũ actionũ totũ est premiũ: ad cuius similitudinẽ simus perfecti/ qui oĩbus tribuit sine retributiõe simus et misericordes/ sicut ipse qui sustinet peccatores: et eis miseret̃ et cõmodat: nec desinit benefacere ipsis quos miseratus expectat.

¶ Quod oĩs iusticia quã in lege implere tenemur/ solũ pp̃ter deũ facienda est: secundũ mattheũ. Ca. XXIIII

Si deus oĩs virtutis est autor: si ab ipso cũcta bona pcedũt: si sine ipso nihil põt fieri bonitatis: si oĩs virtutis se premium fecit: nõ est ex intẽtione agende virtutis siue agentis ad ipsum finis alius apponendus: nec ante hoĩm ponenda cõspectus: qui preterquã laudãdo nõ possunt premiare virtutes. Quicquid enĩ est visibile oculis/ aut obiectibile sensibus/ premiũ nõ posset esse virtutis: etiã si ab hominibus possent cuncta conferri. Quomodo remunerabitur ab hominibus virtus/ cuius deus autor ei se promisit in premiũ? Magna derogatio virtutis nimis q3 operarius eius se deiecit in ima/ si ex virtute voluit coram hominibus apparere: qui de ipsa pure et p quanto inest iudicare nõ possunt: quomodo possint ipsam aliquando diffinire. Absurdum est/ et in partem dementie cedit: coram illo iudice suã velle agere causam/ qui veram nullo modo põt proferre sententiam. Virtus cordi/ non corpori insidet. Virtutis actus sub hominũ iudicio cõ-

stitutus est in corpore: procedens a vero aūt a
falso corde. Potest q̄dem actus virtutis plerū-
q̄ fieri ostentui: absq̄ amore virtutis in animo
nō insidentis. Est aūt quidam interior virtutis
actus plus et minus habens/ ꝓut ipsius est habi
tus: soli deo/ nō homini cognitus. Quis vnq̄ er
go hominū de virtute rectū poterit ꝓferre iudi
ciū: cum iudiciū hominū sepe fallat/ dei autem
nunq̄ fallit? Sicut in saule decepti sunt hoīes:
deus aūt nouerat veritatē. Sic q̄dem scriptū est
1.Re.16 Dixit dñs ad samuelē: Vsq̄quo luges saul cum
ego ꝓiecerim eum ne regnet sup̄ populū meum
israel? Ecce ꝙ homo q̄uis propheta hominem
quasi dignū cōpassione lugebat: quē a regno et
a regimine iam dñs excludebat. Et omnes iesse
filij paterno iudicio et ceteroꝝ magnum aliquid
habebant: sed in cōspectu dei nō erant accepti/
nisi solus dauid qui inter eos minimus habeba
tur. Unde dictū est ad samuelē/ cū in conspectu
Ibidē eius introduceret heliab: Ne respicias vultum
eius/ neq̄ altitudinē stature eius: quoniā abieci
eum: nec iuxta intuitū hoīs ego iudico. Homo
enim videt ea que parent: deus aūt intuet cor.
Et similis reprobatio facta ceteroꝝ filioꝝ iesse:
solus dauid acceptus in cōspectu dei est inuen-
tus. Proinde in cōspectu hoīm nō est nostra fa
cienda iusticia/ q̄ solū iudicant que foris parent
sed in cōnspectu dñi qui corda hominū quanta
virtute polleant intuetur: qui etiam nō retribu-
et magnitudini factoꝝ/ sed affectuū. Etenim vi-
Lu.21 dua cum duobus minutis in magnitudine affe
ctionis regnū emit: cunctos alios munera mit-
tentes in gazophylaciū superans: q̄obrē salua-
tor omniū christus vtilitatibus hominū consu
Mat.6 lens/ inutilia dissuadens dicit: Attendite ne
iusticiā vestram faciatis corā homini
b⁹/ vt videamini ab eis: alioquin mer
cedem nō habebitis apud patrē ve-
strum qui in celis est. Ecce quantū addi-
cit mali hominibus velle parere: vt virtutū act⁹
diuina mercede priuent. Non cōsentit diuina iu
sticia in obliquate decernens: vt iusticia nr̄a pa
riter diuinū premiū recipiat et humanū: q̄uis et
multi recte ad agendam iusticiā incedētes/ etiā
in hoc seculo cōmoda et honores ab hominib⁹
acceperunt: nō ob aliam causam nisi quia recte
agendam iusticiam operati sunt. Nec tamen il-
los credimus diuina et superna premia ꝑdidisse:
nec talia suscepissent/ nisi quia cognita fuit ope-
rata iusticia coram hominibus facta. Sed ali-
ud est fecisse iusticiam/ que non potuit occulta-
ri cum voluit ab eo qui fecit: aliud vt appareret
hominibus intentione fecisse. Ibi nō perditur
diuinum premiū: si non quesitū et importune tri
buatur humanū. Multos enim scimus ob veri
tatis iusticiam honore accepisse. Hic vero qui
ex interiori proposito propter virtutis actus pa
rere hominibus voluit/ apud deum mercedem
sue actionis amisit.

¶ De recta intentione iusticie in ele-
mosyna et oratione: secundum Mat
theum tantum. Ca. XXV

Et vt tardioribus quod dicit innotesce
ret de facienda elemosyna q̄li fiat cau-
tela disseruit/ dicens: Cum facis ele Mat.6
mosynā/ noli tuba canere ante te: si-
cut hypocrite faciunt in synagogis
et in vicis/ vt honorificētur ab homi-
nibus. Amen dico vobis/ receperūt
mercedē suam. Magis q̄dem ex his ꝓhi-
bet intentionē placendi homibus ꝓpalare atq̄
humanas laudes inquirere/ q̄ occultare iusticiā
faciendā: quoniā omnis humana laus si querit
et omnis honor impensus querentibus eū/ et tē-
porale cōmodū venantibus illud/ mercedē diui
ne retributionis euacuant: qr̄ vnā recipienti ex
voluntate atq̄ aucupatione mercedē/ alia nō de
betur. Ideo dicit: receperunt mercedem suam.
Subinfert aūt faciendi modus: Te autē fa-
ciente elemosynā nesciat sinistra tua
quid faciat dextera tua: vt sit elemo-
syna tua in abscōdito. Et pater tuus
qui videt in abscondito/ reddet tibi.
Nil occultū est oculis dñi: multa sunt abscon sa
hominibus. Fiat quod agitur intentiōe abscō
sa: vt soli deo reddat in placitū. Nam vt ab ho-
minibus videat/ necesse est saltē ab eis q̄bus be
neficia cōferuntur/ etiam si p̄ medios fieret. Et
si nil homo aūt in nullo ad ꝓximū fieret/ vita iu
sti hominis neq̄t celari: quoniā ex verbis et mo-
ribus innotescit. Sed ꝙ in abscondito fiat/ ho-
mo exigitur totus interior: in intentione tota in
eum directa q̄ omnia cōtemplat: et qui in abscō-
dito nostrā videt intentionē: nō in abscondito/
sed palam iustam reddet retributionē. Similiter
et de oratione directionē posuit que sacrificium
deo acceptissimū est: vt ita fiat/ ne meritū ꝑdat.
Et cū oratis/ nō eritis sicut hypocrite
tristes: qui amāt in synagogis et an-
gulis plateaꝝ stantes orare/ vt vide-
antur ab hominibus. Amē dico vo-
bis/ receperunt mercedē suam. Quia
hoc quod querebāt scz laudari et reputari apud
hoīes acceperūt. Nec relinquit eis spes de sup̄-
no p̄mio aucupantibus imas laudes: nisi aū ex-
tremā retributionē p̄ veram penitentiam resipi
scant. Ut quid statur in orationibus ante deū
immoto corpore: si ante oculos hominū interior
hō deambulat? Ad quid ore verba voluuntur/ si
cor laudes hominū vocat? Quid in oratione a
deo petatur ignoro: si ob hoc oratur vt visus ho
minū orantē aspiciat: si corda hominū querunt
ad amorē: si ora ipsoꝝ appetunt ad laudem: siue
hoc quod querit adueniat/ siue venire desistat.
Amē dico vobis receperūt mercedē suā: si non
ope/ saltē intētione. Quāobrē quantū ad consi-
stentiā corp̄is orandi forma describit: vt inten-
tione directa soli deo ex oratione placeat. Tu
aūt cū oraueris/ intra in cubiculū tuū
et clauso ostio tuo ora patrē tuum in
abscondito: et pater tuus qui videt ī
abscondito/ reddet tibi. Et si latēdi corꝑē

poſſibilitas deſit: aſſit tñ voluntas hoībus non
placendi: ſed illi ſoli q̄ virtutē orandi dedit/ τ no
ſtri cordis ſecreta ex alto cognouit: τ q̄d hō ſit
dignus accipere / ab eterno ꝓuidit. Attamē ad
uertendū eſt ꝙ de occultāda iuſticia faciēda in
duobus exēplificauit: ſcȝ de elemoſyna τ de ora-
tione: quaꝝ vna ꝑtinet ad actiuam vitam: altera
vero ad cōtemplatiuā aſſcribit̄. Per vnā ad pro
ximū: ꝑ alteram vero quis ordinat̄ ad deum. Ter
tiū vero ſubinfert̄ ꝑ quod homo in ordine dirigit̄
ad ſeipm / ſcȝ ieiuniuȝ. In his porro tribus oīs
agenda iuſticia cōſtituta eſt: ſcȝ ad ꝓximum / ad
deū / τ ad ſeipm ordinatū irreprehenſibiliter fie
ri / ſine humana intentione placendi.

¶ De forma orandi: ſecundum Mattheum et Lucam. Ca. XXVI

IMaginē τ ſimilitudinē τ cōformitatem
ad deū / quas homo in creatione ſuſcepe
rat / volūtaria inobediētia oīno fedauit:
τ conuerſio ad minora bona ꝓtinus ab ipſa-
ruȝ factore fecit eſſe auerſas. Et imagine / ſimili
tudine / cōformitate antiqui hoſtis acceptis / ab
vno excluſi alteri ſubdebant̄: quo agente volū-
tatē noſtrā ſibi ſponte ſubiectam / deo vtiqꝫ diſ-
plicētia patrabamus: nō valētes exercere quod
placet. Et incolentes incolatū ex pena miſeruȝ /
ex peccato turpiſſimū: a ſedibus eden in q̄bꝰ po
ſiti / a cubilibus ſupni regni iuſto dei iudicio tene
bamur excluſi: expectātes includi loco teni car-
ceris: vbi nō ordo / ſed ſempiternꝰ horror inha-
bitat. Et cauſa nobis erat aduerſus noſipſos
cur hec patimur: aut cur ita creati ſumus / vt ma
le operantes talia pateremur. Sed nō erat foꝝ
agēdaꝝ cauſaꝝ / neqꝫ auditoriū erat: nec aduoca
tus idoneus ad ꝓſequendū. Modus q̄deȝ aptꝰ
interpellandi ad iudicē nondū erat inuentꝰ nec
expedītes: nec adhuc inuenta illa oratoria diſci
plina / qua iudex interpellatus flecteret̄. Ad vo-
tum ab exordio cōditionis humane ꝓſeuche ad
deū nō fuerunt in apta doctrina: neqꝫ poſt ab-
lutū mundū ilico inſinuatū fuit aperte / neqꝫ per
ſcripturā de orando deum. Sed orauit abraam
ſepe: ſed nec forma oratiōis eius aperta eſt / ni-
ſi cum angelos recepit hoſpitio: quo humilis τ
Gen.19. ſupplex orauit / vt parceret ciuitatibus ſubuer-
Gen.21. tendis. Orauit agar ꝓ ſe τ ꝓ puero ſuo. Orauit
Gen.25. rebecca / dū bellū geminoꝝ nondū natorum eiꝰ
Gen.32. ageret̄ in vtero. Orauit iacob / interpellans ad-
Ibidē uerſus fratrē. Orationibus etiā angelū detinu-
it / nō manu: cū luctaret̄ cum eo vſqꝫ mane. Ora
uit ſepe moyſes ꝓ populo: τ preſſus populis in
egypto / τ pontifactus ſimiliter in deſerto. Ora-
Pſal.106 uit aaron: orauit τ ioſue. Et ipſi iſraelite ſepe cla
mauerunt ad dñm dū tribularent̄: τ dñs pluri-
1.Re.1 es τ pluries liberauit eos. Anna orauit τ votuȝ
vouit: τ filiū poſtulatū accepit / ſcȝ ſamuelē. Ora-
uit τ ipe ſamuel: orauit ipe dauid: τ varios pſal
3.Re.8 mos orando ipe cōpoſuit. Orauit ſalomon: τ fa
cto inſigni tēplo / in illo vt exaudiret̄ orans dñm
interpellauit. Orauerunt multi reges τ ꝓphete
dū adhuc nō eſſet poſita orandi manifeſta ſciē-

tia: ſȝ aut interna inſpiratio aut neceſſitas erat
in orādo magiſtra. In maxima neceſſitate agē-
licita euadendi. Nec dies diẽ in cura preueniat:
ne vno die sollicitudo duplicetur / presentis tẽ
poris ⁊ futuri. Habet omnis dies sollicitudinẽ
suam: ꝓ eo ꝙ dicit / sufficit diei malicia sua: que
ab eo est ꝙ aliquis aliquid impertinens facere
moliatur. Omnis igitur dies pro emolimento
suo suam maliciã habet.

¶ De misericordia proximis impen
denda: secundũ lucam. Ca. XLII

Est cunctis fidelibus forma misericor
die prerogata: cum ad similitudinẽ dei
patris oporteat misericordiã proximis
exhibere. Sed ad hec quis idoneus vt
deum patrẽ imitari quis possit in bonis operi
bus super terrã: cũ saluator dicat: Estote mi Lu. 6.
sericordes sicut et pater vester mise
ricors est. Si ad dei formaꝫ ⁊ similitudinem
oporteat esse misericordes: prius expedit inue
stigare misericordiã dei: ⁊ qualiter miseris mise
ricors factus est. Non est a nobis sua misericor
dia inuestiganda: nisi cũ contrahitur ad mise
ros: quoniã qui miseria carẽt / misericordia nõ
indigẽt. Misericordia dei deus est / ⁊ ipse imper
scrutabilis est. Non autẽ omnino latet quõ mi
sertus est: quoniã miseris ex scriptura cognosci
mus / ex fide tenemus ꝙ misertus est deus: odi
ens vitium ⁊ seruãs creatũ. Sed quomodo mi
sertus? Audi psalmistã: Quomodo miseret pa Ps. 102.
ter filiorum / misertus est dominus timẽtibꝰ se:
quoniã ipse cognouit figmentũ nostrũ. Decer
nendũ est inter naturã quã deus condidit: ⁊ ini
quitatem quã homo sua peruersa voluntate cõ
mittit. Igitur ꝓpter creatum dimittat malefa
ctum ⁊ prestetur venia si petatur: ⁊ si nulla inter
sit offensa. Cum cognoscimus alicuius miseriã
more dei opem misericordie impendamus: qui
velut pater nullo merito ꝑcedente / nulla in po
sterũ sperata mercede / amoris gratia / liberalita
tis intuitu filios suos quos genuit / nutrit. Sic
deus pater quos creauit / miseretur / fouet ⁊ nu
trit: quoniam bonorꝫ nostrorꝫ ipse non indiget. Ps. 15.
Miseretur deus animabus cũ iniquitati se tra
dunt: cũ a virtute deficiunt / quas expectat ad pe
nitentiã: cum reuertunt / miseratus dat indulgẽ
tiam. Miseretur corporibus hominũ: pro qui
bus tue alimenta bñficio nature ministrat. Sic
⁊ nos cũ cognouerimus miserias huiuscemodi
pro modulo nostro misericordie beneficia im
pendamus: nõ inquirẽtes merita / quod spectat
ad iusticiã: sed subueniẽtes indigentie / quod spe
ctat ad misericordiam.

¶ De iudicio temerario deuitando:
quod et iusta pena consequitur: secũ
dum Mattheũ et Lucam tantũ.
Capitulum XLIII

Nolite iudicare / et non iudica Mat. 7.
bimini. Nõ sunt temeraria iudicia Luce. 6.
in quempiã iaculanda: natura nõ sug
gerit: dissuadet ratio: repugnat virtꝰ / ⁊ mos hu
manus omnino dissentit. Et facientibꝰ ex equa
seu ampliori pena interminatũ est. Prohibet
hoibus a deo ne aliquid malũ fiat: ⁊ bonũ omni
no fieri suadet: sed non eo intuitu quo deo ma
lum noceat / qꝛ nihil ei nocere potest: aut quod
displiceat / quoniã ipse passiones nõ recipit: sed
ex eo ꝙ malũ nature hominũ aduersat: ⁊ bonũ
confert sibi adviaticũ ⁊ ad premium. Nos autẽ
quorꝫ interest operari debita ⁊ iniũcta / ⁊ vitare

delicta siue peccata: potius debemus abstinere a delictis siue peccatis/ q: offenditur deus: ꝙ ꝗ nobis pena sensibilis aut ꝙ diuina separatio inferatur. Usurpatio est superioris authoritatis et certe scientie iudicis omnia cognoscẽtis/ proximũ iudicare. Unde homini authoritas sup proximũ? Unde sibi certa scientia de crimine proximoꝝ? Si aliquãdo est authoritas/ forte sciẽtia deest/ si adest scientia/ quãdoqꝫ authoritas deficit. Si vtrũqꝫ adest/ decerne de ꝓximo: si vtrũqꝫ deest/ relinque ꝓximuꝫ domino suo authoritatẽ ꝛ scientiã certam habenti. Authoritas quidẽ ꝛ scientia iudicium irreprehensibile faciunt. Judicandi temeritas omnino est peccatuꝫ. Hinc apostolus alioꝝ iudicatores acerrime reprehendit. Roma. 14. Tu quis es qui iudicas alienũ seruũ? Suo domino stat aut cadit. Et paulo post: Tu auteꝫ quid iudicas fratrem tuuꝫ: aut tu quare spernis fratrẽ tuum? Omnes enĩ stabimus ante tribunal christi. Et itaqꝫ vnusquisqꝫ nostrũ pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicẽ iudicemus: sed hoc iudicate magis/ ne ponatis offendiculũ fratri vel scandalum. Et ad corinthios: 1. Cor. 4. Itaqꝫ nolite ante tẽp⁹ iudicare quoadusqꝫ veniat dominus: qui ꝛ illuminabit abscõdita tenebrarũ: ꝛ manifestabit consilia cordiũ. Uerũtamen omne malefactũ cadit sub iudicio rationis/ ꝙ fit vituperatione dignũ. Sed aliud est iudicare quod perperã factum est: aliud iudicare facientẽ. Aliud iudiciũ suspitionis: aliud veritatis iudicium. Aliud iudiciũ amoris: aliud iudicium quod ex odio aut ex inuidia ꝓcedit. Aliud iudiciũ culpe: aliud iudiciũ quãta male agẽs sit pena plectendus. Aliud iudicium quod solo corde ꝯcipitur ꝛ tenetur: aliud quod ore de proximo ꝓfertur ad ꝓximũ. Proinde sequitur: **In quo enim iudicio iudicaueritis/ iudicabimini: et in qua mẽsura mensi fueritis/ remetietur vobis.** Hoc quidẽ dictum est ad terrendũ/ ne fiat iudiciũ. Hoc vero quod sequit/ ꝙ suo demerito iudicandus alium iudicandum sua temeritate non iudicet: idcirco vnusquisqꝫ ad sui consyderationem remittitur. [**Quid aũt vides festucã i oculo fratris tui:** trabeꝫ aũt in oculo tuo nõ ꝯsyderas? Aut quõ dicis fratri tuo: Frater/ sine eijciam festucã de oculo tuo: ꝛ ecce trabes est i oculo tuo? Hypocrita/ eijce primũ trabem de oculo tuo: et tũc videbis eijcere festucã de oculo fratri tui.]

¶ Qꝫ bona spũalia nõ sunt cõmunicanda peruersis: secundũ mattheũ. Capitulum XLIIII

Nobilitas rationis humane colligitur ab illa ratione que omnia ꝯm rei veritatẽ continet ꝛ decernit: et colligendo iudicat: vt digna dignis/ ꝛ nulla idigna dignis/ ꝛ nulla digna tribuant indignis. E regiõe aũt facta/ peruersos ꝛ noxios ꝯsueuerũt habere successus. Neqꝫ ꝓciositas rerum improbis ꝛ imperitis tractatorib⁹ cõmittenda est. Neqꝫ dignũ ducitur vt filij regũ alendi ꝛ morigerandi rura libus cõmittant. Nil preciosius diuinis verbis atqꝫ sacramentis. Nemo nobilior dei filio: qui continet in eis. Et quod sanctũ est/ oportet immaculate seruari. Et in veteri testamento laudabant qui vasa dñi ꝯtrectabant. Et ꝓceptũ erat: Mundamini qui fertis vasa domini. Et panes Esa. 52. ꝓpositionis comedere nõ debebant/ nisi mũdi 1. Re. 21. a contactib⁹ mulierũ. Nũc a saluatore ꝓhibet: **Nolite sanctũ dare canib⁹. Neqꝫ mittatis margaritas vestras añ porcos ne forte conculcent eas pedibus suis et cõuersi dirumpãt vos.** Mat. 7. Sanctũ quidẽ est omne quod sanctificat per verbũ: omẽ quod expedit inuiolabiliter obseruari. Canes sunt innitentes rationib⁹ et sermonibus importunis. Margarita ꝓciosa/ secreta dei dicunt. Porci a voluptate detenti/ qui sancta ꝛ preciosa vilipendunt: ꝛ sepe aduersus largitorẽ deseuiunt.

¶ De securitate data petendi et fiducia impetrandi: secundũ Mattheũ. Capitulum XLV

Non erat hominib⁹ causa neqꝫ iusta ratio/ vt a deo aliquid postularent: nisi filius eternus eius/ per oĩa sibi equalis factus homo/ ꝓ nobis dedisset audactã ꝛ impetrandi fiduciã largiretur: velut q̃ per omĩa nouit ab eterno paternã volũtatem/ eterne nos diligentem anteqꝫ essemus. Et factos etiã nostris exigenti b⁹ meritis/ nõ dereliquit nos: sciẽs eternum patrem misericordiarũ plus velle dare ꝙ nos velimus accipere: nobilioriqꝫ modo ditare ꝙ nos petere cognoscamus: cũ prius docuit dicere pater noster: ꝛ que petenda sequũtur. Nũc paternam libertatẽ edisserens/ agitat ad petendum/ dicẽs: **Petite et accipietis: querite et inuenietis: pulsate et aperietur vobis. Omnis enĩ qui petit/ accipit: et qui querit/ inuenit: et pulsanti aperietur.** Mat. 7. Nullus igit in petendo tardus: in querendo ambiguus: in pulsando hebes: cũ dominus sit in dando liberalis: in querẽdo se offert requisitus: in pulsando est ostium factus. Arguit ex hoibus ad deũ/ qui cuncta omni bonitate precellit: vt ꝓmptiores sint hoies ad petendũ. [**Aut quis ex vobis homo/ quẽ si petierit**] Lu. 11. filius suus panẽ: nunquid lapidem porriget ei? Aut si petierit piscem: nunquid serpentẽ porriget ei? Aut ouum: nunq̃d scorpionẽ porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali/ nostis bona data dare filijs vestris: quãtomagis pater vester dabit spiritũ bonũ petentibus se] Clarent ista per singula: ꝛ alibi in hoc ope sunt disserta.

¶ De illa parte originalis iusticie: q̃ cũ proximo aut inter hoĩes est seruada: secundũ mattheũ. Ca. XLVI

Originalis quidẽ iusticia in cordibus hominũ scripta fuit: nec sonuit verbo seu literis exarata est. Eoipso ꝙ homo ad imaginẽ dei factus fuit: illam accepit protoplastus: maxime quia cõpletus creatus est: vsqꝫ quo natura potest quos edit paruulos puebe...

te. Ceteri autē ab ipso geniti ꝓpter humane na
ture damnatā ꝓpaginē / non statim cū nati sunt
illam adoriunt: sed paulatim coalescūt ad illā.
Differt quidē homo a brutis: ꝛ ex eo ꝙ per rati
onē ab alijs animalib⁹ attollit / sentit legē origi
nalis iusticie: consentitq̨ sibi ꝛ alludit / ꝛ placet
in illa cum etas accreuerit: que lex si apud homi
nes incorrupta mansisset: neq̨ mosaica / neq̨ lex
euāgelica in lationib⁹ necessarie fuissent. Suf
ficiebat enī illa ad omne placitū dei ꝓ salute no
stra. Que corrupta nunq̄ ad plenū potuit repa
rari: anteq̄ dei fili⁹ mundo in carne visibilis ap
pareret: cui⁹ doctrina q̄uis magna credibilia
suphabeat: tota tamē hoc intendit ꝛ facto ꝛ ex
emplo christus ostēdit vt originalis iusticia re
Mat.7. formet. Ait enī: Omnia quecūq̨ vultis
Luc.6. vt faciant vobis hoīes / et vos facite
illis. Hec est enī lex ꝛ ꝓphete.] Repetit iesus
quod scriptū fuerit a principio in cordib⁹ hoīm:
absq̨ quod voce aut literis traderetur: videlicȝ
qualiter conuiuendū erat ex mutua subuētione /
aut obsecūdatione personarū ꝛ rerum. De fien
do dūtaxat prolata est / non de nefiendo iusticie
originalis doctrina. Sed om̄e fiendū nefiendū
excludit: non autē nefiendū fiendum includit:
quoniā omne affirmatū habet om̄e aliud sua ra
tione negatum: nō tamē omne negatū habet ali
quid aliud sua rōne affirmatū. Ac per hoc quod
de originali iusticia dicit per affirmationē / etiā
per negationē exponitur: vt si fit quod iustū est /
quod iniustū est nefiet. Non autē quod dicit / re
conuertitur: vt si non fit iniustum / ꝙ iustū in acti
one consistat. Igit si sic iussum est ꝙ omnia que
nobis fieri volumus / alijs faciamus: ex hoc pe
nitus excludit ꝙ ea que nobis nolum⁹ fieri / nul
lis alijs inferamus. In hoc est lex / scȝ moysaica
disposita in manibus angelorū in monte sina:
prout ille dicitens ad ꝓximum ordinatur in se
ptem videlicet: nō autem in illis tribus primis
que solum ordinātur ad deū. Non enī Jesus de
illa parte originalis iusticie hec aiebat: sed de
illa per quā hoīes inter se debent viuere iuste /
moderate / magnanimiter / ꝑseueranter atq̨ pru
denter: vt nemini fiat vlla iniuria: ꝛ omnibus vt
personis ꝓprijs seruiatur. Non solū lex / sed etiā
ꝓphete in ista iusticia originali cōsistunt: nō in
his que futura vaticinando dixerūt: sed in his
que de ordinatis morib⁹ tractauerūt. Et vt per
stringā: omnis doctrina simpliciter docens aut
q̄ a parabolis trahi potest: siue ab historijs tro
pologice sumi / siue a figuris / siue a ꝓphetijs ac
cipi: que mores bonos edificet: legem origina
lis iusticie fouet. Amplius autē christus ꝑ euan
gelium finem ad principiū recōuertit. Agendo
rum ordo ꝛ principium originalis iusticia fuit:
Ordo posterior doctrina euangelica: post quā
nulla melior ꝛ aptior ad dei regnū / ad complen
dū dei placitum: ꝛ originali iusticie nulla conne
xior. Primarius ordo ꝯueniendi originalis iu
sticia: secūdarius lex euangelica: ꝛ in vnum pari
ter de cōuiuendo coeunt. Illa scripta solum in
cordib⁹ / nō exarata literis / nō docta verbis: ista
vero cordibus infusa / nō scripta: ꝛ literis exara
tur / ꝛ verbis docetur. De illa quidē parte legis
euāgelice dixerim / que de cōuiuendo cū ꝓximis
lata est: cum ꝓter hoc euāgelica lex alia multa
cōtineat. Protin⁹ inter hoīes fuisset nulla que
rela: si originalis de cōuiuēdo iusticia / ꝓut erat
scripta in cordibus / stetisset in morib⁹. Sed illo
ab illa inuisibili scriptione iusticiū factum fuit.
Nam de supiori parte illius iusticie ꝑ inobediē
tiam cecidit adam. Erat enī illius iusticie supe
rior gradus: vt homo tanq̄ inferior per omnia
se teneret ad deū. Alioquin ad seipsum sua vo
lūtate factus subderetur miserie: ꝛ suoꝝ inferio
rum ꝓ inobedientia inobedientiā pateret. In
ferior vero gradus huius iusticie in cōuiuendo
cū proximo ꝯsistebat: a quo primus corruit per
inuidiam ad fratrē obstinatus cain: sed vnde ca
sus a quacūq̨ iusticia / inde initio tormentoꝝ: et
vnde obseruantia / inde fruitio ꝑmioꝝ. Et vt iam
dictū est / talio iusticie originalis ꝓcessit: ꝛ talio
moysaica legis subsequit. Nunc vero talio euan
gelicus abrogato moysaico / talionē originalis
iusticie reuocauit.

¶ Q, duplex est porta / similit et via:
scȝ perditionis et vite: quarū vnā in
trare / alterā declinare saluator ꝑsua
sit: secundū mattheū. Ca. XLVII

Secundū diuersitatē ciuitatū ꝛ ciuium /
ꝛ eis ꝓsidentium porte sunt cōstitute si
militer: ꝛ vt nec aliūde aut aliter possit
esse ingressus: nec spaciositas aut angu
stia sit ipsarū / nisi vt reges decreuerint. Quāq̄
om̄e creatū quedam sit vnitas sub vno dn̄o deo
eterno viuo et vero impredabiliter ꝯstituta: at
tamē ex volūtate ꝛ ex moribus diuisio facta est
vniuersoꝝ / domino deo ex creature sue demerito
ꝑmittente: vt quedā pars vocet ciuitas dei: que
dam vero ciuitas diaboli nūcupetur. Porta qui
dem ꝛ via ciuitatis dei / angustum habet ingres
sum. Ciuitatis vero diaboli porta ꝛ via / spacio
sum introitū possident. Summusq̨ imperator at
q̨ consultor bonoꝝ omniū atq̨ potiorū iesus /
dissuasorq̨ sub interminatione malorum dixit
Intrate ꝑ angustā portā: q̄r lata por Mat.7.
ta et spaciosa via est que ducit ad per
ditionē: et multi sunt qui intrāt ꝑ eā.
Quā angusta porta et arta via ē que
ducit ad vitā: et pauci sunt qui inue
niunt eā. In apertione autē oris prima hui⁹
promulgandi sermonis / regnū celorum spiritu
pauperibus pollicitus est: et multis agentibus
recte varifarie loquēdo de beatitudie repromi
sit. Et ꝑ abundantiorē iusticiā monstrauit illud
posse cōprehendi: docuit petendū pro illo: et in
illo thesaurizare suasit: ante oīa ipsum querere
statuit. Nunc ne aliquis erret ab imperitia: por
tam ostendit ꝛ viam / vtrāq̨ fore omnino angu
stam. Minus enī in angustis: in spaciosis vero
erratur sepe atq̨ facilius. Lata porro est porta
ꝛ via ꝑditionis vtiq̨ spaciosa: ꝛ multi gradiunt

intrantes per eas. Unde lata? Pernitiosa licētia utendorum: qua quisque querit et vult omnibus uti pro libito voluptatis/omni habenatione reiecta rationis et legis. Unde via spaciosa? Quia nullis coartata limitibus. Et illū gradiens ut appetit/ per devia queque tendit. Huius vie terminus/huiusque porte ingressus/ tendit ad perditionē: eo demerito quo quis puer factus in perditis moribus/saluantē abhorruit legē. Et multi quidē nō consyderātes huiuscemodi finem et terminū/ primi aspectus atque ingressus amenitate delectati: per eas intrepide atque letantissime gradiuntur. Tota primus e regione strata est via: constructa est porta que perducit ad vitā: cū animus dei legibus angitur/ne aliquid concupiscat illicitū: et habenatur corpus ne effluat in nimiū atque superfluū. Sed pauci q̄ querāt: et qui gradiātur et intrēt. Sed quod est seculi amatoribus latū et spaciosū/ ad patriam suspirantibus pernitiosū videtur. Et quod artum dicitur/inspecto fine/ corde in dei amore amplefacto/promptissime gradiendū assumūt
Ps. 118. iuxta propheticū dictum: Viā mandatorum tuorum cucurri: cū dilatasti cor meum.

¶ De cautela a falsitatibus hominū et modo cognoscendi: secundū Mattheum. Capitulum XLVIII

Veritas et falsitas modis omnibus aduersantur: nec inter eas fedalicius aliquādo locū habet/ut possit ad cōcordiā puocare. Una tn̄ clarescit ex alia: et cognoscitur una per alterā. Relucet peramplius veritas/cū a falsitatibus impugnatur. Inuincibilis quidē est: superari nequit. Suum contrariū atque emulam non sinit incognitum/sed detegit et prodit. Ad cuius probationem falsitate vestitos omnipotens deus permisit insurgere. Et saluator oim dn̄s et magister suadet cautelam: ne falsitatibus hoies inuoluātur: et ne suscipiant
Mat. 7. falsa p veris/dicens: [Attendite a falsis prophetis: qui veniunt ad vos in vestimentis ouiū: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoscetis eos.] Ad falsitatē cauendā satagit oīs veritatis amator: et nemo falli vult: q̄uis fallere querit et velit. Ad se ipsum illā dici quilibet amat: nō aūt omnis eadem lege refundit in proximū. Sed quoniā falsitas neglecta sepe a deo fecit diuortium: et penis innexuit q̄ p humana ora trāsfundit: ideo saluator a pphetis falsis premonet attendere/ id est custodire: qui moribus omnibus humilibusque verbis mansuetudinē et simplicitatē ouinam ostendunt: intrinsecus autē sunt lupi rapaces: ad raptū scz bonorū/rerum quarūcunque delectabiliū inhiantes studentesque rapere per perā: nisi gratis acipiant/falsi sunt.

¶ Quod auditores et factores verborum christi inconcussibilem possident firmitatem: auditores vero et non factores ruine patebunt: secundum Mattheum. Ca. XLIX

Ualide virtutis sunt verba christi/si re ducantur in actū. Nō tamē ociose audita conferunt auditoribus firmitatem. Magis autē eorū auditio: cum in factione ruinā in auditoribus operatur. Iusto tamē merito solidant: et iusto demerito depellunt in preceps. Non est firmitas/sed infirmitas in homi-
Ps. 6. nibus: q̄obrem dicebat David: Miserere mei dn̄e quoniā infirmus sum. Et Salomon: Ho-
Sap. 9. mo infirmus et exigui tpis. Et ab hominibus firmitas queritur: in rebus a deo creatis nō inuenitur. Verba christi ordinat ad firmitatē/ cum inuitant ad fidem: per quā homo fundatur in christo/q̄ petra imobilis est: q: deus est. Et petra
1. Co. 10. erat xp̄s. Suadēt spem/sz i christo et p christū. Docēt quid diligāt p charitatē/scz ipsum verū et summū deū: sine quo oia sunt infirma et vanitati subiecta: cū quo cuncta solidantur. Factio q̄dē verborū christi est/ut ipsi adhereamus: in ipso maneamus: ipsū diligamus: in ipso speremus: ipsū vita et moribus imitemur: et efficitur firmitas que ab hominibus querit. Hinc igit saluator ait
Mat. 7. [Ois ergo qui audit verba mea hec et facit ea: assimilabitur viro sapienti qui edificauit domū suā supra petrā. Et descendit pluuia/ et venerūt flumina/et flauerūt venti: et irruerūt in domū illā/ et nō cecidit: fundata enī erat supra firmā petram.] Ex situ firmitas est/ et ex virtute fundamenti quod est christus iesus: preter
1. Co. 3 quod aliud ponere nemo pōt/ut ait Apls: qui prestat tuitionē ab omnibus que possent inferre ruinā. Pluuia/flumina et venti ad ea referuntur que spūaliter seu inuisibiliter concutiūt. Et nulla sapiētia in mentibus et moribus maior/q̄ sic situari sicque fundari/ q̄ nō possit cōcuti: et si cōcuti/nō subuerti. Difficillimū quidē est/imo impossibile nō tentari: sed ratione fundamēti certissimū atque facillimū est a ruina defendi. [Et omnis qui audit verba mea/et nō facit ea similis erit viro stulto/qui edificauit domū suam supra arenam. Et descendit pluuia/et venerunt flumina/et flauerunt venti: et irruerunt in domū illam/et cecidit: et fuit ruina eius magna] Omnis qui sup tpalibus suā spem ponit saltem mēte nō auulsus a mūdo/se ad p̄cipitiū coaptauit vitiorū atque penarum.

¶ De admiratiōe turbarū sup mōtano sermone: ac ipsius sermonis excellētia: secundū Mattheum. Ca. L

Et factū est cum consummasset iesus
Mat. 7. verba hec/admirabantur turbe sup doctrina eius. Erat enī docēs sicut ptātem habēs/et non sicut scribe eorum et pharisei.] Perfecit iesus verba cōcepta p vocē extra sonantē: q̄ non fortuitu et improuise aut impertinenter seu incapaciter: sed ex nullo reprehēsibilia/imo p oia cōmendabilia verba loquebatur. Quia ut alibi de ipso scriptum est: nunq̄ sic locutus est homo.
Io. 7. Admirabilis doctor: quoniam in omnibus fecit dn̄s admirabilē sanctū suū. Et nomē eius ad-

mirabile est in vniuersa terra. Et anteꝙ͂ nascereretur/prophetatū est ꝙ vocaretur admirabilis. Admirabilis doctrina/sapientiā omnē cōplectens et excedens. Igiꝭ merito turbe admirabanꝭ/audiētes doctrinā supra naturā/ supra intellectū et sensum/extra vsum et cōem docēdi modū. Sepe in euangelio lectitamus/ꝙ doctrina iesu audientiuꝫ animos in admiratione suspendebat. Autoritatiue quidē docebat: qm̄ a deo patre oēm acceperat ptātem: ⁊ tāꝙ͂ doctrine omnisqꝫ sapientie conditor: nō tanꝙ͂ alteriꝰ per studiū acq̄site sciētie ꝓmulgator. Thesauri quidē erāt in eo oīs sapientie et scientie absconditi. Etiā alias admirate sunt turbe sup̱ doctri-

Jo.7. nam eius dicētes: Quō hic scit literas cum non didicerit? Necnō iste sermo montanus per oīa excellebat. Hic q̄dē declaratio ⁊ repromissio beatitudinū. Hic meritoria exhortatio ad tolerātiā passionū. Hic descriptio apostoloꝝ/prelatorum atqꝫ doctoꝝ. Hic ostendiꝭ ꝙ lex moysaica non soluiꝭ per euāgeliū: sed per euangeliū magis impleꝭ. Hic prouocatio ad altiorē iusticie partē. Hic prohibeꝭ ꝙ nemini fiat iniuria/ꝙ facta corrigaꝭ: et ꝙ oībus mutua charitas debeatur. Hic omīs homo instruiꝭ qualiter viuat ad deū: qualiter se habeat ad proximū: et qualiter ordinatus maneat ad seipsum. Hic doceꝭ quō fiat iusticia meritoria/ quid sit cauendū in illa. Hic instruimur quid orandum atqꝫ petendum. Hic prohibeꝭ omne quod animā turpiter grauat/quod corpus inaniter occupat. Hic homo inuitaꝭ ad regnū/ et daꝭ ad perueniendum omne viaticum.

¶ Libri decimi de sermone montano domini saluatoris/ Finis.

¶ Liber vndecimus disceptationū seu disputationū didascaliū domini saluatoris: cū hominibꝰ/mulieribꝰ/discipulis/ phariseis/scribis et ī legeperitis/cum iudeis seu turbis/plebeis atqꝫ paganis.

¶ De disputatione habita cū samaritana: quid ad intelligentiā catholicā significet seu doceat aut precipiat ꝓpe mores: Secundū Joannē. Ca. I

OPrabat: ordinabat/ faciebātqꝫ christus rebus agēdis dare materiā: et nisi se ad agenda suscepta et a patre iniūcta opera igessisset/ociosus erat ad iposita sibi ab eterno patre: tamē inde actuosus et per virtutē ociosus/quo se tenebat ad id quod v̄bū assumēs dirigebat assumptū. Cū ceteris peccatis etiā incuria hebetauerat humanū genus: vt nō intelligeret aut intelligere nollet infra quos maloꝝ et bonoꝝ terminos teneret. Christus vero ꝙ humanū genus in oībus bonis deꝑditis nobiliori modo reꝑaturꝰ aduenerat: p̄uenit oēs: parauit occasiones: vt primo querēs quereret: quesitus inueniret: inuētus teneret ⁊ amaret: amatꝰ beatitudinē vltimā largireꝭ. Sed quō quereret nisi cognosceret? Quis nam q̄rit quod nō cognoscit? Quod si inueniret/ velut incognitū preteriret. Preit igiꝭ cognitio ad debitū ordinē inquirendi ⁊ inueniendi. Et fortassis querit q̄s scire quod nescit: sicut q̄s veritatē ⁊ scientiā ignoratā q̄rit scire a doctoribꝰ et in libris. Et multa que ignorātur/ad scientiā inquirunꭲ: sed hoc quidē quedā scientia preit. Nemo profecto q̄reret aliquid scire aut inuenire aut habere: nisi prescirent bonā esse scientiā ⁊ veritatē/et vtile ad habēdū quod inuenire satagebat. Dignabaꭲ ab hoībꝰ agnosci q̄ dignatꝰ erat pro hoībꝰ nasci: sed non q̄rebaꭲ incognitꝰ. Qui si deꝰ hō factꝰ est/q̄s cognoscet eū? Quis nisi doctus ab ipso aut a spū sctō potuisset ipsum agnoscere: aut cogitare presumpsisset ꝙ tale bonum/ scꝫ dei verbum ineffabiliter incarnatū aduenisset hoībus sup̱ terrā? Proinde rōnis ordo poscebat/vt ipse ineffabili mō id preageret/vt ꝑ fidē cognosceret: deinde quereret/ post inueniretur/ inuētus amaret: amatus nō amari/sed iura seruaret amantis: cuius est beneficia impertiri. Et ipse diligētes se diligit: sicut scriptura proclamat/dicēs: Et amatꝰ sit amans amoris officio: q̄ semꝑ habuit dilectionē ab eterno. Igitur volēs in cognitionem venire/ vnius mulieris occasionē pretulit et pre- Prouer.8.

egit/vt cognosceret vt cetera sequerenꭲ. In cuius typo ecclesia de gētibꝰ aduocāda erat: ⁊ vētura in cognitionē dn̄i saluatoris. Et eadē imagine oīs aīa saluāda erat digna saluari: sicqꝫ gestū est. Oportebat iesum trāsire per samariā. Nō opportunitate cogēte/ sed decēte. Jo.4.

Sua sibi volūtas opportunitatē faciebat/nō rerū euētus. Samaria ciuitas erat magna edificata ab amri rege israel in mōte: et ab ea tota prouincia denominata est: vnde dicti sunt samaritani nouē tribus ⁊ semis israeliticoꝝ: qui secesserūt ī regionē illā ab eo quo se deseruerāt alterinsecus tp̄e roboā filij salomonis: ⁊ remanentibꝰ in hierusalē/ ⁊ circa duabus tribubus et semis/ scꝫ iuda et beniamin et media tribu manasse. ⌊Venit ergo in ciuitatē samarie que dicitur sychar: iuxta prediū/quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat ibi fons iacob: iesus autē fatigatus ex itinere/ sedebat sic super fontem. Hora erat quasi sexta.⌉ Ciuitas specialis et singularis illius prouincie samarie sychar dicebatur/ alio nomine sychem. Non tamen tempore iacob prouincia vocabatur samaria: q̄uis illius prouincie talis ciuitas sychar aut sychem vocaretur: in qua fuit famosa stupri et dolose cir- Gen.34.

cumcisionis historia. Regio/ciuitas/ possessio/puteus cum actionibus christi astruūt magna mysteria/ cōstituuntqꝫ mores. Venit iesus vadens velut in peregre per terram peregri-

nationis humane in regionē samarie. Cōgruē
suis volūtatib⁹ ꝛ directionib⁹ ꝛ morib⁹ īfundē-
dis visitat puinciā iesus. Lana dñi interpretat
samaria: bonū / qꝛ lana: meli⁹ / qꝛ dñi. Alba lana
colorib⁹ apta est / vt colorarius disposuerit co-
lorare: Ipsa quidē diuinis colorib⁹ colorāda
erat: ꝛ hāc in alabus aptitudinē iesus querit: vt
eius coloribus inducēdis apte subijciātur: ꝛ ita
sint domini ꝙ aliorū colorib⁹ nō fucent. Colo-
res eius multipices sūt facti ex varietate virtu
tū: nec oēs vnicolore vestiūt: ſʒ vestimēta mul
ticoloria donant a dño: pūt est diuersitas / nō
aduersitas moꝝ in his q̄ sibi seruire statuerūt
Sicut multa sunt in vno corpe mēbra: non tñ
eūdē actū oīa habēt: sic ꝛ multi hoim stat⁹ sunt
in eccl̄ia sancta dei / velut multicoloria vestimē
ta. Sed aduertendū / ꝙ pannus tinctus in lana
tenacius seruat colorē ꝙ̄ tinctus in filo. Pro-
inde a primeua capacitatis optimū est fieri la-
nā dñi: vt ipse coloribus sibi placitis nos colo-
ret. Ad tegumentū lana est ꝛ depulsionē frigo-
ris. Dñi autē his qui fuerint lana dñi: qm̄ dat
niuē sicut lanā: quia nō amplius tētari pmittit
ꝙ̄ ipse ptexerit. Quod si aliqui tētationib⁹ im-
mergunt / ꝛ aduersitatib⁹ superant: nō fuerunt
vtiqꝫ lana dñi / suis tingenda siue tincta colori-
bus. Si vero aliā interpretationē sūpserim⁹:
pāpli⁹ astruemur ad optimos mores: cōiūctio
cū dño dictū est. Hoc egit in principio de⁹ / vt
sibi homo iūgeretur: dedit beneficia ꝛ legē: et
leges apposuit ne separet. Uenit etiā plenitu-
dine tēporū: se hūane nature / ꝛ hūanā naturaꝫ
sibi ex toto insepabiliter ꝛ eterne coniungens.
Hāc ex effectibus hoim moribusqꝫ inqrit / vt si
bi nectamur ne euertamur. Euerti porro non
possum⁹ si fide ꝛ charitate nature immobili cō-
iungamur. Et sua pñria visitat quos sibi noue-
rit in veritate coniūctos. Custodia dñi etiā sa-
maria nominat / siue custodiēs dñm. Si ad chri
stū referim⁹ / ipse custos est dñi missus ad custo
Job.7 diam hoim: hinc iob dicit: Quid faciā tibi o cu
stos hoim? Si ad nos: et dñi custodes nos esse
oportet. Custodes dixerim non vt ipsum dñm
seruem⁹ a malo / aduersus quē nihil pōt aduersi
sed vt ipsum custodiam⁹ in nobis / ne intermissi
one vitiorū ac depulsione virtutū recedat a no
bis: non suo damno / sed nostro periculo: Ema
nuel ē scʒ nobiscū de⁹. Et ipse saluator asseruit
Mat.vl. Ecce vobiscū suʒ vsqꝫ ad cōsummationē seculi.
Proinde custodiam⁹ ipsum / scʒ nos in ipso: ne
velut nr̄am societatē ad displicentiā criminū et
delictoꝝ aspernat⁹ abscōdat. Et in padiso posi
tus pm⁹ hō fuit / vt custodiret illud: ꝛ nō custo-
diēs deū pdidit: a quo expulsus est in hāc cala-
mitosam vitā. Et cū madatū edicit de custodia
vilis vasis: argumēto est ꝙ thesaurū preciosum
contineat. Mandatur homini atqꝫ cōsulitur:
Prouer.4. Omni custodia serua cor tuum: qm̄ ab ipso vi-
ta procedit. Cur cordis mādatur custodia: nisi
quia in ipso quiescit christus hoim vera vita: ꝛ
ab ipso pcedit vita / cū credim⁹ christū vitam;

Corde enī creditur ad iusticiam: ꝛ cū ipsū iuxta
mandatū suū ex toto corde diligimus. Ciuitas
ipsa illius regionis nūcupata sychar / ex sua in-
terpretatione aliqd mysteriorū / actoꝝ atqꝫ agē
dorū facit: q̄ penitētis ꝛ pnie portat elogiū. Et
penitētiā venerat pdicare iesus: et pctōres ad
penitentiā vocare: qm̄ appropinquabit regnū
celorū. Amat christus penitētes: et eorū finib⁹
appropinquare non desinit: et in ipsorū agello
agitatur a siti / scʒ a desyderio plus valendi eos
quos ad prediū iosephinū / ad augmētū scʒ gra
tie et virtutū / ad hauriendā alti putei aquā no
uerit puenire. Prediū erat quod multis retro
actis tpib⁹ hereditario iure iacob patriarcha
ioseph filio suo dilecto pre ceteris possessionē
tradiderat. Optima possessio ꝛ equissimo iure
firmata: quā viuens pater tradit ad filiū: et pre
ualet ad ceteros donatio inter viuos. Donator
et donatari⁹ interptatiōis decētia vere astruūt
quod a nobis christus inqrit. Supplātator ia
cob dictus est: ex eo ꝙ plantam vterini fratris Gen.25
nascēdo sequēs tenuit / cū primo conat⁹ eū sup
tare nō posset. Deceptionē interpretatio videt
ostēdere: sed optimū est decipe mundū / carnē ꝛ
diabolū: occultis qppe virtutibus deludūtur.
Et mores deducti ad alteraꝫ rerū partē: scʒ p
tolerati ōe malorū / eternorū bonorū intuitu: de
ceptionē visibiliū rerū efficiūt: et q̄ se priuat il
larū amenitate: ne ab eadē male teneretur de-
lusus: et obstruxit inimicis inuisibilibus viā q̄
venire solēt ad decipiēdū alas / reb⁹ visibilib⁹ al
ligatas / oīno fraudans suo malo desyderio te
tros hostes. Uiā illā dixerim voluptuosā ho-
minū volūtatē. Tal deceptor / talisqꝫ deceptio
supplantator siue supplantatio filiū habere cui
possessionē largit ioseph: q̄ augmētū interpre-
tatur insinuat appositionē / q̄ ex virtutib⁹ qs au
getur illo augmēto inuisibili / quo ante deū per
gratiā crescim⁹: et sequentia bona priorib⁹ ap-
ponūtur. Sed nequeūt ista fieri: nisi primo mū
dus / caro / diabolus / cū sibi placitis vitijs sup-
plantent: et ex hoc augmētū et appositio virtu-
tū generātur et nascūtur: et fundū velut instru
ctū augmētū accepit a supplātatione malorū:
prediū scʒ cū fonte fundente velut spūalis acti
onis agrū / cuꝫ fonte aque sapientie salutaris:
qua potatur qui vere timet deū / et facit bona: ꝛ
continet / et vere iusticiā apprehēdit. Descripsi
mus locū ad quē christus fecit aduentū: nūc ve
ro quid christ⁹ egerit et dixerit intēdam⁹. [Je
sus autē fatigatus ex itinere / sedebat su-
per fontē.] Quare fatigat⁹ iesus: virt⁹ dei est.
Non ex forma dei / sed ex forma seruili. Uñ fati
gatus ex itinere: qꝛ nec subiugalib⁹ vsus ē. To-
tū et verū se hominē pandit / cū ex itinere fatiga
tur: acsi nihil conferret solaminis vnita diui-
nitas. Itinerabat deus in hoīe: q̄ nullo moue
tur motu extra se: hanc dignationem exhibuit
increata natura quā assumpserat: et hic hō di-
uine ferebatur personat⁹ a verbo: ill penalitati
bus reseruatis / quib⁹ per oīa ver⁹ hō nosceret;

Attamen creature rationalis liberande amor
ad fatigationē adduxerat. Uere quidē ex itine-
re fatigatus: erant em̄ itinera nō competētia si
bi. Deus porro verꝰ et homo verꝰ et innocens
erat: nullo q̄dē iure sibi cōpetebat pede fatiga-
to itinerare ꝑ orbē. Quid sibi hierosolyma/ q̄d
iudea/ q̄d galilea/ q̄d samaria cū Jesu: vt eiꝰ pe
dibus calcarent? Quid iesus cū eis/ vt presen-
tia sua visitare dignaretur? Solū humani ge-
neris redēptio erat in causa/ talibꝰ iesu itineri-
bus vsq̧ ad exercitiū crucis ꝑsida. Sz nec fa-
tigationē corporis vehi voluit aialibꝰ velatorijs
nec leuiari ac desistere ab eūdo/ forte aīo ma-
gis q̄ corpe fatigatus. Premebat q̄dē ad fati-
gationis auxesim nostrorū sarcina pctōrū/ quo-
usq̧ illa portās ꝯsumeret sup lignū. Assumpta
fatigatio illa erat volūtate tm̄/ nulla necessita-
te cogēte. Inq̄sitiuꝰ amor eiꝰ fatigarat mentē et
corpus eius: velut cōsueuit fatigare querentes
donec inueniret quesitū. Nondū iesus inuene-
Lu.15 rat hominē quē querebat: nondū ouis centesi-
ma reinuenta erat/ deductaq̧ ad gregē: nec ac-
cēsa erat lucerna euangelica: cū qua drachma
decima quereretur et inueniretur in thesauris
dñicis recōdēda: fatigabat hoc itinere iesus/
donec cepta ꝑficeret. Qui fatigatus ex itinere
huiuscemodi/ sedebat sic super fontē. Sic sede
bat quiescēs corpore: prout erat fatigatꝰ ex iti-
nere. Ex itinere laborē/ ex sessiōe quietē corpis
ostēdebat: nō q: deus/ sed q: homo erat. Ex as-
sumpto/ nō ex assumēte iste corpis situationes
aduenerāt. Hora erat quasi sexta. Descri
ptio ista tpis nō paruū mysteriū tribuit ad con
templandū. Nā sexta die factus est/ qua et pec-
cauit homo: et quasi hora sexta eiectꝰ de ꝑadiso:
et sexta etate mūdi req̄situs est: in qua sexta die
incarnatus/ et in cruce fixus et mortuꝰ est. Sup
fontē ꝓfundorū mysteriorū dei et ꝓfunditatis
scripturarū. Uere oībꝰ supersedet: oia intelli
git: oia nouit. Amor eiꝰ superdñat: rebꝰ nō sub-
iacet: et spūs eiꝰ ferebat super aq̄s/ velut amor
non subiacens rebus/ sed prelatꝰ existēs. Sede
bat super aque fontē/ velut nouꝰ magister no-
uaz cathedrā tenēs docturus in in aq̄s. Aliter
iste moyses/ imo longe melior illo q̄ fuerat assū
ptus ex aq̄s: et vox eius super aq̄s/ scz cōsecrā-
das ex verbo/ in q̄bus tinctis corporibꝰ aie la-
uarent. Sedebat sup fontē velut auceps aues
rationales aucupaturus in retibꝰ verbi sui: in
q̄bus vna precapta index ad capiēdas alias fa
cta est: vt subsequēs series manifestat. Nec sic
ociosus est christi aduētus ad fontē: quē multa
fontis enigmata precesserunt: nā ad fontē ser-
uus abraā paranymphus isaac sibi vxorem re-
beccam accepit: qm̄ ad baptismalē fontē chri-
sto aīa in ecclesia desponsat in eternuz/ si fuerit
casta cōtubernatura cū christo: et spūssanctus
accipit ad fontē qui ascribitur in rebecca: et he
liseus sal misit in fontem/ vt sanaretur aqua: et
christus sua sapientia sanauit infirmitatē scien
tiarū secularium et oīm ꝑ psorum: et in horto sponse

fons signatus erat. Et abūdantia terrenorū si-
gnet signo christi: vt oia cū in vsum ꝑuenint
signent noīe sancto eius. Et ipse christus fons
venit ad fontem. Fons quidē est: inquit queru-
lando hieremias de populo hebreorū. Dereli- Hier.2.
querunt me fontem aque viue dicit dñs. Fons
aque viue christus: nec aliunde prouenit holbus
aqua viua/ nisi ex ipso proueniat. Igit sedet ad
fontem cōmutaturus aquas mortuas in aquas
viuas: ad quas oēs sitiētes iam ꝑ ꝓphetā inui-
tauerat. Oēs sitientes venite ad aquas: et q̄ nō Esa.55.
habetis argentū/ ꝓperate et emite. Sedet sup
fontē aucupator nouus aucupium. Sequitur
Uenit ergo mulier de samaria haurire
aquā. Uenit nescia quid futura: sed nouerat q̄
expectabat/ q̄ eā predestinauerat quā vocauit.
Uenit haurire aquā de fonte terreno: sz in mo-
dico hauritura erat aquas in gaudio de fonti-
bus saluatoris: venit ad fontē aque/ vt sitibūda
volucris: sed mox capienda reti diuino clande
stinato in terra hūanitatis assumpte: a quo se
nō potuit/ imo noluit explicari. A diuinis enim
rebus explicari est ad perniciē implicari: ipis
vero implicari est a rebꝰ noxijs explicari. Sed
anteq̄ aquā hauriat/ capitur auis ista: q: prestat
aures ad verbū: et celesti delectata sibilo im-
memore potum dedit/ iam sue sitis oblita. Fit
ꝓtinus in animabꝰ hoim si patēter audiāt su-
perne docentē et instruentē de superis noticia
q̄ sint excedentia sensum: et de ꝑfunctorijs quā
to periculo suos amatores inuoluerāt/ q̄ resili-
ant ab eis/ q̄ amorē retrahant/ q̄ se ad supna di
ligenda conuertāt. Preuenit istam iesus in ver-
bo anteq̄ hauriret aquā. Nā et propheta dicit:
Misericordia eius preuenit me: que nisi ꝑue- Ps.58.
niret/ nemo illā consequeret. Dicit ergo ei Je
sus: Da mihi bibere. Ut sic series gesta tex-
tur. Fatigatus sum ex itinere: quiesco lassus ex
pectans si quis aquā ad hunc fontem hauritu-
rus accederet: Tu primo me hic sedente muli-
er aduenisti: sitio/ oro te da mihi bibere. Petit
qui daturus aduenerat: illā irretire desyderans
nō corporis sitim extinguere. Nec em̄ legimus
ipsum post oia etiā potū aque ab illa sumpsisse:
nō sibi cure aqua illa erat. Et fatigatus ex itine
re refrigerabat in animarū potu/ non in illius
aque haustu. Inter sessionē christi et illius mu-
lieris aduentū discipuli abierāt in ciuitatem/ vt
cibos emerent. Erant em̄ in regione ab eis ex-
tranea/ in qua nec questu potuissent inuenire vi-
ctum: quia iudei et samaritani abinuicē discor-
dabāt: nec ob hoc pauptati christi et discipulo-
rū eius fiat ab improbis et euāgelij calūniatori-
bus aliqua impostura: q: denarios habebat il-
lud sacrū collegiū/ quibꝰ in alienis partibꝰ eme
rēt fulcimēta vite: nō ad voluptatē et ꝑ excessuz
sed ad necessitatē et ordinatissimū vsum. Et illa
pecunia si que erat/ non multa credēda est: nec
ex artibus aut ex commercijs seu de bonis he-
reditarijs aut de possessionibꝰ seu ex censu ali-
quo/ sed de questu aut libera volūtate afferētiū

prouenisse. Christus nihil sibi vendicauerat in
Mat.19. ppriū. Apostoli etiā cūcta reliquerāt sequētes iesum: nō tā pedibus ꝙ moribus illū ad possibile imitātes. Multi philargyrici post christū fuerāt christianitatis charactere insigniti in ecclesia dei sine intermissione succedētes: quorū aliquos ego vidi cōcertās cū eis magna contētione verborū: qui vt eorū auariciā ꝛ philargyriā pariter palliarēt/christo et collegio sancto eius diuitias ꝛ rerū ꝓprietatē ex verbis euangelicis non sane intellectis nequiter apponebant quod ita ꝓperā dixerim sicut dicere christū indecentia ꝛ incōpetentia sibi ex vitio posse committere. Et ex hoc loco scripture ꝙ discipuli emerint cibos/ ꝛ ex loculis iude conati sunt ꝓprietatē rerum tpaliū in christo discipulis eius astruere: nō intelligētes ꝓprietatē nature cōdite nō vitiate/ in qua dei fili⁹ humanitatē assumpsit: ꝛ proprietatē legis que propter preuaricationes posita est/ sibi cōuenire nō posse: sꝫ mentita est iniquitas eis: et euanuerūt in cogitationibus suis: cū omniū diues propter nos factus egenus extiterit. Sed reuertamur ad ordinē rei geste. Petēs christus aquam nō accepit: sed ad questionem ab illa inuitatus est. [Dicit ergo ei mulier illa samaritana: Quō tu iudeus cū sis: bibere a me poscis/ q̄ sum mulier samaritana? Nō eñ coutunt iudei samaritanis.] Ecce eñ didascalatio ꝛ aucupatio cepte sūt. Aspectu/ loquela/ gestu/ habitu christus apparebat de genere iudeoꝝ: q̄ differebant a samaritis: quanꝙ iudei ꝛ samarite ab vno patriarcha iacob descēdissent. Contēplatur mulier virū in admiratione facta: ꝛ cur sibi potū querat interrogat: non dedignata hoiem/ sed admirata petitionē. Erat eñ hō iesus insigne quid in suis actibus et sermonib⁹ gerēs: vt nemo nisi supbus ꝛ curiosus/ vt herodes: aut inuidus/ vt sacerdotes templi pharisei ꝛ scribe ipsum dedignarent. Proinde hec mulier nō aspernata virū: sed anceps in petitione interrogat/ dicēs: Quō tu iudeus cū sis bibere a me poscis/ q̄ sum mulier samaritana? Hic interpretationes nominū ꝓpalande sunt: qm̄ in intelligētia spūali iudea ꝛ samaria satis ꝯueniūt. Illa cōfessio interptat/ illa custodia: illi cōfitētes/ isti custodes. Cōfessio ꝛ custodia in ꝓprietatib⁹ suis ꝓ sperāda vita in agēda ꝯueniunt: magis quidē necessario requirunt. Sed ex aliis apparētib⁹ causis erat suborta discordia. Fortassis in ꝑsagio futuroꝝ nescia facta est ista mulier: vt interrogaret iesum: si iā tpus recōciliationis adesset/ ꝙ iesus aduenisset inter discordes celebrat⁹ pacē. [Rñdit iesus] nō ad mulieris interrogata: vt rōnē sue petitiōis ostēderet/ sꝫ ad interrogāda: cū pri⁹ eā mulier interrogare debuisset q̄s eēt: ꝙ asserere ꝙ iudeus esset: ac etiā obiicere in cōcitationē vtriusqꝫ gētis q̄si ꝙ nec ab ea debuisset aquā expetere. Proinde ad interrogāda saluator rñdet illa incipiēs erudire ꝛ suis illaqare sermonib⁹ velut aut/ dicēs: [Si scires donū dei: ꝛ q̄s est q̄ dicit tibi; da mihi bibere: si forsitan petisses ab eo/ ꝛ dedisset tibi aquā viuā.] Conditionaliter loquit: ergo excusandus est nesciēs. Concesserim si erudiendi deest omnino facultas: sed nec immunis a culpa si potuit erudiri. De sciētia infinite rei dñs hāc mlierē causare videt ac suū ipꝛobare colloquiū: ꝑ eo ꝙ nescierit donū dei/ filii ꝛ datoris. Infinitus est deus: infinitū est donū ei⁹: quod ꝓprie dicit spūsctūs. Per oia q̄dē donator et donū equant. Quis hoim aut etiaꝫ angeloꝝ scire potuit q̄d sit deus: quid vero spūssanctus? non aliud ꝙ deus pater in substātia/ q̄uis alius in ꝑsona. Ut igit ista scire potuit donū dei? vñ cognoscere filiū donatorē? Inquit certus propheta: Mirabilis facta est sciētia tua ex me: cō
Psal.138 fortata est: et non potero ad eā. Et lucē habitat
1.Tim.6. inaccessibilē. Et ad iob de cognoscēdo deū impossibiliter dictū ē: Forsitā vestigia dei comꝑ
Job.11 hēdes: ꝛ vsqꝫ ꝑfectū oīpotentē repies. Excelsior celo est: ꝛ q̄d facies? Profūdior īferno/ ꝛ vñ cognosces? Lōgior terra mēsura ei⁹/ ꝛ latior mari Quāobrē nec ista mulier nec aliq̄s reprehendi pōt: si oīpotētis dei sciētia caret. An forte q2 de se loq̄batur dicēs: et quis est q̄ dicit tibi/ da mihi bibere. Sed non de hoīe puro: neqꝫ eñ vt homo diuinoꝝ bonoꝝ poterat esse largitor. Si de se vt de deo asserebat: incognoscibilis est ab homine deus. Fortassis de scientia fidei causāda erat/ q̄ carebat. Excusat legitime: qm̄
Rom.10 fides ex auditu: auditus autē ꝑ verbū dei. Quō audiēt sine predicātē? Quō predicabūt nisi mittant? Quis istā erudiunt in fide? Quis eam donis diuinis instruxit? Quis eā docuit de dei filio humanato? Quis ad aquā viuā ipsam verbis allexit: vt expeteret ab habente/ vt req̄reret a datore? Sꝫ christi locutio de sciētia inuitatoria erat ad scientiā: ꝛ nominās aquam viuā ad sciendū que ꝛ a quo esset: alliciebat eā/ et satagebat ab ea cognosci: q̄ dignatus erat de feminaꝑ mulierib⁹ ꝛ hoibus nasci: et serio se tendebat in illā quā nouerat ilico suā discipulā: euāgelistā fieri. Mouetur mulier auditu verboꝝ: et viua delectatur equa. Attamē hesitat in verbis: q2 hunc quē audit talia ꝓferentē/ soluꝫ esse hoīem conspicat. Tota sistit in sensib⁹ ex naturali more: ac etiā ex arte cudit argumēta respōdendi. Vellet ꝑrinus aquā viuam: quia veri et optimi boni appetitus naturalis oīb⁹ datus est. Per huiuscemodi arguēs respondēs inquirit: ꝛ iā in humilitate facta velut bonitatis serua futura reuerēter dñm vocat: quē irreuerēter nūcupauerat afi iudeū/ dicēs: Domine neqꝫ in quo haurias/ habes: ꝛ pute⁹ alt⁹ est: Unde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro iacob: qui dedit nobis puteum hunc: ꝛ ipse ex eo bibit/ ꝛ filii eius ꝛ pecora eius?] Verba iesu nō displicēt mulieri: sꝫ de aq̄ viua ne dare possit vndiqꝫ conglobatim sibi occurrunt argumenta cōtraria. Nā fons erat fundens naturaliter aquam: et naturaliter aliquando fundere aut non eque desistens: vt

pluribus experiētia monstrat. Puteus erat ex
arte ad terre inferiora defossus: nec artificiū
hauriendi erat in manu Christi: et vere altus
erat ex inferiori et interiori terra ad superficiē
vsq3 consurgēs: et cōpositio noui hominis ad
priscū patriarchā Jacob a credulitate aque vi
ue huius mulieris animū3 refrangebant. Sed
nec cū Jesu qui dei est filius atq3 virtus / ex na
tura / ex arte / ex quacunq3 cōpositione priscorū /
presentiū et futurorū / etiā et angelorū conten-
tiose disserendū est: qui super om̄ia prestat om-
nipotēs. Ve autē his qui de Jesu similibus dis
putauere sententijs: quē si hec mulier per fidē
nouisset / vtiq3 tacuisset. Sed erudiēda erat di-
dascalico more: cū inuenisset quem interroga-
ret / et a quo responsa susciperet: et interrogata
responsa donaret. Hec mulier Christu3 vt pu-
rum hominē contemplat̄: cū miratur ex noui-
tate loquendi / et ex alta largitione Christi sus-
penditur animus eius: supra intellectū em̄ suū
Jesu verba resonabant in animo audientis: si
aquā viuam esset possibile inuenire. Verbū ad-
mirabile / verbū delectabile / verbū desyderabi
le aqua viua. Proinde satis perdocte inquirit
obijciens ad pollicitatione3: Dn̄e / neq3 in quo
haurias habes: si ex isto puteo seu ex alio aquā
viuam haurire tentares. Nō se ista mulier at-
tollebat in superis / vnde aqua viua descendit:
sed q̄ de terris aut locis infimis ascenderet /
autumabat. Fallebatur quide3 / sed verū nesci-
ens loq̄bat̄ cū diceret: neq3 ī quo haurias ha-
bes: sc3 situla3 aut instrumentū aliud haurien-
di. Contemplandū verbū: Nam veritate ple-
num est: cū Christus arte humana / neq3 instru-
mento peritia hominū edito / sua dona pollice
bat̄: neq3 donabat / neq3 hauriebat ex terris de
fossis gratiā et gloriā largiturus / sed de supe-
ris vnde descenderat. Ut homo agebat / doce-
bat / informabat hoim mores: patiebat̄ apposi-
tas penalitates. Ut deus vero gratiā porrige-
bat: et daturus in tēpore promittebat et gloriā.
Vigilans verbū / neq3 in quo haurias habes.
Ad defectū ascribebat illi homini Christi sama
ritana mulier / quod cedebat ī sue altitudinē po
testatis: quoniā si instrumentū deficiebat hu-
manū / aderat omnino diuinū. Necnō et obij-
cit altitudinē putei: ad cuius aquā nō perueni-
ret corpis manus / non habito instrumento. Et
puteus altus est. Sed si nō homo / tamē altior
deus. Sed attendēdus loquēdi modus. Si ali
qua terre profunditas a superiore parte / sc3 ab
ore ad inferiorē descendēdo mensuret̄ / dicetur
Locus p̄fundus est: siue puteus / siue quodcun-
q3 voraginosū / siue defossum. Si vero ab inferi
ori parte ad superiorē ascendēdo mensuret̄ / al
tus appellabit̄ locus ille. Sic dictū legit̄ / pute-
us altus est: ita q̄ aqua vsq3 ad os putei nō ascē-
dat / sed in p̄fundo iacet. Et tu neq3 in quo hau
rias habes. Nescia vt asina Balae veritatē fa
tur dicēs: puteus altus ē. Sed ad intelligendū
intellectus altus exquirit̄: Si puteus altus est
vt ad hauriendū op9 sit instrumēto: ergo aque
in profundo iacet. Totus mūdus velut vn9 est
puteus / et abyssus impenetrabilis: cuius aqua
nostris affectib9 nō equat̄: quia nihil est in hoc
mundo quod satiare animas hominū possit / q̄
sunt facte ad deū. Proinde mulier rationabi-
liter infert: Unde ergo habes aquā viuā? Se-
culum hoc nequā p̄rimus illa caret. Sub celo
nō est: si a sursum vsq3 ad deorsū: si ab imis vsq3
ad summū cuncta perquirant̄: nō est aquam vi
uam ad satietatē hominū reperire. Et si patres
nostri preterin aquā viuam neumodolibet po-
tuerūt inuenire: quib9 tu maior meis obtutibus
nō appares: vnde ergo habes aquā viuā? Sa-
gax mulier tot christo iesu obiecit inquirendo
vnde sibi viuā polliceret̄ aquā. Cui respō-
dit iesus / et dixit ei: Omnis qui biberit ex
hac aqua / sitiet iterū. Qui aūt biberit ex aqua /
quā ego dabo / nō sitiet iterū: sed aqua quā ego
dabo ei / fiet fons aque saliētis in vitā eternam
Omne quod mulier iesu obiecerat / ipsa sua re-
sponsione confutat: videlicet q̄ aqua sua nō ex
venis terre p̄cedit: nō iacet in p̄fundis puteis
nō reperit̄ in fontibus: nō haurit̄ situla: corpo-
ris ore nō sumit̄: ⁊ sitim extinguit bibentib9 in
eternū. Acsi diceret Jesus ad mulierē: Nō mi-
hi opus est instrumēto hauriendi aquā viuam
que in puteis altis terre nō iacet: vt bibēdi ex-
periētia pandit: quia omnis qui biberit ex hac
aqua / sitiet iterū. Et tu pluries bibisti: et iteru3
sitibūda venisti: ⁊ quot bibunt p̄sentes: et quot
biberūt prisci: nunq̄ sunt aut fuerūt vna potati
one satiati: sed aqua mea sic bibit̄ / vt nunq̄ vlte-
rius sitiat̄. Aqua quā ego dabo / nō que de isto
puteo aut alio fonte hauriēda est: sitim aufert
de fonte p̄cedit eterno: infundit̄ / nō haurit̄: su
pinato bibit̄ ore / nō in terra verso: nō potat̄ in
vase / sed in eterno fonte: qm̄ apud deū est fons Psal. 35.
vite. Aqua ista bibētib9 sit fons aque indefici-
entis atq3 salientis in vita3 eternā: vbi nulla ra
tione sitit̄. O q̄nta benignitas largitoris aque
qui nesciētibus illā docet / nō petentib9 offert.
Nam diuine bonitatis ⁊ fons superfluus in ali-
os diffusiuus est: ⁊ hortos ⁊ campos querit in
quos diffundat̄: et cū animas q̄si arentes aspi
cit terras: q̄rit illas irrigare vt inebriet ad fru-
ctū / vt satiet ad p̄fectū. Hui9 aque irriguo irri-
gari Axa agrū petebat a patre quē accepit: su- Judicū. 1.
perius sc3 ⁊ inferi9. Est igit̄ aqua saliens in vi- Jo. 4.
tam eternā / illa sp̄ussancti gratia qua quis ope
rat̄ in hac vita op̄a digna vita eterna: nō ī meri
to illā accipientis / sed in merito dantis: quoni-
am ipse qui largit̄ donū dei / est tota causa me-
rendi regnū dei. Salit aqua que donat̄ a Chri-
sto: quoniā sursū agunt dona eius / non ad ima
demergunt̄. Et ob hoc omne datū optimū / et
omne donū p̄fectū desursū remittit̄: vt sursum Jaco. 1.
reuocet qui accepit: et a vita t̄pali ad eternā / a
mortali ad immortalē / a parte ad totalitatem / a
terrenis ad celestia / eū cui donatur potēter in-
ducat. Generat aqua christi iesu fontem aque

salientis in vitã eternã. Fontem dicit/nõ fluui/
um siue riuulũ: q̃ ex natura semꝑ ad inferiora la
bunť: sed contra nature vsum/contra vsualẽ sci
entiã non deorsum defluat/sed ascendat: quanq̃
sepe per artẽ coangustatã aquam sursum inspi/
ciamus ascendere. Sed nec iesu aqua humana
sursum arte salit: sed supra omnẽ intellectũ/ na
turã/rationẽ et artem in superna suum ꝑuehit
potatorẽ. Igitur affectemꝰ hanc inuisibilẽ ⁊ im
materialẽ aquam/que nõ est vnũ de quatuor ele
mentis: que suꝑ omnia elemẽta ipsa salit. Intel
ligamus doctã / accipiamus oblatã: bibamus
ore cordis/non faucibus corporis: si periclitari
siti recusamꝰ. Ad quã samaritana iam auida fa
cta sibi a iesu exhiberi petit/ cum ad eum dicit:
Domine da mihi hanc aquã/ vt non
sitiam neq̃ veniã huc haurire. Apta pe
titio que ꝯformis est liberalitati donãtis: vt nõ
id petat quod velit accipere: sed hoc solũ petẽs
accipiat quod maior dare decreuerit. Iã oblita
illiꝰ aq̃le/ad quã venerat hauriẽdã: et delectata
salubritate illius aque viue/que offerebať: petit
subiectiuo ⁊ humili verbo: Domĩe da mihi hãc
quã promittis aquã. Uilescunt cũcta terrena ⁊
quasi obliuioni tradunť/cũ celestium placet au
ditus/et cum ad ipsa erigiť animus. Et quoniã
omnes vellent carere defectibꝰ ⁊ cõtractis pe/
nalitatibus ex mulctatiõe facta in nostra radice:
nec etiã vellẽt subiacere laboribus: ꝓinde ista
mulier hec duo supponit in causam cũ promis/
sam appetit aquã: scȝ vt nõ sitiam/neq̃ veniam
huc haurire. Defectꝰ nature siue penalitas est
causa sitis. Et itinerando humanũ corpus ani/
mo laborat/ac etiã fatigať: quod euenit vt asser
tum est in iesu/ꝙ esset ex itinere fatigatus. Iaȝ
ista mulier affectabat beatitudinis partẽ/ampli
us sitire nolens: ⁊ quietẽ cognouerat esse bonũ
cum velit ab itinerando ⁊ laborando desistere.
Sed necdũ nouerat vnde aut quõ ista ꝓueniat:
⁊ dũtaxat ꝓ corpore/nõ pro anima talem quere
bat aquam: et pro tempore quo modicũ victura
erat/nõ ꝓ eternitate ad quã christꝰ ipsam ⁊ om/
nes venerat vocaturus. Uigebat ista quodã na
turali affectu: sub quo quicq̃d bonum atq̃ opti
mũ ⁊ perfectum est/cadit: sed intellectu/ratiõe ⁊
ordine deficiebat: q̃obrẽ dicit ei iesus: Uade
voca virum tuũ/et veni huc. Mirũ sci/
olis et inaduertẽtibus videtur cũ iesus dixerit
mulieri/voca virũ tuũ: cũ ipsa iam quinquevira
extiterit: ⁊ omnibus ꝑmortuis in adulterio seu
fornicatiõe moraretť: quomodo indicebať/voca
virũ: quẽ christꝰ ipsam non habere sciebat. Sed
si perspicaci mente christi facta ⁊ dicta scruta/
mur: ⁊ ad quid istam mulierẽ/⁊ modũ quo ad co
gnitionẽ veri trahere satagebat: sic cũ ista muli
ere penitus agendũ fuit vt paulatim erudiretur
⁊ ꝙ in christo aliq̃d insigne cognosceret/ ꝙ plꝰ
q̃ homo esset: ⁊ homo supra hoiem ab ipsa co/
gnosceretť: ⁊ fidẽ prestaret dictis q̃ supra cogni
tionẽ ceterorũ hominũ vulgabanť: ⁊ alligareť
fide ꝓ assertione gestoꝝ/que dictis ⁊ diuinis in/
ductionibus renitebat. Quã ob causaȝ iesus di
xit: Uade voca virũ tuũ: vt ex responsione
audiret/q̃uis sciret: non habeo virũ: vt ex
his q̃si ꝓphetice ad illã inferret: bñ dixisti/non
habeo virũ: quinq̃ eñi viros habuisti/⁊ nũc quẽ
habes nõ est tuus vir: ad hoc vt tandem hec in
eũ intenderet velut in ꝓphetã/dicens: Ut vi/
deo propheta es tu: vt in messiam ⁊ omni
um saluatorẽ. Passim paulatimq̃ iesus istã mu
lierem docendo traxit/trahendo docuit: ⁊ velut
auis potabũda ex aqua cenosa/ clariorẽ inueni
ens aspernareť illam: ⁊ nobiliore delectata mo
re aucupatico veniret in predã. Sed ista in apo/
logiam ꝑdiximus. Igiť ad rerum ordinẽ reuer/
tamur. Dicit ei iesus: Uade voca virum tuum.
Ut in altiorẽ traijciatur sensum: caput mulieris
vir. Si acephala nõ es: voca caput a quo regẽ/
da es. Si vo existis acephala: non sunt tibi hu
iuscemodi diuina dona dei. Respondit: acepha
la sum/nõ habeo virũ. Laudat illã bene dixisse
iesus: ꝙ falsitatẽ non submiserit/nec veritatẽ ne
gauerit. Bene dixisti/nõ habeo virum.
Non illã blandiendo laudauit/sed q: simplici/
ter fassa sit veritatem: quia virum nõ habebat.
Et declarat illã iesus nõ tergiuersasse in causa
adijciẽs: Quinq̃ eñi viros habuisti: et
nunc quẽ habes nõ est tuus vir. Non
est ista similitudo neq̃ parabola/ sed sic res ge/
sta extiterat: q̃ quiq̃ viros legitimos habuit ex
lege nature atq̃ mosaice: quibꝰ legibus conde/
bať pluries matrimonio copulari: sicut ex legẽ
noui testamenti nulle nũerose damnanť nuptie
cũ melius sit nubere q̃ vri. Et illo intunc adhe/
serat fornicario more cuidã viro/ non legitimo
matrimonio copulata. Et huiꝰ confessionẽ sce/
leris iesus exquirebat ab ipsa tacite: sed melius
expresse cũ cautela solenni atq̃ laudabili cõfes/
sionem astruit fieri criminũ anteq̃ diuina bene
ficia largiať. Et ad sacramẽta ecclesie de nouo
condenda christus intendebat: cuȝ confessionẽ
ꝑire suadet anteq̃ absolutionẽ criminũ ⁊ virtu/
tũ gratiã prestet. Sed contẽplanda occurrit no
bis nostri saluatoris benignitas atq̃ prudẽtia:
ex eo ꝙ istam mulierẽ ꝓuocet ad cõfessionẽ: ⁊ q̃
⁊ qualia ꝑrogat. Ne confiteri verecũdia suffun
dať/pollicetur aquã viuã: quã delectata ⁊ affe/
cta petit. Cognoscit illã iesus fornicariã ⁊ pellĩ
cẽ esse: quod illa modici aut nihilipedẽs/sui fact
noris non bene conscia/cũ audacia petit aquã.
Nõ exprobrat eã iesus aut obijcit in facie forni/
carium malũ: talis es/aqua huiusmodi nõ es di
gna: sed honeste illã alloquitur ad confessionẽ
trahens: Uade voca virum tuũ: supple si habes
vt non habere virum necessario mulier fatereť:
⁊ post confessionẽ sceleris erudiretur ad fidẽ di/
uine cognitionis. Et laudat iesus hanc confes
sionẽ vt inferat absolutionẽ: vt prestet fidem: in
ducat in virtutũ debitam actionẽ: ⁊ securius fa/
cinus fateatur/eaȝ de veritate cõmendat: Bene
dixisti: quia nõ habeo virum. Et quod oĩno re/
titebat sibi iesus nõ exprobrando/sed rememo/

rando aperuit. Quinque viros habuisti: et nūc quem habes: aut q̄ habet te/nō est tu⁹ vir. [Hoc vere dixisti.] Preuenit summ⁹ sacerdos et pontifex animā peccatricē: que stabat ante eum: et ꝓdixit sibi quod illa nō pādebat peccatū: Nūc quē habes nō est tuus vir: vt eam ad penitentiā animi prouocaret: et ꝙ resiliret a scelere: suamq; animā omnemq; vitā in meliora mutaret. Sed nec omnibus sacerdotib⁹ sic cōpetit facere: vt peccatū confitentis etiā sciens in facie peccatoris aperiat: sed prudenter sibi suadeat cōfiteri: nisi animo deprehenderet sibi peccatorē in confessione subiectū/erubescētia/timore imponēde pene seu obliuione detineri: tūc pie more christi ꝓueniat confitentē. Ecce ꝙ oīa in ista muliere ꝑter intētionem celebrata sunt/ sed nō preter intentionē christi: nam illa nō ista de causa venerat/ob quā christus sup fontē fatigatus insederat.

De disputatiōe vere adorationis et aduentu messie: secūdū Joannem solum. Capitulum. II

Cum occultū et peccatum tacitum mulieris sibi domin⁹ reuelaret: nō dedignata/non stupefacta: sed in religionē subito conuersa est/scz ad meliorem fidē et ad vtilem inquisitionē. Dicit ei mulier: domine vt
Joan. 4. video propheta es tu. Unde videbat ꝙ fide ad quā tanta disputabat/illam iesus induxerat. Uidebat ista per fidem iesum esse videntem ꝓpheta videns dicit. Ambo vidētes: illa in fide iesus intuitiue: illa a vidente preuisa vt videret. Uidit omīa videntē: qui ab eterno illam ꝓuidit: et in tempore statuto illā fecit esse alte videntē. Nec eum magum aut diuinatorē seu ipsum appellauit terrena sapientē: sed religioso nomine dixit: te video esse videntē: et dignum duxit cū vidente alta tractādo videre: ne ociosum tantū fuisset alloquium in magna prudentia facta: vt cū tanto viro quē credebat videntē/nollet de corporalibus/sed de spiritualibus disputare: nō vt amplius peteret aquā/sed transiret in latriam: et maiori religione innixa questionē altam inquireret/dicēs: Patres nostri in mōte hoc adorauerunt: et vos dicitis/qz hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Erat ꝑtin⁹ ista cōtentio et disceptatio inter samaritas et iudeos de loco adoratiōis atq; orationis/ab eo tempore quo schisma celebratū est sub rege roboam filio salomonis. Et huic mulieri pius erat affectus: que de cultu vere religionis inquirebat: et in bonis moribus subito facta est: ac omnib⁹ posteris honestā conuersandi et loquendi tradidit formā: vt cum viro religioso de religione/cū sancto de sanctitate/cū honesto de honestate/cū sapiente de disciplina et doctrina/cū bono de bonitate tractandū sit. Neq; scioli atq; ignari ocio tēpus tradant: atq; sterilib⁹ verbis loquanṫ cuz his a quib⁹ possunt vtiliter erudiri. Et vtiq; de muliere hmōi alteri⁹ pellice mirandū: ꝙ tam cito intrauit in theologiā/cū loquereṫ cum iesu. Sed ille q̄ sibi loquebaṫ ad aurem in sono vocis/instruebat interius mentē visione diuine virtutis. Et qm̄ questio alta erat/altiori erat responsione soluēda: et obscurū dubiū lucide declarandū. Ad cui⁹ ꝑceptionē mulieris intellect⁹ adhuc inualid⁹ erat: nec poterat hoc quod respōdendū erat/naturali aut hūana rōne ostendi. Quāobrem iesus anteq̄ quesitū enodet hanc mulierē inuitat ad fidem/dicens: Mulier crede mihi. Ueluti diceret: si quod per ꝓphetā extiterat dictū: Nisi credideritis/nō intelligetis. Mulier crede mihi te docēti/tibi respōdenti: qm̄ nisi prestaueris fidē/non intelliges responsionē. Fidē prehabere oportet ad intelligēdū altitudinē diuinoꝝ: nō em̄ humano vsurpantur intellectu/neq; naturali rōne capiūtur. Declarat q̄situ iesus/si fides ꝑsto est. Uenit hora qn̄ neq; in mōte hoc/neqz in hierosolymis adorabitis patrē. Uos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scim⁹: quia salus ex iudeis est. Renouationē agende vite saluator enūciat: cū latrie cultū transferendū dicit ex locis/non aūt fiendū in locis. Ubiq; deus pater incircumscriptibiliter est: vbiq; adorari pōt. Adoratio ꝟo locum ꝓcipuū non reqrit: terminato situ nō indiget: qm̄ sine situ deus adorand⁹ oībus ꝓsidet: nō plaga orientalis aptior: nō magis cōpetit occidentalis: nō arctos neq; messembria/ nō mons/ nō vallis/ nō ima seu alta dom⁹/ nō templū deo dicatū/non inhiās campus diuine latrie conferūt: vt deus pater descriptiōe loci adoretur. Ex hoc dicit mulieri: Uenit hora qn̄ neq; in monte hoc/scz garizin: neq; hierosolymis ī tēplo adorabitis. Semꝑ fuit ab eo ꝙ tēpus cū creatura rōnali factū est/hora qua pater adoraret adoratione vera. Naz adā/abel/enoch/noe/thare/abraā isaac/iacob/ioseph/aaron/moyses/iosue/samuel: nōdū facto hierosolymis tēplo: nondū facto schismate in pplo hebreoꝝ: et post/innūerabiles extiterūt q̄ adoratiōe vera ꝑterq̄ in tēplo et mōte/in veritate deum adorauerūt. Que igiṫ est ista hora quā nunc quasi nuꝑ dicat aduenisse iesus? Sed ꝓ illis differētib⁹ populis loqbaṫ: quorū vnus tm̄ habebat mosaicos libros: alter et pentateuchū et ꝓphetas: q̄ verā scripturaꝝ intelligētiā nō habētes/in rerū agendarū cortice versabanṫ: non in spūali sensu vbi veritas lucet. Sed hec hora venit vt veritas ꝑ dei filiū/ ꝑ spm̄ sctm̄ credentib⁹ dandū in cordib⁹ hoīm declarareṫ: q̄ pater olm deus vera latria colaṫ. Quod aūt improbat samaritarū nescientiā et cōmendat scientiā iudeoꝝ ꝙ ex eis sal⁹ est: in id tendit ꝙ samarite nō habebāt aliā scientiā q̄ mosaicā: sed iudei ꝓpheticā/et christū in carne venientē et docentē: q̄q̄ ipsi eū non cognouissent. Sed christ⁹ tanq̄ iude⁹ carnali traduce ꝓ iudeis respondit: ꝙ scirent/et quō et vbi de⁹ adorand⁹ esset: ex q̄b⁹ erat sal⁹: nō q̄ oēs saluarenṫ: sed in eis ipse iesus olim salus existēs/et causa et via et forma illā ꝓmerendi/et cognitor saluandoꝝ natus erat. Nō est sal⁹ ex iudeis seipsos aut alios saluare valētib⁹: sed

ideo ex iudeis salus: quia ex ipsis natus est christus: qui de adoratione vera illã instruẽs / dixit: **Sed venit hora et nũc est: quãdo veri adoratores adorabũt patrẽ in spũ et veritate.** Hora declarande veritatis nullã fuit / nisi qñ christus mũdo pdicaturus apparuit: sed hora venit quãdo christus in ea venit ꝛ nũc est: quia tũc aderat plenitudo tpis. vt veritas latrie panderet. Veri adoratores ad adorãdum non eligunt locũ: velut ex situ hoc aut illo adoratio vera cõsisteret. Illocalis nõ adoratur in loco: adoratio quã exigit / non agit gestu corporis: quod locũ ad suas actões inquirit: spũ sic
Roma.10. in interiori hoie agitur: Corde credit ad iusticiam / fide scꝫ qua iustificamur. Fides insita cordibus hominũ geniculat ante deũ: ipsa sibi con fitendo tribuit illũ honorẽ ꝛ reuerentiã / amorẽ timorẽ / illam omnipotentiã ineffabilẽ / sapientiam infinitã / bonitatẽ incomphensibilẽ / eternitatem immẽsitatẽ / omnẽ virtutẽ / illam efficientiã per se sufficientẽ / a nemine pturbabilẽ: ꝛ omnia illa soli regi deo immortali ꝛ inuisibili dũtaxat cõpetentia eo incõprehensibili iure / ꝙ alicui creatorum cõuenire non possunt. Spiritu p spem ascendit in eũ / cũ desperatione omniũ ab ipso factorum: in interioris hois spiritu spes est: q̃ supercelestẽ / celestem ꝛ subcelestẽ omnẽ creaturam postponit: quasi nihilipendit: in illo / cũ illo de illo beari / nõ per alium sperans: sicq̃ ipsum anima nostra colit / sicq̃ veneratur / sicq̃ adorat. Non in corpore / nõ in loco / sed in spiritu charitas ipsa consistit: que ad hoc suũ prouehit possessorẽ: ꝙ sic deum patrẽ colat / adoret ꝛ diligat: vt nõ solum omnia extra se / verũetiã ꝛ seipsum ppter deũ contẽnat. Vera dei latria nõ in actu corporis / nõ in aptitudine aut aptatione locorum sed in intellectuali p fidem ꝛ spiritali actiõe cõsistit. Et in illa irrefragabili veritate quã facit in colẽdo deũ / omne locale / tẽporale / corporale / visibile / sensibile / perceptibile / fabile / narrabile / scriptibile / finitibile / cõparabile / fallibile / variabile / mutabile / subiectibile / subijcibile / pmixtibile / pcurribile / indiligibile / perturbabile / violabile / penale / miserabile: quõlibet defectibile aut miserabile seu indigibile: et quodlibet taliũ ab ipso abscribit ꝛ asscribitur omne quod summũ ꝛ vnum ꝛ verum bonũ decet esse siue agere: ista porro est veritas / qua pater omniũ deus adorandus est: que oẽs similitudines / imagines / opiniones / hesitationes ab ipso penitus pcul pellit. **Nã et pater tales querit / qui adorẽt eũ.** Tales quales ipse interiores ꝛ inuisibiles spiritus fecit. **Quia spũs est deus: et eos q̃ adorãt eũ / in spũ et veritate adorare oportet.** Spũs deus est: ergo simplex ꝛ incõpositus est: ꝛ ad hanc similitudinẽ ꝛ imaginẽ hominẽ fecit / put erant similitudo et imago a deo donãde atq̃ a creatura p capacitate suscipiẽde. Neq̃ substantia separata / neq̃ aĩa vnita corpori / aut a corpore segregata in illã incõpositionẽ et simplicitatẽ diuinã potuerunt assumi: neq̃ ipse quã condidit / potuisset assumere. Sed q̃ntum exigit id quod datũ est ĩ latria: deus pater illos talesq̃ requirit: qui eũ in spũ inuisibiliter / intellectualiter / ardẽter / amabiliter / cõtemplatiue adorent: in simplicitate cordis inquirãt / qꝛ simplex est: sine cõpositione aliqua venerent / quia incõpositus est. Spiritus deus nõ delectatur corporali latria / si spũalis desit: q̃ si adsit / in illã prodesse reqrit: quoniã intellectu / affectu / inconuulsibili memoria / timore iocũdo / ꝛ interiꝰ ordinatisq̃ visceribus colendus est deus. Et eos q̃ adorãt eum in spũ et veritate adorare oportet. Sic oportet ꝙ nõ aliter nisi taliter. Si que vero in sacris scripturis inueniuntur adorationes ab hoibus exhibite angelis / vt abraam fecit: ab hoie homini / vt iacob fecit esau: salutationes oris aut reuerẽtie gestu corporis / nõ adorationes ex latria fuerũt. Et quoquomõ inoleuerit adorationis vocabulũ: siue fiat virgini theotoco / siuẽ angelis / siue sanctis: mẽte / verbo / siue ipsorum imaginibꝰ / gestu aliquo corpis: nõ imaginibꝰ vt sic edite sunt: sed eis q̃ per eas velut p quedã signa signantur: nõ oculis / sed mentibus adoret: nõ adoratiõe que deo patri cõpetit ꝛ christo filio rõne deitatis: sꝫ illa reuerentia qua decet venerari sctõs ratiõe sanctitatis atq̃ virtutis. Potest aũt temporalẽ excludendo mercedẽ ꝛ omnẽ contrariã opinionem / spũs ꝛ veritas ipsa referri: vt diuine latrie siue cultus non aliud ꝙ ipse deus q̃ colit / in premiũ inquiratur. Non visum est huic mulieri satisfactũ ad inquisitionẽ eius: tendebat eñ p fidem expectationis in aliũ: quẽ credebat esse maiorẽ: scꝫ in messiam / q̃ ab vtroq̃ populo iudeorũ ꝛ samaritanorum venturꝰ pariter sperabatur. Credebat iã ista mulier iesum tantũ esse pphetã: messiam vero magis alte pendebat / existimãs maioris cõstare virtutis: ꝛ sic plerũq̃ in animo scire querentiũ aut fidem habentium in alijs: ꝙ fides adherens maiori demitur in minori: sicq̃ ista mulier dicit: **Scio quoniã messias venit / qui dicitur christꝰ. Cũ ergo venerit / ille annũciabit nobis oĩa.** Velut si verecũde loqueretur: Placẽt mihi dicta tua: sed messias q̃ venturus est: quẽ credo venturũ: ista nobis melius declarabit. Huic mulieri absonũ videbatur ꝙ de monte ac de tẽplo remoueretur adoratio dei patris: incapax adhuc erat animꝰ eius ad spũalia capienda: exterioribꝰ actibꝰ tota stabat: sicq̃ fuerat pdocta / sicq̃ cõsuetudine roborata / sicq̃ cõfirmata multitudine ppli sic agẽtis: difficiliter auellitur error qui lõga doctrina ꝛ cõsuetudine ꝛ multitudine roboratur. Sic iesus qui cepit istam instruere / ampliꝰ nõ sinit errare: qui eã venerat aucupari: nã irretitam suis sermonibꝰ recedere nõ permittit: put diceret: Mulier ideo mihi de data responsione nõ credis / inherẽs fidei potioris quẽ credis venturũ messiam. Disuce hanc fidẽ ꝙ ipse sit melior: nõ ipsum speres: nõ ipsum expectes vt veniet: pfecto iã venit. **Ego sum qui loquor tecũ.** O magna dignatio saluatoris: q̃ ad vniꝰ muliercule meretricis se in no-

ticiam dedit. Quid igiť est homo: qꝛ innotuisti
ei? Confundanť superbi de eo querentes/conci
onantes ꝛ disputantes: quoniã cũ simplicibus
Sap.1. sermocionatio eius. Et alibi scriptũ est: In sim
plicitate cordis vestri querite illũ: quoniã inue
niť ab his qui nõ tentant illum: apparet autem
his qui fidẽ habent in illũ. Deiecit verbo inno
tescentie spem/ne vlteri⁹ messias expecteret͂ esse
venturus: iã venerat: sed ipsis expectantib⁹ inco
gnitus erat. Effecit in aĩa fidei scientiã/vt mu-
lier ita crederet: generauit rerum tẽporaliũ obli
uionẽ: nam nec ista mulier hausit aquam: ꝛ fecit
euangelistã: euangelizauit eñ suis ꝯciuib⁹ chri-
stũ: vera facta christi discipula: capta verbo/fi-
de/amore/in pollicitatiõe aque sapie salutaris.

De regressu mulieris samaritane in ciuitatẽ ad euangelizandũ iesum: et quis fructus sit ex predicatione se cutus: secũdũ ioannẽ solũ. Ca. III

Quis capta in retibus saluatoris se ir-
retitã gaudẽs/festine alios inuitat ad
laqueũ: quo illaqueata ab omi alio ma
lo nexu dissoluiť: ꝛ obliuisciť ei⁹ quod
factura venerat. Non haurit de puteo aquã: ali
um ex celo susceperat: nõ haurit aquã corporis
mẽte potata est. Nõ refert hydriã plenã: imple-
uerat diuinis sermonib⁹ animã: reliquit hydri
am: quia perdidit concupiscentiã: iam curã car
Joan.4. nis amiserat. Nã reliquit mulier hydriã
suã: et abijt in ciuitatẽ/et dicit illis ho
minib⁹: Venite et videte hoĩem qui
dixit mihi oĩa quecũqꝫ feci. Nũquid
ipse est christus? Nõ portat aquã relinq̃ns
hydriã: sꝫ de aqua gratie quã acceperat/ĩ alios
refundebat. Et hoc signũ si diligiť christus ꝙ
is q̃ diligit/in eius amicitiã alios trahit: ꝛ fere
corpalis obliuisciť actionis: ꝛ diuinis theorijs
occupat mentẽ: ꝛ spũalib⁹ exercitijs oẽm corpo
reã dedicat actionẽ. Miris modis christ⁹ agit
in aĩas: ꝙ tam cito auertit a seculo: ꝛ in rerũ in
uisibiliũ amore transformat: cõuertit impios: ꝛ
nõ sunt in illis affectionib⁹ in quib⁹ prius erãt:
desipiũt terrena ꝯuersis/q̃ nõ cõuersis añ sapie
bant. Gustãtib⁹ celestia ĩma nõ sapiunt: fit inui
tatoriũ samaritana mulier: ꝛ suos cõciues inui-
tat ad christũ. Venite ꝛ videte: qm̃ ego accessi ꝛ
inueni ꝛ vidi ꝛ audiui non solũ perdocte vt ho-
minẽ loquentẽ/sed velut ꝓphetam occulta vidẽ
tem. Dixit eñ mihi oĩa que feci: igiť venite ꝛ vi
dete videntẽ. Nunq̃d ipse christ⁹? Messias scꝫ
quẽ omnes cõmuniter expectamus. Non audet
adhuc assertiue dicere ipsum christũ: q̃uis cre-
didisset illa hora qñ sibi dictũ extitit: ego sum q̃
loquor tecũ. Nõ eñ inuanũ illud verbũ innotes
centie fuit effusum: sed paulatim sugerit vt cre-
dať in eũ: sub dubio verbo/nõ dubia mente ꝓfe
rens: nunq̃d ipse est christus? Bonũ est hoĩem
hunc/in deũ in nostros terminos venientẽ expe
riri quis ꝛ q̃lis sit: ipsum ꝓphetã/id est videntẽ
esse cognosco. Igiť ꝛ vos venite et videte quis
sit aut q̃lis: fortassis ipse messias/quẽ oĩs ppl̃us
iudeoꝝ olĩo venturũ expectat: ꝓstatur fides di-
ctis: cõmouit hoĩes feruens ꝛ perita suasio mu
lieris. [Exierunt de ciuitate/et venie-
bãt ad eũ. Ex ciuitate añt illa multi crediderũt
in eũ samaritanoꝝ ꝓpt verbũ mulieris testimo
niũ ꝑhibentis: qꝛ dixit mihi oĩa q̃cũqꝫ feci. Cũ
venissent ergo ad illũ samaritani/rogauerũt eũ
vt ibi maneret. Et mãsit ibi duos dies. Et mul
toplures crediderũt ꝓpter sermonẽ eius: ꝛ mu
lieri dicebant: Iã non ꝓpter tuã loquelã credi
mus: ipsi eñ audiuim⁹ et scimus: qꝛ hic est vere
saluator mũdi.] Venĩẽtes samaritani ad chri-
stum/aspiciunt eũ: letanť et admiranť nouitate
ꝑsone. Mirabilis ꝛ spectabilis erat iesus: etiaꝫ
contẽplatione aspectus corporei. Audiunt eũ ꝛ
magis stupent nouitate verboꝝ: querũt habere
domesticũ huĩoi peregrinũ: offerũt hospitiũ ad
manendũ: rogãt vt maneat: velut ab ipso erudi
ri cupientes ꝛ seriosius sentire de nouitate do-
ctrine. Assentit iesus rogaminib⁹ pijs: prestat se
ipsum petentib⁹: nõ dedignat⁹ petentes/quos
venerat erudire atqꝫ aucupare per aucupatã in
suis sermonib⁹ auẽ: manetqꝫ cũ eis duob⁹ dieb⁹
qui per eũ nec ocioso transiere de cursu: cũ eos
quotidie docẽs insisteret: sꝫ velociter currebat Esa.55.
sermo eius: ꝛ penetrabat intima cordiũ: ꝛ effici
ebat in animab⁹ audientiũ: non oĩm/sed multo
rũ: vt fides infunderet͂ ad credendũ/que mũdo
aperuerat diuini mysterij nouitatẽ: ꝛ venisse cre
dereť messias/qui venturus expectabať a ppl̃o.
Vere verbũ quod egressum est in illa ciuitate de
ore christi/nõ est reuersũ ad eũ vacuũ: sm̃ vati
ciniũ Esaie: cũ multo plures crediderũt in eum
ꝓpter sermonem eius ꝙ ꝓpter verbũ mulieris:
qm̃ viuus est sermo dei ꝛ efficax ꝛ penetrabilior
omni gladio ancipiti. Sed nec mirũ si plures
cõmouit ad fideꝫ verbũ immediate a verbo/scꝫ
verbũ eructuatũ a vbo incarnato/ꝙ neophyte
mulieris: q̃uis ꝑdicatoribus credere altissime
sit virtutis ꝛ ꝓmij: quod mulieri dicebãt samari
te: credẽtes ꝙ nõ ꝓpť eã/sed auditus visione cre
diderũt: quod cedebat ad abundantiam pieta-
tis: nõ insultando/sed illudendo vocis: ipsi eñ
audiuim⁹ ꝛ scimus: qꝛ hic est vere saluator: in oĩ
bus bonis diuinis ꝛ humanis/tpalib⁹ ꝛ eternis
plus placet rei experiẽtia ꝙ auditus. Illa certi-
tudinẽ habet/iste fidẽ: q̃uis ipsi samarite nesci-
rent vera certitudine iesum esse. Sed ampliori
mõ ꝛ adhesione maiori adheserãt iesu viso ꝛ au
ditu/ꝙ saluator mũdi esset: ꝙ ex mulieris verbo
didicissent: velut si quis aquã cuiusdã clarissimi
ꝛ abundãtissimi fontis ex remota parte gustas-
set in riuo: deinde fact⁹ in fide fontis ex riuo de
scendẽte/ipse versus fontẽ ascenderet: ex quo si-
tibund⁹ ori fonti apposito potareť: ex fonte red
dereť certior/potatior/hilarior/ꝙ ex riuo. Sic ꝛ
samarite in muliere velut in remoto riuo/in iesu
velut in fonte aquã hauserant ꝛ biberãt salura
rem: ita vt confiterenť eum esse hoĩm saluatorẽ.
Ad hoc primo ꝛ vltimo ꝑducenda est si fieri põt
omniũ hoĩm pia credulitas: vt dei filius eternꝰ

equalis ꝑ oīa patri/in humanitate assumpta sal uatoꝛ seculi esse credat. Hoc miris modis ipse credend⁹ in mētibus hoīm egit ꝛ quotidie agit inuisibilit ꝑmonēs ad virtutē vt ꝯferat vtilitatē.

¶ Declaratio quis christi vere cibus erat/cū eū discipuli comedere precarentur: secundū Joannem solum. Capitulum IIII

NOn sit cure legentib⁹ de hoc quod ꝑpositū est: cū ex ordine litere debuerit interponi inter conuersionē samaritane ꝛ samaritanoꝝ. Sed q꞉ dignū duxi vtrorum ꝙ conuersionē immediate cōnectere: hanc apostoloꝝ cū iesu disceptationē libuit posterizare: ꝗ ad magnā informationē agendoꝝ sic cōtexta est. Dum iesus innotuisset mulieri samaritane/ dicēs: Ego sum qui loquoꝛ tecū: continuo venerūt discipuli ei⁹: et mirabantur/ q꞉ cū muliere loq̄batur: Nemo tñ dixit: quid queris aut loqueris cū ea? Venerūt cōtinuo discipuli: ꝗ festine agenda faciebāt: nec curabāt sibi a laborib⁹ parcere/ vt opportuna ꝑficerēt. Mos eñ est veroꝝ omniū subiectoꝝ/ nunꝙ in agēdis moras inectere. Nec exp licitū est vtrū acceperint cibos ex cōmercio aut gratis: sicut supius dictū est/ ꝙ iuerāt in ciuitatē vt cibos emerēt. Fortassis quidē ꝙ sicut interrogatus est iesus ꝑ samaritanā ad fontē/ ꝛ appellatus iudeus: sic ꝛ discipuli fuerūt in ciuitate quesiti qui essent: ac cogniti ꝙ iudei: vnde coacti fuerūt euāgelizare. Si discipuli pauperē ꝛ egenū habere magistrū/ ex paupibus parentib⁹ natū/ recte docentē/ recte atꝙ inopie viuentē: ꝛ nihil sibi de terrenis opib⁹/ sed cōmodis vendicare: agentēꝙ in signis ꝛ prodigijs/ moribus ꝛ doctrinis supra cōem et auditā seu cognitā hominū vitā: ꝙbrem cognitis discipulis iesu loq supra ꝯsuetū in noua doctrina ꝛ synceritate verboꝝ: ꝛ ꝙ essent in aspectu humiles/ māsueti/ abiecti: nihil ꝑter quod necessariū est q̄rentes: nec oblatū accipiētes: pium est dare fidem ꝙ si non pietate/ saltē humanitate refocillationē debitā accepissent: ac etiā parasse viā anteꝙ mulier vt veniretur ad christū. Sed nec in incertis est insistendū: ꝙꝙ sepe verisimilia ꝛ pia videant: sed in his ꝗ perspicue facer textus eloquit. Mirabant discipuli ꝙ cū muliere loquerer: nō abhorrentes aut dānantes muliebrē sexum: cū quo indignū esset alloquiū: nec damnātes iesum suspitione dignū: sed in tanta familiaritate atꝙ humanitate dignantē: ꝙ cū vna muliere tam familiariter loquerer: Ex quo sequerer cōtrarietas quedā/ scʒ vnde ioannes scripsit ista si non audiuit. Forte spūssanctus post docuit. Aptius quidē videri posset ꝙ aliqui discipuloꝝ seu apostoloꝝ remāserūt cū iesu/ euntib⁹ alijs ad emendū. Proinde miratio credenda est fuisse illoꝝ qui de ciuitate cibos deferētes aduenerant: nō illorum qui a principio cū muliere contexti sermonis astiterant. Omniū eñ factoꝝ et verboꝝ suoꝝ iesus discipulos suos: ꝛ si nō omes/ saltem aliquos voluit esse testes: velut ꝗ scripturi erāt ꝛ predicaturi omi creature euangeliū sanctū ei⁹ ꝛ historiā in factis ꝛ dictis ipsius ad alios/ aliorū ad ipsum. Et in ecclesia legim⁹ fuisse aliquos hereticos: maxime manicheos ꝗ euangeliū ſm lucam ꝛ marcū noluerūt recipe: q꞉ non viderūt gesta christi: sed receperūt scripturā ioannis atꝙ matthei. Errabant tamen: quoniā ex spū dei scripsit lucas ꝛ marcus. Attamē non credentes de spūsancto iuste mouebant istos negare ꝛ alios recipere. Quocirca pie credend⁹ est oīm factoꝝ ꝛ dictoꝝ suoꝝ iesus de visu ꝛ auditu habuisse testimoniū apl'oꝝ et discipuloꝝ suoꝝ. Nā si non oēs/ saltem tres secū assumpsit transfiguratus in mōte: quos etiā ceteris ꝑtermissis testes habere voluit in suscitatione puelle: scʒ petrum/ iacobū ꝛ ioannē: quos ꝛ si nō plures/ saltem istos secum retinuisse autumari nō indebite pōt in testimoniū tante disputationis ꝛ inuestigationis tam altissime doctrine declarationisꝙ veritatis. Nec expediebat oēs discipulos accessisse ꝑ cibis emēdis: suffecisset eñ loculos habens cū socio. Nō autē huius sententie assertionē incōuincibilē facimus: sed textū declarādo supplemus: indiget eñ ad eruditionē tardioꝛū ꝛ rudiū euangeliū supplemēto: qm̄ scriptis ꝛ sacris scriptoꝛib⁹ sententialiter ꝛ succincte historijs in dictis ꝛ factis licitū est historiare ꝛ seriare legētibus: dūtaxat ad sacrā scripturā supplendo nihil addat aduersum et absonū veritati atꝙ virtuti. Sed sanius intelligentibus altiori indagatione relicta/ ad rei geste ordinē reuertamur. Cū mirarent discipuli/ ꝙ iesus cū muliere loqueret: Nemo tñ dixit: quid queris/ aut quid loqueris cū ea? Nā nō est discipulus supra magistrum: neꝙ seruus superioꝛē dño: neꝙ sciolus quid faciat/ debet interrogare sapientē. In profunda erāt reuerentia discipuli ad iesum: nec in gestis aut dictis eius in aliquo hesitabāt: eū absꝙ iudicio temerario intuebant: ꝛ suspensa in admiratione mēte intendebant in ipsum. Et recedēte muliere anteꝙ multitudo de ciuitate eū susceptura venisset: Rogabant eum discipuli eius/ dicentes Rabbi manduca. Ille autē dixit eis: Ego cibū habeo māducare quē vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicē: Nūquid aliquis attulit ei māducare? Ex his patere potest solū remansisse iesum ꝛ insociatū cum muliere contraxisse dialogum: nisi admirationē locutionis cum muliere/ ꝛ oblationē cibi ꝛ mussitationē ad inuicē: scʒ nunquid aliquis attulit ei māducare: ad eos solos discipulos referamus qui ad ciuitatē ꝑ cibis emendis accesserant: ꝛ nō audierāt didascalicum morē. Sed hec credulitatē necessariā neꝙ astruunt/ neꝙ subuertunt. Rogant discipuli tanꝙ hominē manducare iesum: quē paulo ante cognouerant ex itinere fatigatū. Jesus autē incompatiens humanitati ex toto illi ꝑdominās eius neglecto cibo/ alterius cibi se ostendit esse

Joan. 4.

Lu. 6.

famelicū: quē discipuli ex parte nesciebāt: quib⁹ adhuc humana sapientibus/nō ascendentibus potiora declarat quis iesu cibus sit penitus in voto. Meus cibus est vt faciam volū tatē patris eius qui misit me: vt perficiam opus eius. Nōne vos dicis: quia adhuc quatuor menses sunt et messis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos vestros et videte regiōes: quia albe sunt iam ad messem. Eandē sententiā quā iam duodēnis existēs/ respondit parētibus eū dolendo querētibus: ꝙ in his que patris erant oportebat ipsum esse: nūc apostolis ꝛ discipulis/nō in cura sui corporis factus respondet: meus cibus est voluntatē paternā in opere suo perficere. Acsi perlucide dicat: Quid de corporali cibo me reficiendū intēditis? licet corpore fatigatus existam: spiritus prōptissim⁹ est: lassitudine nō tabescit: id q̄rit efficere quod a patre in mādatis accepit: cui omnis corporis cura postponenda est. Cessandū est ab alimentis ꝛ a cōpetentibus corpori/si faciendi domini voluntatē opportuna instat occasio. Paternū opus ab eterno ꝓordinatū/nunc in tēpore ostensum est salus eterna credentiū: quā precedit sana credulitas credendoꝝ/recta scientia sciendorum/seu veritatis inobliquata cognitio: quoniam vult deus omnes hoīes saluos fieri/ꝛ ad cognitionē veritatis venire. Sed hoc mysterium ante secula preuisum disposuit pater in filio suo vnigenito ꝛ eterno: vt humanaretur in tempore nō satus/sed per spiritū sanctum ꝯceptus in virgine natus ꝛ adultus perficeret opus eius. Hoc quidē dicebat propter illos samaritanos: quos ad se aduentasse cernebat: quos ꝛ erat suscepturus ad fidem. Proinde omnino sibi videbat̄ indignū tūc corpus velle reficere/quādo erat animas spirituali cibo refecturus. Et oībus curā habentibus animarū forma prestruitur: vt omnis cura ꝛ sollicitudo corporis ꝛ corporearū rerum subinferat̄/vbi agi potest in ꝑfectib⁹ ꝛ directionibus animarū. Exemplū sue festine actionis saluator inducit in his que natura in segetibus agit: Nonne vos dicitis: q꞉ adhuc quatuor mēses sunt ꝛ messis venit? Uere tempus sic erat sicq꞉ expectabat̄: vt quatuor mensib⁹ futuris decurrentib⁹ in ordine tēpoꝝ/ꝙ segetes albescerēt ad metendum: quo in tēpore non vacat̄ delitijs corporis/sed laboribus. Sed ante non apponitur messi falx nisi apte alba fuerit: nec existens obmittitur quin metatur: ne ocio delicato ꝛ laborum indulgentia toto anno doleat qui tēpore statuto non messuit. Itaq꞉ vos leuate oculos vestros: ꝛ videte samaritanos iam albescentes ex fide ad messem: ita vt metatis/ꝛ fructū eos faciatis ad vitam. Totum ꝓo tēpus quod sequit̄ vsq꞉ ad aduentū samaritanoꝝ/id agit ꝛ docet: ꝙ apostoli messuerunt: ꝙ alij seminauerūt/sc꞉ ꝓphete prisci: ꝛ ꝙ vna sit merces apostoloꝝ ꝛ prophetarum: maxime autē formatur instructio/vt cum auiditas audiēdi verbi dei corda ꝓmouet audientiū: tunc nō sileat lingua doctoꝝ: nec intendat corporibus/cū subueniendū est languoribus ꝛ pijs desyderijs animarū. Ue autē his qui cultū proprioꝝ corporū/animarū non solū suarum/sed aliarū cultib⁹ ꝓtulerunt.

¶ De fractione sabbati: et edēdi aut aliquid faciēdi licentia cū necessitas vrget: cum discipuli vellētes spicas per sata transirent: secūdū mattheū/ marcum et lucam. Capitulū V

Factū est aūt in sabbato secundo primo cū trāsiret ꝑ sata/vellebāt discipuli ei⁹ spicas: ꝛ māducabāt ꝯfricātes manib⁹. ⁊ Uolūtarie a se actiones Mat.12. Mar.2. Lu.6. christi erant necessarie nobis. Hic quidē transitus per sata fuit ad occasiones inferēdas: vnde doctrinaliter quereret̄ aliquid in disceptatione suscepta/ꝛ in actione ipsius/ꝛ apostoloꝝ penuria seu inedia: necnō corporis deficiendi in curia monstraretur. Transit iesus ad vtilitatē aliorum aliquo iturus: qui aut ad compendiandū quo ibat: seu quia inde fortassis semita erat relicta per agros: aut vigilāter intrauit in sata: ꝛ vrgente hora edendi christus licentiā dedit ex his que poterāt inuenire. Non em̄ credendū discipulos christi cū ipso magistro gradientes/ꝙ aliq̄d inordinate aut arbitrarie agerēt/nisi decreto magistri. Urget corpora fames: ꝛ labor itinerandi mēbra fatigat. Nō portant apostoli perā: nil coctum ferunt/aut cibarios panes. Sub egeno ꝛ paupere duce egene paupereq꞉ degūt. Pretermiserāt corporū curam: carēt vnde ponāt in itinere mēsam: vellunt spicas cōfricantq꞉ manib⁹ ab aristis/ vt granū crudum comedāt: longum erat forte iter: ꝙ fame vrgente nō poterant ampli⁹ sustinere corpora fatigata. Aliena ex necessitate diripiūt ꝓpria non habentes. Quod iniq̄ lex ꝙ isti apostoli aut alij diripiūt alienum? Sed lex necessitatis legē ꝓprietatis excludit: ꝛ redigit necessitas in cōe quod lex ꝓprium fecit: quod etiā natura semꝑ abhorruit/sc꞉ iura ꝓprietatis. Igit̄ natura ꝛ necessitas cū in vnū conueniūt/cūcta in articulo in cōe deducunt. Nec discipuli vellebāt spicas ab alijs satas: in quib⁹ nō laborauerāt iure hūane/sed iure legis diuine: iure nature/iure necessitatis vrgētis: nō auferētes sugfluū ad cōmensuratū opportunitati coꝝ. Et oīe ius accipiēdi ꝛ edēdi habebant: cū serui facti essent/ꝛ comites creatoris ꝛ dn̄atoris cunctorū: in cui⁹ manu sunt oīa iura regnoꝝ/legū atq꞉ terraꝝ/iusta ꝛ iniusta. Iusta vt custodiat ꝛ attollat: iniusta/vt deprimat. Poterat oīno iesus ꝓpria potestate tanq̄ vniuersoꝝ dn̄s/ oīa cuiusq꞉ humanoꝝ iure legū existerēt/ in aliū pleno iure transferre. Nec obstat ꝙ iure hūano dicit̄ hoc meū/hoc tuū: cum oīa sint christi: nec ꝙ ego ille laborauit arte ꝓpria/proprijs sumptib⁹ atq꞉ studijs: cum etiā anime atq꞉ corpora et omnia ingenia ꝛ hominū studia christi legibus ꝛ imperio pleno iure subiaceāt. Sꝫ nec de hoc arguūt̄ apl'i ꝙ aliena rapuerint: sꝫ de violatiōe sabbati

criminatur [Nā quidā phariseorū dicebāt illis: Quid facitis quod nō licet i sabbatis? Et ait illis: Nūquid legistis qd fecerit David/ qñ necessitatē habuit ipse ꝛ q̄ cū ipso erant quō intrauit domū dei sub abyathar principe sacerdotū: ꝛ panes ꝓpositionis sumpsit ꝛ manducauit: ꝛ dedit eis qui cū ipso erant: quos nō licebat manducare nisi tm̄ solis sacerdotibus An nō legistis in lege/ quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatū violant: et sine crimine sunt?] Perlucidū est ꝙ omnes leges et traditiones ꝛ mores soluit necessitatis articulus/ cuꝫ saluator David producit in mediū: quē necessitas aliter inauferibilis perurgebat: qua cogente cū panes laici nō adessent/ sacerdotales accepit. Est autē necessitas quā hic saluator in solutionē legis seu traditionis allegat: cum vna tm̄ adesset copia de periculo euadēdi: qua dimissa/ sine passione nō potest declinari in aliaꝫ partē. Aut necessitas ē̄ vrgēs piculū: quod quis debet velut anime nociū deuitare. Seu necessitas est quod aliter ꝙ taliter fieri oīno neqt. Siue necessitas est a qua ne fiat/ cessandū non est. Et cum varie de necessitate posset sermo deduci: hec dicta dumtaxat expediunt: ꝙ necessitas legib⁹ ꝛ cerimonijs careat. Silet lex vbi necessitas viget. Si quis autē Regū illā legerit historiā: inueniet ex qua necess.tate David cū socijs sacerdotales panes comederit: vt eadē imagine apl̄i excusent/ si sabbatis grana cōfricata comederint. [An nō legistis in lege: q: sabbatis sacerdotes in tēplo sabbatum violant et sine crimine sunt? Dico aūt vobis: q: templo maior est hic.] Erāt q̄dē ex lege multa decreta perficienda sabbatis: ꝙ si sabbatū custodiebat lex nō seruabat: si lex perficiebatur/ sabbatū violabat. Sed potior erat omnino lex in his que fieri debebāt secundū ipsam in templo ꝙ in custodiendo sabbato: quanꝙ etiam custodiret ex lege. Ac etiā ex illa digna memoria/ ꝙ deus requieuit die septimo ex omni opere quod patrarat. Sed nec criminabant sacerdotes sabbatum violantes in tēplo/ ex autoritate aut dignitate tēpli seu maioritate precepti. Nec apl̄i aliquid agentes in sabbato autoritate christi: qm̄ ipse maior est tēplo: imo maior celo: maior omni mundo/ omni angelo/ om̄i creato: cui⁹ imperio subiecta sunt oīa: cuius mādato oīa sunt licita: cuius autoritas non dependet: quia deus est: ꝛ si homo/ totus vnitus deo: habitat enim in ipso oīs plenitudo diuinitatis etiā corporaliter: ac ꝑ hoc licitū est om̄e quod iubet/ quod cōsulit/ quod ꝯcedit. Qui hm̄oi calūniatores de imperitia scripturarū ꝛ incōpassione cōdēnat/ dicēs: [Si aūt sciretis q̄d est: misericordiā volo ꝛ nō sacrificiū: nūꝙ ꝯdēnassetis innocētes.] Verbū dictū seipsūꝫ legētib⁹ pādit/ vt expositione nō egeat: q: misericordie opus est/ non legis iusticia his q̄ nō contēptu legis aut animi prauitate/ sed necessitate vigente aliquid faciunt. [Et dicebat eis: Sabbatum ꝓpter hoīem factū est/ non homo ꝓpter sabbatū. Itaqꝫ dñs est filius hominis/ etiā sabbati.] Quod factū est ad obsequiū/ nō debet ad preiudiciū reconuerti/ nisi forte abusio accedat. Meretur plecti supplicio abutens obsequio: et vapulare plagis/ male vtens concessis. Si vero illa necessitas vigeat que excusat: factor huiuscemodi sine crimine reputatur: solus dipticeus exceptionē in lege nō patit. Cerimonialia vero legis a necessitate seu ab aliquo potiori bono soluuntur. Omnia propter hominē facta sunt/ et sabbatum/ et omnis dierū ordo. Homo quidē nec factus est ob aliquam aliā creaturā: nec propter deū/ sed ad deuꝫ. Tantūmodo factus est ꝓpter seipsūꝫ: vt se nouerit tenere ad deū. Et cū hoc apostoli christi autoritate seu cōcessione fecissent: libere hec potuisse ꝯcedere iesus tanꝙ verus dñs ꝓfitet dicēs: Itaqꝫ dominus ē filius hoīs/ etiā sabbati: qui nō subiacet sabbato/ sed sabbatū sibi: nec sabbatinis legibus nectit/ sed ipse de sabbato leges dedit. Supra legē ꝛ cerimonias legis est christ⁹. Volūtate se subiecit aliqñ legi nostrā naturā assumēs/ nulla necessitate. Iustum igitur est omne quod precipit/ omne quod cōsulit/ om̄e quod cōcedit. Omne quod licētiat/ licitū est: non tamē omne quod permittit/ iusticiā habet. Reges quidem mundi non faciūt iustas esse leges/ q: faciunt: sed ex eo ꝙ secundū iusticiā et veritatē ꝛ oportunitatem regendorū populorū faciunt. Christus vero non q: fm̄ iusticiam facit/ legem iustā statuit/ sed quia facit. Suum quippe fecisse plena iusticia est. Non eīn ipse fecit aliud a se bonuꝫ: nec quia bonuꝫ/ sed quia facit est bonum. Et vt ostenderet se esse dominū sabbati: ꝛ factum esse sabbatū ꝓpter hominē/ non hominem ꝓpter sabbatū in alio sabbato habentē aridā manum sua pietate curauit:

¶ De disceptatione iesu cum nicodemo/ qui venit ad eū nocte: i qua actū est de via salutis/ et de dilectione dei patris/ et opibus tenebrarū et lucis secundū Joannē solum. Ca. VI

In verbis et operibus/ in signis et moribus christi omniū videntiū et audientiū permota sūt corda: sed differēter: vt aliqui cōdemnarent et murmurarēt/ aliqui mirarētur: aliqui traherent amore/ aliqui fide. In maioribus et minoribus aderat ista diuersitas. Et inter ceteros [quidā homo erat noīe nicodemus princeps iudeorū.] Hic cum esset insignis in ꝑplo/ adhibuit fidem iesu: cum scribis ꝛ phariseis disceptaret in templo. Et cum ꝓpter signa que faciebat/ multi credidissent in eū: ipse fuit vn⁹ de multis. Sed quanꝙ ꝑnceps timore humano agebat: aut infamiā horrebat: seu a synagoga verebat excludi: si ad christū locuturus publice accessisset. Agebat tm̄ desyderio sciēdi hm̄oi ꝛ christi hoīs nouitatē. Et senex existēs et magister in ꝑplo/ palā discere ab erubescentia pellebatur. Nōdū in veritate fidei tot⁹ erat: nec Joan. 3.

in corde ei⁹ charitas illa p spm̄sanctū diffusa: q̄
foras emittit timorē/attñ doceri appetēs. Ue-
nit ad iesū nocte. Aptum mysteriū. Uenit
nocte ad lucē: q2 nox ab eo sicut dies illumina-
biť: et ipse i nocte infidelitatis erat: q̄ꝙ aliq̄li si
dei scintilla permot⁹. Oēs sunt in nocte: et in
ipsa perambulāt/quousq3 veniāt ad chr̄istū: ve
lamen adhuc est in cordib⁹ iudeorū/ q̄ ad ipsu3
venire recusant. Cu3 vero transitur ad chr̄istū/
velamen ex omni parte auferť. Sed qui ambu-
lat in nocte/offendit vtiq3 pedib⁹ corporis/sed
nō mentis: sed requirit lucē illuminantē omnē
hominem venientē in hunc mundū: qui sicut di
es diei eructat verbū: sic 7 nox nocti indicat sci-
entiam. Nox erat iste Nicodemus: q2 synago-
ga et nox tēporis sibi viā prestitit/ vt ad Chr̄isti
scientia3 perueniret. Sepe quidē mala penalia
occasionē ad bona spūalia prestant. Nec temp⁹
quidem quale aut locus preiudicāt fidei habite
seu querende: nam si nox visum oculis adi-
mit: lumen rationis in animo non extinguit: et
deus in nocte carmina leticie dedit. Mirū autē
Cāt.3. cū sponsa quesiuit per noctē quē diligit aīa sua
et nō inuenit: et iste nicodemus ad eū nocte ve
nit. Sed illa q̄siuit in lectulo suo/ videlicet dele
ctata q̄ete: iste vero cu3 venit/ iugū ociositatis
excludit. Qui veniens et inueniēs: Dixit ei
Rabbi scimus quia a deo venisti magister.
Nemo pōt hec signa facere q̄ tu facis/nisi fue-
rit deus cū eo. Docēdus iste nicodemus ad-
uenerat: qui vocat magistrū: ac si ipse discipuli
formā assumpserit/dicēs: Rabbi. Et q̄uis vel-
let doceri peramplius: nō ex tototo ignar⁹ erat
cū plus doctrine atq3 scientie in illo q̄ i ceteris
hoībus confitetur/adijciēs: scim⁹ q2 a deo veni-
sti magister. Te missū a deo ad magisteriū ho-
minū fateor. Hāc fidē astruūt signa 7 ꝓdigia q̄
tu facis: que nemo facere potest/nisi esset ei de
us assistēs. Erāt em̄ signa chr̄isti oīno exceden
tia omnē humanā virtutē/etiā naturā et artem.
Magnū vehiculu3 ad maiora signata/signa p
chr̄istū facta in nicodemi aīo parauerūt: vt a si-
gnis transiret ad signatū huiuscemodi ꝙ esset
deus cum eo. Nondū in fide3 verissimā vectus
erat/ꝙ ipse verissimus deus esset: prope tamen
erat vt doceret et crederet: verius autē et apti-
us vt crederet et sciret. In diuinis quidē credu
litas scientiā preit: in naturalibus et humanis
preiens scientia non expectat credulitatē. Sed
optima dispositio in eo erat: du3 fateretur esse
deū cum eo/efficacia inspecta signorū: vt ex vi-
cino atq3 mature ipsum crederet esse deū. Sup
plemento verborū ad elucidandu3 opus est: vt
patet ex respōsione saluatoris. Respōdēs
iesus dixit ei: Amen amen dico tibi:
nisi quis natus fuerit denuo/ non potest vide-
re regnū dei. Liquet quid ipsum vocādo ma-
gistrū interrogauerit: cui taľ de regno dei por
recta est responsio. Nouam delatā impune na-
tiuitatē nostrā chr̄istus voluit preire salutem: ex
qua esset visio seu gradus ascensionis in regnū.

Erat aūt ista noua natiuitas non ex voluntate
carnis/neq3 ex viri voluntate/ neq3 ex sangini-
bus: sed ex fide/in nouitate sacramētorū ex deo
quā nō intelligēs nicodemus in dicto admirat⁹
interrogat. Unde dicit ad eū: Quō pōt
homo nasci cū sit senex? Nunquid pōt in ventrē
matris sue iterato introire 7 nasci? Nō attolle
batur iste supra naturā: secundū quā dūtaxat sa
piebat: aliā natiuitatē nō intelligēs/ nisi illam q̄
diffuso semine in vtero materno carnis traduce
perficiť. Propterea iesus hūc susceptū ad eru-
diēdū discipulum instruit pedetentim. Hinc
respōdit iesus et dixit ei: Amen amē dico ti-
bi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spūsctō/
non pōt introire in regnū dei. Ecce noua na-
tiuitas: ex qua naticij velut aq̄le possunt in sup-
na conscendere/atq3 regnū introire supernum.
Hec natiuitas est ex aq̄ sanctificata per verbū
et ex spūsancto gratiā infundente. Uoluit chri-
stus hac natiuitate renasci/q̄uis vt de⁹ et hō cō
ceptus ex spiritusancto nō indigeret: sed pretu-
lit in se illā nouā natiuitatē suscipiens/ex qua re
generatis solum spes possit adesse salutis 7 in-
trandi regnū dei. De qua re doceri poposcerat
nicodemus. Indicebaľ trāslatio circūcisionis
in aquā: vt duris ꝓpter aduentū chr̄isti leniora
succederēt: 7 originalis macula aque ablutione
tolleret illa inuocatione trinitatis: quā nec inde
us/ nec alia natio q̄ noua chr̄istiana generatio
credit. Et spiritūsanctū ostendebatur adesse ex
quo fit ista natiuitas: qui sāctificaret ac sic suos
mundaret/ et ab omibus leuigaret naticios/ vt
possint regnū dei libere introire. Qualis autē
sit ista natiuitas edisserit ex eo quod sequitur:
Quod natū est carne/ caro est: et quod
natū ē ex spiritu/spiritus est. Perspicuum est
ꝓut in ordine suo generatiua natura decurrit
ꝙ ex carne aliud q̄ caro nō nasciť. Non em̄ ca-
ro aut corpus potest generare spiritū/aut sub-
stantiā separatā habentē existere preter corpus
aut in substātia simili spūali: Et quod nascitur
ex spiritu/spūs est. Propellaľ generatio quā p-
cedit corruptio: 7 oīs traductio abigaľ: qm̄ nati
uitas ex spiritu sola infusione in adoptione: s3
traductione non fit. Sed quod ex carne/ nasciť
in carne ante seminaľ: 7 in spū semen apte iaciť
anteq̄ nascaľ. Ueruntamē qui seminat in carne
de carne metet corruptionē: et q̄ seminat in spiri
tu/de spiritu metet vitam eternā. Igitur aduer-
tendum qualis ager/quale semen/ quale natu3/
qualisq3 fructus. Quoniā inuitamur a carnali
natiuitate ad spiritualē/a naturali ad moralem
et supnaturalē: supra cōmunē capacitatē homi
verba chr̄isti attollebanť. Et quod nō intellige-
tur plus admirationis accrescit: ob hoc salua-
tor adiecit. Nō mireris/ q2 dixi tibi: opor-
tet vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat/ 7 vo
cē ei⁹ audis: s3 nō scis vñ veniat/aut quo vadat.
Sic est omis qui natus est ex spiritu. Dissimis
videť a sententia similitudo ꝓposita. Hoc em̄ erat
in chr̄isti volūtate ostendere q̄d natiuitas est ex

spiritu. Mirandū videbatur dictū. Admiratio
remouetur ex his q̄ cursu nature aguntur; sez φ
sp̄us q̄ et vētus dicit/ spirat vbi naturalit̄ vult:
et auditur sonꝰ eiꝰ: sed vnde sit egressus aut quo
vadat/ eius ignoratur accessus. Sic est natiui-
tas ex spiritu. Facit hanc spiritussanctꝰ: et au-
ditur vox confitētis id quod renatꝰ est: sic vox
nature credentiū in ecclesia semper sonat. Hu-
ius tamen almi spiritus vnde venerit aut quo
accesserit motus inuisibilis ignorat: et agendi
ratio inapprehensibilis est ab homine puro/ ni
si fidei lumine illustretur. [Respōdit nico-
demus/ et dixit ei: Quō possūt hec fieri?] Si
1.Co.2. cut ait apl's: Aialis autē homo nō pcipit ea que
sunt dei: stulticia est em̄ illi: et nō potest intelli-
gere: q: sp̄ualiter examinatur. Aialis vero erat
Nicodemus iste: et fere totus insensibilis erat:
vt mysteriū spiritus intelligēdo nō caperet: im
mo quod dicebat/ aut delyramētū sibi/ aut ipos
sibile videretur. Attamē supplex in interrogan
do/ et docilis ad doctrinā: ipsum magistrū quē
a deo venisse iam fassus erat/ interrogat. Non
potest ab ignorātia detineri/ qui humiliter do-
cere scientē interrogat: initiū est ad scientiam
ignorata querere a sciente: nec vereri erubescē
tiā super eis. Sic em̄ anima rationalis creata
fuit/ vt esset docibilis de diuinis: nec aliqua est
rationis insite cōpos tā rudis/ que saltem non
posset istrui de necessarijs ad salutē: si cōmode
aptas aures prestauerit ad docētē: nec erubue-
rit interrogare q̄ nescit quousq; doceatur. Cor
hois receptaculū est fidei et doctrine. Auris et
lingua sunt vehicula quibꝰ doctrina trāsfūdit/
nisi aliter per sp̄m̄sanctuz infundat. Nā vt ait
Ro.10 apl's: Fides est ex auditu: auditꝰ autē per verbū
dei. Auditꝰ ad aurē/ verbuz ad linguā ptinet/ vt
auribꝰ insonet. [Respōdit iesus/ et dixit
ei: Tu es magister in Israel/ et hec ignoras?]
Nō obiurgādo benignꝰ saluator sic loquit: vt
eū velit per erubescētiā velut ignorātē ɔfunde-
re: sed eū ad docēda excitare ppēsꝰ. Tn̄ si ver-
borū est suppressa platio/ id dicere videt: Quis
tu sis magister in israel: att̄ hec adhuc igno-
ras: q: nō discūtur ab hoie/ nec a libro/ sed p fi
dē. Si ꝟo fuerit interrogatiua: hūiliare illū stu
duit ad diuinā doctrinā capessendā. Acsi dice
ret: Quare magister es/ et sic vocaris in pplo: et
ista q̄ ad salutem necessaria sunt/ ignoras? Quō
magister diceris/ si non intelligis q̄ legis: si ad
vtiliora pplm nō erudis: si tn̄ litterax corticez
noueris/ priuatꝰ interiori noticia veritatis? Sz
noueris altiorē esse doctrinā/ φ illa quā a libro
aut ab hoie didicisti: cuiꝰ tu magister nō adhuc
existis: sed te predisciplulū esse salutaris necessi-
tas om̄ino cōpellit: que tm̄ infundit per fidem/
nō docetur per vocē. [Amē amē dico tibi
q: quod scimꝰ loqmur: et quod vidimꝰ testamur
et testimoniū nostrū nō accipitis. Si terrena di
xi vobis et nō creditis: quō si dixero vobis cele
stia/ credetis?] Iureiurādo loqtur nicodemo
vera docēs eū q̄ accesserat p salute: pluralitate
vtēs/ quod neq; sui erat moris. Semel tamē ali-
as factū legimus cū baptizari expeteret a ioan-
ne/ dicēs: Sic decet nos implere oēm iusticiā: Mat.3
Sed hic etiā pluralitate in loquēdo vtit/ nō in
tendens patrē aut sp̄m̄sanctū: alias vero seque-
ret impertinens intellectus: sed secū ascivit ta
cite in huiuscemodi locutione ioannē baptistā
ceterosq; pphetas: qui sciuerūt presentia et vi-
derūt futura: Quis ipse altiori sapiētia/ imo totꝰ
sapiētia/ et oīa prenoscens/ caput cunctorū vere
scientiū et pphetantiū esset: vt vnū corpus cre-
datur orthodoxorū sapientiū atq; pphetarum
priscorū atq; nouox: cuius corpis ipse regēs est
caput. Attendenda est scientia sancte dignitas et
magis dignatio saluatoris: qui se cum suis sapi
entibus atq; pphetis associat/ dicēs: quia quod
scimus/ loqmur: et quod vidimus/ testamur: vt
nulla sit differentia inter priscā scientiā atq; no-
uam: hoc duntaxat excepto φ illa in figura et
vmbra et in spe futurorū ista/ in veritate et luce
atq; in exhibitione verorū. Sed quasi miratiue
aut increpatiue loqueret: nō tn̄ astanti nicode
mo/ qui velut in tali doctrina nouus discipulus
stabat humilis ante docentē: sed cūctis iudeis
pfidis/ q̄ nec sibi corpe assistebāt/ inquit: Et te
stimoniū nostrū nō accipitis: qui nihil
aliud loqmur/ nisi quod infallibiliter scimꝰ: nec
aliter testamur φ vidimus. De visu quidē sunt
testimonia veriora/ decernentibus diuinis legi-
bus et humanis. Quod iesus sciuerit et viderit
hesitare nō expedit: ioannes sciuit in vtero ad-
huc clausus: sciuit et vidit/ cū eū aqua iordanis
immersit. Ceteri vero vates quorū testimonia
in diuinis codicibꝰ erāt/ etiā apud iudeos sum-
ma diligentia custoditis: sciuerūt p infusionē: et
multa in imagine ɔspexerūt/ quorū veritatē etiā
cognouerūt. Necnō ad eox cōdēnationē adie-
cit: [Si terrena dixi vobis/ et non credi-
tis: quō si dixero vobis celestia/ credetis?] Dis-
ceptat iesus cū nicodemo acsi astaret cōcio iu-
deox: quibꝰ aliqd iuxta humanū sensuz credibi
bile satis dixerat/ et nō credebāt: Quominus erāt
celestia credituri. Et ne qs decipiat in historia
euāgelica p errorē/ diligenter aduertat φ Quis
circa pncipiū sue narratiōis hāc disceptationē
videat interere/ modica iesu gesta et dicta pmit
tēs secundū rei veritatē: vt ex alijs euangelistis
accipit: oīa gesta et dicta iesu ab egressu eius a de-
serto vsq; ad annū integrū ipsaz certissime pre-
cesserūt. In quo quidē anno multa cōtulit cum
iudeis q̄si terrena et humana/ et iuxta sensum exi-
stētia/ credulitati apte vicina: sed ab eis nō cre
dita: ita vt merito diceret: Si terrena dixi vo-
bis/ et non creditis: quō si dixero vobis celestia
credetis? Nō tn̄ arguit impossibilitatē creden-
di ex animo iudeox/ sed ex differētia credēdorū.
Verū quia saluator nicodemū nocturnū erudi-
endū erudituerus susceperat de salute/ ad celesti
um credulitatē inuitat: sine q̄ nulla seu nemini
salus obuenit. [Et nemo ascēdit in celū: nisi
q̄ descēdit de celo/ filius hoīs q̄ est in celis.]

Ecce illa celestia de quib⁹ dicebat: quō si dixe-
ro celestia credetis? elucidat vbi salus apponit
primo credēda: saluationē esse asserit i excelsis
parat ascēsū: ascēsionisq₃ prestruit modū. Ac si
querēti nicodemo et oīb⁹ diceret: In mōte si-
on/sc₃ in supremo celo/extat sal⁹: sed nemo ad
illud pōt ascēdere/ nisi ille q̄ descēdit conferat,
aū ascendēdi virtutē: qui nulli ꝯfert/nisi habu-
erit ante credulitatē eius qui descēdit: ꝛ nisi pri-
us ipse ascenderit qui descēdit/carnē suscipiēs
factus filius hominis: et in terris humanitate
degēs/per vnionē deitatis simul i celis existit.
Mirū et ineffabile atq₃ incōprehēsibile myste-
riū: vt fili⁹ hoīs simul in celis maneat ꝛ i terris
In celis in assumēte deitate: in terris in assum-
pta humanitate. In celo et vbiq₃/q₃ de⁹: in ter-
ris quidē/quia verus homo existit. Sublimia
sūt hec: sed et infima et dedecora oportet cre-
dere ad salutē. Vñ et seqtur: [Et sicut moy-
ses exaltauit serpentē in deserto: ita et exaltari
oportet filiū hoīs: vt oīs q̄ credit in ipso/nō
pereat/sed habeat vitam eternā.] Infirma de
valido/mors asserit de sempviuo. Vn⁹ est fili⁹
hoīs q̄ descēdit de celo: et est ibi vn descendit:
et ipse idē suspēdend⁹ est et cōfigēdus cruci: et
adijciēdus est morti. Et per anteactā figurā in
eneo serpēte/contra serpētes puluereos asserit
esse complendū: vt ista credētes nō pereāt/ sed
habeant vitā eternā. Famosa est historia: ne-
minē latet scripturā veterē lectitantē. Morsi-
bus serpentinis peribat israeliticus popul⁹ in
deserto/iusto dei desuper iudicio decernente:
quo et prouidente/factus serpēs ereus a moy-
se in ligno alte leuat⁹ est ad oīm cōem aspectū
in quē inspicientes/a serpētibus venenatis li-
beri existebant. Eadē imagine ꝓ nobis exalta-
ri in cruce oportet filiū hominis opportunita-
te nostra/nō sua: vt qui eū credendo mēte con-
spexerit/nō pereat: sicut ille ppl's oculo carna-
li aspiciens serpentē eneū/i corpe nō pibat. Sz
nō prestabat figura q̄ nūc exhibet figuratū: sc₃
vt credēs nō solū non pereat / sed habeat vitā
eternā. Moralia ex dictis ptin⁹ astruunt: vt de-
scēdat qui cupit ascensū: humiliet q̄ exaltari in
supernis desyderat: et efficiat cruciformis qui
nitit ad salutē. Optim⁹ magister iesus: qui sum-
mā rei dicit interroganti/et causā rei aperit: et
nullā aliā q̄ amoris/dicēs: [Sic enī de⁹ di-
lexit mūdū: vt filiū suum vnigenitū daret:
vt omnis qui credit in eū/nō pereat/ sed habe-
at vitā eternā.] Omnia si qua cogitari possūt
circūciduntur a deo in opere redēptionis hu-
mane. Sola dilectio causa fuit: quia amator ho-
minū de⁹/nō patiebat perire/periculisq₃ subia-
cere eternis rationalē creaturā/ quā ad imagi-
nē et similitudinē suam fecerat. Cū venit pleni-
tudo tēporis/filiū dedit: quia tantū dilexit ho-
minem creatū/vt ꝓ eo daret eternū filium suū
increatū. Dedit equidē in humanitate fratrem
sociū atq₃ consortē/in conuersatione exemplū
in doctrina magistrū/ ꝓ infirmitatib⁹ medicū/
cibum ad famē: viaticum ad viā/per quā nō re-
ambulat: ꝓ redēptione preciū: vt nō auro aut
argento/aut lapidibus preciosis/aut per virtu-
tes rerum siue obsidum redemptio sit facta de
nobis: sed ipse sit factus preciū dei fili⁹ qui re-
demit: vt preciū et redemptor realitate nō dif-
ferant: et redemptus paternā dilectionē et suā
dignitatē quanti sit estimatus agnoscat: non
q̄ tanti extiterit/sed q̄ tantū dilect⁹ ē. Non enī
sua dignitas/q̄uis magna: sed paternus et di-
uinus amor eum sic appendit: et cū esset ad lan-
cē diuine amicitie trutinatus: deus pro homi-
ne/pro seruo fili⁹ datus est: eo videlicet federe/
vt credens in eum actiua fide: que spem chari-
tatēq₃ habet annexā: liberatus a periculis vitā
consequatur eternā. [Nō enī misit deus fi-
liū suū in mundū/ vt iudicet mundū: sed vt
saluet mūdus ꝑ ipsum.] Nō ad iudiciū dat⁹ est
dei filius: sed nostris exigētibus culpis ad iudi-
ciū est susceptus. Pius/benignus et misericors
deus est: q̄ vult oēs hoīes saluos fieri/ꝛ ad agni- 1. Timo. 2.
tionē veritatis venire: sed peccatores ꝛ incredu-
li eū ad iudicandū trahūt. Iniquitas tribunal
iudiciale constituit: saluare vellet/nō iudicare.
Nō obstat quod alibi scriptū est dixisse iesum: Joan. 9.
In iudiciū veni in hūc mundū. Et illud: Pater Joan. 5.
omne iudicium dedit filio. Et illud q̄ iudica- Mat. 25.
turus est daturusq₃ finalē sententiā inter hedos
et oues. Et id quod scriptura multipliciter lo-
quit/hoc est ecclesie credulitas de ipō extremo
iudicio: qm̄ missio filij non est facta pro iudicio:
sed pro salute. Iudiciū vero sequet oīno/ et fa-
ctum est iam in parte inter hoīes alti cordis et
simplices christianos exigēte iniquitate. Sed
si iudicare vellet: nō tot fecisset ꝓhibitiones a
malis/nō tot inductiones ad bona: nō induxis-
set cautelas/nō cōminaret peccantibus/ vt ca-
uerēt: nō predicasset seu predicari iussisset peni-
tentiā et remissionē peccatorū: nō tot lauatoria
statuisset et incisoria et abstergentia putrida no-
stra: nō fuisset pollicitus indulgentiā penitenti
nec misericordiā redeūti: nō totiens per ꝓphe-
tas/ cōuertimini ad me/ auersis peccatorib⁹ in-
dixisset: nec ipse vita/morib⁹/miraculis/diuinis
sermonib⁹ exclamauisset/ vt crederem⁹ in eum
saluari cupiētes: ꝛ tandē non soluisset precium
sanguinis talibus obprobrijs toleratis et pe-
nis/ morte suscepta pro redēptione generis hu-
mani: si ad iudiciū / nō ad misericordiā missus
est. Sed oīe iudiciū fit ꝓpter alterā partē: ꝛ iu-
sticia summa dictat q̄ nō vna/ sed cū altera pa-
affuerit iudiciū patiat. Igit saluare venit fili⁹
dei/nō iudicare seculū. Et alibi ait: Venit enī Lu. 19.
fili⁹ hoīs querere ꝛ saluū facere quod perierat.
Et Joannes in ep̄la sua dicit: In hoc apparu- 1. Joā. 4.
it charitas dei in nobis: quoniā filiū suū vnige-
nitū misit deus in mundū/vt viuamus per eū.
In hoc est charitas: nō quasi nos dilexerimus
deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos: ꝛ mi-
sit filium suū ꝓpiciationē pro peccatis nostris.
Sed iniquitas iudiciū sustinebit/ꝛ discretionis

iudiciū semꝑ fuit ab eo quod esse ceperūt angeli in celo/ꝛ hoies sup terrā. Propterea sequit: [Qui credit in eū/nō iudicat. Qui aūt nō credit/iā iudicatus est: qꝛ nō credit in noie vnigeniti filij dei.] Non iudicat credens de incredulitate/aut actiue credēs de aliq̄ iniq̄tate: nec absoluunt ex ista sentētia q̄n credētes sine operibus bonis/ aut cū ꝑuersis operibus iudicentur. Jaco.2. Fides enim sine operibus/mortua est. Qui vero iudicatus est iam ꝓpter incredulitatē: ꝛ de incredulitate que peccatū est/adijcietur ad penas/ nisi credat. Potest quidē iam iudicat⁹ de īcredulitate credere actiue/ꝛ saluabit: ꝛ credēs perperā operari/ et damnabit. Declarat autē iesus vnde incredulorum oriat iudiciū/ dicens: [Hoc est aūt iudiciū/ qꝛ lux venit in mūdū et dilexerūt hoies magis tenebras q̄ lucem.] Venit ipse iesus in mundū/qui est vera lux mentium illuminans omnē hominē illuminandum venientē etiā in hunc mundū. Sed proterui et contumaces hoies/odientes et fugientes hanc īuisibilem lucē: nō perstringentē oculos corporis/sed interioris hois: tenebras peccatorū et ignorātie amauerūt: q̄obrem iudicari seuiter meruerūt ꝙ oderūt homies lucem/ ab illa fugientes: quia tenebras dilexerūt. Quare aūt tenebras amauerūt? Erāt enī opa eorū mala. Quare mala? preter legē/preter ordinem/ et secundū cōcupiscentiā carnis/in suppressione spiritus/in libertate voluntatis/in effectu voluptatis. [Omnis enī qui male agit/odit lucē et nō venit ad lucē/ vt non arguant opa eius.] Nō omnis mali autor odit lucē: sed male agēs quoniā multi autores malorū ad penitudinem sunt reuersi cū amore lucis ꝛ odio tenebrarum. Qui vero male agit/semꝑ in luctu est: respicere non vult/q̄uis possit. Proinde odit lucem: et q̄ odit/non venit ad eam: Nemo accedit id quod odit/nisi aliquādo vt extinguat. Quare non venit ad lucē? Quia ipsa omē sibi aduersū demōstrat esse quod est: si aliquod esse cōtrariū suum habet: aut ex toto depellit/aut vt vilescat ostendit. Demōstrat ꝛ arguit veritas omne falsum/si appropinquat foribus eius: ꝛ iusticia quod iniquum est: et lux scientie atq̄ virtutis tenebras ignorantie et vitiorum. Ac per hoc malefluent agere satagens/nolens reprehēdi/ cupiēs placita queq̄ inordinata perficere/ non venit ad arguentē lucem atq̄ virtutem: sed in numero dānatorum in tenebris sempiternis incunctanter ascribitur veritatis emulis/ꝛ culpabilium tenebrarum amicus. Et qui non vult argui a vero ad correctionem/per veritatem eterne tenebitur a tortura. [Qui autem facit veritatem/ venit ad lucem: vt manifestent opera eius: quia in deo sunt facta.] Libertū suum veritas cōstituit possessorem: et eum a timore atq̄ erubescentijs malis absoluit. Veritatis sectator esse in patulo nō veretur: neq̄ detrectat notū fieri apud omnes. Audacter producit in lucē artifex opus eius/si fecit immaculatum; abscondit autem si aliquid habet impertinēs. Innocens vbiq̄ securus: et recte agens publicū nō deuitat. Lucē appetit si sana fuerit visiua potētia: egra verō ab illa confundit. Nulla recta opera sine deo. Qui operat in ipso/non timet argutionē: ꝛ poni ad examen penitus non formidat.

¶ Quod patris et filij opa sūt cōia et indiuisa: et ꝙ pater filio cūcta dedit: vt vn⁹ honoretur in altero: secundū Joannē solum. Capitulū VII

Nerogabat iesus docēdis ꝛ agendis materiā: ꝛ vt disceptatiōis oriret occasio ad docēdū. Nā cū sanasset infirmū longeui tpis die sabbati ad piscinā/ꝑsecutionē patiebat a iudeis: q̄b⁹ [respōdit iesus Joan.5. Pat me⁹ vsq̄ modo opatur/ꝛ ego operor] opa tā mira et sabbati solutionē. Ne purus hō crederet/ꝛ sua potestate fecisse omnē suā actionē: fili⁹ referebat ad patrē: quod pater vna secū nō diuisiue talia operaret: nec eo dūtaxat tēpore/ quo iesus cepit facere et docere: sed ab eo exordio quo diuina potentia per sapientiā in opus creationis ex nihilo egressa est: pater cū filio/ filius cū patre cuncta que facta sunt/operatus est: vt nec ipse pater ab opere nostre redēptionis/et filius ab opere creationis credat exclusus: cū vsq̄ modo indiuise operet pater et filius. Et hoc quidē ꝙ patrē suū deum esse asserebat/fomitē odij ministrabat ꝑfidis iudeis/non min⁹ q̄ sabbati solutio. [Propterea ergo Joan.5. magis querebāt eum iudei interficere: qꝛ ipse non solū soluebat sabbatū/sed et patrē suū dicebat deū/equalē se faciens deo.] Non credebāt iudei trinitatē in diuinis esse/ neq̄ generationē eternā. Solutionē sabbati etiā ascribebant ad crimen: nō distinguentes inter figurā et veritatē. [Quib⁹ respōdit itaq̄ iesus/ et dixit eis: Amē amē dico vobis: non potest filius a se facere quicq̄/ nisi quod viderit patrē facientē] In geminando verbum affirmat sententiā: ꝙ ea q̄ facit opera nō solū sua sunt/ sed etiā patris cū nihil posset facere filius absq̄ patre. Quod solū verū est in eterna generatione/que traduce nō fit: cū pater et filius vnū sint in substantia q̄uis vterq̄ sit distincta persona. Nō ergo vnū cū patre filius poterit aliquid facere preter patrē. In generatione aūt que traduce peragitur pōt filius absq̄ patre/pater absq̄ filio quod voluerit opari: quoniā ibi est distincta ꝑsona et diuisa substātia. In diuinis autē sicut seruat vnitas et insepabilitas substantie/sic seruatur vnitas actionū. Hinc seq̄tur: [Quecūq̄ enī fecerit ille/filius et hec similiter facit.] Cū aliter esse nō possit/ ꝙ diuisim a seipsa operetur vna substātia: q̄obrem opera nō sunt attribuēda solum filio: cū illa indiuise operet vt pater: ꝛ eterna dilectio hoc facit/ ꝙ pater omnia refundit in filiū. [Pater enim diligit filium: et omnia demōstrat ei que ipse facit. Et maiora demōstrabit ei opera/vt vos miremini.] Ex his in nullo fili⁹ minor credat a patre: sed ad inno-

tescentiā nostrā dicta sunt: qm̄ demōstratio ali
quid occultū prebabuit. Sed nec sit autuman-
dū/ꝙ pater aliquid occultuꝫ habere potuisset a
cōsubstātiali filio. Uerūtñ ꝑ nobis demōstrat ꝛ
demōstrabit ꝑ eū/ vt i eiꝰ noticiā veniamꝰ: qm̄
eterne pater filiū diligit. Dilectio nescit secre-
tū tenere dilecto/etiā i moribꝰ hoīm. Exhaurit
aīos ipsa dilectio: vt queqꝫ secreta cordis palā
dilecto faciat vis dilectiōis. Proinde demōstra
tio magnoꝝ operū/ quā pater fecit in filio/eter-
nam dilectionē ostendit: et ex dilectione pater
in filio tanta ꝑ nobis facit: estqꝫ maiora factu-
rus/vt oīm mortaliū aīos in admiratione sus-
pendat: faciet nāqꝫ per eū resurrectionē mortu-
orū oīm: quod ꝛ seqtur: [Sicut eni pater
suscitat mortuos ꝛ viuificat: sic ꝛ filiꝰ quos vult
viuificat.] In admiratione uideoꝝ aīos suspē
debat/immo cunctorū mortaliū: ꝙ dei filius fa
ctus homo/congruens mortalibus necessario
morituris: ipsos potens reuocare posset ex mor
tuis. Et si nō mirū in patre/ vtiqꝫ mirū in filio
humanato. Sed nō mirū sane credētibꝰ: cuꝫ ex
incarnatione ſm substantiā deitatis nō sit mi-
noratus a patre. Unde sicut pater suscitat mor
tuos: nam plures quidē suscitati fuerant in ve-
teri testamento/anteꝙ de dei filio sermo esset ex
plicitus: et anteꝙ pater in ipso post variā pro-
phetarū locutionē hominibus loqueret: et vi-
uificat quod nunꝙ vitā habuit: et restituit cum
perdita fuit vita: sic dedit et filio/ vt viuificare
posset quos vellet: scilicet pater/qui ab eterno
suos predestinauit electos: siue quos vult filius
qui redemit in tēpore in eternū glorificandos.
Hinc notū ꝙ futura resurrectio mortuoruꝫ/ vt
ad patrē eque spectat ad filiuꝫ: vt bonis ad dei
honorē vtilitatēqꝫ propriā/ī reprobis ad terro-
rē cumulus admirationis accedat. Necnō ꝛ il
la viuificatio inuisibilis animarū/ꝑ omnē mo-
dū a filio vt a patre ꝓcedit ſm vtriusqꝫ iudiciū
voluntatis. Attñ sī oīs trāsfusio paterne volū
tatis in filiū facta est/ vt filiꝰ possit solū viuifica
rē quos velit: ideo ne filius crederet minoratꝰ
a patre in humanitate assumpta: qui ꝑ oīa est
equalis in diuina substātia. Quāuis eī minor
dicat ex forma seruili: ꝛ etiā ex ista forma nō in-
cōgrue memoret a substātijs separatis: vt sicut
Psal.8. de homīe primo aut ceteris dicit: minuisti euꝫ
paulominus ab angelis: sic ista sententia in dei
filiū ꝓut incarnatus est referat. Sed cū vna sit
in trinitate deitatis voluntas/apte verbum ad
vtrūqꝫ refert. Sic et filius quos vult viuificat:
scꝫ quos vult pater ꝙ potestatē viuificandi filio
dedit: siue quos vult filius ꝙ hanc potestatē ac-
cepit: Sed volūtas dei in salutē omniū fertur:
nō tamē oēs viuificant/nisi conditione apposi-
ta. Una quidē/ vt sermones sint in custodia me-
morie ꝛ dilectionis et factionis. Sicqꝫ petebat
Psal.118. viuificari appetēs: Uiuifica me ꝛ custodiam ser
mones tuos. Sciebat eī aliter hoc viuificum
habere nō posse/nisi sermonū dei se polliceret
esse custodem. Seu ad hoc viuificari poscebat/

vt custodiret. Est ꝛ alia ꝓfunde humiliationis
quoniā alta sapiētes non viuificat: sed tradit in
dignā merito mortē. Hinc scriptū est: Adhesit Psal.118.
pauimēto aīa mea: viuifica me secundū verbum
tuū. Acsi viuificiū volens dicat: Pauimēto hu-
militatis ꝛ deiectionis adhesi: viuifica ergo me
secundū verbū ꝓmissionis tue: qui supbis resi-
stens ex pollicitatione/humilibus gratiā pre-
stas. Et similis subiecta sententia id affirmat:
Humiliatus suꝫ vsqꝫquaqꝫ: viuifica me secūdū Ibidem.
verbū tuū: vt non immerito etiā sic intelligatur
hoc fuisse ꝓpheticum ꝙ ſm dei verbum increa-
tū/pro nobis in tpe incarnatū/ vita esset oībus
tribuenda. Et honesta concupiscentia manda-
torū viuificantiū petēdi prestauit audaciā. Ecce
concupiui mādata tua: in equitate tua viuifica
me. Et sicut pater dedit filio in gratia/ꝛ in glo-
ria viuificandi virtutē: sic ei tradidit iudiciariam
potestatē. [Neqꝫ enim pater iudicat quē-
ꝙ: sed omne iudiciū dedit filio: vt oēs honorifi-
cent filiū/sicut honorificāt patrē qui misit eū.]
Perspicua est causa quare pater oīe iudicium
filio suo dederit: ne credat minoratus ab eo: ne
filio minus ꝙ sibi tribueret honoris. Eque vult
filiū vt se ab omnibꝰ honorari/quē ab eterno ꝑ
oīa tenet equalē. Incongruū eī penitus esset/
vt in honoribus aut in quibuscunqꝫ datis serua
retur inequalitas: in quibꝰ per omnia substanti
aliter seruat equalitas. Si terrenus dñs vult su
um honorari ab his ad quos miserit seruū: mlt
to ꝑamplius cū miserit filiū. Sed liquet ꝙ ꝙ nō
honorat filiū missum/nec patrē ꝙ misit eum: ho
nor aūt quo est pater ꝛ filius honorādus seu to-
ta trinitas honorāda: vt nulla sit ꝑsonarū acce-
ptio in diuinis: vbi trium ꝑsonarū trina substā
tia: vna vnitas / vna inexceptuata equalitas: est
totius fidei dilectionis et latrie: vt in his pater
et filius et spūssanctus equali reuerētia est colē-
dus: nec plus/nec minus vni ꝙ alteri tribuatur.
Edisserit clarius ꝙliter viuificat/ꝛ quos a morte
sua reuocat volūtate/ꝙ ex superioribus pendet
subiecta sentētia. [Amē amē dico vobis:
qꝛ qui verbū meū audit/ et credit in eū qui misit
me/habet vitā eternā. Et in iudiciū nō veniet:
sed trāsiet a morte ad vitā.] Sepe dicta sūt ista
in euāgelio de premio audiendi verbū christi/et
credulitatis eterne. Sed vnū est quod animos
audientiū in dubio ex toto suspēdit / cum dicitꝛ
ꝙ audiens verbum et credens in patrem/ nō ve-
niet ad iudicium. Quocirca si hanc scripturam
et quandā aliam/et vnā veteris testamēti solūm
in vocis sono aut in literis sulcatis pēsamꝰ: iu
dicium exnunc abrogatum est: colligitur ex hoc
ꝙ bonus ꝛ electus atqꝫ saluandus nō veniet ad
iudicium: ſm illā sententiā: Qui non credit in Jo.3.
filium dei/iam iudicatus est. Et ne solum de in-
credulis dictum esse credatur: etiam de quibus-
cunqꝫ malis per ꝓphetā dictū est: Nō resurgūt Psal.1.
impij in iudicio/neqꝫ peccatores in consilio iu-
storum. Aduersa quidem sunt his alia testimo-
nia scripturarum. Et cuncta que fiunt/adducet Eccle.12.

deus in iudiciū ꝑ omni errato: siue bonū siue malū sit. Et in euangelio matthei scriptum est:
Mat. 25 Cū aūt venerit filius hominis in maiestate sua/ et oēs angeli eius cū eo: tunc sedebit sup sedē maiestatis sue: ⁊ cōgregabunt ante eū omnes gentes: ⁊ separabit eos ab inuicē/ sicut pastor separat
Ro. 2. oues ab hedis. Et apl's ad Romanos: Iudicabit deus occulta hominū ſm euangelium
Ro. 14. meū. Et alibi: Omnes stabimus ante tribunal
Esa. 45 christi. Scriptū est enim: Viuo ego dicit dominus: qm̄ mihi flectet omne genu: ⁊ omnis lingua cōfitebit deo. Itaq; vnusquisq; vestrū ꝓ se rationem reddet deo. Patet ex verbis quodāmodo dissonātia/ si nō aut si in iudiciū veniat. Et vtraq; scriptura ꝓ eo quod asserit eque verissima ē. Sed aliter est differendū/ vt dissonantia q̄ videtur ⁊ nō est ꝑpellat. Nō venient ad iudiciū publicum boni ⁊ electi/ neq; mali ⁊ reprobi: tāq̄ de nouo sententiā suscepturi/ q̄ ab eterno fuerūt ꝓdestinati siue ꝓsciti: sed fient in illo extremo iudicio manifesti ex ꝓpriis ꝑsonis ⁊ meritis siue demeritis: ⁊ quanta fulgebūt gloria beati/ quanta pena dānati plectent oīno ꝑspicuū erit. Necnō ⁊ iudiciū sepe in scriptura refert in partē reproborū: put infra scriptū est: Et ꝓcedent q̄ bona egerunt/ in resurrectionē vite: q̄ vo mala egerūt in resurrectionē iudicij.

¶ De eo q̄ iesus dupliciter pōt mortuos suscitare: et faciendi iudiciū habet plenariā potestatē: secūdū ioānē.

Capitulum VIII

Procul ab ambitione christus erat: nec aliquod vitiū aut iure dānabile aut reprehensibile coherebat ei: nec eo q̄ de se altissima fatebat erat crimini ascribendū/ ad verā credulitatē de ip̄o in hoīm cordib⁹ imprimendam: sine qua est desperata salus. Ois christi sermo ⁊ doctrina satagebat vt creditus quis esset/ amaret: ⁊ amatus īnotesceret/ īnotescēdo glorificaret. Fili⁹ dei erat nō ex tēpore/ vt arri⁹ dixit: sed ab eterno deus/ in tpe obuelat⁹ in carne: nec cognitus est: q2 mūdus eū nō cognouit: nec credit⁹/ ne inuidia diaboli salus obueniat. Attamē ip̄se ꝑ verba media ⁊ alte sonantia predicare nō desinit: vt de ip̄o ab oibus oēm fugaret errorē: ⁊ q̄d esset ⁊ ad q̄d in hunc mundum venerat declararet. Et a potestate quā accepit a patre sup viuificandos in aīa mortuos ⁊ in corpore necessario morituros exorsus est/ dicens:
Ioh. 5 Amen amen dico vobis/ q2 venit hora et nūc est quādo mortui audiēt vocē filij dei: et qui audierint viuēt. Sepe hoc verbū ſm ioannem ingeminat/ velut ex iuramēto cōfirmās quod loquit. Nondū ab eo quo inuidia diaboli mors in orbē terrar intrauerat in aīa/ in corpe impetens humanā naturā velut gladius biceps vsq; ad tēp⁹ christi: quo mūdo ī carne apparuit: nō venerat hora vite: neq; ſmo audit⁹ erat/ quo mors depelleret ⁊ vita succederet: sed vbi christus aduenit/ hora venit ⁊ nūc ē. Et nos etiā dicere possum⁹/ q̄ tanto tēpore post christū in hāc calamitosa3 vitā deuenim⁹: ⁊ nūc est: vt nūq̄ ꝑ subseq̄s transierit in ꝓteritū. Sed quod illo in tūc dicebat/ nūc ꝑ his q̄ audierunt sic semper sit: nūc ꝑ his q̄ libēter audiūt. Venit horā ⁊ nūc est qn̄ mortui in aīa cōfossi aculeis pctōr audiēt vocē filij dei: q̄ dedit voci sue vocē virtutis aīas viuificantis: vt q̄ audierint/ viuāt. Si mortui/ quō audiūt? Si audiūt/ quō mortui sūt? Mortui lethalib⁹ vulnerib⁹ pctōr/ mortui dicunt in aīa: q̄ tn̄ corpore viuūt: etiā oēs infideles naturali vita viuētes/ in aīa mortui appellātur ⁊ sunt. Qui si audiūt vocē filij dei reuocantē a morte infidelitatis ceterorūq; vitior/ ⁊ obediēter accesserint ad vocantē/ in aīa reuiuiscēt: quoniā facilis est transitus de morte sp̄uali ad sp̄ualē vitā. Et ne impossibile videat q̄ dei filius fugata huiuscemodi morte possit reuocare ad vitā/ adiectū est: Sicut habet pater vitā in semetipso: sic dedit et filio vitā habere in semetipso. Habet in semetipso fili⁹ vitā: habet ex traditione paterna: vnde vox ei⁹ vere audiētib⁹/ etiā mortuis in pctis pōt conferre vitam: qm̄ apud ip̄m est fons vite/ ꝑsentis sc3 et future/ virtutis ⁊ glorie: habet pater in semetip̄o ⁊ a semetipso ⁊ ꝑ semetip̄m ab eterno vitā: sic ab eterno cū genitus fuerit/ nō in tpe cum se carne vestiuit filius/ vitā accepit ea ptāte: vt sicut ꝑ eū oīa facta sunt/ ita ⁊ ꝯseruent/ ⁊ deꝑdita restaurent. Et sicut ꝑ eū oīa sp̄ūaliter ⁊ corꝑaliter viuunt/ q̄ vere sic viuūt: sic in vtraq; substātia mortua reuiuiscūt/ si reuiuiscūt: nō q̄ ꝑ eum oīa mortua reuocent ad vitā: sed si reuocant/ non aliter q̄ ꝑ eū. Et qm̄ hec oīa ideo dicta sunt/ ne filius dei ꝯtēnat in hoīe: ⁊ ne in aliquo deficere credat a patre/ etiam ei dictū est: Et ptātem dedit ei iudiciū facere: q2 filius hominis est. Quare pr̄ dedit filio iudiciariā ptātem? q2 fili⁹ hoīs est. Negauerim oīno q̄ purus filius hominis puri hanc ptātem accepit/ ⁊ q̄ pr̄ dederit: s3 q2 fili⁹ dei fact⁹ est filius hoīs/ ne filius dei fact⁹ hō haberet cōtemptui: ptātem dedit ei pr̄ viuificandi ⁊ iudicia faciēdi. Hec de seip̄o asserit iesus: vt credat q2 filius hoīs etiā dei est filius/ et ip̄se vnigenitus ⁊ eternus dei fili⁹ ꝓ nobis in tēpore pleno ab eterno ꝓuiso est filius hoīs fact⁹ in q̄ credulitate pendet saluandor oīum salus. Et q2 hoc in sinū mirationis ingredit: vt vnum ꝓamplius credat/ mirabile mirabili additur: et q̄ vnum incredibile aut difficulter credibile credat/ incredibilius aut oīno ad credendū difficilius credimus apponit. Nolite mirari hoc: q2 venit hora in q̄ oēs q̄ in monumētis sūt audiēt vocē filij dei: ⁊ ꝓcedēt q̄ bona fecerūt/ in resurrectionē vite: q̄ vo mala egerūt/ in resurrectionē iudicij. Acsi dicat: Quid miramini si viuificandi aīas a pctis/ ⁊ iudicandi ex meritis ⁊ demeritis autoritatē a patre accepi? Qm̄ pl⁹ est aīas reuocare ab inferis/ ⁊ resoluta ⁊ in puluerē redacta corꝑa a sepulchris: q̄ suscitare vocem meā audire volētes mortuos in pctis: ⁊ generaliter iudicare de meritis atq; demeritis. Prima

vox/primaq̧ auditio/ p̄maq̧ viuificatio ad eos
spectat/q̄ corpe seu natura viuētes iacēt mortui
in peccatis. Secūda v̄o ad eos/quoꝝ aīe deti-
nent in inferis: ꝛ corpa fuerunt posita in sepul-
chris: siue submersa siue comesta crude a bestijs
aut quōlibet redierūt in materiā pulueris. Pro
prima ꝛ ſm primā resurrectionē dixit: Uenit ho
ra ꝛ nūc est. Pro secūda resurrectiōe non addi-
dit/ꝛ nūc est: vt de futuro/ nō de labēti tēpore a
p̄senti in p̄teritū crederet. Et in prima tm̄ dixit
ꝙ mortui audient: in secūda v̄o/mortui q̄ sūt in
monumētis: vt apta dissertiōe dissereret dupli-
cē resurrectionē facere accepisse traditā ptātem
ꝛ ad credulitatē vnius potiorē esse promissam.
Sed nec solū corpa existētia in monumētis: sed
aīe in q̄buscunq̧ locoꝝ receptaculis/exceptis
nullis audiēt vocē mirabiliter atq̧ potēter alte
tonātis. Et cū oīm sit resurrectio generalis: ꝙ
oēs aīe recepture sint corpora: ꝛ animaꝝ oīum
atq̧ corpoꝝ sit resartianda prima vnio dissolu-
ta: nō tamē vnius sine fine fiet oīm finis: qm̄ qui
bona fecerūt/ p̄cedent in resurrectionem vite/
gloriose videlicet ꝛ eterne. Nā bona faciētib⁹ in
noīe christi ſm rōnem fidei ceterarūq̧ virtutū
nō debet esse alia retributio ꝙ̄ eterna gloriosaq̧
vita. Nec in ista vita posset esse sanctis iusta ꝛ di
gna retributio ex q̄buscūq̧ beneactis: nisi cum
post oēm debacchationē mortis eius tandē de
structo impio gloriosa eternaq̧ vita resurrecti-
onē sequeret. Uere malos totus mūdus punire
nō posset: cū amplius quantūlibet delinquentē
ꝙ̄ p̄ mortē vtcūq̧ crudeliter irrogatam multare
nequiret. Igit male agentes oīno resurgent: nō
ad participiū/etiā in modico eterne consolatio
nis ꝛ pacis/sed ad suppliciū eterne dānationis.
Ex ista sentētia saluatoris apte colligit/ꝙ erit ī
corpore resurrectio bonoꝝ atq̧ maloꝝ ad diuer
sos terminos concludenda.

¶ Quod Jesus nihil potest facere a seipso: et ꝙ testimoniū p̄hibēt de ipso pater/ioannes baptista/opera ac scri p̄ture/hoīm testimonio recusato: secundum Joannē solum. Ca. IX

Cum iudei ꝛ eq̄dem alij tantū in christo
formā cōtemplarent humanā seruilēq̧
vt nec vltra ex cōsyderatiōe p̄ueherent-
tur: neq̧ p̄ opa/neq̧ p̄ verba in ipso for
mā dei altissimi faterent: calumniabant eū in si
gnis ꝛ opibus eius. Et q2 nō poterant inficiari
miracula in tāta euidētia facta: impingebant in
eū ꝙ sabbatum p̄pria potestate soluisset. Excu
sat igit accusatā seruilē formā/ impotentē ad ar
dua huiuscemodi faciēda: cū in aliū refert auto-
ritatē miracula faciēdi. Nō possum a me-
ipso facere quicq̄. Nihil potest facere a se
ipso/q̄ nō est a seipso. Jesus aūt neq̧ vt hō erat
a seipso/neq̧ vt dei fili⁹ erat a seipso: qm̄ oīs fi-
lius genit⁹ est pars a patre. Nō ergo vt hō po-
terat aliq̄d facere a seipso/neq̧ vt dei fili⁹: cū sit
eternus ꝛ insep̄abiliter dei patris filius: cuius a
patre patrisq̧ ab eo sunt oīa cuncta opa indiui-
sa: vt si verbū dictū referat ad seruilē formā: ho-
mo qui a seipso nō est/a seipso nihil facere pōt.
Si v̄o ad diuinā/etiā a seipso facere nihil pōt si-
ne patre: a quo substātialiter separi nō pōt: vt
hec impotētia p̄ forma seruili sit de nihilitate:
q2 vt hō de nihilo factus/nihil p̄ se valet: p̄ for-
ma vero dei sit de insep̄abilitate q̄ substātialis ꝛ
eterna ē. Propterea p̄ vtraq̧ forma dicit: Si- Joh. v
cut audio/iudico. Hec ideo dixit ad solidā-
dū quod supra dixerat de ptāte sibi tradita / de
iudicio faciēdo: sc3: ꝛ ptātem dedit ei iudicium
facere: q2 filius hoīs est. Quod iudicium asserit
esse iustū si iudicat sicut a deo patre audit: q̄ po
testatē iudicādi hoīs filio cōtulit: vt iudicet visi-
biliter sicut visibiliter a mūdo iudicat⁹ est. Pro
inde subiecit: Et iudiciū meū iustū est: q2
nō quero voluntatē meā/sed volūta-
tē eius qui misit me patris. Nō erratur
aut pōt esse infidelitas in cōmissis q̄ aliter nō fa
cit ꝙ̄ mittētis nouerit voluntatē. Inobliquabi-
lis ꝛ iusta est eterni patris volūtas: quā e⁹ filius
etern⁹ in tp̄e filius hoīs factus/ in iudiciaria exe
quit actione: nō querēs voluntatē tēporalē ꝛ hu
manā q̄ nouit eternā. Et oībus p̄fectis hoc de-
bet esse p̄firmū: nō agere humanū/cū nouerit et
possit adimplere diuinū. Et nemo diuine suam
preferat voluntatē. Illa cunctis de oībus et in
oībus preferēda est. Satagebat se iesus in ani-
mo iudeoꝝ inferre p̄ fidē: testimonijs vtebatur ī
argumentū/dicēs: Si ego testimonium
p̄hibeo de me/testimoniū meū nō est
verum. Alius est q̄ testimoniū p̄hibet de me: ꝛ
scio q2 veꝝ est testimoniū quod p̄hibet de me.]
Christus est veritas: veꝝ est ergo testimoniū ve
ritatis. Alius aūt testificās/cuius testimoniū ve
rū est/ipse pater est. Subinfert etiā de ioāne / q̄
iā ipsis req̄rentib⁹ reddiderat de christo testi-
moniū. Uos misistis ad ioannē: et testi
moniū p̄hibuit veritati. Miserant a hie-
rosolymis sacerdotes ꝛ leuitas/ad interrogan
dū eū q̄s esset: q̄ tūc de christo veritatē cōfessus
est: quāq̄ iesus testimonio humano nō indige-
ret: sed p̄ illoꝝ salute ista cōmemorat. Propte-
rea dicit: [Ego aūt ab hoīe nō accipio/s3 hec di
co vt vos salui sitis] Nō accipit deitas ab hūa
nitate testimoniū: neq̧ temporale pōt eternita-
ti sufficiens testimoniū dare: nec indigentia vr-
gebat christū ioannis testimonio declarari: s3
hoc p̄ ipsoꝝ salute referebat vt crederent/ꝛ cre
dentes salui fierēt. Et vt testimoniū ioānis ve-
ritate polleat/ autorizat in veritate ioānē. Ille
erat lucerna ardens et lucēs: vos au
tē voluistis exultare ad horā in luce
eius. Altitudo virtutū baptiste ioānis debuit
inflectere ad credēdū hoīm corda in christū/cū
ipse de illo testimoniū daret. Sed obstinata in
credulitas iudeoꝝ nō p̄misit eos in illa luce/sc3
in veritate quā predicabat/vere credulitatis fe-
sta p̄agere. Triste cū turpi ꝯsistit in aīo/cū non
exultat in vero. Sed quāq̄ ioānes de christo ve-
rū testimoniū p̄tulisset: maius tñ de ipso testi-

monitū aderat/scʒ opeꝝ sup naturā ⁊ omnē virtu
tem humanā existentium: quod inducit: [Ego
aūt habeo testimoniū maius ioanne: opera
eñ q̄ dedit mihi pater vt pficiā ea. Opera que
ego facio/testimoniū phibent de me: quia pater
me misit.] Gradatim p testimonia cudit vt qui
est/esse credat: testimoniū adducens potius ꝙ̄
ioannis/videlicet opeꝝ factoꝝ ⁊ fiēdoꝝ: ad q̄ cō
plēda p ordinē a patre autoritatē etiā ⁊ iussū ac
cepat: ex q̄b⁹ oīno credē debuerat miss⁹ a pře. Ope
ra q̄dē erant mirabilia: quoꝝ vnū pauloante pa
tratū extiterat/scʒ curatio infirmi longeui tēpo
ris ad piscinā: cuius rei causa huiuscemodi dis
ceptatio exordiū sumpsit: q̄ opa testificabantur
aperte: nec inficiari quis poterat quin essent di
uina potius ꝙ̄ humana: ⁊ ꝙ taliū patrator opeꝝ
esset filius dei/ab ipo missus ad terram talia per
acturus. Sepe quidē saluator ad testimoniū sui
p vtilitate hoīm: vt dei filius crederet: eos cum
quibus disceptabat/ad cōsyderationē suoꝝ ope
rū misit: que deitatis/nō humanitatis potētiam
ostendebāt. Sed pterue hoīm mentes/cū quē
piam ob inuidiā psequunt: nec eius virtutibus
nec verbis nec operibus credūt: magis aūt que
runt vnde possint obuiare virtutib⁹/verbis da
re calumniā: ⁊ opibus bonis ac mirabilibus fa
cere imposturam. Attamē iesus ad summū testi
moniū se cōfert: patrē voce de seipso testifican
tē inducēs: Et qui misit me pater ipse te
stimoniū phibuit de me: videlicet cū ad
fluenta iordanis a Joanne baptisma suscepit.
Neqʒ vocē vnꝗ̄ audistis/neqʒ spe
ciem eius vidistis. Si vocē illā non audie
runt/ergo excusandi erant si nō crediderunt. Si
nō viderūt speciē/quō potuerūt imitari virtutē.
Non habet sonantē ⁊ organizatā vocē deus: in
corporeus eñ est: nec est in sui natura visibilis
ab oculo carnis. Igit in aliquo assumpto vox ⁊
species facte credant. Neutrā tñ iudei aptis sen
sibus pceperūt: sed debuerūt credere ioāni: qui
iā in tāta fama virtutis excesserat/vt christ⁹ esse
crederet: magis aūt ipsi christo/q̄ p opa miracu
losa ⁊ verba virtutis altius loquebat. Quāob
rem ad eoꝝ cōfutationē adiecit: Et verbum
eius nō habetis in vobis manēs: qꝛ
quem misit ille/huic vos nō creditis.
Nō excusant iudei ꝙ nō crediderūt ioanni: nec
excusant: qꝛ nō audierunt dei vocē: neqʒ speciē
ↄspexerūt: si christo misso nō credūt: cuius vita
irrephensibilis/ex oī pte laudabilis/opatio ad
mirabilis/doctrina infallibilis/patiētia insupe
rabilis: ppter id quod christ⁹ apposuit: Quia
ipsi nō habebant verbū i eis manēs.
Habebāt verbū/sed nō manēs: p eo quod audi
ebant atqʒ audierāt/sed nō retinebāt: sed verbuʒ
patris increatū nō credebāt incarnatum. Et ex
verbo incarnato audiebāt verbū mirū/verbum
virtuosum. Et qm̄ ipse sp eructuabat verbū bo
nū/necnō ⁊ verbū legis ⁊ pphetaꝝ: quod de ipo
erat/ipsi p verā intelligētiā nō habebāt: nec ma
nebat i eis p memoriā sanā; ideo sibi a pře misso
nō credebāt. Propterea remittit eos ad scruti
niū scripturaꝝ/vbi sunt de ipso pnunciantia seu
pphetica verba. Scrutamini inquit scri
pturas: qꝛ vos putatis in ipsis vitā eter
nā habere. Et ille sūt q̄ testimoniū phibent de
me: ⁊ nō vultis venire ad me vt vitā habeatis.]
Precesserūt oīa christi mysteria testimonia ve
rissima scripturaꝝ: ⁊ ſm scripturas sunt cōpleta
siue cōplenda q̄ restāt: q̄ iō sic a spūsctō edite sūt/
qꝛ sic futuꝝ erat: nō aūt sic de christo futuꝝ erat
qꝛ sic scripture pcinuerūt. Et in scripturis lega
lib⁹ atqʒ pphetīcis iudei sperabāt vitā eternā:
q̄ oīno erat dūtaxat ↄferēda p christū: in manu
cui⁹ oīa posuit de⁹ pater. Ad queʒ in hūanitate
deiectū/iudei dure ceruicis more solito existētes
venire cōtemnebāt: vt haberēt illā vitā speratāʒ
in scripturis nō habendā aliter ꝙ̄ p christū. Vo
lebāt ⁊ volunt ipsi vitā eternā ⁊ sperant: sicut in
scripturis sacris pollicitus est sermo diuinus:
sed nec cū christo mediatore nō habētes intelli
gētiā scpturaꝝ: q̄ de isto mediatore loquūt: ⁊ tā
tū ↄtēpserunt seruilē formā ꝙ nullo pacto credi
dere diuinam. Idcirco dicit: ⁊ nō vultis venire
ad me vt vitā habeatis. Nulla excusatio illis est
q̄ tm̄ de ptinacia voluntatis ppue arguuntur.
Excusat sepe hoīes in toto vel in pte ipa inuinci
bilis aut nondū victa ignorātia: excusat inserta
fragilitas: cū vo solū de volūtate disserētie agit/
excusatio suffragat. Hic q̄dē iesus ceteris pter
missis/iudeos tantū arguit de ↄtumacia volūta
tis/dicēs: Et nō vultis venire ad me. Voluntati
apponunt oīa bona siue mala: sibi virt⁹/sibi pre
miū: sibi culpa/sibi suppliciū: iuxta illud in quo
pstauit aut denegauit assensum. Refutat ptm⁹
etiā velut indign⁹ hoīm testimonia/cum dicit:
[Claritatē ab hoīb⁹ nō accipio: sed cogno
ui vos/qꝛ dilectionē dei nō habetis in vobis.]
Nō clarescit de⁹ ab hoīe/quāꝗ̄ ab ipso laudari
possit: neqʒ christ⁹ indiguit hūano testimonio
declarari: sed cognoscebat iudeos dei dilectio
ne carere: ꝙ ipsi nō diligebāt/⁊ merito nec dili
gi digni erāt. Nā si dilexissent deum/nō inuidis
sent: nō parauissent recte agenti calumniā: credi
dissent vera docenti ⁊ inuitāti ad iusticiā: ⁊ opta
tā ab hoīb⁹ gloriā pollicēti. Non ergo accipie
bat ab hoīb⁹ claritatē claritas vera ⁊ filius eter
nus/atqʒ dilect⁹ clarificat⁹ a patre: neqʒ conque
rebat si non credebat esse q̄ erat: velut cognosci
delectatus ex forma/seu indign⁹ ex pssura: sʒ dū
taxat salutē hoīm q̄rēs: velut q̄rela/vbis suasibi
lib⁹ agebat in eos: vt crederēt corde christū dei
esse filiū ad pfectā iusticiā: ⁊ ↄfiterent ore ⁊ ope
ad salutē. Sic eñ ait apl's: Corde credit ad iusti Ro.10
ciā: ore fit ↄfessio ad salutē. Et fontale malū im
propabat eis ꝙ deū nō diligebāt: ad diligendū
deū fact⁹ est hō bono suo/non bono dei: nr̄a eñ
dilectiōe nō eget aut q̄rit sua causa/sʒ nostra. Et
hoc ē oīs hoīs cōplemētū/vt ad deū dilectiōe fir
ma se teneat: qm̄ q̄ adheret deo/vn⁹ spūs est cuʒ
eo. Et ipse p sapiam ait: Ego diligētes me dili Pro.8
go. Diligēs deū diligit ab ipo. Dilectus a deo

ꝓtegeť ab aduersis: ⁊ in sinu amātis requiescit
ipo iuxta vota fruēs. Qui vō deū nō diligit/est
segregat⁹ a fonte vite/factus eterne morti subie
ctus. Alienat⁹ a lumine mētis tenebras patitur
quousqȝ in exteriorib⁹ inexplicabiliter includať.
Omne hoīs malū est in dei dilectione non fieri.

¶ Quod iesus non fuit a iudeis et a multis alijs veniēs in nomīe patris sui recept⁹: et multi pseudo et ipse antichristus recipiētur venientes in sua virtute: secundū ioannē solū. Ca. X

Sepe fassus est iesus se in noīe paterno
venisse: ⁊ nihil a seipso facturus atqȝ di-
cturus: neqȝ ꝓpriā gloriā q̄stuans/vt ag
ti⁹ recipeť ab homib⁹ oī hesitatiōe depulsa. Di
gnus eñ est honorate recipi legat⁹: q̄ nil suū di-
cit/agit aut q̄rit/q̄ cōmissa legātis. Erat legatus
christ⁹ ad oēs natiōes hoīm a deo patre missus
nō ob mittentis rē neqȝ legati/sed eoꝝ ad quos
missus erat negociū agebať. Rebellia erāt ho-
minū corda: ⁊ in exordio maxime iudeoꝝ cōspi-
ciebant oculis legatū: aīo nō recipiebāt/ore cō-
tradicebāt/ꝑsequebanť eū gratis operib⁹ pra-
uis. Cōqueriť merito se nō esse receptū: ꝓnūciat
futurā eis ipsoꝝ demerito fraudē. Eādem dicit
Joh.5 [Ego enim veni in noīe patris mei/⁊ nō ac
cepistis me. Si aūt venerit alius in noīe suo/illū
accipietis.] Ueni missus in virtute patris eter-
ne me mittētis in tpe: opa ei⁹ ago q̄ irrep̄hensi-
bilia sunt ⁊ reuocātia de errore ad veritatē/de
vmbris ad lucem/de vitijs ad arces virtutis/de
morte ad amatā vitā: ⁊ nō accepistis me/saltē in
virtute mittentis: etiā si despicitis quod hūanū
aspicitis. Si q̄d meo noīe in vbo aut in ope fie-
ret/iusta esset repulsa: iustior si vestrā salutē non
quererē. Aderit oīno deceptio ista exigente cul-
pa: vt aliquē pseudo ꝓphetā siue doctorem/aut
antichristū recipiatis suo noīe venientē. Justo
eñ ⁊ irrep̄hēsibili iudicio agiť demerito huius
cemodi delinq̄ntiū: vt mēdaciū ꝓ virtute susci-
piat/q̄ oblatā veritatē primit⁹ nō accepit: ⁊ iniq̄
tatē ꝓ iusticia/⁊ in deuiū ꝓcedat ꝓ via/⁊ obliq̄-
torē ꝓ duce/⁊ p̄cipitiū ꝓ voto/⁊ naufragiū pro
portu. Et oēs tali aīaduersione plectanť: q̄ qb⁹
bonū ante porrigiť ⁊ nolunt recipe/postremo
Psal.108 cadāt in ꝯtrariā sortē: iuxta illam snīam: Dilexit
maledictionē ⁊ veniet ei: ⁊ noluit bñdictionem ⁊
elōgabiť ab eo. Nō est in his interponere medi
um terminū: q̄ q̄ nō recipiūt christū in mēbris
aut in capite/recipiēt antichristū. De quo apl's
volēs asserere reuelationē/pandit meritam rece
2.Thes.2 ptionē/dicēs: Et tūc reuelabiť ille iniqu⁹ quē do
minus iesus interficiet spū oris sui/⁊ destruet il
lustratiōe aduētus sui: eū cui est aduent⁹ s̄m opa
tionē sathane in oīb⁹ virtutib⁹ ⁊ signis ⁊ prodi
gijs mendacib⁹: ⁊ in oī seductione iniq̄tatis his
q̄ ꝑeunt: eo q̄ charitatē veritatis nō receperūt
vt salui fierēt. Jdeo mittit illis de⁹ opatorem/vt
credant mēdacio: vt iudicenť oēs q̄ nō credūt ve
ritati/sed ꝯsenserūt iniq̄tati. Ecce q̄lis est ille q̄
postmodū recipieť in nomīe suo veniēs: cū chri
stus veniēs in noīe sui eterni pr̄is nō fuerit ute
receptus. Ecce quo demerito mēdaciū ꝓ verita-
te suscipiť: ⁊ iudiciū ꝓ misericordia irrogatur.
Subinfert aūt icredulitatis ⁊ nō receptiōis cau
sā: q̄ ferť esse q̄stum hūane glie/nō diuine. Hoc
est quod ait: [Quō potestis credere q̄ glo-
riā ab inuicē accipitis: ⁊ gloriam q̄ a solo est deo
non q̄ritis?] Perspicuū est q̄ q̄ ⁊ mutuo huma
nā gloriā q̄runt ⁊ cōferūt/credere his q̄ videnť
abiecti nō p̄nt: ⁊ cū hūana glīa vicario more in
cōmerciū venit/diuina ꝓpelliť. Jdeoqȝ non cre
dūt q̄ dei gloriā vtroqȝ studio nō inq̄runt: qm̄ si
diligerēt/q̄rerēt: si q̄rerēt/salui essent. Aut alio lo
quēdi ordine sicut in supradictis vbis intercise
colligiť: si crederēt/q̄rerēt: si q̄rerēt/inuenirent:
si inuenirēt/diligerent: si diligerent/salui essent.
Ad hūc salutis finē his gradib⁹ dn̄s iesus pri-
mo iudeos/deinde cūctos hoīes satagebat ad-
ducere: ꝓhibēs velut obicē ad ea q̄ veritatis et
virtutis sunt vanā/inanē/ꝑfunctoriāqȝ gloriam.

¶ Quod apud deū patrē nō christus sȝ moyses iudeos inexcusabiliter accusabit: cui de christo scribenti si vere crederent/christo etiā credidissent: secundū ioannē solū. Capitl'm XI

Filium dei ꝓut existentē se asserebat ie-
sus/adueniēs ꝓ hoīb⁹ orbi in ꝑpl'o iu-
deoꝝ/dicto ꝑpl'o electo dei: q̄ nō credit⁹
nō recept⁹/posti⁹ repudiat⁹ ab eis/iuste poterat
ꝯuenire illos accusationib⁹ apud patrē: sed de-
negat se causatuꝝ aduersus eos: ꝓ eo q̄ non im
prophetat⁹/⁊ ante nō ꝑ scripturas ꝓnūciat⁹ ad-
uenerat: sed ille ipos accusatur⁹ erat q̄ de ipso p̄
scripserat: ⁊ in quo p̄ ꝓphetis ceteris cōspera
bāt. Hinc est quod dicit: [Nolite putare q̄ Joh.5
ego accusatur⁹ sum vos apud patrē. Et q̄ accu-
sat vos/moyses: in quo speratis.] Non accusa
bit iudeos de ipsoꝝ icredulitate fili⁹/q̄ oēs vene
rat excusare: nec q̄ret quēpiā inuoluere/q̄ satage
bat expedire compeditos a ꝑtāte ⁊ a fraude sa-
thanica: nec q̄rit litigiose cause cū hoīb⁹ añ deū
patrē habere cōgressum: sed a moyse/scȝ ab ei⁹
scriptura deduceť in causam ⁊ sisteť añ tribu
nal/vt de incredulitate dānenť ⁊ luant iusta sup
plicia: qm̄ moyses scp̄sit apte de christo. Et q̄-
uis alij plures ꝓphete scripserint de christo/hic
subriceť: moyses solus induciť pro eo q̄ apud
iudeos nullus ꝓpheta prior/nullus anterior di
uinoꝝ scriptor: in nulli⁹ scriptura sit q̄ eternā vi
tā sperabant. Obinde adiungit: [Si crede-
retis moysi/crederetis forsitā ⁊ mihi. De me
eñ ille scripsit. Si aūt illius literis nō creditis/
quō verbis meis credetis?] Si testificanti cre
diť/⁊ ea causa ꝓ q̄ testificatū est credēda omnino
censeť: ⁊ quod diciť/reconuertiť. Proinde si iu-
dei credebant scripturis moysi/⁊ in ipsis spera-
bant eternā vitā: debuerūt ⁊ credere christo: de
quo moyses longe ante p̄scripserat. Et q̄ q̄ scri
pturā ⁊ locū euangelista p̄tereat/dignū iudicaui
locū ⁊ scripturā inectere: vt fides clareat: ⁊ āne-
xať deuotio fideliū: ⁊ pateat inexcusabilis ꝑfi-

dia iudeoꝝ. Scribit qdē in libro secundo legis ad remouendā idolatriā ⁊ cūcta fallēnā/ ꝙ moy-
Deu.18 ses de vero ꝓpheta christo pdixerat: Prophe-tā de gēte tua ⁊ de fratrib⁹ tuis/sicut me suscita-bit tibi dñs deus tuus: ipm audies/ vt petisti a dño deo tuo in oreb: qm̄ cōtio cōgregata ē:atq3 dixisti: Ultra nō audiā vocē dñi dei mei: ⁊ ignez hunc maximū amplius non videbo ne moriar. Et ait mihi dñs: Bene oīa locuti sūt. Prophe-tā suscitabo eis in medio fratrū suoꝝ simile tui: ⁊ ponā verba mea i ore ei⁹. Loqueturq3 ad eos oīa q̄ pcepero illi. Qui aūt verba ei⁹ q̄ loq̄tur in noīe meo audire noluerit/ego vltor existā. Luce patet clarius sane credētib⁹ atq3 in fide intelli-gentib⁹ istā scripturā esse de christo: quā moy-ses dux israelitici populi electus ⁊ amicus dei: cui facie ad faciē loquebat: sicut hō loquitur ad amicū suū: ꝓpheta magn⁹ in signis atq3 portē-tis opator eximius longe ante pscripsit: ad pre-miū saluatiōis credentiū ⁊ ad iudiciū eīm incre-duloꝝ: ⁊ tanta claritate ipo literali aspectu reful-get/ ꝙ expositione non indiget. Cuius rei cau-sa saluator ait: Si crederetis moysi/ crederetis forsitan ⁊ mihi. Nō dubio aio loquit christus/ q̄ oīa nouit/ cū forsitan dicit: sed in duriciam iu-deoꝝ impingit: q̄ vere flectenda erat ad christū/ etiā post moysi pstitā fidē: hinc ergo penit⁹ iu-dei apud deū inexcusabiliter accusant: ꝙ etiam moysi nec veraciter crediderunt: ex quo christo nō credunt: de quo ille tā apta ꝓphetia pdixit. Quod ℞o adiēcit: si aūt literis illius non credi-tis/ quō verbis meis credetis? nō cōponebat in his verbis psonā/ sed fidē: q2 si nō credebāt moy-si in quo maiorē habebant fidē: sic nec christo q̄ apud eos minori aut nulla fide fulgebat. Liq̄t multa ex his q̄ dicta sunt: nec secura tergiuersa-tio est ab eis pmaxime ad ea q̄ credenda sūt sup posito scripturaꝝ: q̄b⁹ primo nō pstita fides ne-quaq̄ christus pfecte crederet: quāq3 ipse sine omni testimonio scripturaꝝ cordibus hoīm se possit infundere. Uerūtamē nō alligat⁹ scriptu-raꝝ testimonijs: sine ipsis ipe nō venit aut egit sua magna ꝓ hoīm salute mysteria: ⁊ dānatio ⁊ saluatio ex ipsis īnotuit/ vt aliter nō eueniāt q̄ scripte existant. Nō eos christ⁹ aut ceteros cre-dituros rōnib⁹ ꝓuocat aut inuitat: sed dūtarat p fidē q̄ oīno intelligētiā preit: iuxta verbū esaie
Esa.7. dicētis: Nisi credideritis/non intelligetis: aut aīs/ nō pmanebitis. Et hoc est meritū nostrū i niti fidei/ nō rōnibus. Et fidei robur ē ab ipsis excludi. Et cūctis exēplo christi docētib⁹ est di-cēdi forma relicta: ꝙ p fidē conentur ad christū corda hoīm inclinare: atq3 ꝙ oīs intellectus ca-ptiuet in obsequiū ei⁹: qm̄ ipse dei fili⁹ aliter q̄ p fidē ad se corda hoīm non vocauit.

¶ De operādo cibo qui nō perit/ sed pmanet in vitā eternā: secundū Joānem solum. Caplm XII

Post resurrectionē turbaꝝ ex q̄nq3 pani bus ⁊ duob⁹ piscib⁹ trāsfretauit iesus ⁊ venit capharnaū: quem turbe/ terra-mariq3 sequētes/ ꝓueniētes ad eum dixerunt ei: [Rabbi quando huc venisti? Rn̄dit ie-
Joā.6 sus ⁊ dixit: Amē amen dico vobis/ queritis me: nō q2 vidistis signa/ sed q2 manducastis ex pani bus meis/ ⁊ saturati estis.] Nō videt iesus vsq3 quaq3 gratā habuisse q̄stionē turbaꝝ ob ipsarū intētionē: q2 nō tm̄ q̄rebant eū ꝓpter mirabilia signa/ q̄b⁹ ad altiora inuitabant: vt ipsoꝝ mētes p fidē attollerent in isto christo apparēter homi nē deū esse/ īmo ipm deū ⁊ hoīem veꝝ esse: s3 q2 māducauerāt ex illis q̄nq3 panibus/ ⁊ mortalia corpa refecerant: ꝙ ideo q̄rerēt vt possint iterū atq3 iteꝝ manducare ⁊ corpa moritura reficere. Quod aspernabat iesus ꝙ tm̄ ꝓ tpalib⁹/ ꝓ cor-ruptibilib⁹ atq3 mortalib⁹ ab hoīb⁹ quereret: q̄ venerat datur⁹ eterna incorruptibilia/ ⁊ semp co dē mō manētia: ⁊ dare cibū sempiterne mansu-rū: nō pfunctoriū/ quē fames iteꝝ sequit. Quam obrē aliū cibū ope querendū informat/ dicens: [Operamini nō cibū q̄ perit/ sed q̄ perma-net in vitā eternā: quē filius hoīs vobis dabit. Hūc eī pr̄ signauit de⁹.] Ac si diceret: Quid me q̄ritis ꝓ corruptibili cibo: q̄ q̄uis ad horā sati-et/ afficiētē/ famē oīno nō tollit? Opami hoc di-co: sollicite operā detis vt illū cibū habeatis q̄ sumptus hic ad vitā pducit eternā: ⁊ hic incipi-ens etiā eterne pdurat. Et ne ad habendū im-possibilitas se opponat: filius hoīs dare para-tus est/ dandi habēs oīmodā ptātem. Dare ve-nit ⁊ vult accipe: volentes inq̄t: nō accipiens nemīnē q̄ seipm causet/ cū ab eo q̄ habet offer-tur. Ne aūt ꝓpter humanā aut seruilē formam tm̄ oculis carnis obiectā impotēs crederetur/ subinfert vt etiā deus esse credatur. Hūc eīm pa ter signauit deus: Hūc eīm sc3 filiū hoīs qui ci-bū eterne manentē volentib⁹ pollicetur: de⁹ pa ter signauit etiā filiū suū esse: vt nō solū fili⁹ ho minis/ sed etiā credat dei filius esse: vt inhesitā-ter quod ꝓmittit/ effectu efficiat. Uersūtī ex fal sa intelligētia verbi q̄dā ex hoc errauerūt: quo-rū nō paruū numeꝝ hoīm meis tpibus inueni: q̄ nihil volentes ꝓprijs manib⁹ opari: oñdentes se oī tpe orōnib⁹ ⁊ cōtēplatiōib⁹ vacare/ ociose feriātes: etate iuuenes/ corpe feroces: honestis opib⁹ valētes intēdere/ necessitati ꝓprie atq3 ali ene ꝓuidere: viuendi stipē in solito q̄stu q̄rebāt: ⁊ cū eis aduersaret ex gestis dictisq3 scrōꝝ/ in ar-gumentū assumebant verbū sic esse a saluatore dictū: Opamini nō cibū q̄ perit/ sed q̄ pmanet i vitā eternā. Sed pspicuū est ex sequentib⁹ ℞bis ꝙ negatiue nō dixerit de honesto exercitio cor-porali: sed ꝙ hoīes nō tm̄ hui⁹ vite fulcimenta curarēt: magis intēderēt quō eterne in beatitu-dine vtriusq3 hoīs pmanerēt. Intellexerūt per q̄d exile turbe ꝙ ⁊ dei agēda opa q̄rerent. Pro-inde interrogāt: [Dixerūt ergo ad eū: Quid faciem⁹ vt opemur opa dei? Rn̄dit iesus ⁊ dixit eis: Hoc ē op⁹ dei vt credatis i eū quē mi sit ille.] Op⁹ dei nō rōne corpis posuit/ sed vt sit act⁹ interior in credulitate missi atq3 mittentis. Nō tñ iesus ex hoc bonum op⁹ actuale exclusit:

sed ꝑcedit opus mentis: quod est credere hūc ie
sum christū dei verū filiū/ab eterno patre ꝓ sa-
lute hoim missum. Est ergo hoc firmiter opus
dei: qm̄ solus deus fidē in cordib⁹ hoim opat:
nec aliqs illā ꝓpria virtute nanciscit aut meret:
qm̄ sine fide impossibile est placere deo. Qui ve
ro sibi nō placet/priuat vnde mereat. Est ergo
fides dūtaxat in ala op⁹ dei: necnō ⁊ q̄ ad salutē
satagūt/ esse ꝯuenit actuosos pmo i inuisibilita
te credēdo:/⁊ oim q̄ fidē inuisibilr ꝯsequunt. Et
qm̄ fides sine opib⁹ mortua ē: etiā op⁹ dei exteri
us decreto diuie legis pagit. Magnū est ergo
fidei sacrm̄/cū dicit op⁹ dei. Sȝ si quod de⁹ creā
do egit īspicim⁹/oē l cē pductū dicit: imo ē peni
t⁹ op⁹ dei: quod sua varietate atqȝ magnitudie ꝓ
Sap. 5 dit artificē/potuitqȝ cognosci: vt scriptū est: A
magnitudine em̄ speciei ⁊ creature cognoscibi
liter potuit eoꝝ creator videri. Quid igit est ꝙ
fides dicit opus dei? Equidē aduertendū ꝙ ali
ud est opus dei ab ipo factū/aliud a nobis agen
dū. Primū oē quod egit aut agit seu faciet de⁹.
Secundū ꝟo id esse a nobis quod fieri potest in
placitū eius ſm legē ⁊ edictū ipsius: ipa fides ex
inuisibilibus: ⁊ vt credat in eū quē ad nos pro
pter nos ad terras misit pater eternus: sine qua
nemo videt/nec videbit deū: etiā quē illa sancto
rū patrū prioritas in patria videre non meruit/
nisi merito eius q̄ a patre in plenitudine tempo
ris missus: ab illis fuerat creditus affutur⁹/ no
uitasqȝ nostra illū sic affuisse nec defuisse iā cre
dit: necnō ⁊ cetere virtutes ordinate infuseqȝ in
mentibus hominū ꝓ supernis: ⁊ id quod impo
nit impreteribili lege agendū/etiā ignorato fine
siue in aliquo ꝑter reꝝ ordinē ꝑterire vere ordi
nem visumqȝ cōem dissitaue videret vel absonuȝ/
opus est dei: ex eo quod vult ⁊ iubet/⁊ agendi ꝑ
stat virtutē/sine q̄ nemo quippiā rectuȝ agit. Est
etiā opus nostrū: qȝ nos facimus nostraqȝ vti
litate/nō sua. Nō solum aūt iesus hoc exigebat
vt eū crederent esse q̄ erat: sed vt sibi crederēt in
doctrina sana quā dabat. Multi em̄ deum fuie
christū credūt/doctrine ꝟo factiue nō credunt.
Et cū iudei aperte cognoscerēt ꝙ de seipo chri
stus dnis loquebat in forma seruili/diuina non
credita: ⁊ velut signis assoliti signa postulāt ad
credendū cū rememoratione priscoꝝ. [Dixe-
runt ergo ei: Quod ergo tu facis signum
vt videamus ⁊ credamus tibi? Quid operaris?
Patres nri māna māducauerūt in deserto: si
cut scriptū est: Panē de celo dedit eis mānduca-
1. Co. 1 re.] Veꝝ est quod apls scripsit: Judei signa pe
tūt: greci sapientiā. Ab initio quo deus eos se
gregauit a gētib⁹/in signis eoꝝ alos educauit: ⁊
oculos pauit: ex qbus ꝓpter eoꝝ cordis duriciā
am fere crediderūt illa faciētib⁹: nūc q̄dem me
mores moysi vnū de suis signis satis aptum ad
id quod saluator iā dixerat: vt opareē cibū q̄ nō
pit/ſȝ q̄ pmanet in vitā eternā: inducūt ⁊ inquīt:
Moyses dedit pṙib⁹ nris panē de celo in deser-
to/de quo ipsi māducauerūt. Tu ergo q̄ nos ad
te credēdū eē dei filiū ab ipo missū/tuis suasiōi-
bus niteris: quod signū facis/vt ipm̄ oculis cor
poreis videam⁹/⁊ tibi mēte credam⁹? Pro tergi
uersatiōe ista ꝟba erāt: qm̄ multa iā iā signa fe
cerat: nec credebāt: ⁊ maxie imediate ꝑteritu: ꝙ
tot milia hoim de q̄nqȝ panib⁹ saturauerat/ eoꝝ
alos debuit vt crederēt cōmouere. Sȝ q̄ credere
non vult/querit quo auertat. Et q̄ renuit facere
quod iubet/i excusatōis suffugiū tēdit. Infirmū
tn̄ ob signa ꝑstare fidē: ꝙꝙ iudei moysi ⁊ ꝓphe-
tis ⁊ aliq̄ christo/⁊ i pncipio nascētis ecclie plu-
rimi ob signa crediderūt. Ueritas ⁊ vita valid-
ores sūt: ꝑferunt em̄ signis oib⁹ ⁊ exēplis [Di
xit ergo ei iesus: Amē amē dico vobis: nō mo
yses dedit vobis panē de celo: sȝ pr̄ me⁹ dat vo-
bis panē de celo veꝝ. Panis dei est q̄ descendit
de celo: ⁊ dat vitā mūdo] Licet ꝙ moyses nō de
dit de celo panē veꝝ: ꝙuis orauerit ꝓ ꝑplo esurie
ti ne fame iter deserta periret: cui de⁹ ꝓuidit de mā
na: n̄ de celo/sȝ isto nobis vicino aere iussu dei
generato: quod de⁹ pluēdo dedit: iuxta illud: Et Psal. 77
pluit illi māna ad māducādū. Sȝ panis dei/pa
nis ver⁹ ē ipe dei fili⁹: q̄ de celo nō aiṙ ꝙ ꝓpa vo
lūtate descēdit. Panis em̄ dei ē q̄ descēdit de ce
Mat.15. **Et interrogabant eũ pharisei et scribe/ dicẽtes: Quare discipuli tui transgrediũtur traditiõeȝ seniorũ? Non enĩ lauant manus/ cũ panẽ manducãt.** Ecce cult⁹ corporis: ecce nitor exterior: ecce mũdicia inutilis ⁊ baptism⁹ sterilis. Ordinationes ⁊ cerimonie traditiones ꝗ hominũ sunt iste/ nõ dei: nullo modo diuinis exequende preceptis: etiã si multa vtilia cõtinerent: cũ nihilo sint pendende: ꝑ eo ꝙ diuersa baptismata corporũ ⁊ vasorum maculas internas nõ abluunt: sed habent quandã iocunditatẽ forinsecam ⁊ perfunctoriã/ incompossibilẽ ad virtutẽ: necnõ ⁊ duntaxat humane sententes: quia ꝗ corpori ꝯgruunt/ ꝑ decreto ⁊ lege suscipiunt: id agẽtes vt velut edicta diuina seruẽtur. Ideo audacia improba doctorem ⁊ discipulos arguunt/ dicẽtes: Quare discipuli tui transgrediunt traditiones seniorum? Si discipuli: ergo ex doctrina magistri aliquid negligũt agendũ/ aut nefiendum cõmittunt: discipulorũ culpa potius refunditur in doctorẽ. Causam interrogant/ nõ vt laudent: sed si assignatur vt improbẽt: ⁊ causam habeant ꝯtra eum. Sed que talis transgressio: Non enĩ lauant manus cũ panem manducant? Querit inuidia in minimis calumniã aduersus quẽ agitur. Quid enĩ habebit delicti aut criminis mãducans illota manu? Ad seipsum horror illius lotionis erat. Et si forte ad cõmensalem: plus erat tolerare aliquãdo infirmũ membro diminutũ/ ⁊ quod ꝑampliꝰ morib⁹ spurcũ/ ꝙ manibus illotum. Non enĩ lauant manus cũ panẽ manducãt: quoniã iam translati erant ad christum a cerimonijs iudeorũ: qui nõ exteriora/ sed interiora docuit baptizare. Indicio erat sane sapientibus ꝙ celestis magister celestisꝙ doctrina: ⁊ ꝙ in illa iam discipuli facti erãt/ subinferẽtes omnẽ corporis curã carnisꝙ nitorem. Contemplandũ est multo mentis intuitu in ꝓcessu huius almi regis: cũ quibus cõmilitonibus quibusꝙ familijs graditur: ineptis ad humana/ et nulla mũdialitate fulgẽtibus/ sed regno dei aptis. Sed iste sua doctrina ineptos ad ista ꝑ illis aptos effecerat: Quis etiaȝ tales elegerit: vt ab ipsis primorib⁹ rudimẽtis rusticitatẽ potius ꝙ facetiam redolerent: ad struendã hanc fideȝ: vt omne quod agebat/ crederetur apolum/ nõ humanũ. Jesus attamen summ⁹ apologeticus nõ respondet male quesitis/ sed per inexcusabilem culpã recompingit querentes. **Ipse autẽ respondẽs/ ait illis: Quare et vos trãsgredimini mandatũ dei propter traditionẽ vestram?** Sunt traditiones ⁊ mandata hominũ que diuinis congruũt ⁊ conferũt/ vt seruent: ⁊ hec tenẽda sunt. Sed sunt que nec conferũt/ nec auertunt. Horũ nec in obseruatione premissi/ nec in preuaricatione demeritũ in conspectu summi iudicis omnia iudicio infallibili decernẽtis: nisi ab instituentib⁹ ex authoritate pro ꝑuaricatione pena realis seu ꝑsonalis esset apposita. Sunt que obseruata infringunt diuina: virtutemꝙ depellunt. Hec sub quacũꝙ interminatione penarũ/ etiã mortis seruãda nõ sunt: ⁊ statuentes ꝯtẽnendi/ reprehẽdendiꝙ factores. Itaꝙ iesus arguit phariseos: Que sunt studiosius obseruanda ꝓcepta: diuina an humana? Liquet quia diuina. Uos igitur impingitis in discipulos meos transgredientes traditiones seniorũ: que absꝙ culpa trãsgredi possunt: ⁊ nõ confundimini penitẽtes ꝙ ꝓpter istas traditiones diuina mandata contẽnitis: que preter dei offensam nulla possunt ratione contẽni. Ordinauerunt propter auariciam ⁊ cupiditatẽ: ꝙ filij iuxta preceptũ domini nõ honorarẽt parentes: eo videlicet honore quo subueniendum est eis: cũ necessitas adest ⁊ viget inopia: quod quidem ordinauerãt sub falsa specie pietatis: vt a parẽtibus subtracta necessaria munera deferẽtur in templũ/ in vsum philargyrum sacerdotũ. [**Nã deus dixit et moyses: Honora patrẽ** tuum ⁊ matrẽ tuaȝ. Et qui maledixerit patri vel matri/ morte moriatur. Uos autẽ dicitis: Quicũꝙ dixerit patri vel matri: munus seu corban quod est donũ quodcũꝙ est ex me tibi ꝓderit: ⁊ vltra non dimittitis quicꝙ facere patri suo aut matri/ recidẽtes verbũ dei ꝓpter traditionẽ vestram quã tradidistis: ⁊ similia huiusmodi multa facitis.] Exo.20. Deu.5. Introducit iesus disceptãdo explicitum a deo ⁊ a moyse ꝓceptum: vt culpa pateat ex contẽptu. Erat in lege dei ꝓceptum ꝙ parentes honorarent a filijs omni honore: quem filij sm honestatẽ possent exhibere parẽtibus. Sed traditio humana cupida ⁊ auara id egerat: vt in honore debito a filijs fallerẽtur: ⁊ si nulla expositio adderetur in litera ꝙ sic erat: sufficit patrona sententia saluatoris: qua colligitur ꝙ traditionibus hominũ dei ꝓceptum venerat in contemptũ. Sed nec insistendũ textui literali: quoniã aperiendo singula multa explicatio sequeretur. Sed ex accepta rei sententia vtraꝙ veritas pateat: litere videlicet ⁊ rei geste ⁊ perperã ordinate: ꝙ filij quicquid poterant accipere atꝙ subtrahere parentibus: necnõ lucrum ꝓprium partum labore manuũ/ seu quocũꝙ studio: nõ daretur in subuentione parentũ: sed deferret in corbonã templi: de qua scriptum alibi est de precio relato per iudam. Non licet eos mittere in corbonan: quia ꝓcium sanguinis est. Mat.27. Erat autẽ corbona vbi ponebat in tẽplo pecunia sacerdotũ. Sed ex tali traditione nõ cõfundebant: ꝙ mittebatur quasi furtũ quod de lege nature de iure legis moysaice a deo date/ a filijs ꝑ subuentione parentibus debebat: ⁊ rescindebatur ꝓceptum quod erat de honore parentũ. Et multa contẽ-

nendo diuina mandata faciebant/que saluator
ptulit: sed eos ad cõsyderationẽ remisit intror-
sum. Exinde sequit: Hypocrite bene pro-
Esa.29. phetauit de vobis esaias/dicẽs. Po
pulus hic labijs me honorat: cor aũt
eorũ longe est a me. Ad confutationẽ iu-
deorum et eorum reuerberandã calumniã/ priscorum
testimonijs vtitur pphetarũ: non q eorum sit ma-
ior aut equalis in docẽdo authoritas: sed quia
iudei prophetis preteritis credere fatebantur: sed
non christo/quẽ persequebant vt nequã. Et pre-
sertim pfert saluator testimoniũ esaie: qui aper
te pdixit maliciam iudeorum: que in hypocrisi ma
xime fundabatur: sed que interioribus derelictis
tantũ exteriora coli: nihil veritati afferens/sed
vanitati: existere negligentes solũ apparere fe-
stinant. Profitetur labijs quod est rationis atque
virtutis: cor vero e regione consistit: et quod ex
ecrandũ peramplius/longinquã a virtute in-
colit regionem. Erat hoc vitium iudeorum: est ho-
die peruersorum fidelium: qui christũ tantũ labijs
confitentur: cor aũt eorum a christo recedit: male
vadens in peregre: nõ motu corporeo/sed irre-
gulato affectu: in remotã a deo per vias non bo
nas patriã vitiorum: immo sic concito gradu per
git: quousque in obliuionẽ dei veniatur: qua nul-
la regio remotior est a deo. Sed ait propheta:
Ps.49. Intelligite qui obliuiscimini deum: ne quãdo ra-
piat et non sit qui eripiat. De corde longe facto
deus cõqueritur: et cor maxime custodire iubet:
cor exquirit: cor informat et instruit: cor iubet ex
coli/minaturque sibi. Arguit cor hoim tanq fon
tale malũ: vbi nequicia et omnis malicia incipit
Ps.4. et desunt/inquiẽs per pphetas: Filij hominũ vs
Ps.77. quequo graui corde? Et iterũ: Cor autẽ eorum nõ
Hiere.7. erat rectum cum eo. Et hieremias dicit: Abie-
Hiere.18. erunt in prauitate cordis sui. Et alibi: Ecce
vnusquisque ambulat post prauitatẽ cordis sui
Prouer.4. mali. Et a custodia obseruari pcepit. Omni cu-
stodia serua cor tuũ: qm ex ipso vita pcedit. Et
Prouer.23. querit ipsum p ceteris que in homine sunt. Fi-
Eccli.2. li prebe mihi cor tuum. Instruit: Deprime cor
Esa.46. tuum et sustine. Nil tam excolendũ iubet. Redi
te preuaricatores ad cor. Eidem fit seua/sed iu-
Eccli.2. sta cõminatio scripturarum: Ve dissolutis corde.
Prouer.17. Et qui peruersi est cordis/nõ inueniet bonum.
Sed hec est peruersitas peruersitatũ/cum se elon
gant a deo: sed vanitas est atque penitus euane-
scit/labijs honorare deum: et ab ipso prodire in
longũ. Unde sequitur: Inuanũ me colunt
docẽtes doctrinas et precepta homi
nũ. Derelinquẽtes enĩ mandata dei
tenetis traditiones hominũ: baptis-
mata calicũ et vrceorũ: et alia his si-
milia facitis multa. Non habet frugẽ bo-
ni operis dei cultus in verbo aut opere simula
to: si hominũ doctrina porrigit et tenetur: et mã
datum dei relinquitur/ quod refragari nequit.
Mandatũ quippe hominũ cordi fieri non po-
test: ad exteriora hominum fit: sed intuitu vario.
Dei vero mandatũ cor primo suis calcaribus vr-
git: suisque loris habenat: et sua scopa tergit: tradi
tio quidẽ hominũ vasa baptizat a fece. Et cõ-
uocatis ad se turbis/dixit eis: Audi-
te et intelligite. Nõ quod intrat in os
coinquinat hominẽ: sed quod proce-
dit ex ore hoc coinquinat hoiem. Si
quis habet aures audiendi/ audiat.
Cauet prouidus doctor ne simpliciores ab astu-
tis fallantur: et ne suscipiãt falsa pro veris. Hoc
enim precipuum habeat qui preest in doctrina: vt
suo studio satagat: ne minus capaces pro veris
falsa suscipiant: ne aliquo fallant errore: ne sub
specie pietatis impie agãt: ne virus animas ne-
cet peruersorum dogmatũ. Prestruit hoc saluator
cũ turbas premonet/ne innitentes exteriori mũ
dicie intus sordidi fiant: cũ exteriora et corpora
lia/interiora et spũalia maculare non possint.
Immaculabilis est enim omnis anima ab omni
alio corporali seu spũali/ preterq a seipsa. Uerum
quia verbũ non videbatur vsquequaque plebeium:
ad intellectualẽ consyderationẽ iesus prouocat
auditores. Si quis habet aures audiendi/au-
diat: videlicet vt intelligat et caueat. Frustra est
auditus verborum/si non sequitur intellectus. Ad
nihilũ valet verborũ intelligentia/ si cautionẽ et
phibitionẽ aut actionẽ insinuat: si tradunt̃ur
neglectui. Actiuũ esse debet ad vtrãque partem:
quod tanto studio audiendi edicit.

¶ De scandalo exorto sup eo quod iesus phariseis et scribis veritatẽ dixerat: q populus hic labijs me honorat: secudũ Mattheum et marcum. Capitulum XXII

Quorũ cor elongatũ est a deo/ et a veri-
tate seiunctũ est: et velut emuli eius scã-
dalizant in illa: cũ ediderit veregens
quod sub vmbra velabat. Et quoniã ex verbo
saluatoris scãdalizati sunt pharisei: discipuli ve
lut pauidi aut ignari quare iesus scandalizaue-
rit/seu p cautela dominũ et magistrũ adierunt.
Tunc accedẽtes discipuli eius dixe- Mat.15.
runt ei: Scis/q pharisei audito hoc Mar.7.
verbo scandalizati sunt. Accedunt disci
puli ad magistrũ: vt dicãt aut enũcient que sen-
tiunt inter eos vulgari. At ille respondẽs
ait: Omnis plantatio quã non plan
tauit pater meus celestis/eradicabi-
tur. Mirũ dictũ et expositione indigẽs. Nihil
enim est quod pater nõ plãtauerit. Plantauit pa-
radisum voluptatis a principio: et hoies posuit
in eo: et pctm ibi est et delictũ. Plantauit vineã Esa.5.
istam/videlicet synagogã: quã transtulit de egy
pto in hierusalẽ: et ipsa reproba facta est. Omnia
deus pater fecit: et valde bona fecit: et nihil est
quod ipse nõ plantauerit. Quid igit est aut quo
sensu dicitur q sit/aut possit esse plãtatio quam
non plantauerat pater: et ppterea prope in era-
dicatione futura. Ex superioribus pendet gratia
verbi: vt plãtatio nõ a patre sit illa humana tra
ditio contra mandatũ dei: et illa vita hypocrita
lis qua deus pater solis verbis ex ore colit: cor

vero talibus nō est rectum cū eo: nec fideles inveniunt in testamento sancto eius: ita quod sive in doctrina/in traditione dicit/in vita et moribus agit: si a patre a quo cuncta bona proveniunt/nō incitur: aut ei quomodolibet adversum extiterit eradicabitur. Liquidum enim est non esse patris plantationē si quid ab hoībus traditū est in sui prevaricationē mandati: nec hypocritarū congregationē esse a deo: quia ipsorū congregatio sterilis: et qui veritatis colūt imaginē/nō ipsam diligunt animo aut sequūtur moribus veritatem: que oībus pferenda: quā deus in oībus diligit: et ipsam pcipue ab hoībus querit. Sic enim scriptū est: Quoniā veritatē requirit dns: et retribuet habūdanter facientibus superbiā. Si requirit veritatē/punit supbiam: que in hypocrisi eidem adversatur. Sed nec magnopendendū/ immo nihilopendendū est scandalū perversorum: si ex iusta reprehensione scandalizant. Etenim adijciunt peccata peccatis: ut ea sint adiecta peccata que nolunt corrigi/que male acta tueantur/que excusent. Sed peius quidē nolle corrigi/que prima fovea peccatorum: a qua nemo nisi corrigi velit/eruitur. Perversi autē difficile corrigūtur. Deleti quidē sunt sive nō scripti in libro vite/qui de veritate scandalum sumūt: qui sermonibus nō acquiescūt: qui correptioni rebelles existūt. Nec relinquenda doctrina verorū atque virtutum pro scandalo perversorum: maxime cum fuerit publica/nō privata: ad plures/non ad unum edita: ad totam concionē/non ad singularem. Proinde sequit: Sinite illos: ceci sunt et duces cecorū. Permittite illos scandalizari/ait dominus: quoniā a mētis cecitate detinent: nolētes respirare in veritatis lucem. Scandalū est oculis maculatis lux: sed nec obtegenda pro pter eos: nec propter perversos veritas obmittēda. Ceci sunt/cecum habent sequētem cetum: duces ceci in pceps vadunt: precipitio adijciuntque sequentes. Sed si ceci/quō duces? Si duces/quō ceci? Si populus cecus/quō sequit? Si sequitur/quō cecus existit? Ex voluntaria ignorantia cecitas ducū erat: plebeiorū vero ex ducibus creditis sapientibus atque vidētibus causabat. Sed illorum infelicior/ istorum culpa levior erat: semp quidē divina iusticia decernente: que culpa gravior eorum qui peccant malo pcognitoque proposito: et ignoranti ā possident pertinacē: quā festine possunt depellere: que eorum qui delinquūt doctrina seu exemplo maiorū: et ipsorum studio ab ignorantia sunt detenti. Sed quibus culpa gravior/acerbior pena erit. Verūtamen huiuscemodi ducatus sine utriusque partis pena nō agitur: quoniā cecus aūt si ceco ducatū prestet: ambo in foveā cadūt. In foveā/scz culparū atque penarum: quia iusto dei iudicio fit: ut unusquisque cadat foveā quā facit. Ille mali ducatus/iste sequele perverse: sed illius magna/istius aratiūcula erit. Maior culpa ducis devij in pcipitijs que sequētis: sic et pena profundior: et illius mitior erit multatio.

¶ Determinatio iesu in ista disceptatiōe/ quid sit et quid nō quod habet homines maculare: ad interrogationē discipulorū in responsione data: secundū Mattheum et Marcum.

Capitulum XXIII

Tarditas intellectus in his que dicebātur/ipsos discipulos detinebat: ut non intelligerent quod a christo pharīseis et scribis atque plebeis ceteris dicebat. Et arguenda est tarditas intelligēdi/cū crepitat doctor. Futura tamen cito intelligentia est quod cū nescit erubescētia interrogare nō prohibet: et amor sciendi/interrogādi pstat audaciā. His itaque auditis [Cū iesus introisset ī domū a turba/interrogabāt eū discipuli eius parabolam. Et aliter. Rñdēs autē petrus/dixit ei: Edissere nobis parabolā istam. At ille dixit: Adhuc vos sic imprudētes et sine intellectu estis? Non intelligitis/quia omne extrinsecus introiens in hominē/ non potest eū coinquinare: quia nō introit in cor eius/sed in ventrē evadit? et in secessum emittit purgās omnes escas?] Seorsum a turba discibilius est interrogare magistrum: ne turba turbans inquietet unā et reliquā partem. Et licet mēti et ori christi nulla possent impedimenta pvenire: tamē discipuli poterāt impediri. Aptius nobis astructū est: ut a turbis semoti cum deo patre/cum iesu filio eius nostra negocia expediamus: sive querēdo scientiā/sive postulando virtutē aut expediens. Arguit christus imprudentiam insistentem et carentiā intellectus: quoniā que dicebantur/erāt omni ratio nabiliter sapienti perspicua: nec in cunctationē vertenda: ex eo quidem quod ab extra ingrediens corpus/nō maculat animā: que habet existere preter corpus: quamvis cū creatur/infundatur in corpus. Et macula criminosa nō est ex corpore fedo/sed ex anima feda: que non fedat escis/sed vitijs voluntarijs. Non enim substantia incorporea corporeis substantijs attingitur: ut fedetur aut emūdetur: quamvis lavetur baptismo/ nō ipsam sed corpus attingēte: et depravata patiatur per divinā iusticiam a corporeo igne. Sicut corpus non habet ipressionē ab aliquo existente nō corpore solido sive diaphano: et capax non est sciētie sive virtutis: sic spiritualis substantia receptaculū non est escarum corporearū turpantiū aut eorum que a corporalibus possent mūdare cōtagijs/aut aliquid inferre sensibilis ornamenti; Corpus ptactu sive sensu se habet ad alia corpora: minime autē eodē modo ad ea que omnino spiritualia sunt. Nam et lux et ventus cū quodāmodo spūs dicatur: spiritus vero non sunt: etenim quid corporeū habent. Spiritus vero neque ad corpus/neque in aliqd in natura sui simile sensu coniungitur. Non enim anima corpus sentit/sed cognoscit: corpus vero animā non sentit/ sed per eam corporalia sentit: neque per eā cognoscit: sed eo anima utitur ad cognoscendū: velut instrumento inclusa in ipso: separata quidē cognitionem ampliorē habebit suo a deo indito modo/

Ps. 10. (margin) · Acts. 1. (margin) · Mat. 15. · Mar. 7. (margin)

nõ corporali vitio. Ac per hoc sicut diuersa sunt nec eiusdẽ nature corpus et spiritus: sic diuersa sunt que vtrũq3 mundant siue deturpant. Curatio quidem corporis qualiscunq3 sit / non ꝑtinet ad virtutem: neq3 vitium habet: nisi cũ rationalis virtus ad illam cũ dei lege aut preter dei legem accesserit. Interiora hominis spiritualia colenda sunt ꝛ ornãda spiritualibus ornamentis: ꝛ hisdẽ ornamentis fulcienda: exteriora quidem solum necessitate: nõ voluptate / sed vanitate colenda sunt. Sed nedum illorũ coinquinat immo nec sumptio quorũcunq3 ciborũ hominẽ maculat. Nec obstat quorundã aialiu3 ad esum ꝓhibitio facta in veteri testamẽto / in figura futurorũ: cum facta nõ sit velut de re mala que maculare sumentem hominẽ posset: sicut nec arbor scientie boni ꝛ mali / tanq̃ mala ꝓhibita est: sed vt hominis ad deũ quedã obedientia conseruaretur. Omnia quidẽ creata sunt: ꝛ omnia entia bonitatẽ possident naturarũ. Scriptum est enĩ:
Eccli. 39. Opera domini vniuersa bona valde. Et ibidẽ: Bona bonis creatata sunt ab initio. Quonia3 apostolus arguens quorundã errorem de abstinentia ciborum velut de re mala: cõtradicit / di-
1. Timo. 4. cens: Omnis creatura dei bona: ꝛ nihil abijciendũ quod cum gratiarũactione accipitur: sanctificatur enĩ per verbũ dei ꝛ orationem. Et ad
ad Titũ. 1. Titum: Omnia mũda mũdis: coinquinatis aũt ꝛ infidelib9 nihil est mundũ: sed inquinate sunt eorum mentes ꝛ conscientie. Non ergo aliquid extra positũ siue sumptũ potest hominẽ coinquinare: cũ non ingrediatur ad cor / sc3 ad substantiam anime spiritualẽ: sed in ventrem corporeũ corporalis cib9 ingreditur: ꝛ ad secessum digestus aut ingestus traijcitur: ꝛ purgatio fit escarum virtute nature: quarũ alique cõuertũtur in substantiã corporis: eijciuntur quedã iure digestionis. Sed maculã ingerunt homini criminosam ea que de corde male deliberante ꝓcedũt: sic enĩ saluator hãc sententiã terminat. [Que procedunt de ore / de corde exeunt: et ea coinquinant homines. De corde enim exeunt cogitationes male / homicidia / adulteria / fornicationes / furta / falsa testimonia / auaricia / nequicie / dolus / impudicitia / oculus malus / blasphemia / superbia / stulticia. Omnia hec mala abintus ꝓcedunt: et hec sunt que coinquinãt hominem. Non lotis autẽ manibus manducare / nõ coinquinat hominẽ.] Ecce saluatoris sentẽtia irrefragabilis super his que possunt hominem maculare: que de corde ꝓcedũt in actum. Nam in corde fit electio dicendorũ ꝛ agendorũ / bonorum siue malorũ. In corde deliberatio / cur / quãdo / quomodo procedat in opus. Q3 si in corde prius ista nõ fierent: nec bonũ opus ꝓmium / nec malũ supplicium sequeretur. At vbi per perperam in corde inuisibiliter sancitũ est: egressio ad actiões maculas habet: vnde coinquinatur homo culpabilis factus coram deo detestante huiuscemodi actiones: ꝛ sua lege probibente ne ꝑ electionem fiant. Non quide3 incuria corporis quã nihilo deus pendit / homini inquinationem apponit: quoniã e regione christus ad sequelam suam squalidã ꝛ incultam asperãq3 celestium appetitores inuitat. Et orthodoxa ecclesia fidelisq3 anima non sic a sponso se factam in exterioribus cognoscit incultã: gaudens in interioribus pulchritudinẽ virtutum habere: sicut in epithalamitis legit: Nigra sum / sed formosa filie hie- Canti. 1
rusalem: sicut tabernacula cedar / sicut pelles salomonis. Nigredinẽ atq3 corporis incuriã exterius se fatetur habere: sed formositatẽ interius
Et psalmista cõsonat: Omnis gloria eius filie Ps. 44.
regis ab intus in fimbrijs aureis. Verũ quia deus tales querit: omnes a sinistra consyderatiõe auertit: non culpam esse incuriã exteriorem: neq3
imitendũ illi. Nolite consyderare q fusca sim: Canti. 1.
quia decolorauit me sol. Si sol iusticie decolorat: si non iubet / magis autẽ reprehendit exteriorem corporis curã: quid est q illa obmisisse ascribi posset ad culpa3? Unde ex hoc turpitudo in natura: vnde macula in persona: vnde coinquinatio in rationabili creatura? Sepe sordes exteriores testimoniũ sunt virtutis: ꝛ nõ curata cutis arguit honestatẽ: ꝛ sine nota criminis impertinens nõ agitur cultus carnis. Non est ista virtuosa religio: sed religio munda ꝛ immacula- Jaco. 1.
ta apud deũ ꝛ patrem hec est / immaculatũ se custodire ab hoc seculo. Quoniã qui ingredit si- Ps. 14.
ne macula / habitabit in mõte sancto ei9. Sunt autẽ ista que maculant / a quib9 cauere iubemur: Cogitatio mala / ꝛ cetera que sequũtur.
Ista alibi sunt dissertata in libro contra vitia.

¶ Hic sequeret disceptatio de dimittẽda vxore: sed quia supra libro decimo de sermone domini in mõte / capitulo vicesimo / disseruisse me recolo: ideo eam in hoc loco causa breuitatis pretermitto.

¶ De ambulatione iesu in galileam: in qua deuitabat seuitiam iudeorũ: secundũ Joannem solum.

Capitulum XXIIII

Non ascribitur ignauie neq3 timori q iesus iudeos eũ querentes interficere deuitabat: qm̃ nondum venerat hora mortis eius: quã nõ necessitate / sed sola voluntate venerat tolerare. Nihil quod gessit in forma serui / forme dei dñi derogauit. Fugiens ꝛ assistens / patiẽs penas et incolumis existens / viuens et moriẽs deus ꝛ homo erat. Cõsulit aũt posteris cũ aliquãdo improbos necarios declinauit: vt nõ ad mẽbrorũ ascriberetur infamiã ex discretione aut ex timore facta declinatio a peruersis / si precessisset in capite. Sic enim scriptum est: [Ambulabat iesus in Joan. 7.
galileam. Non enim volebat in iudeam ambulare: quia querebant eum iudei interficere.] Preter quod situs regionum quorum alter in montibus / alter in planicie tendebatur: et ꝑter id quod nominũ interpretatio intellectib9 pos-

set offerre: et pter id quod allegoricũ habet: et pter rerũ sic gestarũ ipe gestus: iesus in aiab⁹ intelligentiũ multa fouet ad imitationẽ actiuã. Noluit iesus occasionẽ sicariacis offerre/ auertit potius. Igitur absq; peccato nõ agit prepa rare viã: vt iuste siue iniuste irat⁹ efficiat quod ira deliberat/ etiã si decretũ ire nõ posset efficere: nec ad ampliorẽ irã puocād⁹ est hostis/ q̃ ex visu exosi ampli⁹ furit. Ergo si qs alteri⁹ patitur irã/ odiũ/ inuidiã: semp eius deuitabit aspectũ relinquet ex hoc patriã aut pprium incolatũ: abibit semp in peregre a ppria mansione: dimittet suos quibus tenet iure nature: amicũq; vt fugiat inimicũ: omnẽ cognationẽ/ vt deuitet hostẽ: nõ timore tm̃ ne in eũ preualeat/ sed ne amplius furiat: sicut Christus qui nõ timore/ sed discretione cessit ad horã. Faciet quisq; in tali constitut⁹ articulo quod nũq; fecisset p christo: q̃ et pro christo factũ posset intelligi: si quis fugiens nõ sibi timens ne posset superari: sed veritus ne hostis culpabiliter deterius possit irasci. Opus est hunc disterminare sermonem. A

Mat.10. mundo abdicati pro eis dictũ accipiãt: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate/ fugite in aliã.

2.Co.8. Seculo copulati dictũ apostoli teneant: Prouidentes bona nõ tm̃ coram deo/ sed etiã corã

Ro.12. omnibus hominib⁹. Si fieri potest quod in vobis est/ cũ omnib⁹ hominib⁹ pacẽ habẽtes. Nõ vosmetipsos defendẽtes: sed date locũ ire: non illũ locum quo quis cedat e patria: sed nõ respõdeat verbũ malũ verbo malo/ neq; maledictum maledicto: neq; manum iniiciat. neq; paret aduersum/ sed destruat si paratũ agnouerit. Sed si expedit/ semper se inculpata tutela tueatur.

Ro.12. Ideo in Aplo sequitur: Scriptum est: Mi vindictã & ego retribuã dicit dñs. Si dñs dicit: maledictus ergo qui contradicit/ aut e regione facit. Et quod sequitur: Noli vinci a malo/ sed vince in bono malũ. Alia quidem in hac declinatione Jesu offertur nobis norma vitãdi: vt in cõuersatione deuitemus eos qui malo proposito semper sunt: et sibiipsis sapientes videntur: conuersationi humiliũ attendentes: et eorũ qui deprauata mente nõ sunt. Nunq; eñ legimus iesum habuisse in galilea contradicti-

2.Tim.4. onẽ/ sicut in iudea sustinuit. Et q̃uis sm̃ Apostolũ instandũ sit predicationi opportune & importune/ p loco/ psonis & tpe: alia sententia nõ

Eccl.32. infringitur: vbi nõ est auditus/ nõ effundas sermonẽ: sed illis effundendus qui mente pertinaci nõ contradicunt: etiã si ex hebete intellectu ilico nõ assentiunt. Plebeiorũ eñ turba in galilea sequebatur et audiebat iesum: quem in iudea persequebat impia crudelitas phariseorũ/ pontificũ/ sacerdotũ atq; scribarũ. Et nec spe incerta: vt conuertatur inimicus/ deserẽdus est amicus cõuersus: aut qui libenter audit de proximo puertendus. Nemo igitur aduersus christum causam querele querat in morib⁹ & sermonibus eius: summã pudentiã et dispensationẽ opportunã in omnibus tenuit: vt merito iudicetur/ qui nõ reprehensibile reprehendit.

De disceptatiõe habita inter iesũ et fratres ei⁹ nõ credẽtes in eũ de sua manifestatione fienda in festo: secundum Joannẽ solum. Ca. XXV

Incredulitas bonitatis tẽdit ad aliã ptẽ reddit p ipsa sermonẽ. Odiũ interdũ si nõ aliter nocet/ pdimẽta parat. Libido hũane laudis q̃rit vnde se iactet: & vt habeat loquitur verba ventosa. Ex oĩbus aut ex parte facta sunt ad iesum verba sequentia. Nã dũ iesus declinãs iudeos/ in galileã ambularet: [erat autem in proximo dies festus iudeorũ scenope-

Joan.7. gia.] Festum ex mãdato et ordinatione celebrant iudei tabernaculorũ illoꝶ que predecessores pñes ab egressu de egypto sub ducatu moysi posuerãt in deserto: vt rememorarent eorum que pro eis deus ostenderat. Ad quã festiuitatẽ iesum fratres eius suggerebãt ascendere. [Dixerunt aũt ad eum fratres eius: Transi hinc et vade in iudeam/ vt & discipuli tui videãt opa tua q̃ tu facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit/ et q̃rit ipse in palã esse. Si hec facis/ manifesta teip sum mũdo. Neq; eñ fratres ei⁹ credebãt in eũ.] Humane de christo sapiebãt/ imo cũ vitio: dũ eũ fratres eius ad festũ/ vbi multitudo cõuenerat/ ppellebãt q̃si esset laudis appetitor. Sed ideo cũ vitio: q2 nõ est etiã bñ instituti hoĩs humanã gloriã q̃rere: necnõ et suũ ius proprii virtus pdit/ si glorie seruit humane: q̃ versa uice deberet ipsa seruire virtuti. Submittebant hi christo improbã causam. Si q̃ris palam fieri cur oparis tã magna in occulto? Velut q̃da3 occultatio erãt in galilea morari efficiẽdo miracula cõpatione ad hierlm̃: vbi erat multitudo cunctũ aduentantiũ frequẽter/ & peritia sacerdotũ & scribarum/ et celsitudo põtificũ. Faciebat & fecerat miracula iesus in galilea: quib⁹ cõspectis ad talem suasionẽ faciendã sunt ipsi pmoti: sed hoc agebat incredulitas: q̃m hi fratres non credebant in eũ: non illi q̃ iam in apostolatũ & discipulatũ assumpti erant: sed alij de sua carnali cognatione. Nec vterini/ vt quidã heretici dicere presumpserũt: condẽnantes virginẽ matrẽ: que ante partũ/ et post partũ vnigeniti virgo mansit. Sed hoc mirandũ inter cetera gesta filij dei q̃ ex carnali matre passus est habere cognationem carnalem: quanq; in aliquem cognatũ non ferretur amore carnis/ sed amore virtutis. An forte odium in eum exagitabat eos/ vt cito moreretur: cum ad eos familiaritate nõ fieret/ neq; amore precipuo: vt inter cognatos iure propinquitatis exigitur: sciẽtes q̃ eum ad necem querebat inuidia iudeorum. Et ipsi iam inuidere ceperant alijs fratribus qui ad christum transierant: ad cuius discipulatum potuissent et ipsi transire/ si incredulitas obicem non fecisset. Et forsassis saluatoris gloriam ex prodigijs acquirere preoptabant. Sed nequaq; est iniustis petitionibus annuendum: neq; impertinentib⁹ suasionib⁹ prestãdus assensus. Et constantẽ opor-

tet esse ad blandimenta verborũ eum qui virtutis querit aut habet ornatũ: ne effluat aut remaneat ab honesto. Hinc iesus virtutũ et morũ forma respõdet. [Dicit ergo eis iesus: Tẽpus meũ nondũ aduenit: tẽpus autẽ vestrũ semper est paratũ.] Nondũ erat tẽpus mortis cũ moriturus esset: que sibi preterq̃ ad velle dñari nõ poterat: neq̃ glorie tẽpus ꝑ resurrectiõe/ ꝑ ascẽsione/ pro iudicio extremo futuro. Et cum ipse tp̃is esset dñs/ temporis successionibus voluit subiacere: vt ordo seruaret in agendis pro tp̃e: qm̃ in tẽpore homo est factus ex matre: et si nõ q: deus/ tñ q: homo vicissitudinẽ temporum habuit: et nihil egit tẽporaliter/ nisi prout ab
Eccle.3. eterno extitit diffinitũ. Et qm̃ omnia tẽpus habent: et suis spacijs transeũt vniuersa sub sole ipse vero sub sole factus solis creator/ se spacijs tẽporũ mẽsurauit. Et per tẽp9 etiã est qsiq̃ differentia bonorũ atq̃ malorũ: vt boni futurũ expectẽt/ velintq̃ in illo florere: mali p̃sens/ i quo exultare desyderãt. Floridũ tẽpus semp ad desyderia secularia: in tp̃e tribulationis q̃ est iustus
Esa.33 exultat. Sicq̃ deprecatur preferens quod expecat: Dñe miserere nostri: te eñ expectauimus esto brachiũ nostrũ in mane: et sal9 nostra i tp̃e
Tobie.3. tribulationis. Et Tobias dicit: Cũ iratus fueris/ misericordiã facis: et in tempore tribulationis peccata dimittis. Et Hester in tp̃e tribula
Hester.14. tionis orabat fidenter dicẽs: Memẽto dñe: et ostẽde te nobis in tp̃e tribulationis nostre. Ad improbationẽ etiã malorũ hoim/ qui tẽpus ad virtutẽ nõ ordinãt: neq̃ agũt actiones rationabilibus cõpetentes: obijcit obseruãtia tẽporũ
Hiere.8. irrationabiliũ. Miluus in celo cognouit tempus suũ: turtur/ hirundo et ciconia cognouit tẽpus aduẽt9 sui: ppl's autẽ me9 nõ cognouit iudiciũ dñi. Aduertendũ ergo q̃ cõditor tp̃is etern9 est: nõ eñ preterq̃ ab eterno autore potuissent tp̃a condi: et ipse se contraxit ad tẽpus/ vt tẽpore mensuraret cuz actionibus suis ad rationabile creatũ se coaptãs quod assumpsit: quod agebat et agit cũ tempore. Preterq̃ cum tp̃e nihil agere potest i vtraq̃ substãtia: nec precipere id ratus: ne videretur totus vehemẽs: quod solũ spectat ad spiritũ/ nõ corpus inglorioũ: q̃q̃ et ipse haberet ex vtero gloriosũ: attñ nec dux preceps erat: et mora ostendebat in actiõe prudentiã. Sed vnum est tempus oim creatorum: nec discontinuatur tempus: aut aliquã intercapedinẽ habet. Semper quidẽ fluit velut modicus amnis/ quousq̃ ingrediaf in magnũ eternitatis amnẽ. Et quod nõ est/ nõ habet temp9. Cũ vero esse ceperit/ est in tẽpore: nõ in alio q̃ quod creatũ est a principio: nõ eñ denuo tempora deus creat. Sed quid est tempus meũ et tẽpus vestrũ: cum vnũ sit tempus? Neq̃ hic est illa diuisio tẽporũ per quattuor qualitates: vernalem/ estiualem/ autumnalẽ/ hyemalẽ: neq̃ illa qua tempus diuiditur in etates/ etas in secula/ seculũ in lustra/ lustrum in annos/ annus in menses/ mensis in hebdomadas/ hebdomada in dies/ dies in horas/ hora in gradus/ gradus in minutias/ et deinceps: Nec illa que disponit ꝑ etates hominũ quousq̃ moriantur: sed pro referenda ſm nunc et tunc id dixerim. Quod fiendũ est per me in conquestu magne glorie/ non isto nunc: qm̃ tempus mihi nõ dominaf: sed cũ faciaz/ tunc tẽpus erit: nõ cum erit/ ego faciam. Erat eñ in tempore christus hõ. Ad rem vero vestrã agendã semp tempus paratũ habetis: quia nõ tempus vobis/ sed vos tempori subiacetis: vt nõ quando facitis/ tunc tẽpus sit: sed cũ tempus datũ habetis/ operamini que vultis Iterũ de non acquiescendo consilijs friuolis/ odij aliam causam apposuit dicens: [Nõ potest vos odisse mundus: me autem odit: q: testimoniũ perhibeo de illo/ q: opera eius mala sunt.] Nõ erat Jesu et illorũ fratrũ vna conditio/ neq̃ cũ mundo vna conuẽtio: qm̃ illi mundũ diligẽtes/ diligebãtur a mundo neq̃ mundus suos amatores odio insectabat: amicitia eñ mutua tenebantur. De hominib9 rationabilibus sermo: nõ de eo quod sensu et ratione caret: quod capax amoris et odij esse nõ potest. Jesus autem iam in mundanorum odio factus erat: testificans vita/ verbo q̃ erant eorum opa mala. Quod si christi vita mos atq̃ doctrina in subtilẽ contẽplationẽ veniũt: quod est sanctũ agit in semetipso: et cõminaf triste et repromittit celeste: quod est honestũ amoris et moris dogmatizat. Et hoc maxime palã egit et docuit: sc3 testimonia contra mundum. Quid eñ aliud est testificari aduersus mundum: nisi fugere pompam eius/ et per omnia e regione incedere atq̃ loqui? Renuit et fugit regem fieri: Joan.6.
testificans in iudicio presidis q̃ regnum suum Joan.19.
non erat de hoc mundo. Et nihil appetere de amenitatibus eius: nam et filius hominis nõ habet vbi caput suum reclinet. Mundus diuitias querit: ipse cum esset diues/ pro nobis egen9 est factus. Mundus cognationẽ diligit: et ipsum sanctum odiũ indixit fieri inter charos. Seipsum omnis homo amat: ipse animã odire mãdauit. Penam refugit sensus tener: ipse crucem portare suis sequacibus statuit. Amat oblectari hominis caro/ et sensuum delectabilia obiecta sine lege percipere: ipse castitatẽ apposuit/ et omnem vsum legibus regulauit. Tandem vt mundus in omnibus hominib9 crucifixus esset: vitam finiuit: mortẽ tolerauit per crucẽ. Et vt nemini vlla repẽdẽdi malũ ꝑ malo esset audacia/ sed ecõtrario benedicẽdi: cum malediceret/ nõ maledicebat: cũ pateret/ non cõminabaf: et pro persecutorib9 exorauit. Non testificaf iesus aduersus mundum velut natura malum: cum non sit aduersus opera mala: cum etiam peccata hominum reprehendit: nec abstinuit se/ nec abstinere mandauit/ velut a re mala: cum esset bon9 natura: s3 cõpositione potioris eterni et incõmutabilis/ bona minora volũt mãdauitq̃ contẽni. Ut responsio male suggerentib9 sic eluceat/ ita seriatur. Si suadetis me hierosolymam in festi

no tempore ascendere pro gloria capessenda: non quero illam ab hoste/nec vt hostis offerret aduersus quem vita/ verbo testimonia cudo: qr opera mala facit: sed vos ab ipso queratis gloriam/quem vos amantē amatis. Et ob hoc ad iecit: [Uos ascendite ad diem festū hunc. Ego autē nō ascendā ad diem festum istū: quia meū tēpus nondū completū est. Hec cum dixisset iesus mansit in galilea.] Prophetatum erat non esse deo accepta festa iudeorū:
Esa.1 Neomeniā & sabbata & festiuitates alias nō ferā. Iniq̄ sunt cetus vestri: calendas vr̄as et solennitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta. Propterea dicit iesus fratribus suis: Uos qui p̄functoria queritis/ascendite ad diem festū huc: sed ego qui iniq̄tatē semp odio habui/nō ascendā. Hec egit pro nobis in se formam/in humanis festiuitatib⁹ nō interesse neq̄ letari: qm̄ veris christianis nulla preterq̄ de virtute et de puritate conscientie debet esse festiuitas super terrā. Omnes obligamur ad penam rōne culparū nondū abolitarū. Et si per christum remissio et recōciliatio facta est: in nobis adhuc peccatū regnat: et fomes peccati viget: iniquitas regnat/operaꝛ in corde/in sensib⁹ patet: et delictū aduersus nos clamat. Et si bona interdum fiant: superantur aliq̄n numerositate aut mole malorū. Et si oīa benefecerimus persoluimusq̄ debitū: serui tamē inutiles sumus: et subiacemus innumeris casib⁹ visibiliū & inuisibiliū malorū. Anceps ex oīm̄ parte vita/certissima mors. Certa dīudicatio de iam actis: infallibilis sententia iudicis. Ei finalis termin⁹ omnino sub ignorantia est. Quis ergo aget diē festum sub tāta trepidatione malorū? Quis inuenire satagit mūdi risum? Qm̄ quis est qui viuet et nō videbit mortē: eruet animam suā de manu inferi? Quis exultabit in festo deo infesto: nisi amēs aut aliā vitā desperās/seu qui somniantiū semp similitudinē gestat? Et tēpus suū non esse completū p̄testando christus enūciat: & mansit ex constantia inuariabili in galilea: festiuitates humanas abhorrens: nō ex eo q̄ mandatū erat illas fieri: s; ex eo q̄ illi l luxuriā/auariciā/vanitatēq̄ conuerterāt: vt id quod bonū est ex natura seu ex sanctione bona diligatur: autor tamē malus agendo in p̄cipio interdū deuiteꝛ. Bonum diuinū officium/nec ad participiū veri catholici recipiūt anathema. Et sanctorū patrū ac p̄ pōtificū decreuit autoritas: vt excellēs bonum non audiaꝛ / nec hostia sancta videatur in manus publici cōcubinariȷ̄ sacerdotis.

De occulto ascensu iesu ad diē festum/ et de murmure iudeorū: secūdū Joannē solum. Capitulū. XXVI

De negauerat iesus nō ascendere ad diē festum. Mirū cur ascendit. An fallere voluit vel timuit insidias? Neq̄ fecit aut dixit in hac causa mendacium: nec exposuit/nec denegauit ascensum: sed causam/societatem et tempus et modum; ne ob id propter quod illi suadebant ascensum/ neq̄ cum illis/ neq̄ in tempore ab illis inspecto / sed in tēpore ab eo prefinito/cuius dispositione tēpora peraguntur/ascenderet. Equidem et modum quē suadebant manifestū/in occulto fecit. Hinc dicitur: [Ut autem ascenderunt fratres Joan.7.
eius: tunc et ipse ascendit ad diē festū non manifeste/sed in occulto.] Decreuerat iesus ascendere ad festum: non pro vanitate propria/sed pro vtilitate aliena: quā non humanis consilijs/ sed miris et modis ineffabilibus procurabat. Ideo ascendētibus illis ipse sua infallibili directione ascendit occulte/ nō manifeste: sed nec territus /imo per omia impauidus. Attamē sic de illo pararetur loquendi materia: sicut reuelande erāt ex multis cordibus cogitationes. Et dies festiuos sciens expectabat quis esset aptior ad doctrinā; quā tentabat inferre. Nihil em̄ improuisum et ab re fiebat aut dicebatur ab eo. Satagāt ergo qui christum se imitari fatentur aut volunt/non eandē causam habere cum mundo siue cum amatoribus mundi. Quorū enim erat causa similis/ siue gloria/ siue pena debeaꝛ: non erit in toto seu parte dissimilis. Societatem deuitent illorū quorum mores rationabiliter improbanꝛ: imo etiam quorꝫ non est vita p̄babilis: nam bonus malo sociatus/le uigat eius culpā quodāmodo: purgat infamiā: prestat audaciam: et de iniquo bono sociato iniuste vulgatur testimonium bonitatis. Et forte ipse qui bonus erat/ inficiꝛ opere: aut oritur infamia: et vilescit ex infami societate malorū: nisi forte spes foret de correctione puersi: vt ad bonū fieret suasione cōuersus. Qm̄ que participatio iusticie cum iniq̄tate: aut que societas lucis ad tenebras? Et tempus ad agēda captandum est/ p̄ut quis in animo aliquid dixerit agendū: nam christus prefixerat docere in festo illo / nō inaniter letari. Et doctrina expectat tēpus: cum sit tempus loquendi/et tēpus docendi. Diuersi quidē affectus expectāt tēpora p̄ diuersis. Sed qui christi sunt/ virtutibus tm̄ tp̄a aptent: vt nō transeant vacua bonitate. Potest enim fieri vt omne tēpus sit dicatū deo: etiā si somnus obrepat/si corpus edat/si quiescat/si in actionib⁹ sit/si omnia dirigantur in positum nobis a deo finem: et qui habet a sapientia/a virtute modum: et ab his qui pro mundo/sed pro deo instruēdo modificant: modum ab immoderatis atq̄ immodestis non exigant: importune dantes non audiant. Omnis modus natura bonus/ nec in agendo aliquid melius: sed sepe intentio seu finis illum culpabilem fecit. Et quoniam solitus erat iesus ad dies festiuos ascendere: vt haberet docendi materiam: et notum iam iudeis extiterat: ideo non videntes eum iudei murmurauerunt. [Judei ergo querebāt eum in die festo/ et dicebant: Ubi est ille? Et murmur multus erat de illo i turba. Quidam enim dicebāt: quia bonus est: alij aūt dicebāt: nō/sed seducit turbas.]

Querebat Jesus in festo a iudeis dispari cul-
tu/ dispari affectu: ad audienduz a multis/ dis-
pertitũ a pluribus ad calumniã: ⁊ iam impleba
tur verbũ Symeonis/ ꝙ erat in signũ positus:
cui cõtradicebatur: et reuelabantur cogitatio-
nes de ipso: adherentiũ in fide sibi saltem ꝙ bo
nus esset: et dissidentiuz ꝙ malus esset. Dupli-
cem linguã Christus in populo habebat/ lau-
dantẽ atq; vituperantẽ. Nec ex hoc Christus se
extulit aut deiecit. Equo aio erat ad vtrãq; lin-
guam. Quis ergo nõ patiẽter ferat/ si absq; cul-
pa subiacet murmuri et prolate infamie: cũ in
sortem hanc venisse audierit filiũ dei? Quis se
tollat in altum/ cum laudatur iuste siue iniuste:
cum nunꝗ̃ se extollebat filius dei? Ad bonita-
tem autẽ eius nõ apponebatur causa: nõ enim
erat expediens. Seipsa bonitas claret. Ad ma
liciã vero impositã sibi etiã causam adiectã le-
gimus: quia seducit turbas: vt eo fit illa mur-
muratio criminosior/ quo in vitiũ virtutẽ ipsã
traijciunt: et insane sentientes virtutẽ vitiũ di-
cunt: cum seductionẽ turbarum asserunt/ quod
erat de cauendis atq; agendis documentũ di-
uinũ: moribus hominũ ꝓ presenti vita ⁊ pro fu
tura necessariũ. Plerique quidem in hanc mali-
cie voraginẽ cadunt: quibus per prophetã de-
Esa.5. us seue cõminatur: Ve qui dicitis malũ bonuz/
et bonum malũ: ponentes tenebras lucem/ ⁊ lu
cem tenebras: ponentes amarũ dulce/ et dulce
amarũ. [Nemo tamen de ipso palam
loquebatur/ propter metũ iudeorũ.] Non
credendus metus ad eos qui ex inuidia et ma-
lo proposito persequebant Christũ: ⁊ cõmoue-
bant aduersus eũ linguã dolosam: quoniã ipsi
aperte palamq; loquebantur verba seditionis
et calumnie contra Christũ: sed ad eos erat me
tus/ qui pro illo voluissent bona proferre. Sem
per virtus velut in latibulo fuit iniquitate re-
gnante: et siluit vbi malicia tenebat imperiũ:
necnon et virtus in paucis ob multitudinẽ im-
proborum vt pauida sepe stetit. Et si aliquan-
do zelo acta processit in publicũ: in rebus ⁊ cor
pore damna tulit: ꝗ̃uis in anima lucra inuisi-
bilia presto essent. Attamen nemo nisi spiritu
dei fultus/ audet sub dominante nequitia per-
sequente rectum loqui iustũ et verũ. Neq; so-
lus aut modica concio inter multiplicatũ con-
uentum malignantiũ audet in parte virtutis:
sed tacendo se fouet/ gemit et dolet: cauens si-
bi dum veretur malorũ infrangibilem aciem:
diffidens illã superare/ aut sibi equare virtute.
In huiuscemodi negocio discretione opus est
ne sterilis sit congressus. At vbi spiritus supe-
rior inualescit in animo/ frustrat omnis homi-
num terror: prout post eius aduentũ in Chri-
sti agonistis experimẽto et fide ecclesia cogno
scit: qui omniũ tyrannorũ et satellitũ superato
terrore/ pro christo audacter locuti sunt: ⁊ mor
te crudelius intentata atq; inflicta/ pro christo
impauide atq; libentes occubuerũt: et seuissi-
me obtruncati sunt.

¶ Disceptatio facta de doctrina Je
su a quo sit: secundum Joannem so-
lum. Capitulum XXVII

Vera bonitas opportune et iportune se
ingerit: opportunus se donare cupiẽs.
Et vera sapientia se vellet infundere:
et querit capaces a quib⁹ capi possit: et docẽdo
corda dilatat: vt si fieri posset/ tota capiat: ⁊ gau
det inquiri/ vt doceat: et parat materiã dubiorũ
vt quesita remoueat hesitationẽ/ et aperiat veri
tatem. Hoc egit iesus cum occulte ascendisset
ad festum. [Qui iam die festo mediãte ascẽ- Joan.7.
dit in templo et docebat: et mirabant iudei di-
centes: Quomodo hic literas scit/ cum non di-
dicerit?] Satagebat iesus in templo et in syna-
gogis et in concione vtilia et celestia verba fa-
ri: ne ex occultatione pateret sua doctrina ca-
lumniã: lucem pro illa quesiuit/ non tenebras:
publicũ/ non priuatũ: contionem magnã potiꝰ
ꝙ modicã classem: vt probabilis ex omni parte
probaret: vt improbabilis omnis improbãs re
tunderet. Ex hoc ascendit in templũ in die fe-
sto mediante quarto/ scz die: diebus festiuis exi-
stentibus septẽ: ⁊ docebat ea que filiũ dei doce-
re decebat in assumpto hoie: maxime legis in-
telligentiã: vt nõ in litera solũ sisterent/ sed apꝑ
henderẽt illã veritatẽ ad quã facta erat. Et enī
gmata et vmbras scripturarũ educebat in lucẽ.
Et ꝓphetias verorũ vatum docendo perduce-
bat ad terminũ. Docebat credẽda/ nõ incredu-
litatẽ: nã credẽda ⁊ fidelia in doctrina sũt esseq;
possunt: credulitas vero siue fides ex infusione
solũ: in doctrina vero nunꝗ̃. Declinãda cauti-
one/ et agenda ex virtute dogmatizabat. Nihil
tñ impertinens aut superuacaneũ ab ore suo credat
exisse. Verũ quia secundũ sulcationẽ et exarati-
onem elementorũ hebraicorũ/ que moyses tra-
didit populo iudeorũ loquebatur: et scripturas
vt erant/ ore facundo/ diserta lingua ꝓferebat:
in admirationẽ sui traxit animos auditorum:
eorum presertim qui educationẽ eius velut iner
tem agnouerãt. Iners quidẽ fuit/ attamẽ absq;
macula in humanis omnis vita saluatoris: ita
vt ex admiratione mutua dicerent: Quomodo
hic literas scit/ cum nõ didicerit? Inter cetera
que christus supra hominem seruauit/ cum vo-
luisset per omnia assimilari fratribus suis: hoc
satis ad cõtemplandũ homies trahit: ꝙ disce-
re ab homine noluit: cum ad veritatẽ humani-
tatis ostendendam/ ⁊ ad legem custodiendã vo-
luisset circũcidi/ presentari in templo/ fugere in
egyptũ/ subdi parentibus/ baptizari/ ieiunare/
comedere/ bibere/ fatigari/ dormire/ lachryma-
ri/ et cetera talium: discere vero recusauit. Hoc
forte in causa/ ꝙ discere ignorantiam presup-
ponit: ignorantia vitiũ/ et defectus ex vitio: ce-
tera vero penalia sunt multotiens pro vitio: nõ
tamen ipsa vitium: necnon et ignorantia defe-
ctus est animi/ ⁊ illa corporis. Nullum tamẽ de
fectũ executiuũ anime christus accepit: quanꝗ̃
tristari in anima pro nobis/ nõ ex vitio voluis-

sis: nec minoris scientie natus q̃ adam creatus
est, qui plenus scientia factus est. Et simulatio
fuisset infinitã sapientiam ad scholas hominũ
accessisse: illorũq; perquisisse gymnasia: et do-
ctrina celestis qua humana corda volebat in-
struere, non a deo infusa, sed ab hoie videretur
accepta. Et si ꝓpheta sycomoricus nõ schola-
stice, sed diuine accepit scientiã diuinorum: cur
et christus voluisset ad diuina seu ad humana
doctorẽ? Nec ex opportunitate decebat ꝑ hu-
manitatis veritate mõstranda, siue pro reuerẽ-
tia legis, ꝙ subderet̃ ipse magistris. Tria enim
sunt in quibus christũ in tanto nostre redẽptio-
nis perficiendo mysterio decuit per excellentiã
agere: potentia, sapientia, virtus. Prima in mi
raculis: secũda in doctrina ostensa est: tertia ꝙ
nil quesiuit humanũ: ꝙ per omnia irreprehensi-
bilis, et per patientiã in aduersis insuperabilis
fuit. Equidẽ sic ista tenuit et exercuit: vt in alijs
ꝙ verus homo erat, ⁊ ꝙ legẽ non soluebat ostẽ
deret. Veruntamen ista admiratio iudeorũ, cum
inficiari non possit, ꝙ christus preter humanã
doctrinã scientiã habebat, ipsoꝝ ꝑfidiã arguit:
pro eo ꝙ debuissent ilico ad christum vera pieta
te conuerti. Nec relinquitur excusatio his qui
vident mirabilia que negari nequeunt, si nõ cre-
dunt. Eque arguit eorum diffidentiam et mul-
torum existẽtium in hoc schemate malo: qui dif
fidunt aut abnegãt nemini posse aut debere bo-
ni precellentis aliquid prouenire: nisi assit na-
turalis industria: et adiuuet artificialis peri-
tia: et solertia semper agat vt capiat: et si nõ de-
negant diuinam potentiã, cui nil potest resi-
stere: cui omnia facilia subiacent ad faciendũ:
et iam factum negare nõ verentur factum nõ
esse vel fieri. Et ego ipse hui⁹ operis ex deo au-
tor, immendaciter millies cũ inflatis scientia
naturali altercationẽ habui: obstantibus pro-
caci ore, duro corde: ꝙ preter philosophicam
scientiã studij sudore interposito, non poterat
haberi scientia diuinorũ. Et ꝙ sic nõ aliter ad
illa possit esse accessus, ꝑtinaci animo velut q̃
deferentes nature plus q̃ gratie hoc asserebãt
quorũ aliquos probabili experiẽtia reconuici:
ostendẽs plus esse datũ gratie q̃ nature. Quid
enim sibi vult dicere: quomodo hic litteras po
terit scire, cũ nõ didicerit? Quod de christo in-
fandissimũ cũ eẽt oĩno: ad alios deo dicatos cõ
uerto sermonẽ. Que hoĩm vesania solũ defer-
re nature, artis studio, solertie hominũ: ꝙ plus
hominib⁹ possint afferre q̃ gratia: que repente
agit: subito imprimit: infallibiliter docet: inhe
sitanter indoctis facit existere mẽtes: ⁊ luce cla
rius etiam que alijs videntur obscura, demon-
strat. Et cũ modus sciẽtie siue doctrine Christi
quereret̃ a iudeis: [Iesus respõdit: Mea
doctrina non est mea: sed eius qui misit me pa
tris.] De noua natiuitate per aquam: de esu
carnis eius, de sua doctrina, et de exaltatione
per crucem a christo et de christo quesitus est
modus: ⁊ iuxta quesitum aut iuxta veritatem ab
ipso est porrecta respõsio. Quesiuit nicodem⁹: Joan.3.
Quõ possit homo nasci cum sit senex? Quesie-
runt iudei: Et quõ põt nobis carnem suã dare
ad manducandũ? Et alibi: Quõ tu dicis: opor-
tet exaltari filiũ hoĩs? Nũc de sciẽtia: Quõ hic
scit litteras cũ non didicerit? Vt et alijs et hic
videmus factũ: quia litteras et litteraliter lo-
quitur que sunt legis et prophetarũ. Et ꝙ non
didicit litteras scimus. Patet non clamdesti-
nam et priuatã conuersationẽ habuisse Jesum
cum iudei scirent eum non didicisse a magistro
scripturã. Sed sciendi modũ dicit iesus nõ ap
prehensibilem esse ab homine puro: sicut et se-
quitur: Mea doctrina quã profero lingua car-
nis, et ideo mea: nõ est mea ex autoritate car-
nis siue humanitatis: sed eius qui misit me dei
patris: cui equor in forma deitatis. Velut vna
legatio est legati et legantis. Vnde si legatus
quispiã quereretur, cuius esset legatio: respon-
dere posset: Mea est legatio, quia mihi cõmis-
sa. Nõ est mea: quia nõ autoritate ꝓpria: sed il-
lam ab alio missus accepi. An fortassis mea do
ctrina non mea solũ, sed eius qui misit me pa-
tris? Ecce modus scientie Christi per oĩa in-
effabilis est: qr deus eternus est: cui nihil acces
sit vel deaccessit ex tẽpore addẽs aut detrahẽs
deitati: nec aliud est deus q̃ scientia eius: ani-
ma vero eius vnita ilico deitati omni sapiẽtia
repleta est: ita vt in Christo sint ꝑm apl'm, om-
nes thesauri sapientie ⁊ scientie abscõditi: non
per traditionẽ doctorũ, sed ipsa virtute vnio-
nis. Etiã vt homo thesauros incõprehẽsibiles
sapientie et scientie habuit. Igit̃ ore humano
deprompta doctrina erat christi hominis: ⁊ au
toritate vero erat dei patris. Et cũ ipse nõ ha-
buerit in sciendo explicabilẽ modũ: attamẽ ce-
teris illã scire volentibus, explicat modum di-
cẽs: [Si quis voluerit voluntatẽ eius fa-
cere: cognoscet de doctrina mea vtrum ex deo
sit, an ego a meipso loquor.] Aduertenda est si
gnata locutio saluatoris. Si quis voluntatem
dei fecerit: sciet discernere de doctrina christi
vtrũ sit a deo an ab hoie puro. Nõ tamẽ sic sen
tiendũ est, ꝙ volũtarius dei oẽm christi doctri-
nã prout est a deo intelligat: nisi ꝙ vt volunta-
tem dei faciamus, sit oĩs eius ad nos delata
doctrina. Nec quẽpiã fallat id dictũ esse, ꝙ dei
faciens voluntatẽ, de christi sciat iudicare do-
ctrina vtrũ sit a deo: cũ ipse Christus ꝓpter il-
Exo. 34 eius: quoniā ⁊ facies moysi cornuta facta est ex
cōsortio sermonis dei/ipo etiā ignorante: nā su-
pra seipm hominem cōstituit/vt plus habeat q̄
agnoscat. Et iterū ignit ad ptectionē a larualib⁹
Pro. 30 inimicis: iuxta sapientie dictuz: Ois sermo dei
ignitus/clypeus est sperātibus in eū. Effectiu⁹
etiā est interdūq; illarū rerū q̄ aliter ab hoīe fieri
Eccs. 8 nequeunt: sicut scriptū est: Sermo illius de po-
testate plenus est: nā sepe transformat mentes/
⁊ exteriores hoim mores: ⁊ sanat insanabilia: si-
Sap. 16 cut p sapientiā dicit: Etenī neq; herba neq; ma
lagma sanauit illos/sed tuus dñe sermo q̄ sanat
oīa: de illis aiens q̄ serpentib⁹ sauciabant. Per
quos demones mordentes in silentio designan
tur: a quorū morsibus nos sanat sermo christi/ ⁊
cōseruat dūtaxat credentes: vt sapientia dicit:
Sermo tuus hos q̄ crediderunt in te/cōseruat.
Psal. 63 Sed cōtra incredulos ⁊ puersos dicit: Firma-
uerunt sibi sermonē nequā. Sermo nequā / qui
auertit a bono/suadet nefas/trahit in errorem/
docet quod nō decet: sed illi firmāt/q̄ deliberāt
effectū eius. Et ad ɔtumacē q̄ se credit p̄ter obe-
dientiā sermonis dei agentē pperā/impenitēter
credentē terrenis muneribus placare deū infer
Psal. 49 tur: Tu vero odisti disciplinā/⁊ piecisti sermones
meos retrorsum. Illi quidē sermonē dei retro
pijciunt: nō q̄ nō audiūt/sed q̄ audiūt ⁊ contem
nūt/cognoscūt ⁊ obliuiscunt: sciunt ab eis phi-
Ezech. 33 bita ⁊ cōmittūt: sicut p aliū pphetā dicit: Audi
unt sermones tuos ⁊ nō faciūt eos: q̄r in canti-
cū oris sui vertunt illos: ⁊ auariciā suā sequitur
cor eorū. Uerūtamē cū christus sermonē suū po-
testatē habere assereret supra eternā mortē/egre
tulerunt iudei. [Qui dixerūt ei: Nunc co-
gnouimus q̄r demoniū habes. Abraā mortuus
est ⁊ pphete/⁊ tu dicis: si qs sermonē meū serua
uerit/mortē nō gustabit in eternū. Nunquid tu
maior es patre nostro abraam qui mortuus ē?
Et pphete mortui sunt. Quē teipm facis?] Nō
cessat ab inferendo cōuitia ptinax in malo: ⁊ cū
cōuincit/blasphemat: cū tergiuersari non pōt
vituperat argutionē. Igit iudei ferentes indi-
gne verba saluatoris/eū lacessunt iniurijs: recō
firmantes quod male p̄dixerat: ⁊ aduersantes
ei ab expertis mortē nitunt subuertere dicta ei⁹.
Uti sic eorū cōtradictio seriet ad iesum. Abraam
pater noster quo tu maior nō es: ⁊ pphete/ q̄ de
eterni sup oīa existētis sermones seruātes mor-
tui sunt: quō tu asseris tante virtutis tuum esse
sermonē/vt excludat a seruantib⁹ mortē? Quem
sic asserēdo facis teipm? Deū verū tibi videt p̄ce-
dere. Sup oēs ⁊ sup oīa te iactando exaltas: pl⁹
virtutis q̄ verbo dei tribuens verbo tuo. [Re
spondit iesus: Si ego glorifico meipm/ glo
ria mea nihil est. Et pater q̄ glorificat me: quem
vos dicitis q̄r de⁹ vester ē/ ⁊ nō cognouistis eū.
Ego aūt noui eū. Et si dixero q̄r nō scio eū / ero
similis vobis mendax. Sed scio eū/⁊ sermonem
eius seruo.] Ut sepe a iesu assertum est/ causam
oēm suā sueq; glorificationis fatet agere patrē
suū: seq; ipz plene cognoscere/sibiq; obedire: at
q; ipm culpabiliter ignorare iudeos.

¶ De cōparatione iesu ad abraā secū dum eternitatē et temporū volubilitatē: secundū Joānē solū. Ca. XLII

Obiecerant iudei christo abraā ⁊ pro-
phetas esse mortuos/ad infringendū
q̄ sermo suus nō poterat mortis impe
rium supare: sed ipsi de morte corpis
dūtaxat intelligebant: a qua nemo in carne nat⁹
lege cōmuni eximit: vt ab origine mundi vsq; ad
tempus illud experimēto sic erat. Jesus aūt de
eterna morte loquebat: a qua eruit suus sermo
seruatus: q̄uis sua plenitudine ptātis ab vtraq;
posset eripere. Sed vna etiā post oēm penitudi-
nē volūtarij peccati ⁊ emēdationē iusto dei iudi
cio: vt solū fide vite melioris/nō amore vite pn̄tis
veniat ad christū: relicta est in expientia corpis:
altera deuitari pōt in obseruantia diuini sermo
nis. Proinde cū iudei obijcerent ad subuerten-
dā sententiā saluatoris mortuū abraā: ipse pru-
denter eundē ad cōfutandū eos obiecit/dicens:
Abraam pater vester exultauit vt vi- Joā. 8.
deret diē meū: vidit et gauisus ē. Sic
fit ad eos sermo: Uos abraā dicitis mortuū ver
ba dei seruantē/quod in corpe verū est esse reso-
lutū: sed ipe desyderauit exultanter videre diem
meū/ tēpus scz quo mūdo apparerē ad liberati
onē sui a loco vbi detinebat: ⁊ gentis sue oīmq;
gentiū q̄ in suo semine benedicende erant: ⁊ ab
eo tpe desyderauit/quo de christo de suis lum-
bis ex longa multorū interiectorū ppagata ppa
gine nascituro pmissionē accepit. Uidit itaq;
post factam promissionē enigmatice atq; inter-
na reuelatione sibi a deo facta: ⁊ vidit in limbo
vbi cōstitutus est: ⁊ in gaudio factus est p seipo
⁊ p his qui redimendi erant: q̄ filius dei oēs
in carne redempturus aduenerat. Igitur quare
obijcitis mihi abraam mortuū tēporaliter ī car
ne: qui vt in morte nō detineret eterna/meū de-

syderauit aduentũ: a qua nec aliter potuit liberari: quẽ cũ cognouit/exultauit in gaudio. Huiuscemodi rei causa si abraã pater vester ad diez hunc quẽ ago/taliter sup terrã desyderans exultauit: cur vosipm mihi opponitis mortuũ? Attamen hec dicta iesu in fide auditoꝝ ferebant: alis inapprehẽsibilia erant. Quis igit cogitare posset ex humano/ꝙ abraã vidisset iesum corporali oculo: sicut iudeoꝝ pfidia cogitabat? Unde iuxta cogitatũ dederunt christo responsum: **Dixerunt ergo ad eum: Quinquaginta annos nõdũ habes/ et abraã vidisti.** Non dixerat iesus: ego abraã vidi/iuxta quod ipsi exprobratiue respondẽt: potius ab abraam se visum asserebat. Sed impetus ire animũ turbat/turbatus in verbo errat/linguã obliquat: vt nec interroget iustũ/nõ respondeat veꝝ: nec teneat in disceptatione ppositũ: ꝛ quod gerit mẽte/ore nõ pdit: ꝛ ad ea q̃ nõ expediunt/se ingerit ꝛ plerũqꝫ ad id quod nõ dicit/respondendo insanit. Obliqua obiectio ad id quod dixit/abraã vidit: ꝛ tu abraam vidisti. Metiebant ſo iesum p momenta tempoꝝ: ꝛ argumẽto erãt verba iudeoꝝ de nimia grauitate iesu: ꝛ ꝙ mores eius essent iam vergentis etatis/cũ hõ triginta annoꝝ habere quinquaginta existimari posset. Jesus ſo quod erat sibi ex assumpto tpale obmittẽs: p id quod sibi erat eternũ/respõsum dedit. **Dixit eis iesus: Amen amen dico vobis anteq̃ abraam fieret ego sum.** Ex eo ꝙ eternus ex patre/nõ ex eo ꝙ tẽporalis ex matre/verbũ hoc depromptũ est. Hinc cõparatus christus abrae decursu tẽporis et succumbebat etate: put erat hõ ex iã paruo elapso tẽpore antecedebat eũ omnẽqꝫ creaturã: q: in principio erat verbũ/ꝛ verbũ erat apud deũ/ꝛ de⁹ erat verbũ. Et psenti locutionis verbo seipm descripsit dicens/sum: quoniã ipse vt deus nullũ preteritũ habet atqꝫ futuꝝ.

¶ Occurritur a iudeis ad lapides faciendos/et iesus egreditur templuz: secundũ Joannẽ solũ. Ca. XLIII

Magna iudeoꝝ seuitia ex indurata pfidia pcurat ictibus lapidũ disceptationẽ susceptã terminare: in rõne deficientes ad cõuitia recurrerunt: a veritate victi/violentia se tueri nitunt: et lapidatione lapidũ infringere quod est eternũ. Audiũt posterari hominẽ tãti tpis iuuenili etati/ ppom etatẽ iuuenis chiliadi duplici: nõ credẽtes deitatẽ naturã assumpsisse humanã: in qua fili⁹ dei degebat i terris/ex tempe agebat ꝛ loquebat: id semp intendẽs/vt homines traijceret in deitatez p hoiem: ꝛ in eternitatẽ p fidei pontem. Sed non accõmodantes iudei pfidi sanũ intellectum/aliter quod dicebat cõprehendere nõ valentes: et preferẽtes placitũ ꝛ psumptũ in animo veritati fastidiri ad verbũ recte loquẽtis: **Tulerũt lapides iudei vt iacerent in eũ.** Duri corde ad lapides duros: insensibiles in animo ꝛ irrõnabiles ad insensibilia ꝛ irrõnabilia p victoria se tulerũt: ope pstãtes quod in animo gestabant: ꝛ supra modũ furentes nõ querũt iudiciũ/vnde hõ iste lege lapidet: ꝛ si deum se asserebat/debuerũt suaui disserti õe perquirere/nõ furere. Atqꝫ obliti honestatis/alienati a seipsis/templo dei nõ deferũt/ne fuso sanguine hũano macularet: quãq̃ christi sanguis nõ cõmaculasset/sꝫ cõsecrasset. Et coꝝ tñ pposito malo id agebat: vt tanq̃ hois puri lapidatores effecti/non aduertebãt q̃d cõtaminatiõis aduenisset in tẽplo. Sepe hoc scelus in hoibus agit: vt cũ anim⁹ obliquatus rõne fuerit/placitũ opponit veritati: obnubilat odiũ mentẽ/ ꝙ nil est reuerentie/nil honestatis in causa. Non defertur sacris/ pphanãtur diuine edes/dehonestantur que sunt dicata deo: loc⁹ orõnis efficit turpitudinis: nil aure remanet ad destinatũ bonũ. **Jesus aũt abscõdit se/et exiuit de tẽplo.** Nõ timore latibulũ pcurauit ad horã: sed q: nondũ venit ei⁹ hora: nec erat tali morte transiturus ex mũdo: sed exaltandus in cruce. Abscondit se volẽs p tẽpore/ loco/causa hominũ sapientiã pariter ꝛ malitiam deuitare. Nõ se abscondit in cauernis aut opacis aut vmbrosis locis seu in aliquo clãdestino: sed sua virtute illoꝝ effugit aspectũ: vt velut in celatũ hoiem nõ possent intẽdere in eũ: nã et inter omnẽ turbã eũ vndiqꝫ circũdantẽ abscõdere se ab eis p voto valuisset: nec sibi opus erat ad delitescendũ qualiscũqꝫ locus. Inuisibiliter inter oẽs oculos quantũcũqꝫ pspicaces incedere sibi facultas erat. Exiuit aũt de tẽplo/iã phariseoꝝ/pontificũ ꝛ scribaꝝ voluntate mala ꝛ peruersis operibus pphanato. Jam relinquendũ erat templũ illud cũ omnib⁹ vmbrosis mysterijs/meliori cõditione in veritate donandum. Jam christus exiturus erat ab eis iudeis: ꝛ ab omnibus cerimonijs coꝝ synagogã ex toto relictur⁹: de primo nouã instructurus ecclesiã. Exiuit iesus de manufacto tẽplo: tẽpli nõ dedignat⁹ structurã: sed templũ cordis eoꝝ ob pfidiam aspernatus. Abscondit se iesus a furia iudeoꝝ ne lapidaret. Quo se abscondit: in sacramentis nouis. Tẽplũ reliquit: prisca sacramẽta destituens. Factũ iã erat aliq̃d in figura ppter quod esset absconsio: pter quod pctã populi oĩsqꝫ facientis malũ nisi resipiscat. Unñ ɔtra populũ pñuaricationis dicit: Ego aũt abscondã ꝛ celabo faciem meã in die illo pp̃ter oĩa mala q̃ fecit: q: secut⁹ est deos alienos. Et alibi: Abscondã faciẽ meaz ab eis: ꝛ cõsyderabo nouissima coꝝ. Et abscon sus exijt de tẽplo/ꝛ exiens se abscondit: nobis i forma fact⁹/ne improbe cũ audacibus cõtendamus. Prudẽtius est ad horã declinare supbũ irrõnabilẽ/ꝙ resistere in facie/aut velle obsistere rõne. Rõnẽ redditã supb⁹ ꝛ irat⁹ nõ recipit in ppria ɔturbat⁹: ꝛ cũ sibi resistit/ampli⁹ furit. Declinatio ſo q̃nqꝫ ɔsueuit mollire supbũ ꝛ placare iratũ. Et si nõ/saltem deuitauit ne vsqꝫ ad reatũ actiõe pcederet: Quis intẽtione tot⁹ esset in crimine. Christiane virtutis penitus est post malã intẽtionẽ in hoie aduersus se psumptã/sic decli

Ezech. 39
Deu. 32
Lu. 4.

nare in partem fine responsione verbor: vt quod decreuit irata superbia/ in actione nō veniat.

¶ Quod interrogatus iesus an esset christus/ testimonium suū opibus tribuit: secundū Joannē solū. Ca. XLIIII

Anteq ad interrogationē iudeor euangelista se pferat: festiuitatē enceniorum et templis qlitatē r locum agre describit: vt ex his aliqd innuat mysticum atq morale dicens: Facta sunt encenia in hierosolymis: et hyems erat. Agebat festū de renouatiōe templi/ facta sub Esdra aut sub Juda machabeo tpe machabeor: nō pme ɔditiōis a Salomone: quis ante destructionē diu illa festiuitas pme ɔditiōis celebrata fuisset. Et hierosolyma ciuitas illud habebat templū: id pmēs q in pace dūtaxat sit spūale dei templū: q destructa destruat r templū: cuius repatis menḡs et tēplū itex releuet. Et a ɔtemplando dictū templū accipimus. Dei vero contemplatio nōn agitur pter pacem: neq eñ aliquid grate virtutis enceniare potest qui non ɔsistit in pace. Sed additur suspecta qualitas tempis: q hyems erat in designationem frigiditatis in cordibus iudeor. Et eñ ab oī calore virtutis torpebant. Frigidi erāt cum gratis christo vellent inferre horridā mortem: aut quia mūdi fragilitas opportuna sit attollende in ɔtemplationem menti: cū q̄to ab exterioribus sensus sospitis corpis vagari phibētur/ tāto magis interior obtētus intēdit. Uerūtamē in alterā partē hāc tempis qualitatē interptatā lectitamus: qm post hyemis abscessū spōsus ad surgendū r pficiscendū dilectā sibi sponsam inuitat dicēs: Surge ppera amica mea/ formosa mea/ colūba mea r veni. Jam eñ hyems trāsijt: imber abijt r recessit. Uti sic illā alloqueret: Si tribulatio/ si psecutio/ si tētatio/ si defectio charitatis affuerit: ecce defuit: igit surge: quo vocata veni. Cū illa qualitate in hyeme designata superstite nō surgit/ sed iacet: nō itur/ sed stat: nō perficit/ sed deficit. Et saluator nōster pmonuit ne fuga periculi fieret tempe frigide qualitatis. Orate (inqt) ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. At vbi hoc euāgelista pdixit: actiōes r verba iesu r iudeor p disceptationem asseruit. Et ambulabat iesus in tēplo: in porticu salomonis. Jn tēplo ambulabat quod iā ex phetico testimonio dixerat domū dei r oratiōis ad eū: r ad famosam r singularē se cōtraxerat tēpli ptē: q in porticu salomonis. Decebat eūdez eū: qm ipse dūtaxat vere rex pacificus erat. Circūdederūt ergo eū iudei: et dicebant ei: Quousq aiaz nostrā tollis? Si tu es christus dic nobis palā. Fecere iudei de seipsis christo coronā: nō amore visendi: vt milites placito regi ad obedientiā pmpti: seu vt filij ad amatū patrē: seu vt discipuli ad audiēdū doctorē: sed ne de manib⁹ ipsor laberet: si potuissent in illū iuste manū inijcere ob impfectuz ad īterrogata rūsum aut calūniabile vbū. De q circūdatiōe atq victoria iā pphetia erat: nō solū de iudeis/ s; etiā de oib⁹ gentib⁹: sicut scptū est in libro psalmor: Oēs gētes circūierūt me: r in noīe dñi q vltus su; in eos. Circūdātes circūdederūt me: r in noīe dñi q vltus su; in eos. Circūdederūt me sicut apes/ r exarserūt sicut ignis in spinis: r in noīe dñi q vltus su; in eos. Circūdatio ter repetita r silitudo apū/ ignis r spinar/ mystica r male moralia sunt: vltio vera facta in noīe dñi e regione rūdet. Peruicacissima erat pfidia iudeor interrogantiū de messia: cum audissent a Joāne baptista r ab ipo iesu: r nō credebāt. Quid ergo eis dare potuisset in signū vt crederēt? Nihil: cū signa mirabilia r ope intuerent. Messias hebraice/ christus grece/ vnctus latine dicit. Quod si palā vt petebāt rūdisset/ ad posse comphēdissent vt pfidi: si se negauisset/ dixisset mendaciū: erat eñ messias pmissus in lege: necnō interdictū iuste accepisset in verbo/ aut luisset iustum in supplicio. Proinde cū iudei coronātes christū interrogarēt q̄s esset: in vltionē malignitatis ipor ab illo audierūt. Respōdit eis iesus: Loquor vobis: r non creditis mihi. Opa q ego facio in noīe patris mei/ hec testimoniū phibent de me.] Ad qd inqt iesus cornicamini: cū ego sepe veritatē locutus fuerim vobis: r non creditis mihi? Submoueant igit a me atq a vobis ambages: opa facta non hūana virtute/ sed in noīe patris mei/ ad testimoniū pfero. Si inficiari aut insimulare potestis/ enitimini: si nequitis et verbis meis nō creditis/ opa testificant: quor testimoniū validissimū est/ si nunq silia facta fuerūt a patre meo supra naturam ex me mundo edita. S; vos nō creditis: q nō estis ex ouibus meis.] Ea snia est q sup: sed nō silia verba. Dixerat eñ: Propterea vos nō auditis: quia ex deo nō estis. Nūc aūt: nō estis ex ouibus meis/ s; ex alio ouili: ex alio directe atq nutrite pastore. Oues mee vocē meaz audiūt: et ego agnosco eas r sequunt me. Et ego vitā etnā do eis: r nō peribūt in eternū: r nō rapiet eas q̄sq de manu mea.] Quid īsigne silitudinis bone oues habēt: q̄r noīe suos fideles r electus christus appellat. Nec ɔtēnenda silitudo est: sed discutiēda in pprietate rei: cum electi dei assimilant brutis aīalibus rōne carētibus/ vt ex illa cōpatōe in virtute fiamus. Et cū reprobi etiā aīalibus cōparātur/ eq oportet discutere ad cauendū. Pacificū aīal nouimus esse: neq habet discerpentes neq laniātes dentes: neq nouit aliquē ledere ex aliq sui pte: plus affert q auferat: duas habens tunicas/ pellē r lanā: euangelicū verbū actione docet/ cū alterā sibi pmittit auferri: sicut dictuz est: Qui habet duas tunicas/ det nō habēti. Et quasi verbū lene in ore suo resonat/ etiā vsq ad mortē lesa. Et quod amplius/ tota in vsu vtilis est: vt nec q̄cq in exterioribus aut interioribus sit q̄n possit ad bonū r ad pulchrū r aptū vsum inferri: nec etiā stercus eius a medicina r ab vtilitate vacet. Et hoc psertim habet ppriū q vocē ppriū pastoris cognoscit: r vocantē sequit ceteris ptermissis. Huiuscemōi dictū ex expiētia liquet. Hac

Margin notes: Jo. 10. — Canti. 2 — Mat. 24. — Ps. 117 — Luce. 3

similitudine sumpta ex illarum proprietate christus
Ezech.4 quos viderit suos/oues dicit. Et primus in opere
hominū iustus pastor ouiū fuit: eo presagio q pro-
tas ouiū transsumpta similitudinē ad actionē morū
iustos efficiat. Et sicut ouis ad occisionem muta
ducit: sic ille primus ipsarū pastor silēter in pace in
terfectus ē: τ christus ad idē/ cuius figura in illo p
acta est. Cōtemplandūq3 multo intuitu est in p-
cessu dnicarū ouiū/ex designatiōe sūmi pastoris.
Audiūt/cognoscunt/sequunt: vitā eternā accipi
unt/in eternū nō pereūt/ab aliquo non rapiunt.
Prima ē sextilis psectio nūeralis. Sed quid au-
Jaco.1 diūt? Vocē. Sit ois hō velox ad audiēdū. Erat
vna de omibus Samuel: q tertio vocatus a dño
1.Reg.3 rndit: Loquere dne: qr audit seruus tuus. Sit ois
hō psto ad audiendū vocē dni: vt pficiat verbū
eius. Obediētia oino necessaria est ad dnicā vo
cē/si pceptoria est. Cui τ Job se responsurū spō
Job.14 debat: Vocabis me: τ ego respondebo tibi. Ad
quid vocat? Interdū ad fidei securitatē: vt secu-
ra mente in domo dni q est ecclesia/habitemus.
Prouer.9 Nā sapia misit ancillas suas vt vocaret ad ar-
cem τ ad menia ciuitatis. Mittit dei filius pdi-
catores suos/vocās mortales ad arcē fidei mul-
tis munitā psidijs. Et aliqñ vocat ad gemitū τ
ad omnē mūdi contemptū: vt verū gaudiū succe-
Esa.22. daneū sit. Et vocabit dns deus exercituū in die
illa ad fletū τ ad planctū/τ ad caluitium τ ad cin
gulū sacci. Et ecce gaudiū in leticia. Pro pecca-
tis fletus in effusione lachrymarū agit. Plāctus
in lamentatione delictorū τ inundantis miserie:
τ in his q nequiter viuūt. Caluiciū rerū cōtemptū
sapit. Saccile cingulū corporis blandimenta pie
cit: τ induxit asperitatem. Succedit his gaudiū
in leticia sempiterna: τ in sanctitatē conuersatio
1.Thes.4. nis vite. Hinc Paulus: Non enī vocauit nos
deus in immundiciā/sed in sanctificationē. Et
1.Pe.1. Petrus: Qui vocauit nos sanctū: vt τ ipsi san-
cti in omni cōuersatione sitis. Et p prophetā mo
nemur cū vocē christi vocātis audiuerimus: vt
Psal.94 corda nostra ad obedientiā pparemus. Hodie
si vocem audieritis/nolite obdurare corda ve-
stra. Ex pacto fit ad hoies christi vox. Si audie
Exo.19. ritis vocē meā τ custodieritis pactū meū: eritis
Apocal.3 mihi in peculiū de cūctis populis. Et alibi: Si
qs audierit vocē meā τ aperuerit mihi ianuā: in
troibo ad illū/τ cenabo cū illo τ ipse mecum. Ad
multa expediētia nobis verbū dei est: cui vtiliter
assentit τ dissentit dānose. Fit vox dei/hoc est
pceptū eius ad sistendū pplos delinquētes: τ oia
Psal.28. male fluida nostra. Vox dni sup aqs. Et in
potētia virtutis sue efficiens est: exigitq3 virtutē
a nobis. Et vox dni in virtute. Sed ad magna q
facturus est: vt τ nos/put est ex nobis/magna vir
tutū opa faciamus. Et vox dni in magnificētia.
Et ad confractū superborū est vox vocans τ in-
terminās. Vox dni confringētis cedros. Et ad
omnē cōcupiscētie ignē vt extinguat/fit vox dni
intercidētis flāmā ignis. Et ad cōmouendū in
saniorē τ optimā virtutū partē eos q deserētes
deū deserti sunt: insonat vox dni cōcutiētis de-

sertū. Et ad pparationē humiliū τ humilitatis
ipsam factā agnouimus: Vox dni pparātis cer-
uos. Non ergo dicamus vt pharao: qs est dns
vt audiā vocē eius? Si audierimus vocē eius/eri-
mus de omibus eius: q cognoscunt ab eo/ea co
gnitione qua in approbatione aptitudinis erūt
ad capessenda regna celestia. Non enī iesu acce
dit aliquorū de nouo cognitio: qm vt deus ola
ab eterno cognouit: sed cognoscit suas oues a
ceteris esse discretas: vt eas in iudicio ponat a
dextris/ vt collocet in excelsis. Nouit enī domi-
nus q sunt eius: q sequunt sc3 in auditu vocis.
Hec protinus tota valitudo virtutis sequi domi-
nū christū: qbus vita eterna dat: p eo q tēpora
lē hoiem in dei obsequiū tradiderūt. Talis est
ista pmutatio cū christo cōmerciū gerere: vt si ei
dedicat tēporalis vita/q accipiamus eternam.
Et cū in eternū nō pereunt: id quidē est quod an
ceps vita in securitatē eternā transfert/nullis in
festanda periculis. Et pdestinatio habet suo iu
re hoc propriū/q nullus possit pire de ab eter-
no electis ante mundi cōstitutionē. Et innaria-
bilis erat voluntas hominū beatorū: vt nec pos
sit auerti a bono/nec cōuerti ad alteram partē.
Et in hac vita nil tam pertimescendū est/quātum
facile mutabilē se cognoscere. Violētia vo nul-
la inferre pōt ei qui ola potest: τ cui spōte aut in
uite subiecta sunt ola. Nullus itaq3 raptor / aut
quōlibet violentus ereptor/poterit sibi e manī-
bus ouem pdestinatā auferre. Et si hoc minus
a deo christo datū p excessum indicaret: etiam
maius accepit omino inauferibile ab eo. [Pa
ter meus quod dedit mihi/maius olbus est:
τ nemo potest rapere quicq3 de manu pris mei.
Ego τ pater vnum sum9.] Maius protinus est
filium substantialiter τ eterne vnū esse cum pa-
tre/q accepisse ab eo sup suas oues eterne ser-
uandas huiuscemodi potestatē. Abominati sūt
verbū animi iudeorū τ aspernati dicentē: τ perti
naces in sena pfidia furibundi ad mala solita se
dederūt. Sustulerunt lapides iudei vt
lapidarent eū. Non aūt intulerunt frenati
ab eo qui sic mori nō venerat: quos christus re-
tundit cōmemoratione bonorū. [Respōdit
eis iesus: Multa bona opera ostendi vobis
ex patre meo: pp̄ter quod horū opus me lapida-
tis?] Si me vnū cū patre meo fassus sum/vt qd
egre fertis: ex quo vobis τ in vobis multa bona
τ talia q nemo potuit/feci τ ostendi? Forsan vo
bis iusta causa me insequēdi nō deesset: si ex me
locutū aut operatū aliqd supra naturā τ vsq3 in
arrogātia fassus essem. Vt qd psto tā vestre sūt
man9 ad lapides colligēdos iaciēdosq3? [Re-
sponderūt ei iudei: De bono ope nō lapida-
mus te: sed de blasphemia: Et qr tu hō cū sis/fa
cis teipm deū] Nō pñt inficiari iudei christū bo
na i eis pegisse cū dicūt: de bono ope nō lapida
m9 te: igit bōa τ digna laude opat9 erat: s3 ad ise
qndū eū/zelo legis se obnuūt: faciētes ei de blas
phemia ipostura: cū ex decreto legis blasphem9
deberet subiacere lapidib9. Imponebāt āt ei q

te faciebat deū: et aduersus seipsos impostura ipsa erat: qm nunquam qs ita desipuit, vt se deū faceret: cū ois natio deū credat eternū, nō aliquo modo factū. Nec qs tā supbiuit vt se assereret deū: quāquam lucifer et potes hoies in eius similitudine psumpsissent: Et ppheta regē tyri arguēs de supbia, nūquid aliter nisi p similitudinē ad diuina suspirauit? Et si qd typice in eo de cadēte angelo dictū est: nūquid de pmo lucifero fert sic supbire: ero silis altissimo? Et de ptoplastis: eritis sicut heloy: hoc est: eritis nō sicut de?, sed sicut dij: id est sicut angeli aut magni administratores et cognitores vniuersi. De cadente angelo in rege tyri signato eque idē: Dedisti cor tuū q̄si cor dei. Et adhuc: Tu signaculū similitudinis eius plenus sapia: et cetera que sequunt ad hoc sunt. Ira ergo obliquabat mentē: errareque faciebat in verbis, vt dicerēt christū se facere psumptiōe deū. Atque si se dicebat ex opibus fatēs prestansque id esse quod erat: debuerūt ad liquidū inuestigare sermonē: et si erat incōuincibilis, dare credulitatē, non inferre psecutionē. Sed respōdit eis iesus: Nonne scptū est in lege vestra: qz ego dixi dij estis? Noie legis ois scriptura veteris testamenti tā historica q̄ puerbialis q̄ pphetica intelligit: cuius christus vtit argumento vt valideret quod dixerat se vnū esse cum patre: et resculpat pfidiam iudeorum. Ideo qz sic scriptū est in lege: icludit eos infra terminos rōnis adijciēs: Sz illos dixit deos ad quos sermo dei factus ē: et nō pōt solui scriptura: quē pater sanctificauit et misit in mundū vos dicitis qz blasphemat: qz dixi filius dei sum. Perspicuū est sane credētibus q̄ sacra scriptura solui non potest mēdacio aut falsitate argui: sed quod in ea est, oino veruz est. Inde dij appellati sunt homies ad quos sermo dei reuelatus est: scz q̄ illū seruauerūt et seruātes pphetauerūt et circauerūt: ne fieret auersio et esset iusta cōuersio. Et dij sunt gratia, non natura. Et dij sunt, nō qz scptura dixit: sed qz sunt ideo dixit: et si nō essent, scriptura nō dixisset: qz verissima est. Cur igit illū quē pater sanctificauit p oia in vtero et extra vterū: q̄ mendaciū loq̄ nescit: mētiri non pōt: ita sanctificatus q̄ nec velle potest nec valeret etiā in modico maculare seipm: vos dicitis qz blasphemat: de me quidē inquio: qz dixi: filius dei sum? Preter hoc quod disceptatur magna spes est porrecta mortalib? q̄ dij esse possīt īmortales: īmaculati in eternitate gloriosa fieri: si dei velint cognitū sermonē: nō natura qua solus vnus est deus, sed adoptione ipsius faciētes entire voluntatē eius. Remascellat aūt opib? dictū: Si nō facio opa patris mei: nolite credere mihi. Si aūt facio: et si mihi nō creditis, opib? credite: vt cognoscatis et credatis: qz in me ē pater et ego in pre. Per argumenta inuincibilia iesus se dei filiū asserit: cū se nil aliud q̄ opa patna fecisse fatet: q̄b? et si nō psone, talia sunt q̄ esset indubitata prestanda credulitas. Et in hac disceptatiōe hoc dūtaxat exigebat iesus vt vnū esse substātialit cū patre crederet: et si ali? in psona. Sed reddit nequā retributio verbis sanctis. Querebāt ergo eū apprehēdere: et exiuit de manib? eorum. Sepe hoc tētatū est. Sz frustra, nisi cū voluit. Et abijt iterū trās iordanē i eū locū vbi erat ioānes baptizās pmū: et māsit illic. Elapsus de iudeorum māib? signatū repetit locū vbi pus baptizauerat ioānes, q̄ iaz pmortuus erat: vbi et māsit ad rediuiuā faciēdā memoriā eorum q̄ de ipso testificatus fuerat ioannes. Unde et multi veniebāt ad eū et dicebāt: qz ioannes quidē signū fecit nullū. Oia aūt q̄cūque dixit ioannes de hoc, vera erāt: et multi crediderūt in eū. Oppidani loci illius erāt mēores lati testimonij a ioāne: q̄obrem veniebāt ad eū, ad inuicē cōferētes cū christo dicētes: Quis esset maior: an christus an ioānes? Ad huius maioritatē illiusque minoritatē hoc argumēto erat q̄ iesus multa signa, ioannes vero nullū signū fecerat: sed qz oia q̄ de christo fuerāt testificata, veritate infallibili complebant. Huius rei causa multi crediderūt in eū. Cōtemplamini iesum sic agentē: q̄ dū in vna pte alias pdit, lucrat in alia. Ecce iudei psequuntur: iordanes credūt. Illi fugiūt a fide: isti veniūt. Illos signa confundūt: isti signa venerant.

De consilio pontificū sup morte iesu: et mādato firmato captiōis eius: secundum Ioānem, M. arcū et mattheum. Capitulum XLV

Mortales in aia iā mortui, in corpe moritur, mēte depravati, consiliū ineunt vnde inferant mortē, nō vnde possent accipe vitā: p qua semp esset in prudētia consultandū. Magna quidē auersio a lumine veritatis: q̄ mortui q̄ possent redire in vitā, conferunt de morte inferēda ei q̄ vita est: q̄ mortuū quadriduanū reuocauit ex mortuis: et ob id ipm venantur ad necē, qz mortis ipiū destruebat. Et quod eis ceterisque iudeis debuit esse causa fidei, occasio pfidie fuit. Semp eīm diuino iustoque dei iudicio agit: vt puersis recta vertant in malū. Nā collegerūt pōtifices et pharisei concilium: et dicebant: Quid facimus qz hic hō multa signa facit? Et tūc cōgregati sunt pncipes sacerdotū et seniores ppli in atrium pncipis sacerdotum, qui dicebat caiphas: et consiliū fecerūt vt iesum dolo tenerēt et occiderent. Unde consilia mala? Malus metus, malaque spes ɔstituūt ɔsilia mala. Metuit qs auarus pdere thesaurum: metuit direptionē eorum q̄ tenebat: fecit ɔsiliū malum vt daret sibi suspecto ante mortez q̄ pateret direptionē. Metuit ambitiosus, glorie auidus, ɔstitutus i autoritate, ne a potentiore superaret: ne redigeret ad ima: iniuit consilium dandi mortem in eum, quē suspicatus est posse fieri superiorē. Metuit elatus non posse in pace regnare: cum pax ciuitatis tyrannum abhorreat: fecit consiliū malum vt depelleret si esset a ciuibus, aut ne posset esse in moribus. Metuūt sibi omnes sibi male placentes: et dum timent perdere placitum, ex malo cōsilio pcurāt

eciā innocētibus ⁊ pacificis ⁊ nec male consciis
inferre iacturam/⁊ ledere non ledentes: ⁊ sepe q̄c
tos tractant vt hostes. Necnō ⁊ spe mala ꝓpo-
sita illā consequi volunt/que non congruūt ordi
ni viuendi recte. Uerū q₂ aliter ꝙ dāno alicuius
siue multoꝝ non ꝑueniūt/recurrit ad ꝯsilia ma
la: vt cure non sit quid inferat mali: quid ve tri-
ste interueniat: potius sic agat vt eueniat quod
sperat. Qui sunt facientes ex malo metu/malaqꝫ
spe consilia mala? Quis edicit? Quis buccina p
nocauit? Ubi congregant consultores maloꝝ?
Quis pmo dictat nefas sup quo est consulendū
vt fiat? Cui assensus dat? Quod consiliū magis
placet conuētui malignantiū? Edicit iniquus au
toritatē habens. Iniqtas eni sine autoritate nō
imperat. Et si iubet: eius frustrat impium. Con
nocat stultus minister: qui letat in malis actib⁹
suis parere maioribus. Cōgregant in domo im
pietatis: ꝓsumptuosus, ⁊ arrogās anticipat pri-
mū verbū: oēs in eo ꝯsentiūt q̄ celeriorē viā ad-
inuenire nouit ad patrationē sceleris. Id consi
liū magis placet quod atrocius est. Inito consi
lio furenter furiosi ꝓponūt: Quid facimus: quia
hic homo multa signa facit? Nesciūt q̄d faciūt:
idcirco q̄d facim⁹/inquiūt. Si sciuissent: nec lo
cum habebat huius sermōis exordium. Sꝫ quod
adijciūt: scꝫ q₂ multa signa facit: rīsionis verbū
⁊ accusatiōis habet ad eos: qm̄ multitudo signo
rū arguit credulitatem. Multis quidem ⁊ irre-
fragabilibus signis debet credulitas. Incredu
litas vero accusationem habet. Signa si q̄ sunt
inuitatoria ad signata/certam virtutem habent.
Ad signatum est signum: non ad signum signa-
tum ordinatum est. Si signa faciebat multa/cre-
dēdum ei erat: quia multipliciter inuitabat eos.
Et ipsi iudei ab origine signis assoliti erant. Et
Mat.12 ab ipso sepe experiuerūt dicentes: Uolumus a te
signum videre. Nuncqꝫ perfidi signa magna fa-
tentur/⁊ non credūt. Accusatio eoꝝ est inexcusa
bilis ista ꝯfessio: quia multa signa facit. Cui adij
citur certa damnatio: eo q̄ veriti perdere placi-
ta/aduersus innocentem ꝓ ledendo consiliant.
Et aiūt: Si dimittimus eū sic: omnes
credent in eum. Et venient romani et
tollent nostrū locum et gentē. In au-
toritate atqꝫ libertate intrepide christus opera
bat miracula: dabatqꝫ de veritate doctrinā: iu-
deoꝝ confundebat mores: arguebat errores: au
diebat a turbis: eaꝝ habebat sequelā: in reuerē-
tia pluribus erat: cōmouebat animos multorū
virtute signoꝝ: que inficiari aut insimulari ve-
ra esse non poterāt. Sed ꝑfidi iudei nō aduertē-
tes furēdo dicebant: Si dimittimus eū sic age-
re ac ꝑdicare/⁊ omnē ꝓcessum ei⁹ in huiuscemo-
di libertate: iā multi credūt: tandē oēs credēt in
eū: timētes sibimetipsis vt fierēt de oībus credi
turis. Sed ꝙ bonus euētus eis/si fuissent quod
futuꝝ in alijs formidabāt. Est q̄dē hic supplemē
to differendū ad trahendū in liquidū causam:
qm̄ a seculo consiliū ꝑ homines tāti mysterij fa-
ctū nō fuit: in quo ab emulis veritatis ⁊ a nescijs

ꝑfidis nescienter ꝑ morte de vita omniū agebe-
tur. Et ꝑuersi velut in tenebris ignorantie ꝑsistē
tes/complere tractabāt diuinū ab eterno ꝯsiliū
⁊ dei placitū: vti erat q̄ suus etern⁹ filius in car-
ne assumpta ꝓ toto humano genere moreretur.
Et mira erat altitudo diuini consilij sup salutē
generis humani: q̄ in anima mortui/de ꝓximo
in corpe morituri/eternas subituri penas/igna-
ri mysterij de vita ex morte consultabant: iniqui
de magna virtute: iniusti de sūma iusticia: capti
ui de redēptione: venditi de ꝑcio: infirmi de con
ferenda sanitate: nihil boni ꝑter cōmodū tēpo-
rale ꝓ seipsis intendentes. Inuidi tractabāt de
magno beneficio atqꝫ officio charitatis/ceci de
lucis mysterio/terreni de celo/hoīes de deo/filij
diaboli de filio dei. Et hec ꝯsilia ignota/ignote
ab illis fiebant. Proinde veniāt in imaginatio-
nem que hinc ꝓ parte iudeoꝝ/ꝓ tēpalibus in-
tendentiū: que ꝓ cōmuni vtilitate mortaliū erāt
huic optimo consilio. Equidem ꝓ iudeis dūta-
xat tēpalia conspicientibus ⁊ a diuinis bonis
auertentibus intellectū/erāt varij oratores: quo
rū poterat quis in consilio huiuscemodi sic ora-
re. Hominē nobis infestū extorrē fieri a patria:
vt pax sit his q̄ illā affectu patrio colunt/censeo
dignū. Ali⁹. Si aduersus hunc abs re odio exar
descimus: cū tamen eum insequendi iusta causa
ꝓrogata non fuerit: nulla excusatio criminis re-
manet. Alius. Quo iure deseuitur in homine ser
uiente? Alius. Deperit omne honestum: si sanci
tur in pena ꝓ cultore honestatis. Alius. Nescio
ad quid sunt edita iura/si non seruantur in cau-
sa. Uentiletur ergo causa hominis criminati: an
teq̄ꝫ iudicium penale ꝓcedat. Alius. Diuine atqꝫ
humane legis non est sine ꝓpria culpa iudicare
hominem in persona. Quid fecit homo iste? Ali
us. Ad quid lex/si eius nō custoditur honestas?
Alius. Diuinum est necnon et humanū quēpiā
ꝯseruare: si eum legis preuaricatio non accusat.
Alius. Crimen ⁊ delictum quibus impetere sata
gimus hominem/aut fecit: aut nos fecimus im-
posturā: si fecit/sm legē non ꝓcedere turpe sit: si
fecimus imposturā/versa vice multandi sumus.
Alius. Cur seuimus in iustum/nostras iniustici-
as arguentem? Et si deforis audaciā fingimus
intus consciētia nos accusat. Alius: ꝙ turpe cen
sendū q̄ constitutus in causa q̄uerat ad iudiciū:
si pmo non sollicitat examine. Alius. O ꝙ tur-
pius si quispiā inuenit innocentie tutor atqꝫ de
fensor/etiam si suspectus esset in causa: tentan-
dum esset ꝓ eius tuitione/ne iam publico iudi-
cio deperiret. Alius. Lex non agit/nisi aduersus
ꝓpter quos posita est. Si ꝑuaricator ē legis: cō
uincat eū malicia sua/non impetuositas nostra.
Alius. Etiam si iustus esset/plectēdus est pena:
cuꝫ ipsius verbis et moribus respublica cōmo-
uet. Alius. Non est necessaria illa virtus/ꝑ quā
sepe tumultibus inhorrescit. Alius. Homo fa-
ctionis periculo patrie: sit igit abolēdus. Alius.
Is qui sibi vēdicauit plebeiorū fidē/facile pōt
ad id quod voluerit corda ipsoꝝ inflectere: quo-

tā est pniciosa seditio. Alius. Et si iustus aut iniustus: oīno a politicis moribus dissimilitudinē habet: nulla rōne tolerādus est āplius. Alius. Et si iustus: aut illū auellamus ad nos: aut nos sibi honeste sociemus. Alius. O q̄ dedecorꝫ requirere ad ascissurā quē ꝓsequimur: nec minus seduz si sibi societate copulemur: qm̄ aut eū iustū / aut nos fatebimur peccatores. Alius. Et si nulla ex vtraq̄ pte ascissitio faciēda est: q̄d cūctamur in eū aut exilio aut morte decernere? Alius. Exilio tradere mitius et honestius est. Alius. Captus mittat̄ ad cesarē. Alius. Sub interminatiōe cuius piā supplicij pellat̄ a finibus nostris. Alius. Alliget̄ compedibus in silētio. Alius. Fiat fedus vt nō aduerset̄: etiā si placita nostra nō q̄rit. Et his similia q̄ potuerūt in tāto concilio pōrādo edici. Sꝫ atrocioꝛ atrocius ꝯsilium ptulit: Unus aūt ex ipsis caiphas noīe cū esset pōtifex anni illius / dixit eis: Uos nescitis quicq̄ neq̄ cogitatis: q: expedit vobis vt vnus moꝛiatur hō ꝓ pplo: et nō tota gēs pereat. Atrociter iste hominē innocentē determinauit ad mortē: causa necis nō q̄sita: nec dearticulata examinatiōis officio. Sed hec dicta sunt solo intuitu populi iudeoꝝ. Pro vtilitate vero cōmuni / nescie tñ a ꝓphetante dabat̄ de huiuscemodi morte ꝯsiliuꝫ: sicut euangelista interptat̄ verbū. Hoc aūt a semetipso nō dixit: sꝫ cū esset pontifex anni illius ꝓphetauit. Anceps verbum. A semetipso dixit: ⁊ non dixit a semetipso. A semetipso dixit volūtate puersa ⁊ odiosa seu inuidiosa. Non dixit a semetipso / futurꝫ mysteriū nō aduertens: neq̄ sciens q̄tū boni ex illa morte humano generi accresceret. Ac ꝓ hoc cū esset pontifex anni illius ꝓphetauit: vt aduertat̄ in hoc mysterio q̄ ꝓphetia dignitati / nō ꝑsone: statui / non hoī sit tributa. Quid ꝓphetauit? Quia iesus moriturus erat ꝓ gente: scilicet iudeoꝝ. Et non tantū ꝓ gente: sed vt filios dei qui erant dispersi / congregaret in vnum. Illos videlicet dei filios qui predestinati ab eterno futuri erant oues vnius ouilis sub vno pastore: transituriq̄ in gratiam christianam. Perspicuum est quale mysterium ab illis inscie tractabat̄: scient tamē ꝓut futura temporaliter dāna cauebant. Et si me non fallit / quid mali cogitat inuidia: fortassis illa non erat causa in animo pontificis ꝑcauēdi futuris periculis: sed supposuit vt mors eius ex causa supposita licentior atq̄ iustioꝛ omnibus videretur: ⁊ magis animarentur ad illius necem / quo ꝑ eum periclitabūda patria seruaret̄. Inuidus em̄ vt eroso possit inferre iacturam: non ꝓpria / sed cōmunia damna deuitanda ꝓponit: ꝓ republica / ꝓ tuēda patria orationē in contione aut in multoꝝ concilio facit: semꝑ intendens in oppressionem priuate ꝑsone / sub pallio publice vtilitatis. Dolosa lingua ⁊ astutum consiliū / ꝓponere bonum publicum vt priuatuꝫ eliminet. Difficulter vitari pōt periculum in suspecto de lesione boni cōmunis:

bonū publicū si p̄ferk̄ / aut malū patrie si timetur. Hinc quidē ea imagine a caipha factū est: quē magis inuidia incitabat ad malū inferēdū eroso / q̄ amoꝛ patrie ad ꝑseruationē eius. Qui oībus oratoribus auditis velut animosioꝛ i nece iusti / ⁊ astutioꝛ in verbo mortifero: arguēs de ignorātia oratores ait: Uos nescitis quicq̄ nec cogitatis. Non placent mihi / nec expediūt patrie iudeoꝛūq̄ populo vestra cōsilia: impertinentes sunt orōnes vestre: nescitis ergo quid opus sit: neq̄ cogitare nostis pericula possibilia euenire: si hō iste amplius viuit / si morte nō delek̄: vt plebs iā eius signis ac doctrinis cōmota quiescat. Ego aūt vtilius cogitaui vt iste solus moriat̄: ne nostra gens aut patria nostra depereat. Iā adimplebat̄ ꝓpheticū dictū: In eo dū cōuenirent simul / accipere aīam meā cōsiliati sūt. Ex ꝑsona christi hec ꝑdicta erant. Ego vidi quod vtile est nostre genti. Expedit vt vnus moriatur hō ꝓ populo. Solers verbū / sed nō a solerti homine dictū / q̄ vnus ꝓ populo moriat̄. Nec dixit / occidat̄: sicut nō alterius autoritate / sed sua voluntate moreret̄: ⁊ ꝓ populo / vt ipse ꝓ populi vtilitate vellet subire mortē. Et sufficientiam christi etiā nolens dixit / q̄ vnus ⁊ q̄ mortuus oībus valeret ad vitā. Quid igit̄ viuus: si mortuus omniū vitā soluat: si sub tremēdo mortis imperio a morte populū liberat? Quid regnans erit facturus / si talia facit morti subiectus? Spūs q̄dē sanctus ꝑ os huius atrocis locut⁹ est: vniuersalē vtilitatē futurā ex morte christi ꝓnuncians. Sed nec mirum / etiam per os asine protulit veritatem. Addebatur autem ⁊ modus ⁊ tempus / sicut etiam cautela: ne tumultuario impetu populi captus fieret libertati. Dicebant autē Non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Iā de morte consilio caiphe firmatum erat: ⁊ vt ei immutabiliter irrogaretur / studebant ex adiectis cōsilijs populi vitare tumultum: apud quem iesus vt propheta magnus ⁊ miraculorum inauditorum patratoꝛ eximius in fama erat. Quamobrem verebātur ne extorqueretur de manibus capientium. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. Uerba sunt euangeliste declarantis firmatum consilium super interficiēdo christum: ab eo die quo congregatio perniciosa facta fuit in atrio principis sacerdotis. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: sed abijt in regionē iuxta desertum in ciuitatem que dicitur effrem: et ibi morabatur cum discipulis suis. Declinabat adhuc iesus mortem ad tempus / de proximo illam volūtarie subiturus. Et formam edidit quid agendum in persecutione constitutis / petere remota loca orationibus ⁊ contemplationibus apta: ⁊ fructib⁹ bonis intendere: ad fructumq̄ cōuertere omnem perfidiam / omnem persecutionē hominū malignantium. Ob hoc petit effrem / que fructificatio interpretatur: ibi morā trahit cuꝫ discipulis

suis: vt eos semotos a turbis attētius erudiat/et ipsi quietius capiat. Mortaliū consiliū in morte terminatū erat. Adde hac edictū ad executionē eius: vt inevitabiliter capet. Proximuz erat pascha iudeorū: et ascenderunt multi hierosolymā ante pascha: vt sanctificarent seipsos. Querebāt ergo iesum: et colloquebant adinuicem in tēplo stantes: Quid putatis: quia nō veniet ad diē festū? Dederāt aūt pōtifices et pharisei mandatū: vt si quis cognouerit vbi sit indicet/vt apprehendant eū.] Religione vtebantur aliqui iudeorū in tempore quo pascha celebranduz erat: et memores ex scriptura et cōtinua/nō interpolata narratione patrū ad filios illius ꝑme ordinationis in egypto: et diuine virtutis ostense illo in tempore satagebant mūde atq; honeste illud pascha manducare. Proinde cū iā ꝓximū esset: multi de illa regione iuxta desertū effrem ascenderūt hierusalē/ad mundandū et purgandū seipsos ab immūdicijs quas cōtra ꝓhibitū legis cōtraxerāt: sicut in libro Leuiticorū traditur erat: et etiā ab vxoribus ꝓprijs abstinebāt: eo q; aut pluris existimantes agnuz immaculatū lege posita māducare/q; leuiticos panes qbus nisi sacerdotibus et leuitis et mūdis a mulierū contactu edere nōn licebat: seu ꝑ orationē faciēdā in templo vt Salomō in ꝑma templi cōditione orādo statuerat: aut ꝑ oblationē et benedictionē sacerdotum et orationē ipsorū/sicut erat solitū/ꝓ populo exorare. Ad christianorū negligentiā hic mos merito potest obijci: cū se ꝑ abstinentiam ab vxoribus aut a concubinis/et ꝑ penitentiā ceterorū criminū virtute sacramentorū seipsos purgare atq; lauare non curāt: vt accipiāt sanctū pascha do-
Esa.52 minicū corpus christi. Quod si sic iussuz est: sanctificamini qui fertis vasa dñi: multo magis se sanctificēt qui volūt accipe corpus christi. Sed hi qui ascenderāt/et ceteri iudei qrentes iesuz stātes in templo adinuicez loquebant: hesitantes vtrū christus ascēsurus esset ad festum timore ꝑterritus: ex eo q; notum erat de captione eius et indicatione iam pontifices firmū dedisse mandatū/quod certū erat nō latuisse iesum. Erat ista hesitatio habens vtrāq; partē: eorū q̄ pio/eorūq; qui impio affectu de ipso qritabant.

¶ Quod cogitauerunt principes sacerdotū etiā lazarū interficere: secundum Joannē. Ca. XLVI

Depravati ꝑteritarū iniquitatū demerito/non sistūt fluidā in peiora ꝓpriam voluntatē: non corrigūt aut deprehendunt vetera male acta: sed adijciūt peccata peccatis: et student serio vt omnē iniquitatē ꝑficiāt. Nec est eis satis ad crimen iniuste iustum damnasse et mortis officio ex consilio tradidisse: nisi et iustum amicū et amicandi alijs causam aboleāt.
Jo.12 Sic quidē agebat seua perfidia iudeorū. Nam cogitauerūt principes sacerdotuz vt et lazarū interficerent: quia multi propter illuz abibant ex iudeis: et credebant in iesum. Cogitant iterū morti tradere quē semel depasta diu tenere non potuit/cū vita impiosior aduenisset: die quarta destructa certum imperiū eius/sola voce iubēs eū egredi ab ergastulo illius. Ceca mens et cogitatio sterilis vt non posset iterū reuocare ad vitam qui semel reuocauit/quotiēs mors posset illuz inuoluere. Sed inuidia cū sibi asciscat odiosam irā iudiciū rationis obnubilat: ꝑuertit mentē: nihil sanum cogitare sinit: cui sepe audacia mala spez ad possibilia repromittit: vt saltē tentet etiam si ꝑficere nequit. Gratis odio christū habebāt: gratis et lazarū morti adiudicare disponūt: et cū nō habeant causam/inueniūt eam que ipsos potius debuit adducere ad id quo alios adductos volebant: nitebāturq; summopere interponere obicez ne plures irēt: eūq; interficere q̄ causa fidei erat: signūq; ostendens quo irent oēs amatores vite annuentes mortē: qm̄ ipse christus vtriusq; tenebat imperiū: in cuius experiētia iam ipse lazarus fact9 erat/sola voce reuocat9 a morte. Quid hoc bonū lazari: quid hec iudeorū iniquitas innuat/aduertendū est. Est qui fuit experimento malus/et dei misericordiā cōsecutus est: cui non est retributū malū ꝓ malo/sed ꝓ malo bonū accepit: et sicut expertus se malū/sic deū bonuz in se ꝓpiciū sensit: et mortuus in peccatis vitam accepit in gratia/spem nactus q; et in gloria. Hic sana mēte conspectus/in contemplatione hominū peccatorū factus animos mouet euz adire/a quo ipse tam alta dona suscepit: iter parat ad fidem: astruit spem/ne qs peccatorū quorūcūq; pōdere ꝑsilius desperatione frangat: in seipso docēs quid benignitatis habeat diuina clemētia: et quo nostra iniquitas possit abstergi: et q̄d possit accipere nostra indigētia famebūda. Magnus huiuscemodi cyrix est: qui experimēto suasionē facit. Aduersus quē e regione bellū parat iniqtas vsq; ad mortē insectans eū ꝑ quē sumpta est fidei speiq; occasio: vt conuersio mortaliū ꝓ vita fiat ad christū. Sed tot delictorū atq; criminum reus est qui obicē facit/ne veniat ad christū et sibi ex sua lege seruiat: quot possit ꝓhibitus bōa facere/seu mala cōmittere. Proprie demonū est reis asciscitorū omnē interponere sepem: et firmare chaos: ne veniat in fidem/ne quis se dei constringat ad legem. At vbi amplius nequit ista ꝑuersitas/morte decertat in eum cuius vita exemplo atq; doctrina peruenit ad christum: sicut hi de lazaro cogitauerūt.

¶ De gentilibus querētibus videre iesum: quorū causa disceptatio vtilis est exorta: secundum Joannem solū. Capitulum XLVII

Famosum templū ꝑmo a Salomone cōstructū: deinde post destructionē reparatum: non solū populo circūcisionis/sed etiā populo incircūcise carnis domus orationis erat: et interdū multi gentiliū ob hanc causam veniebāt vt orarent/in spe facti vt exaudirētur. Sic eīn Salomō orauerat completo tēplo 3.Reg.8
ante altare expāsis manibus: vt etiā alienigena

sibi orãs exaudiri mereret. Quod forte vsq ad
illa tẽpora a principio molescẽs seruatũ extite
3.Re.8. rat: Sic eñ scriptũ est: Insup ⁊ alienigena qui
non est de populo tuo israel: cũ venerit de terra
longinqua ꝓpter nomen tuũ: audiet eñ nomẽ
tuũ magnũ ⁊ manus tua fortis ⁊ brachiũ exten
tum vbiq: cũ venerit ergo ⁊ orauerit i loco isto
⁊ tu exaudies in celo in firmamento habitaculi
tui: ⁊ facies oĩa pro quibus te inuocauerit alie
nigena: vt discant vniuersi populi terrarũ no/
men tuũ timere/sicut populus tuus israel: ⁊ pro
bent/quia nomẽ tuum inuocatũ est sup domum
hanc quã edificaui. Quo forsan ꝓmoti etiã alie
Joan.12. nigene aduenerãt. [Erant aũt quidã gen
tiles ex his qui ascenderãt: vt adorarent in die
die festo. Hi ergo accesserunt ad philippũ: qui
erat a bethsaida galilee: ⁊ rogabant eũ dicẽtes
Domine volumus iesum videre.] Gentiles sic
vocati sunt a genitura: qui sic viuũt sicut geniti
sunt: nulli⁹ legis scripte vinculis alligati: diui
ne dixerim tantũ: nõ illius quã aliquãdo homi/
nes ad ꝯuiuendũ humane condunt: quibus ⁊ su
bijciunt. Quorũ aliquib⁹ altior ⁊ sanior aderat
intellectus/ex vicinitate confiniũ. Sepe quidẽ
in confinibus verior est noticia morum atq ide
omatum ⁊ linguarũ vtrarũq/ꝙ partium remo/
tarum. Id ergo dixerim ꝙ hi gentiles quasi cõ
finaticij gentis hebraice mores iudeorũ ⁊ tẽpli
famã certius sciebãt: aut proselyti iam aut de ꝑ
ximo futuri erant: quã ob causam aduenerũt ad
templũ: vbi existentes cũ ceteris famã saluato/
ris domini audierũt: quã forte alias ꝑceperant:
sed iam maxime: qꝛ tãto apparatu ⁊ laude vtri/
usq sexus atq etatis aduenĩes hierusalẽ ingres
sus est templũ: vbi gentiles qui ad adorandum
venerãt/satagũt videre iesum: nõ visu corporis
tantũ quo omnes intuebant in eũ/sed visu men
tis. Sed verebantur sine intercessore accedere
ad iesum: adeunt primo philippũ forsan alicu/
ius familiaritatis aut noticie cause/ꝙ alios: ꝑ/
suadẽtes ad eũ de visione ꝓpinquiori/⁊ affabi
li colloquio interposito cupientes fieri domesti
cos eius. Philippus vero meli⁹ ratus ali/
um cõsulere seu habere in intercessione ista col
legam: dixit andree: Andreas rursum
et philippus dixerũt iesu. Forma est ꝓ
rogata quemlibet superiorẽ adire opportũe nõ
cognitũ: seu nondũ in amicitia factũ. Incogni
tus ad incognitũ/ inferior ad inferiorẽ/ volens
amicari ad nondũ amicatuꝫ: necessitate ingesta
inueniat mediatorẽ vtriusq extrema sapiẽtem:
qui caduceare sciat inter aduersas aut nondum
cognitas partes: quoniã amicus ad amicum ca
duceatore nõ indiget: per semetipsum adit: non
esset amicitia mediatorẽ inquireret. Hinc ⁊ via
tores incerti de amicitia dei/adhibẽt patronos
quos credũt in patria regnare cũ christo: aut in
via credũt deo eẽ gratiores: vt ꝓseuchas ponãt
ad deũ cõtra ea que vitanda tradunt: seu ꝑ his
fine quib⁹ salus eterna nõ tradit. [Jesus aũt
respondit eis/dicens: Venit hora/vt
clarificetur fili⁹ hoĩs. Non recipit eos ie
sus/nec se cõmunicat eis: ne videret iaꝫ mutare
quod dixerat: in viã gentiũ ne abieritis: vt pa
raret scandalũ iudeis: quos ꝑmo ꝗrebat ad fidẽ
Sed rñdet de ꝑsenti/quod de ꝓximo futuꝝ erat
Venit hora/scꝫ passiõis ⁊ mortis: ⁊ clarificabit
filius hoĩs: qꝛ verus hõ est in toleratione passio
nis: ⁊ clarificabit/qꝛ ⁊ dei fili⁹ est in ptãte résur
rectionis ⁊ ascensionis in celũ. Neq innotescet
ex pleno ipsum esse quod est: ⁊ vt dux fiat/ad se
quelã oĩm saluandorũ ⁊ caput ecclesie colligẽde
de iudeis ⁊ de populis gentiũ: ⁊ lapis reprobat⁹
in vni⁹ edificatione parietis: quõ/quo iure in ca
pite duorũ parietũ sit futur⁹: nisi ꝑcedat ignomi
nia passionis ⁊ mod⁹ ⁊ effectus ei⁹. Proinde di
cit: [Amẽ amẽ dico vobis/nisi granũ frumen
ti cadens in terra/mortuũ fuerit: ipsum solũ ma
net. Si autẽ mortuũ fuerit/multũ fructũ affert.]
De seipso iesus dãs responsum petẽtib⁹ quo tpe
gentiliũ esset futura ꝯuersio: ꝑ similitudinẽ grani/
sati/mortificati ferentis ad postremũ fructũ lo
quebat: ꝗ inspecta ĩportuna ẽ expositio: sicq fa
ctũ fide tenet ecclesia. Sed ne gratis vsquaq
dari videat cognitio ⁊ visio christi: ad id quod
christ⁹ egit/alios inuitat participes fieri passio
nis: si participiũ glorificatiõis inquirũt. Hinc
dicit: [Qui amat aĩaꝫ suã/ꝑdet eã. Et ꝗ odit
aĩam suã in hoc mũdo/in vitam eternã custodit
eã.] Sicut statutũ est hoĩ semel mori: sic a chri/ Hebre.9.
sto decretũ est/vt vita tꝑalis deliciosa ꝑ glorio/
sa postponat. Quod ⁊ christ⁹ ꝑ nobis fecit: cui
si ministrare decreuimus/iuxta edictũ suũ mini/
strem⁹. Sic eñ exigit: Si quis mihi mini
strat/me sequatur. Vt nõ aliter eius mini
ster velit istã trãsigere vitã/ꝙ ipse trãsegit. Addi
cit aũt ad ministeriũ ꝓmiũ/ne labore frustrari vi
deatur. Et vbi ego sum/illic et minister
me⁹ erit. Quid digni⁹ erit in munere/corona
ꝗ celsior/ ꝗ sublimior palma dari põt ministris
regalib⁹: ꝙ vt rex ita ipsi dignitate resplendeãt?
Et si dispari cõparatiõe ꝑsonarũ: nõ tñ situatiõe
locorũ. Ne autẽ hesitaret de huiuscemodi retri/
butiõe in hoĩe christo pollicẽte: summouet ꝑ id
quod pater retributur⁹ ꝑ impensionẽ honoris
inducit. [Si quis mihi ministrauerit/hono/
rificabit eũ pater me⁹ ꝗ est i celis.] Ministrãs
filio/ministrat ⁊ patri: vni sine altero ministrari
per speculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciē. Nūc autē cognosco ex parte: tūc aūt cognoscā sicut et cognitꝰ sum. Qui nō diligit me/ sermones meos nō seruat. Et isti sunt mūdus: cui nō se manifestaturꝰ est Christus: qm̄ sermo dei viuus est et efficax: et penetrabilior omni gladio ancipiti: totus ad diuisionē a visibilibꝰ ꝛ materialibus et corruptibilibꝰ tendēs: q̄ mūdi amator nō contēnit: qꝛ mundū/ nō deū creatorē diligit. Proinde mūdo visibili copulato non fiet manifestatio christi/ nō trinitatis aduētus/ non ipsiꝰ mansio apud eū. Hoc quidē federe nobiscū agit: vt si diligamus christū/ sermonē eiꝰ seruantes: ꝙ tota trinitas apud nos velit eternā facere mansionē. Sed qui nō diligit regē/ odio habebit ꝛ legē: quam si aliquando seruabit: nō amore iusticie/ sed formidine pene: nō amore regis quē nō diligit/ sꝫ timore quo sibi cauet/ ne ꝑuaricans tormēta patiat. Et ne crederet ꝙ sermo dūtarat hoīs contēptibilis esset: ꝙobrem ꝛ sermo cōtemnēdus: negauit esse humanū/ nisi humana voce platū: sed asserit esse diuinū. [Et sermonē quē audistis/ nō est meꝰ.] Nō meretur puri hoīs seruasse sermonē totiꝰ trinitatis mansionē: neqꝫ nō seruantes ꝙ intermina bilis pena sequeret. Nec esset reuerētia tāta colēdus. Sed cū affirmat ꝙ sermo sit patris eterni mittentis ex ꝑe filiū: in obseruātia/ in om̄i reuerentia/ in om̄i cultu esse auditoribus debet. Terrorē incutit ne in ꝑuaricatiōe fiat/ tergiuersatio nulla patet. Ait em̄: [Sꝫ eiꝰ q̄ misit me patris:] apud quē deū patrē ne factiōe sermonis nulla excusatio locū habet: nisi aut vitio nō correctis/ aut misericordia vere penitētibꝰ aderit. Reseruat iesus ad docendū multa mittēdo paracleto: qui nō lingua/ nō sono vocis/ sed in subitatione lumē veritatis ꝛ gratiā infundēdo docebit: et ea q̄ christus docuit/ declarabit. Nam ista q̄ christꝰ docebat/ illoꝝ animos excedebāt: idcirco adiecit: [Hec locutꝰ sum vobis/ apud vos manēs:] scꝫ lingua humana ꝛ sonabili voce. [Paracletꝰ aūt spūssctūs quē mittet pater ī noīe meo: ille vos docebit oīa: et suggeret vobis oīa q̄cūqꝫ dixero vobis.] Manēs in carne cū ap̄lis spōte mortalꝭ existēs/ ista tanꝙ diuina more humano loq̄bat. Sed spūs paracletꝰ optimus ꝯsolator: quē pater misit in nomine filij/ videlicet in virtute fidei ꝛ inuocationis eiꝰ: ille docuit oīa/ q̄ nō docuit filiꝰ: ꝛ suggessit inuisibili suasione: vt incūctāter tenerent atqꝫ crederent quecūqꝫ etiā ipse filiꝰ humanatus edixerat. Liquet plurimā doctrinā reseruatam paracleto/ ꝛ fidē firmandā in cordibus de christo/ ꝛ de ipsiꝰ doctrina indubitatā suggestionē. Et cū suggestio ꝑtineat ad inferiorē: et sepe accipiat in reprobā partē: ꝛ inuisibilis aduersarius suggestiones immittit: nō tamē paracletus aliquo diuino/ aut separatis substātijs/ aut vnitis spiritibus/ aut quibuscūqꝫ creatis est credēdus inferior: equalis em̄ est per oīa in diuinis: et incomparabiliter atqꝫ infinite oīa creata trāscendit. Nec eiꝰ suggestio in alterā a bonitate partem insflectenda est. Quod em̄ eterne atqꝫ naturaliter bonū est/ flecti nequit in alterā partem: nec aliter agere ꝙ ꝑfectā deceat bonitatē. Sed humanatꝰ et humiliatus dei filiꝰ in nostra mortali carne: nisi ꝑ humilia verba humilesqꝫ actiones de seipso a patre et spūsancto ꝓnunciare nō potuit atqꝫ voluit. Idcirco hec dixerim/ ꝙ spūssanctus a patre et filio cū venerit aut missus fuerit/ dicta ipsius christi dei filij suggesturus/ docebit et suggeret: docebit mundū docta per filiū: suggeret dicta per eū. Etenim multa dixerant apostoli a spūsancto ineffabili et inuisibili modo: que nec christus ore docuit: nec in audiētiū cordibus inspirauit: nec euāgelica cōtinet scriptura: ꝛ diriuata sūt ad posteros: vt vsqꝫ in hodiernū diē in ecclesia orthodoxa sacris obseruationibꝰ currāt. Paracletꝰ cōsolator dicit: cōsolatio vero in pace fundat: nulla porro adest cōsolatio ꝑter pacē. Pax vero aut ē ī opinione/ aut ī veritate. Una falsa/ reliq̄ vera: q̄ ꝑterꝙ a deo aliūde nō ꝓuenit: que in hoc tempore humane seu rationabili anie/ in virtutū amore atqꝫ actione cōcedit: in futuro speculationi diuinitatis immediate reseruat. Et ne tabescerēt ex recessu ipsius saluatoris: aut ꝛ diffidētes ad intellectū alta docētis: ac etiā crederēt nō diligi/ ꝓut videbāt se a christo corꝑaliter separari: pacis hereditatē adiecit dicēs: [Pacē relinquo vobis: pacē meam do vobis. Nō quō mūdꝰ dat ego do vobis.] Pax sū atqꝫ pacificꝰ q̄ nō exercere litigia noui/ sed oībꝰ euāgelizare pacē. Uadēs vobis relinquo pacē: ī me mortales vos oēs vere credētes recōciliās cū supnis. Et vna cū patre et spūsctō pacē meā do vobis: nō ea lege qua dat/ qua reaccipit/ q̄ querit/ qua vult/ qua vtit mūdus: sed eo pacto quo deū illā et qualē impartiri decet: et eo fine quo donū diuinū/ quod est pax diuina/ debet dirigere acceptores. Est em̄ pax supeminens donū/ accōmodatū vrgente necessitate pamplïꝰ vsibus hoīm: sine qua omnia turbata cōsistūt: cū qua nullus peruertit/ sed omnis tranquillat ordo. Nullus autē expedientior aut magis necessarius rerū vsus/ ꝙ ille qui terminat in frui: nō create substantie/ sed infinite deitatis. Ac per hoc oportet ꝑnoscere duplicē esse pacē/ humanā atqꝫ diuinā. Humanā accōmodatā ad quietū vsū humanarū rerum. Diuinā vero vt perueniatur ad fruitionem diuinorū. De qua optatiue et indistincte dicebat Apostolus: Et pax dei que exuperat omnē sensum/ custodiat corda vestra ꝛ intelligentias vestras/ in christo iesu dn̄o nostro. Phil. 4. Et iesus christus deus est qui dicit: Pacē meam do vobis: quā mūdus nō potest habere/ accipere neqꝫ dare: cū omnē humanū sensū/ etiā audacter dixerim/ ꝛ angelicū exuperet: tanꝙ supereminens donum et transcendēs/ segregata bonitate/ omnē bonorū largitionē: cū nil sit hominibus mortalibus aptius atqꝫ vtilius/ ꝙ cū creatore omniū esse pacificū: et habere pacem

cũ dominatore vniuerse terre: que facta est per
mediatorẽ dei ⁊ hoim: ⁊ per specialẽ hominẽ Je
sum christũ: qui nõ dat pacẽ sequacib⁹ suis pro
ut mũdus amatorib⁹ suis: quã mũdi pacẽ dene
Mat.10. gat se daturũ, dicens: Nolite putare qm̃ veni
mittere pacẽ in terrã: Nõ em̃ veni mittere pa
cẽ, sed gladiũ. Pax quidẽ mundi est, ⁊ que a mũ
danis inquiritur, corporis imperturbabili sanita
te potiri: supabundantẽ rerũ vsum habere qui
etum: ex nulla rerũ parte turbari: carere hosti
bus, aut ipsos debellare, aut tenere subiectos.
Ad quam obtinendã, cũ prudentia et iusticia et
fortitudine ⁊ temperantia om̄is amatorum mun
di certauit intẽtio. Sed nec ex omni parte pos
sessa est: et si in parte rerũ seu tẽporis illam cu
pienti accessit: nõ relata est ad eum finẽ boni, in
quo mortalibus permissa est possideri. Sic ⁊ p
illa casso labore sepe certatũ est. Pax autẽ quã
asserit se daturũ, est ad deũ ordinatus affectus,
ab omnibus corruptibilibus segregatus, eius
volũtati vsqꝫ ad mortẽ inexceptuate obediẽs, et
recõciliatio facta cum deo in merito sanguinis
christi pacẽ dantis. Nõ em̃ expedit christo pa
cem habere nobiscũ, sed nobis cũ ipso. Nec est
in offendentis, sed in offensi officio dare. Ac p
hoc amator hoim christus dat pacẽ nobis, non
accipit: qꝛ ipse pace nostra nõ indiget. Ipse de⁹
offensus a nobis, semp inoffense consistens ad
nos. Dat igit pacem qua ordinate cũ deo viua
mus: dat pacẽ in sanguine in quo recõciliati su
mus: pollicet pacem eternam, qua in eternũ be
ati cũ ipso maneamus. Hec non mundi more,
sed diuino et ineffabili modo datur.

¶ Reiterat iesus de propellẽda tur
batione: subijciẽs causã: et suã omni
modã innocentiã profitetur: secun
dum Joannẽ solum. Capitulũ v

Joan.14. Dixerat pauloante discipulis, quod nũc
p sisa verba dicit: [Nõ turbetur
cor vestrũ, neqꝫ formidet. Audistis
qꝛ ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos] Ergo
nõ turbãdũ neqꝫ timẽdũ si vadit ad patrẽ, et ve
nit ad electos, auxiliari⁹ ad pugnã: imo totã sua
virtute pactur⁹ ⁊ pstatur⁹ in opportunis om̃ib⁹
gratiã ⁊ sufficientiã: sed nec turbãdũ, imo gau
dẽdũ. [Si diligeretis me, gauderetis vti
qꝫ, qꝛ vado ad patrẽ: qꝛ pater maior me est.] Alii
dixit: Si diligitis me, mãdata mea seruate: nũc
vero dicit: Si diligeretis me, gauderetis vtiqꝫ.
Diuersis effectibus est probãda dilectio: exte
riori, vt seruent dilecti mandata: interiori aũt,
vt in ei⁹ psperitate letemur. Laborauerat chri
stus vt homo: regrediebatur ad patrẽ, exaltati
onẽ super omnẽ creaturã, ⁊ omnes homines et
angelos recepturus ab eo: quia maior ipso erat
eo ꝙ homo: nã quia deus, equalis p omnia pa
tri: Et vt tota ratio gaudij refunderet in eos,
gaudere debebant: quia pater homine christo
maior. Plus cõfert vobis ex forma dei, ꝙ ego
cõferre possim ex forma seruili: qꝛ pater maior
me est. [Et nũc dixi vobis priusqꝫ fiat: vt cũ fa
ctũ fuerit credatis]. Prenũciatio christi disci
pulorum corda futurorum astruebat ad fidẽ: vt cũ p
missum deuenisset in factũ: ocyus imo inelũctã
ter crederetur, qꝛ fuerat ani predictũ. Prophe
tie quidẽ que de christo et eius corpe mystico p
cesserunt: cũ cõspecta sunt facta, audientiũ cor
da incredulitatẽ facili⁹ inclinarũt. Sic Christ⁹
ante pdixit: vt cũ factũ fuerit, prestetur indubi
tata fides. Moderat suos sermones iesus, ne i
plus effluat ꝙ expediat: aut ꝙ pcipere possit au
dito, dicẽs: [Jã nõ multa loquar vobis
cũ. Quia nõ plus expedit: plus capere nõ po
testis. Coartor vndiqꝫ nimis. Inimic⁹ qui me a
iuuẽtute mea expugnauit, in me nũc acri⁹ seuit:
bello acriori conferendũ est: meã corã vobis p
fiteor innocentiã. [Uenit eni princeps
huius mundi: ⁊ in me nõ habet quicqꝫ.] Ut ꝗ
si recompingenter diceretur: Ut quid prelium
istud in parte gerit? vt quid bellũ in toto? vt ꝗd
ista cruoris effusio? vt ꝗd seua ista mors? vt ꝗd
huiuscemodi crucis opprobriũ? vt quid cum la
tronibus deputatio? Uere in me nõ habet ꝗc
ꝗ. Sꝫ paterna iussio ⁊ filialis dilectio hoc fece
rũt. Proinde dicit: Cũ inuisibilis hostis nihil
in me inueniat sui iuris: attamẽ hoc bello cõfe
rendũ est: [vt cognoscat mũd⁹, qꝛ diligo
patrẽ: et sicut mandatum dedit mihi pater, hoc
facio.] Alibi scriptũ est, cũ disceptaret in tẽplo
Nũc princeps mũdi huius eijcietur foras. Et Joan.
hic quidẽ dicit: Uenit em̃ princeps mũdi hui⁹:
et in me nõ habet quicqꝫ. Mundi princeps an
tiquus est hostis: qui cepit in mũdo ex primis
subactis parentibus dominari: et principatum
accepit eo iure quo sibi spõte tradidit male sua
sus Adam. Sed per plus petendi auiditatẽ i eo
in quo criminis originalis aut actualis nihil in
uenerat, eijciendus erat. Qui cũ venit congres
sum habiturus cũ Christo: nihil sui iuris inue
nit in eo: Nam omne peccatũ siue delictũ ma
gnũ vel paruum, de iure diaboli est. Superfluũ
autem est christũ excusare a crimine: ⁊ istũ luci
dissimũ solem velle nostris luminaribus redde
re clariorem: atqꝫ verbis importunis immacu
labilẽ iustificare iusticiam: et omnis boni fon
tẽ viuũ ex cenosis quasi riuulis reddere purio
rẽ. Quid em̃ de christo p sua innocentia est ali
ud differendum, nisi tenendũ ꝙ peccare nõ po
tuit: nec aliquo mõ a sua bonitate deficere: nec
desistere ab expediẽdorũ factione bonorum?
Quid igit i christo erat quod posset ad diabo
lũ ptinere? Un huic original macula: ꝗuis ei⁹
caro fuerit ex traduce: sed traducta de sanctifi
cata p spiritũsctm̃ virgine matre? Un huic ali
quid de lege peccati: quẽ nullũ potuit macula
re delictum, nullũqꝫ turpare peccatum? Unde
obliquari potuit immutabilis rectitudo? Un
de huic aliquid adhesit de mũdo, quẽ fecit: qui Joh.1.
eum non cognouit: de quo suum regnũ esse ne Jo.18.
gauit? Unde huic superbia, ꝗ humiliauit semet Phil.2.
ipsum factus obediens vsqꝫ ad mortẽ? Un inui
dia, qui venit p omnibus dare animam suam?

1.Pe.2. Ubi huic ira seu impatiẽtia: q̄ cū malediceretur
nō maledicebat: cū pateref/ nō cōminabatur?
Ps.87. Ubi acidia: q̄ fuit i laborib⁹ a iuuẽtute sua: ꝛ fati
Joan.4. gatus ex itinere sedebat sup samaritanū fontẽ?
Ubi auaricia: q̄ pro nobis fact⁹ est egen⁹ ꝛ pau
Mat.4. per? Unde gula: qui ieiunans quadraginta die-
bus et noctib⁹ in deserto: et cū esuriret/ nec legi
mus ilico soluisse ieiuniū? Unde carnis petulā
tia: q̄ castissima et sanctificata traducta de vir-
gine facta/ vnita deitati? Ac p hoc q̄d i hoc ho
mine querere habet hostis antiqu⁹? Uenit eñ
princeps hui⁹ mūdi: ꝛ in me nō habet quicq̄: sꝫ
vt cognoscat mūdus q: diligo patrẽ: cuius dile
ctio in hūc me fecit venire cōgressū/ vt certem
equitate nō vi: patiẽtia/ nō potẽtia: nō in forma
dei/ sed in forma serui li cū principe mūdi: qui in
me quod possit arguere atq̄ damnare/ nō rep-
perit quicq̄. Et sic dedit mihi pater mandatū
de congrediendo cū principe mundi: qui cū me
innocentem sua inuidia et astutia tradiderit in
mortem: amittat quā diu iprobus princeps te-
nuit potestatẽ. Et sicut mādatū dedit mihi pa-
ter de congrediẽdo p penas et opprobria et cru
cis mortem cū huiuscemodi principe mundi:
sic nō aliter facio. Nō eni est fidelis serui ꝛ obe
dientis filij/ aliter mandatū exequi q̄ prout a su
periore positū est: Igitur sic facio. Et sicut in
ipso diabolus mūdi princeps nil sui iuris ha-
bebat/ sed secū congrediebaf paterno manda-
to: sic nec est in christū peruersa cogitatione im
pingendū ab hominib⁹/ cur ita incessit: cur tot
et talia sustinuit: cur ab omni delicto imunis sic
corpe conflictus est: cū ipse aliter etiam in mini
mis nō fecerit/ nisi put a patre in mādatis ac-
Joan.6. cepit. Sepe nāq̄ dixit: Nō veni facere volūta-
tẽ meā/ sed volūtatẽ eius q̄ misit me patris. To
tus est liber a causatiōib⁹ hoim: qui nō egit ali-
ter q̄ a superiore accepit: sed sicut dedit man-
datum superior/ sic inferior executus est. Tota
obedientia est ex nullo causanda: si put accipi-
tur/ effectui traditur sanctū mandatū. Qui om
nẽ intentionẽ preceptoris in mandato cogno-
uit: virutẽq̄ mandati nisi iuxta cognitionẽ hu-
iuscemodi nō aliter exequatur. Etenī velle man
data sancta perficere/ modū eque vt et factum
oportet intendere. Et obedire p omnia satagẽ-
tes: ne in nobis aduersarius noster cum ineui-
tabilis congressus ingruerit/ aliq̄d sui iuris in-
ueniat: vt quisq̄ de se verā hanc possit proferre
sententiā: Uenit eni princeps mundi hui⁹: et in
me nō habet quicq̄.

¶ De mutatiōe loci christi suiq̄ʒ col-legij in designatiōe trāsitiōis ad euā-gelīū: secundū Joannẽ/ mattheum/ marcum et lucam. Capitulū VI

Actis cena/ lotione pedū/ sui corpis sa
cramento/ multa cōmonefecit: anteq̄
de cenaculo et de hierusalẽ egredere-
Mat.26. tur. Quid predixit? [Surgite eam⁹ hinc.
Joan.14. Et hymno dicto exierunt in montẽ oliueti seu
oliuarū.] Ipse dux belli nouiq̄ certaminis: ipse
termin⁹ figurarū et vmbrarū/ formaq̄ verorū:
pmo surgẽs suos tyrones alloquif dicẽs: Sur-
gite eam⁹ hinc. Surgite qui sedistis: q̄ mandu
castis panẽ doloris/ corpus scꝫ meū/ de primo
immolandū p vobis. Surgite ppere: q: illū pa
nẽ viuū manducastis/ qui dolores p peccatis:
omniū a die cōceptionis sue in corde portauit
et dolore sensibili cōfixus in cruce dolebit. Sur
gite animo vigilanti in pmptitudine spiritus.
Surgite/ mentes vestras ad superna erigite. Cō
tẽplamini magis intuitu quid egi: q̄d sim actu-
rus pro redẽptione generis humani. Eamus
hinc ab isto cenaculo/ vbi vet⁹ celebratū est pa-
scha pro trāsitu quẽ facturus sum de hoc mun
do ad patrẽ: et pro trāsitu quẽ facturi estis vos
subsequi p vestri: a veteri lege in nouitatẽ vite/ a
figuris ad veritatẽ/ ab vmbris ad claritatẽ. Ea-
mus a cenaculo vbi vestri pedes loti sunt: ne ite
rū puluis terrene cupiditatis inhereat/ qui ab-
stersus est. Eamus hinc vbi accepistis panẽ ce-
lestem ad confortationẽ infirmitatis vestre: non
eñ iterū tabescere decet ocio spūaliter confor-
tatum. Eamus ab hierusalẽ vbi pro morte vita
damnabitur: vbi florebit iniquitas ppulsa iu-
sticia. Eam⁹ ab hoc manufacto templo vbi cor
poraliter adoratur: nam templa spūalia sunt de
primo cōstruenda: et alia edificanda hierusalẽ
ciuitas: cuius participatio ciuiū sit in verū et in
vnū deū et vnigenitum dei filium incarnatum:
cuius muri nulla possunt arietatione dissolui:
cuius lapides non diruanf: que nullo vallo in-
terposito ab hostibus angustef: que non pro-
sternatur ad terrā/ sed erigatur in celū: ꝛ pacto
mysterio seculi supra illum ascendat/ que nulla
possit obsidione deleri. Surgite igitur eamus
hinc. Et quo itur? Et hymno dicto/ exierunt in
montẽ oliueti. Predixerūt hymnum ad iter: vt
processus sit in noie dñi/ et ad laudẽ eius q̄ cun-
cta bona disposuit ab eterno. Uenīut ad mon-
tem optima qualitate distinctū: quia oliuarum
mons altum dicit a hierusalẽ terrestri. A syna-
goga et a lege venitur ad alta. Et quāuis illa in
monte: mons oliuarū in altius ferebaf: vt omni
no ecclesia q̄ synagoga habeaf excelsior. Sed
qualificabaf oliuis/ ex quibus olei fructus per-
cipitur. Oleum fomentū est luminis: liquorib⁹
omnib⁹ supernatat/ lenit/ vngit/ affert quādoq̄
medelā. Pascibilia et potabilem aquā condit:
vt ex his qualitatib⁹ in spiritualem traiectis in-
tellligentiam/ credamus constare orthodoxam
ecclesiam: ad quā completo hymno veteris te-
stamenti per christum et apostolos est celebra-
tus accessus. Ac etiam omnem christianum de-
bere his qualitatibus insigniri quas oleū ha-
bet: a quo put vngit/ christus appellatus est: ꝛ a
christo christianitas dicta est. Nec aliud dixe-
rim recessum a hierusalẽ et accessum ad montẽ
olei: q̄ deserendā synagogā: ꝛ de primo christi
anitatẽ esse condendā: secundū quā saluandos
oportet esse mortales. Ac p hoc sic dictū et fa-
ctū est: Surgite eam⁹ hinc. Et hymno dicto exie

runt in mõtẽ oliueti. Ut etiã ex his ꝓstet bñ agẽ
di forma credẽtib⁹ agonistis: vt surgam⁹ ⁊ eam⁹
ad bona/ si nos male iacere cognouim⁹: ⁊ a bo
nis ad meliora nisi ꝓficiẽdi patet iter/ donec i q̃
ꝗ optima veniam⁹. Nõ iacebãt hi/ sed sedebãt
intẽti ad doctrinã et ad dulcia verba magistri.
Sed ꝑtinet sessio ad quietẽ: surgẽdũ est ad op⁹
cũ de bñ operãdo ẽ ꝑcepta doctrina. Frustra
est doctrina de morib⁹/ si nõ deueniť in opus.
Precedit opationẽ lectio: ꝓcedit i orõne: prece
det ⁊ ꝯtẽplationẽ. Legisti ꝑ te: audisti a docto-
re q̃d operis: q̃d ores: q̃d intẽta mẽte cotẽplã
dũ sit. Igiť surgendũ ꝓperandũq̧ ad ea q̃ vidi
cim⁹ ex lectione siue doctrina. Et spõsa inuitať
a spõso/ vt surgat ⁊ ꝓperet/ ⁊ vt oret: ⁊ vt contẽ
pleť foramina ⁊ cauernã q̃ ꝑ redẽptione huma
na/ spõseq̧ sue spõsus ipse portauit. Comestus
erat panis doloris/ legaľ scʒ ⁊ euãgelicus. Ille
doloris erat: q̃ nemo ex toto legẽ illã ꝑfecerat:
⁊ nemo ex illo satiabať ad plenũ: ꝙꝙ et azym⁹
esset. Et euãgelic⁹ panis ꝙꝙ viu⁹ de celo descẽ
derit: de ꝓximo valde in acutissimis doloribus
futur⁹ erat/ penalibus quidẽ: ⁊ nostros i se latu
rus. Surgendũ quidẽ erat/ et ad alia ꝓperãdũ
Sessio/ surrectio/ itio/ serie optima disponũtur
Sessio ad doctrinã percipiẽdã/ surrectio ad in
tellectũ: itio fit ad ea q̃ precepta sunt.

¶ Quod oẽs christiani sunt ex chri-sto et in christo: sine quo nihil rectuʒ agunt: in quo manentes multũ fru-ctum afferunt: secundũ Joannẽ so-lum. Capitulũ VII

Egressus iesus a Hierusalẽ cũ vnde-
cim discipulis suis/ i oliueti mõte ꝯse-
dit: eos de altissimis ⁊ necessariis in-
struẽs: nõ affectus pauori ꝓxime captionis ⁊ se
ne future mortis: quã infallibiliter sibi immine
re cernebat: nõ necessitate aut potestate inferẽ
tiũ/ sed volũtate sui suscipiẽtis. Nec a doctrina
cessabat: nisus ostẽdere q̃ colligatio/ q̃ vnio/ q̃
coniũctio/ q̃ ꝓximitas/ que agẽdi potentia/ que
actionis vtilitas/ que pactio inter ipsũ et disci-
pulos subsequos christianos existeret/ dicẽs:
Joan.15. ⌊Ego sũ vitis vera: et pater me⁹ agricola
est.⌉ Per similitudinẽ loquiť/ vt ad ꝓprietateʒ
traiiciat: quia viti se assimilat in naturalib⁹ su-
is: vt ostendat quid ꝓpriũ faciat per gratiã fi-
delib⁹ suis. Uitis vera Christ⁹ est: vt dei fili⁹ ab
eterno plantata in patre/ vt hõ ex tẽpore vnita
deitati: i veritate fructificãs: q̃ ipse veritas est
in veritate se diffundẽs in palmitib⁹ suis: in ve
ritate culta: q̃ pater eius agricola est. Si pater
agricola: igitur agrũ habet. Si hanc vitẽ co-
lit: ergo vitis in agro. Ager ecclesia. In eccle-
sia manet christus/ qui est vera vitis. De forma
serui/ nõ de forma dei sermo decurrit. Non eñ
est vitis vt deus: neq̧ coliť a patre/ ꝑ oĩa sibi
equalis existens. Nec aliqua similitudo impo-
niť deitati: velut ꝓpheta negat ei silitudinẽ ali-
Esa.40 quã esse ponendã/ dicẽs: Cui similẽ fecistis deũ?
aut quã imaginẽ ponetis ei? Est vitis christ⁹:
et pater in eo agricole facit officiuʒ: ꝙ nec vera
vitis sine palmitib⁹ est: q̃ sunt in cõsyderatione
agricole/ an ꝓcidanť aut cõseruenť in vite. Eñ
⌊omnẽ palmitẽ i me nõ ferentẽ fructũ/ tol
let eũ. Et oẽm q̃ fert fructũ/ purgabit eũ/ vt fru
ctũ plus afferat.⌉ Uitis christ⁹. cui⁹ palmites
sunt oẽs fideles ei⁹. Sed palmes q̃ ex ista vite
nõ fert fructũ dignũ in vite: ab ista tolleť velut
ram⁹ siccus ab arbore ꝓcidiť: q̃ vena latẽs hu-
moris/ q̃ ab arboris trũco in ramos diffundiť/
in pũcto terminata ẽ ne diffundať. Fructũ vo
ferẽs seruabiť in arbore: atq̧ purgabiť ab im-
pertinẽtib⁹ ⁊ a maculosis/ vt fructũ pl⁹ afferat:
nõ solũ in quãtitate/ sed etiã in ꝓciositate. De-
cet eñ ex ista mũdissima vite ramos mũdos ꝓ
cedere: atq̧ fructũ emanare mũdissimũ/ aptũ re
gno celorũ. Uinearũ cult⁹ ostẽdit scire querẽti-
bus/ ꝙ purgati palmites cultorio more/ ad am
pliorẽ fructũ turgescũt in gẽmis. Et vnã ꝓces-
sisse purgationẽ i verbo factã ostendit. ⌊Jam
vos mũdi estis/ ꝓpter sermonẽ quẽ locut⁹
sũ vobis:⌉ facile abluituũ/ lenẽ mũdatorẽ/ sua
uẽ purgatorẽ. Saluator aduenit ꝑ suorũ salute
fideliũ: vt ablueret aqua sanctificata ꝑ verbũ:
mũdaret euangelicus sermo ad omniũ absterſi
onem malorũ et totius mundicie cõplementũ:
purgationẽ faceret pater agricola: sanctificaret
deniq̧ spũssanctus. Quis igiť ab auditione di-
uini sermonis abfugiat: si fideliter ⁊ humiliter
audientes emũdat? Non eñ est alius sermo quẽ
quatuor celici notarii cõscripserũt/ ꝙ ille queʒ
locutus est christus: qui sermo vsq̧ in finẽ seculi
erit in ꝓmulgatione/ vt sit in auditione: quẽ qui
in fide actiuorũ audierit/ ab auditu malo non ti
mebit. Si q̃s eñ fere fuerit mũdus: deũ pro se
sollicitũ habet. Sic eñ scriptũ est: Si mũdus ⁊ Job.8.
rectus incesseris/ statim euigilabit ad te. Job
eñ talia dicebat. Sed quis põt facere mundum
de mũdo cõceptum semine/ nisi tu qui solus es?
Et rursus: Nunq̃d iustificari põt hõ cõparat⁹ Job.25.
deo/ aut apparere mũdus natus de muliere? Et
iterum: Stelle nõ sunt munde in cõspectu eius. Ibidem.
Hec idcirco dicta sunt: quoniã nisi per ea q̃ di-
uina ⁊ supra naturã sunt/ mũdicia nõ existit. Si
nos de⁹ asperget hysopo/ mundabimur: ⁊ laua
mur ab ipso/ dealbabimur super niuẽ. Sed quo
niã nihil boni põt esse ex nobis tanꝙ ex nobis: ⁊
est radix nostre ꝓpagatiõis infecta: ⁊ nihil va-
lemus ex nobis velut ex nihilo facti: admone-
mur manere in eo: a quo nisi bonũ exire nõ põt:
nec virtutẽ suã suis negare palmitib⁹. ⌊Ma-
nete in me/ ⁊ ego in vobis. Sicut palmes nõ
põt facere fructũ a semetipso/ nisi manserit in
vite: sic nec vos/ nisi in me mãseritis. Ego sum
vitis/ vos palmites. Qui manet in me/ ⁊ ego in
eo: hic fert fructũ multũ: q̃ sine me nil potestis
facere.⌉ Luce clarior est sententia ex assumpta
similitudine/ ꝙ palmes ꝓcisus a vite fructũ fer-
re non põt: q̃ precisio infusionẽ decidit quã vi-
tis faciebat in palmitẽ. Sic q̃ est ꝓcisus a chri-
sto/ fructũ dignũ germinare nõ põt. Quia cum

sunt vnū vitis et palmes: diuisio in vnitate non
est: et vnitas cū multiplicatꝛ/a seipsa recedit: qm̄
dualitas siue amplius vnitatē deserit. Nulla
fructificādi virtus adest palmiti/nisi māserit in
vite: sic nulla virtus cupiā hoim/nisi manserit
in christo/et nisi christus māserit in eo. Māsio
aūt ista reciproca fructificare in multitudine fa
cit: nō christo/ sꝫ ex christo homini christiano.
Alter manentiū alteruter nō vterqꝫ de huiusce-
modi mansione pcipit fructū: quoniā bonorum
actorū ꝛ creatorū christus omnino nec indigꝰ
est: sed et fructus acquirit qui sine ipso nihil fa-
cere pōt. Qualiter aūt ista mansio sit tenēda/ su
pra declaratū est. Non solū fructificare nequit
ad premiū qui nō manet in christo: sed etiam ad
suppliciū deputatꝛ. Et hoc mōstrat quod sequi-
tur: [Siquis in me nō manserit/ mittetꝛ fo-
ras sicut palmes/et arescet: et colligēt eum/et in
ignē mittent et ardet.] Non est dare tertiū vo-
luntariū seu a voluntate aliquod factū inter vi-
tium ꝛ virtutē: Quis sit aliquid inuenire creatū/
de sui natura tendēs in neutrū: etiā cū possit de-
duci aut in vitiū/ aut in virtutis obsequiū. Nec
potest esse māsio preterqꝫ in vitio extra christū.
Ob hoc ergo dicitꝛ: Si quis in me nō manserit
cū alibi qꝫ in vitio manere nō possit/mittetur fo
ras precisus: quem non christus/neqꝫ alius/sed
ipse semetipsum precidit: sicut palmes quē vi-
tis non abijcit: sed alius ferramēto decidit. Et
foras missus arescet / vt igni sic ad comburen-
dum sit aptior. Et colligent eum ministri iusti-
cie: et in ignem scꝫ eternū mittēt eterne arsurū.
Videamus suppositā preuaricationē: videamꝰ
suppositā diuine iusticie seriē. Si māsio p fidē et
dilectionē non fit in christo: ecce culpa supposi-
ta/ mittetur foras: anathema erit a christo et ab
ecclesia/ quia mittitur foras: ecce ordinata iu-
sticia. Deinde arescet ab omni virtute/ab om-
niqꝫ gratia: vt velut lignum aridum aptius ar-
det: sic aridus bonis colligetur: ineuitabiliter
mittetur in ignem: ardebit eterne: non tamē ad
consumptionē/ ne pena terminū habeat.

¶ Q nō sit māsio christi in nobis no-
striqꝫ in christo: et quis fructꝰ huius
cemodi māsionis: secūdū ioannem
solum. Capitulū VIII

NOn est ista māsio corporalis/vt locus ꝛ
tēpus ex mora/et corpꝰ et mēsurabile
requiratꝛ: sed extra huiuscemodi diffi-
nitione peragitꝛ/quā sub conditione christꝰ enu
Joā.15. cleat. [Si māseritis in me/ꝛ verba mea i
vobis māserint: quodcūqꝫ volueritis petetis/ꝛ
fiet vobis.] Fit māsio i christo ea imagine qꝫ
palmes in vite: nō tn̄ ea ꝓprietate: cū i eo quod
in silitudinē assimilꝛ/ sit notatorū ꝓprietas: sed
in assimilatiōe silitudo: i assimilatis vero effe-
ctuū veritas. Igitur maneamꝰ i christo p ipsaꝫ
fidei adhesionē/qua nulla maior: ꝛ per verā di
lectionē/qua nulla melior: ꝛ p imitationē/qꝫ nul
Joan.2. la certior. Sicut Joānes inquit: Qui dicit se
in christo manere: debet sicut ille ambulauit et
ipse ambulare. Manet aūt ipse in hac vita nō
aliter qꝫ p verbū auditū/susceptū atqꝫ retentū.
Nō eni christꝰ sm substantiā aīe aut corpis aut
deitatis manet in nobis/sed p verbū eiꝰ. Nā fi-
des est ex auditu: auditꝰ aūt per verbū dei. Ver-
bū autē dei verbū est christi: qui aliud nō loqui-
tur qꝫ verba dei. Dictū est eni: Que audiui a pa Joan.8.
tre meo/hec loquor vobis. Proinde dicit: Si
verba mea in vobis māserint. Manēt i nobis
verba saluatoris nō alio manēdi ordine nisi eo
qꝫ ea cū audimus/si sunt nostrū excedētia intel
lectū/credimꝰ: si ꝓpe intelligimꝰ/intellecta pla
cent: placētia diligūtur: dilecta firmantꝛ in me-
moria: memorie cōmendata tenaciter iuxta cau
telā et opus in effectū/libera volūtate/tota pos
sibilitate deueniūt. Cui māsioni volūtariū red-
ditur premiū: cū exauditio petitionū tribuatꝛ ad
votū/cū dicitꝛ: Quodcūqꝫ volueritis/petetis: ꝛ
fiet vobis. Larga et inexceptuata videtur ista
exauditio: cū nihil boni aut mali a petendo se-
cludat. Si silenter considerantur verba pmis-
sa/restringitꝛ petitio cui iusta exauditio porrigatꝛ
Si in me māseritis/nō aliā formā petēdi dabi
tis qꝫ ego porrexerim patri: cui omnē meā oim
petitionū subdidi volūtatē. Et si verba mea in
vobis manserint/qꝫ doctrinalia sunt: ipsa doce-
būt qd iustū/quid honestū/quid delectabile/qd
iocundū/ quid vtile/quid licitū et expediēs: qd
datori dare/quid postulanti dignū accipere vi-
deatꝛ. Hinc sane dictū: Quodcunqꝫ volueritis
petetis/et fiet vobis. Et si nō ilico/ fiet tpe con-
gruo. Et si nō quod petimus/fiet et vtiliꝰ: naꝫ
discipuli nō recte petentes audierūt: Nescitis Mat.20.
quid petatis. Et Apostolus: Quid oremus ne- Roma.8.
scimus: ipse autē spiritus postulat p nobis ge-
mitibus inenarrabilibus.

¶ Quod deus pater glorificatur ex
bonis opibꝰ nostris: et de vicaria mā
sione dilectionis nostre in christo / et
christi in nobis: secundum Joannē
solum. Capitulū IX

SEpe insinuatū est: necnō sepe repetere
qꝫ oportet: qꝫ nihil deo patri neqꝫ filio
incarnato accedit vtilitatis/ delectati-
onis/exaltationis ex his bonis qꝫ agimꝰ. Sed
cū aliqd ex sono littere sibi accessisse videtꝛ: ad
sensū referendū est/quo rōnalꝭ creatura de ipso
aliqd nouiter pcipit siue cognoscit: qm̄ eterno
nihil nouū accedit siue prouenit. In nobis ꝛ p
nobis sunt huiusmodi varie actiones. Sed cū
christus semper ad meliora niteretur suos pro-
uehere discipulos: introducit patrem glorifica
ri ex recte agentibus nobis/ dicens: [In hoc Joan.15.
clarificatus est pater meus: vt fructū pluri
mū afferatis/ et efficiamini mei discipuli.] Vn
clarificatꝛ pater nō in seipso/sed in nobis: qꝫ eum
ab eterno clarū existentē nō agnoscebamꝰ qua
claritate fulgeret: Sed demum claret in nobis
cū ipse sit verus agricola vere vitis purgās pal
mites/vt fructū afferāt ampliorē: quoniam iusti

purgaret/fructū afferre nō possent: etiā si manerent in vite dūtaxat p fidē. Claret igit virtus eius ex fructu: sine quo nullus est fruct⁹. Igit in hoc clarificatus est pater deus/si fruct⁹ mult⁹ affertur: ea disciplina et lege/ vt plurimū fructum afferre satagentes/christi efficiantur discipuli: qm̄ omnis ali⁹ discipulatus est reprob⁹/nisi vbi docet christ⁹ iesus. Et ne pudori aut labori aut sterilitati ascriberet discipulū Christi fieri: dilectionis diuine pmiū appositū est. [Sicut dilexit me pater/ et ego dilexi vos.] Inpscrutabile dictū: qm̄ deus pater suum dilexit filiū ab eterno. En et fili⁹ cū nō essem⁹/quō nos potuit diligere ab eterno? Sed et hoc vtiqz verū est qđ dilexit nos ab eterno anteqꝫ essemus vt faceret nos: nec dilexit alit nos creatos qꝫ dilexerit nōdū editos: nec aliter dilexit nō existētes qꝫ futuros puiderit. Humanū aūt pensandū est dictū: sicut dilexit me pater / et ego dilexi vos: qm̄ sic eū dilexit: vt post omnē agonē in celestibus ad dexterā vt hoiem fecerit cōsedere. Hinc Apls

Phil. 2. post ei⁹ agonē dicit de ipo: Propter quod de⁹ exaltauit illū: et dedit illi nomē quod est sup omne nomē: vt in noie iesu oē genu flectat / celestiū/terrestriū et infernorū: et ois lingua cōfiteat qm̄ dñs Jesus christ⁹ in gloria ē dei patris. Et

Hebre. 2. alibi: Vidimus iesū p passionē mortis gloria et honore coronatū: qm̄ assumptus est in celū: immo ppria virtute ascēdit: et sedet ad dexterā patris. Sic et ipse dilexit nos: vt vbi est et nos esse valeam⁹. Postulauit eni hoc exaudita petitio-

Joan. 17. ne a patre: Uolo pater vt vbi ego sum/ illic sit et minister me⁹. Propterea ilico subiūxit de māsione dilectiōis: [Manete i dilectiōe mea.] Quā māsionē in id quod sepe supradixerat traijcit: vt nemo excuset: scz i obseruātiā mādatorū. [Si precepta mea seruaueritis/manebitis in dilectiōe mea.] Ut ex hoc duplex intelligēdi sensus eluceat: vt si seruabitis/manebitis et si manebitis/seruabitis: vt vnū ad meritū/ alter ad pmiū referat. [Sicut et ego patris mei pcepta fuaui: et maneo i ei⁹ dilectiōe.] Seruauit mādata patris fili⁹/qz dilexit: manet i ei⁹ dilectione/qz seruauit. Sim⁹ ergo nos actu in ista custodia cū inuitamur. Sic eni de veris discipulis sequacibusqz christi scriptū ē/supioris

Ps. 118. iussione suscepta. Mādat superior. Quid? Tu mādasti mādata tua custodiri nimis. Dicit inferior: Tūc nō ↄfundar/cū pspexero in oībus mādatis tuis. Igit custodi tu ne cōfundar. Et pollicebat effectū: In mādatis tuis exercebor. Orabat in artiora deduci. Deduc me dñe in semita mandatorū tuorum. Et sine turbatione animi se pmittebat facturū. Parat⁹ sum et nō sum turbatus: vt custodiā mādata tua. Quare? Ut in tua dilectione permaneā: predilexi mandata tua super aurū et topazion. Et qz tu manebis i me: ppterea ad omnia mādata tua dirigebar: oēm viā iniquā odio habui. Cur aūt ista saluator suis discipul dixerit/p subiecta verba denūciat: [Hec locutus sū vobis: vt gaudiū meū in vobis sit: et gaudiū vestrū impleat.] Si quod agit de gaudio/hūanit⁹ inter hoies discutim⁹, maxima gaudēdi materia est: cum duo rōnales animi rōnabiliter in amicitia copulant: vt vni⁹ p amorē in altero esse videat: ita vt gaudiū vni⁹ sit etiā alterius: et quicqd boni reperit in vno/in altero agnoscatur. Hic p hoc tāta de dilectione christus ingeminat/ vt gaudiū eius sit in nobis vt de eo gaudeamus in nobis de quo ipse gaudet: aut de nullo alio nobis pueniente qꝫ de ipo gaudeamus. Solus ipse nobis sit gaudiū/cū ex omni parte preterqꝫ ex ipso meror insistat. Nō, eīn alia qꝫ de christo est gaudēdi materia christianis: neqz aliūde ipsis debet esse festiuitas sup terrā. Penetrātib⁹ vlterius dictū ad intelligendum / occurrit qꝫ ipse amoris gratia vult gaudere de nobis/ velut hō nobis p oīa siīs fact⁹ absqz pctō. Carnē eīn nr̄am ex traduce ppagatā ppagine: alam etiā ex noua creatione in nullo dissimilē in natura suscepit et habet. Quāobrē seruata dilectione gaudet de bene agentib⁹ nobis: vt eos habeat consortes in gratia et in gloria/quos consortes habere voluit in natura: et ex hoc gaudiū nostrū impleatur. Non enim dixit qꝫ suū gaudium impleret in nobis: quoniam sibi dare non possumus sufficientē copiā gaudij: nec captat ex nobis/qꝫuis velit gaudere de nobis. Non extra se gaudet/ quia deus: nec insurgit sibi affectio aliqua extra se: ad seipm tot⁹ tote per oīa existēs/ab oībus accidentib⁹ extraneus est: cū id sit quod in se habet: id solū habeat diuine quod in seipso est. Non ergo nouum sibi de creatura gaudiū: neqz quale vel quantum aut ex aliquo genere dicēdi aliquid de alio: sed secundū substantiā eternā/ et eterne oīa de ipso dicunt: dūtaxat relatione personarū excepta. Sed de dei filio eterno et vero tacta sūt hec: digressionē ab inceptis quodāmodo habentia locuti sumus. Proinde ad humilia dei filij reuertamur. Gaudet ipse de nobis voluntate nō substantiua factione/aut aliqua sufficientia gaudiorum: cum nec minus ipse gauderet si nulla creatura extra seipsum esset. Hinc est qꝫ suum ex nobis quātūcunqz recte agentibus gaudium non implet/quātis habeatur: nostrum vero gaudiū nō ex nobis/ sed ex ipso perfectā plenitudinem habet. Non enim fons viuus a riuo/ sed riuus a fonte naturalem et substantialem habet originem: cum non riuus in fontē/sed fons refundat in riuū: quāuis gloria lausqz sit fontis qꝫ in riuos vberes deriuet: quorum glīa seu abūdantia non est ex ipsis/sed ex fonte pcedit.

¶ De singulari dilectionis precepto/ et amicitia christi et electiōe eius ad fructum multum: secūdū Joannem solum. Capitulū X.

Eterno iure in vnum omnia tendunt: eterno dixerim/quia preuiso: sed in tēporis volubilitate ostenditur/ et in lacētibus rebus atqz manentibus. Unus deus per omnia condidit: qui tā diuersa cōnexuit/ vt vnā

mundus omnis ostenderet formā: vnū singulare lumē/ vnū caput in corpe: vnāq; in vno corpore rationabilē τ viuentē animā. Omnia membra ordinauit ad vnū caput. Omnes anime potentias ad vnā statuit volūtatē. Una fides/ vnū baptisma est. Unū fecit τ ordinauit pcipuū τ singulare de dilectione preceptū: in quo fundata sunt oīa: a quo p debitā obseruantiā cōplēt oīa: sine quo nil valent omnia: cū quo τ in quo bona sunt τ merent omnia: quo pretermisso depereūt
Joā.15. oīa. Et hoc cū ait: Hoc est preceptū meū vt diligatis inuicē/ sicut dilexi vos. Omnia dei christiq; pcepta sunt: sed de isto expressius fatet: Hoc est preceptū meū. Si suū/ ergo inuiolabiliter obseruandū: q; preceptum posuit τ nō preteribit. In supioribus ad seipm conatus est hominū dilectionē conuertere: nūc retorquet in proximū: τ pximi dilectionē suū dicit esse mandatū: vt diligamus nos inuicē: sicut et ipse dilexit nos. Est dilectio a natura in cōsimiles: quoniā iure nature similia sibi in dilectione sociant. Est τ dilectio mercēnaria: est ex necessitudine/ qua ppagatio agit in natura: est ex delectatione sensuali/ qua colligant anime impudentes: ex qbus aut equitas naturalis aut moralis quedā iusticia seu mor turpitudo consurgit: ex aliqua tamē har ad premiū nō acquiritur meritum. Proinde saluator ex sua dilectione modū τ formā dedit dilectioni nostre/ dicēs: Sicut dilexi vos. Itaq; vt nec in dilectione pximorū error pniciosus obueniat: exquirēda est atq; tenēda christi forma quā ipse pstruxit. Quō igit ipse dilexit nos? Supra naturā/ extra mercedē humanam: nullo nexu sanguinis ratione traducis/ ol sensuali delectatione semota: sed illa dilectione qua solū pximi diligit bonū: τ tale vt sit honestum atq; pfectum: ita vt ad id pueniat/ si expedit τ possit in studio diligentis. Sic enim iesus
1.Joā.3 nos vere dilexit: q ad id bonum quod amabat voluntatē vitamq; ponendo pduxit. Et hoc est quod adiecit: [Maiorē hac dilectionem nemo habet: vt animā suā ponat quis pro amicis suis.] Ipse posuit animā suā p nobis quos appellauit amicos/ fuerintq; discipuli: fuerunt post eos τ sunt quicūq; via simili gradiunt. Proinde si sub eo militare decreuimus/ si cū ipso in celestibus triūphare: sicut ipse p nobis τ nos pro fratribus nostris debem⁹ aiam ponere. Quod ipse ille primus fuerit/ q pro amicis animā posuit: τ q sunt eius amici/ τ quo pacto inter eum τ hōies amicitia cōstituit/ docuit τ aguit [Uos amici mei estis/ si feceritis q precipio vobis.] Et preceptū leuissimū est/ cū de dilectione sit datū. Hoc est preceptū meū/ vt diligatis inuicem. Alte puehit nos christi factio preceptor: vt in eius amicitiā veniamus: qua nulla maior/ nulla honestior/ nulla potior ad tuendū: nulla facilior ad habendū/ q virtute amatiua captat: nulla delectabilior/ nulla vtilior/ nulla iocundior: q angelor etiam amicitiā sortit τ olm ciuiū supernor. Nulla vero inimicitior si contemnit/ atq; damnosior. Et quoniam amicitia magis parilitatē q subiectionem facit in animis: hac conditione se nobis christus in dilectione subiungit: Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus ei⁹. Uos autem dixi amicos: quia omnia que audiui a patre meo/ nota feci vobis. Non dixit discipulos suos eisq; similes seruos ea conditione qua bello capti seruant: q emuntur iura mancipiorum: qua cōducuntur mercede ad aliquid peragendum: qua etiā nascunt in domibus lege τ originarij appellantur. Nihilominus tamē amici dei dicunt serui: vt ex scripturarum testimonio claret: vt nomē seruitutis non adimat amicitiā: τ amicitie nomē non excludat vtilem seruitutē: nam abraam appellat⁹ est amicus τ seruus dei: sicut scriptum est: Credidit ab Gen.15
raam deo/ τ amicus dei appellatus est. Et alibi: Jas.2.
Abraam/ isaac τ iacob seruor suor fideliū. Seruitus in merito: amicitia in premio. Seruus inferiorat: sed equatur amicus. Seruus custodit imposita: secreta sentit amicus. Et foris seruus expectat: cubiculū amici⁹ ingredit. Que in vno τ eodem officijs τ alternationibus diuersis aguntur: prout res expostulat/ et exquirit alternatio agdenorum siue premiorum. Fuerunt igitur serui apostoli et amici: serui/ dum mandata susceperunt: amici/ quia seruauerunt. Subiectio seruum: dilectio facit amicū. Igitur iam non dicam vos seruos/ vt post preceptorum obseruātiam nō ad altiora vos proueh†am: sed amicos vt illa secreta que seruus nondū in maiora prouectus ignorat: vos sublati ad meam amicitiā/ cognoscatis: qb⁹ paterna secreta reuelaui. Que autē filius a patre audierit/ τ omnia discipulis nota fecerit: in dubium audientiū animas mittit. Que sunt illa omnia que fili⁹ audierit? Quomodo nota fecerit? Quomodo mēs adhuc modica discipulor illorum omniū potuerit esse capax: cum etiam ipse (vt pretactum est) seipsū in loquendo fuerit moderatus/ cū ait: Multa ha- Joā.16
beo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Quid potuit audire a patre filius: cum quo sibi est eterna τ cōsubstantialis equalitas/ sapiētia/ equalisq; bonitas? Ut homo se fatet audiuisse a patre. Manifestatio seu notificatio auditorum omniū in eo est sensu/ quo eis notificauit omnia secreta mysteria/ omnia sacramenta que pro redemptione humana erat ipse iussu paterno facturus. Et si non quando saluator ista dicebat impletum erat: per aduentum spiritussancti de proximo expectabatur implendū. Si vero recōuertimus literam cum sensu/ fortassis p amplius veritas elucescet. Ueluti hac serie loqretur: Amici estis/ quibus sunt secreta pādēda. Hoc enim precipuum est inter amicos/ reuelatio secretorum: τ signum euidens amicitie copulate. Secreta pando: non humana solū/ vt ne purum hominē semota deitate credatis: sed oīa quecūq; nota feci vobis/ nō ab homine aut ab angelo/ sed audiui a pr̄e meo viuo τ eterno deo.

Magnipendenda sunt ista/sunt omnino exce-
dentia sensum que nota facta sunt. Sic aposto-
Ephe.1 lus ait: Ut notū faceret nobis sacramentū vo-
luntatis sue ſm bonum placitum suū quod posu
it in eo in dispensatione plenitudinis tempoꝝ:
restaurare omnia in christo que in celis ⁊ que in
Col.1. terra sunt in ipso. Et alibi: Secundū dispensati
onē q̄ data est mihi: vt impleam verbū dei/scili-
cet mysteriū quod absconditum fuit a seculis ⁊
generationibus:nunc autē manifestatū est san-
ctis eius: quibus voluit deus notas facere diui
tias glorie sacramēti huius in gentibus/quod
est christus in nobis spes glorie: quem nos an-
nunciamus: corripientes omnē hominē in omī
sapientia: vt exhibeamus omnē hominē perfe-
ctum in christo iesu. Ecce notificatio eoꝝ q̄ au-
diuit a patre/quā christus fecit suis amicis: qui
nō se primo ad hanc almā amicitiā ingesserunt:
sed christ⁹ eos amando preuenit. Propter quod
ait: Nō me elegistis/sed ego elegi vos
vt eatis et fructum afferatis: et fruct⁹
vester maneat: et quodcunq̧ petieri
tis patrem in nomīe meo/det vobis.
Non me vestrum elegistis amicū quem amare
tis: nec dominū quem vtiliter timeretis: nec ma
gistrum quē audiretis/ docentē superna dilige-
re/atq̧ terrena cōtemnere: qui vos doceret con
uersari cum hominibus bonis ⁊ modestis / sed
etiam cum dyscolis ⁊ peruersis: qui vos instru-
eret irreprehensibiliter viuere/placereq̧ patri: q̄
vos de suo beneplacito informaret. Non vos
me elegistis ducē ad visibilia ⁊ inuisibilia bella/
contra tetras acies/contra colluctationē spiri-
tuū immundoꝝ/contra carnē ⁊ sanguinē: aduer
sus mundū mundiq̧ rectores/scilicet tenebraꝝ
harum. Non me elegistis pastorem quem seque
remini: qui vos defensaret a lupis: qui pasceret
vos ī locis vberrimis/in tutissimis mōtib⁹/⁊ in-
xta fluenta plenissima: qui requireret perditam
ouem reportaturus ad gregem: qui reuocaret
erroneam: qui solidaret firmā: peramplius qui
⁊ benigne curaret abiectam ⁊ morbidam. Non
me elegistis ad formā vestrorum morum formā-
dorum imitandā. Non me elegistis redempto-
rem/vos ⁊ omne humanū genus in sanguine re
dimentē. Non me elegistis deū vestrū celestia re
gna donantem. Sed ego qui quod humano ge
neri expediebat agnoui/ad omīa beneficia ⁊ q̄q̧
optima vos elegi: nō tamē vestris precedentibus
meritis. Alioquin electio esset ex iusticia/ nō ex
gratia: non q̄ vos prius dilexeritis/sed ego prior
dilexi vos: propterea vos elegi. Sic em̄ ait apo-
Ro.11. stolus: Non tantum pro apostolis ⁊ discipulis/
sed pro omnibus electis. Sic ergo ⁊ in hoc tem
pore reliq̄e ſm electionē gratie salue facte sunt.
Si autem gratia/iam nō ex operibus: alioquin
gratia nō est iam gratia. Quid ergo? Quod que
rebat israel hoc non est cōsecutus: electio autē
consecuta est. Sed quoniam elegit noua bella/
nouos elegit bellatores/⁊ contrarios ad contra
ria destruenda. Poscebat enim hoc naturalis

ordo iusticie: vt contraria contrariis pellerētur/
ab eisq̧ paterentur. Ad cuius electionis consy-
derationem inuitat apostolus/dicens: Uidete 1.Co.1
vocationem vestram fratres: quia non multi sa-
pientes ſm carnem/nō multi potentes/ nō mul
ti nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit de⁹/
vt confundat sapientes: ⁊ infirma mundi elegit
deus/vt confundat fortia: ⁊ ignobilia mūdi ⁊ cō
temptibilia elegit deus/⁊ ea que nō sunt/vt ea q̄
sunt destrueret: vt nō glorieī omnis caro in con
spectu eius. Finem vero electionis ipse doctor
gentiū scribens ad Ephesios aperit: Benedi- Ephe.1
ctus deus ⁊ pater domini iesu christi: qui bene-
dixit nos omni benedictione spirituali in celesti
bus in christo iesu: sicut elegit nos in ipo añ mū Psal.135
di cōstitutionē: vt essemus sancti ⁊ immaculati
in conspectu eius in charitate. Attamē ista ele-
ctio q̄uis referatur ad patrem/ proinde predesti-
nauit ab eterno filius illā/fecit illā in tēpore: q̄
alia non docuit/alia non notificauit/alia nō fe-
cit: nisi prout accepit a patre pro nobis. Et quo
niam elegi vos: non tñ propter vos/sed ad vtili
tatem totius generis humani: cuius vos in hac
noua malicia principes feci: q̄ genus vana cultu
ra idolorum laborat/spe frustratur/tabescit mo
ribus/infami graditur via: ducitur a sathana p
deuia queq̧/donec sibi societur in eternitate pe
narum: cuius misereor/ad fructū eternitatis in
quiro: ideo posui vos vt eatis ⁊ fructum affera
tis: ⁊ fructus vester maneat. Posui ⁊ disposui
vt eatis ad predicandū per mundū vniuersum/⁊
afferatis fructū cōuersoꝝ ad fidem. Sic em̄ lon
ge ante prophetatū est: Euntes ibant ⁊ flebant Psal.125.
mittentes semina sua: venientes autē venient cū
exultatione portantes manipulos suos. Sicut
prophetatum est disposuit christus: vt disposi-
tū est/itum est: ⁊ fructus ad vitam eternā addu-
ctus/in gloria eterna mansur⁹. Elegi ⁊ posui: vt
vos pro vobis ⁊ pro aliis rogantibus exaudi-
rem. Hinc sequitur: Ut quodcūq̧ petieri
tis patrē in nomine meo/det vobis.
Promittitur apostolis petitionū omniū exau-
ditio: siue p̄ seipsis/siue pro aliis/siue p̄ signis ⁊
miraculis faciendis/siue pro arcendis demoni
bus/siue p̄ remouendis vitiis/siue p̄ virtutibus
impetrandis. Decebat enim tāti regis amicos
sic ex omni carne ab ipso electos apud ipsum re
gem habere facilem gratiam impetrandi: tanq̄
medios inter deum ⁊ homines existentes. Ini-
mici potius erant. Si vero reconciliationē ali-
quando quesissent/interposuissent eos amicos
vt medios: quoniā medio non vtitur ad amicuꝫ
verus amicus: sed amico medio opus habet ex
traneus. Nec non ⁊ hanc amicitiam ⁊ fructiferā
electionem ad quā electi erant/oportebat in pe-
titionibus iustis inexceptuate a deo exaudien-
do monstrari: vt fieret omne quod peterent iu-
stum/congruū ⁊ expediens: ⁊ honestatē habēs
ex iusticia petitionis/ ⁊ ex veritate pollicitatio-
nis. Nam cum deus aliquid dare rogatur/ iusti-
cia ⁊ honestas in petitione seruētur; ⁊ inhesitan

ter pollicitationis veritas si non illico / attamen utiliter subsequetur.

¶ Exhortatio Christi ad apostolos q ex comparatione sui ad eos / si qua eis a mundo illata fuerint / patienter debeant tolerare: et de excusatiōe iudeorum: secundum Joannē solum. Capitulum XI

COmparatio ad superiorem multa docuit patienter tolerare minorē: cum vero ad inferiorem se componat superior pati dedignatur. Nā dissuadent ratio / mos / usus impatientē quēpiam fieri dum agitatur aduersis: et cum arietant queqȝ mala: suo superiore inspecto in similibus aut maioribus periculis extitisse. Non dedignetur pati seruꝰ / vbi passus est dominus: non miles / vbi acriora pertulit rex: nō senator queruletur / vbi portauit imperator ardēs cauma bellorum. Non dedignetur i quibuscūqȝ asperis et aduersis aliquis christianis: vbi saturatus pro nobis opprobrijs / in cruce pro nobis subijt mortem christus. Nō recuset p seipso pati quisquis inferior: pro quo liberando superior vitā exposuit. Ad hoc adhortans christus discipulos suos: pretulit dilectionem / dicens:
Joh. 15. Hec mando vobis / vt diligatis inuicem. Reconformat quod ante p̄dixerat de dilectione preceptum: quoniā ipa caput est et origo et mater omniū preceptorum. Et est leuigamentū quoddā miseriarum et calamitose vite / ipa mutua et vicissitudinalis dilectio p̄ximorum. Et immediate compositionē apposuit: cuius consyderatione leuius mala ferrentur. Si mundus vos odit / scitote q̄ me priorem vobis odio habuit. Me inspicite mundo ante exosum / qui saluare illum adueni: cum nihil mali feci. Et estote animo patiētes: si aduersus vos mundus simili odio exardescet. Quoniam si de mūdo fuissetis / mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis: sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mūdus. Similitudo nature morumqȝ sepe magna dilectionis est causa: horum vero dissimilitudo fomitē odij plerumqȝ ministrat. Diligit malus sibi aliū similē factū / velut fautorē et adiutorē et excusatorem sui criminis / et obuelatorē erubescentie: quoniā habens in iniquitate consimilē / ex eo videtur quoddā excusationis aut alleuiationis suffugiū posse conquirere. Odit tamen aliquando malus similē maluȝ: cum ex eius consortio possessio seu delectatio / aut honor seu dignitas demeretur. Hinc dictū Si de mundo fuisseris / perperam cum ceteris operantes mundi amatores: vtiqȝ nos amarēt tanq̄ suos complices et sequaces: sed quia vos ego elegi de mundo / ne sitis ipsius amatores: et dissimiles vos eis in moribus meis legibus ordinaui / feciqȝ regule mee sectatores: abstraxi a temporalibus / compescui a carnalibus / p̄hibui a vanitatibus: docui terrena contemnere / affectare celestia: non malum pro malo rependere / sed bona retribuere pro aduersis: nō litigare p rebus: cōtemptui exponere vilem corporis vitā: segregatos a charis et domesticis fieri: humanam complacentiā deuitare: p̄pterea odit vos mundus. Quare odit? Quia totus in maligno positus est: vos autem in viā bonitatis electi. A dissimilibus bonis est odium: a dissimiliter viuentibus infertur persecutio: a malis virtuosis non parcitur sanctis: quoniā nulla iniquitatis cum virtute cōuentio. Sed mementote sermonis mei / quem ego dixi vobis: nō est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt / et vos persequentur. Si sermonem meū seruauerūt / et vestrum seruabunt. Predixit christus omnia que ventura erant super discipulos suos et eorū consimiles velut infallibilis cognitor futurorū: ne cum venissent / reperirentur discipuli non parati: et eorum animi frangerentur in subitatione malorū. Et suadet eos esse memores: quia p̄dixit q sic passuri erant: ne immemoria predictorum eos per impatientiā cōturbaret: magis autem eorum animos solidaret retenta memoria. Predixerat quidē seruū domino suo nō esse maiorem. Proinde si manus persecutoris presumpsit in dominū / si persecutio illum inuoluit: multo magis et in seruos ipsa deseuiet. Quomō defertur seruo / si domino derogatur? Quomodo seruus honori fiet / vbi domino sunt illata conuitia? Non superfertur seruus / sed inferiorat domino. Sic protinus erit: Si me persecuti sunt et vos persequentur: quia non est seruus maior domino suo. Ascriberet ad verecundiā indelebilem et electione militantiū / si manerent in ciuitatibus stante rege in castris: et si manerēt in tectorijs ipso prodeunte ad bellum: et ipsi a missilibus liberi / vbi rediret vulneratus ex bello. Turpiter delicatus est miles / qui nec cum rege ictus hostiles excepit. Ac per hoc si dominꝰ vniuersi / si deus in homine dignatus est pati: qua fronte qui hoc credit propter tenerum sensum animo effugiet persecutionis asperum sensum? Non q dixerim vt semper christianus in illas se deijciat voluntarius: sed q patienter toleret cum ineuitabiliter in illis fuerit inuolutus. Nemo sua temeritate persecutiones inquirat: sed sit fortis animo cum expedierit testificari de christo. Si gratia christi capitis descendit in membra: sic et persecutio deriuetur ad subsequos. Perspicuū quidem q̄ qui hostiliter persequuntur aliquem ducem / q et sequentes milites ad posse confodient. Contra mundi amenitatē christus predicaturus aduenerat: et monstrabat se opere inimicum: nil mundanum deferens: excepto quod erat cōmensuratum ad vitam / quam in assumpta carne ostendebat humanam. Ideo mūdus persequebatur eum. Et in eadem persecutiōe futuri erant omnes christum in moribus et sermonibus imitantes. E regione autem si sermonem meū seruauerunt / et vestrum seruabunt. Doctri-

na discipulorum christi a doctrina nō erat eius
habitura seu prolatura diuersum: nec ipsi aliam
habituri viuendi formā / ꝙ ipse opere atq; verbo
prestruxerat. Propterea seruantes christi / ⁊ di/
scipulorū erant seruituri sermonē. Hoc dumta
xat dictū pro his qui christū in carne audierūt
atq; viderunt: quoniam ad posteros per aposto
los ⁊ euangelistas / per sonantia verba ⁊ publi/
cam scripturā christi est deriuata doctrina: qui
bus posteris christus non per sua verba ex car/
nis ore prolata: sed per eos quibus creditū est
euangeliū spiritussancti operante gratia sonue/
runt: Cur autem he future sint persecutiōes / sub
sequentia ipsa declarāt. Sed hec omnia fa
cient vobis propter nomen meum:
quia nescient eum qui misit me. Nihil
in terra sine causa: diuina seu humana / iusta vel
iniusta. Sic iste ꝓcessus omnē suppositam cau/
sam iniustam vtiq; habet: illam scilicet ignorā/
tiam pertinacem / que contumaci voluntate de/
pelli / que subiecta ⁊ humili potuisset. Ecce igit
mali series ignorantia dei patris / filium pro no
bis mittentis ad terram / germinauit odiū in fi/
lio: qui se dicebat deum eterni patris filium: qui
tantū purus homo a conspicientibus credeba/
tur. Quod si pater eius fuisset ab eis notus per
fidem eternus ⁊ verus deus: ⁊ filius eius credit⁹
fuisset deus / ad terras in humanitate pro salute
hominū missus: quem apostoli ⁊ discipuli asse/
rebant esse verum deum / pro nobis incarnatū /
natum / conuersatū ⁊ mortuū: in cuius nomiē sa
lus danda credentibus erat. Quāobrem homi
nes nō cognoscentes verū ⁊ eternū deum mittē/
tem / eius filiū vnigenitū ignorauerunt missum:
ignoratū oderunt: ⁊ predicatū quod erat nō cre
diderunt: sed odio pernicioso exarserunt in eos q
predicabant ⁊ moribus sequebant: quos ⁊ vsq;
ad mortem tormentis / terroribus / minis / omni
penarum genere persequebantur. Unde dictū
est: Sed hec facient vobis propter nomen me/
um: quia nesciunt eū q misit me. Nescientia hu
iuscemodi neglecta / odiū ⁊ persecutionē genera
uit ex incredulis in credentes tēporis illius. Et
scientia fidelis non custodita / pessimos mores
nec bonos facit in hominibus temporis hui⁹.
Uerūtamen illa nescientia nō excusat / imo per/
amplius accusat: que potuit depelli facilitate cre
dendi / que doctrinam in verbo habuit a verbo.
Unde sequitur: Si nō venissem et locu/
tus eis fuissem / peccatum non habe/
rent. Nunc autem excusationem nō
habent de peccato suo. Sicut inquit Apo/
Heb.i. stolus: Multipharie multisq; modis olim lo/
quens deus patribus in ꝓphetis: nouissime di
ebus istis locut⁹ est nobis in filio / quē cōstituit
heredē vniuersorū. Et que sequunt / aggrauant:
quō contēptus est. Locut⁹ fuerat moyses ad po/
pulū / aaron ⁊ iosue / ⁊ iudices multi / samuel ⁊ da
uid ⁊ salomon / ceteriq; ꝓphete. Fortassis quidē
fuisset scutū excusationis inuentū. Nūc autē qr
filius dei venit / ⁊ queq; optima locutus est: ni/
hil reprehensibile / nihil impossibile / nihil imper
tinens: ⁊ verba vite eterne fuerūt verba eius: ex
cusationē nō habent de peccato suo: quia nescie
runt mittentē / quē in doctrina missi cognoscere
potuerūt. Propterea qui me odit / odit
et patrem. Ex ratiōe atq; vsu / morib⁹ liquet /
ꝙ cōfusio vnius relatiuorū ⁊ alterius est: ⁊ odiū
vnius in alterū tendit. Et vt omne depellat excu
sationis suffugiū: si locutioni iesu credere nolu
erunt ꝙ maioris ⁊ excellentioris autoritatis fue
rit ꝙ priscorū / ꝓ eximia opa ⁊ supra naturā ⁊ vsū
facta cōtendit fuisse credendū. Locutio quidē si/
ue doctrina confirmata / nō solū per opera mo/
ralia ⁊ honesta / sed per mirabilia excedētia om/
nē creatā virtutē: iure auditores cogere debuit
ad credendū. Peramplius iustissime damnat in/
credulos. Proinde adiecit: Si opera nō fe
cissem in eis / que nemo alius fecit / pec
catum nō haberent. Nunc autē et vi/
derunt / et oderunt me et patrē meū.
Fuit iesus mirabiliū operū patratorq; signorū: Testimoniū iosephi iudei
cui similis nemo precesserat / nec aliquis talia fe
cerat in populo iudeorū seu in populis nationū /
ex quibus validabatur doctrina: quā etiā ad cre
dendā iure corda hominū vigebant. Et si moy
ses / helias ⁊ helizeus / ⁊ si quispiā in veteri testa/
mēto patrator miraculorū extitit: huic dicto nō
derogat / que nemo alius fecit: quoniā illi in vir
tute diuina / iste autē in propria fecit. Nō enim
negare nisi pertinaciter poterant opera ⁊ signa
⁊ verba christi fuisse diuina. Si aūt diuina / que
excusatio concepti odij? Que excusatio non cre
dendi? Que iusta ꝑsecutionis occasio? Que cau
sa tanti peccati? Que radix tanti delicti? Nā vi/
derunt ⁊ oderunt: viderunt opera / viderunt mi/
rabilia ⁊ insolita miracula: ⁊ oderunt missū hec
agere tēporaliter in saluationis finē. Oderunt
⁊ patrē ab eterno / sapienter ⁊ vtiliter omnia dis
ponentem: in tempore congruo me mittentem.
Quā ob causam? Immo absq; causa. Sed vt
adimpleatur sermo qui in lege eorum
scriptus est: quia odio habuerūt me Psal.34.
gratis / scilicet ꝓrinus absq; causa. Sic enim
multo ante longe ꝓphetatū erat: non vt ꝓphe
tia opportunitatē imponeret agēde rei pessime
nobis / necessarie actioni / ⁊ iudeorū seuissime ini
quitati: sed quia sic erat implendū atq; futurū.
Sic autem decenter extitit prophetatū magnū
iudeorum scelus / qui absq; causa in dei filium
odio exarserunt: ⁊ affixerunt cruci velut hoiem
sceleratū / damnantes per legem hominē inno/
centē / qui nihil alicui mali fecit. Sed fortassis
eis aliquod temperamentū excusatiōis accedit /
propter illam ignorantiā ꝙ esset filius dei: prout
apostolus ait: Quia si ipsum cognouissent / nūꝙ i.Co.ii.
dominū glorie crucifixissent. Sed hec modica:
quoniā talia prerogata sunt opera ⁊ signa ma/
gnalia / ꝙ deus credendus erat. Et si aliqua ex/
cusatio esse posset de filio dei latente in homie:
nulla tamē adest de hoie innocente / operāte mi
rabilia / docente vtilia / dissuadente dānosa. Sed

maius christianoꝝ peccatũ qui christũ credunt dei filiũ ꝛ cõtemnũt/redẽptorẽ fatent̃ ꝛ nõ diligunt/deũ et nõ timent/patrẽ et non verent̃/magistrũ et doctrinã abijciũt/preceptorẽ et nõ obediũt: sed iterũ atq; iterũ in cordibus et in dãnatis moribꝰ crucifigũt. Proinde gratis est vtroꝛũq; peccatũ. Atqui gratis est omne peccatũ siue delictũ: quod si gratis nõ esset/ porro nullũ peccatũ esset: nulla protinus reperit̃ causa peccandi. Quod si causa/ergo nõ peccatũ: si peccatũ/causa penitus abrogat̃. Ac per hoc omne malũ gratis: bonum vero nõ procedit gratis. Fit gratis crimẽ atq; delictũ: ex causis quidem agit̃ omne bonum. Huius peccati ꝓphetiam in eoꝝ lege ad exaggerationẽ mali asserit esse scriptam: legẽ iudeoꝝ appellans psalmos ꝛ omnẽ scripturam
Psal.34. veteris testamenti. Nam scribitur: Quoniã gratis absconderunt mihi interitũ laquei sui: super uacue exprobrauerũt animã meã. Et i alio psal.
Psal.119. Cum his qui oderũt pacem eram pacificus: cũ loquebar illis impugnabat me gratis. Nam et homo idolatra qui morti adiudicauit eũ: ipsum
Joã.18. excusauit/dicens: Ego nullam inuenio i eo cau
Joã.19. sam. Et ad sui excusationẽ/causam posuit super caput eius: Jesus nazarenus rex iudeoꝝ. Sed nec ipse gratis crucifixus est: sed ꝓpter delicta ꝛ peccata nostra: ꝛ vt resurgeret ꝓpter iustificationes nostras. Ideo christus non crucifixꝰ gratis: q; homo peccat gratis.

❡ Q: de christo spiritussanctus testificaturus erat et apostoli: Quobrem a synagogis erant segregandi / et magnam persecutionem passuri: secundum Joannem solum.

Capitulum XII

Quoniam iesus factus erat odio apud iudeos: q; nõ cognouerunt eũ esse dei filium/a deo patre missum: neq; ipsum mittentẽ patrẽ eternũ deum: nec prestauerũt fidem verbis ex operibus mirabilibus/ ꝛ signis improbabilibus confirmatis: ad testimoniũ spiritussancti ꝛ apostoloꝝ ex congruentia mysterij
Joã.15. se reseruat/dum ait: **Cum autẽ venerit paracletus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis / qui a patre ꝓcedit: ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimonium ꝑhibebitis: quia ab initio mecum estis.** Noluit per violentiã de seipso cordibus iudeoꝝ ꝛ alioꝝum fidem infundere: sed a ratione deuicti per supnaturalia facta/ꝛ per ꝓmptitudinẽ voluntatis trahendi erant. Quãobrem post testimoniũ patris in voce delapsa de celo/post testimoniũ ioãnis/post testimoniũ ipsius filij in signis ꝛ virtutibus/in potentia operis ꝛ sermonis: vt tota trinitas credatur indiuise huic magno astitisse mysterio: spiritussanctus missus est/de ipõ iesu mirifice/differenter ꝛ mystice/moraliter ꝛ varie testificaturus: primũ in cordibus apostoloꝝ ꝛ discipuloꝝ: vt nec in aliquo hesitantes ipm crederent dei filiũ. Deinde in operatione signoꝝ ꝛ ꝓdigioꝝ ꝛ miraculoꝝ omniũ/ꝛ in cõstantia mentis/ in virtute sermonis/in timore dei omnẽ aliũ depellente timorẽ/in pietatis cultu/in scientia cauendi ꝛ agendi/in fortitudine tolerandi aduersa/ꝛ aggrediendi sublimia/in cõsilio: ꝓter errorẽ ſm iusticie libertatẽ: in claritate intellectus ad cognitionẽ veri ꝛ falsi: in sapientia diuinoꝝ/ in dilectione ꝓximoꝝ indiuisibili/in altissima charitate: qua vnusquisq; debet semetipm despicere ꝓpter deũ: in patientia inseparabili ad tolerãdam passionũ/in cõuersatione abdicata/in contemptu visibiliũ ꝛ corporalis vite: hic paracletꝰ a patre filioq; missus sic testimoniũ daturꝰ aduenit. Hic spiritus est veritatis/a similitudinibus ꝛ imaginibꝰ virtutũ mentes hoĩm abstrahens/ꝛ in pura veritate cõstituẽs. Et post testimoniũ dabitis de his q̃ vidistis ꝛ audistis ꝛ manibus tractauistis: ꝓ eo q; ego vos elegi ab initio quo palã inotui mũdo: vt ꝑ vniuersum mundũ testificaremini: q; iesus sum filius dei/factꝰ hõ pro salute generis humani. Sicq; testificari de ipõ cũ celos vellet ascendere/iterũ iussit eos:
Act.1 Nõ est vestrũ nosse tẽpora vel momẽta q̃ pater posuit in potestate sua: sed accipietis virtutẽ superuenientis spũssancti in vos: ꝛ eritis mihi testes in hierusalẽ/ꝛ in omni iudea ꝛ samaria: ꝛ vsq; ad vltimuz terre. In quo mihi testes eritis? In moribus/in vita/in verbo/ꝛ in signis ꝛ prodigijs. Pro quo testes? Quia sum q̃ suz ꝛ quod sum: ꝛ q; nõ propter me/sed ꝓpter homines descendi de celis: spũsancto incarnatus/ex matre virgine natus/adultus docens/iniuriis ꝓ salute hominũ moriens/resurgens nõ iterũ moriturus: celos tandẽ penetrans/patris sessurꝰ ad dexterã. Itaq; ioannes cũ de ceteris coapostolis siue discipulis iesu testimoniũ dedisse fatetur/di-
1.Joã.1 cens: Quod fuit ab initio/quod vidimus/quod audiuimꝰ/quod ꝑspeximꝰ/ꝛ manꝰ nostre contrectauerunt de verbo vite: ꝛ vita manifestata est: ꝛ vidimus ꝛ testamur et annunciamus vobis. Sed quoniã hec testificatio apostolos ꝛ discipulos erat applicatura penis: ꝛ anathema factura ꝓnunciat saluator: ne cum venerit in alo offendant̃. **Hec locutus sum vobis / vt non scãdalizemini. Absq; synagogis facient vos.** Futurũ est vt anathema sitis/ cuz de me testimoniũ dabitis: ꝛ extra ponamini a iudaicis synagogis q̃ me abiecerunt: ꝛ vt malefactorẽ tradiderũt in mortẽ: ideo ne scandalizemini dixi vobis. Et intantũ deseuiet iudaica iniquitas/etiã ꝛ ipsa gentilitas/cũ me crucifixũ ꝑdicaueritis: illa ꝓpter scandalũ/ista ꝓpter stulticiã: ꝛ tanq; fatua vestra ꝑdicatio reputabit̃ ꝛ vita insana. **Et venit hora q; oĩs qui interficit vos / arbitretur obsequiũ se prestare deo.** Sicut in capite preactum est/ꝛ in membris: nam per legem christũ tradiderunt in mortem/dicentes: Nos legem habemus: ꝛ ſm legẽ
Joã.19 debet mori: quia filium dei se fecit: vt non se crederent homicidas atq; culpabiles: sed vere iusticie ministros/similiter et fautores. Sic et in

membris eius fuerat iudicandū ⁊ actum est: ꝙ qui interfecerunt eos/ nō obnoxios crimini/ nō offensores iusticie: nō deo in aliquo displicētes sed sacrificare ꝓ voto/ sacrificium offerre ꝓ debito crediderunt. Iudei ꝓ zelo legis/ gentiles ꝓ falso zelo idolatrie impietatis. Sed nulla persecutio seuior/ ꝙ vt innocens tanꝙ nocens/ iust9 vt iniquus/ pius vt impius/ benefactor vt malefactor/ verax vt mendax applicatur penis/ vexatur tormentis/ ⁊ occiditur ⁊ damnat̄. In talib9 quidem patientia vera si aderit/ magni est meriti: ⁊ premia amplius habitura. Sed vnde in hāc seuitiam deuenient/ ostendit: Et hec facient vobis: quia non nouerunt patrē neq3 me. Ut sepe iam dictum est/ huiuscemodi nescientia magnoꝝ maloꝝ fomitē ministrauit: sed eo inexcusabilior/ quo potuit auferri facilitate/ imo pietate credendi. Quod vt veniret̄ in hanc credulitatē/ omne vehiculum signoꝝ ⁊ diuinoꝝ operum prerogatū est. Causam reiterat cur ista predixerit: ne obliuio generaret impatientiam ⁊ scandalum in fide: ⁊ vt reminiscētia daret tolerantiā firmā/ ⁊ ꝓmptitudinē in sermōe. Proinde subiecit: Sed hec locutus sum vobis: vt cū venerit hora eoꝝ/ reminiscamini q2 ego dixi vobis. Hec aūt vobis ab initio nō dixi: quia vobiscū eram. Ideo iesus apostolis predixit: vt cū hora ꝑsecutionis adesset/ recordarent̄: ne scandalizarent̄/ ne per impatientiā frangerent̄: quoniā ipsoꝝ dn̄s ⁊ magister sic disposuerat/ sic futurū esse predixerat: vt qualia ante fuerat ipse ꝑpessus sic ⁊ ipsi talia paterētur: vt sicut erat futura vna gloria capitis ⁊ membrorum/ ꝗuis illa peramplius: sic passionum esset vna societas/ tamen ex causis ita disparibus. Non tamē ab initio vocationis ⁊ electionis apostoloꝝ christus eis talia nota fecit: aliquādiu habens cum ipsis existere ipsos operibus ⁊ sermonibus informare/ cōducere ⁊ fouere: ⁊ ne forte in initio vocatiōis terrorem futuraꝝ persecutionū tam seuaꝝ audientes ab eo quod ceperant/ resilissent. Sed vicinus ⁊ proximus passioni quasi confestim abcessurus ab eis/ de persecutionibus erudit: prenuncians quid futurum erat/ ⁊ causam: per aduersitates ⁊ tribulationes ordinans ad gloriā eternā omēs illam captare in tēpore gestientes.

Quod expediebat apostolis celos penetrare iesum: et paraclerū mittere arguentem atq3 vera docentē/ annunciantemq3 future: secundū Ioānem solum.

Capitulum XIII

Cura erat iesu de cordibus apostolorū indebitā remouere tristiciā/ que illis ex christi fiebat absentia: ⁊ ex pollicitatione melioꝝ de remotis ⁊ ablatis inferioribus eorum animos refouebat. Exponit omi-
Ioh. 16. no suū omnino adesse recessum: Et nunc vado ad eum qui me misit: et nemo ex vobis interrogat me/ quo vadis. Sz quia hec locutus sum vobis: tristicia impleuit cor vestrum. Expleta legatione ad legantem decet redire legatum/ relaturū que fecit ⁊ que in ipso facta sunt: ⁊ examinatus recipiat digna factis. Missus dei filius in humanitate solum erat: ⁊ in illa vadit ad mittentem patrem: a quo nunꝙ deitate recesserat. Et sue legationis pro nobis peracto mysterio/ suscipiet vt filius hominis gloriam: quam vt dei filius ab eterno possedit. Non tamen ex vtraq3 forma oportebit aliquid gestorum referre ad patrem/ q̄ omnia nouit anteꝙ fiant: sed in veniendo et redeundo est decentia facientis/ et series geste rei ⁊ forma vere obedientie presignata: vt ad imperium iubentis omnia fiant: ⁊ nulla sit contradictio ad iubentem: nec graue in exequendo aliquid in animo exequētis obueniat. Hinc libertate dicit: Vado ad eum qui me misit: sed cum hoc cognoscatis ex dictis/ mirum quasi de vobis ꝙ nemo ex vobis īterrogat me quo vadis. Iam videtis ⁊ auditis meam in recedendo voluntatem: sed quo vadam ignoratis: quia si ad patrem/ ipsum non cognoscitis. Cur aliquis ve-
strum non interrogat/ quo vadis? Sed dixi vos Ioh. 15
amicos: non seruos. Licentia est in amico interrogare quo vadit amicus: cum non sit congruū seruo exquirere quo velit pergere domin9. Fortassis volebat iesus interrogari quo iret vt doceret: sicut magister a discipulis/ vt doceat ignorata. Attamen ipse causā aperit cur interrogaticiū sit: Sed quia ego locutus sum vobis: tristicia impleuit cor vestrum. Opplet sepe animum tristicia: ⁊ plerūq3 cor ex ipsa tabescit: vt querenda non querat/ neq3 curet scire scienda. Verūtamen aperte vtilitatem ⁊ expedientiam sue vaditionis insinuat. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadā. Veritas sum/ veritatem dico. In veritate debet omnis quiescere intellectus: omnis ratio in veritate terminatur: vltra veritatem omnis inquisitio est importuna: nemo in veritate fallit̄. Veritas amara interdum esse potest: iniusta vero nunꝙ. Agentes perperam oderunt aliquando veritatem: quia prodit iniquitatem/ ex qua multatur autor. Dilexerunt autem illam penitus innocentes. Si vos amici mei estis/ qui veritas sum: ergo ⁊ veritatis amici. Veritatis amicis veritas est ad fructum: generat gaudium innocentibus: securitatem ⁊ gratiam prestat. Non fallo vos veritatem fatus: expedit vobis ad vtilitatem/ ad fructum/ ad securitatem/ ad gaudiū/ ad gratiam/ vt ego vadam. Expedit vt forma serui recedat ab oculis ad hoc/ vt dei formam contemplantes redeatis ad cor. Extrorsum vagatis in forma cōspecta: vt introrsum redeatis vobis expedientius est. Nam in his que bona etiam a sensibus delectatio interna prehabet: ⁊ sensibiliter affect9 in bonis si nō redeat ad animū/ priuatur melioribus. Intuebantur aposto-

li christi humanitatē amenā: & illa delectari gau
dijs potioribus interioribus ꝓuabantur: non ꝙ
malū esset in quo afficiebant/sed melius quod ꝑ
mittebat intus. Inde dictuꝫ est: Si eni non
abiero: paracletus nō veniet ad vos.
Si autē abiero: mittā eum ad vos.
Si a vobis corꝑe nō recedaꝫ: si a vobis nō sub-
traxero huius hūanitatis aspectū: si non pene-
trauero celos: si nō fecero regressum ad patreꝫ
paraclet⁹ nō veniet ad vos: nō veniet: q: pater
sine me nō mittet. Et licet filius nō sit diuisus a
patre: neqꝫ carnē assumēs fecerit sꝑationē vni-
us cū ipso existens eterne substantie: degensqꝫ
in nostra natura in terris/simulqꝫ i deitate in ce
lo erat apud patrē. Abire aūt eius nō ad formā
dei/sed ad formā hoīs ferebat: quaꝫ pater expe-
ctabat ascensurā ad superos. Deinde paracle-
tus a patre & filio nō ante mittēdus erat. Ideo
in hūanitate in celis expectato: ipsaqꝫ ascenden
te ad mittendū vt filius hoīs dei filius credere-
tur: qui nondū creditus acclamatū est vt cruci-
figeretur. Poterat quidē filius etiam in terris
existens in carne vna cū patre spiritūsanctū de
celo mittere: sed nec creditum fuisset ꝙ processis
set a filio ꝓut a patre/ si spiritussanctus aduenis
set filio adhuc in terris existēte: nec ꝙ hic homo
visus & cōuersatus in terris/esset dei filius in ex-
celsis. Proinde subiecit: Cum autē abiero/
mittā eum ad vos. Mittā vna cum patre
consubstantialis existēs: mittam ad vos quos
elegi de mūdo: qui me hominem vidistis in ter-
ris cum hoībus cōuersantem: vt credatis quia
eternus dei filius sum: quē iam cōfessi estis: & qui
vado imolari ꝓ vobis. Mittam ad vos qui ꝑdi
caturi estis diuina mysteria & nouam vitam/ & ar
guturi maliciam: qui vobis quam nōdum habe
tis ꝑstabit audaciam. Hinc eñ est: Et cuꝫ ve-
nerit ille arguet mundum de peccato
et de iusticia et de iudicio. De pecca-
to quidem: quia nō crediderūt in me.
De iusticia vero: q: ad patreꝫ vado:
et me iam non videbitis. De iudicio
autē: quia princeps mundi huius iā
iudicatus est. Accusabit ꝑ aplos mūdū spūs
sanctus cū venerit/ cū eis apte docēdi ꝑstabit au
daciā: non ꝙ in assumpta & vnita sibi aliqua cre-
atura loquat. Nulla vnio creature facta est in di
uinis: ꝑterꝙ hūane nature in verbo. Et de tri-
bus tñ hic videt ꝙ munduꝫ accusare voluerit:
cū mlto sint plura quibus culpādus est mūdus.
Aduertendū aūt ꝙ ista tria dūtaxat ad humana
tū dei filiū referunt: peccatum & iusticia & iudi-
cium. Diuersa sunt quidem diuerse tractanda/
etiam relata in christum. Prerogatis opibus
virtuosis/ miraculis & figuris/ ꝓlatis irreꝑhēsi
bilibus & doctrinalibus vbis a christo/ que sol
ui nulla ratione potuerunt/ipsi omnino homi-
nes credere debuerūt. Ex ista quidem increduli Abacuk.1
tate omnia mala oriunt: quoniam qui incredu-
lus est/nō est recta in eo anima eius: sed per de-
uia queqꝫ tendens idolatrat/heret mūdo/visibi-
libus capit/amore corruptibilium tenet & segre-
gatur a deo: inobediens veris/subiecta falsis de-
monibus famulat. Et alibi ioānes aperuit incre
dulitatis periculū: Qui incredulus est filio/non Ioh.3
videbit vitam eternam: sed ira dei manet super
eum. Et apostolus que mala ex incredulitate ꝑ-
ueniant/ad Titū ostendit: Eramus eñ aliquādo Ad Titū.3
& nos insipientes/increduli/errantes/seruientes
desyderijs & voluptatibus varijs: & in malicia &
inuidia agentes/odibiles/ odientes inuicem.
Postꝙ ab eterno ꝓuisum est dei filiuꝫ ꝓ nobis
incarnari/sic conuersari & mori: sic eque ꝓmis-
sum est in eū debere credi/nō aūt credētes dāna-
ri: & sine hac fide impossibile est deo placere. Ni- Hebre.11
hil autem est quod possit e regione cōsurgere ꝙ
non crederet in christū tanꝙ in dei filiuꝫ: & eius
verbis & factis sicut diuine depromptis. Argue
bat & arguit mundus etiam de iusticia: nō de il-
la qua hoīes recte agere compellunt: hec in in-
fidelitate accusat: cū infidelis perperam nilqꝫ re
ctū deo dignū agat: sed de iusticia quam in chri
sto iesu esse negauerūt. Iustus iesus ab eterno:
quia vt dei filius nihil per iniquitatem valebat.
Iustus in hoīe assūpto mundo apparuit: iustus
in opibus: iustus in moribus: iustus in vita: iu-
stus in sermonibus: iustus in doctrina: iustus in
cōuersatione: iustus in dilectione. Nam iustus Psal.10.
dñs iusticiā dilexit: & equitatē vidit vultus eius.
Iustus in iudicio: quia iustus es domine: et re- Psal.118
ctum iudiciū tuū. Et cū animam in cruce poten
ter de corꝑe tradidisset: dux crucifigentiū cōspe-
ctis signis ex celo & terra super eū diuine mon-
stratis ait: Vere hic homo iustus erat. Supua- Luce.23
cuū est verbis aut sulcatione elementoꝝ christi
velle demōstrare aut ostētare iusticiam: sed hoc
in dissertione tentatum est. Sed quia cum super
omnem intelligentiam hominū iustus est: vt de
uorator/vt maloꝝ amicus/vt mendax/vt demo-
niacus/vt vane laudis appetitor reputatus est:
& vt malefactor legisqꝫ destructor/vt latro cū la-
tronib⁹ crucifix⁹ est: vt nō solū fili⁹ dei ꝑ verā iu
sticiam crederet: sed vt filius hoīs: nō ex spiritus
sancti cōceptione/sed ex corruptiōe: nō dignus
ꝑmio/sed tormento: non celo/sed baratro repu-
tatus est. Itaqꝫ de iusticia: quia vadit ad patreꝫ
a quo missus erat: vadit ad supernā patriam vn
de venerat: ad angelicos ciues /quos ꝓ oue cen
tesima querenda reliquerat. Vadit ad patrē suū
velut qui ꝑ omnia peregit eius imperium: velut
agonista qui ꝑ iusticiam in sanguine atqꝫ morte
redemit genus humanū: triūphauit et de diabo
lo/ & spoliauit infernum. Vadit accepturus ꝓ se
suisqꝫ electis regnum eternum: ꝓpterea dicit: ar
guet de iusticia quia ad patrem vado: qm̄ iusti-
cia mihi est/non gratia: eterna consubstantiali-
tas est/ nō rapina: vt vadā ad patrem in hac hu
mana ex benignitate assumpta natura. Et me iā
nō videbitis: quia me mūdus amplius nō est di
gnus. Et me non videbitis in terris amplius vi
sibiliter cōuersantē: q ab eterno maneo apud pa
trē. Et si iustū dicit de filio dei/et iā iustissimum

de filio hominis iudicandū est: qui in assumen-
te verbo vna persona cum ipso factus est. Me
iam non videbitis mortalem: quia resurgenti a
mortuis/mors vltra non dominabitur. Exigit
iusticia vt vadam ad patrem: vt sedeam ad dex
texteram in excelsis: qui iniuste vilipensus/appo-
riatus iniuste: iudicatus vt nequā in terris cru-
ci fui affixus. Quod autem de iudicio sit argu-
tio facienda/ ꝓ eo ꝙ princeps mundi iam iudi-
catus existat: ad ignorantiam ꝛ ingratitudinem
pertinet. Ignorabat quidem mundus ꝙ sibi di
abolus principaretur: ꝛ ꝙ finita vita corporis
homines ducerētur ad loca tartarea: ꝛ quibus
demeritis talibus applicarentur supplicijs: et
quo iure antiquus hostis genus possideret hu-
manū/qua esset potestate tā seuus hostis. Quo-
modo iudicatus/cum nomen principatus oria-
tur ex lege: veniat de necessitate: cum etiaȝ inse-
paratis substantijs nomina ꝑncipatus existāt?
An ꝑnceps huiuscemodi versus in tyrannum:
Jo.8 vt a superiori suo iudicari mereatur? Sed cum
mundi principem diabolū dicat: ipse ab initio
mendax: ab initio tyrannidem permissam exer-
cuit: iniqua voluntate/iusta permissione. Igno
rabatur quomodo/quo iure/ quo certamie/quo
cōgressu/ sub quo iudice/ qua litigandi serie iu-
dicatus esset: quia non vi/sed iure: nō potestate/
sed equitate: nō supbia/sed patientia: cūȝ vellet
tāgere atqȝ infamare ꝛ in suā sortē trahere inno
centē/iuste nocentē perdidit queȝ tenebat. Et cū
satageret vt de mundo per mortē acerbā expelle
ret qui illū condiderat: qui repare venerat quod
perierat: qui salutē eternā ꝓcurare mortalibus: ꝛ
terrenos in superna transferre: ipse ab eterno pa
tre iudicatꝰ vt improbus ꝑdo: atqȝ vt insatiabi-
lis homicida eiectus est: perdens tyrannidem
solū in sibi voluntarie subditis diuina permissi-
one retinens ptātē. Et cū ita factū sit: sibi mun
dus est ingratus: auertens a ꝯsyderatiōe huius
certaminis mentem ꝙ sit iudicatus in ligno qui
deuicit in ligno: ꝛ per crucē qui suasit delectatio
nem: ꝛ per stulticiam crucis ꝛ mortis qui promi-
sit scientiam deitatis: ꝛ falsam pollicitationeȝ de
non moriendo predixit. Inexcusabilis ingrati-
tudinis culpa/nō cognoscere infinitum bonum
quod factū ꝛ dissimulare ꝛ auertere ꝛ gratias in
cessanter non referre: cū omnibus deficiētibus
viribus ꝓprijs ꝛ auxilijs alienis catenam tene-
brarū ꝛ iugum male seruitutis ꝛ pessime oppres-
sionis/per iugū sibi imposite crucis/a ceruicibus
nostris excussit: ꝛ exules reuocauit ad patriā/er
rantes ad viam/ad filiationem extraneos/ad vi-
tam mortuos/ad cōgregationē supernoꝝ ciuiū
peregrinos. Atqui spūssanctus adueniēs de his
mundanos ꝑ apostolos arguet: seu interne faci-
et cognoscere inhesitate credentes. Pauida et
tremefacta in his verbis erant apostolorū cor-
da: q̄ cognoscebat iesus in verbis amplius non
latura. Proinde sermonibus parcit/ne ipsorū
corda confundat: ꝛ spiritui sācto reseruat quod
reliquū est de veritate sciendum. Unde adiecit:

Adhuc habeo multa vobis dicere/sȝ
nō potestis portare mō. Cum autem
venerit ille spiritus veritatis/doce-
bit vos omnē veritatē. Magna ꝛ multa
ꝛ vtilia necessariaqȝ dixerat iesus. Multaqȝ ha-
bebat dicere que fienda erant in moribus/ꝛ fu-
tura in futuris tēporibus: que si dixisset/ipsi por
tare nō poterāt a tristicia detenti: pro eo ꝙ chri
stus parabat ab eis abcessum. Prestruit hic sa-
ne forma doctoribꝰ: ne in sublimitate sermōis/
ne in multitudine dicendoꝝ/ ne asperitate ver-
boꝝ/ne discussionis subtilitate/ne aliqua varie-
tate loquendi corda grauent auditoꝝ: plusq̄ vi-
derint posse portare/aut cognouerint valitudi-
nē capiendi. Sed expectent serenitatē mentiuȝ/
depulsionē passionū: quibus insedentibꝰ in ani
mo/sermo alte latus nō capit. Sed spiritus mit
tendus cū venerit/omnē veritatē docebit agen
doꝝ futurorūqȝ/bonoꝝ siue maloꝝ: ne per inca-
ptionē aliquid patiamini. Non tamen alia veri
tas filij/alia spiritussancti: neqȝ veritas/neqȝ lex/
neqȝ euangeliū filij ꝛ spiritussancti aliud ꝛ aliud
sunt: sed omnia sunt eque cōmunia. Uerūtamē
si quid defuit quod nō intelligerent per filiū/in
telligent per spiritūsanctū: qui in ipsoꝝ cordibꝰ
declarauit euangeliū: quo inspirante insulcata
elementa vsqȝ ad mundi finē/ad memoriam se-
quentiū redactū est: qui etiā multa nō scripta in
spirauit: que velut euangeliū vsqȝ in presens or-
thodoxa ecclesia custodiuit. Non enim lo-
quetur a seipso: sed quecūqȝ audiet/
loquetur: et que ventura sunt/annū-
ciabit vobis. Ideo non loquetur a semet-
ipso/sed audita videlicet a patre ꝛ filio: ne i sub-
stantia alius q̄ filius crederet. Annunciabit vē
tura pro vtilitate credentiū ꝛ ecclesie condende
de gētibus: ne in euentu subito fallerentur: aut
deciperēt per pseudo apostolos atqȝ doctores:
qui ad subuersionē euangelij sunt futuri. Et ꝓ-
phetizādi virtutē fuisse in apostolis spiritussan
cti/virtute/sicut in ꝓphetis veteris testamentis
ne crederet ꝙ aliꝰ spūs prioribꝰ vatibꝰ/aliꝰ apo
stolis sit afflatus. Ille me clarificabit: qꝛ
de meo accipiet et annūciabit vobis.
Clarificabit in cordibꝰ/ꝛ ꝑ verba sonātia in mū-
do ꝑ eos q̄ quā docui veritatē/intrepide predica
būt: ꝛ per oꝑa talia que nō decēt fieri nisi per fi-
liū dei/ꝛ ꝑ mirabilia signa etiam maiora q̄ fece
rit filius dei: sicut ipse ꝓmisit de credētibꝰ in eū.
Et maiora hoꝝ faciet: qꝛ ego ad patreȝ vado.
Clarificabit spūssanctꝰ filiū: qꝛ de illo quod filij
erat accipiet. Sed q̄d habet filius quod non ha
beat spūssanctꝰ: excepto distincto nomie relati-
uo? Omino nihil. Quid ergo accipiet? Etiā oīno
nihil. Sed qꝛ sicut a patre/ita ꝓcedit a filio: q̄si
hoc esset acceptū credentibꝰ declarabit: vt filij
ꝛ spūssancti vna credat esse doctrina. Ne autē
pater crederet exclusus: sed ꝙ omnia eius sunt/
procedūtqȝ ab ipso: subiectum est: Oīa que-
cūqȝ habet pater/mea sunt. Propte
rea dixi: qꝛ de meo accipiet et ānūcia-

bit vobis. Veritas catholice fidei hec est: q pater et filius et spiritussanctus in nullo preter q relatione personali differant: nō tamen q ista differentia sit realis seu substantialis. Proinde iesus dogmatizat: ne aliquid diuersum in summa trinitate credat. Docuerat/edisseruerat/pphetauerat/annunciauerat multa in carne degens visibiliter filius. Venturus erat atq docturus corda discipulorū atq multorū inuisibiliter spiritussanctus. Ne spiritussanctus crederet alius a filio/dictum est: quia de meo accipiet. Ne filius alius a patre/assertuz est: omnia quecunq habet pater/mea sunt. Ut si spiritussanctus vnum cū filio/filius vnum cum patre: omnes tres persone per omnia habeant equales: nec spiritus duobus minor/quia tertia persona in nominatione posterior ab vtraq pcedens: nec filius patre minor/quia genitus et non gignens. Que igitur sunt patris/sunt et filij: que vero sunt filij/sunt et spūssancti: et qui equales sunt in eternitate/in immensitate/in omnipotentia/in sanctitate/in sapientia/in substantia: nō credant dispares in doctrina/in pphetia/et in omni veritate scienda.

¶ De modicitate temporis quo christus videndus erat: et de tristicia discipulorū ad quam eternum gaudium est futurum: secundum Joannē solum. Capitulum XIIII

Orpe non deitate iesus migraturus ex mundo: et ablaturus a corporeis oculis seruilem visibilemq formam: et illaturus illam super omnia excelsa celorū: temporis breuitatem insinuat. Jo.16 **Modicum et iam non videbitis me: et iterū modicum et videbitis me: quia vado ad patrē:** Quod modicum et non videbitur/tempori resurrectionis vsq ad ascensionem inscribitur: quia tunc accessit ad patrē. **Dixerunt ergo discipuli eius ad inuicē: Quid est hoc quod nobis dicit: modicū et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrē? Dicebāt ergo: Quid est hoc q dicit nobis modicum?** Hoc totum nil aliud q apostolorum admirationem et ignorantiā sonant. Tardi quidem in intellectu erant apostoli: et supra id quod naturaliter negatur hominibus/corda superueniens tristicia plus obuelat. Quos interrogare volentes vt talis nesciētia pelleretur/christus respōdendo preuenit. **Cognouit autem iesus quia volebant ipsum interrogare: et dixit eis: De hoc queritis inter vos quia dixi vobis: modicuz et non videbitis me.** Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos: mundus autē gaudebit. Vos autez contristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Nō respōdit Jesus interrogationi quam fecissent discipuli nō preuenti: quoniā de eo q nesciebant quid esset hoc dicere: modicum et nō videbitis me: et iterum modicum et videbitis: interrogare volebant. Sed respōdit vtilius: preostendens quid futurū erat/cum iesus nō amplius videretur: quia ploratus et fletus in eis tempore passionis et sepulture: ac etiam omni tempore post ascensionē in ipsis primitiuis ecclesie future cunctisq vere credituris et sequentibus christum: per apertam persecutionem tyrannorum idolatrantium et peruersorum male agentium vsq ad finem seculi duraturā. Nō enī semper persecutionem per mala confodientia est affligentia corporis sensuz ecclesia passa est: sed illaz que fit a dissimilibus membris et a peruersis agentibus/nunq sibi defuisse neq vsq ad terminuz mundi defutura credatur. Vere quidem christi discipuli plus cruciantur in animo ex corruptis hominum moribus: q si queq flagella in pprijs corporibus paterentur. Sed vnde ploratus et fletus? Tempore passionis et mortis et sepulture: cum eis potuisset illudi et exprobrari/scilicet: vbi est homo quem colebatis vt deum? Aspice crucifixuz: descendat de cruce si filius dei est/et liberetur a patre: contemplamini mortuum: quoniam deus non moritur: cogitate sepultum/quoniam deus loco non clauditur. Et vnde tunc gauisus est mundus: nisi quia sibi visus est triumphasse de hoste: quem sibi christuz arguentez mundi scelera reputabat? Unde ploratus et fletus postq christus regressus est ad superos: nisi quia passi omnia genera tormentorum/expositi penis/subiacentes tortoribus et tyrannis: quasi derelicti a christo videbantur/pro quo patiebantur? Et insultus et exprobationes audiebant: vbi est christus/vbi crucifixus quez dicitis q vester est deus? Sicut semetipsuz liberare non potuit: sic et vos in tortoruz manibus dereliquit. Et maior plorandi causa q conuitia iaculabantur in christuz: q ex his que in corporibus pprijs tolerabant. Maior ratio fletus q christus negabatur ab eis: vt non deus/sed homo tm/ iniustus siue iustus existimabatur: q ex eo q ipsi torquebantur. Nec erat ab eo eis auxilium quin traderentur in necem: quoniam omnes qui summa rei christiane pollebant/magis gaudebāt torti supplicijs q foti blādicijs. Sed in hoc erat summa doloris fletus atq ploratus et afficientis tristicie: dum arrogabatur dijs: et christo id quod erat detrahebatur. Necnon cuz quieuit persecutio corporū/ etiam satis abunde ploratum et fletum et tristatum est: neq destatuz est atq destabitur quousq vita ista finiatur: non ex persecutione morum iniquorum: qui cōturbāt intima cordis in amatoribus bonitatis: etiaz si iustis a male agentibus obsequia p corporibus prestarentur. Verumtamen si in optione factuz est: precipuū est in moribus agende vite/p christo in corpore spoliationeq reruz ex omni verbo tristari p affligente. Debitum autē sine quo nec virtus adest/p dei iniuria in animo contabescere: iuxta dei amatoris dictū: Vidi preuaricātes Psal.118
et tabescebam: quia eloquia tua nō custodierūt. En duplex ex preuaricatione tristicia: sed maior quia iniuria dei agit/q q male agens ex preua-

ficatione damnatur. Vere christus finis est dolendi atq; gaudendi: offensus vel amatus/perditus vel inuentus. E regione vero vnde mundo gaudium? Non aliunde dixerim/nisi quia mundi amatores florebūt ad horaʒ floribus perfunctorijs atq; caducis: depressis qui mundi gloriam contemnebant: ⁊ contra illam verbis ⁊ moribus insurgebant. Et vos contristabimini amplius ꝓ his quos videbitis inaniter exultare: q̃ ꝓ malis que cogentur tolerare. Amplius ingerit tristiciam charitas ꝓximi cum delinquit: q̃ pena ꝓprij corporis cum configit. Sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Non omnis tristicia in gaudium vertitur: sed multorum augebitur in perpetuum: vt hic incipiat pena in inferno eterne mansura: sed vestra qui pro veritate patimini/ꝓ dei fletis iniuria: ⁊ ꝓ proximorū malo ex charitate dolentis. Apposuit quidem de precunte tristicia ⁊ gaudio sequente in muliere pariente parabolam. Mulier cum parit tristiciā habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum: iaʒ non meminit pressure propter gaudium: quia natus est homo in mūdum. Rei experientia quod deductum est in parabola/amplius q̃ in dissertione verborum claret. Et alibi in hoc opere dissertuʒ est. Et vos ergo nūc quidem tristiciam habetis. Iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrū nemo tollet a vobis. Hoc quod dicit/nunc nō solum illius temporis erat quādo dicebat ꝓ tempore passionis ⁊ mortis: sed ad omne tempus vsq; ad finem seculi tendebatur: quoniā velut nunc est omne tēpus quousq; ad eternitateʒ veniatur: in quo tristari oportet ex varietate flendarum rerum/⁊ ex improbitate prauorum omnes quotquot sunt qui pie ⁊ iuste ⁊ sobrie viuere volunt et sequi vestigia saluatoris. Iterata visio quam ꝓmisit hic christus post resurrectionem esset ilico futura: non tamen illa prestabat inauferibile gaudiuʒ: quoniam ⁊ iterato per ascensionem visionem domini perdiderūt/remanserūtq; in parte dolentes: sed illa erit que post solutioneʒ anime a corpore fiet: que dabit verum cordis gaudiū/quod tollere nemo poterit: non solum illi modice discipulorum turbe future/sed omini ecclesie sue sancte. Quod si gaudium hoc inauferibile in tolerandis aduersis/⁊ dum mala finienda se ingerunt: ⁊ in agendis que expediunt ad salutem/mentibus hominum insideret: nil graue ad tolerandū hominibus videretur. Multam patientiam contulit hominibus premij altitudo: ⁊ spes futuroruʒ bonorum de magnis laboribus sarcinam leueʒ fecit. O quāta ⁊ q̃ grauia ⁊ estuans cauma tolerat agricultor/actus spe fructus. Nauta horrēdum nauigat equor/anceps inter tumentes procellas/spe augendi emolimenta cupita. Bellorum ictibus sepe mortalibus miles corpus exponit/stipendij spe potitus. Et terreni negociatores sepissime spe frustantur: ⁊ nec a negociatione desistunt/cum sperant futura q̃ prisca in meliora conuerti. Et spes inauferibilis eterni gaudij/que nobis de celis effluxit/sperātes nullo pacto confundit nec fallit: nisi spei deficiant illi qui sperant. Auertit enim a quibuscūq; delectationibus maculosis contemplatio supernorum: nec sinit hebetem esse qui se dicauit ad illam: actuosum enim fecit atq; sollicitum. Optima ⁊ ineffabilis est possessio gaudij: que a nemine alio/ etiam a seipso non possit auferri. Cum enim a viatione fuerimus absoluti/ad supernaʒ patriam introlati: nemo poterit declinare aut velle in alteram partem. Et cum a nemine in se ipso possit ibi existere causa mali: nec ab alijs valebit inferri: proinde dictum est discipulis: Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Cū omne gaudiū vie alternationibus pessundetur: ⁊ varie conquiri possit atq; deperdi ab ipsis possessoribus et a seuientibus hostibus extraneis: vtiq; de gaudio future patrie dictum est/nō de gaudio mortalis peregrinationis. Et hoc quidem verba subiecta manifestāt. Et in illo die me non interrogabitis quicq̃. Dum in via sumus interrogare oportet ob ignorantiaʒ/ob dubietatem/ob incertitudinem. In patria vero scientia limpidissima erit omnium ⁊ intuitiua visio deitatis: rerum nulla cunctatio/ certissima possessio supernoꝝ. Ideo me nō interrogabitis quicq̃ in illo die/cui nox non succedit in eternū: nec suberit causa qua interrogatio nascit.

De certa exauditione petitionis et quid vepetendum sit: secundū Joannem solum. Ca. XV

Magnificus ⁊ nobilis herus quid maius potest polliceri subiectis/q̃ exauditioneʒ facilem in petendis? Et hoc presertim exquiritur ab his qui colunt et mundi principes venerantur: ꝙ eis cum impetrationis pollicitatione detur audacia: non semel tm̄/sed quotiens rerum varietas petendi necessitas suaderet. Hinc et saluator ascensurus in celuʒ/patris consessurus ad dexteraʒ/omni orbi prelatus per omnia factus: hoc munus gratie apostolis dereliquit cuʒ ait: Amen amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo/dabit vobis. Jo. 6 Supra simile dictum est dum de discipulorum tractaretur electione: sed nunc ad confirmandum reiterat. Diuinum iuramentum est amen: quoniam christus deus per aliud q̃ per seipsum iurare non potest: quia non per inferiora/sed ꝑ equalia seu maiora iuratur. Nihil christo deo maius: et ipse veritas est: verū q; omnino est quod ipse promittit: videlicet de omnibus apostolos exaudire petentes/dumtaxat ꝙ in suo nomine petitio porrigatur: non in nomine angelorum: non in nomine aliquorum sanctorum: nō in nomine ipsoꝝ petentium: nō in nomine aliquorū bonoꝝ operuʒ: nō in nomine aduersantium potestatum. Et q̃uis preces porrigamus ad angelos ⁊ ad sanctos: nō tamen vt aliquid nobis ex

seipsis efficiant: cum in ipsoꝝ potestate non sit ab animabus auferre vitia / neqꝫ conferre virtutes: sed vt orent ꝓ nobis deū qui vtrūqꝫ habet efficere potestatē. Nec exaudimur in merito aliquoꝝ quoꝝ merita non fuerūt sufficientia ꝓ seipsis sine misericordia ꝛ gratia saluatoris: in cuius noīe salus / in cuius noīe virtus expediēs tribuit / in cuius noīe queqꝫ vitia depellunt. Ne dictum videat absurdū / sane tenendū est si exaudiūtur sancti ꝓ seipsis / si ꝓ nobis ꝛ eorum amicis / si nos exaudimur cū eis / totū agit in noīe saluatoris. College quidem sumus / ꝙ fide catholica ꝛ charitate indefectibili consignamur: Quis in viatoribus sit disparitas virtutū: vt apud deum si non personarū sit / tamen vnius ꝙ̄ alterius maior acceptio meritoꝝ: ita ꝙ petitio aures dei ocyus introeat ꝛ exaudita ꝓueniat. Quod iam vero eterna beatitudine potiuntur / cum ꝓ nobis peregrinis deum ꝓsequebant in celis: etiam non ꝓ seipsis exaudiuntur / sed in nomine illius cui in sanguie ꝛ morte ꝛ iustis moribus testimonium reddiderūt in terris: quanqꝫ ꝛ ipsi ꝓ nobis in nomine iesu exaudiant ocyus: ex eo ꝙ hic pro eius nomine moralem vitam purius transegerūt / ardentiusqꝫ amauerūt. Sūma quidē huius sententie sic terminatur: ꝙ omnis petitio ꝓ nobis remouende malicie / inserende virtutis / adipiscende salutis: a supernis porrecta ciuibus tā angelis ꝙ̄ hominibus / siue a sanctis viatoribus exaudita: non venit nisi in nomine saluatoris: cuius nomen nō quod scribitur litteris / sed meritū est incarnationis / natiuitatis / vite / passiōis / crucis / orationis et mortis: qui ꝓ nobis in lachrymis et clamore valido exauditus est ꝓ sua reuerentia. Etiam nemo nomine suo ꝛ virtute propria meritorum se credat a domino exaudiri absqꝫ nomine iesu christi. Demones quidem inter nos ꝛ deū orandū medij esse nō possunt. **Usqꝫ modo non petistis quicqꝫ in nomine meo:** quia vobiscum eram interpellabamqꝫ ꝓ vobis presens / non absens. Et forrassis non ad plenum aderat eis illa credulitas ꝙ filius dei esset: Quis Petrus fuisset ꝓ omnibus plene confessus ꝙ christus esset ipse filius dei viui / cuꝫ aliquotiens maxime in passiōe dubitauerint. Sed post passionem / mortem / sepulturam / resurrectionem / ascensionem / immissionemqꝫ spiritussancti / soliditatem fidei acceperunt ꝙ Jesus esset filius dei ꝛ seculi saluator: in cuius merito cuncta bona credentibus ꝓuenirent. Propterea vsqꝫ peractis talibus mysterijs aliquid non petiuerunt. At vbi cognitum est post ascensionem missionemqꝫ paracleti / ꝙ Jesus esset filius dei: petitiones sunt exhibite ad deum / posite ad tribunal: ꝛ prestructa forma ꝙ fiant in nomine christi ac etiam ex fine petitionis quem ipse constituit / scilicet: [Petite et accipietis / vt gaudiū vestrū plenū sit.] Jure petentis ꝛ largitoris atqꝫ petitionis: omnis petitio debet esse bonorū. Multa quidem sunt / immo cuncta sunt ex natura bona: ea declarante sententia; Uidit deus cuncta que fecerat / ꝛ erant valde bona. Sunt ꝛ meliora ꝛ perfecta: media tamē ex vsu voluntatis hominū sunt pleraqꝫ. Omne gaudium vt gaudiū bonum est: sed malum ꝛ peius bonum ꝛ melius dici potest / sm̄ suppositas causas. Plenū vero non de aliqua re creata / sed tm̄ de ineffabili et eterna participatione creantis. Hinc ergo summam petendi statuit: vt gaudium vestrum plenum sit. **Hec in prouerbijs locutus sū vobis. Uenit hora cum iam nō in ꝓuerbijs loquar vobis: sed palam de patre meo annunciabo vobis.** Multa per similitudines ꝛ parabolas seu per prouerbia locutus fuerat iesus pro multis moribꝰ informandis: ꝛ ꝙ maxime cure fuit vt eius pater crederet deus: nunc vero cassatum est quod dictum est in parabolis: sed adiectum est expressioribus verbis absqꝫ omni fuco sermonū / ꝙ deꝰ eternus eius verus est pater: vt precedentia ꝛ sequentia verba manifestant: ꝛ per spiritussancti aduentū manifestius declarabit. Attamē quantum attinet ad susceptum sermonē / quid cū ipō ꝛ cuꝫ discipulis sit pater insinuat. **In illo die in nomine meo petetis: et nō dico vobis / quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos: quia vos me amastis: et credidistis quia a deo exiui.** Suaserat supra discipulis ad petēdum patrē in nomine suo: impetrationē facilem repromittens suorum interuētu rogaminū: quoniam totus est pater ad filium: cuius intuitu postulata nō denegat. Nūc quidem supra id quod rogaturꝰ sit / ad discipulos patris declarat amorem: binam causam subijciens / amoris et firme vereqꝫ credulitatis. Ac si ꝑspicacius dicat: Petetis quidem in illo die quo petendi vrgebit necessitas: persuasi a me: quos etiam promisi apud patrem in vestris petitionibus / meis rogaminibus adiuuare. Sed nō dico vobis / quia ego tm̄ patrem rogabo ꝓ vobis ꝛ de vobis: sed ipse pater amat vos: quia me amastis ꝛ amatis: ꝓpter quē omnia visibilia contempsistis: ꝛ nō solum me cunctis amabilibus plus amando preposuistis: sed vosmetipsos tradentes in mortē: ꝛ credidistis quia a deo exiui: vt nec impediret animā vestram forma seruilis / in qua visibilis mūdo apparui: sed credidistis atqꝫ cōfessi estis ꝛ cōfessuri coram hominibus formā dei: ꝛ credidistis me filium dei ab ipō patre in mundū missum / cum hominibus in carne cōuersatum: nō tamē deitate separatū a patre. Ecce in quo est si querimus ꝛ gestimus habere eterni patris amorē. Si volumus diligi / diligamus: amemus filiū / si amari a patre contendimus: credamus filium / ꝛ pr̄ nos amabit eternus. Mos solitus est / ꝙ patres diligant suorum filiorū legitimos amatores. Nostre mentis hebetudinē arguit facilitas amari ab eterno ꝛ patre omniū deo: nec excusationis suffugium potest aliquando inuenire: cum non tempus ad vsum / neqꝫ locus ad actum: non munus auri siue gemmarum exhibitum; non

Mat.16. (margin note beside "set: Quis Petrus fuisset")

Gen.1. (margin note beside "na: ea declarante sententia")

runt in mōtē oliueti. Ut etiā ex his ꝑstet bñ agē
di forma credētib⁹ agonistis: vt surgam⁹ ⁊ eam⁹
ad bona/ si nos male iacere cognouim⁹: ⁊ a bo
nis ad meliora nisi ꝓficiēdi pater iter/ donec ī q̄
q̄ optima veniam⁹. Nō iacebāt hi/ sed sedebāt
intēti ad doctrinā et ad dulcia verba magistri.
Sed ꝑtinet sessio ad quietē: surgēdū est ad op⁹
cū de bñ operādo ē ꝑcepta doctrina. Frustra
est doctrina de morib⁹/ si nō deuenit in opus.
Precedit opationē lectio: ꝑcedit ī orōne: prece
dit ⁊ ꝯtēplationē. Legisti ꝑ te: audisti a docto-
re q̄d operis: q̄d ores: q̄d intēta mēte cotēplā
dū sit. Igit surgendū ꝓperandūq̄ ad ea q̄ didi
cim⁹ ex lectione siue doctrina. Et spōsa inuitat
parui: sed credidistis atq; cōfessi estis ⁊ cōfessu
ri coram hominibus formā dei: ⁊ credidistis me
filium dei ab ipso patre in mundū missum/ cum
hominibus in carne cōuersatum: nō tamē deitate
separatū a patre. Ecce in quo est si querimus ⁊
gestimus habere eternū patris amorē. Si volu-
mus diligi/ diligamus: amemus filiū/ si amari a
patre contendimus: credamus filium/ ⁊ pr̄ nos
amabit eternus. Mos solitus est/ ꝙ patres dili
gant suorum filiorū legitimos amatores. No-
stre mentis hebetudinē arguit facilitas amari
ab eterno ⁊ patre omniū deo: nec excusationis
suffugium potest aliquando inuenire: cum non
tempus ad vsum/ neq; locus ad actum: non
munus auri siue gemmarum exhibitum; non

interpositio ꝑsciebat: nō aduocatoꝝ intercel-
sio requiraꝛ: sed tñ amor noster in filiū tendens
ꝛ credulitas confitens paternū amorē nancisci-
tur. Mirū dictum ꝙ nō de patria cura fuit filio
dicere: ipse pater amat vos / quia vos amatis pa
trē: sed quia me amatis. Quā si aliqn a quibuscū
qꝫ natiōibus creditus fuit vnus deus sūmus / ve
rus ꝛ eternus: nō tñ exceptis paucis qbus diui-
ne datū est / creditū fuit ꝙ sibi eternus esset filiuſ.
Et si credebaꝛ habere filiū eternū: nec ipm in tē-
pore misisse ꝑ nobis in mundū. Et iure ab om-
nibus rōnabilibus amabaꝛ deus: ꝛ qui nō dile-
xerūt spūs incorporei / corruerūt. Nūc quidē qꝛ
pater deus ab eterno filiū gignēs in tempe illuꝫ
in carne visibiliter mittens: magnopendendum
erat ꝙ filius iā nō creditus credereꝛ: ꝛ ꝙ esset miſ
sus in carne ꝑ nobis: ꝛ sic creditus amareꝛ. Et
qui diligit filiū eternuꝫ / ꝛ eternum patrē diligit.
Propterea de seipso in carne apparente dicit:
Ideo ipse pater meus amat vos: quia vos cre-
didistis / quia exiui ab ipso natus in carne mun-
do: ꝛ creditū amastis. Ac ꝑ hoc vestre petitiōes
ex eo ꝙ rogabo patrē: ex eo ꝙ ipse vos amat: ob
suppositas causas quod petūt / faciliter impe-
trabūt. Credidistis qꝛ exiui a patre. Et ego di-
co vobis: **Exiui a patre et veni in mun-
dū. Iterū relinquo munduꝫ et vado
ad patrem.** Verū est ꝙ creditis quia exiui a
patre: non sepatus ab ipso / neqꝫ substantiali di-
uisione seiūctus: qm̄ vnitas diuisionem non ca
pit: cū ego ꝛ pater substātialiter vnū sumus. Ve
ni in mundū non localiter motus: sed assumēs
carnē in illa visibiliter manifestus. In munduꝫ
veni nō ob mei causam: nō mea re / nō mea vtili-
tate / non mea delectatione. Tantū hūani gene-
ris negocium agebaꝛ: quo pacto iterū relinquo
mundū ꝛ vado ad patrem. Iuris ordo depostu
lat: vt legatus expleto sue legationis officio in
extranea regione non maneat / sed reuertaꝛ ad
eū qui misit illum. Relinquo mundū velut exilij
locum: qui me nō cognouit: qui me crucifixit: in
quo ꝑsonalia damna suscepi: nō me terrena re-
gio capit: ad celi sublimia feror: nulla mihi cum
ipso conuentio. Sed relinquo: nō derelinquo: nō
denego subsidia postulantibus: me sequētibus
auxilia de celo polliceor. Vado ad patrem nō in
deitate / in qua nulla sepatio facta est: sed in natu
ra humana / que a me insepabiliter assumpta est.
**Dicūt ei discipuli eius: Ecce nūc palā
loqueris: et ꝓuerbium nulluꝫ dicis.
Nūc scimus quia scis omnia: et nō n
est opus vt quis te iterroget. In hoc
credimus quia deo existi.** Agnoscūt apo
stoli in virtute loquētis simplicē doctrinā chri
sti a ꝓuerbiali discretā: ꝛ confitenꝛ eum scientie
infinite: quā nemo effingere potest: que ita mira-
bilis ꝛ sup omnes hoīes facta est / vt nullus com
ꝓhendere possit illam. Hoc quoqꝫ Dauid ante
Psal. 138 ꝓdixerat: Mirabilis facta est sciētia tua ex me:
ꝯfortata est ꝛ nō potero ad eam. Nec opus erat
ipm interrogare aperte atqꝫ sine velatiōe loquē-
tem / scꝫ excessum quē erat ipse facturus. Fatenꝛ
qꝫ insitā in suis cordibus fidē: ꝙ a patre ad opꝰ
nostre redemptiōis exierit: quā fidē atqꝫ cōfessio
nem adhuc debilē christus agnoscens: quod est
futuꝝ negatiōis iterato denunciat dicēs: **Mo
do creditis. Ecce veniet hora et iā ve
nit: vt dispergamini vnusquisqꝫ in ꝓ
pria: et me solum relinquatis. Et nō n
sum solus: quia pater mecū est.** Acsi di
ceret: Veꝝ est ꝙ me creditis dei filiū a patre miſ
sum: sed vestra fides modicū est duratura: cū in
ꝓximo sit hora mee captionis atqꝫ traditiōis in
manibus impioꝝ / vestreqꝫ negatiōis terrore im-
portat: vt ante ꝓuisus seu vage timore compen
sus vos in ꝓpria dispergamini: vnusquisqꝫ fugi
ens querensqꝫ latibulū a ꝓpria voluntate latue.
Et cū vnusqſqꝫ ꝑ salute sui ꝓprij corpis qret suf-
fugiū / relinquetis me solū: sed nō ero solus a pa-
tre qui semꝑ substātialiter mecū est. **Hec locu
tus sum vobis vt in me paceꝫ habea
tis. In mūdo pressurā habebitis: sed
confidite quia ego vici mundū.** Vere-
baꝛ christus ne discipuli sui scandalizarenꝛ in eo
ex his que passurus erat: ꝛ in celū post modū ascē
surus. Idcirco dicit: Hec locutus sum vobis vt
in me pacē habeatis: nec vos cōturbet nouitas
futuroꝝ in me velut in capite: vel in vobis vt ca
piti adglutinatis. Et iteꝝ ipsoꝝ futuras ꝓnunci-
at passiones: ne ꝓpter inopinatū maloꝝ euentū
vale virtutibus facerēt: qbus improuisus ꝛ pa-
uidus ilico cuꝫ casus ingruerit / valefacit vadēs
in alteram partem.

¶ De oratione iesu sup clarificatiōe sua in noticia iā facta et futura in cordibus discipuloꝝ suoꝝ: secundum Joannem solum. Ca. XVI

Proseuchis necessarijs ad patrē ꝑ su-
is discipulis ceterisqꝫ credituris / suum
terminauit sermonem sic: **Hec locu-** Jo. 17
**tus est iesus: et subleuatis oculis in
celū dixit: Pater venit hora clarifica
filiū tuuꝫ: vt filius tuus clarificet te.**
Orans in celū oculos corpis leuat: ex gestu cor-
poris ꝑdens vbi eius anima versabaꝛ: ꝛ ꝙ nec
est ꝑ terrenis orandū: ꝛ vt homo ꝑ discipulis in
terpellaturus ad patrē ꝓstruxit orandi formam.
Sic ꝛ scriptuꝫ est: Ad te leuaui oculos meos / q Psal. 122
habitas in celis. Leuat oculos in regionem vn-
de venerat: ad quam erat in corpe de ꝓximo re-
gressurus. Inuocat patrē suum eternū in deita-
te / patrem suū ex tempe quia homo sicut ꝛ cun-
ctoꝝ patrē: opere ꝑficit ꝛ orandi formā ostendit
quā ante docuerat. Cū oratis dicite: Pater no- Mat. 6.
ster qui es in celis. Pronunciat vt agonista sui
agonis ꝓcognitor: quia venit hora certaminis
in qua carne corpe debebat sustinere afflictum:
sed ad punctū spūaliter debellaturus omnes sa
thanicas potestates. Clarificari vt clarificet pe-
tit: spondēs exaudite petitionis vicē: neqꝫ tamē
erat indiguus clarificari. Inter se quidē eterna
atqꝫ ꝑfecta charitas atqꝫ noticia erat: nec claros

fieri apud homies indigebāt. Nostrō cōmōdō
claritatis venturus erat effectus: vt dei fili9 post
crucem τ mortē in carne ipsius resurrectiōe cla
resceret: ne tm̄ purus homo crederet/ qn etiam
deus esset: vt nō estimarent ille passiones/illa fe
ra mors/illa sepultura incurata/ sed obseruatā
p milites: ita inualuisse hominē/vt esset sicut cē
teri mortui atq3 in posterū morituri: quasi nec ex
plenitudine diuinitatis ab omnibus plus habe
ret. Postulat priusq̄ congrediat victoriosi con
gressus stipē/q̄ post omnia tolerata resurgēdo
resplendeat: τ ipse clarificabit patrē relatiōe ve
ra que inter patrē τ filium extat: vt qualis filius
in animo credentiū sit p fidem/talis nō ambiga
tur penit9 esse pater. Et hec mutua claritas sic
educta sit tota salus illā credentiū: p qua filius
orat: vt ostendūt verba sequentia: [Sicut de
disti ei potestatē omnis carnis: vt omne quod
dedisti ei/det eis vitam eternā.] Dedit filio pa-
ter omnis homīs potestatē/vt a parte totum ca
piat: hac cōditione futura/vt ei dato det fili9 vi-
tam eternā. Non enim a patre accepit filius sup
homines tyrannicā/pfunctoriam/ambitiosam/
ventosam/seu sterilem potestatē: sed vt velit/eis
possit conferre vitam eternā. [Hec est autē
vita eterna: vt cognoscant te solum verū deum:
τ quē misisti iesum christū.] Liquet p quā clari
tate orabat ad patrem: videlicet vt pater vna cū
christo p fidem ab homībus cognosceret. Ad
quā cognitionē vita etera ꝯsequit: cum aliud vi
ta eterna non sit q̄ dei patris τ filij missi intuiti-
uam habere noticiā. Quod iam fecit τ factur9
est vno verbo cōcludit/dicens: [Ego te cla-
rificaui sup terrā: opus cōsummaui quod de-
disti mihi vt faciā.] Nō repugnat quod supra
spondebat/vt filius tu9 clarificet te: ei quod nūc
dicit: ego te clarificaui: quoniā aliqd p aposto-
los restabat cōplendū: aliqd ipse iam fecerat.
Clarificauit patrē suū filius p magna miracula
que oīa in patris nomine fatebat: τ p doctrinā
suam quā in eū totam referebat cū diceret: do-
ctrina mea non est mea/sed eius q̄ misit me: τ se
pius hoc idem asseruit: per apostolos τ discipu
los quod restabat/complendū erat in orbe ter-
rarum. Cōsummauerat a patre impositū opus
actione τ pmptitudine voluntatis: τ de futuro
mysterio passionis velut de iam preterito loque
batur: eo q̄ libera τ intrepida voluntate cōplen
dum susceperat. Et eternā a patre postulat no-
tam fieri non accipere claritatem. [Et nunc
clarifica me pater apud temetipsum: clarita-
te quam habui priusq̄ mundus fieret apud te.]
Clar9 erat ab eterno filius apud patrē: sed vult
q̄ pater illam claritatem in corda hominū per
fidem traijciat/tandem per speciem largiat: vt
credant homines q̄ sit ex tempore filius: sed ab
eterno deus priusq̄ fieret ipse mundus: vt τ mū-
dus credatur nouus τ creatus cū tempore: ipse
vero mundū eternitate precederet. In hoc pro-
tinus verbo philosophi confunduntur: illi dū-
taxat quos fides creationis preterijt/τ qui mun
dum eternum ponere presumpserunt: cum aper
te dicat: anteq̄ mundus fieret. Igitur si factus
est mundus: nō est eternus/sed nou9. Ergo erat
claritas dei filio anteq̄ mundus esset: cū sit eter
nus τ equalis per omnia patri fili9. Et apud pa
trem deum etiam mundus erat in verbo eterno
quod erat apud deum: vt in exordio scriptū est:
Et verbum erat apud deum. In cuius sapien-
tia ea imagine qua diuina mente gestus eterne
ex nihilo prodijt. Et quoniā ad hoc veni in mū
dum/vt fieret hominibus de eterno patre noti
cia per me quem misisti: τ me tua operatione co
gnoscerent: vt vtriusq3 cognitio fieret credenti-
bus in salutem: proinde [pater manifestaui
nomen tuum hominibus quos de-
disti mihi de mundo. Tui erant et mi
hi eos dedisti/et sermonem tuum ser-
uauerunt.] Secundū hebreos multa sunt no
mina dei: vnū quorum primoribus patrib9 de
celatum retinuit: sicut scriptū est: Ego domin9 Exo. 6
qui apparui abraam/isaac τ iacob in deo omni
potente: τ nomen meum adonay non indicaui
eis: sed reuelaui moysi/cū hec facta sunt verba
Nunc vero filius nomen paternum dicit in ma
nifestationē dedisse discipulis. Attamen nō cre-
datur de aliquo nomine distincto dedisse / s3 de
virtute: q̄ eis manifestauerit virtutem paternā/
in qua omnia facere atq3 dicere asserebat. No-
men enim in scriptura sepe ponitur pro virtute:
iuxta id quod scriptum est: Adiutoriū nostrum Psal. 123
in nomine domini: qui fecit celū τ terā: hoc est/
in virtute τ potentia dei patris/qui omnia fecit
nobis adiutoriū fiat. Et alibi: Deus in nomine Psal. 53
tuo saluū me fac: id est/in tua potentia salus ad-
ueniat. Aut si ſm̄ relationē accipimus: nam de
us est ad se deus/sic nominando deum: ad filiū
aūt pater. Igitur qui fatet se filium/patrē omi-
no habere confitet: τ qui patrē dicit/filium sen-
tit. Manifestauit ergo filius nomen patris in se
ipso/cum se filium appellauit: τ illis hominib9
qui sibi de mundo eterna predestinatione dati
erant a patre: in nomine cuius innititur vt scia-
tur. Erant τ sunt oīa dei patris: sed dati sunt
homines filio a patre ad doctrinam/ad fidem/
ad salutem: vt doceat vitam agendam/infundat
fidem desperandis/τ largiatur in finem iustis
salutem: iniquis vero merito supplicia meritorū.
Dati sunt homines filio/vt homo factus est: vt
deus erat/omnes possidebat vt pater: τ hi q̄ da
ti sunt ex predestinatione eterna sermonem pa-
tris seruauerunt/quem audierunt a filio: qui ser
mo in illis apostolis atq3 discipulis operatus est
iuxta virtutem eius: quam describit apostolus:
Viuus est sermo dei τ efficax τ penetrabilior oī Heb. 4
gladio ancipiti: τ pertingens vsq3 ad diuisionē
anime τ spiritus. Viu9 dei sermo ex viua dei vo
ce apostolos τ discipulos/immo cunctos inui-
tauit ad vitam: sed illi primi τ studiosius hūc ser
monem pro vita tenuerunt. Non enim diceret
viuus/nisi seruatoribus eius vitam eternā pro-
mitteret. Efficax etiam est: quia virtutem effic-

tiuam habet in his ad que ordinatus est. Pene
trat interiora plus ꝙ gladius materialis sensibi
lia corpora fodiat: ꝛ diuidit spiritualē vitam ab
animali vita: seu animā ꝛ voluntatem segregat
ab omni visibili mundo. Quē sermonem in sua
virtute apostoli ꝛ discipuli seruauerūt ceteriqꝫ
similes. **Et cognouerunt quia oīa que
dedisti mihi/abs te sunt: quia verba
que dedisti mihi/dedi eis. Et ipsi acce
perunt et cognouerūt vere quia a te
exiui: et crediderunt quia tu me misi
sti.** Uerba saluatoris quod iam factum erat/et
quod futurū in apostolis expectabat insinuāt.
Et qꝛ ipsi dona mea siue a te patre data et a me
accepta cognouerunt abs te ꝓcessisse: ac verba
ꝙ dedi eis nō esse alia/nisi ꝙ a te patre accepi: et
qꝛ ipsi acceperunt verba/ꝛ accipientes accepti
facti sunt: ꝛ qꝛ cognouerūt me a te venisse/teqꝫ
me mittentē: que oīa sunt extra rationē ꝛ visum/ꝛ
supra naturā ꝛ sensum: ideo ego ꝑ eis rogo: nō
pro mūdo rogo/sed ꝑ his quos dedisti mihi: qꝛ
tui sunt. Rogabat filius patrē ꝑ suis: scꝫ ꝑ his
qui sunt patris: nō acsi pater omino aliquos se
cretos haberet a filio: aut pater eos vt filiꝰ non
amaret/cū supra dixisset: Et nō dico vobis quia
rogabo patrē de vobis: ipse eni pater amat vos:
ꝛ nūc ꝑ eis rogat qui sunt patris/sed sibi datis.
Sunt oēs homines dei patris qui creauit: sūt
dati filio vt redimeret post peccatū. Ideo pro
eis rogat: vt etiā ꝑdestinatio saluandorum filij
oratione sit iuuanda/suiqꝫ sanguinis effusione
cōplenda. Non rogat ꝑ mūdo: quo nomine il
li intelligunt/ꝙ mundo colligati sunt eo dulci
vinculo vt nolint timeantqꝫ dissolui. Quō non
ꝑ mūdo rogat/qui omnes saluaturus aduene
rat: qui querebat omnes saluare/ꝛ omnes ꝙ pe
rant querere: omnesqꝫ perierant ꝛ indigebāt mi
sericordia dei? An solos illos apostolos cū di
scipulis saluare decreuerat? An ipsi soli saluādi
erant? Quomodo alij increduli ꝛ peccatores ve
nissent ad gratiā/si ab oratione dei filij exclu
derent? Sed ad remouendas ambages id dixe
rim/qꝛ ideo nō ꝑ mūdo rogat: qꝛ presciti etiam
participiū orationis christi nō capiunt/sicut effu
si sanguinis meritū ꝑdiderunt. Quod aūt inter
patrē ꝛ filium nō credatur in possessione diuisio
adiunctū est: **Et mea omnia tua sunt/ et
tua mea sunt.** Calumniā si fides simplex nō
iuuaret/verba ista paterentur: quoniam magna
diuersitas inter meū ꝛ tuū. Nam si meū/quo
modo tuū: si tuū/quodāmodo meū: nisi quia pa
ter ꝛ filius vnū sunt: ꝛ ex forma serui ꝓpter quā
ista diuersitas loquēdi posset cōpetere/inter pa
trem ꝛ filiū diuisum aliquid nō credatur. Et ob
hoc ꝑ eis rogo: **qꝛ et clarificatus sum in
eis. Et iam nō sum in mundo: et hi in
mundo sunt: et ego ad te venio.** Ad fu
turū ꝑtinet quod velut presens dicitur: qꝛ clari
ficandus erat ꝑ eos in orbe terrarū/ꝑ ꝑdicatiōis
sonū/ꝑ tormenta ꝛ passiones/ꝑ sanguinē ꝛ mor
tem omniū tyrannorū cōtempto terrore: vt iuste
credi posset ab omnibus/crederetur qꝫ a multis
ꝙ deus esset qui tales legatos talesqꝫ famulos
possideret. Et ipse dei filius iam in mundo non
erat/velut vnus de amatoribus mūdi: seu qꝛ in
ꝓximo erat ascensurus in celū/ablaturus ab eis
ꝛ a ceteris presentiā corporalē: vt non haberent
amplius visibilē ducē/magistrū atqꝫ pastorem.
Et ipsos adhuc oportet detineri in mūdo: non
amoris ligamine aut seculari actiōe: sed vt testi
ficent omnibus populis/nationibus ꝛ linguis/
ꝙ a me viderunt ꝛ audierunt. Ego autē ipsis mū
do relictis/ꝯsummato totius redemptiōis my
sterio ad te venio: nō ꝙ vnꝙ abcesserim: sed cū
humanitate assumpta ꝛ in tot periculis custodi
ta ingrediēs possessionē hereditatis eterne: quā
tu pater in me vere credentibus ꝛ diligentibus
promisisti.

¶ Qꝛ iesus etiam rogat pro vnitate discipulorum ceterorumqꝫ crediturorum/et ꝙ seruentur illesi: secūdum Joannem solum. Capitm XVII

Unus natura deus diligit vnitatem/ꝛ
tam diuersa in vnā cōstituit formam:
que dissolueretur/nisi vnus esset qui
condidit ꝛ qui conseruat atqꝫ guber
nat. Arguunt omnia conseruari appetētia vni
tatem: a qua cū fit recessus/fit mutatio: que pre
terꝙ in vno ꝛ ad vnū se tenens debilitata corru
it/ꝛ sepius euanescit. Unū ꝑtermittens/vt i mul
ta labatur necesse est. Recedens ab vno angelꝰ
ad seipsum cōuersus corruit. Et homines pmi
alterꝰ ꝙ vnū audientes/in multa mala ꝛ nature
bone aduersantia deuenerūt. In vnitate fit con
uersatio existentiū. Unus est ꝙ dedit esse/idem
ꝛ ꝑmanere: in quo ꝑtermissis irrationabilibus/
de ꝙbus nō est ad presens sermo: rationabiles
creature possunt facere vnitatē. Omnia ꝙcūqꝫ
sunt in esse ꝓducta/sicut a seipsis nō habuerunt
vt essent: sic nō habent vnde possint semꝑ existe
re/nisi cōseruentur a quo extiterunt: minus aūt
esse bene possent/nisi ꝛ idem bearet. Ad creatu
ram rationalem conditor sic respexit vt esset et
semꝑ esset/ꝛ vt ei bene pre ceteris esset: quoniā
ad hoc condita erat ꝛ poterat adipisci. Sed qm̄
ex superbia contradictū est diuino imperio ne
cesse factum est humilibꝰ ꝓsecutis dei filij au
xilia impetrare/atqꝫ illam vnitatē expetere qua
nō ab vno eterno deo seiungamur: ꝛ magis au
tem adhereamus vt vnū simus: sicut ait aposto
lus: Qui adheret deo/vnus spiritus est cū eo. 1.Co.6.
Ideo ecce iesus rogat: **Pater sancte/ser Joh.17
ua eos in nomie tuo quos dedisti mi
hi/vt vnum sint sicut et nos vnum su
mus.** Orat patrem filius ꝛ sanctum vocat: nō
factū ex virtute/aut ex moribus/ex aggregatio
ne virtutum: sed ab eterno existentē: qui hoc ab
hominibus querit/vt sint sancti ꝛ immaculati ī
conspectu eius: ꝛ hec est volūtas eius in nobis
sanctificatio nostra. Et ait aliquando: Sancti Leui.19.et.20
estote: quoniam ego sanctus sum. Et seraphin Esa.6.
clamabant alter ad alterum: ꝛ dicebant: San

ctus sanctus sanctus dñs deus exercituũ. Sanctitas in reprehensionẽ nõ venit / corrumpi non debet: neqꝫ fas est aduersus illam quippiam decernere: sed sanctitas ab eterno: nõ facta studio sed faciens quicq̃ extra ipsam sanctificat: q̃ vo sic esse aut aliter esse nõ potest. Et qm̃ sanct⁹ sanctum misit / vt faceret sanctos: ideo rogat sctũs emissus celitus / nõ post multos dies illuc reuersurus / sanctũ sanctoꝝ patrem: vt seruet / tueatur atqꝫ custodiat sãctos quos sibi pater dedit: seruet in suo nomie / in sua potenti virtute / in vnitate virtutis ꝛ gratie: sicut pater ꝛ filius vnũ sunt ĩ cõsubstantialitate. Cum essem cũ eis / ego seruabã eos in nomie tuo. Quos dedisti mihi / custodiui: et nemo ex his perijt nisi filius perditionis. Ut homo loquebat / describens tempus sue presentie ꝛ absentie: nam vt deus / in omni loco ꝛ tẽpore eque p̃sens erat: omneqꝫ susceptam curã refert in paterna fecisse ṽtute: vt nemo periret ex susceptis nisi perire dignus: nõ est ex impotentia paterne virtutis: non ex negligentia filij humanati: sed quia filius ꝑditionis erat / nõ creatus / nõ a creatore factus / aut ꝑditioni addictus: sed a seipõ deprauatus filius ꝑditionis erat: diaboli videlicet qui omnẽ animã nititur secum ꝑdere in gehennam: sicut ipse / nõ alius ꝑdidit semetipsum. Et peccati filius quo quis a deo deficiens perdit. Perditionis filius iudas scariothis erat: q̃ iaꝫ recesserat a cõseruatore iesu / vt ꝑditor christuꝫ perdere questuans. Cuius p̃scientia dei ab eterno mater sibi erat: nõ vt necessitate perderetur / sed quia ꝑdendus erat sua deprauatione / nõ p̃scientia dei: ꝑditionis filius ab omni cognitore appellatus est: qui cũ duodecim electus iã diabolus factus erat: sicut ipse predixerat saluator Nonne ego vos duodecim elegi: ꝛ vnus ex vobis diabolus est? Non natura / nõ cõditiõe / non factus a deo / sed sua distortissima voluntate: sicut illi spiritus incorporei / q̃ a seipsis facti diaboli corruerũt. Ac per hoc qui perit / ideo perit: qꝛ ipe filium ꝑditionis se facit. Sed de isto tãq̃ de singulari ꝛ famosissimo perdito ex famosissima causa / scriptura prelocuta est. Ideo adiungitur: vt scriptura impleretur: nõ necessitans quod erat fiẽdũ / sed necessitata ex facto: sicut in plerisqꝫ scripture sententijs legit: presertim in psalmo quinquagesimoquarto ꝛ centesimooctauo. Nunc aũt ad te venio. Acsi diceret: Exquo ad te pater venio / tu eos custodi ꝛ serua eos in noie tuo: quoniã tua p̃sentia nec ubi defuit: sed ab eis subtrahẽda est omino p̃sentia corpalis: q̃ vbiqꝫ diffundi eodẽ momẽto nõ põt. Et hec loquor ĩ mũdo / vt habeant gaudiũ meũ impletum in semetipsis. Dũ in mũdo ipsi erunt / mundũ non diligentes: nunq̃ ab his q̃ foris sunt / gaudendi materia erit eis. In interiorib⁹ p̃parandũ est gaudium. Ideo hec loquor / hec peto: vt gaudiũ de vnitate / de cõseruatione paterna quod meũ est impletũ sit in semetipsis: seu de me gaudeant: qꝛ ego ipsoꝝ causam apud te deũ patrẽ. Quare iesus hoc ꝑ discipulis petat / exponit. Ego dedi eis sermonẽ tuũ / et mũd⁹ eos odio habuit: qꝛ nõ sũt de mũdo / sicut ego nõ sum de mundo. Ut̃i diceret: Predicaui eis sermonẽ tuũ / nihilqꝫ humanũ atqꝫ temporale docui: quẽ recipientes ab ipso mũdo abdicati sũt: q̃ eos odio habet / velut ab ipõ auersos: in ipõ existentes adhuc corpore / mente diuisos. Et nõ sunt de mũdo amore / moribus neqꝫ vita: sicut ego nõ sum de mũdo / qui me nõ cognouit: q̃ tales etiã ad hoc elegi / vt preterq̃ ꝑ cõsistentiã corporalẽ de mũdo nõ essent. Predicauit iesus diuinũ sermonẽ in lingua carnis discipulis suis: q̃ qualis erat effectus ostendit: vt non esse de mundo actiuos faceret auditores. Paternus dei sermo ad filiationẽ adducit eos q̃ capiunt: auellit ab humanis: qꝛ diuinus: nõ destruẽs naturã / sed sublevans ad gratiã: et facit in odium eorum q̃ mundũ diligunt deuenire / ꝑ eo q̃ dissimiles eoꝝ affectus / gestus / vitaꝫ ꝛ mores facit. Et inter dissimiliter viuentes semꝑ odiuꝫ fuit. Ideo ꝑ eis filius interpellat ad patrẽ. Sed q̃d rogat / iteꝝ aperit. Nõ rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo nõ sunt / sicut ego nõ sum de mundo. Nõ postulabat iesus discipulos illo in tunc auferri cõmuni morte de seculo: qui ad testificationẽ introducẽde fidei diuersis tormentis afficiendi: ꝛ a tyrãnis ꝛ principibus seculi varie obtruncandi erant: sed vt seruarẽtur ab omni malo in aĩa / ne in fide aut dilectione tabescerent: cũ ex omni parte mũdus odiens deseuiret in eos: doctus ab ipõ diabolo et instigatus quõꝑ tormenta valida ꝛ varia castigaret: vt dũ hec agerent in corpe / ipe mentes si posset ad defectionẽ a christo inflecteret. Proinde orat / vt ab omni inuisibili malo seruent: q̃uis in malis corporalibus relinquendi. Ad similitudinẽ suam seruari appetit / cũ vite similitudinẽ inducit. Ĩõ serua eos vt me: cuius aĩa imaculabilis: cuius corpus ad tempus cruciabit penis / ꝛ experietur mortẽ: sed habebit resurrectionẽ: quoniã de mũdo nõ sunt / sicut ego nõ sum de mũdo: vt quoꝝ vita similis / cõseruatio sit equalis.

¶ De oratione quã iesus fecit ad patrem pro sanctificatiõe et cõfirmatione suoꝝ discipuloꝝ ceteroꝝqꝫ creditoꝝ: secundũ Joãnẽ solũ. Ca. XVIII

Infatigatus ꝛ infatigabilis amor christi semꝑ ꝓuidet ꝛ optat meliora dilectis nec marcet ocio / et feriari nescit. Ecce amator hominũ christus maxime discipulorum suorum quos ex omni carne de mũdo elegerat / a mundo segregauerat / ꝛ vrbanizauerat ad celestia: quanta cura / quantoqꝫ studio super eos intendit: fungens aduocationis et interpellationis officio apud patrem: cõmittens eos in eius curam atqꝫ custodiam: vt sub ei⁹ tutela degant / agant / cõseruent / sanctificent / ꝛ vnti sint: sicqꝫ viuant quousqꝫ in supna cũ tota trini-

tate in eternũ suscipiant. Inq̃t enĩ pocorus iste: Pater sanctifica eos ĩ veritate. Sermo tuus veritas ẽ. Sicut me misisti ĩ mundũ/et ego misi eos in mundum. Alta est petitio saluatoris p discipulis eius/ vt sanctificent a patre. Nõ potest aliquid ĩ hac vita sublimius queri q̃ sanctificari ab ipso. Sanctificatio ɛ beatificatio sunt a patre omniũ deo/ vitaq; digna: vtraq; ineffabilem excellentiã habens: sed vtraq; p excedens ɛ excessum. Excedit sanctificatio beatificationẽ prioritate: nisi eniz ista precederet/illa nõ sequeret. Virtute: q2 ista in actione ɛ agonibus est/illa in fructu: s3 plus est inferre q̃ recipere/agere q̃ agi/diligere q̃ diligi/seruire q̃ seruiri / facere quod sue est vicis siue debiti q̃ recipere quod alterius. Hoꝝ olm ɛ similiũ possibiliũ dici prima sunt sanctificationis: reliqua beatificatiõis. Ista hominum/illa dei. Verũtamẽ bona oĩa sũt a deo. Excessus aũt sc3 q̃ a beatificatiõe sanctificatio superet: liquet p eo q̃ finis est ꝯsummatus: ad quẽ nanciscendũ oĩa sunt ordinata mortalibus ɛ rõnabilibus creaturis: vltra quoq; nõ relinquit q̃d q̃ratur. Omnia p sanguinẽ sanctificabant in veteri testamẽto: vt merito sanctificatio dicat sanguinis tinctio: ɛ sanctus sanguine tinctus nuncupet. Et per oblatiões ɛ munera fiebant expiationes. Est aũt sanctificatio mundatio a maloꝝ cõtagijs ɛ ab omnib9 criminibus atq; delictis: vt in sanctificato nihil reperiat impertinens: sicut ad Hieremiã locut9 est dñs/dicẽs: Priusq̃

Hiere.1 te formarem in vtero/noui te: ɛ anteq̃ exires de vulua/sanctificaui te. Qui non habuit in vtero aliud delicti seu criminis/nisi maculã culpe originalis: qua virtute spũssancti mũdatus est. Et virgo mater dñi ɛ ioãnes hoc sanctificationis donũ in vtero acceperũt. Est ɛ sanctificatio cõfirmatio seu cõfortatio anime ɛ corpis: ad actiones arduoꝝ opeꝝ/ɛ ad tolerantiã aduersoꝝ. Unde sanctus quasi sancitus in virtute. Greca vero locutio agios dicit/quod nos sanctũ dicimus/id est sine terra: ab α quod est sine/ɛ γῆ terra: vt sanctus sine terra sit: videlicet non sine terra sup quam graditur: ɛ sine illa quam corporis sui portat: sed sine amore terrenoꝝ/quoꝝ affectio sanctitatẽ fieri semper impediuit/ɛ a veris bonis exclusit. Postulat igitur a patre filius vt sanctificet discipulos suos: dederat sibi pater in veritate/vt nil remaneat ĩ eis insanctificatũ. Seu in veritate/sc3 in promissione complẽda: q2 sermo patris veritas est: nõ fallit si promittit. Nec nõ sanctificari a patre credatur in christi doctrina cõfirmari: vt viuẽdo teneant quod in sermõe acceperũt. Qui sermo est patris: quia sermonez quẽ audistis nõ est meus/sed eius q̃ me misit patris. Et est veritas ab oĩ errore libera: oẽm falsitatẽ prodens atq; depellens. Et p eo q̃ futuruz erat ꝑorabat: qm̃ p missionẽ sanctispũs ex alto sanctificãdi erãt: velut quadã iusticia preuenta fuisset illa sanctificatio/cũ filius ꝑorasset ad patrem. Et causam huius expetite sanctificatiõis adnectit: Sicut me misisti in mundũ/ et ego misi eos in mũdũ. Misisti ɛ sanctificasti/misi ɛ sanctificaui: vt capitis ɛ membroꝝ sanctitas ab vno pcedat: vt diuersitas nõ sit in autumatiõe hominũ: quãq̃ sit inter christũ ɛ suos discipulos incõparabilis differentia meritorum. Et pro eis ego sanctifico meipsu3: vt sint et ipsi sanctificati in veritate. Si dixisset: sacrifico meipm/nulla esset in verbo cunctatio. Sanctus/imo tota sanctitas erat: nihil sibi a seipso aut ab alio p sanctificatione addi poterat: s3 de crucis mysterio loquebat: in qua pro ipsis et p vniuerso mũdo se in pximo vt hostiam ɛ sacrificium vespertinũ vltimũ sacrificioꝝ sacrificatur9 erat: p mortẽ intercedentẽ intercedẽs ipse p nobis: vt merito mortis eius sic sacrificati/ɛ ipsi in veritate sanctificarent. Ne aũt p solis apostolis tanta rogamina fusa viderent: ad astruendã fidẽ ɛ spem vniuersis dixit: Non p his aũt rogo tantũ/sed pro eis qui credituri sunt per verbũ eoꝝ in me: vt omnes vnũ sint/sicut et tu pater in me et ego in te: vt et ipsi in nobis vnum sint: vt mundus credat q2 tu me misisti. Et si ad patrẽ fuit illa visibilis caro christi/ ad totum fuit virtus ɛ intentio eius: vt nõ solum illi electi discipuli/sed omne genus hoim saluaret vt in ipso erat. Nã sicut mors eius cũ oẽs mortui essemus/ p oĩbus est suscepta: ita vt oratio eius effusa. Et ad publicũ bonũ ɛ remediũ oĩum / nõ ad priuatũ iesus cuncta sua facta porrexit: quonia3 (vt ait apostolus) si vnus p oĩbus mortuus est: 2.Co.5
ergo oẽs mortui sunt. Ita orauit p oĩbus: quoniã oẽs indigebãt. Rogauit p discipulis: rogat p vniuersis. Sed illi futuri erant illius oratiõis participes/q̃ p apostoloꝝ verba fidẽ accipiẽtes etiã pseuerare debebant. Magna spes oĩb9 posteris ꝑrogata est/cũ christus p eis orationem suã ad patrẽ intulerit: vt sciant quãta cura fuit filio dei de oĩbus futuris fidelibus vsq; ad finez seculi duraturis: atq; cognoscãt quanta fulgeãt dignitate: quãtaq; possint securitate cõstare/aduersusq; terras cõsligere potestates. Et vnitatez postulat in oĩbus/ɛ cũ ipso ɛ patre ɛ spũsancto: vt sit virtus pfecta ɛ vita beata: ɛ amor eluceat/ q̃ appetit vnionẽ. Sequit enĩ ex vnione credulitas: vt discipuli missi a filio: ipse ꝟo crederetur missus a patre. Ego claritatẽ quã dedisti mihi dedi eis: vt sint vnum/sicut et nos vnũ sumus. Ego in eis et tu ĩ me vt sint cõsummati in vnum: et cognoscat mũdus q2 tu me misisti: et dilexisti eos sicut et me dilexisti. Verba sunt ista totiẽs repetita/ostẽdentia excessiuũ christi affectũ: qm̃ ardẽter diligẽs reiterat crebro: pandit sepe ꝟbo amorẽ igneũ intergestũ.

¶ De postulatione btitudinis eterne p discipulis et alijs credituris sub iure dilectiõis: secũdũ Joãnem solum. Capl'm XIX

AD eternã btitudinẽ capessendã a deo

sunt oīa ordinata: ita vt etiā corꝑalia ꝛ mortalia dū trāseunt/dū in vsum veniūt: aut in cōsyderationē recipiunt/subseruiūt: ꝛ cū oīa in seruitium sola creatura rōnalis de nihilo vt possideret illu pit. Erat ꝓmissiōe facta ex expssa culpa in ꝑditione mutata est: reparabilis q̄dē nō ꝑ hominē/ sed ꝑ deū in hoīe. Proinde oīa gesta christi ꝓ nobis ad illā sunt: ꝓ qua priusq̄ crucē moritur⁹ ascendat/vltimo illā ꝓfeuchis petit a patre/in-

Joh.17 quiens: Pater/quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum/et illi sint mecū: vt videant claritatē meā quā dedisti mihi qꝛ dilexisti me ante mūdi constitutionē. Cur pater filiū ꝓ oībus tradidit? Ut ei oēs traderet. Cur ei tradidit hoīes? Cur ordinate extitit hec sequela? Quāobrē pater illo in tūc paucos illos discipulos: ꝛ post ascensionē ei⁹ imissionēq̄ paracleti e vestigio successione cōtinua sibi tot milia hoīm asciscit? Ut secū eternā beatitudinē sortirent. Et cū oē datū optimū/ꝛ oīe donū ꝑfectū descendat procedatq̄ a patre luminum: idcirco filius petit a patre/vt quos socios habuit in vita/similes in pena/in moribꝰ cōformes/in fide stabiles/in fidei opibꝰ efficaces/ in spe gaudentes/in charitate feruētes/secū haberet in eternitate cōsortes: vt in eodē loco sit merces lucis ꝛ exercitus fidelis/agonū positoris et agonistarꝫ/regis ꝛ cōmilitonis. Uolo vt vbi ego sum/ꝛ illi sint mecū in patria/q̄ mecū fuerunt in via: in cōsolatione/q̄ in tribulatiōe: in leticia/ q̄ mecū in tristicia: in gloria/q̄ mecum in ignominia: vt videant claritatē quā dedisti mihi: q̄ nō horruerūt penales mūdi tenebras/q̄bꝰ me sabdidisti. Quo iure christꝰ ita petebat? Uno dūtaxat amoris videlicet qui nihil negare nouit: cui aliq̄d negare nō ꝯuenit: hoc est/qꝛ dilexisti me ante mūdi ꝯstitutionē. Ut etiā exaudiat ocyus: imo inhesitāter paternas aures introeat honesta petitio: ꝛ quod petit tribuat sibi pat: se suosq̄ discipulos cū mūdo cōponit/dicens: [Pater iuste mundus te nō cognouit: ego autē noui te. Et hi cognouerunt qꝛ tu me misisti. Et notū feci eis nomē tuū/ꝛ notū faciā: vt dilectio qua dilexisti me i ipsis sit/ꝛ ego in ipsis.] Prosequhando iesus paternā interponit iusticiā/patrē iustū appellans/vt ipse ꝑ iusticiā exaudiatur: q̄m iustus dn̄s iusticiā dilexit: ꝛ equitatem vidit vultus eius. Acsi dicere christus velit: Pater iustus es ꝛ rectū iudiciū tuū: ego nō te rogaui pro mūdo q̄ te nō cognouit: quod ꝛ supra ꝑdictū est quod vbi rogarē forsan iuste petitio negaret: sꝫ ego tui cognitor oro te ꝛ ꝓ his q̄ cognouerunt vtrūq̄/ te mittētē missumq̄ me: q̄bus notū feci nomē tuū in fide: qꝛ meus pater es/ꝛ virtutem ꝛ potentiā tuā in qua me fecisse omnia ꝛ facere fassus sum: ꝛ ꝑamplius notū faciā cū spūssanctꝰ a te ꝛ a me suꝑ eos missus aduenerit. Quid pro eis rogo? Beatitudinē infallibilē: vt cū māsiōe meatim atq̄ tuatim/cū ostensiōe mee claritatis eterne eos diligas/dilectiōe qua dilexisti me: vt illa sit semꝑ in ipsis/ꝛ in ipsis ego existā. Ab eterno pater eternū dilexit filiū eterna dilectionē: nec impmutabilis est dilectio patris ex tēpore: sed ab eterno ꝑuidit filiū incarnari: ꝛ corpus sibi mysticū coaptari. Et ex dilectione q̄ se deus i participationē venire disposuit/ primo creauit quod ꝑticipare illū posset: deinde corruptū ꝛ ꝑditioni traditū iā creatū redemit tali modo ꝑ filiū q̄ nūc orat: sicut ab eterno fit dilectus vt incarnaret/vt nasceret: vt corpus huiuscemodi fideliū saluandorꝫ sibi daret: ita exaudiatur: quod sic explicat: Ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit/cōplendo ꝑdestinationē dilectiuā: ꝛ ego in ipsis velut caput in coaptato sibi corpore: dirigens/gubernans/ordinans/regens ꝛ btificans eterne/sicut eterne dilexisti me.

¶ Libri duodecimi de testamento dilectionis ꝛ sermōe in cena dn̄i saluatoris finis.

¶ Liber decimustertius de passione domini saluatoris.

PAssioni vi- Joh.12.
cinꝰ dn̄s ꝛ saluator bethaniā visitauit: se totū cōpilans ad suppliciuꝫ mortis. Et in crastinū Mat.21.
supsedit asinā ꝛ asellū: vt ꝑnotauimꝰ in ascensionibus. Et ingressus est hierosolymā ꝛ in tēplū: quod impiosis actibus atq̄ v̄bis ab imptinētibꝰ ꝛ indecētibꝰ purificauit: diffiniens sententia verbi sui q̄ ea que sunt diuinis cultibus consecrata/in vsum aliuꝫ non vertantur. Diuina nāq̄ iusticia non vult/ q̄ natura in aliud q̄ ad id quod est facta mutet. Quod cum fit ex hominū peruersitate atq̄ malitia/seu ipse fieri permittit propter nostra peccata: damna sequuntur ꝛ penaliter toleratur. Ab ipso enim creatore cuncta proprijs vsibus ꝛ rationibus sunt creata: ꝛ ordinem habent/a quo sine periculo nō potest esse digressio. Que v̄o ab arte spūssancti ab hominibꝰ etiam manufacte noscuntur/ꝛ vsibus dedicata diuinis: non licꝫ ad alium vsum intorquere. Conturbatur enim ibi ordo iusticie: vt diuersis dn̄is res vna subseruiat. Turpis ē cōmutatio: vt quod erat diuinū/ transeat in humanū. Et omnis reuerentia tollitur/cum ad humanū vsum transeunt consecrata diuinis. Et finem verum peruertere rerum/sine fine finē nanciscit ferum. Et domus orationis verti non debet in confabulatoriū hominū aut in seculare negociū. Honestius enim manerent deserta siue dirupta loca dedicata diuinis si ad diuina nō reedificantur/q̄ repararētur ad contrarios aut improprios seu imptinentes hominū vsus. Cum enim huiuscemodi loca deserta manent: saltem memoria cum quantali reuerentia viget/q̄ dei habitaculum fuit. Cum vero ad vsus reparantur humanos/dei memoria tollitur: quia ibi humana memoria celebrat. Nec

aliqua q̄uis modica vsq̄ debent vsui humano
seruire: si diuinis vsibus seruierunt. Nam sine
diuina offensa non agit: nec sine diuina vltione
Dan.5 transit. Nempe legimus in Daniele / q̄ baltha-
sar rex babylonis q̄ nabuchodonosor successit
in regnū / fecit grande cōuiuiū: ⁊ vasa q̄ non ip̄e /
sed pater eius de templo dei quod erat in hieru
salem asportauerat / fecit deferri ad mensas / ad
vsum cōuiuarum hominū ⁊ mulierum / vxorum ⁊ concu
binarum. Sup quo nefario malo vltricē sententiā
nō prorogauit iusticia sancta dei. Eademq̄ hora
digiti apparuerūt i obiecto aspectu parietis scri
bentes diuinū iudiciū sup eū: quod audita inter
pretatione danielis in eum sequenti nocte dese
uit. Nam interfectus est sui regni habens aliū
successorē. Porro ex hoc cōmonefactū ē nobis
quāta ea q̄ sunt mancipata diuinis / oporteat cu
stodiri reuerentia. Sed nec cuiuspiā animū pul
set / q̄ multa in domo dn̄i sunt superflua ⁊ accu-
rata nimis: aut autumet spm̄ deū esse / ⁊ de cor-
poralibus nō curare. Magis aūt iudicet deum
habere in oībus ⁊ de om̄ibus honorari: vt oīs
creatura corporea ⁊ incorporea / sensibilis ⁊ in-
sensibilis / rationalis ⁊ irrationalis / primum suo
modo diuinū pretendat honorē. Creator omniū
deus est: igit ab omnibus sibi ⁊ de omnib⁹ de-
ferat. Nec submittat pauperum causa. Ex hoc enī
Joh.12. redargutus est iudas: q̄ dolebat effundi vnguē
tum super caput atq̄ dn̄i pedes. Abundantiam
rerum fecit omnipotēs / ex quibus possunt pau
peres refici: ⁊ in domo dei fieri que splendidum
cultū efficiant. Quidam blasphemauit atq̄ de
risit q̄ christo in tā preciosis atq̄ vasis nitidis
sacrificabat: qui statim p probrosam mortē ter-
minauit miserā vitam. Et necdū verbo derisio-
nis expleto / diffusa sunt p inferiora oīa interio-
ra eius. Veruntamē pie retinent ad cultū diuinū
⁊ pie necessitatis tempore pauperum expendūtur
ad vsum. Ad altiorē aūt intelligentiā nos trahit
huiusmodi nactor templi: vt templū viuū dei vi
ui / ab impertinentibus ⁊ maculis p fidē / virtutem
⁊ terentē scopam iusticie emundet. Non expe-
diunt importuna negocia tēplo viuo. Et si spiri
tus est deus / nō imundus / sed in mundicia tota:
pinde habitaculū imaculatū in aīabus homi
nū querit. Interior homo domus oratiōis est /
immo speculationis diuine: vbi p fidem illā cla
ritatē ineffabilem cōtemplamur: in cuius tecto
fiunt diuine illustrationes / ⁊ in pauimento con-
spicitur miseria peccatorum: ⁊ sunt cherubin scien
Mat.21 tiarū dei. Quā speluncā latronum facere arguit
dominus ⁊ saluator. Spelunca locus cōcauus
est / aut in montibus aut in terra eminenti q̄ de-
orsum nō vergit vt fouea: quam ad tempus in-
habitāt qui predari cupiūt transeuntes: ⁊ latēt
in illa: vnde appellati sunt latrones. Spelunca
spe lucis caret aut specie: propter quod iuste no
minatur spelunca. Nam si luminis speciem ha
beret / non diceretur spelunca. Et si latronib⁹ la
tentibus aliquale lumen refulget: viatoribus ta
mē periculum ex ea prouenit velut ex tenebris.

Ac per hoc saluator prohibet animā quam suū
habitaculum facit / latronum latibulū fieri: ⁊ quā
repleuit sue splēdoribus claritatis / specie lucis
virtuose inuite carere non patitur. Latrones in
uisibiles demones sunt: qui animā latrocinant
altissimo: necnon ipsam a seipsa sepe violenter
distrahunt ⁊ inuite: ac insidiant in abscondito
animabus: velut animalibus in spelūca sua insi
diatur rugiens leo. Animā speluncam non fecit
altissimus: sed in semetipso speluncam diaboli
fecit iniquus. In huius ingressu dominus et Mat.21
saluator desiccauit ficulneam. Cuius desiccatio Mar.11
nis seriem oportet inspicere. Cum venisset iesus Lu.13.
de bethania ad mōtem oliueti: ⁊ superadductis
animalibus equitasset / hierusalem ingressus: tē
plo purgato / reuersus est in bethaniam. Mane
autem facto reuertēs in ciuitatem esuriit. Et vi-
dens fici arborem vnam secus viam / venit ad eā
⁊ nihil inuenit in ea / nisi folia tm̄. Et ait illi: Nū
q̄ ex te nascatur fructus in sempiternū. Et are-
facta est continuo ficulnea. Euangelista al⁹ di-
cit: Non enim erat tempus ficorum. Si myste- Mar.11
ria tractaremus / synagogam intelligimus re-
probatam: cui omnia ista conueniūt: sed ad mo
res disserendos cōceptus sermo compellit. Ta-
lis actio potentia est saluatoris: quam plenam
esse iusticia nostra credulitas firmat: q̄uis euā-
gelista per ficulneam subnectat lucidam ratio-
nem / pro eo q̄ non erat tempus ficorum. Ergo
si tempus non erat / cur maledicta fuit? cur in ea
saluator quod nō erat inuenturus quesiuit? Sed
reuocauit saluator esuriem / velut post quadra-
ginta dies ⁊ noctes impastus fecerat in deserto
cui nature nulla dominabatur necessitas. Sed
non ventrem / immo mentes querebat reficere:
cuius cibus erat patris perficere voluntatem: ⁊
ab hac fame quotidie angebatur. Ac per hoc p
signum hic nos saluator edocuit. Nam esuries
ficulnea signum: carentia signum: arefactio si-
gnum fuit. Esuriit qui omnia viuentia pascit /
nutrit atq̄ gubernat. Qui defectibus domina-
batur / esuriit: passibilitates humanas assum-
psisse se monstrans: ⁊ cōmunicationem ipsorum
habere ad homines. Esuries non videtur in eo
qui patitur: sed dicto aut facto cognoscit. Pro
testatus est igitur saluator esuriem: aut verbo ex
ore dimisso / aut accessu ad ficulneam. Quomo
dolibet se habuerit ordo rei / esuriei mentis exti-
tit signum. Esuriebat enim salutem omniū ani-
marum: vbi sue dilectionis argumenta magna
monstrantur: quam esuriei nomine ostendebat.
Scimus nempe quāta pena esuries corpus affi
ciat: ⁊ quāta intentione corp⁹ famelicū appetat
saturari. Venit ad ficū / quā viderat secus viam.
Synagoga ppe legem: gētilitas secus naturā.
Anima ppe gratie viā. Folia in ea inuenit: fru-
ctus appetitos penit⁹ nō inuenit. Ficus contra
multarum arborum mores preter flores prorumpit in
fruct⁹: ⁊ vicinā p ceteris designat estatē. Super
quo patulam habem⁹ sententiā saluatoris: cum
suū aduentū vellet designare vicinū. Cuius fru

eius melline dulcedini compar. Tales animas deus querit que sine signis prerūpant in fructus / nec flores faciant decidētes. Nec obstat ꝙ spōsa se iactet flores apparuisse in terra: siue ꝙ egredi voluerit ad videnduȝ si vinee floruissent. Alius ibi / alius hic sensus ē: sed nulla ratiōe contrarius. Querit deus animas que semꝑ ꝑnūcie moneant reuelande in nobis future atqȝ fulgentissime claritatis: velut ficulnea ꝑnūcia est estatis. Cuius fructus dulcedinem illam possideat: cuius superni ciues gustū desyderant in supernis: scȝ non peccare / aut penitentiam agere post peccata: Nulla in hac vita dulcedo nobilior ꝙ virtutū / aut deflere peccata. Et miro quodam modo agit ꝙ fletus dulcis est miseris: ꝛ penitētibus vere lachrymis guttule sūt dulcedinis. Sed plerūqȝ saluator ꝛ dominus folia inuenit ꝛ non fructus. Folia ipsa sunt verba legis ꝛ scripture / aut expositiones. Que folia decidūt: quibus male tecti ꝑmi terere parentes. Nam fecerūt sibi perizomata ficus. Non enī verbis ꝛ latitudine loquendi delectat christus. Opera inquirit: et dignos penitentie fructus. Sed hoc maxime animum pulsat: si tempus ficoꝝ non erat: cur ipsaȝ maledixit si nō inuenit? Uidetur christus in partem iniusticie declinasse. Sed si prudenter inspicimus / magnum nobis timoris innuit sacramētum et iusticie diuine secretum. Et cum non inuenisset: maledixit ei ꝛ arefacta est / ne fructum faceret vlterius in eternum. Maledictio dei est ꝑuatio bonoꝝ gratie. Maledictio dei est induratio animi. Maledictio dei est obstinatio. Maledictio dei est finalis impenitentia. Maledictio dei est ab ipso segregatum fieri. Maledictio dei est eterna puatio supernoꝝ. Maledictio dei est tradi gehēnalibus flāmis. Sed quo merito / quo iusto iudicio / qua sententia irreꝑhēsibili? Quia non habebat fructus aptos esuriei diuine. Ac ꝑ hoc ex merito anima maledicit ꝛ reprobat: quo ꝑ virtutes ꝛ visibiles ꝛ competētes ipsaꝝ actus diuine fami atqȝ desyderio nō respōdet: nec fructus ꝑducit / quo in nobis christus diuine pascatur. Proinde vide ꝙ malum atqȝ horrenduȝ sit diuinis opibus nō insistere / nec fructificare velle opibus bonis: vt gratie sequat sterilitas: et in eternū gehēnalis flāma succedat. Magis terrere debet hominum mentes firmata ꝛ obstinata sterilitas / ꝙ eterna ꝛ iusta damnatio. Hec enī sine illa non sequit. Sed inuenit anima quedam que non fructificauit ante tempus: ꝛ forte fructificabit in temꝑe. Cur ergo egredit tam seua sententia / si non est iniquitas apud christum? Ceterum neminem moueat ista sententia: que ꝙto secretior / tanto iustior est. Omnis enī occulta sententia secū portat huius altitudinis dignitatē: ꝙ ꝙto magis occulta / tanto magis iusta consistit. Nam aliquos deus reprobat ꝓpter mala commissa: qui nec ad penitentiam sunt reuersi: quorum omnium est iusta ꝛ aperta damnatio. Aliquos deus reprobat: quia operari negligūt ꝺm fidem quā susceperūt. Et fides sine opibus mortua est: ꝛ ipsi mortui sunt. Aliquos deus reprobat quos sua ꝓuidentia secreta ꝑuidet semꝑ steriles ꝑmāsuros: nec ꝑacturos aptos diuine placētie fructus: quos in ista ficulnea significata saluator ostendit: quibus non aufert gratiaȝ bene agēdi: sed bene nō agere oīno ꝑuidit. Nec reprobat eos si ante tpa opa iusticie nō egerūt: sed qr in temꝑe suo fructum bonum daturi non sunt. Nec deserit vt deserat: sed deserit quia deserendus est. Non maledicit vt nō fructificent: sed qr non fructificabūt / ideo maledicit. Nouit dominus qui sunt eius: qui ꝑmansuri sunt in sermonibus eius. Sunt multi velut ista ficulnea / quos humana scientia nescit: qui fructum aliquando fecerūt / sed in posteris facturi non sunt. Sunt et qui non fecerunt: sed nec etiam sunt facturi. Sūt ꝛ qui nec facturi sunt placidos deo fructus: sed iniqua operā ꝑacturi. Quos deus sic futuros infallibiliter ꝑuidens: secreta ꝛ iustissima snīa maledicit / ipsis ignorātibus a tali sententia detineri. Occulta quidem sunt hec: nec imperitoꝝ aut mentibus simplicium reseranda. Mentem concutiūt / terroribus animum replent: verissima tamen ꝛ infallibilia sunt. Quod autē non habituꝫ fructum de sterilitate snīa iusta ꝓueniat. Nulla vero iniquitas apud deū: q̄ neminē nisi ꝑ misericordiā saluat: nec reprobat nisi iusto iudicio: qui nullū ante pctm̄ detrudit in penā: ꝛ nullū nisi ꝑuari dignū gratia ꝑuat. Applicabilia moribꝫ ista non sunt ꝓut a saluatore sunt gesta: nisi quodā conamine velimus intorq̄re ꝓ moribus / quod semꝑ in nostris opibus deuitamus. Quod christus esuriit / nos docet vt debeamus insatiabiliter iusticiam esurire: nec primoꝝ nostroꝝ ꝓut corꝑis refici appetit / desyderare salutē. Nec ꝓpter ornatū verboꝝ credere debemus / nisi opa videamus. Non enī debemus more saluatoris maledicti ꝓferre sententiam: quia nemini nisi soli deo ꝑ noticiā corda hominum patent. Nec scire possumus quēpiam in fine dignum odio vel amore aut dum viator incedit / si a superno numine reprobat. Et vtrū in futuro alicuius mutādi sunt affectus mutandiqȝ mores / omnino hominum scientiā subterfugit. Multis laudibus attollēda sunt opera saluatoris ꝛ digna mirari. Ad mores autē omnia retorquere iussio diuina non consistit neqȝ vrget: ꝓhibet autē magis. In penosa hebdomada vias sepe iterauit iesus a bethania ī hierusalē: nec in tanta ciuitate ipsiuȝ de nocte aliqñ legimus hospitatum: velut nō habuisset amicum qui eum amoris gratia inuitaret. Et nō inq̄rens nec req̄situs est. Pauꝑ enī fuit a iuuentute sine ꝺm carnem consanguineis ꝛ amicis: nec ipsum honoratum legimus / aut cultu consanguinitatis / aut amicitie temꝑalis intuitu. Et qm̄ cōsanguineos ꝛ cognatos ꝛ fratres habuit: non tāmen vterinos / aut ex patre: ꝛ ꝑter illos qui se ad discipulatum ꝛ sequelam ipsius domini transtulerūt: quibus nunꝙ̄ est adulatus ex carne / aut humanitatis affectu: nec eoꝝ ꝑterꝙ̄ supernoꝝ respectu affectauit sequelā / aut quesiuit ab eis huma-

na subsidia. Hoc moribus ostendit fideliū ipsius
in pegre facta vita: vt nec ꝓprium hospitiū vite
possideret/aut ꝑmisisset possidere parietes. Nec
apud carne ꝓpinquos sumpsit competētia vite:
nec apud tempales amicos/quos non q̄siuit. Et
suis moribus interdixit seq̄cibus posteris. Ad
altitudinem admirationis subuehit mentes: ꝙ
in ciuitate regia/in ciuitate sacerdotali: neqꝫ eti-
am in scribis ꝛ phariseis/in cultoribus templi ꝛ
sacerdotibus seu pontificibus habebat dignum
in veritate amicū. Quod si ascribimus illoꝝ ma
licie/similiter ꝛ diuine ascribamus ꝓuidentie: et
christi euidentissime paupertati: q̄ nulla ꝑsuasio
ne humanitus quesiuit amicos: ne subsidiū ho-
minū in tam famosissima ciuitate hereditaret:
in qua erat morte turpissima condemnād9: ne
saltem amicoꝝ verbo posset quod ab eterno dis-
posuerat impediri: salutem scilicet nostram/per
passiones ꝛ mortem in seuo patibulo ꝯsumman
dam. Monstrat amicoꝝ indigentiā ꝛ pauperiē:
ꝙ in penosa hebdomada quotidie de hierusalē
egrediens repetebat bethaniā: ꝛ ꝙ sustinēs sen-
tentiam dire mortis/ꝓ se clamantem neminem
ꝓpiciū sensit. Non minor paupertas est amico-
rū carere subsidijs/ꝙ pecunijs inopē fieri. Ad am
pliora eñ se contulit sepe amicoꝝ/ꝙ pecuniarū
subsidiū. Quāuis fecerint omniū rerū ꝓmptissi-
mam abdicationē qui penetrant ad alta virtu-
tū: si s̄m carnem cognatos ꝛ tempales amicos
inquirūt: apud quos manet in opportunis indu
bitata subuentio: a paupertatis penetralibus exie
rūt: nec recte aspexerūt istius intus ꝛ extra lucen
tis luminis claritatem. Si autem aduenisū ꝛ sub
uenisū non quesiti intermedia regnante virtute
manet ipsa paupertas in possessoribus suis. Abdi
catū expedit fieri ab amicis valentibus auferre
p̄ssuras/eū qui ꝑfectionis culmen exoptat. Ocy-
us ꝓpria ꝙ amicoꝝ consueuerūt opitulamenta
deficere. Fugerūt ꝙplures huius virtutis almi-
fice sectatores talit̄ ꝛ ad alia mūdi climata/ami-
coꝝ ꝛ notoꝝ subsidia: vt spes omnis subuētiōis
ab eoꝝ cordibus tolleret̄. Naꝫ magis in amicis
ꝙ in ꝓprijs sepe abūdat paupertas. Quod autē
apud lazarū/mariam ꝛ martham sepe dominus
diuertebat/q̄ diuites ꝛ nobiles erant: non diuiti
arū aut subuentionū gratia/sed odore virtutum
quo fragrabant potius trahebat̄. Si etiam qui
diues est/magis virtutū ꝙ diuitiarū decore pre-
fulget: non adimit paupertatem ꝓfessorib9 pau
pertatis: quia nec subuenit p̄terꝙ ad opportuni-
tatem/quod omnibus debet̄ de iure nature. Nec
nō quia potior in virtutibus ꝙ in diuitijs homo
operit ipsarū defectū ratione virtutū: dū virtus
conuersandi ꝛ diuertendi/non fulgor inclytatis
aut copia rerū est causa: vt non ꝓpter diuitias
ꝛ nobilitatē virtus/sed ꝓpter virtutē rerū abūdā
tia ꝛ hūana serenitas toleret̄.

A Discipulis proxime reuersurus iussit
sub altis signis atqꝫ mysterijs parare
pascha: interrogātibus discipulis de
Luce.22 ꝑparatione pasche respondēs: Ite in ciuita-
tem ad quēdam. Et ecce occurret vo-
bis homo amphoram aque portans.
Sequimini eum in domum in quaꝫ
intrat: et dicetis patrifamilias dom9
Dicit tibi magister: Ubi est diuersoriū
um vt pascha cū discipulis meis mā-
ducem? Locus celebrandi paschatis ꝛ cene vi
te sub incertitudine designanter missis/sed mit-
tenti certissimus erat: sed ad sequelam baiulātis
aquam ostendit̄. Baiulus aque ducit ad locum
in quo veteris paschatis sunt terminande figu-
re/atqꝫ vmbre vespere declinande: ac etiā noui sa
crificij veritas inchoāda. Baiulus aq̄ ducit quo
vocandus est ꝓditor: quo bonoꝝ discretio fit a
malis: quo diuinus amor ex desyderio ꝓdit̄: quo
lauandi ꝛ abstergendi sunt diuinitus apostoloꝝ
pedes. Baiulus aque/sermo est diuinarū scriptu-
rarū atqꝫ sanctarū: etiam secū portat sermo di-
uinus. Sermo diuinus ostendit: q̄m omnia in fi
guris contingebant illis. Sermo diuinus ostē-
dit: q̄m caro sua vere cibus est/sanguisqꝫ potus.
Sermo diuinus reuelat quo desyderio estuabat
vnigenitus dei filius: q̄ pascha manducare vo-
lebat cū discipulis anteꝙ pateret̄: vt ex hoc pa-
scha verissimi paschatis remedia maiora suma-
mus. Decernit sermo diuinus illos ꝓditiōe dā-
tas/ quo ad eius effectũ oēs conueniũt: maxime
cũ illo℞ q̃ habēt põderare recta iudicia interue-
nit puersus assēsus: ad quos plebeio℞ ⁊ tot⁹ aspe
ctus ⁊ agēdo℞ depēdet effectus. Hec oĩa tũc in
corde: nũc vero in morib⁹ aggrauãt christi penã:
Mat.26 Mar.14. Traditor autem ⁊ auctor mali conuētus: si-
gnum dederat pacis his q̃ de capiēdo chri
sto crudelē legationē acceperũt: dicēs: Quē-
cũq3 osculatus fuero/ ipse est: tenete
eum et ducite caute. Et cum venisset:
confestim accedens et osculatus est
eum dicens: Aue rabbi. Signũ dat pdi
tor: vt signãter capiat quē oderat. Et nunc actu
prũpit in scelus/ quod tã3 hostiliter ⁊ obstinate
ferebat in aĩo. Premittit salutationē ei/ quem in
mortis dãnationē inducit. Improba iniq̃tas sa
lutat quē pdit. Vocat magistrũ/ cuius doctrinã
ptēpsit pcaciter. Nec a verbis eius ab ista seui
cia fuit aliq̃n auersus. Osculat sanctũ os/ ⁊ virtu
tē nõ sentit: ⁊ sibi diuinũ osculũ horridũ est/ non
suaue. Indicibilis erat illius insuauitas mētis:
q̃ tantã christi suauitatē aĩo abhorrebat. Nec
mutabat animus: cũ funerũ ex aĩa intus mortua
extra eius corpus christi tãgeret sanctũ corp⁹.
Aduertãt q̃ christi corpus sacramētaliter tãgũt:
⁊ qui sacramētis in corpe delibunt: qm̃ si fidei ⁊
amoris desit integritas/ cũ iuda sortiunt similē
portionē. Nõ eñi ex tactu sacro℞ corporeo q̃spi
am sanctificat: nisi mētis manus palpans acce
dat. Inquit ad eum saluator: q̃ p salute
hoĩs laborare nõ desinit: adhuc iudã ad penitē
tiam vocans/ ⁊ ad detestationem sue impiissime
Mat.26 actionis. Amice ad quid venisti. Ex pristi-
na conuersatiõe saluator iudam appellauit ami-
cum: necnon ex eo q̃ ipse amicari non desinit: si
eũ nemo fastidit/ aut si reuertit qui recessit. Iu
Luce.22. da osculo filium hominis tradis. Cor-
ripit dulciter pditorē ⁊ introrsum remittit: vt sce
lus ⁊ modum quo pficit/ ipse consyderet: nam se
Prouer.19 pe modus vt facinus est in causa. Osculũ amo-
ris est signum: Nam q̃ suauiat/ videt amare quē
palpat: erit aũt pditor si non amat/ ⁊ falsum si-
gnum in designatione signati. Falsus testis nõ
erit impunitus. Magnum amoris est testimoni
um/ cum adinuicem duo℞ ora pmunt. Falsitas
autem omnis secludit a regno dei: ⁊ ad regna di
aboli semp spectat: cum priore autore falsitatis
posterior autor in eternum/ nisi resipiscat/ arsu-
rus. Osculũ reconciliato℞ est indicium: q̃ hacte
nus ad inuicem discordabant: nunc vero cum il
lo discordia irrogatur/ ⁊ sanguis funditur vincu
lo pacis. Irrogatur mors osculo vite. Instru-
mentum virtutis/ impietatis arma imitatur. S3
eo sceleratior omnis malo℞ autor: quo agendi
modus nefandior: s3 nullus q̃ ille qui fit sub ve-
lamento virtutis. Suscipit osculum christus: ⁊
discipulum increpat/ cuius actibus non consen
tit: sed sponte vult pati quod se passurũ in carne
ab eterno puidit. Attendamus patientie docu-
menta/ cuius velamina exuelantur in christo: q̃
nec animo motus sustinet pditorem: vt quē ha-
buit ante discipulum/ nunc pnecacum patiat:
⁊ ei tanta humilitate se donat/ vt oris osculum
corpisq3 amplexum sustineat. Ecce veritas ⁊ fal
sitas/ bonitas ⁊ iniquitas/ humilitas et supbia/
patientia ⁊ ira/ charitas ⁊ inuidia/ liberalitas et
auaricia in actibus/ non in animis conuenerũt.
Christus omnium origo bono℞ in suis virtuti
bus ⁊ moribus semp idem. Damnatus homo si
bi falso ppinquat: agit ipse patiēt virtuosus: at-
trita frons ⁊ infrunita temeritas est/ vt arra fi-
dei ⁊ amoris innocentem detrudat in mortem.
Sed ptemplemur attentius: quomodo virtutes
sibi obiecta hostilia patiunt. Proprium eñi no-
scit esse virtutum/ cõferre immotum anime sen-
sum. Ad hec saluator sequaces suos inuitat: vt
virtutibus fulti sint in oĩbus semp idē. Nam vir
tus q̃rit ex aĩo inuariabilē possessorē. Cum ve
ro iudas cum signo letifero ori christi osculum
impssisset/ secessit cũ ceteris. Illis vero stan
tibus/ velut attonitis a quadã occulta virtute
diuina pcussis: christus pcedens ad eos
dixit: Quem queritis? At illi dixerũt: Ioh.18.
Iesum nazarenum. Dixit ergo eis ie
sus: Ego sum. Ut ergo dixit eis/ ego
sum: abierunt retrorsum et ceciderunt
in terram. Utrũ vero iudas signũ dederat an
te hãc dñi vocē/ ministrorũq3 casum: disserere
non est opus: ad vtrũq3 se offert indistincte sen-
sus historicus. Processit ad eos iesus cũ pauo-
re deposito: cũ in oratiõe nõ accepisset p sensu q̃
sitũ. S3 psummata charitas foras emittit timo 1.Ioh.4.
rē. Hoc pcessu suo christus vsq3quo verificat: q̃
ad suos sicarios mēte secura pcessit: ⁊ voce im-
pauida loquit/ quem q̃ritis: vt se vltro inimicis
offerat p horrenda morte quesitũ. Magna cha
ritas/ que mortis excludit horrorem. Miranda
securitas/ que inimicis sponte se donat. Ad hec
caput nostrũ animauit ⁊ mēbra. Sciebat eñi ip-
se impassibilitatem post passionem: id est vitam
post mortē/ gloriã post sepulchrũ indubitanter
futuram. Ac p hoc psyderent omnes qui volunt
fieri christiformes: ⁊ securitatē assumant: ppel-
lant charitate timorē: ⁊ nõ sit horrori assumpta
volũtarie vilitas huius seculi/ de qua gloria cele
stis exoritur. Nec vltronea paupertas ingerat pro
rerum defectu fastidiũ: cuius campi diuitias fru-
ctificant in supernis. Castitas etiam vstulata tē-
tatione non vertatur in tedium: cuius arbor in
gēmas/ gemme in flores/ flores in fructus erum
pũt cuiũ superno℞. Passio nulla deterreat: ad
quã impassibilitas vera ⁊ eterna succedit. Fru-
stra pena conturbat/ de qua delectatio nascitur?
Nec tyranno℞ gladios paueant: quibus conse-
crantur ad christum. Mortis terrore non angi-
tur/ qui de morte vitã cognouit pdire supernã.
Omne asperum non pturbet si cruciat/ aut adi-

init tenerū sensuz: cū ex causa iusta supposita/in-
finita sequat amenitas. Prestruit nos in oībus
noster dñs christus/cū se spōte ad pricula obtu-
lit inq̄sitis. Hec p auditoribus dixerim christi
amice/aut christiformibus christianis. Pro pa-
uidis vero et minus pfectiōis habētibus cōsulo
fugā: deuitare pricula: ne forte fracti pctā et mor
tis terrore deficerēt. Et melior talibus fuga hu-
milis/q̄ hūano fastu psistere. Nec nō et negatio
humilis/q̄ supba pfessio. Ubi vero nullū argu-
mentū euasiōis affuerit: captus inter tormenta
psistat inuictus/et verus pfessor inter obiecta do
losa. Intentatam mortē oīno reputat vitā. Ma
gna etiā nobis altissime spei argumēta donant:
cū christus p nobis moriturus spōte se obtulit
inimicis: nec precognita deuitauit opprobria.
Quid ergo facit amicis vt cū ipso viuant/eū in
veritate q̄rētibus: q̄ inimicis ad mortē se pdidit
inq̄situs? Quid eis q̄ eū ad laudē et gloriam q̄rūt
suā: q̄n eis se ligandum ptulit/q̄ ad ptumelias
et opprobria q̄sierūt? Quid veris amicis/q̄ pdi
tori amico se ad osculū dedit? Quid in bonitate
q̄rētibus: q̄ male q̄rentiū noluit effugere man9?

Dicit ergo iesus: **Quē q̄ritis? Illis di
centibus/iesum nazarenum: adiecit:
Ego sum.** Qua respōsione audita/ceciderūt
retrorsum: plus eīm fuit in virtute/q̄ in sono vo-
cis. Dedit voci eius pater vocē virtutis: vt doce
at ignaros/mortuos suscitet/infirmitates mor-
bosq̄ depellat: fuget demōes/et inimicos male
ausos deterreat. Quid iudiciaria faciet p discre
tiōe meritoꝝ: q̄n sic terruit cohortē improbā/cū
esset adhuc in nūero moriturorꝝ? Nō pōt hūani-
tas sustinere diuina: nisi sup naturaz potentiā a
creatore accepit. Et terret iniqus ad vocē iusti:
horrori sibi est: deijcit se retrorsum. Hec est se-
pe hominū nefanda puersitas: vt vbi vocari de-
buerint/reuocant: et auertunt vbi cōuerti debue-
rūt. Ad hāc insinuationē et sue innocētie vocē de
buerūt ad christū sola pietate atq̄ virtute puer-
ti: ad quā retro miserabilit corruerūt. Quadru-
plicit casuz fieri sepe cognouimus. Aut antrorsū
aut retrorsum/aut dextrorsum aut sinistrorsum
quorsūlibet fit deorsum. Sz eū dūtaxat q̄ ad pñs
se nobiscū obtinet psequmur. Ceciderūt retrorsuz
nō velut ad lapidē ad offensionē ante positū im
pingētes: sed velut reuerberati a luce maiori et a
vehemētiori potētia: cū laternis/ facibus/ gla-
dijs et varijs armis pfulti: q̄bus innitebant mi-
serabiliter quo nō viderāt retrograde/nō tñ auer
sa facie corruerūt: nā facies eoꝝ q̄uis cū quodā
intolerabili mō/e regione stabat ad christū. Sz
retro cadētes supinatim ad celū: vt saltē cogno-
scāt virtutē desup esse terrentē/et de celo descen-
disse quem venerāt ligaturi. Supinant ad celū:
cui9 autorē in terra despiciūt: p eo q̄ nō cogno-
scūt: q2 mūdus eū nō cognouit. Sz vt cognosce
rēt/diuina potētia supinant: nā legimus iniq̄ta-
tis et falsitatis autores noluisse aspicere celū: ne
rei recordarent et mādatoꝝ eius/aut donoꝝ de-
sup descendentiū: vt corde compūcti a malis ce-
ptib9 resilirent. Sed isti ad vocē pñi corruen
tes in terrā reseruant ad celū: vt psternentē eos
p vocē cognoscāt esse diuinū. Cadūt retrorsum/
quo psternunt penitus nō vidētes: q2 vel igno-
rāt quod faciūt: aut q̄tū sit mali nullo mō ppen
dunt: aut dānationē meritā nō aspiciūt. Retro
actus casus eos insinuat/ q̄ ab eo quod accepe-
rūt p fidei cognitionē ex mādato dñi et actionez
iustoꝝ opeꝝ resipiscūt. De q̄b9 petr9 in canoni-
ca sua dicit: Meli9 eīm erat illis nō cognoscere 2.Pe.2
viā iusticie/q̄ post cognitionē retrorsum cōuer-
ti ab eo quod illis traditum est sancto mandato.
Quotquot eīm a iustis īceptis deficiūt/nescij re-
trocadunt. Casus oīno noscit esse/a bonis defi-
cere vel auerti. Retroacto casu de sella heli mul
tatus letaliter fuit: q̄m suos filios non corripuit
delinquētes/q̄ fractis ceruicib9 expirauit: vt in
flicta pena pactū malū demōstret. Retrocaden
do expirare meruerat/q̄ postposuerat diuina mā-
data et iusticie ordinē amoribus filioꝝ: vt idē pe
na pueniat quo fuit cōtempta iusticia. Inimici
etiā dñi semp vt isti cōuertunt retrorsum. De q̄
bus psalmista dicit: Et cōuertent inimici mei re Psal.55
trorsum. Inimicus est dñi oīs q̄ amicus nō est
vbis iusticie atq̄ virtutis. Inimici domini sunt
oēs amici mundi/q̄ se ad vitam aliam virtutib9
et moribus nō reformant. Inquit enim iacob9:
Qui voluerit esse amicus huius seculi/inimicus Iaco.4.
dei cōstituet. Ingratitudo quos possidet/ fecit
abire delinquēdo/male credendo atq̄ peccādo
retrorsum. Esaias eīm dicit: Filios enutriui et ex Esa.1.
altaui. Et sequit: Et ipsi alienati sunt retrorsū.
A deo se alienāt cadendo retrorsum/qui fide mu
tant: nec illā moribus firmāt/q̄ aliud q̄ deuz aut
plus q̄ deū/aut eque cū deo/in amore animi co
lunt. Et q̄ dño dicunt/expecta. Expectat cū vo-
cat: Esaia dicente: Cadent retrorsum: et capient Esa.28
et laqueis insolubilibus ligabunt. Sapiētes mū
di qui nec ad sapientiā christiferam transierunt/
cōuertunt a deo retrorsum. Esaias enim inquit
Ego sum deus conuertens sapientes retrorsuz: Esa.44.
et scientiam eoꝝ stultam faciens. Mundi sapien
tes cōuertuntur a deo retrorsum: cum semp ex
scientia humano habita fastu in peccata labun
tur: nec in anteriora pficiunt: et in illa penalia ca
dunt/que velut retroposita pspicacibus oculis
nō viderūt. Si vero isti qui male missi fuerant vt
caperent saluatorē/ad eum mutato crudelitatis
animo accessissent: stetissent vtiq̄ recti: nec ceci-
dissent in retropositā terrā. Habebant eīm: ante
faciē ei stetisse potuissent: quo debite nō aspecto
retro factus est casus. Prerogant oībus exem-
pla cauendi: quoniā q̄ non accedit p viā iusticie
ad antepositā vitā/cadet omnino in retropōsi-
tā mortē. Perdiderunt audaciā/sed nōn seuitiā
crudelis legationis autores: nec resumere potu
issent/nisi vox que abstulit reddidisset. Proin-
de **iterū interrogauit eos/dicēs: Quē
queritis?** Omnino se offerens ad iniustā ca-
pturā. **Qui similiter responderunt/di-
cētes: Jesum nazarenū.** Eodem scz cru-

deli aio quo ante querebāt. Nō erat mutata senten
cia/quamquam repressa fuisset audacia: nec mala volūtas/
quamuis retusa facultas: quia obstinate hominū mē
tes nō auertunt a malis/conuerse ad ornatū virtu
tis: quamuis interdū reprimant eorum pessime faculta
Joā.18 tes. Dicit ergo eis iesus: Si ergo me
queritis: sinite hos abire. Non enim dece
bat quēpiā apl'orum sociū fieri passionis: ne sequeret
dānabilis error: vt alterius quam vnius sanguis cre
deret in preciū. Vide tamen virtutis magne pstantiā:
vide inter pressuras inuictā hominis animā: vt pia me
moria/tribulationū oblita suarum/de primis curā
gerat: cū dicit: sinite hos abire. Altissime virtu
tis est signū/cū inter pressuras nō obruunt sensus in
terior: vt etiā exterius pdat officia pietatis. Pro
fecto septus chorea virtutū/nihil in vtrisque acti
Mar.14 bus habet ademptū. Sed discipulis quodāmo
do dimissis intactis: dūtaxat excepto qui sindonē
qua solū tegebat reliquit: qui tactus profugit nudus:
Mat.26 in christū tristes et stolidas manus/irrōnabi
Mar.14 li audacia/iniecerunt et ligauerūt eum:
qui venerat soluere compeditos. Fuerat enim ab
eterno prouisum/vt ex iniustis vinculis iusta vincu
la soluerent: quā prouisionē nō discutiēdo laude
mus: nostris nēpe pfectibus ipsa seruiuit. Liga
tur dñs et saluator omniū a manibus sceleratis
funibus petōrum nostrorum: lōge ante de ipso dicēte
Psal.118 pphta: Funes petōrum circūplexi sūt me. Et pe
Thren.4 trus in canonica sua dixit: Dñs captus est in pec
catis nostris. Ea quippe die qua genus illuxit hūa
nū mēte ceperūt miseri ptoplasti funiculos: qui
bus in carne mūdi cōditor ligaret: et ipsi genimi
na per horum materia primitus pduxerūt. Et ex eis
dānata ppago huiusmodi herbā qua neri siue ptorque
ri posset ad vincula/velut cāpus reprobus cōti
nue germinauit nec germinare desistit: vt inter
pctā precedentiū atque sequentiū hominū/velut in
quodā funis medio christus dñs vincularetur.
Nā per precedētibus atque sequentibus culpis chri
stus venit in laqueū: et captus est in pedica siue
decipula pctōrum: qui ab exordio hūani generis erat
posita super terram/suis tamen oculis nō abscōdita.
Nouit enim vt aliquis ab eterno/ab instāti cōcepti
onis vt hō/vincula passionis et causam. Nec fu
it nescie irretitus. Lōga sunt ista vincula qui in pri
mis parētibus inceperūt per milia vela labentium
annorum: quibus semper addit a nascētibus ceteris: quam
uis ipse sit absolutus a vīculis. Vincula ioseph
atque sansonis/vincula Hieremie/Ezechielis/eti
am christi vincula figurauerūt. Sed dū impia
Luce.22 ministeria huiuscemōi agerent: dixerunt di
scipuli ad iesum: Domine si percuti
mus in gladio? Qui respondit: Sini
te vsque adhuc. Quasi dicat: Intermittite vos
phibere lédētes quousque patiar: quoniam ad alios et
in tēpus aliud seruat iudiciū vltiōis. Nūc tēpus
est patiēdi/tamen sub occulta vindicta/quia ceci sunt:
Mat.26 manifeste vero vlciscendi tēpus aduenit. Sed
Mar.14 nec expectato respōso dñi saluatoris: petrus
Luce.22. exemit gladium: et seruum percussit
Joā.18. pontificis; et abscidit auriculam eius
dextram. Erat autem nomen seruo mal
chus. Tunc ait Jesus petro: Mitte
gladium tuum in vaginam: aut con
uerte gladium in locum suum. Om Mat.26
nes qui gladium acceperint/gladio
peribunt. Calicem quem dedit mihi
pater/nō vis vt bibam illum? An pu
tas quia non possum rogare patrem
meum: et ipse exhibebit mihi modo
plus quam duodecim legiones angelo
rum? Quomodo implebuntur scriptu
re pphetarum: quia oportet sic fieri?
Petūt sciam siue licentiā discipuli si dñm et sep
sos tuerent gladio: aut si ferro impetūt inimicos.
Sed interrogat incassum: si ante respōsum exit
in opus. Frustra petrus interrogat: dum ante
christi respōsum ipse percusserit. Subite hominū
actiōes nō expectāt iudicia legitime decernen
tes. Nō dedisset pfecto licentiā male agēdi/aut
taliter se tuēdi: qui male actū verbis increpauit in
petro/et facto auriculā sanauit in seruo. Leuita
te vsus est petrus: qui ante respōsum dñi vulnera
uit. Leuitas vitiū est nō bene constitute mētis: que nūc
in bona/nūc in mala quodam improuiso impetu
sepe rapitur: que nec sui cōpos/nec iudiciū superioris
expectat. Sed forte petrus calcaribus timoris
ad se/amoris ad dñm vrgebatur: quibus impulsis/
dignū reprehēsione patrauit. Nō enim saluator ni
si male digna reprehēdit. Nec semper timoris acu
leus aut amoris vehemētia excusat a toto vel a
tāto. Proinde in omni re cautum oportet fieri per
christo certantē: ne male his calcaribus vrgea
tur. Sed ex ipsorum interrogatiōe/ac ex dñi reprehē
sione luce clarius patet quid in talibus articulis
sit agendū. Interrogāt discipuli si percutiūt gla
dio: vt nullus percutiat in vindictā aut vim/remo
uēdo illā: nisi christus concesserit/cuius nutus lex
euāgelica patefacit. Qui se tueri vel aliū nititur/in
culpate omnino tueatur. Sed tuitio quidē permittitur/non
iubetur. Vindicare autem omnibus phibet/dicēte scri
ptura: Mihi vindictā/et ego retribuā. Nec quis Ro.12
piā a quoquam est spūali gladio feriēdus: nisi quantum
iusticia indubitata permiserit. Oēs enim qui accepe Mat.26
rint gladiū/gladio peribunt. Nullus autoritate
sua gladiū iusticie sumat. Quotquot acceperūt/
gladio diuine iusticie perierūt. A quo nemroth Gen.10
accepit gladiū? A nullo preterquam a seipso et dānatus
est. A quo pharao? et dānatus. A quo ninus/qui cō
didit niniue? a quo nabuchodonosor? a quo re
ges persarum atque romanorum ante christi susceptā fi
dem? qui et si eis populi consenserūt/eterna dānatio
ne a deo pscripti sunt: nā nō est gladius iusticie/
nisi a deo: qui eum nemini nisi cum lege sua irrepre
hensibili et vera concessit. Non enim nisi secundum legē
et per legem est gladius iusticie pducendus: mul
to minus sica vel vltor. Qui vero acceperint/eter
na gladio subiacebūt. Atrocior vero gladius nēm
pe confodiēt/qui male vtuntur gladio spirituali.
Sed non solum cum gladio feriendo iniuste cul
pa cōmittitur: sed in accipiendo. Quod vigilāti
verbo scriptura vsa est dicens; nō omnes qui se

rient gladio/gladio peribūt: sed qui acceperint
vt omnino sit interdicta omnis vsurpata pote-
stas: ⁊ a christo condemnet omnis arrogata iu-
sticia. Sanciūt imutabiliter diuina decreta: ꝙ a
supioribus inferiora depēdeant. Nemo igit sibi
a se accipiat vindicariā aut iudiciariā potestatē:
Mat.26 si ad maiorē spectat collatio. Conuerti gladi-
um in locum suum a saluatore Petro iubet. Lo
cus cuiuslibet rei ē: quē sibi ordo ifallibilis ordi
nauit: in quo imota pmaneat quousqꝫ p eundez
mutet aliter decernentem. Naz multa sub inua-
riabili ordie variant: put necessitas succedit aut
ordo causaꝝ. Stēt omnia suis locis visibili aut
inuisibili modo: ⁊ si qua mouent pter imperiuz
omnia decernētis: ipso iubente ad loca pristina
visibilia siue inuisibilia reuertant. Nempe om-
nia malesiūt/si certus ptermittit ordo. Trifarius
eñ est: nature/legis ⁊ gratie. Locus gladij est va
gina. Nō hominis caro locus gladij est: non cor
pus hois: sed oñe p quod incidendo educit ad
vsum hois/cū iudicio rationis. Si aūt hois cor
pus p tempe locus efficit gladij: aut erit in cor
pore aliquid exortū imptinens resecandum atqꝫ
curandum peritia medici: aut erit in corpe culpa
cōmissa/in eodē multanda consilio iudicis iusti.
Quod ergo ē medici/agricultor obmittat: quod
vero est iudicis/piscator nō faciat. Proinde iu-
ste dicit Petro/⁊ oibus spectātibus ad silez acti
onē: Conuerte gladiū in locū suū. Omnes eñ q
gladiū accepint/gladio peribūt. Nam eo malo
quod fecerit/trāsuerberabit ois homo: ⁊ ad cul-
pam iusta multatio adnectetur. Sed in eo ꝙ
dextra pcidit auricula / magnum nobis pstruit
sacramentum. Nec credimus hoc factum pui-
dentia Petri: vt solū ad illud membrū absciden
dum gladium aptitasset. Non eñ q pcutit cōtur
batus/curat quemadmodū laniet: sed put feriē-
tis adest habilitas/⁊ subest dispositio patiētis.
Verūtamen diuina puidētia nequaꝙ casu cre-
dit factum: cum abscisio dextre auricule serui-
lis/abscisionem pnūciauerit recte obediētie iu-
daice seruitutis. Ad auriculam refert obediētia:
Psal.17. sicut psalmus ait: In auditu auris obediuit mi-
hi. Sed ad dexteram obediētia p celestibus re-
cta: quam oīno pdidit seruilis conditio iudeorū.
Omnis q pdit rectam obedientiā/q solū p cele-
stibus a creatore posita noscit: auriculā dexteraz
vtriusqꝫ videlicet actionis pdidisse conuincit/so
lum restituendā p christū. Ipsius tantū est om-
nia reintegrare deperdita. Nā christus iā circū-
datus mala cohorte: pfectus in oibus/inimicis
restituebat bona p malis/cū seruo auriculā abs
cisam reddidit. Seruus erat pōtificis/nō pōtifi-
cij. Multi eñ seruiūt in dignitatibus cōstitutis
intuitu cōmodi/nō officij: psonā/non dignitatē
colentes: qui merito praue seruitutis spiritualia
bona perdunt/⁊ sperant frustra supna. Quod
vero christus cum ligaretur/sanauit auriculam
atqꝫ pontificis seruo restituit: dum ad toleran-
das penas ⁊ opprobria cogeretur: virtus pces-
sura ex christo aut ex martyribus/ex tormentis

ostenditur. Et nihil adeo nostram intelligenti-
am aperit: christum dei filium esse ostendit: fidē
christianam exemplo cōfirmat: nec aptitudines
ad agenda disposuit: nec preter christum deum
cōmouere debuit hominum mentes ad creden-
da que incredibilia videbant: ꝙ martyrum pas-
siones/cruces ⁊ tormenta/sanguis effusus/⁊ va
ria crudelitas moriendi. Si caput nostrum
inspicimus: dum infirmatur/dum patitur/dum
ligatur/dum moritur: restituit sanitatem: ⁊ intel
ligentiam reparat ad credēda ⁊ speranda super-
na. Vinculatur christus ⁊ aurē reparabat in ser-
uo: vt reparatio humani generis mal e serui/ex
christi passionibus tota pueniat. Restituitur au
ris dextera: intelligentia vera/obedientia recta
ex christi cruciatibus oritur. Nulla intelligētia
verior atqꝫ sublimior ꝙ credere dei filium incar
nari: quod quoddā nihil fuit/ dū ipse se in vtero
virginali colligeret. Quid hac intelligentia sub
limius atqꝫ rectius ꝙ ipsum p humano genere
credere velle pati? Preostendit etiam ex hoc ꝙ-
tum dilexerit: quo auris obedientie in amore re-
pendendo incalescat. Ipse patiendo patientie
modum dedit ⁊ formam: ⁊ ad interrogata regu
lam respondēdi constituit. Ipse in cruce moriēs
latroni aurem cordis aperuit: quem et confiten
tē sibi continuo asciuit dicens: Hodie mecū eris Luce.23.
in paradiso. Hec oīa q̄d ex christi passionib9 ve
nerit pstruūt. Colligate imo pulcre cū christo ⁊
p christo capite/martyrū varie passiones/intro-
mittūt in animam credēdi securitatē: roborāt fi-
dem: christū esse veraciter dei filium/ qui ad ta-
lia toleranda eos potuit animare/ incunctanter
mentibus offerūt. Terrena p christo despicere/
superna sperare/mundo mori/christo viuere: ve
lut carbones viui extinctis cōiuncti/mētes ho-
minū accendūt. Aperit pfecto ⁊ pdita restituit
auris intelligentie: atqꝫ ad obediendū fit ipsa p-
cliuior/si sedule inspiciunt martyruz passiones.
Quod vero adiecit saluator: Calicē quē dedit
mihi pater non vis vt bibam illū: aliam psiderā
di materiam exordit. Dedit pater filio calicem
amarissime passionis: quem vsqꝫ ad fundum ex-
hausit p eo quod pater dedit/cuius volūtati ni-
hil statuit preferendum. Orauerat iam in hor-
to vt tolleret calix amarus/scꝫ acerbitas passio-
nis ⁊ mortis: ⁊ iexauditus abscessit decreto ma
nēte paterno: vt ipse biberet calicē passiōis. In-
q̄t ergo petro: Pat dedit calicē mihi: nō alij red
dūt. Quis remouebit quod pater decreuit etn9?
Quis bibet quē ego bibiturus suz? Quod mihi
soli/nemini est pcessum. Mihi/nō alij calix redē-
ptiōis offert. Nō vis tu hō quod vult deus? Nō
vis tu creatura quod vult creator? Nō tu seruus
quod vult dñs? Si nō bibo: q̄s bibet? Si nō pa-
tior: q̄s alius p hūano genere patiet? Quare nō
vis vt bibā illū? Si nō bibo: siti eterna oēs affici
ent. Amara est potio: sed sitim tollet malis calo
ribus estuatis. Mēbra coaptent ad caput. Nō
renuāt calicē porrectū a patre: ⁊ omnē increpent
bibere phibentē. Qui ad diuina imposita impe-

dimēta suadet ꝛ ꝑstat: similis est diabolo/etiam
si ꝑtendat in verbis aut in moribus pietatē: nec
est tolerandus/velut qui hominez auertit a vita.
Nam qui obedientie diuine cuiꝙ sese obicē fa-
cit/ipsum a vita diuertit. Est eñ in diuina obedi
entia tota vita. Increpādus est si subest: si equa-
lis/penitus non ferendus: si vero excedit/nulla
ratione timendus quispiam quocūꝙ intuitu a di
uinis iussionibus te auertens. Nam vbi diuina
cognoscit facienda volūtas/ ꝓhibeat ꝓhibens
ꝛ dulci animo quodlibet bibat amarū. Oē pe-
nale crucians/equanimitate animi toleret. Le-
2. Reg. 16 gimus Dauid regē egressum velut expulsum de
hierusalem/fugientez a facie filij sui Absolonis:
cui turpibus verbis maledicebat ꝛ exprobrabat
semei de cognitione Saul. Quem cū audisset et
vidisset abisai filius saruie/cōmilito ꝓbus Da-
uid: ad amputandū maledicentis caput animo ꝛ
corꝑe se parabat: indignū omnino arbitrās atꝙ
detestans/regem suum sic exprobrabiliter ab in
digniori homine maledici. Ad quem rex suꝑ se-
ipsum tribulandum diuinam preuidens volun-
tatem dixit: Quid mihi ꝛ vobis filij saruie? Di-
mitte eum vt maledicat. Dominus eñ precepit
ei vt malediceret dauid. Et quis est vt audeat di
cere/quare sic fecerit? Dimitte euz vt maledicat
iuxta ꝑceptū domini. Iuxta quoꝝ verboꝝ senten
tiam saluator increpat petrū: monefaciens vt in
vaginam gladiū reconuertat. Et allegabat rati
onē insolubilem non ꝑteribilis iussionis/dicēs:
Calicem quem dedit mihi pater/non vis vt bi-
bam illum? Omnem remouet cunctationē: sug-
gillat rationes aduersas: omnium claudit ora lo
quentium. Protinus omnem condemnat amo-
rem: nullum sustinet contradicentez: nullis sen-
sualitatis acquiescit blandimentis: cū supra dor
sum ponit onera iustus pater: ꝛ amicus secus cō-
sulens aut agens habeat titulo inimici. Et plu-
Mat. 16 ribus ante diebus Petrus a christo est appella-
tus sathan: qui ipsi christo suadebat vt nullate-
nus pateret. Qui sibi ꝛ in alijs nō vult quod de-
us vult/nec ipse a deo sua vota suscipiet. Sub
infert christus qm̄ conformitate paterne volun-
Mat. 26 tatis ꝛ sue libens patit: cū dicit: An putas: quia
nō possum rogare patrē meum: ꝛ ipse exhibebit
mihi modo plus ꝙ duodecim legiones angelo-
rū? Sed iaz orauit in horto: ꝛ nec exauditus est:
quō ergo nunc dicit: ꝛ exhibebit mihi ꝛc. Tunc
ꝓ sensualitate interpellauit ad patrem/quaz sta
tim subdidit rationi: rationē vero paterne sup-
posuit voluntati: nunc vero dicit: si certandū es-
set/si renitendum/si hoc non decreuisset paterna
voluntas/si ꝓtinus ipsa calicē non dedisset: nec
ex hoc auxilio indigeo terrenoꝝ hominuz/q ha-
bere possuz exercitus angeloꝝ: nec duodecī apo
stoloꝝ quero auxilium/qui habere possum duo-
decim legionum. Sed expedit his passionibus
corꝑaliter subiacere: non reniti/aut armis sensi-
bilibus se tueri. Qui vero venerat sine armis se-
culū expugnare/orbem transformare terrarū/cū
demonibus habere cōgressuz/ꝛ inuisibilē ei da-
re cōflictum: nec armis se tueri decebat: ꝛ quod
erat in passione voluntariū longe ante ꝓuisum/
armis arceri penitus non debebat. Predocuit
oēs sequaces christus/ipm ꝑfecte sequentes: vt
mūdi auxilia nō queramus: nec vitare velimus
q ab improbis irrogant: dū nobiscū ꝓuidētia
diuina vtiliter agitur: dū tribulati ad meliora ꝓ
uehimur: si adest in animo tolerantie fortitudo.
Sed ꝙuis liceat humane pusillanimitatis ꝛ im
perfectionis existit. Potest eñ ꝓuidentia vtili-
ori humanū auxiliū queri: ꝓut Paulus in acti- Act. 25
bus fecit: venturꝰ romā ad vtilitatē ecclesie se
preseruans. Nam inestimabilibus precijs deꝰ
querit nostras emere passiōes: ꝛ tolerata ꝓ chri
sto germinant ad supna. Hoc aūt quod se-
cutus adiūxit: quō ergo implebunt scripture ꝓ
phetaꝝ: q2 sic oportet fieri: nō ad necessitatē in-
torquendū est: quasi christus necessario patere-
tur/aut ꝓphetie ꝓphetice ad patiendū christuz
sibi legē necessitatis imponerēt. Ac ꝑ hoc chri-
stus nō ideo sic passus est/q2 sic ꝑfiguratuz aut
ꝓphetatū est: sed sicut pati ab eterno disposuit/
sic ꝓphetari aut tēpꝰ decernit: vt potius passio
causa fuerit ꝓphetie ꝙ ꝓphetica scriptura cau
sa fuerit passionis. Nā iuris diuini ordo posce-
bat/vt tāti regis mysteria in mūdo futura/ꝑ ꝓ
phetas idoneos multis ante actis tꝑibꝰ inclare
scerent. Ideo igit implende dicebant scripture
ꝓphetaꝝ: ꝓ eo ꝙ ea q ab eterno infallibiliter ꝛ
necessario fuerāt ordinata: q2 sic deus volebat/
mūdo ventura scripture ipe ꝑdixerāt. Quod fu-
turū erat in christo sm rei veritatē/per spiritū-
sanctū prophetis innotuit. Et veritatem rei pre
cessit veritas prophetie implenda per passionez
dñi iesu christi. Proinde si non patiar/frustrabi
tur ab eterno in veritate prouisum: necnō ꝛ scri-
pture que ab eterno ꝓuisum ꝑdixerūt in tēpore
dilabente/futurū in plenitudine tēporis subse-
quēte similiter frustrabunt. Magna est scriptu
rarū ꝓpheticaꝝ autoritas: in eis ꝓfunda et ve-
lut imꝑscrutabilis veritas latet/ ꝛ paucis nota
priusꝙ sequat effectus. Et ad veritatem capitis
totius corꝑis subsequit veritas. Nā omnia im
pleta sūt in capite: q ipm in carne/in terrisꝙ ge-
sturū longe ante ꝓphete cecinerūt: vt nullo pa-
cto trahat in dubiū: ꝙ etiam illa modica q con
plenda restāt/in corꝑe suo mystico cōplebūtur
tam in his q ꝑdestinati sunt ad hereditatē eter-
nam: ꝙ etiam in his q presciti sunt ad intermia
bilē penam: vocabulo fidei ꝛ participatione sa-
cramentoꝝ hic viuentes/de christi corpore vi-
deant. Adimpletio scripturaꝝ de christo profe-
cto in christo ꝛ in suo corꝑe arguit esse complē-
das: ꝛ cōplementū vnius arguit etiā alteriꝰ: vt
ordinata successione infallibili tēpoꝝ scripture
impleant in partibꝰ: vt totiꝰ ecclesie ꝑacto my-
sterio/in corꝑe toto scripture implete noscant.
Quomodo implebunt scripture prophetaruz?
Nō alit ꝙ iuxta huiuscemodi opprobriū. Qm̄
sic oportet impleri/ꝓut fuit ante prouisum. Sic
ꝑo promisum/prout erat dīno futurū. Difficile

vsquaq cognoscit in omnibus scripturis cudere
velle mores. Quodã intraneo intellectu colligit
ne aliter velimus fieri p nobis aut in nobis/nec
tentemus aliter agere:nisi put diuina impia ta-
cita vel expssa/dicta vel scripta/edicto imutabi-
li statuerũt. Hec siquidẽ verba intellecta p mo-
ribus/scripturis theologicis nos coaptant. Et
vt verũ fatear: z coaptant ne velimus aliter viue
re q ipse dicant:qm illa p agenda vita dixerũt/
sine quibus holbus nulla salus. Oportet autez
omnino fieri que dirigũt in salutez. Nec oportet
impleri scripturas p moribus editas/vt ipsarũ
honor z veritas pamplius inclarescat:semp enĩ
ante actionẽ z post actionẽ eoꝝ que consulũt si-
ue iubent/eodẽ modo se habẽt dignitas z veri-
tas scripturarũ. Sed p nobis oportet fieri:ali-
as damnaremur nõ implẽdo mãdata/vt volẽtes
nõ reddẽdo cõsulta. Si christus ab omni neces-
sitate liber/opportune p nobis voluit q in ipso
scripture ptinus implerent:qui leges z scriptu
ras sacras soluere nõ venit/sed adimplere:q̃to
magis nos iustis moribus debemus illas im-
plere/quos mortis interitus peccatorũ mucro
dilaniat. Et astutus diabolus q̃rit quẽ deuoret:
qui z si omnẽ infidelitatez absorbuerit/nec eius
lethalis sitis extinguit. Sperat enĩ ad suũ hor-
rendũ z pfundissimũ os etiam trahere christia-
nos:iuxta subtilẽ intelligentiam illius scripture
Job.40 dicẽtis: Absorbebit fluuiũ z nõ mirabit. Habet
enĩ fiduciã q iordanis influat in os eius. Om-
nis infidelitas nomine fluuij:nomine iordanis
intelligunt baptismate tincti. Etenĩ in iordane
baptizatus est christus:in quo initiauit celestia
sacramẽta:quibus etiã clausum est empyreũ re-
gnum/nisi scripturarũ iustis impletionibus re-
seret. Premit nos miserãda z alta opportunitas
vt sanctas scpturas que moribus dirigũt in sa-
lutẽ/moribus impleamus. Clauis sanctoꝝ dela
ta sensibus solũ/celũ supnũ nõ aperit:nisi sacra
scriptura p suo gradu suscepta/repagulũ posi-
tũ moueat. Nã scripture sacre q̃ ordinãt z enun
ciant opportunos hominũ mores/moribus p
agunt atq complent. Et q̃ mysteria/mysterijs:
z q̃ supna/supnis. Proinde quia implende sunt
scripture in capite atq mẽbris: put enũciant sic
oportet fieri. Hanc eandẽ opportunitatẽ cũ re-
surrexit a mortuis/inclusis discipulis patefecit:
vt oino necessitas cui caput christus se subdidit/
mẽbra vera cõcludat z: ipsa opportunitas trãse
Mat.26 at in virtutẽ. **Dixit autem iesus ad eos**
Mar.14 **qui venerant ad se principes sacerdo**
Luc.22 **tum et magistratus templi et senio-**
res: Tanq̃ ad latronem existis cum
gladijs et fustibus cõprehẽdere me.
Quotidie apud vos sedebã docens
in templo:et non me tenuistis. Sed
hec ẽ hora vestra et potestas tenebra-
rum. Hoc autem totum factum est:vt
adimplerentur scripture pphetarũ.
Captiõis christi modus z tẽpus/ipsius iniuriã
plus deprõmũt:cũ velut latro z nocturno tẽpo

re capit/q nil ab homine p violentiam exigit/nec
pter virtutes aliqd q̃rit. Et dies in die palã fie-
bat:ad quẽ capiendũ nec nocturna hora fuerat
opportuna. Sed q̃les in animo erãt/tẽpus ma-
lefactionis ostẽdit:qm omnis q̃ male agit/odit Joh.3.
lucẽ. Et furẽtes animi furiã continere nõ valẽt:
nec alioꝝ cruciatibus satiant/nisi oculorũ psen-
tiam psteut. Ecce pncipes z magistratus z seni-
ores psonaliter pgrediunt ad nefas:qui p male
subiectos poterant cruda pficẽre. Nam sepe cru
delitas vilescere fecit animos generosos: z do-
minationẽ coegit pagere officia seruitutis. Ira
z inuidia plerũq pncipes in subiectos/ magi-
stratus in famulos/seniores in amentes/z iuue-
nes in furẽtes conuerterũt. Complent animos
hominũ cecitate vbi due iste nebule supueniũt:
vt decentia in conditionibus z dignitatibus nõ
seruent:nec indecẽtia phibitionibus sileãt. Ec
ce quid agũt nocturno tempe pncipes z magi-
stratus z seniores:quando aut corpus opportu-
nam debet captare quietẽ:aut animi pspicaces
veritatis z fidei oculis intendere in superna:vel
saltem ex officio meditari vtilia pximorum:aut
quiete inuisibili z corporea diuinas perscrutare
pagellas. Student etiam mẽbratulis odij: z in-
quieti animo innocẽtes corpe inquietant. Que
iniquitates hominum etiam ad posteros trãsie
runt:vt a quibus z que pertulit christus/patia-
tur hodie verus sibi subsequens christianus:vt
intantũ sepe residentes pleriq in dei ecclesia in
culmine dignitatis exorbitauerũt:vt sacris stu-
dijs intermissis aspirent atq intendant perse-
cutionibus innocentum. Plerũq nãq vidimus
z audiuimus/quod sine dolore z gemitibus refe
rendum non esset:vt ex inuidia siue ira fuerint
sanguine fuso gauisi: cuius effusione precũte/ ca
none phibente/dignitatez qua pollent non fu-
issent adepti. Ac per hoc Dauid sanguinarius 2.Reg.16
appellatus est: z ab edificatione domus domini
reprobatus:quem ppria manu neminem legi-
mus occidisse/nisi vrsum z leonem/z goliad phi
listeum dei populo exprobrantem:quem de dei
licentia occidere carebat omnino peccato. In-
cunctanter horrendum est q supereminẽtes in
populis torqueri videant etiam iuste contortũ.
Multo magis absonat/ q in presentiarum que-
stionarij faciũt iustum. Proinde ipsis principi-
bus z magistratibus tẽpli z senioribus christus
voluntarie captus exprobrat: q ad eum viliter z
turpiter agitati/more satellitum venerint/ipsi fa
cti satellites iniquarum z turpium voluptatum.
Sed non ceperunt in templo docentem quoti-
die/turbarum verẽtes tumultum. Cepissent for-
te si pernoctantem velut diem agentem siquan
do repperissent. Altiori autem mysterio factum
est:ne christus docens caperet in templo/in quo
nec z potuit lapidari. Nam templuz manufactũ/
sanctorũ visibilem formam insinuat:in quibus
christus ineffabili modo existẽs/p aliquam ma-
nuductionem non tangit neq patit/neq in eis
sensibiliter colligatur. Etiam libertas doctrine

atq; verboꝝ dei prefigit᷑/ꝙ christus in tēplo do
cens nō capit᷑. Verbū enim dei nō est alligatū:
neq; cōclusum fuit aliquando funibus tyrāno-
rum. Non capitur in templo conditor magni tē
pli: naz veri amator tēpli sancta libertate potit᷑.
Sed hora ⁊ iniquoꝝ potestas tenebre sunt: ex
quo saluator intulit: Sed hec est hora vestra et
potestas tenebraꝝ: vt tenebrefactio mentis te-
nebrefactione tēporis innotescat. Nā tenebraꝝ
hora est in qua peccata patrantur / nō potestas
qua fiūt: vt perperā agere tenebrositas sit ex tē-
pore: potestas qua malū perficit᷑/fit ex omni se te
nebris implicari. Magne quippe tenebre illorū
oculis exponunt᷑/q̄ splendentia obiecta non vi-
dent: ꝓtinus hora ⁊ potestas aderant tenebra-
rum/q̄ mūdi lucem nolebāt aut iusto merito nō
poterant intueri. Accidit sepe ꝑtinaciter ab ali-
qua iniquitate detentis/ꝙ sitam ante oculos ve
ritatē nō videant. Et velut corꝑalis oculus in-
ualida ⁊ excellenti luce solis sine suo damno nō
figit᷑: sic interior oculus cū viciatus voluntarie
fuerit / in luce veritatis ⁊ iusticie profecto cecat᷑.

Joā.18. Mat.26 Mar.14 Cohors ergo et tribuni et ministri iu
deorum comprehenderunt iesum/ et
ligauerunt eum. Tūc oēs discipli re
licto eo fugierūt. Adolescens autem
quidam sequebatur eū amictus sin-
done super nudo: et tenuerunt eum.
At ille relicta sindone/ ꝓfugit ab eis.

Iniquis preceptoribus aut dominis obsequen
tes iniqui censendi sunt/cum iussa iniqua perfi
ciunt: ⁊ eo iniquiores/quo paratiores ad malū.
Ecce isti ministri damnato precepto compbhen-
dūt: q̄ carne ceteris similis/deitate ꝟo cetera cō
prehendit: ⁊ ligant / q̄ venerat omnes absolue-
re a vinculis peccatoꝝ: ⁊ a cōpedibus infernalis
tyranni extrahere cōpeditos. Quia paulo sup̄
aliquid de ligatione ꝓtulimus: idcirco de ipsa
hic comice disseremus. Cōprehendit᷑ ⁊ ligatur
homo seu forma seruilis: existit liber formā serui
suscipiens. Dum comprehēdit᷑ ⁊ ligat᷑ forma vi
sibilis: non pauent intellectualis imago. Sicut
deus liber extra hominē ⁊ in homine/sic aīa li-
bertatem a corpore possidet: excepta ligatiōe na
ture/ ꝓpter quaz corpus corruptibile aggrauat
animā. Sed in affectionibus ⁊ volitis neq̄t vr-
geri: nisi semetipsam suspenderit voluntarijs la
queis. Libertatē suscepit anima/ nō corpus: et
preter ipsum propriam vitam habet: ⁊ ab ip̄o ex
cepta viuit liberior. Cum ip̄o tamen aliq̄diu vi-
uit ⁊ in ipso: nō tamē per ip̄m aut ex ip̄o. Quod
si vinculetur/dilaniet᷑/confodiat᷑: omnes pena-
litates instantanee aut successiue sustineat: ab il
lis anima nō attingitur. Non enim quod in cor
pore aut a corpore agitur/habet in re incorpo-
rea sensibilē actionem: ꝙuis anima sepe habeat
ex successu affectionem/similiter ⁊ impalpabilē
passionē. Ligatur hominis corpus: sed nō liga
tur affectus. Ligatur homo christus: sed inuin
culabilis manet deus. Sed tunc omnes di-
scipuli eo relicto fugerunt. Tempore persecutio

nis a suis discipulis relinquitur christus: quos
predocuerat/ philoceperat/cautos fecerat: qui
omnes se spoponderant secum in tribulationi-
bus permansuros. Sed melius nouerat christ9
quod latebat in eis/ꝙ ipsi scirent q̄d esset in eis.
Fit igitur quod christus predixit: nō quod ce-
tus ille promisit. Relinquunt ⁊ fugiunt: relin-
quūt/ q: fugiunt: fugiunt/quia relinquūt. Hec
versa vice se causant. Qui relinquit deū/perdit
securitatē: ipsa deperdita conturbans timor in-
greditur: qui quos inuaserit/vertit in fugā: ⁊ fru
strata sepe spe in dubiam. Qui relinquit christū
vitam relinquit: ⁊ querens viuere fugit in mor-
tem. Relinquens christum viam rectam abhor
ruit: timoris agitatus a stimulo/fugiendo vias
ingreditur tenebrosas. Proinde per sapientiaz
de iniquis dicitur: Relinquūt iter rectum/⁊ am
bulant vias tenebrosas. Relictor christi vitam
negauit. Ipse siq̄dem ſm apostolū est vita nr̄a: Col.3.
qua relicta omnis amaritudo subsequit᷑. Hinc
per prophetam dicit᷑: Vide ꝙ malum ⁊ amaruz Hiere.2.
est te reliquisse dominū deū tuū. Isto malo nul-
lum peius. Et amaritudo nulla seuior in sensib9
adest/ꝙ mortem incurrere: maxime si subsequa
tur eterna. Omnē obliquitatē fugiendo incur-
rit: qui christū reliquit/quē credimus altissimaz
veritatē. De his siquidem ipse predixerat: Ego Joā.14
sum via/veritas ⁊ vita. Relinquit sepe amicum
malefidus amicus: benefidus vero/etiā in mor
te nō deserit. Deficit in charitate/q̄ deserit non
deserendum. Charitatis ꝟo defectus aduoca-
uit timorem: quia ipse in charitate non est: cum
vero affuerat/conuertit in fugam sub euaden-
di respectu. Sed sepe incurritur quod ipso agi-
tante vitatur. Ac per hoc relinquere christuz est
inuenire sathan: fugere vero in quampiam par
tem/nisi per virtutem ipse non aderit. Sub alis
magni draconis protectio facta est/vbi percipi
tur quod timetur. Tutius esset ad modicū mor-
tis tolerare dolores cū inuincibili vita/ꝙ ad mo
dicum viuere ꝑter ipsam. Male igitur apostoli
meditati sunt fugam/relinquentes tamē vitam.
Sed quo fugerūt? In incertum a timore rapta-
ti. Non enim ante preuiderant quo fugerent: q̄
mori iam deliberauerant cum christo. Et tanꝙ
inexperti de cōcussionib9 iniquoꝝ/in seipsis ma
le confidebant: valere credētes vbi virtus peri-
tura parabatur. Velut volatilia inter que iacit᷑
lapis improuise per incertas semitas aeris vo-
lant: ⁊ in summitatibus ⁊ ramulis arboꝝ se tol-
lunt: quas ante nō preuiderunt: sic apostolicus
chorus fugiendo incertitudine refugij vagaba
tur. Merito certam hi nō habent ciuitatē atq;
refugij edem: qui nō credunt hostili bello posse
succumbere. Quotquot bellorum nouerūt euē-
tum ante cōgressum cōfligent/aut confligi pre-
meditant᷑. Quod si alterum venerit: per certi lo
ci fugam tueri preuident vitam. Ignari ⁊ inex-
perti bellicis actibus si patiuntur conflictū: aut
moriunt᷑/aut vinculant᷑ ab hostibus: aut per de
uia ⁊ improuisa se conuertunt in fugam. Subi-

to deliberare de remedio ingruente durissimo
bello, primus est paucorum. Incertam ad tutelam
capiunt viam, quos timor repentinus inuasit: et
qui cũ duce belli nõ cõtulere de remedio euadẽ-
di. Inter maiora bellantium pericula cõputatur:
cum ante omnẽ congressum dux exercitus hostiũ
venerit in capturam. Et vltra quam dici queat du-
rum est bellum, cum primo capitur princeps. Nul-
lum sub celo a cõditione grauius ex paucis aut
multis gestum est bellũ: quam vbi captus est christus
filius dei, dñs mundi, princeps regũ terre, dux
in moribus, ductor in celum, inferni destructor,
dissipator mortis. Nullus in hominibus ab eo quod
esse ceperunt sublimius triumphauit: vbi reli-
ctus ab omnibus, solus cũ hoste carnis et spiri-
tus cõflixit. Nullus triumphus nobilior: in quo
bellat singulariter natus, et solus inter mortuos
liber. Uide insignẽ insignis ducis exercitũ: cuz
duce capto totus arripuit fugã: vt sibi soli mor-
tis eterne asscriberetur victoria. Sed duo ex pau-
cis sequebantur ligatũ ab hostibus ducẽ: quorum
vnus a longe, sed ter de prope denegauit. Alter
adolescens amictus sindone sup nudo: quam
detentus ipam in manibus hostium dereliquit:
nec veritus nuditatẽ, quã primo male primi suo-
rũ in nostro periculo incurrere parentes: nec re-
cordatus amoris, cuius dulcedinẽ paulo añ hau-
serat, inclinatus super dominicũ pectus: et quaz
sentire debuerat cum gustauit et corpus.

Ecce omnes corpore fugiunt: quia omnes a
fide pariter corruerũt. Nec pretereundum est, q̃-
bus et quot vestibus apostoli refulgebant: quum
vno tm̃ accepit humane artis atq̃ peritie vesti-
mento solum corio, quo natura carnẽ et ossa in-
uoluerat, tegebatur. In almifico bello dum ini-
tiaretur, patuit quibus diuitijs apostoli fouebã-
tur: et q̃bus armis hostes impios propulsabãt.
Erat profecto tunc in honore paupertas: et mũ-
di abdicatio de hostibus triumphatura proti-
nus sperabatur. Quod et fecit in posterum. Sed
vbi diuitiarum amor accessit: et sub pedibus ve-
lut abiecta calcatur christiana paupertas: ver-
sa vice de nobis diabolus triumphauit. O vti-
nam nõ tegeremur, quod voluptas et ambitio pro-
curauit: sed quod ipsa necessitas ordinauit. Et
tamẽ princeps huius mundi nobiscũ iure decer-
tans, in nobis nõ haberet quicq̃ vnde deuince-
ret aut traheret ad horridas sedes: sed innocue
de suis manibus elaberemur: quia nec habere-
mus quo teneremur, nec quo traheremur ad pe-
nam. Patuit pauido fugendi libertas, cũ vesti-
mentũ reliquit in manibus detẽtoris: et ioseph
cũ partẽ pallij reliquit in manibus egyptie me-
retricis: ille capturam euasit, et ille pudicitiã cu-
stodiuit. Ad bonũ et malũ potest nuditas ista cõ-
uerti, sm̃ veram intelligentiã agendorũ: simili-
ter ad vtrũq̃ potest ista fuga reduci. Nã bonuz
est quod manus effugiũt iudeorum: vt sub eo typo fugia-
mus et demonũ: sed malũ est quod fugit deserẽ-
do christũ. Deserit a christo fugit. q̃ eũ fugien-
do deserit. Quod uero christus nõ fugit, sed prom-

pte se obtulit inimicis, aliã dicendi subordinat
rationẽ. Ad hoc enim venerat, quod et fecit: vt sua
captura male cõnuinculatos absolueret: et pro no-
stris captus peccatis vitã morte et eterne beati-
tudinis inferret. Dicit sane scriptura: Chri-
stus dominus captus est a satelliti-
bus mortis: qui duxerunt eũ ad an-
nam primũ. Dux omniũ et lux vera q̃ illumi- Joh. i.
nat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundum:
qui via inobliquabilis est: primo ducitur ad annã:
quẽ si oberrãtes duces posteritate iusti ordinis
sequerentur, ipse duxisset ad vitam eternam. Hic Joh. xviii.
interrogauit iesum de discipulis et do-
ctrina eius. Interrogat de discipulis: in quo-
rũ nũero renuit calculari: et quos credit hebe-
tes, quia sequuntur. Qui aũt norit et interrogãdo tẽ-
tat aut nescit, et an nobiles vel gregarij sint iter-
rogat, ex cõditione discipuloꝝ sentiat in magi-
strũ. Necnõ in autoritatem qua cõgregauerat,
intendebat: cũ suo iudicio pter decretũ pontifi-
cũ et sacerdotũ, nemini liceret sub noua doctri-
na discipulos aggregare. Proinde interrogat
christũ de doctrina. Ad pniciosam inq̃sitionem
annas se cõtulit, cũ exq̃rit. Nam inuoluere vult
doctorem, nõ sub ipso docilẽ fieri: nec se aptita-
bat ad illam, q̃ non de terrenis, sed de celestibus
erat: nec ex homine, sed ex deo. Predixerat enim
ipse saluator: Doctrina mea nõ est mea: sed eius, Joh. vii.
q̃ misit me. Sedebat annas tribunalico more:
tamẽ supne tribunitiã atq̃ deificam ipse doctri-
nã formã iudicãtis, nõ discẽtis habebat. Ipam
uo inuestigare atq̃ scire volentẽ, oportet p oia
humilẽ fieri: nec cõtradicere si p rationes natu-
rales atq̃ humanas intellectui nõ clarescit. Fi-
de quippe, nõ ratione pcipitur. Id iam agebatur ab
isto supbo q̃rente si aduersus mosaicã legem et
traditiones tẽplarias et paternas doctrina chri-
sti aliq̃d intulisset: cũ iam saluator arguerit eos,
quod transgressi sint mandatũ dei ppter traditio- Mat. xv.
nes suas. Ecce christi doctrina humilitatis de-
core prefulget: q̃ cum sit diuina, sub hominũ iu-
dicio ventilatur. Saluator aũt ad inquisita respõ-
det: Ego palam locutus sum mundo. Joh. xviii.
Ego aũt semp docui in synagoga et i
templo, quo oẽs iudei cõueniunt: et
in occulto locutus sum nihil. Quid
me interrogas? Interroga eos qui
me audierunt, quid locutus sũ ipsis.
Ecce ipsi sciũt, quid dixerim ego. Oc-
culta doctrina suspitione pfunditur: et virũ habz
annexũ si publicũ timet. Nõ aũt omnis occulta
insinuatio sancte doctrine condemnatur: q̃ secu-
ra manet, si ducatur in publicũ: q̃ palam fieri non
deuitat: ne deprehendatur in macula, cũ sit imma-
culata. Necessitas et causarum varietas sepe co-
gũt: vt lucerna quandoq̃ paucis luceat in occul-
to, que mallet in manifesto. Protinus spectat
ad sanam doctrinam: vt nihil sub velamine ha-
beat, quod publicũ horreat: quod deprehensuz
pudore aut infamia mereatur. Sed que omnipo
velaminibus gaudet, latibula et angulos semp

querit: q̃ deprehensa pudore suffundit: arguta
nõ habet vnde se iustis sententijs tueat: est pri
mus pscribenda/ pmulgatã etiã ab his qui san
ctitate pollere vident. Tutius eñ audirent ini
qui propatule inhesitãter vera docentes: q̃ bo
ni clãdestine dubia pferentes. Omnẽ excludit
errorem: etiam animas audientiũ absoluit a du
bijs/palantina τ examinata doctrina. Quo cir
ca saluator ad inuincibilẽ responsionẽ τ defensi
onem p sua doctrina se contulit: cum respõdit:
Ego palam locutus sum mundo. Et tacens de
discipulis solũ approbauit ex manifesto doctri
nam: quoniã immaculate resplendebat. Et qm̃ p
sapientes cõsueuit approbari aut reprobari do
ctrina: locũ in quo sapientes iudeoꝝ cõuenerãt/
subinducit dicens: Ego aũt semp docui in syna
goga τ in templo/quo omnes iudei cõueniunt.
Cõueniebant in templo τ in synagoga sapiẽtes
τ magistratus τ scribe atq; pontifices iudeorũ:
inter quos christus altius a Moyse celestẽ legẽ
edixerat: a quibus sepe agitata confutatis omi
bus triumphauit. Et venerabant illam silentio
a qua velut a clarissimo solis radio cecabãtur.
Nã cũ multitudo sapientũ sanitas sit orbis ter
rarum: ad iudeoꝝ sapientiã/ suã approbandam
remittit christus doctrinã: vt si sapientes sunt
τ audierũt/reprehendant si reprehendendũ qp
piam inuenerũt. Si sapientes nõ sunt/ sileant a
propria ignorantia iã pstrati. Si sapiẽtes sunt
τ amici/dicant q̃ nouerunt: nõ amicitie gratia/
sed veritatis gloria. Nam vere sapientes ſm ve
ritatẽ/nõ ſm amicitiã omnino diffiniunt. Si sa
piẽtes sunt τ inimici: ad validius testimonium
interpello: vt propter sapientiã submittant ini
micitiã: τ garriant si possunt in manifestam do
ctrinam. Si vero nõ possunt: aut taceant: aut si
iusticiam sentiunt/iustis laudibus efferant. Nã
vbi multi sunt sapiẽtes/ ibi cautio est doctrine.
Veret semper docens/quos nouit assistere sapi
entes: τ caute loquitur/ne deprehẽsus in aliquo
cõfundat: τ occultũ deuitat/qui multis pdesse
gliscens τ loquens in veritate fundatur. Ex hoc
subiecit: Et in occulto locutus sum ni
hil. Nã si in occulto locutus nihil: tibi non po
tuit nisi quod palam locutus sum oĩno referri.
Quod enim nõ est/nõ deuenit in aures: nisi ba
rum syllabaꝝ sonus quod non est. Sed quũ
pprius amor sepe hominẽ fallit: Quid me in
terrogas? Interroga eos qui me au
dierunt/quid locutus sum ipsis. Nõ
me interroges/quem purum hominẽ credis: τ
a pprio amore deludi: τ oculo carnis intueris:
nõ discipulos meos/qui ob timorẽ in ppria sũt
dispersi: sed vestros sapientes qui me in synago
ga τ in templo resonantẽ vocibus/eructuantem
verba deifera perceperunt/qd locut⁹ sum ipis.
Irreprehensibilis est doctrina/q̃ ad iudiciũ re
mittit emuloꝝ: τ inobscurabili claritate resplẽ
det/que ad examẽ ponitur reproboꝝ. Et iustissi
ma ex omni parte censet/q̃ nulloꝝ expauet truti
nas vel fornaces. Ecce ipsi sciunt quid dixerim
ego. Sciunt qd̃ nõ imitatiõis amore/sed odio
cõfundendi. Sciunt quia me loquentem audie
runt: nõ q ad illam dilectionis animo vigilaue
rint. Velut ante iudicem stabat ipse saluator: et
aduersus doctrinã testes emulos allegabat: sci
ebat enim se dixisse infallibilẽ veritatẽ. Incon
fundibilis nempe veritas est: τ arguta ampli
us fulget. Hoc sortitur triumphũ: cũ aduersari
os habet christus/q̃ tota veritas est: hoc inten
debat p veritate doctrine/cũ emulos querebat
in testes: vt aut illam exponerent quã audierant
veritatem: aut si aduersaret/ipse sub iudice repli
cando firmaret. Ad posteros ergo huiuscemo
di diriuet exemplũ: vt doctrina nõ sit priuata/sz
cõmunis: non occulta/sed publica: nõ opinata/
sed veritate firmata: q̃ nullis obtrectationibus
tremulat: q̃ nullos paueat detractores: q̃ suos
vbilibet cõterat inimicos: q̃ magis aduersitati
bus q̃ tranquillitatibus elucescat. Hoc solum an
odio et timore agitati/mortē inculpabilē vestris
clamoribus irrogatis. Quid vobis intulit ma-
li: quid ꝟo potest inferre periculi? Seipsum iu-
uare nequiuit: interrogatus tacuit: exprobratus
in verbis suis verbum exprobrationis nō respō
dit. Ecce rex vester: quē frustra timetis: cui hanc
calumniā ꝙ regem se dixerit/irrogatis: ligatus
est/cōpeditus est/traditus despectui: astat mihi
et vobis capite inclinato. Si regem se dixit: ecce
inclinatus. Si rex vester fuit: ecce in iudicio ap
plicatus est. Si rex esse voluit: ecce q̄lis rex est.
Nam talis est/qualem in ludibrio pueri consti-
tuunt. Et tanto iste in hac parte deterior/quāto
penas et opprobria patitur. Ille saltem typico
regno atqꝫ ꝯuiuijs exultat ad tēpus/ q̄uis depo
nat̄. Ecce rex vester: quid decernitis? Estis ne sa
tiati opprobrijs eius: ꝯtentamini adhuc penis
eius: vultis ne a malo ꝑposito resilire/ne subse
quat̄ iniustissimū exitum eius? Illi aūt clama- Joh. 19
bāt: Tolle tolle crucifige eum. Ecce crudelitas
impatientis et cruēta impatientia: q̄ non patitur
pilatū cōplere aut ꝑlongare sermonē. Hoc enī
impatientia ꝑprie propriū habet annexū: vt cū
audit loquentem implacita/interrūpat: nec ince
ptū finat complere sermonē: sed ilico impeditz
aut ex aduerso consurgit: et quod odiosus furor
ꝑcogitauit/in animo eructuat: et quod in re non
potest/satagit clamorib⁹ complere. Hoc siquidē
ostendit irremota perfidia iudeoꝝ: qui vnanimi
ter omnes clamare ceperunt: tolle tolle crucifi-
ge eū. Prorogasset forte sermonē in hac causa
pilatus: nisi funestis et importunis clamoribus
preuētus tam cito finisset. Et enī obstinata per-
uersitas iniquorū nollet audire veritatem rectū
qꝫ sermonem: ne forte in bono mollescat/et in pi
etatem ipsa cōuertatur impietas. Unde isti hor
rendis clamoribus in quibus crucis suppliciū
resonabat/pilati sermonem omnino ꝑpediunt:
et malo presagio futurorum gemināt seuas vo-
ces: et quales tunc erant similiter et futuri/tales
geminatio pretendebat. Nam christus tollen-
dus erat ab eorū fide atqꝫ dilectione: sic et tunc
penitus ablatus erat. Et quod tunc iudeis affu
it in presenti: sic et prouenit in posterum. Nec
tamen ab illo presagio secluduntur homines
cuiuscunqꝫ religionis pertinaciter peccatores.
Hec geminatio iniquoꝝ vocum ablationē chri
sti enunciat a iustis moribus et a fide: necnō tolle

tolle: crudelē festinantiā et festinam impoten-
tiā arguit iudeorū: quibus horror erat aspice-
re Jesum christū: sed tolli petebant ab aspectu
corporeo: ꝑut ab animo priscis demeritis ab-
lat⁹ erat. Sed ve a quibus christus tollit: nun-
q̄ eñi equale in recompensatione ꝑcipiēt. Nō
aūt inuite a quopiam christus tollit/ nisi primū
ille incautus possessor admittat: siue suo dam-
no aliūs delectatus/ ipsum ante a corde reijciat
Infestabat Pilatus vexatiuis clamorib⁹ chri-
stū tollere ab aspectu corporeo/ et inferre pati-
bulo. Erat eñi ab ipsorū animo iam exclusus.
Ira et inuidia/ furor et odiū intus spiritū et ra-
tionem/ et extra sensus corporeos sepe a condi-
ta natura peruertūt: vt recta in sensibus etiam
nō sit ipsa natura: vbi regnant furor ꝛ odiū/ ira
siue inuidia. Mirū quippe q̄ Christum iudeis
erat pena videre: ꝓinde vociferant/ tolle tolle.
Mos eñi typicus iniquoꝝ est denegare mori-
bus quem ab animo abegerunt: et morti ꝑ cru
cem adiudicari petebant/ de cui⁹ vita cruciabā
Jo.19. tur in mente. Dicit eis Pilatus: Regē
vestrum crucifigam? Mutatio quedā exo-
ritur/ an Pilatus supra ostēderit derisiue chri-
stū/ dicens: Ecce rex vester. Nūc ipsis eum po
stulantibus crucifigi/ dicit: Regem vestrū cru-
cifigam? quasi crediderit esse regem. Sed festi
nata inclamatio iudeorū/ siue derisiue ostensū/
aut vere regem creditū/ ipsuz denegat: omnem
q̄ȝ conuiuentem preter romanū cesarem/ quem
inuite ferebant: sed comparatione christi tole
Ibidem. rabilior cesar erat. Responderunt nāq̄ȝ
pōtifices: Non habemus regem ni-
si cesarem. Omnē regem super eos regnare
repugnant in verbis/ cesare solo contēti: vt pi-
latū inflectant ad nefanda iudicia ꝓferēda. Et
vt ad cesarem possit esse appellando recursus/
nisi christū mortis lata sententia feriat. Et tan
tū clamorē in hoc protulere iudei/ q̄ aliū regem
nisi cesarem nō habebant. Nam absq̄ȝ q̄ Chri-
sti mortem in clamore huiuscemodi pretende-
runt: in futuro tempore si exigeret opportuni-
tas/ parauere suffugiū. Cognoscebant nempe
iudeoꝝ pontifices q̄ innocēs erat: et q̄ propter
inuidiā ipsū tradiderāt iudicandū in manibus
presidis/ missi hierosolymā a cesare romanoꝝ:
qui preses sepe liberare fuerat enisus/ asserens
voce publica innocentiā eius. Timebant sibi ꝛ
caute loquebant pontifices iudeorū: ne in po-
sterū de hac iniqua sententia fieret inquisitio a
succedēte ꝑside/ aut ab alio sup hoc a cesare de
legato. Ad excusationē ipsoꝝ et ad velamentuȝ
malicie vsq̄ȝquaq̄ȝ/ sufficiēs videbat q̄ solū ho-
norē augusti cesaris tenuissent: dānationē dū-
taxat petentes/ qui cesaris derogasset honori:
aut qui conregnare sanxisset siue vsurpare do-
miniū super cesarē/ aut preter cesaris voluntatē
Sed male optionē istā in cesarē deflexerūt/ re-
pudiantes omniū conditorē et principeȝ regū
terre: naȝ sub romanis cesaribus Hierusalem
est subuersa; que sub omniū rege sacerdotalis

atq̄ȝ ciuitas regalis est aucta: et cesi sunt a cesa-
re/ qui detestantes christū cesarem elegerūt. Et
fere in omnibus actionibus prauitas iudeorū
sua mala ventura prenūciat. Tunc omni spe li
berationis adempta: nec libenti voto valēs pi
latus christū eripere de manibus iudeorū: ma-
le mollefactus/ a veritate auditū auertens/ a iu
sticia sancta declinās: vsq̄ȝ ad hanc horā habi-
ta pietate relicta/ in impietatē versus: dictauit
per crucē mortis sententiā super christū et sup
latrones: quos merito iniq̄tatis ipsorū/ gesto-
rum christi scribe non curarūt: idcirco sub cer
ta forma nō tradimus. Sed nec istam incuriā
inaduertētie imputemus euangelistarū scribē-
tiū: sed diuine prouidentie gubernatrici omniū
que nihil permisit in euangelio scribere imper
tinens/ nihilq̄ȝ dimisit expediens. Uerūtamen
illam formam verborū sententie huiuscemodi
fuisse credimus: qua presides et reges/ iudices
atq̄ȝ rectores solent reos cōuictos siue confes-
sos: et subortis discussisq̄ȝ causis in suis seden-
tes tribunalib⁹ iudicare: sed facto credito/ indis
cusso modo relicto/ exclamare peramplı⁹ liber.
Sed immanitas geste rei ꝛ enormitas facti/ im
possibilitas fandi penit⁹ ꝓhibet. Unde facie-
mus exordiū: q̄ homo deū/ iniust⁹ iustū/ pecca-
tor sanctū/ ꝛ iudicādus iudicaturū omnino iu-
dicet velut reū? Unde captabim⁹ exclamatio-
nis materiā? Nam vbi omnis virt⁹ et veritas
est confusa/ ibi nulla iniquitas defuit. Quoni-
am equalib⁹ militib⁹ numero/ virt⁹ et vitiū sepe
concertāt. Quo iure in hanc miserie vallē chri
stus descendit/ astans super omnē dignitatē et
multitudinē angelorū: vt iudicaret ab hoīe in-
ter homines more reorū? Sed hanc deplorati
onē ali⁹ loc⁹ habet. [Tunc ergo adiudi- Lu.23
cauit pilatus fieri petitiones ipsorū: ꝛ tra-
didit eis illū vt crucifigeret.] Quid est o pilate
q̄d te fascinauit? Quis tui animi pietatē īfecit?
Quis a veritate te abstulit: q̄s te aduersus inno
centiā tanq̄ aduersus emulam excitauit? Quis
te prouocauit in partē contrariā? Quis te ini-
micū fecit iesu: ꝓ quo liberādo vsq̄ȝ in ꝓsens to
tiens laborasti? Unde facta est ista mutatio/ vt
christū a mūdo crucis morte proscriberes? An
te malefecisse cognoscis/ q̄ ꝓ christo liberādo
certaueris? An est aduersus christū noua intro
ducta delatio: qua probata examinatione solen
ni/ cogaris mortis ꝓferre sentētiā? An te nunc
terruerūt populi iudeoꝝ? An cesarē expauescis
si innocentiā nō confundis? An corrupta est ꝓ-
cio/ fracta odio/ amore subuersa/ prece peruer-
sa/ vulgata iusticia presidū romanoꝝ? Cur nūc
peruertis iudiciū/ quod vsq̄ȝ ad hanc horā ille-
sum ꝓpe tuū modū in Christo seruasti? Porro
culmini romano iniuriā facis: et notam ponis
in cesare/ maculā in gloria tua: confundis presi
dentie fidem: subuertis ordinem iuris: quicq̄d
est honoris atq̄ȝ pudoris euacuas: male agēdi
tui similib⁹ exempla disponis: dilanias leges:
omīb⁹ sciētibus te reddis infamē: ꝛ eo deterior

de te volabit infamia/ quo istiꝰ innocentiã pluries ꝓclamasti: et te in eo causam nullã mortis ⁊ pene inuenisse corã principibus sacerdotũ/ et plebe fuisti cõstãti audacia ꝓtestatus. Cur nũc facto damnas quẽ ante verbo tuebaris? An es tuorũ oblitus verborum: vt te tã leui ⁊ subita mutatione confundas? An iuramentũ prestitũ de iusticia cesari et senatui romano imemorie tradidisti? An tuorum deorum iram incurrere nõ exhorres: quaz incurrere ob iniusticiã sepe metuere romani: quos et punitos legimus/ cum a iusticia defecerunt: auctoresq̃ cũ seruarunt immaculatã? Jure contra te armarentur omnia elementa: quoniã eorũ prout in te agit/ cõfundis autorẽ. Merito tibi virtutes omnes ⁊ singule aduersantur: vitia omnia complectunt: ordo nature/ morũ atq̃ iusticie te repellit: eo ꝙ innocentiã propter inimicitias laniasti. Ad quid leges/ ad quid iura/ ad quid presidentia presidum? Ad quid cesarũ celsitudo? Ad quid tribunalatꝰ regũ terre? si apud tutores hominũ plebeiorũ et reipublice defensores innocẽtia ⁊ puritas et vita immaculata nõ possunt tute cõsistere: quia etiã ipsi confundũt qui si nõ aliter/ saltẽ ensibus debuerũt tueri. Adiudicauit ergo fieri petitionẽ ipsorum. Ecce peruersum iudicium/ ꝙ iudicatur innocens mori nõ ſm rei veritatem/ sed inimicorũ petitionẽ. Nulla detestabilior atq̃ inanior peruersitas iudicis/ ꝙ nõ ob causam/ sed votum emulorũ condemnare reuz: nã illis audacia ⁊ nefanda exultatio et ad peiora prolapsionis materia. Hinc prout pẽdet in iudice desperationis occasio preparat: ⁊ iustis euadendi fiducia tollitur/ cũ in similẽ causã ad venerint. Ve regi/ ve presidi/ ve iudici decernenti: quorũ cor patet petitionibus iniquorũ. Ve auribus/ ad quas ingreditur emula et iniqua petitio. Que autẽ erat petitio iudeorũ? vt christus morte tũc turpissima puniretur. Ideo male actus pilatus tradidit eis illum vt crucifigeretur. Tradidit scilicet iudeis illũ ad voluntatem: militibus vero et ministris ad executionẽ

Mar.15. sententie. [Milites autem et ministri comprehendentes eum audita sententia: exuerunt euz chlamydẽ coccineam atq̃ purpureã/ quam in derisione circũdederant: et induerunt eum vestimentis suis: ⁊ ducunt illũ vt crucifigerent.] Sed aduertendũ in hac parte legẽtibus: ꝙ ab ab eo loco quo Christus ab Herode redditus est Pilato/ vsq̃ ad expeditionẽ late sententie: multa est verborũ varietas et anticipatiua locutio/ et eiusdẽ repetitio sepe facta. Quãobrez solitũ narrandi ordinẽ nõ vsq̃quaq̃ seruaui/ cõnectens veram rei geste sententiã: preposterationes atq̃ anticipationes verborũ: ꝑut euangeliste tradunt: vnus addens quod alter dimisit: propter omniũ inaptationẽ dimittẽs: perspicacioribus ingenijs ordinandi. Expoliatur derisiua veste Christus crucifigendus: vt iaz nõ derisiue/ velut i ludibrio simulantiũ atq̃ fingẽtiũ agitur: sed in veritate crucis penam ⁊ mortem excipiat. Suis vero vestibus reinduitur: ⁊ cũ his minatur ad mortem: vt etiam quicquid esse potest Christi/ cũ ipso a mũdo proscripto ꝓscribatur: et cũ ipso damnato damnetur: nec siquidem reliquie Christi vt in eis erat/ remanerent hominibus super terram. Et magna sunt quidem obuoluta mysteria in expoliationibꝰ christi: similiter ⁊ cũ vestimẽta resumpsit/ ꝙ hic disuelare ꝓlixitas me nõ sinit. Parata erat enim interim penalis machina ligni: et omnia instrumenta penarũ: que subministrantibꝰ iudeis milites acceperũt: et onerauerunt sanctũ dorsum valido ligno crucis. Et deferebat onus graue tanq̃ subiugale animal: sed neq̃ ad transitiuã vtilitatem/ sicut subiugalibus sepe contingit: que de ꝓprijs oneribus sepe comedunt: imo vt appensus in põdere suo pereat. Vñ baiulabat Joh.19 sibi crucẽ velut Isaac ligna: et quibus comburendus erat: nisi desuper dominꝰ aliter decreuisset. Verũtamẽ isti nõ pepercit pater: qui sub pondere pressus/ in ipso confixus mortuus est. Sed mira iesu humilitas: ꝙ sic oneratꝰ incedit ad suã ignominiã super se portare iubetur: quẽ corpore absentem/ spiritu presentẽ sic allocutꝰ sum: Domine quo vadis crucis pondere pressus: aridi ligni pondere pregrauatus? Ad quid portas? Quo ve plãtabis illud? Locus quo duceris saxosus est. Quomõ plãtabis? Quis irrigabit? Aridũ est: radices nõ habet: ex quibus a terra sumptꝰ humor sumat in ramos. Terra sitiens est damnatorũ et interfectorũ locus: nũ ꝙ virgulta fuerũt in ea: ligna consueuerũt esse confixa in iusticiam damnatorum. Adulterine plantationes sunt: nõ dant radices altas: non collocant stabile fundamentũ: non extendunt ramos ad fructũ/ sed ad tormentũ: nõ habent folia pulchritudinis/ sed despectionis atq̃ dedecoris: nõ habent fructꝰ ad esũ vtiles/ sed ad vescendũ pre doloribꝰ dissuaues: non maturescunt ad vsum: sed vt vitã extinguãt/ penitus indurescũt. Quare igitur defers domine hanc lignorũ sarcinã? Nonne nosti ꝙ affigeris in eis/ vt affligaris in omibꝰ mẽbris corporis? En cruciaberis in eis/ vt fies omni pupulo in derisũ: demũ expirabis in eis. Sed porto lignum propter vetitũ lignũ: penale lignũ propter vetituz pomũ. Porto lignũ vt vincam in ligno inuisibilem hostem/ qui vicit in ligno. Porto lignuz vt preter humanas artes ex ipso faciam gradus ascensionis in celum. Porto lignũ suspendendus in illo: vt omnia trahã penitus ad meipsum. Porto lignum mortis et vite. Porto lignũ experientie predamnate. Portabat saluator aridam ligni machinam: in qua moriendo triumphaturus erat/ debacchaturus inuisibiles potestates. Hec siquidem machina plus in virtute ꝙ in figura peractura erat: et inuisibilẽ inuisibiliũ bonorũ habebat effigiẽ: ⁊ ostensura erat vitã toti mũdo per vnius hominis mortẽ. Baiulabat sibi crucem iesus ad suã penã atq̃ tormentũ. Et egressus a facie Pilati/ qui eũ ad

hanc mortē damnauerat: per mediū Hierusalē
agens iter: in qua paucis ante diebus/superse
dēs subiugali/tanto fuerat a turba honore sus-
ceptus/ꝛ acclamat⁹ a populis ꝛ a pueris hebre
orum/quasi saluator esset. Nūc velut subiugale
subiectū onerib⁹ cū opprobrijs extraducit/soci
atus duorū numero damnatorum/ ac si latronū
collega fuisset. Exultabāt impij ꝙ de iudicio
victoriā reportassent: gaudētes funesta leticia:
eo ꝙ iniquitas sup innocentiē in foro atqꝫ pre-
torio terreni presidis preualuerat. Sed ve oīni
exultationi que ab iniqua radice procedit. Je-
sus vero ducebatur extra ciuitatē velut proscri
ptus a mūdo: quē nec ipse mūdus sibi malefi-
dus agnouit. Fletus erat iustis/ ꝙ sic inualue
rat seua hominū prauitas: ꝛ ꝙ altissima innocē
tia reportabat a iudicio sentētie falsitatē. Fle-
bant etiā qui nondū ab humanitate recesserāt/
saltē tenentes cū christo ipsius nature in com-
passione consortiū: solum in illa die letātibus
quos prauitas atqꝫ crudelitatis iniquitas com
primebat. Milites ꝛ ministri hu⁹ damnate sen
tentie / suggerētib⁹ pontificibus [sacerdotū: ne
orireī in ciuitate seditio neqꝫ tumultus in po-
pulo: ꝛ christus eorū elabereī de manibus/pro
pter mutabilē animum turbe: cogebant ipsum
gressibus festinare. Et mos est iudicū sic iube-
re: satellitū vero sic agere/videlicet festinare re
um: ne aliquo superueniēte casu sententiā latā
effugiat. Et cū exisset ciuitatē festinatus ipse fe
stinus: quem amor/ nō violētia ducebat ad mor
tem: vt homo gradiens nihil simulatū agens:
ex verberibus debilis/ꝛ ex premisse sarcina ge-
mens: forte nō iuxta voluntatē impellentiū ꝑ-
Mat.27. perabat accessus. Quāobrē ciuitatis [portā
Mar.15. exeuntes/angariauerunt prætereun
Lu.23 tē quempiā Simonem cyreneū venientē de
villa/patrē alexandri et rufi/vt tolleret crucem
eius.] Nō pie siue humane/sed impie ac crude
liter factū est ad mortis accelerationē/ꝛ ad de-
clinamēta cōtrarij. Jdcirco christū exonerant
vt incedat velocius. Simonē angariāt vt post
eū vadat ocyus/tanꝙ robustus ꝛ fortis noui-
ter oneratus. Mirū refert in hoc tractu hy-
pantēse huiuscemodi hyponasticari: cū vigilā-
ti verbo ab euāgelistis nascaī incertū. Et chri-
stus crucē baiulās egreditur hierusalē: ad quā
si nō veniebat de villa: qui nō premeditat⁹ chri-
stum sic oneratū obuium habuit. Christus vero
cuncta prenoscens/illi prescius obuiauit: quem
non rogauit crucem accipere: sed ab alijs illam
tollere iussus/ imo angariat⁹ ē: nec ꝑmissi: ī hie
rusalem ingredi/de qua Christus exibat. Pro-
funde penetrare oportet quod in his actioni-
bus obuelaī: et ꝙ in tanta comitiua christi ho
minū atqꝫ mulierū diuersimode comitantiū/ so
lus nomine ꝓprio simon hic descriptus per fi-
lios nominaī: ꝛ crucem portans christū sequi-
tur preeuntē: qua deposita christus in illa cru-
cifigiī: et ipse ab angaria liberaī: vt inuiceī ge-
sta/nō patitur/sed in animo forte compatiī. Si

mon iste typus est gentiliū. Obediens siue obe
dientia simon interpretatur. Credidit ad predi
cationē christi populus nationū: ꝛ qui predica
tionē apostolorū illorum perampliꝰ est dilata
credulitas primitiue credentiū in christo viuē-
te ac moriente ceperunt: cū adorauerunt magi: Mat.2.
cū credidit Centurio: cuius a Christo fides lau Mat.8
dibus exaltata est: anteꝙ eius puerū restitueret
sanitati. Cum crediderunt gentiles quidam in Jo.12
templo consilio Philippi/querentes videre je
sum. Cum alius centurio cū crucifixoribus cru Mat.26.
ci assistens/viso terremotu et signis/exclama-
uit dicens: Vere filius dei erat iste. Post mis-
sionem vero spiritussancti plena/ ꝙꝙ non tota
gentiū est secuta posteritas. Populus nempe
in veritate credens/obediens appellatur. De
quo ꝑ psalmistam multo ante prophetatū exti-
terat: Populus quem nō cognoui/seruiuit mi Psal.17.
hi: in auditu auris obediuit mihi. Cyrene⁹ erat
iste genere: qui interpretaī hereditas: a qua iu
dei suorū merito peccatorū exclusi/ gentib⁹ per
fidem et merita data est. De quibus heredita-
rijs in hereditate gentilibus romanis/ scribit
Apostolus dicens: Ipse spūssanctus datus at- Ro.8.
qꝫ receptus/testimonium reddit spiritui nostro
qm̄ filij dei sum⁹: si filij/ꝛ heredes: heredes qui-
dem dei/coheredes autē christi. Ipse siquidem
saluator predixerat de iudeis reprobādis/ꝛ gē-
tib⁹ admittendis: Auferet a vobis regnū dei: Mat.21.
et dabiī genti facienti fructus eius. In veteri
autē testamento cū diuidenda esset terra ꝓmis- Nume.33.
sionis: per sortē mandauit illam dn̄s diuidi di
cens: vt sors ceciderit/ita diuidetur hereditas
Supergradiētibus intelligentiā litteralē/sors
ista est diuina gratia: superueniens misericordia
mittentis/ꝛ preparationē per obedientiā reci-
pientis: quam quisqꝫ super se recipiens/ habe-
bit hereditatē nō perfunctoriā/sed eternā: non
terrenam/sed omnino celestē: de qua Petr⁹ in
canonica sua dicit: Benedict⁹ deus ꝛ pater do 1.Pe.1
mini nostri iesu christi: qui ꝯm magnam miseri
cordiā suam regenerauit nos in spem viuā per
resurrectionē iesu christi ex mortuis/in heredi-
tatem incorruptibilē ꝛ incontaminatā ꝛ imar-
cescibilē conseruatā in celis. Veniebat de villa
Simon ad sacerdotalē ꝛ regiam ciuitatem/in il
la sua negocia peracturus. Multo tempore iā
audierunt populi nationū synagogicam digni
tatem /vnius dei cultū tm̄modo tenentē: et lon
go ante tempore facta in illa prodigia. Quam-
obrem pleriqꝫ sunt facti ꝓselyti. Sed tūc popu
lus gentiū christū obuiam habuit: cum Chri-
stus synagogam de merito suo dimisit. Nam ꝛ
apostoli hanc sententiā clarescere tm̄ fecerunt
cū iudeis eos blasphemātibus atqꝫ ꝑsequenti-
bus intulerunt: Vobis oportebat primū loqui Actu.13.
verbū dei: sed qm̄ repellitis illud: et indignos
vos iudicatis eterne vite: ecce conuertimur ad
gētes: sic em̄ ꝓcepit nobis dominus: Posui te Esa.49
in lumen gentibus/vt sis in salutem vsqꝫ ad ex
tremum terre. Audientes autem gentes/ gaui-

se sunt: et glorificabant verbum domini: et crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternam. Ac per hoc salvator omnium non permisit proselytari populos gentium: ne fierent gehenne filii duplo quam iudei/animo et ope contumaces: sed eis obviavit per mysterium sue crucis imposite dorso eius. Veniebat de villa cyreneus homo iste. A vilitate villa proprie appellatur. Villa enim ibi pagani officia: nec urbanitatibus floret. Porro in vilibus operibus idolorum cultura gentes occupabantur. Sed veniens ad civitatem ubi vigebat urbanitas/etiam melius et urbanius impremeditatus invenit. Urbanior christus omnibus cerimoniis et moribus iudeorum. Et melior christus moyse atque prophetis: et evangelium eius omni scripture preeminet: et moysaicam legem supergreditur et prophetas. Prout autem simon inopinate christum obviam habuit: sic et gentilis populus eo tempore credidit/quo se credere non prescivit. Divina siquidem dispositione/ non hominum: omnia fidei et superne vocationis mysteria peraguntur. Pater autem hic erat Alexandri et rufi. Mirum admodum quod insolito more pater a filiis non a suo patre ut innotescat describitur. Sed quoniam alexander et rufus in contionem venerant discipulorum christi/apostolorumque facti discipuli atque collegae: noti erant etiam in ecclesia tunc ex fama virtutum. Idcirco Marcus multo post passionem Christi evangelium scribens /hunc Simonem a filiis prenotavit. Vivebant enim illo tempore quo Marcus evangelium Rome scribendo dictabat/documento apostoli Petri. Magis autem horum nomina filiorum/ad mysterium gentilis populi ad christum conversi deserviunt. Alexander alleuans tenebras/aut auferens angustias tenebrarum interpretatur. In tenebris erat gentium populus: et undique angustabatur ab eis: veritatem et legem sanctam non noverat/ nec viam perventionis in celum. Sed tunc tenebras allevavit et abstulit: cum in christum predicantibus apostolis credidit: de quo longe ante per Esaiam vaticinatum est: Gentium populus qui habitabat in tenebris vidit lucem magnam: sedentibus in regione umbre mortis/ lux orta est eis. Rufus vero sanatio aut refectio nostra dicitur. Infirmabatur imo iacebat infirmus populus gentium: et bonorum inedia expugnabatur: sed christum obviam habens/sanatus atque refectus est. Et in typo gentilis populi dictum est a christo cuidam quem infirmum sanaverat: Ecce iam sanus factus es: iam noli peccare. De refectione vero isto presagio dixerat David: Super aquam refectionis educavit me: qui non solum prope seipso/ sed pro gentili populo etiam in enigmate loquebatur: qui ad fidem et ad dei misericordiam venturus erat. Hec nempe obviatio que corporibus in regione gradientibus facta est/ divinarum virtutum et invisibilium bonorum mysterium arguit: nam fide ceterisque virtutibus obviatur christo. Quod vero civitatem ingredi non permittitur: opus est divinum/ et ipsius occultum: ne in id quispiam ingrediatur/a quo

Esa.9. | Jo.5. | Psal.22.

Christus reprobatus egrediatur. Quod autem ad angariam crucis cogitur/ operatio est demonum in altum relata mysterium. Nam eoipso quod gentium populus christo per fidem obviando credidit: adversus credentes turba demonum insurrexit: et incitavit: tyrannos mundi principes efferato zelo incendit. Qui ad cruciatus innumeros dei martyres angariaverunt: qui portaverunt post Jesum dei filium crucem eius. Nec omnis angaria per violentiam et coertionem aliorum addicitur: plerumque accipitur voluntate. Nam violentia quam regnum celorum patitur/non semper ab extra existentibus infertur: sed ultro in militia celesti agoniste periti sibiipsis violentiam inferunt: et angariant seipsos ad tollendam crucem suam: sequentes Jesum iuxta mandatum suum quod inexceptuate posuerat: Si quis vult venire post me: abneget semetipsum: et tollat crucem suam/et sequatur me. Sed in hoc quod iste crucem Jesu post eum baiulat: merita distinguuntur a gratia/et actiones nostre ab effectibus salvatoris. Portat ecclesia collecta de gentibus crucem Jesu post eum: quia omnis passio quam propter christum ecclesia tolerat/christi est. Nam omne quod quis propter alium invite aut voluntarie patitur/eius esse dicitur pro quo toleratur. Nec meritum habet in eo quod ecclesia multa in martyribus perpessa est a tyrannis: aut quod sibi voluntarie in confessionibus intulit: sed pro eo quod pro christo sustinuit: et sibi pro christo ad captandum regnum celorum violentiam fecit. Ac per hoc omne bonum quod pro christo aut patiendo aut aliter agitur/christi est /et agentis a gratia christi: quia sibi tribuitur: et ut agatur ipse gratiam tribuit. Et precium iustum in retributione premiorum per misericordiam suam nostris actionibus equa lance iusticie posuit. Nec alicuius estimationis esset/nisi suis actionibus sociaret ut communicatio actionum Christi cum nostris/ salutarem effectum tribuat operibus nostris. Agentis autem est: quia libera voluntate id quod placitum dei novit/exequitur. Libera enim voluntas agendi/nostra facit esse que facimus. Sed post eum baiulator crucis incedit: quia christianorum agonistica vita eum sequitur/non precedit. Paratur nobis alia disserendi materia/cum gesta huiuscemodi ante conspicimus. Trinitatem patrem/filium et spiritumsanctum eternam esse fide sancta suscepimus: que tunc innotuit iuxta acute capacitatem noscentium: cum creaturam rationalem de nihilo in esse produxit. Et initiatum est tempus post omnia que sunt posterius subsecuta. Eternus est cum patre et spiritusancto filius: nec prius habet neque posterius: sed creatura his vicissitudinibus variatur. Unde post creationem statim est secuta quedam damnata posteritas: ut angelus irremediabiliter in celo/et homo remediabiliter in paradiso divina mandata contemneret. Preit ergo iesus eternitate/quia deus: post quem genus humanum a creatione/adiecto modico intervallo cum cruce peccatorum in primis protoplastis accessit: nam si peccati non fuisset actio sub

Mat.16.

secuta: etiã si natus nõ tamẽ christus fuisset occisus. Peccatum ergo radix amarissima crucis fuit. Portat ergo genus humanũ post iesũ crucẽ: q2 peccata cõmisit vñ crucifixus est. Ad quã ferendã dementes angariauerunt/persuadẽtes contemnere diuine placitum volũtatis: in qua crucifixus est deus/et absolutus est homo. Sed q̄ Simon nõ crucifigitur: ad impossibilitatem et insufficientiã redemptionis per purum hominem pertinet: nõ enim purus homo potuisset aut genus humanũ semetipsum crucẽ sustinendo redimere: nisi deus esset qui pateret in homine: cum hoc quod in christo deo agit/ genus humanũ in pijs fidelibus/ velut simon corporeis oculis intuetur atq3 compatitur. Ecce hypãtense Symeonis in templo. Ecce hypãtense simonis in mortis articulo. Mystica sunt q̃ dixim⁹ pter intentionẽ suscepti opis. Sed si hebes legentiũ intellectus nõ fuerit/in mores hominũ facile retorquent: quoꝝ pspicuitati quod est possibile relinquẽtes/ ad rei geste ordinẽ reuertamur. Precuntẽ christũ/imo vt credo a satellitibus ligatũ/ante deductũ/exoneratũ a cruce ambulandi velocitate: sed crucifigẽdũ in illa mortis acerbitate: simonẽq3 post eũ iuxta vel deprope crucem baiulantẽ: duosq3 latrones q̃bus asciscitus erat: turba plurima sequebatur vnius causa/nõ ratione ceteroꝝ. Unde vigilã-
Lu. 23 ter euangelista dicit: [Sequebatur autẽ eum turba multa populi et mulierũ que plangebant et lamẽtabantur eũ. Conuersus autem ad illas Jesus dixit: Filie hierusalẽ nolite flere super me: sed super vosipsas flete et super filios vestros: quoniã venient dies i quibus dicẽt: Beate steriles et ventres qui nõ genuerũt/t vbera que nõ lactauerũt. Tũc incipient dicere montibus/cadite super nos: et collibus/operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciũt: in arido quid fiet?] Sequelas multotiens Christ⁹ habuit hominũ atq3 mulierũ/ sed varia causa varioq3 affectu: sed nũc altior causa tot fecit adesse sequaces. Sed dũtaxat deterior phariseos atq3 pontifices sacerdotũ: qui tantũ finẽ optati exitũ vt infallibiliter aspicerẽt/sequebãtur. Aliqui vero tot signoꝝ vltra omnẽ humanã potentiã factoꝝ conscij existentes: si quid in mortis articulo faceret pro seipso visere querebãt/qui tot signa in alijs fecerat: qui etiam tres mortuos reuocauit ab inferis: mira ↄsyderatione tenebãtur/si volebat ipse ad tartarea loca descẽdere/a quib⁹ alios reuocauerat. Aut si aliqua insolita potẽtia de illoꝝ manib⁹ laberetur aut si aliter p signa innotesceret: aut quali patientia/quali vultu/qua consistẽtia si moreret/ in ipso actu morĩedi persisteret. Si hũc deus req̃ret desup: si sibi aliquid noui aduenisset: qui tot noua fecit in seculo: qui nouã vitã mũdo sic labefacto mõstrauit. Si quispiã p ipso consurgeret: si noua seditio aut tumult⁹ p ipsius libertate orirẽt. Porro curiositas multos adduxerat in sequelã. Quosdã vero pietas humana mouebat ad huiuscemodi spectaculũ ↄuenire/maxime mulieres: quarũ quodã instinctu nature magis pius est sensus et pnior in lachrymas: cũ aliquorũ viderint aut audierint passiones: et seuas ↄspiciũt nouitates. Et sepe intantũ earũ sensus humana pietate atq3 cõpassione mollescit: vt sepe quos nõ cognouerint neq3 viderint/positos in afflictione deplorent. Et nescio vnde plerũq3 fletus eius efficit dulcis: t lacrymas querũt materiã effundẽdi: necnõ virgo mater incognita/ sz maria cognita mater multos ad hanc sequelã moribus/non verbis adduxerat: vt viderẽt mores eius i morte filij ei⁹. Erat porro mirandũ virginẽ insolitam publico/nisi dũ erat cũ filio: deuitantẽ aspectus hominũ/cõsortia mulierũ/silentio frenatam/ virtutib⁹ fretam/ viduatam viro/derelictã virili consortio: cum sibi vterinis sororibus t alijs mulieribus crucifigendũ filium sequi: cũ mos mulierũ non sit/velle videre filios trucidari: et executionẽ illius sententie/que filium crudeli pena siue morte diuerberat. Stupebant autẽ omnes qui nouerant huius hominis sic addicti matrem: q̄ etiam in tante pressure angustia silentiũ seruabat/christiformis facta: qui cũ malediceret/nõ maledicebat: t cũ pateretur/ nõ cõminabatur: nec aliq̃d impatiẽtie siue tedij resonabat. Que omnia mater tenebat districta censura. Fallũtur tamen qui pietatis causa t eliciendi ab oculis audientiũ lachrymas/aliter cõcionãdo declamãt. Doluit pia mater/ sed nihil gessit imptinẽs. Multeq3 mulieres pietate atq3 cõpassione ferebant i illã: q̄ filio vnico ꝑuabat: t quod horrẽdius/velut reꝰ turpissima morte damnandus: sequebãturq3 iesum pietate matris: atq3 viderunt filiũ crucifigi. t aiã exhalare. Inpscrutabilis obijcit causa cõmouẽs: q̄ multitudo populi t mulierũ christũ ad videndũ eius spectaculũ sequeretur: t eo varia quo morti addicebatur/qui pluries corda multoꝝ predicando atq3 mira faciẽdo cõmouerat. Et sicut in delatione dixerũt iudei/q̄ populũ cõmouit docẽs: sic cõmouit t moriẽs: idẽ in omib⁹ christ⁹ docẽs et moriẽs. Necnõ et secreto tractu Christus post se multitudinẽ populi sexus vtriusq3 trahebat: vt viderẽt signa magnalia: vt boni cõfortarentur/t mali confunderent: vt agnosceret charitas qua dilecti fuim⁹: preciũ quo redẽpti sumus vt approbaret innocẽtia: cognosceretur iniusta sententia: vt audiret septiformis doctrina crucis: comprehẽderetur in christo patiẽs cõstantia mentis: t deitatis professio audiret: vt videretur quomodo t cui compatiũtur insensibilia elemẽta: in quẽ tantũ rationalis creatura desevit. Sed mulieres plangebant t lamentabant: Plangebant compassione filij siue matris. Et lamentabantur: quoniã in illo die in hierusalẽ contra christũ iniusta fuit lata sentẽtia. Plangebant sup christũ pie mulieres: qui festine ducebatur ad mortẽ/vite donator et sanitatis restitutor: cui nulla dominabat iniquitas/ vnde

taliter moreretur. Memores erant bonorū que ipse sepe pluribus fecerat: ⁊ nullius ei⁹ conscie mali. Dulcedo sermonū eius nō erat abolita: ⁊ pietas vult⁹ eius in memoria sequentiū adhuc erat: impietatē preualuisse in iudicio ferebatur: vnde hic derelictus ab omnib⁹/ sic tradebat in mortē. Et vt consyderationi hoim plus accrescat: nemo ꝓ ipso fertur emisisse sermonē. Sed preualēte iniusticia/ virtus in pessundationem deuenit. Talibus mulieres acte prospicijs/ plāgebāt humanitus super christū: et seuā hominis lamentabātur adesse fortunā. Ad quas saluator conuersa mente solers/ in animo clarus/ agonista intrepidus/ vtilia semꝑ docēs: cautelā adhibens pro futuris/ quorū erat omnino ꝑcognitor/ dixit:
Lu.23 Filie hierusalē/ nolite flere super me. Filias hierusalē appellat/ tanꝙ i illa genitas atqꝫ natas. Nā ex antiquo more loquendi/ genitorū suorū atqꝫ natorū mater omnis ciuitas dicit. Prohibētur flere sup Christū: quia nec opus habet cōpassione humana: nec reuocatio sententie sue mortis ex lachrymis omnino proueniet. Sed nec plangendū super eū qui voluntarie patit: et qui possit elabi de manibus ministrorū: nā neqꝫ pilati a iudeis malesuasi sentētia christū cogebat in mortem. Dictabat christū mori illa sentētia nō cogebat nec copia militū et ministroꝝ īferre christo violentiā potuisset: quos ipse poterat vno ꝟbo cōterere vl' terrere. Nulla restis suffecisset ad viculū/ si voluisset effugere. Voluntari⁹ siqͥdē accedebat ad mortem: ꝗuis vi trahi ab aspicientibus crederetur. Quocirca mulieribus dicit: Nolite flere super me: sed sup vosipsas flete. Nolite flere super me: qui spōte subeo mortē: q̄ lethi et vite imperiū habeo: cui nihil deperit moriēdo: cuius suscitatio facilis: quē pater etern⁹ nō derelinquet: neqꝫ permittet ingredi corruptionem: quem post triduū tremefacta terra citissime suscitabit. Sed sup vosipsas flete. Hoc nō solū ad illas mulieres sequentes refertur/ sed ad totā hierosolymā ciuitatē: in qua christus mortis proscriptionē tam iniuste acceperat: in qua nemo fuit qui ꝓ christo se opponeret atqꝫ clamaret contra perfidiā sacerdotū: aut allegaret ipsius innocentiam: nisi gentilis iudex/ qui etiam male iudicando defecit. Sed verba dicebantur ad illas que sequebant plangentes: vt earum numero tota ciuitas futuro periculo includatur. Mos em̄ est sacre scripture numero paucorū siue vnius multitudinē sepe cōcludere necnō et plerūqꝫ vni misso nūcio aut aliqͥd asserētī/ tanꝙ multitudini respōdere. Nec em̄ intelligamus in illa christi allocutione illas aut duntaxat mulieres intelligi/ sed etiā magis viros: quorū funestis clamoribus mors Christo irrogata cognoscitur: et quorū neglectu nō fuit iniusticia ꝓpulsata. Sup vos flete hierosolomite. Super se fleat ciuitas hierosolyma: qꝛ ꝑut a vobis crudel' iniusticia est egressa: sic in vos nisi penitentiā dignā egeritis/ seua pena deseuiet. Nā idcirco ad fletū penitentie illas inuitat vt futurā precaueāt vltionē. Nec em̄ tali odio Christus agebat in eos/ vt vellet ferire: magis aūt id agebat/ vt tā crimen horrendū penitudine cū lachrymis lauaret: ne inueniret quos haberet vlcisci. Exilioꝝ cū sensu i his verbis agitur: vt magis sit flendū super presidentē iniustū ꝙ super iustum occisum. Et amplius est valiāda doloribus iniquitas preualens/ ꝙ innocentia iniuste succumbens. Nam bonitatis possessor tm̄ corpore premi potest: iniquitatis actor ā vtroqꝫ confunditur. Nihil adimitur iusto/ qui etiam per mortem euadit et carcerem: et libertatem citouolam anima ipsa sortitur. Iniquus vero super se iniquitatis miseria: et si nō corrigitur/ cōtinua mesta deploret. Fleant super se miseri peccatores: et eo amarius/ quo se credāt esse feliciores. Nō plangāt super iustos/ qui eo beatiores fiunt/ quo ampli⁹ in hac vita torquētur. Denegat his verbis dominus noster Jesus christus super virtutis alumnos esse plangendū/ si quomodolibet huius mūdi aduersis agantur: velut super eos qui arduis agonibus palmiferū culmen attingunt: sed super his qui proprijs criminibus ad inferos nempe descendunt. Super omnia vero plangendū esset inexhaustibilibus fontibus lachrymarū de ipsa hominū prauitate: qua imo quia omniū creator offenditur. Utiqꝫ malum est/ ꝙ iustus iniuste patitur: vtiqꝫ malū est ꝙ iniquus preualet aduersus eum: super omnia peius est ꝙ regi omniū displicetur. Sed neqꝫ ita ex ista saluatoris sententia censendū est/ ꝙ omnino fletus compassionis arceatur: cū et Job dixerit: Flebam Job.30 quondam super eo qui afflictus erat: ⁊ compatiebat anima mea pauperi. Sed cōpatione vnius ad alterū horum dominus loquitur: vt magis flendū sit super iniusticiā/ ꝙ super qualemcunqꝫ temporalē miseriam: quia illa deo emula/ plerūqꝫ presentē et eternam penā nanciscitur. Ista fulta virtute deo grata/ et ista excerpta immarcescibilē gloriā plene sortitur. Sed hanc deplorationē iniquitatis et iniusticie hominū: que deo contumeliā generat/ ⁊ agēti certū supplicium: Hieremias vaticinatus asseruit: et petens amaro animo dixit: Quis dabit capiti meo aquam: et oculis meis fontem lachrymarū: et plorabo die ac nocte īterfectos filie populi mei? Quis dabit me in solitudine diuersorū viatorū? Derelinquā populū meū/ et recedam ab eis: quia omnes adulteri sunt: et cetus preuaricatorū extenderunt linguam suā quasi arcus mendacij/ et non veritatis. Confortati sunt in terra: quia de malo ad malum regressi sunt: et me nō cognouerūt dicit domin⁹. Hiere.9. Consonant ista verba sentētie saluatoris: qua mulieres ad super seipsas et super earū filios remittit vt plorent: quia propter inherentē maliciam/ nō propter corporalē miseriam est plangēdum. Adnectit enim fletus et plorationis causam: quia omnes adulteri sunt ⁊ cetus preuari-

tutorꝝ. Adulteri profecto erant iudei: pro eo ꝙ a
dei thoro recesserant: rigorē vere fidei nō seruā
tes. Et quedā cōgregatio facta erant ꝑuarica-
tionis mandatorꝝ dei. Et extenderūt linguā su
am quasi arcū mendacij cōtra christū: falsitates
quas ipse non dixerat imponētes. Et suffocaue
runt in iudicio veritatē: vt vna submissa / reliqua
vero tacita christus morte crudelissima damnare
tur. Qui cōfortati in terra ɔtra christū vocibus
inualescentes / e de malo cordis ad malū operis
sunt egressi: vt christus a mūdo huiuscemodi ꝓ
scriberet: ⁊ nō cognouere immo cognoscere no
luerūt christū / qui verus dei est filius: sicut dixit
ab eterno / ⁊ ꝑ scripturā omnipotēs pater eius.
Luce clari⁹ patet ꝙ hic potius iniqtas ꝙ̄ mise-
ria deplorat. He profecto sententie deriuant
ad quosqȝ alios peccatores deuꝫ quomodolibet
offendentes: qui sup semetipsos inconsolabilē
dolorem deberēt inducere: atqȝ maxillas ⁊ ora
lachrymarꝫ riuulis irrigare: vt nulla eis esset cō
solatio super terram / donec indulgentie atqȝ re
missionis peccatorꝝ astipulatio haberet. Et ꝙ̄-
uis multe mulieres essent q̄ ipsum a galilea se-
cute fuerant: solū ad hierosolymitas videtur di
xisse sermonē: quarꝫ maior numer⁹ in quo clau
debat ipse minorē. Qꝫ autē adiecit / super filios
vestros: ad penā futurorꝝ ferebatur: ad cōfirma
tionē illius imprecationis quā sibi exquisie-
rat coram pilato populus iudeorū / dicēs: San-
guis ei⁹ sup nos ⁊ super filios nostros. Et rata
facta est illa sententia / ⁊ iustis demeritis diuina
iusticia decernente. Nunc aūt saluator illā con-
firmare videtur cū mulieribus plangentibus di
cit: sed sup vosipsas flete ⁊ sup filios vestros. Si
literā tantū consyderamus / forte hoc ideo dice
bat: quia hierusalē tradenda erat exitio a prin-
cipibus romanorꝝ. Sed neqȝ ipse christus cū su
per hierusalē fleuit / credēdus est fleuisse oculis
super edificia subuertenda: non eñ erat dei filij
resolutionē compositorū lapidū deplorare: nec
ad hoc venerat / sed pericula ⁊ ingratitudinem
animorꝝ: pro quibus etiā penā venerat tolerare
Ad quā deplorationē remittit mulieres hiero-
solymitanas: quas velut sibi compatientes allo
quit. Et forte vxores erant ꝙ̄plurime illorꝝ viro
rum / qui de christi morte dolebant: sed non pre
ualentes maiori nequitie tacuere. Alio aūt sen-
su hierusalē filie anime sunt pacis: que sup nul-
lo affici lamētis / doloribus debent preterꝙ̄ sup
quod dei displicentiā generat. Nihil eñ mesti-
ca dignū nisi peccatū. Rationem aūt retorquē-
do lamentationis ⁊ fletus in se ipse saluator an-
nectit. Quoniā ecce venient dies in quib⁹ dicēt:
Beate steriles ⁊ vētres qui nō genuerūt: ⁊ vbe-
ra que nō lactauerunt. Mos est hominū vltime
afflictorꝝ: qui tantū istam / nō aliam vitā consyde
rant / huiuscemodi verba proferre: vtinā nati pe
nitus nō essemus. Et quia vndiqȝ agūtur angu
stije: nec adest copia euadēdi: beatificant q̄ mun
di huius miserias nō viderunt: et illos extollūt
laudibus / quib⁹ generandi nō affuit virtus nec
officium nutriendi. Ad gurgitem miseriarū spe
ctat lucem mundi hui⁹ noluisse vidisse: atqȝ bea
tificare steriles ⁊ nō alentes pariter ⁊ nō natos
Tunc incipient dicere montib⁹ / cadite sup eos:
⁊ collibus / operite nos. Hec oīa quocūqȝ mo-
do ab euangelistis ꝓferant / optatiua sunt: et ad
id referūtur quod in tribulatione maxima posi
ti aut videntes ineuitabiliter imminere: vellēt
inuenire latibula: ⁊ optant voragines montium
colliūqȝ cauernas. Hec omnia conātur pleriqȝ
referre ad tēp⁹ / quo hierusalem a romanis fuit
euersa. Quod intantū reor inquantū seua ⁊ hor
renda punitio immanitatē cōmissi sceleris pan
dat / arguat. Aliter vero ad altiora me altior sen-
sus vehit: vt potius ꝓ die iudicij quo detruden-
tur ī infernū ineuitabiliter pctōres / ꝑdixerit ista
saluator: quod de iuda in eternū dānato hester-
ne predixerat: Melius sibi fuerat si natus non
fuisset homo ille. Quod verū est per istam asser
tionē de cetu omniū damnatorꝝ: ⁊ quod dictum
de iuda / e quod saluator mulieribus est locutus
cognoscim⁹ in vnā ɔuenire sententiā: vt nō nasci
sit melius ꝙ̄ dānari / ⁊ beatam esse sterilitatē ⁊ in
alitionē: ⁊ velle opprimi montib⁹ ⁊ collib⁹ ope-
riri / ꝙ̄ detrudi eternaliter in infernum. Possunt
etiā per has mulieres christum sequentes quas
pie saluator alloquit / ab illo tēpore vsqȝ in finē
seculi futuri ꝑdicatores intelligi: quibus typice
suadetur vt ipsi seipsos deplorent / flendo mittē
tes semina regni dei: ⁊ alios fletum doceāt ⁊ la
mentū / super patratis sceleribus magis ꝙ̄ sup
domini passionē. Quā deplorasse sceleribus nō
correctis / ⁊ nō emissis lachrymis ⁊ singultibus
sup eis / fletus est infantiū ⁊ muliercularū plan-
gentium ad fabulas poetarum. Aut eñ recitari
audiūt epitaphia varie seu strenue mortuorum.
Magis vero dixerim lamenta somniantium: qui
cū vigilauerint / in risum per somnū visa cōuer-
tūt. Et mirū me vidisse sepe recolui audita chri
sti passione multos etiā reprobos ꝓrupisse in la
chrymas: quas vt elicerem ab oculis audientiū
cōcionando ad populū / stulte nescio an perite ꝑ
pia verba sepe tentaui. Quod ⁊ feci / sicut fere so
litum est oībus qui declamant: maximo ab illō
tēpore siue die quo ecclesia christi per sua offi-
cia recolit crucifixum. Cūqȝ ad ꝓpria remeasse
illos aspicerē / christi passionib⁹ ⁊ lachrymis ⁊
virtutibus valedixisse cognoui: ⁊ de pristina cō
uersatiōe nihil mali fuisse ademptū nec fleuisse
facinora: ꝓpter que passio fuit collata quā fleue
rant. Quib⁹ ⁊ similibus ceteris gratius esset at
ꝙ salubrius ꝙ̄ passionē / passionis elementa fle-
uisse. Ipsa siquidē peccata q̄ precesserant ⁊ que
futura / christū pati sua voluntate fecerūt: super
quib⁹ doloribus et meroribus affici necessariū
est: etiā si sup passionē non tamen impie / sed pie
hominū anima letaretur. Quē fletum per ꝑdi-
catores suaderi debere in typo mulierū / spiritus
sanctus ꝑ hieremiā prophetam asserit: Audite Hiere. 9
ergo mulieres verbū domini: ⁊ assumāt aures
vestre sermonē oris mei: et docete filias vestras

lamentationē: ꝛ vnaqueq; proximā suam planctum: quia ascēdit mors per fenestras nostras: ingressa est domus nostras. Mors peccatū intelligit: quod per fenestras varias appetitionū quas aperit peruersa voluntas/ ꝛ per quinq; in cautos corporis sensus ingredit. Cuius rei causa fletum iubet fieri ꝛ lamentū. Quadam etiā cōparatione sui/ peiora mala ventura prenunciat
Lu.23 cū dicit: [Quia si i viridi ligno hoc faciūt: quid in arido fiet?] Per similitudinem nō per ꝓprietatē saluator tunc loquebatur/proprietatē volens mentis hominū introferre. Uiride lignū ad tempus sue cōuersationis inter homines retulit: aridū vero subsequēs. Necnon ꝛ viride lignum retulit ad seipsum: aridū vero retulit ad omnem hominū cetum peccatorꝫ/siue iustorum. Sensus quidē huius eloquij sic elucet: Si ex tēpore quo mundo traditus sum visibiliter cōuersari/tot sunt exorta pericula: vt iniquitas regnū habeat: innocētia prostrata succumbat: quid ergo erit in posterū/ cum strages odio mei nominis crebrescent: cū aduersus euangelium meum totus armabitur orbis? Si in viridi ligno christo iesu dei filio hoc faciunt: quid fiet in hominibus qui aridi a radice boni operis/ etiā bone voluntatis sunt? Si a mundo per iniusticiā precidit viride lignū: qua iusticia remanebit ꝛ aridum. Si punitur vt malefactor/mediator dei et hominū homo christus iesus/dei fili9/homo verus: quomodo mūdi mala ꝛ calamitates euadet iustus siue iniquus? Uiride lignum christus etiā sola virtute radicis: suppositat em̄ eum verbū eternū. Uiride lignum christus ex spiritusancto conceptus est. Uiride: quia deficere nescit: qui etiam suapte morte mulctatus potenter ipse surrexit. Uiride lignum christus: sub cuius vmbra quiescit malis ardorib9 estuatus. Uiride lignū christus: cuius folia verba in seculum seculi nō
Ps.1. marcescunt. Uiride lignū christus quod plantatum est secus decursus aquarum: folium cuius non defluet: ꝛ omnia quecūq; faciet/semper prosperabuntur. Aquarum ꝑfecto decursus est profluentia populorꝫ. Unde in Apocalypsi dicitur: Aque multe populi multi. Juxta quos christus per carnis assumptionem plantatus: quia incarnatus est: vt labētes per mortem que intercapedinē nescit: ꝛ per peccata que fragilitas aut malicia humana impretermisse cōmittit/ habeant quod capiant ne labantur. Uideant lignū/christum scꝫ: quod teneant ne fluant in mare damnationis eterne. Folium quidē eius permirum viride dicitur/si nunq̄ defluet. Folium eius est euangelium eius. Nunq̄ defluet/quia internū est: nunq̄ defluet/quia immarcessibile penitus est. Et omnia prosperabuntur que faciet: quia omnipotens est/et voluntati eius nemo resistere potest. Se lignum viride pauloante predixerat: cum discipulis suis in monte oliueti pie ser
Joh.12. mocinaretur: Ego sum vitis vera/vos palmites. Sed viride hoc lignū palmites quos emiserat scꝫ apostolos perdidit: quia omībus discipulis valido mortē di timore perterritis ac fugatis inter hostium manus senas male tractando solus ipse remansit. Quid ergo fiet in arido si abscisi sunt palmites a viridi ligno? Jam em̄ ariditas in his qui boni credebantur/aderat: ſm sententiam saluatoris: Si quis in me non mānserit/mit Joh.15
tetur foras sicut palmes: ꝛ arescet. Non igitur apostoli manebunt in christo: qui iā mente abolita fide negauerant christum. Petrus autē trino negationis verbo inficiatus erat. Sed non venit in apostolos equa sentētia: vt in ignē eternum more ligni aridi mitterētur. Subuenit eis occultis modis ꝛ meritis gratia saluatoris. Sed in arido quid fiet? Quod ad prefatam sententiā sequitur: Colligēt eum ꝛ in ignem mittent/ꝛ ardet: vt ex pena culpam prenotet/ꝛ ex vtrisq; mala futura ꝓnunciet. Uiride lignū christus cessit nemini pre timore aut pre aliquo interminato periculo. In arido quid fiet: cuꝫ ſm propheticū saluatoris/in fine seculorū arescēt homines pre timore ꝛ expectatione/que superueniet vniuerso orbi? Omnis vero ariditas quā sic saluator prenunciat: aut ex insufficiētia hominū est: quia ſm apostolum/non sumus sufficientes cogitare ali 2.Cor.3.
quid ex nobis: multominus et agere: sed omnis sufficientia nostra ex deo est: et de iure subiecte materie in nihil tendimus: quia ex nihilo creati sumus: ex creatoris aūt intuitu sumus quod sumus: ꝛ agim9 bona q̄ facimus. Aut est ariditas ex hominū ꝑtinaci malicia: qui seipsos ꝑcaci actione/humore gratie arefaciunt. Aut ex malorum fragoribus ꝛ terroribus tyrannorū: quos homines expauescunt. Aridi profecto sunt homines qui a seipsis non habent vnde aliquid boni faciant: ꝛ habent vnde mala cōmittant atq; deficiant. Quoniā autē viride ꝛ aridum vera cōtrarietate vt cetera contraria distinguūtur: si christus viride lignum est/ antichristus aridū erit. Proinde vt intentio christi est/subnectantur ꝛ verba. Si in viridi ligno christo hoc faciūt: in arido antichristo q̄d fiet? Sed nec referat quod dicit ad christi corporis proprij passiones: vt ex eis velit tanq̄ maioribus compati passionibus aridi ligni. Non em̄ magnipendit saluator nisi ex causa iusti siue iniqui corporis passiōes. Nec ex hoc querit corda hominū aduertere in dolorē/ꝙ antichristus aut quilibet iniqu9 vel iustus sit q̄ christus maiora passurus: sed cōflictatiōes ecclesie in varietatē persecutionū sub diuersis tēporibus ꝛ regibus futuras prenūciat seniores. Argumentū magnū est future cladis: ꝙ tam de omnib9 discipulis atq; apostolis/q̄ etiā de mulieribus nullus sibi remāsit fidei veritate coherens: excepta virgine matre/ac etiā latrone: qui secum in cruce pendens credidit. Magna proximis strages vbi dux solus relinquit: ꝛ ipse tandem addicitur morti. Crudeliorꝫ ꝛ inuisibilium futurorum malorum facta proportione credentium/id quod tūc in christo ꝛ sub christo agebatur/ ꝑsagium erat. Uerba siquidē scripture diuine magis sunt in sententiā cōsonam geste rei ꝛ

in intentionẽ dicentis ab expositorib⁹ aut intel-
ligentib⁹ transferenda ꝙ discutiẽda ꝑ singula:
ꝓ eo ꝙ sacra scriptura omne gen⁹ loquẽdi com
plectit/ vt aut explicite aut enigmatice percipi-
atur quod dicit. Ad iniuriarum autẽ redundan-
tiã ꝑficiendã: cum duceret ad occidendũ/ socie
tatem habebat latronũ. Unde refert: Duce-
Lu. 23. bantur autẽ et alij duo nequã cũ eo:
vt interficerẽtur. O seueritas ꝛ opprobri
osa cõditio: vt socios nequã habeat q̃ nunꝙ vo
luit quod nõ posset efficere: nunꝙ fecit nisi pro
Mat. 27. batũ in fornace iusticie. Et venerunt in eũ
Mar. 15. locum qui dicitur caluarie locus: he
braice autẽ golgotha. Et deposita cruce
de dorso simonis vt affigeret in illa iesus: ꝛ pas
sionis ad irrogandã asperã mortem/ instrumen
tis vndiqꝫ presto factis: anteꝙ satellites man⁹
Mat. 27 ad crucifigendũ apponerẽt: Dederunt ei vi-
Mar. 15. num myrrhatũ bibere felle mixtum.
Et cũ gustasset/ noluit bibere. Uinum
myrrhatũ cum felle ꝑmittitur anteꝙ fodiatur:
vt singuli sensus singulas habeãt passiones. Et
lingua que docuerat dulcia verba vite/ recõpen
sationem habeat in vino myrrhato alicui⁹ ani-
mal amarissimo felle mixto. Implacabili odio
iudei oderant linguã illam: quã talibus ordina
uerant amaricari saporib⁹. Memores eñ erãt
quoniam damnatos illoꝝ mores arguerat: Ci
tius etiã autumãtes eum mori/ huiuscemodi li-
quoribus ꝑuenerunt: ex felle adhibito preosten
dẽtes/ quoniã interius repleti odio amaro erãt
Amaritudinẽ continet illa vesicula: ꝛ ex vlla par
te atqꝫ in animali aliquo non dulcescit. Sed si
nõ me fallit opinio: credo ꝙ cẽtaurã herbam q̃
fel terre propter insertam amaritudinẽ a pleris
qꝫ vocatur/ vino amaro ad amaritudinẽ augen
dam ꝑuerso studio miscuere: que sordidius in-
uenta fuit ꝙ fel cuiuslibet animalis quomodoli
bet trucidati. Non autẽ refert credere quid ho-
rum fuerit dũ multiplicatis habentibus asperũ
sensum christi passio peraugeť: ꝛ innotescit per
Ps. 68. amplius insatiabilis ꝑfidia iudeoꝝ. Longe an-
te dauid in christi persona predixerat. Et dede
runt in escam meã fel: et in siti mea potauerunt
me aceto. Uinũ myrrhatũ dicitur/ aut quia myr
rhã habebat immixtã: aut quia velut myrrha sa
piebat amarũ. Admixtio fellis/ admixtio ampli
oris amaritudinis erat. Aut totum hoc quod de
amaritudine per myrrhã/ fel ꝛ acetum diciť/ sit
expressio amaritudinis ex rebus illam habenti-
bus ex natura: siue vt sanius omnino credamus
ista omnia in suis ꝓprietatibus affuisse in desi-
gnationẽ eius: ꝙ electa vinea/ scꝫ synagoga iu-
deorũ in omne genus amaritudinis inuisibilis
sit cõuersa: ꝛ propinauerit christo corporis mor
tem/ omnẽqꝫ legis ꝛ originalis iusticie ꝑuarica-
tionem. Et nihil deo amarius per displicẽtiam
offerť: nihilqꝫ hoĩbus ad periculũ amarius re-
seruatur: ꝙ dei derelictio ipsiusqꝫ ꝓcar offensio.
Christus autẽ cum gustasset/ noluit bibere. Gu-
stauit christ⁹ oĩes passiones; sed nõ absorbuit:
quin reliquerit sequacib⁹ posteris: nec aboleuit
mortẽ que originaliter ꝓuenit ex parentib⁹ pri
mis. Quãꝙ eñ sua passione nostra peccata de-
leret/ reconciliaretqꝫ patri: non tñ mortẽ abstulit
nec passiones vt nõ essent/ absorbuit. Relinq̃n
de ꝑfecto erant diuino ꝛ infallibili decernente
decreto mors hoĩbus ꝛ passibiles passiones: cũ
quib⁹ humana natura certaret ad premiũ/ eua-
deretqꝫ suppliciũ: ꝛ angereť timore/ que amore
primo non steterat. Et si impassibilis ex christi
passionib⁹ atqꝫ morte humana natura facta fu-
isset ꝙ nullo modo patereť aut moreretur/ super
bisset ꝑamplius: que passibilis manẽs tantũ su-
perbiuit vt diuina mãdata superbiendo contẽne-
ret: ꝛ nihilopendereť fides qua superna merere
tur/ si ex morte christi hoĩbus in hac impassibi-
litas aduenisset. Nã vt non morerenť homines
euãgelio colla subdidissent magis ꝙ ob fidem
beatitudinũ honorũ honorabilium supernorũ.
Gustauit christus ꝛ noluit bibere: ne ꝛ e cõuer-
so sensu christum a passionibus intelligam⁹ ab
sorptum. Nec etiã bibendo videreť approbare
malefacta ledentium ꝛ seuientium iudeoꝝ. Nec
etiã si ad patiẽtiã ipsi ceteriqꝫ iniqui venire dis-
ponũt: irrogata opprobria et peracta hominũ
scelera traiecit in odiũ. Proinde christ⁹ gustat
nõ bibit huiuscemodi amaritudines. Tu igitur
si quippiã molestũ pateris/ velut saporẽ dunta-
xat appositũ gustui sic congnosce: non aũt in vẽ
trem mẽtis per memoriã odiendo trajicias. In-
spice qualia pocula apponunť homini fatigato
homini ab hoĩbus pro ipsorũ salute clamanti.
Ecce qualis est refectio hoĩs in carne fere iam
lapsi. Uide cõpassiones ostẽsas homini de hoc
mundo in ꝓximo migraturo. Cum autẽ bibere
noluisset: post gustũ decernente Centurione/ sa
cerdotũ principib⁹ infestantibus: processum est
ad impijssimã actionẽ/ videlicet ad crucifigẽdũ
omniũ redemptorẽ. Et inter cetera euangelica
scripta que admiratiõe meũ animũ pulsant/ hoc
potissimũ est: ꝙ tantũ ꝛ tanti hoĩs crucifixionis
mysteriũ duntaxat omni serie ꝑtermissa ediciť
factũ. Sed nõ absqꝫ occulto mysterio/ ita mod⁹
ab oĩbus euangelistis extitit intermissus. De
quo tutius ꝙ ipsis nemini crederim⁹. An forte
vulgata noticia q̃ sic dãnati tradunť exitio/ tẽ-
perauit manũ/ ne insererent in scripturis cruci-
fixionis modũ. Seu spũssanct⁹ sic voluit: vt cõ-
syderatio nõ expressa ꝑ additamentũ pia medi-
tatione ad meritũ fideliũ remaneret. Inquiunt
eñ cõmuniter oẽs euangeliste: Postq̃ autẽ Mat. 27.
crucifixerũt eũ/ diuiserũt vestimenta
eius. Ecce ꝙ crucifixione posita ꝛ ꝓhabita/ in
aliud opprobriũ deueniť: modusqꝫ addiť. Ali⁹
aũt dixit: Et crucifigentes eũ diuiserũt Mar. 15.
vestimẽta eius: et latrones vnũ a de Lu. 23
xtris/ et aliũ a sinistris. Alius idẽ dicit vbi
crucifixerũt eũ: Et cũ eo alios duos hinc Joan. 19.
et hinc: mediũ autẽ iesum. Ecce oẽs pre
tereunt ordinẽ: asserunt affixionẽ: aut ne videã
tur verbis narrãdo succũbere: aut ꝙ vbiqꝫ ter-

rarū atq; regnorū notum est qualiter executioni tradit iusticia presidū: ⁊ qualiter latrones ⁊ homicide ceteriq; nequā decreto legum ⁊ regum/ aut inferēdo mortē/aut mutilatione membrorū/ aut erubescentijs puniūtur: vt nō credamus aliter cruci affixum/ꝙ consuetū fuerit affigere corpora damnatorū. Et aliqd quod expressum non fuerit/ veridica plerūq; relatōe innotuit: ⁊ ecclesia catholica pia credulitate suppleuit. Sed qd aliud psumen〈dum〉 ꝗ de christi crucifixiōe/nisi ꝙ crucem aptauerunt quo aptius ⁊ crudelius possent iesum in illa cōfigere? Et eum expoliauerūt omnibus vestimētis suis: vt nuditas esset ad opprobrium/⁊ faciliorem redderet ad tormentū. Sed quid viderūt tunc erat: quid nunc nostris consyderationibꝰ prebet ꝙ ad penā subeundā expoliatur iesus dei filius/omnia suis ⁊ ꝯformibus decoribus vestiens? Sed vt nobis totus ostendat nihil operiens/ nisi quod creatura suo captu nō recipit: vt sicut nudus corpe monstrat dum patitur: sic ⁊ ipsum verū deum omī amoto velamine intuitiue in eterna gloria videamꝰ. Prefert nudum in passione corpus: vt ad nudū verbum in deitate visuri veniamus. Idcirco in passione fit prerogatio nudi corporis: quoniā ad clarā et nudam dei visionē aliter non puenitur: nisi eius merito passionis. Nudatusq; furibūde capitur ⁊ applicat cruci: ꝗuis in nullo renitens/ad omnia se tractabilē prebeat. Distenditur in crucē corpore iesus: magis in animo ad hoīes charitate distensus: vt etiā sui crucifixores non excluderentur a charitate fontali: Etenī orauit ꝓ eis. Distensoq; presto sunt claui: ⁊ mallei desup ferientes in manu valida affigentiū. Qui vt atrocius ⁊ expeditius hanc impietatē perficerent: vt in alicuiꝰ piam meditationē venit/ trifarie sunt diuisi: vnus dextram manū/alter sinistrā/ tertius pedes superpositos peruallide destendentes ictibus crebris ⁊ validis resonātibus super clauorū capita configebāt: prius vnā/ deinde aliā/ demū pedes credamus esse confixos. Penitus hoc tenendū est/satellites illos gerende rei omnem aptitudinem inuenisse. Accedat igit secure pia credulitas ⁊ pietas credēs: ⁊ quod aptiꝰ viderit/teneat: dūmodo a religiōe vera nō discrepet. Premebat ⁊ configebat immisericorditer illa caro: ⁊ illud corpus erat in illa hora in seua passione ab oībus derelictum. Et etiā ipse christus semetipsum reliquit in penis: vt nec leuigarentur virtute deitatis/sed magnanime ferrent. Sonitus generatus ex collisione claui carnem dominicā penetrantis ⁊ mallei desup ferientis/ fortiter resonabat in auribus astantium: magis autē in cordibus diligentiū doloribꝰ reboabat. Actitabat malleus clauos ad cōfigendū dominicū corpus: corda vero diligentiū/maxime theotoconis validius feriebat. Sentiebat christus dolores in carne: sed nec animo mouebat. Dilecti fuit potissime vnica inexplicabilibus penis in anima fodiebat: ⁊ singultibꝰ ⁊ lachrymis/ eiulatibus irremediabilibꝰ christo patienti sic cruciformis astabat. Quis ⁊ quātꝰ aut qualis planctus esset aut decuisset/ꝙ scripto edicere/ preterire silentio vtilius ratus sum: ne minus ꝙ fuerit scribens/pijs mētibus quibꝰ pro christo fletus est dulcis/ flendi ⁊ meditandi ampliora pcidam materiā: aut excedens quod fuit/nō vera describam. Iesus aūt nec charitatis obliꝰ: nec ad rependendū quod malo/ gratiā tardus: nec absorptus doloribus etiā dum crucifigit/pro suis crucifixoribus interpellabat ad patrē/dicens: Pater dimitte illis: nesciūt eni quid faciunt. Lu. 23 Sciūt q2 crucifigunt/ignorant quē crucifigunt. Romani eñ erant aut de gentibus incircumcisis/ministri ⁊ milites pilati: qui hoc mysterium exercebāt et nutriti sub cultura pfidie/que dicebat seruitus idolorū: nec assueti erant vaticinijs pphetarū/vt cōiecturare possent aliquādo dei filiū in carne debuisse venire: vnde oīno nesciebant quē crucifigebant. Quāobrē misericorditer subuenit eis gratia saluatoris: ⁊ oīis culpa est mitior faciliusq; meretur veniam/ que ab ignorātia ꝙ que a malicia sumit exordiū. Nesciebant eñ quid facerent: q2 presidis mādato parētes/ iusticie opera exequi arbitrabant. Nesciebant quid facerēt: cum fidē credulā adhiberēt piffamationibus iudeorū: ⁊ eis placere gestientes animosius penis christū afficiunt. Magna ignorantia tenebātur: quia credebant debitum quod erat iniustum: ⁊ innocentē vt sceleratū hominē patibulo affigebāt. Proinde christus cōstitutus in penis/agitatus a malis/repletus doloribus: sed charitate vigens/ pro eis interpellabat ad patrē: Pater ignosce illis: nesciūt eñ quid faciūt. Quia si iudei odio ⁊ malitia/isti vero me officio ⁊ obediētia crucifigūt. Iudei quippe proprijs manibus nō fuerūt huius atrocitatis ministri. Potest autē ex christi magna benignitate comprehendi: ꝙ etiam iudei ad hanc intercessionē pro ꝯsequenda indulgētia ptinerēt: illi dūtaxat qui christum nullo modo cognouerūt. Si vero sciētes in istā orationē venissent/ frustra remissionis seu dimissionis causam inexisset saluator: q2 nesciūt quid faciūt. Est siquidē: q2 semper redditio cause. Quō ergo scientes q̄ fiebant ⁊ faciebāt aut ꝯsentiebāt in nece filij dei: ad istā orationē potuissent ptinere/cū tantū de ignorātia sit redditio cause? Quō etiā ignorantes potuissent excludi gentiles siue iudei: cū pro peccatoribꝰ oraret: ⁊ velit oēs hoīes saluos fieri? Crucifixo christo ⁊ crudeliter in cruce pendēte sibi in pena simili/sed causa dispari/hoīes asciscūtur. Et crucifixerūt cū eo alios duos latrōes: vnū a dextris/aliū a sinistris: vt christus pversa intētione agentiū esset in medio dānatorū. Magis autē credat factū diuino mysterio. Sed horrendū piaculū ꝙ cū latronibꝰ tam acriter plectit/qui nunꝙ ipsorū lauerna portauerat. Verūtamen ad aceruum penarū christi augendū etiam iniuste leges in oībus fuerunt. Lex eñ iusticie dicit: vt qui similē cū alijs vitam suscipiūt/similē sentiant in legibus disciplinā;

Ac p hoc christ⁹ in penis nec cū sceleratis debu it deputari: ne innocēs in pena fact⁹ similis im pijs/in culpa credaꝛ oīno fuisse ꝯsimilis: nec no centes dānari debuerāt cū innocente seu iusto ne consortio eius p eis innocentia crederetur. Sepe nāqꝫ agiꝛ ꝙ christus sociatus iniquis/ eo rū mala obtexit in parte. Reconuertiꝛ autē ꝛ se pius/ꝙ iniquoꝝ societas iustis infamiam dedit. Fuit aūt pdicta iesu infausta societas: et cū sce leratis deputatus est: vt nihil christo credatur ex ipso aliquid ꝓuenisse fortuitū. Crucifixio la tronū christo socialis/preter ordinē rei geste ad secretiora ostiū pandit. Latro incessor est via rum: aliena per notā violentiā rapit: ꝛ sepe ho minem interficit: quia inuenit renitentē: siue qꝛ veretur quē expoliat accusantē. Angelus cadēs vnus est latro: sed penā portans eternaꝫ veniā nō mereret. Improperauit eīm occultis modis filio dei: nec se peccasse cognouit/ vt ad peniten tiā volueretur. Genus humanū dextralis est la tro: cui miris ꝛ occultis modis christus miseri cordiā fecit. Magis autē in istis latronib⁹ duo genera distinguūtur hominū peccatorū. Illi p dei occultā misericordiā reuertuntur ad veniā/ habita cognitione delicti. Ac etiā illi qui per ir reprehensibilē iusticiā/dei demeritis ꝓprijs exi gentibus nō consequētes veniā/ remanent sua obstinatione dānati. Sed vtriqꝫ latrones: quia se latrocinantur inuite a deo: ꝛ sibi propemodū violentiā faciunt: cū ea quib⁹ a deo se auferunt ipso nolente cōmittūt. Sed iudex equalis ꝛ me dius christ⁹ iusticia immaculata decernet: quā indulgentiā penitētibus cōferat: ꝛ in qua pena reprobos etiā tacendo relinquat. At vbi crucifi xerunt innocentē ꝛ duos nequā: iesum dei filiū non intelligentes altitudinē rei geste/ de māda to pilati per triumphalē titulū a reliquis distin xerunt. Iusserat eīm pilatus vt sibi apponeretur
Joan.19. causa qua crucifixus erat: quam iussit succincte scribi elemētis hebreis/grecis atqꝫ latinis. Cau sa vero huiuscemodi erat: Jesus nazarenus/rex iudeoꝝ. Que in quadam assula scripta erat: ꝛ ap posita humano ingenio siue studio super caput eius amote paulisper: nō ꝙ caput ipsa continge ret. Qui titulus ideo causa diciꝛ: qꝛ ob hoc cru cifixus est/ quia sic eū iudei accusauerāt tanꝙ se facientē regem ipsoꝝ. Que causa cum perlecta foret a multis/ tā hora positionis ꝙ in modicis succedentibus horis: pontifices ꝛ pharisei gra tulabātur: nec moleste ferebāt de apposita cau sa/ sed de succincta scriptura: quā non humano studio/ sed diuino mysterio sic iusserat scribi pi latus: timētes futuꝝ opprobriū/ ne mūdo incla resceret ꝙ regē ꝓpriū crucifixissent: satagebant addi vt notior per additionē fieret causa dāna ti: nō ꝙ deleret que erat apposita. Nā sequitur
Joan.19. [Scripsit aūt titulū pilatus/ et posu it sup crucē. Erat autē scriptū: Jesus nazarenus rex iudeorū. Hunc ergo titulū multi legerūt iu deoꝝ: quia ꝓpe ciuitatem erat locus/ vbi crucifi xus erat iesus. Erat aūt scriptū hebraice/ grece ꝛ latine: Jesus nazarenus/ rex iudeoꝝ. Dicebāt ergo pilato pōtifices iudeoꝝ: Noli scribere rex iudeoꝝ: sed quia ipse dixit/ rex sum iudeorum.] Non scripsit ꝓpria manu pilatus titulū/ nec ap posuit: sed vsus est loquēdi vt quod subditi siue ministri pcepto maioris faciunt/ ipse qui pcipit facere videaꝛ. Ali⁹ appellauit tantūmodo titu lum: vigilantiori verbo marcus dixit/ scꝫ titul⁹ cause. Titulus a titane nomē accepit: vt lucesce re quod agebaꝛ aut dicebaꝛ/faceret: causa vero erat ob quā christus crucifixus erat. Causa vō suberat/ sed iniusta ꝛ omnis ex delatiōe falsa: nō tamē titulus ꝛ causa iudeos absterfit a crimine aut ab huiuscemōi morte ipsos reddidit immu nes. Sed nec erat causa quā pilatus inscpserat/ sed erat dei eterna volūtas: vt redimereꝛ homo qui ad tēporalia ꝯuersus/ ab eternis errauerat. Exaratus titulus erat: Jesus nazaren⁹ rex iude orum. Jesus: sic eīm prenūciatus fuit ab angelo:
Et vocabis nomen ei⁹ iesum. Et ex effectu com Lu.1.
petebat eidem: nomē quippe diciꝛ salutare: ipse dūtaxat est qui saluandos saluat. Nazaren⁹ ex terra qua nutrit⁹ est: ꝛ interpretatio vocabuli asse rit in parte quod est. Nā ab omni labe mūdus mūdansqꝫ purgādos: sanct⁹ sanctoꝝ omnē san ctificandū sua virtute sanctificans: vnct⁹ vncti one spūssancti eterna. Et pius fact⁹ est omnib⁹ pie consecrat⁹ ex toto diuinis: immo ipse diuin⁹ ꝛ deus ex patre/ homo ex matre: deitati ex omni bus cōsecrat⁹: vt nihil ad se/ sed ad patrē oīa retulit: ꝛ pro hūano genere se cōsecrauit in ara in qua per asperū sensum corporis perdidit sen sum. Virgultari⁹ est virgam cedenteꝫ populos
semp habens. Et virga directionis est virga re Ps.44.
gni eius: scindens mare seculi labentis hoibus iustis: ꝛ castigans pharaonicos dignissimis et horribilib⁹ plagis. Floridus est vernantissim⁹ flos ascendens de radice iesse in odorē cūctorū viuentiū: qui viā quā florens in mūdo mōstrauit sequi atqꝫ diligere nō abhorrēt. Hec siquidē eru ctuat interpretatio nazareni. Rex iudeoꝝ. Hoc ip se nō dixerat: sed in delatione falso sibi fuit ob iectū. Verūtamen rex verissimus erat omniū re gum/ dñs dominantiū: qui nemini pripuit iura regnādi: sed ab eterno in forma dei erat dñs vni uersi: nihilqꝫ sibi ademptū cū in forma fact⁹ est serui: sed amplius actū est vt habebat forma do minabilis: nūc etiā habeat muta forma seruilis
vt nec sit alius ꝛ aliud rex regū ꝛ dñs dominan Apoca.19.
tiū/ ꝙ ab eterno vnigenit⁹ dei fili⁹ in tpe homo factus. Tanꝙ in humanis prudēs pilatus ꝛ p cauens in futuris/ lingue triplicis elemēto titu lum fecit inscribi. Quod magis diuina inspira tiōe factū: velut caiphe ꝓphetiā. Nam lingua hebrea lingua originalis erat: ꝛ eo digna quo p ma: ꝛ in illa locut⁹ est christus: ꝛ mundū docuit que nesciebat. Que in diuisione gentiū per loqꝫ lam sola in populo ad dei cultū pertinēte remā sit. Greca vō propter scientiā ꝛ sapientiā greco rum sua dignitate pollebat. Nam greci sapien tiā querunt. Latina lingua sup omnes alias ro-

matuoꝝ imperio ꝛ dissertione ferebaꝶ. Unde ter
Jesus nazarenꝰ scriptū erat. Primo elementis
hebraicis: quia ipse de genere illo erat. Secūdo
grecis clemētis: ꝑpter eos grecos q̇ aderant vt
referrēt. Tertio elemētis latinis: vt excusaretur
apud cesarē siue senatū/si mors christi sibi obij-
cereꝶ ad crimen. Igiꝶ pilatus sup capuꝫ christi
premittebat excusationē. In his tribus linguis
apostolꝰ suas tantū scripsit eplas: vnā ad hebre
os: aliaꝫ ad romanos: duodecim ad grecos. Et
magis p̄sagio factū est/ꝙ in his tribꝰ linguis ie
sus appellatꝰ est rex: qm̄ omniū nationū ꝑfecto
est. Hunc titulū cū legissent iudei taꝫ hora qua
suppositus erat ꝙ deinceps: qm̄ prope ciuitatē
erat crucifixiōis locus/ad quē facilis erat egres
sus ꝛ regressus in ciuitatē: Et multi exierūt cau-
sa visendi pendētia corpora: qui ducta nō socia-
uerant: Et murmuratione in ꝑpl̄o iam deuolu-
ta: principes populorū adiere pilatū rogationi-
bus depcantes: ꝛ argutis sermonibꝰ suadētes:
vt aut deleret titulū aut supadderet: qꝛ ipse dixit
rex sum iudeoꝝ. Sed magna fuit pilati: nō ex se/
sed ex dei virtute cōstantia: vt nec deleret quod
scp̄serat: nec adderet quod iudeoꝝ prauitas sub
missa falsitate petebat. Iniusta ꝛ in falsitate fun
data petitio secū negationē portat: ꝙꝙ sepe q̇d
petit/obtineat. Et admiratione magna suspen-
dimur: ꝙ tandē pilatus non denegauit iudeis fi
eri christi mortē: ꝛ tñ nunc tituli denegat aboli
Joā. 19. tionem siue additionē/ dicēs: Quod scripsi
scripsi. Plus em̄ erat christū adiudicasse mor
ti: ꝙ tituli addere aut abolere scripturam. Sed
Mat. 2. nec ascolonita potuit delere hunc titulū ꝛ titu-
latū/cū audiret a magis: vbi est qui natꝰ est rex
iudeoꝝ? Et frustrato labore sudauit necās pue
ros/christū posse necare se credēs. Nec pilatus
christū delere potuit: ꝙuis sententiā mortis ex-
pauefactus aut male persuasus emiserit: qm̄ die
tertia resurrexit a mortuis. Sed nec presumpsit
amplꝰ sup impositū titulū: siue in parte cogno-
scens quod erat: aut nesciuſ contestans p̄sentia
ꝑphetizansq̄ futura. Ecce iesum statim mūdo
editum sequiꝶ titulus: nomē rem/famaq̄ virtu-
tes: Ubi est qui natꝰ est rex iudeoꝝ? Ecce mira-
cula facientē: regeꝫ vult eū turba preferre. Sup
subiugalia sedens cū hierosolymā ingrediꝶ/rex
israel a populo ꝑclamaꝶ. Ecce moriens rex iu-
deoꝝ impenitenter inscribiꝶ: vt etiā ex eo ꝙ ho-
mo vnitus deo/nascens/viuēs et moriēs credaꝶ
rex omnium seculoꝝ: et nihil sibi ex his que paſ
sus est fuisse de regia maiestate sublatū. Et ad-
denda erat in posterū scriptura tituli triūpha-
lis: nō eo sensu quo petebant pontifices iudeoꝝ
vt christo in delatione obiecta falsitas/ nūc lite
ris lingue triplicis scribereꝶ: sed veritate rei: vt
qui tūc scribebatur rex iudeorū/nūc sit penitus
Apoca. 19. omniū nationū. Quod ioānes ī suo femore scri
ptū alta ꝯtemplatiōe ꝯspexit. Et habet in vesti-
mento ꝛ in femore suo scriptū: rex regum ꝛ dn̄s
dominantiū. Nō eo iure quo magi clamauerūt:
vbi est qui natus est rex iudeoꝝ? quo pilatus in-
scripserat: nec rogatus amouit ac si penitus esset
eo iure rex est et dn̄s vniuersi: cū diuina non hu-
mana sint iura dominationis dn̄i saluatoris. Ac
per hoc nesciens siue gnarus pilatus quod scri-
pserat omnino firmauit: spiritusancto desuper
hominū acta librante: q̇ tam ꝑ ignorātes ꝙ sci
entes sua mysteria inter hoīes ꝛ in hoībus ope
raꝶ. Et acta minora niꝰ credenda fieri arguūt
sepe maiora. Nā si pilati decretū non potuerūt
mutare iudei: quō mutabūt ꝙ iesus nō sit filius
dei? Si hominū opera incōcussa firmantur: que
deus eternꝰ statuit quō mutabunꝶ? Conati sunt
iudei ne christus esset filius dei: conati sunt ꝛ ti
tulū quo rex ipsoꝝ dicebaꝶ auferre. Sed neutrū
potuerunt: quia vtrunq̄ fuit eterna ratione fir-
matū. Magna hominū peruersitas in hoc col-
ligitur: vt nocentes ex omni parte/iudicari atq̄
videri velint penitus innocentes. Criminosius
em̄ est velle iniquitatē regulis ꝛ floribus ornare
iusticie ꝙ delinquere impetu voluntatis. Et in-
satiabilitas reprobe mētis apte colligiꝶ: q̇ nomē
pessimū imponit illis etiā quos peremit. Morie
baꝶ in cruce christus volūtati traditus iudeorū
nec ipsi satiebantur/quin diffamare vellent per
titulū. Hi ꝟo colliguntꝶ ex his qui titulum hūc
impugnabāt ꝛ causam: qui christo dei filio eter
nam nō tribuunt potestatē ꝛ generationē a pa-
tre: aut qui filium dei credūt tempore minoratū
aut in humana cōuersum: Necnon ꝛ illi qui as-
sumptum hominē non credunt eterna ꝛ diuina
maiestate seu potestate potiri: nec dei filium cre
dunt factum hominē seu hominē deum/omniū
regum regē: designantur ꝛ illi qui om̄ia nō pla
cita dicunt iniusta: etiā si iusticia irreprehēsibi
lis ex toto resplendeat. Huius vero pagani seu
gentilis hominis firmitas/subsequoꝝ christi ar
guit firmitatem: vt nullis intercessionibus aut
querelis permutetur quod noscitur vera ratio-
ne sanxitum. Plus em̄ est veritas appendenda
ꝙ om̄is querulatio aut applausio plebeioꝝ/ seu
terror aut promissio regum ꝛ quorumcūq̄ prin-
cipum terrenorū. Etenim veritas ab his/sed hi
a veritate non liberant. Replicatio quidē simi-
lis verbi quā edidit respōdendo pilatus/consy-
derationibus animū tangit. Nam quid sonare
videtur: quod scripsi scripsi? Uerba decisa sunt:
sed supplenda ꝑ intentione dicētis: Quod scri
psi sic scripsi/vt ſm presidentiā nostram muta-
re non liceat. Decet em̄ presidem ita preuidere
quod dictat: ne cogatur ex imperitia retractare
quod dixerit. More presidentis quia sic erat/lo
quebatur pilatus: ꝛ tanꝙ homo p̄doctus ꝛ pro
uidus in agendis: vt quia preses/mutare nō de-
bebat: ne plebs de ipso propter inconstantiam
ridiculum faceret. Et preintendebat prouiden-
tiam seruādo constantiā/non permutare titulū:
tanꝙ male prouisum/ sed velut in aula pruden-
tie p̄ornatū. Unde quod scripsi in tabula/prius
scripsi in prudentia. Quod scripsi literis/prius
scripsi in iudicio rationis. Hec replicatio affir-
mationē et impenitentiā penitꝰ habet: vt quod

scripsi/nõ penitet me quia scripsi. Nec sm istã
euidentiorem verborũ consonantiã atq3 sentẽ-
tiam factus est vt diceret: Quod scripsi confir
mo/ratifico/approbo/ aut remouere nolo: sed
ait: Quod scripsi scripsi. Mos antiqu9 est: qui
fere apud omnes inoleuit ex vsu: vt cũ aliquid
queritur aliter dici aut fieri/aut ex toto dirimi
quod dictum fuerit siue preactum: ꝙ ab iratis
animis/et ab his qui sm iusticie regulas omnia
dixisse aut fecisse se credunt: ita respõdet: quod
dixi dixi: feci quod feci: vt ex abundantia irati
animi aut rationem se habere credentis/ita ver
ba cõgeminet. Quod autem horũ fuerit in Pi
lato/nõ est nostrũ disserere: sed tñ eius lauda-
re constantiã: vt quod scripsi/quia verũ est ideo
scripsi. Processit forte geminatum verbum ex
animo indignato aduersus subdolam improbi
tatem: vt quod scripsi scripsi. Quid ad vos per-
tinet vltra querere? Compleui vestra vota: pen
det in cruce vester exosus. Si male peregi/ego
iudicabor a cesare. Si malũ est quod scripsi/q2
scripsi: ego subiacebo/nõ vos obnoxius vltio-
ni. Quid ad vos qd preses hierosolymitanus
a cesare missus in hac parte decernat? Vestrũ
est audire atq3 videre: meum vero est decerne-
re causas et titulos damnatorũ. Hoc vero qui
legit/ intelligat: ꝙ siue littera totum proferat
siue indigeat supplemento: ꝙ sensus magis cõ
sentaneus veritati et diuine volũtati eliciatur:
Qꝫ in sacra scriptura per hominẽ dicta vel fa-
cta referant. Nã in his que dicta et facta i scri
pturis sacris ab hominib9 referunt: i plerisq3
maxime reprobatis alia sepe fuit intẽtio agen-
tis siue dicetis: alia puidentia dei desuper iuste
oĩa decernẽtis. Declaramus autem ꝙ p ve-
ritate historie tendebant in eũ omnes crudeli
ministerio: ⁊ vacabãt derisionib9 impie p pie-
Mat.27. tate pendentis. A sexta vero hora facte
Mar.15. sunt tenebre vsq3 in horã nonã: vt ti-
Lu.23 mẽtes oẽs fere absterrerent: nec lux pstabat cõ
ferẽs ad lecturã. A nona vero cũ fugatis tene-
bris lux adesset/hec cõcertatio facta est. Deco-
ratis aũt patibulis corpib9 damnato2/⁊ causa
posita sup christũ: milites pilati ad vestimenta
volẽtis et pauperis diuidẽda se 9uertũt. Et pri
mo pallium suũ scindunt in quatuor partes: et
accipientes tunicam qua sub pallio vtebatur:
quam omnino inconsutilem et integrã in nullo
diuisam/et omni diuisioni cognoscẽtes ineptã:
velut rem pulchram in toto/ et competẽtibus
vsib9 aptã: turpẽ vero i ptib9 scissis aptis vsib9
nõ tendendã: illam penit9 diuidere sunt veriti:
eam taliter disponẽtes/vt eius esset cui sors de
super ab eis missa concederet. Quod euangeli
Jo.19 sta sic refert: [Milites ergo cum cruci-
fixissent eum: acceperunt vestimenta ei9: et
fecerũt quatuor partes/ vnicuiq3 militi partẽ/
et tunicam. Erat autẽ tunica inconsutilis/ desu
per contexta per totũ. Dixerũt ergo ad inuicẽ:
Nõ scindamus eã: sed sortiamur de ille cui9 sit.
Vt scriptura impleat dicẽs: Partiti sũt vesti-
menta me: et in vestẽ meam miserũt sortem. Et
milites quidem hoc fecerũt.] Crucifixis trib9/
milites accipiũt vestimenta. Sed de vestimen-
tis Christi/nõ de vestimentis latronũ euange-
lista cõmemorat cũ dicit: Acceperũt vestimen-
ta eius/scilicet Christi: cuius erat propositum
recitare mysteriũ. Et fecerunt quattuor partes
nõ ꝙ Christus tot tunicas ipse habuit: sicut lit
tera sonare videtur: ꝙ vnusquisq3 haberet par
tem et vnicã tunicã. Nam sequeret ꝙ sex vesti-
menta habuisset: vt saltẽ vnũ fuisset diuisum in
quatuor partes: et tunica vna p quolibet: ⁊ tu-
nica incõsutilis/de qua euangelista expresse lo-
quit: quod nefas est referre/nedũ p veritate fir
mare. Sed sic habet pius et catholicus intelle
ctus: Acceperũt vestimẽta eius: et fecerũt q̃tu-
or partes: de pallio scilicet/quod desuper pha-
risaico more ferebat. Et vnicuiq3 militi mutuo
more diuidendi se inuicem ipsi dederunt partẽ
scilicet quartam diuisionis iure competentẽ: ⁊
tunicam inconsutilẽ/illi dõtarat cui prouenit ex
sorte. Propterea euangelista de illa seriosi9 ait:
Erat aũt tunica inconsutilis: scilicet illa q̃ vni
militũ ex sorte prouenit. Inconsutilis que non
ex panno inciso aut diuiso in partibus cõsuen-
dis integrantibus tunicã facta est: sed indiui-
sa artificiali ope in sua integritate surrexit: quã
forte pia mater eius spũsancto pdocta/ in my-
sterium fecerat futu/ orũ. Non eñ vacabat ma-
gno mysterio: cui nõ legimus in omnis volu-
minibus simile vestimentũ: que diuisa oĩm cõ-
moditate carebat: integra vo manẽs ad quod
erat facta seruabat/sc3 vtile tunicale. Quod au
tem dicitur/desuper contexta per totum: aliqua
erant supposita in decorem vestis: atq3 vt esset
in seipsa tenacior: super quam prudenti consi-
lio atq3 concordia milites assistunt ad mysteri-
um eis incognitũ presignatũ dicẽtes: Si diui-
dit/nulla vtilitas in cõmuni: appropriate vero
nulla: nã modica manebit i partibus: vno filo
cõtinuato et reticulato tota protrahit. Resolu
ta in partes/⁊ partes in particulas resoluẽtur
More aliarũ vestiũ videmus nõ esse pstructã.
Et subtiliter et circũquaq3 inspecta: nõ inueni-
entes vnde diuisionis cultellus apponeret/di-
xerunt: Nõ scindamus eã: neq3 violenta manu
aliquis nostrũ illã sibi vendicare psumat. Nec
cõtendamus in veste/qui sumus in istius mor-
te cõcordes: sed sortiamur de illa cuius sit: di-
uidi nõ potest: cõmunis esse potest: laboribus
nostris et militie nostre ista debet: nostro do-
minio vendicam9 illam: sed cõmune dominiũ
redigat ad pprium: ⁊ quod est omniũ fit vnius
tamen in manum arbitri nõ tradamus: neq3 su-
per negocia nostra constituamus quempiã iu
dicem: sed dominus vestis huius constituat p
sortem. Dixerunt ergo ad inuicẽ: Non scinda-
mus eam/sed sortiamur de illa cuius sit. Nam
sententia Salomonis est: Contradictionẽ cõ- Prouer.18
primit sors: et inter potentes quoq3 diiudicat.
Quod ⁊ factũ ẽ vt scriptura impleret. Nec cre-

damus scripturã d aũdicã hui⁹ partitionis at
q3 sectionis causaz fuisse: vt ideo vestimẽta chri
sti diuidant atq3 distribuant p sortem / q2 sic scri
ptura predixit: sed q2 sic futurũ erat / dauid pro-
phetarũ eximius prophetauit. Horũ vestimen
torũ dispartitio / magnũ flumen eruditionũ ef-
fundit. Modica vestimenta Christi nobis pau
pertatẽ insinuãt: ⁊ corporis inculti ostendit in
diciũ: vt etiaz diuiso pallio / tunica distributa p
sortẽ: vt nec aurea seu argentea zona / neq3 cru-
mene plene pendẽtes / nec calciamẽta in ista di
uisione fuerunt: vt sciat dei filius nõ quesiuisse
talia super terrã: exceptis quib⁹ se factũ homi-
nẽ ostẽdere oportebat: nec cõdidisse more ho-
minũ testamentũ temporaliũ rerũ / sed virtutũ:
super quibus nõ filios aut fratres carnis / siue
quosq3 ppinquos: sed tm̃ suos subsequos mũ-
do mortuos reliquit heredes. Nec sibi cure fu
it diffinire de materialibus rebus: vt sciat q̃li-
ter ex hoc mũdo transire debeat legitim⁹ chri-
stianus. Nihil om̃ino christũ sibi appropriasse
se cognouimus super terram. De celo em̃ vene
rat: et deus verus erat / ⁊ ad celestia et ad seipsũ
hominẽ assumpsit quem gestabat. Fuisset qp-
pe ad dedecus deitatis atq3 assumpti hominis
si Christus temporalia que 9 captasset. O eius
rediit ad alpha eius: vt qualiter pauper natus /
sic et mortuus est. Nudus rebus ⁊ volũtate ha
bendi ingressus est: sic ingressus et sic egressus
est. Vestes filij dei assumpta humanitas est.
Quatuor partes facte sunt quatuor militibus
distribute. Etem̃ in quatuor mundi partes hu-
manitas Christi per fidem distributa est: et nõ
omnibus ipsa / sed dumtaxat qui militauerunt
in militia noui regis. Tegebant christũ vesti-
mẽta: sed expoliatus est: vt eius om̃ino nobis
sint patefacta mysteria / ⁊ amor quo nos ab eter
no dilexerat. Diuisa sunt vt nũq̃ in velamentũ
vltra ꝯueniãt. Nã neq3 vlterius cooperiẽd⁹ est
christus / sed pampli⁹ in gloria reuelãdus. No-
uimus ex fide om̃ia opa et mysteria ei⁹ / mores
atq3 doctrinã. Et tot⁹ patefact⁹ in aere expira-
uit. Vestimẽta Christi scripture sũt veteris te-
stamẽti t noui: q̃ bis quadrifarie diuiduntur: in le
gẽ / historiã / doctrinã simpliciter docentẽ / et pro
phetiam. Ad legẽ moysi tẽpus. Ad historiã / io
sue / iudicũ et regũ. Ad doctrinã / codices Salo
monis. Ad ppletiã / oẽs prophete. In nouo au
tẽ testamẽto ⁊ huiuscemodi diuisio repit. Ad le
gẽ / euangeliũ: ad historiam act⁹ apostolorũ. Ad
doctrinã epistole pauli atq3 canonice. Ad pro-
phetiã Apocalypsis ioannis. Harũ ptiũ vnus-
quisq3 pro suo captu partẽ accepit: v t etiã ma-
gis in vna q̃ in alia quisq3 reperiat edoct⁹. Et
etiã p tpe ista nouim⁹ esse diuisa: fm q hoies su
is tpibus dño celi strenue aut tepide militarũt.
Aliter aũt scripture vtriusq3 testamẽti diuidun-
tur q̃tũ ad sensus quib⁹ ipse disserte tractãtur:
in sensũ historicũ / allegoricũ / anagogicũ ⁊ mo-
ralẽ. Et velut vestimẽta corp⁹ / sic ista obtegũt
christũ: a quibus cũ exuit / typice disuelat. Ite
rũ nõ obtegit cuz scinduntur: vt vnusquisq3 pro
sua capacitate intelligat / diuiduntur: et iuxta illã
christus dei fili⁹ intelligat. Q̃m aũt in om̃i ope
figuratus ẽ christ⁹ / ⁊ obuolut⁹ mysterijs: tẽpus
mũdi originalis partem vestimentorũ habuit:
Tẽpus indistincti mũdi suã sibi retinuit. Tem
pus distinctionis tã circũcisionis q̃ legis / suã
fortiter apprehendit. Tempus gratie suã ple-
nam accipiendo possedit. In omnibus his mi
litia quedam peragitur: vt suo modo certaue-
rint atq3 decertent / qui deo eterno viuo et vero
in suis moribus militauerunt: et vsq3 in finem
seculi militaturi sunt. Nam Job dicente: Mi Job.7
litia est vita hominis super terrã. Magis au-
tẽ dixerim / q deo seruiẽs semp fortiter militat
sup terrã. Nã si milites q̃ vestimenta christi re
duxerũt in spolia / nõdũ crediderunt: defertur
tamẽ in his significationib⁹ ordini militie: etiã
si iniquitas repugnet persone: nã aliud est per-
sona hois: aliud est status vel ordo qui ad perso
nam accedit. Ac bon⁹ ordo bonũ significatũ in-
sinuat: etiã si persona ordinẽ habẽs criminosa
pmaneat: non em̃ ex iniqtate psone curat ordo
mysterij: q̃q̃ magis ordo refulgeat bonitate p-
sone: nec quicq̃ pio ⁊ sano sensu existimare re-
pugnat: quoniã mũdi partes oriẽs et occidẽs /
auster et aquilo: a quib⁹ regni filij sunt venturi
ad quas bona christi gratie / similiter et glorie
peruenerunt. Vestimẽta em̃ Christi bona sunt
vtriusq3 vite. Tunica vero incõsutilis q̃ diuidi
non potuit / nostre fidei arguit vnitatẽ: Vnitas
aũt omnino indiuisibilis est: necnõ ⁊ significat
charitatẽ / q̃ diuisionẽ omnino nõ recipit. Vni-
tas siquidem nostre fidei scindi nequit. Potest
nempe homo a fide rescindi: sed fides non po-
test vllo mõ perscindi. Nõ est fides et fides: nec
q̃uis ex ipsa multa credam⁹ / ipsa diuidit. Vni-
ca est i vnico deo / et i vnica ecclesia orthodoxa:
Vna etiã ptim⁹ charitas ẽ: q̃uis multi ab ipsa
pgrediant effectus. Nam si a fide et a charita
te vna effectus multi procedũt: neutra tamẽ di
uidit: velut solis radij / qui numerositate ab ipso
refulgent: seruãt tamen in origine vnitatẽ: non
em̃ sol diuiditur / etiam si radij. Vnũ est corpus
luminis / etiã si multiplicentur radij lucis. Hec
tunica fides videlicet est Christi: sed multis / nõ
omnib⁹ prouenit in sorte. Apl's nãq3 dicit: Nõ 2.Thes.3.
omniũ est fides. Similiter ⁊ charitas / que chri
sti est potestate donandi: multis / nõ omnibus
prouenit in sorte. Vtraq3 tamẽ desup est cõte-
xta per totũ. Hanc contexturã merito appella
uerim martyrum et ecclesie passiones: et cũcta
opera q̃ fidei et charitatis ꝯstituũt pulchritu-
dinẽ: astruũt firmitatem. Auget profecto disser
tionis difficultatẽ: q nõ probitate militis / non
iudicio arbitrantis / nõ autoritate desup decer
nentis / non alio federe: sed solũ sorte prouenit
in sortẽ: ignorante autẽ cõtigitionẽ sortis / vtrũ
deberet accipere qui accepit. Titubant em̃ om
nes sortem mittentes / si de quo agit cui pueni-
at. Et vnusquisq3 appetit q sibi / non socijs

sors temperata concedat: et amor tunc dirigitur ad seipsum: nec refertur ad primū. Et vno accipiēte frustrat̄ conditio ceterorū: quod de si de charitate illasqꝫ nolentibus tam nefas est dicere ꝙ etiaʒ firmiter cogitare. Sed hec omnia dubia remouentur si Apostoli sententiam huic actioni penitus coniungamus. Porro inquit: Omnes quideʒ currunt sed vnus accipit
1.Co.9 brauiū. Omnes currunt vnus accipit: frustrati sunt ceteri: quorū vnusquisqꝫ ea intētione currebat vt posset accipere. Multi sup vno quesito sortes mittunt: vni sors signata puenit. Accipit ille gaudens: reliqui a desyderio defraudantur. Absonū esset a fide catholica ꝙ gratiā siue gloriam sic vnus accipiat: et omnis alia contio sit inanis. Sed vnitas accipiētis nō personę sed electorū omniū prestruit vnitatē: similiter ꝛ vnus qui accipit ex sorte. Aliter incassū ad gratiam et gloriā niteremur si vnus acciperet in priuatione cunctorū. Proinde omniū electorum vnitas signatur in eo qui accepit ex cursu velociori: et in eo milite q̄ tunicā habuit ex sorte tangente. Nec more humano sors in gratia siue gloria est pensanda: sed sors in his est diuina dispositio: qua occultis modis nouit his quos suos esse pscivit cōferre gratiarū pmia meritorū. Quod vero currentes aut sortē mittētes titubant affectāt: ꝛ cui votū succedat ignorant: ad id refert̄ quod in Apocalypsi dicitur:
Apoca.2. Uincēti dabo manna abscōditū: ꝛ dabo illi calculū candidū ꝛ in calculo nomē nouū scriptū: quod nemo scit nisi q̄ accipit: et nemo scit vtrū sit dignus odio vel amore. Unde quis dubitemus speremus vitam eternā. Ignoramus tamen vtrū debeamus accipere: cū solū quis accipit certus erit. Illudebatur ab omnib9 Christo in cruce pendenti: ꝛ vere omnis vilitas sibi obijciebat̄ in faciē: nā [pretereūntes blasphemabāt eū: mouentes capita sua
Mat.27. et dicentes: Uah qui destruis templū dei: ꝛ in triduo reedificas: salua temetipm: si fil9 dei es descēde de cruce.] Nec mirū si pretereūtes blasphemabāt: quia nō subsistūt vt agnoscāt inuisibilē veritatē. Legūt plures discursu cordis oculorū ꝛ lingue: sed nō figunt animū vt quod latet in scripturis intelligāt. Pretereuntes occulta bona ptereunt: nō assistunt orationibus ꝛ virtutibus corā deo vt eis fontē veritatis ꝛ intellectū mentis aperiat. Pretereūtes eīn sunt Pretereunt iudei: nec in scripturis subsisterūt
Ioh.5 vt christuʒ possent inuenire: remiserat eīn christus iudeos ad scripturas vt in ipsis subsistendo nō pretereūdo scrutarent̄: quoniā ipse testimoniū phibebant de Christo. Sed pteribant. Nūc vero pretereunt illū quē crucifixerunt: vt nec cōmunicare velint passionibus eius aut participes fieri redemptionis eius: sed mouēt caput velut paralytici atqꝫ phrenetici: quibus dissolutio est in membris et obnubilatū est iudiciū rationis. Motus capitis leuitatē animi signat in corpore: in infirmis vero noxiā passionē. Mouerunt atqꝫ mouebant caput ante preciū pendēs omnes qui in fide nutant: ꝛ seipsos in sensibus amant. Abhorrent horridas et salutiferas passiones: et amore pretereunt Christū preeuntes ad pretereuntia preter christuʒ. Sed qui pretereunt crucē ꝛ mortē eius nō preteribunt iudiciū eius. Et arguendo improperabant: Uah qui destruis templū dei ꝛ in triduo reedificas. Si hoc poteras: quare teipm nō saluas? Filij hoim te posuerūt i cruce: si tu filius dei es: ostēde te sup homies descēde de cruce. Nō eīn dicebant credentes sed blasphemantes: et corde et similiter sermonibus deridētes. Nō curabat Christus improperia: nec mouebatur animus eius vt p ostentationē quippiaʒ faceret: vt nec tā validus occultā potentiā vellet demonstrare desursum. Nec hominū violētia crucifixus erat: quoniā sua puit omino voluntas: vnde nec se suggestione deridentiū hominum defigebāt. Nō credūt sensualitatis pprie amatores ꝙ sponte qs velit sensu torqueri: sed quisqꝫ p posse sensui aduersa deuitet. Quo decepti christū purū hoiem estimātes etiā tormēta si posset declinare volentē. Quāobrē qui psuadēt crucis descensū ppter asperum sensum: similes sunt diabolo qui similia diabolo dicūt hoc eīn diabolus christo dixerat i deserto: Si
filius dei es dic vt lapides isti panes fiāt. Et de pinnaculo templi: mitte te deorsum. Ubiqꝫ tētatio: sed improperiū nō in prima: sed hic tentatio cui omnis associata est derisio. [Similiter et principes sacerdotū illudētes cū scribis ꝛ senioribus dixerūt: Alios saluos fecit: seipsum nō potest saluū facere. Si rex israel est descēdat nūc de cruce ꝛ credim9 ei.] Illusi a diabolo illudere hominib9 satagūt. Qui iustis illudit mēte deceptus est ꝛ lethargiā patitur. Agitatur a diabolo aut a demētia qui cōstituto in pena illudit. Nedum iusto et iniuste patienti sed etiā si deliquit satis est ad omne tormentū ꝙ iuste vel iniuste homo vita priuetur. Principes sacerdotū magne se vilitati cōmiserant ꝙ illudebant homini proxime morituro. Absonat a dignitate fulgētibus illudere pena damnatis. Et maior seuitia vlciscētis inimici esse conuicit̄ cum improperat vel illudit pscripto per iudicem ꝙ seuam inferre suo emulo vltionem. Et dicebant: Alios saluos fecit: seipm nō potest saluū facere. Poterat seipm saluū facere q̄ alios fecerat: sed ppterea patiebat̄ hāc corporis calamitatē vt nos sua pceptione saluaret. Sed nō credebāt saluādi adesse virtutē ei q̄ semetipsū in pena dereliquerat. Descensū petebant crucis in argumentū potentie siue virtutis: ꝛ falso spondebant credulitatem si de cruce prosiliisset: nam altioris fuit virtutis atqꝫ potētie ꝙ mortuus ꝛ sepultus resurrexit a mortuis ꝛ nō crediderunt ei. Quod regē israel nominauerūt ad exaggerationē ē iniurie: p eo ꝙ turba sibi hierusalē ingredienti rex israel acclamauerat. Sed hec illusio iustā meruit suo tēpore vl-

Margin notes (right column): Mat.4. — Mat.27. Marc.15. Lu.23 — Mat.27. Mar.15.

4. Reg. 2. tionē: more puerorum / qui Heliseo prophete contu
maci animo et aspero illuserūt: nā ilico duo vr
si de saltu ppinqui egressi / laceraverūt quadra
gintaduos ex eis. Quid vero hierosolyme ciui
tati ad vltionē puenerit a romanis principib9
adhuc historia explicat: et lingua hoim narrat.
Mat. 27. Addebāt aūt: Cōfidit ī deo: liberet nūc
Psal. 36. eū si vult. Erat fides iudeorū / q deus nō dere
linqt sanctos suos. Quāobrē ipsi dicebant: Si
sanct9 est: ergo cōfidit in domino: nō eni est san
Psal. 144. ctus absq cōfidentia eius. Deus vero ppicius
est omnib9 qui inuocant illū in veritate. Proin
de: Aut iste sanctus nō est / et nō confidit in do
mino: aut forte cōfidit: sed quia sanctus nō est /
nō liberat eum deus. A deitate ad regē israel / a
dignitate regia in cōmunem et vulgarē homi
nem descenderunt: vt experimēto derelinquen
de crucis / si qd et quantū apud deū valeret / cog
noscerent. Predictū ante fuerat: si filius dei / si
rex israel est / descēdat de cruce: nūc vero si in do
mino cōfidit / ex virtute cōfidit: liberet eum nūc
deus. Si eni eius est sanctus: et si sup eū volun
tas inclinatur ipsius: vt comphēdere possent /
q magna in cōspectu dei sue virtutis esset auto
ritas. Nō respōdet ex facto aduersis et curiosis
hoim votis / qui diuina sectat et satagit adim
plere mandata. Et ppe modū irremediabiliter
deprauati / deitati conabātur inferre derisionē
aut nō credendo diuine generatiōis mysteriū /
Mat. 27. cū dicebāt: Dixit eni quia filius dei sū.
Mar. 15. Si dixit / verū dixit: quod omnino subterfugit in
Lu. 23 deorū mentes / eternā generationē in deo. Nec
potuerūt cōprehendere in deitate distinctionē
aliquā psonarū: et timētes pluralitatē deorū / p
pter vnitatē quā verissime asserūt: creatoris tri
nitatē in diuinis omnimode negauerūt: illis dū
taxat exceptis / qui hoc credere occultis meri
tis a domino susceperūt. Nam si eternā genera
tionē ī diuinis altitudine fidei conspexissent: fa
cile fuisset aduertere q fili9 hoiem induisset: et
descēdisset in inferiores ptes terre. Sed ad pri
mū clausus oculus fidei / in secūdū penitus nō
aspexit. Ac p hoc quod dicit: dixit eni q fili9 dei
sum: neq principes sacerdotū atq iudei ceteri
credebant hoc fieri aliqn possibile. Sed neq
hūc ex hoc credebāt filiū dei: vt eorum iudicio
merito hec et peiora pateret: velut q diuina psū
psit et impossibilia fieri possibilia suo verbo mō
Lu. 23 strauit: si dixit: filius dei sū. [Illudebāt au
tē ei et milites: et accedētes acetū illi offerē
tes dicebāt: Si tu es rex iudeorū / saluū te fac.]
Hec illusio militū nō ex odio / sed ex vsu malorum
satellitū pcedebat: quorū cōsuetudo est insulta
re damnatis. Verius aūt arbitramur illā pces
sisse de cōplacētia iudeorum: vt qm illi deride
bant / isti eis malo placito volebāt esse cōsimi
les. Multā ministrauit mūdo pniciē: et iniqui
tatē plurimā germinauit: in malis velle place
re malis: siue late aut tenuiter habere pricipiū
Mat. 27. cū iniquis. [Idipsū aūt et latrones qui
crucifixi erant cū eo improperabāt.] De duo

bus dicit quodā more loquēdi / quod solū vn9 ef
fecit: quod ali9 euāgelista clare disserit dicēs:
[Unus aūt ex his qui pendebāt cū eo la Lu. 23
tronib9 / blasphemauit eū dicēs: Si tu es chri
stus / salua teipsum et nos.] Vide blasphemie q
si a multis neglectā speciem / ponere sub dubio
quod est certū. Blasphemia est dicere cuiq / si
tu es: quod ille in veritate est. In regem certum
populi esset damnata blasphemia dicere: si tu
es rex. Et sapientē expertū vocare cūctāter / de
rogationis est actus. Omne dubiū de qualita
te bona certissime inherente / blasphemiā irro
gat in habēte. Forte obijceret: Aderat ignorā
tia: deficiebat sana credulitas. Sed hec peram
pli9 blasphemiā faciūt: cū ignorat quod venire
ī noticiā debuit: aut cū nō credit quod creden
dū veritas ipsa definiuit. Velle inclinare ad in
decentia quempiā: iustū ad iniquitatē / constan
tē in bonis operib9 virū ad fragilitatē velle de
flectere: aut positū in alta sede virtutum ad ima
seu aduersa velle detrahere / blasphemie crimē
apposuit. Sed q constās in animi virtute cōsi
stit / nihilopendit verba blasphemantiū: et sibi
cognit9 / alijs incognitū fieri paruipendit. Hu
iuscemodi blasphemia iaculabat in christū: cū
dubitanter et exprobratiue diceretur: Si tu es
christus / salua temetipsū et nos. Quid si cōditio
nalis et dubitatiua est ista locutio? Sed omni re
moto dubio christus erat: et in seipso salu9 erat:
cui nō dominabat pena vel dolor / quos ipse p
pria volūtate susceperat. Sed latrones nec mēte
nec corpe salui erāt. Mente nō: erāt eni in vm
bra incredulitatis inclusi. Et ab ipso saluato
re didicimus: Qui crediderit / salu9 erit: q vero Mar. 16.
nō crediderit / condēnabit. Nec corpe salui erāt
q ppter demerita reipublice / decernente iusti
cia configebant in penis. Et salutē corpis ille
miser gliscebat: nesciēs quanta posset eterna sa
lute donari: et ex corporis pena mereri / innocē
ti et dei filio in patibulo sociatus: si a lumine si
dei nō fuisset auersus: et cui collega in culpa / in
pena compar / in fidei virtute mānsisset consimi
lis. Quod alter latro dextralis cognouit: et tu
tor in penis factus est christi: male cōsciētie rea
tu compūctus / se iuste mereri clamabat: et noui
ter renatus in fide / cōtra collateralē socium au
daci verbo insiluit: pie christi domini partē ra
tus: ad quod sequitur: [Respondens au Lu. 23
tem alter / increpabat illum dicens:
Neq tu times deū / qui in eadē damnatione es.
Et nos quidē iuste: nā digna factis recipim9:
hic vero nihil mali fecit.] Velut inter duos po
pulos cōstitut9 / audit christ9 elatū et semetipsum cē
culpabilē ignorantē: et nolentē ex iusticia pati q
meruit: et cupientē libertatē psperā in terrenis
et omnino infidū de diuinis / christumq blasphe
mijs lacessentē: alterū vero humiliatū et sibi cō
sciū male vite: pro qua iuste se plecti publice fa
tebat: et increpabat in culpa et pena cōsiliēz / sed
iā factū dissimilē in virtute. Hic etiā alter ni
hil iā exigebat ampli9 sup terrā / sed regna sup

na mente atq3 voce captabat. Hi profecto sunt
iudeorū populus atq3 nationū. Nam iudeorū3
populus latronis auersi/conuersiq3 gentiū po-
pulus typum tenet. Nam adhuc iudeorū popu
lus Christum lacessit in virtis: et blasphemias
irrogat: & sententialiter verbis latronis vtitur
exprobrantis. Sed conuersus populus natio-
nū/ꝓpter idolatriā iuste se damnari cognouit:
et infusa luce aspexit in Christū/credens super
omnes homines innocentē: deū verum de deo
vero/ hominē factū/inter homines conuersan
tem. Sed libet huius latronis per singula sua
dicta discutere: atq3 quantū fas est/ meritū dis-
serere: quo preuētus/iam in vltimis constitutꝰ:
increpabat sane consciū in culpa/similiter & in
pena: quo iam fide factus superior/et seipso in-
uisibiliter maior: & ligno corꝑe pendēs/ i ligno
fidei mente pendebat: & corporaliū penarū ob-
litus/diuino feruefactus amore: corā iudice in
ter mediū dependēte/sodalem arguere/ ac etiā
instruere nō veretur/dicēs: Neq3 tu times deū
qui in eadē damnatione es? Non times deum/
quem vnitū carni deum esse nō credis? Non ti
mes deū/quem hesitas id esse quod est? Non ti-
mes deū/qui oppugnas hominē innocentem:
qui blasphemias irrogas? Nō times deū/iam
morti vicinus: cui omnis spes est adempta viuē
di: q̄ verbis blasphemis mala ꝑficis: cū3 ligno
affixus/opere iā nō possis? Nō times deū/qui
in eadē damnatioe mecū3 qui timeo/es: aut in
eadem damnatione penarū corporaliū cū deo
es: qui corꝑe assumpto inter nos pendēs pro-
pria patitur volūtate. Nos quidē iuste scilicet
patimur: quia vnde cōmisimꝰ a iusticia/inde ꝑ-
soluimus penas. Ad consyderationē male acte
vite remittebat isteꝯ sortiū: vt reuocaret ad me-
moriā mala que fecerant: vt dignā malefactis
assereret penā/quā ligno affixi ferebāt. Imme
mor nāq3 peractorū scelerū/omnē penā asserit
indecentē: et iniuste inferri dicit omne tormen
tū. Proinde latro iste subiecit: Nam digna fa
ctis recipimus. Digna sunt tormenta hominū
malefactis: et irreprehensibiliter male viuenti
decens est extrema calamitas. Dicā seuerius/
imo verius: Magis dignū ꝑfecto dinoscit̄ diu
tiue detineri/aut cito finiri reū supplicio: q̄ vi-
uere i pctō: & pena multari/q̄ i culpa letari. Nē
pe in vniuersi pulchritudie plꝰ clarescit. Dictat
irrefragabilit̄ vera iusticia/ vt penā culpa inue
niat. Sed quia nō culpā positione carentē/ vt
oīno torq̄at delinq̄ntē: nouerat latro iste ordi-
nē diuie iusticie: q̄ malū aliquod iniustū eē nō pa-
tit̄ ad quā afficiebat̄ amore/q̄uis corꝑe torq̄ret̄
Et licet abhorreret sensus exterior: interior vo
iusticiā q̄ ꝯficiebat̄/amabat. Et q̄si oblitꝰ pena
rū/verbis punientē iusticiā extollebat. Propri
um eīn est vera ratione vtentiū/ꝑamplius vero
hominū electorū: diligere atq3 laudare iusticiā
etiam si ex illius decreto asperrime torqueant̄.
Nam ipse naturalis ordo iusticie/interlucens
rationibus hominū/ dictat crimina sine pena

nō esse: que inuisibiliter semper est presto: q̄uis
interdum visibiliter differat̄. In magnis cog-
nitionibus hic tortꝰ homo ferebatur/qui se iu
ste digneq3 pati profitebatur. Magna pars est
venie apud deū/hoc agnoscere similiter et fa-
teri. Attollebatur sublimius homo iste/cū chri
stum agnouit innocentē: quem iudex ad mortē
publice condemnauerat. Quoniā difficillimū
est credere aut dicere sine culpa: quē iudex ordi
narius ad aliquam penam damnat vt reū: seu
cum assertione testiū aut acclamationibus po
pulorū: nam si nō testibus/attamē clamoribus
totius populi damnatus est Christus. Et que3
totus populus postulauerat validis vocibus
crucifigi/latro iste dicit: Hic vero nihil mali fe
cit. Unde hic latro agnouit q̄ nihil mali fecit
cū quo nō fuerat conuersatus: quem ante forte
nō nouerat: qui nec ad doctrinā aut ad seque-
lā christi accesserat: sed studuerat operationibus
latronū/ vnde iuste patiebat̄ exitium? Qua sibi
hec irrepsit noticia q̄ christꝰ nihil mali fecerat?
Quid? Quia certe nec scire poterat/ quoniā de
us erat. Unde ꝯspexit q̄ Christus nihil mali fe
cit? Inquā pie: si forte digne christus dñs illu-
xit ei. Nō eīn aliunde accepit q̄ ab eo quem as-
serebat moriens innocentē: et ꝑfusus fidei pie-
tate dicebat ad iesum: [Memēto mei dñe cū vene Lu. 23
ris i regnū tuū.] Uide q̄ alte ingreditur latro
pēdens: vt aliud credat in regnū ꝑterq̄ morta-
le caducū: & velit illiꝰ esse regnicola/ qui ab isto
serra mortis secabatur. Et mysteriū profiteba
tur in Christo eternū atq3 diuinum: q̄ ipse ex
carne temporaliter crederet moriturū. Et hoc
siquidē totum profitebatur ex petitione quā fa
ciebat ad regnum: ad quod per pontem mortis
Christum transire videbat. Totus hic conuer-
titur ad Christū: & ei pro alia vita se donat. Hu
ius mira nimirū fides: qui solum christū deri-
sum & derelictū ab hominibus/vicinū morti: &
ipse morti vicinus deum verū & hominē confi-
tetur: a nemine doctus/ a nullo ꝑmonitus. Et
vbi fugiendo negant qui eius doctrinā audie-
rant/ miracula viderant: & in cibū3 pauloante
sumpserāt corpus eius de manibꝰ sanctissimis
eius: iste solus cū tacente virgine cōfitetur: vt
in his meroribus tam horrēdis socius fuit vir-
ginis in fide atq3 dolore/Christo in pena consi-
milis/a collatrone virtute dissimilis: Christi cō
fessor/atq3 sue innocētie factus tutor. S3 hi la-
trones suis disparibus meritis admiratiōe mē
tes hominū pulsant: si quo merito vnꝰ cōuersus
aut quo demerito alter auersus: vnꝰ i facto ap-
probatꝰ & voce a christo: alter vero Christo ta-
cēte reprobatꝰ extiterit. Nā christꝰ equaliter re-
spiciebat cōpenales suos: mediꝰ inter eos pēde
bat affixus patibulo: nec ꝑaccipiebat ꝑsonā al-
terius. Quid est q̄ vnus irrogauit Christo ver-
bis blasphemiā: alter suscepit ꝓ illo moriendo
tutelam: Unus cognouit iusticiā/ꝑorūq3 puni
entē nequitiā laudauit: alter impune viuere ꝑ-
tentauit? Erat ne forte ad istos in Christo ali-

qua inequalitas? Hoc credere dico nefas. Quid ergo? Dicā audacter quod sentio: q nec cōuerso sufficit meritū suū: sed auersū demeritū suū iuste deiecit. Nullus conuertit nisi ex gratia: nullus damnat nisi ex demeritis diuina dictante iusticia. Quod ergo demeritū illius q nō credidit? Quod vero demeritū atq vnde illi q credidit? Meritū cōuersi nō legim9: quid in occulto habuerit ipse/ nescimus: demeritū vtriusq cōspicim9: quia latrones erant: homines vtriq
Roma.9. male vite. An verificat illa sentētia: quē de9 vult indurat: et cui vult miseret? Sed in tortuosiorē
Actuū.10. incidimus questionē: cū deus acceptor personarū nō sit: et cū essent ambo homines peccatores: christū eque corporeo visu aspicientes: in pta eū eque pendentes: quorū vnus in puersatione christi alterū nō preuenerat: quia neuter viuēs habuerat/ vnde vnus illorū meruit cōuerti alter vero meruit indurari: Quo merito vn9 misericordiā accepit: alter in iusta damnatiōe remāsit? Sed aliter hec aut similis questio nodosa nō soluit: nisi dei misericordiā & iusticiā aspiciamus/ et liberas hominū volūtates. Nā de9 ex misericordia donat peccata cōuersis: & ex iusticia tribuit pmia siue supplicia meritorū. Nō ergo istorū est cōuersio aut auersio celebrata ex christi psentia corpali/ quā habebāt equaliter: nō ex visu quo ipsum intuebantur: nō ex verbis eius peramplius directis in alterū: sed ex libera volūtate: qua ille credere voluit: ille vero incredulus māsit: quē sicut illū dei misericordia expectabat: sed nō credentē reliquit diuina iusticia reprobatū. Ad conuersū aūt latronē christ9
Lu.23 alta pmissione respōdit. **Amē amen dico tibi: hodie mecū eris i paradiso.** Amē verbū est veritatis. Unde infallibili pollicitatione latroni pendenti atq cōuerso paradisū christus moriens repromisit. Proinde cognosce quid cōferre possit resurgēs & regnās/ q moriēs talia donat. Quanta est largitura libertas si tāta cōfert extrema captiuitas. Nō autem in hac pmissione paradisum/ scz locū ad orientē: a quo exulauit Adam/ intelligamus repromissum: quoniā illo hodie latro post christū descēdit. Ad limbū pcessit christus hora nona moriēdo latronē. Secut9 est latro quasi vespere crurifragio celebrato. Cū ergo vtriusq anima/ quāuis nō eadē hora/ christi scz et latronis ad limbū descenderit: a quo christi anima nō egressa quousq plene a mortuis resurrexerit: prim9 credendū est: q i illo paradiso terrestri die illo neutri9 anima fuit: nec christ9 in anima solū & deitate descendēs ad limbū/ latronis animā transtulit in paradisum: sed ad eū in limbo fecit illū descendere: vt cū animabus ceteris extrahendis fieret in sequela. Pie autē & nō incongrue credi poterat: q cū illam animarū multitudinē de limbo christus volens resurgere a mortuis eduxisset: q in terrestrem paradisum induxerit: vt Adam cū misera sobole sua reuocaretur in signū eterni federis atq pacis: a quo per inobedientiam exulauerat. Et tādiu anima Ade ibidem cū ceteris seruaret/ quousq christ9 corporaliter celorū alta conscenderet/ post se illā turmā letantiū animarū subuectur9. Etenī illo de loco assumendū erat ad superna celestia humanū genus successione felici: nisi Adā superbia ppria exulasset: et perpetuata ppagine culpa illa deriuaretur ad posteros. Nec absonat a pia credulitate/ culpa deleta p christū: q inde anime assumantur in celū/ vnde assumende fuerāt absq peccatū. Nō solū ille que illo in tempore ascenderunt christo ascendente: sed que quotidie per misericordiā assumūtur/ vite pacto fine ab ipso regnāte. Congruū porro est/ vt anime videant locū a quo in Adam humana natura/ per tā lōga & aspera exilia exulauit: vt pariter misericordia et iusticia dei pamplius cognoscātur. Sed quoquo modo se habet ordo rei aut hoc quod dicit hodie: ad temp9 refert quo christ9 ista cōpleuit: & animā eius paradisū omniū delectabiliū oportet intelligi: vt plene soluat quod dicitur: Hodie mecū eris in paradiso. Quē aūt Lucas qui solū hoc recitauit/ in greco euangeliū scripsit: expedit ab illa lingua hui9 vocabuli sumere interpretationē. Paradisū siquidem hebrei/ hortū vero greci dicunt. Paradisus etiā ad eden situs refert: quod delicie interpretatur vt nō incongrue dicat latroni: Hodie mecum eris in horto deliciarū: scz q in omnib9 delicijs eris mecū existens: aut in terrestrē paradisū te deferā hodie carpens iter. Necnō & limbū ad quē christi et latronis anime descenderūt/ deliciarū hortū possum9 appellare: nō enī pena sensus tenebātur inclusi: Quis a vera patria essent exclusi. Seruabat in eis diuina iusticia: vt qui actu nō deliqrat/ nec sensibiliter puniret. Nec credamus illorū patrū exemptas animas a corpore delectationib9 fuisse priuatas: quas in carne viuendo sepe susceperāt. Nec mortis necessitate factū est/ vt moriendo et ad limbū descendendo essent culpabiliores: vt his priuarent in terris gaudijs/ quib9 in carne gaudebāt. Quomodo noe potuit alloquia diuina suscipere/ qn mēte iubilaret? Quō Abraam in diuinis affationibus non exultauit in anima? Quanta leticia Gen.18.
ipsum credimus circūfusum: cū angelos suscepit hospitio: cū deus illū ipm pbauit in filio: cū vidit arietē inter vepres: in quo cognouit ad suā redemptionē christi futurā omnimodā passionē? Quanto Jacob exultauit tripudio/ cum Gen.32
vidēs dñm dixit: Uidi dñm facie ad faciē: & salua facta est anima mea: cū luctans oratiōib9 cū angelo/ nō dimisit eū quousq accepisset bndictionē: cū inuisibilē climatic nē/ aspexit a terra vsq ad celos: & angelos sursū atq deorsum climare p illā. Delectationib9 inenarrabilib9 repletus est Moyses/ cū sibi de9 amicabiliter loquebat. Nec omnes pphete illa magna mysteria viderūt atq cognouerūt sine internis delicijs: quas humana lingua explicare nō posset. Quō ioānes delectatiōib9 diuinis priuat9 fuit

set in limbo: qui nōdū natus exultauit in vtero?
Lu.1. Ac per hoc neq venire debet in dubiū: ꝙ in illo
sinu afferrent interne delicie quib⁹ in seculo po
siti fruebant: cū nec peccare aut demereri post
mortē potuissent vnde tollerent. Nec postꝙ il
los diuinos affat⁹ susceperant: taliter ante mor
tem vixerūt vt post mortē merito priuarent. De
illis dūtaxat dicimus/ qui ad patrū sinum in aīa
descendere. Deinde locū hunc merito quendaꝫ
dicim⁹ paradisum ꝛ hortū deliciarū: vt petitio
ni compētentis sit taliter facta responsio: ꝙ in
sinu patrum cum aīa christi se redigēs/ velut in
quodā cum christo fuerit paradiso. Sed vt ne
fallamur varia varie opinātes: paradisi nomine
oportet intelligi omnē inuisibilē ꝯsolationē: scꝫ
illam quā anie a corporibus absolute aut inter
cluse corporib⁹ submissis corporeis sensib⁹/ seu
extra corpus exeūtes/ ante illā plenitudinē bea
titudinis ineffabilē superne patrie possent vsq
digne suscipe. Quoniā igit necessario fit transi
tus a corporalib⁹ ad spūalia: vt veritas diuinaꝝ
scripturarū eluceat: literali scripturaꝝ sensu/ pa
Gen.2. radisi nūcupatione illū locum/ quē deus a prin
cipio plantauerat in oriente ad eden intelligi
mus: translatiōe vero facta intelligēter a sensu
ad intellectū inuisibiliū delectationē merito di
cimus: nā sicut in illo quicqd esse potuit corpo
ralis amenitatis atq suauitatis/ ꝓter glorificati
onē corporis fuit: sic per typicū sensum quicqd
esse potest sub celo deliciaꝝ/ ex illo sentimus/ aut
ex parte sic esse cognoscimus. Nulla ꝟo conso
lationū inuisibiliū coeternatio verior ꝙ esse cuꝫ
Phil.1. christo. Et paulus cupiebat solui ꝛ esse cū chri
sto. Eximebāt porro a corporib⁹ ille anime: scꝫ
aīa christi vnita deitati: ꝛ anima latronis eidem
1.Cor.6 adherēs ꝑ fidē ꝛ charitatē. Et qui adheret deo
vnus spirit⁹ est cū eo. Et mutuo se visuras om
nimode parabāt: vt christi dictū merito verum
esset: hodie mecū eris in paradiso. Atqui ꝑ eo ꝙ
paradisus ille terrestris locus dictus est delici
arū: locutione ꝯuersa quaslibet delicias scriptu
ra paradisū appellat: iuxta illud quod de rege
Ezech.28. tyri per ezechielē dicit: Tu signaculū similitu
dinis eius plen⁹ sapiētia/ perfect⁹ decore/ in de
licijs paradisi fuisti. Nunꝙ ꝟo rex tyri sup quē
lamentū mādato dñi factū est/ fuerat in paradi
so terrestri: sed alias habuerat ipse delicias ap
pellatas noīe paradisi aut illis ꝯsimiles: vt ipse
rex fuerit velut in delicijs paradisi: ꝛ quodāmo
do ꝓpheta enūerat illas delicias: sicut legenti
subsequēs litera manifestat. Igit si dicunt alie
delicie paradisus/ etiam sepe vsitato vocabulo
moreq loquēdi: ꝗtomagis cū christi aīa inueni
ri atq intueri est deliciarū paradisus vberior.

Joan.19. Stabant iuxta crucē iesu mater ei⁹
et soror matris eius maria cleophe/
et maria magdalene. Subticuit iste ma
trem mariā/ scꝫ salome: ne videret amore huma
no vel laudis affici ad parētes: quam adesse nō
dubitam⁹: ꝛ multas alias mulieres christi disci
pulas: quas euāgeliste interserere nō curarunt.
Sed ecce amice crucis/ ꝑ eo ꝙ amice iesu: sꝫ nec
amice crucis/ qꝛ in illa torquebat ꝛ moriebat ie
sus: sed velut cōparticipes aut cōmunicare vo
lentes passionib⁹ eius. Stabant ꝓpe arborem
ꝓpter pomū: ꝛ iuxta patibulū ꝓpter iustū. Sed
mater eius mēte plus ꝙ oculis ferebat in illam
Et ꝗꝙ pressa dolorib⁹/ ꝑspicaci cordis aspectu
contēplabat illam: atq ꝑsentia ꝛ futura myste
ria sancta ei⁹: cū illuminādus esset mund⁹ in splē
doribus eius. Sed nos posteri cū illis priorib⁹
ꝯtēplatiuo amore quid donat intelligere secta
toribus posteris: vt sit cōmunicata cognitio cū
sequētibus primis. Si crucis illi⁹ intuemur ma
teriā: lignum aridū est: vt omēs resurgāt per li
gnum/ sicut oēs in ligno corruerūt. Et faciliter
erāt donāda peccata: nec durabiles in hac vita
hominū passiones: veluti cū ab igne cito consu
mit lignum. Huiuscemodi lignū geminā scim⁹
habuisse radicem: vnā occasionis: que fuit ꝑmo
rum parentū propria ꝛ detestanda volūtas: qua
non dño iuste ꝑcipienti/ sed male suggerenti re
ptili consenserūt: altā nature quā in creatis ar
borib⁹ sicut in hoībus est seruata ꝓpago. Per
petuata est ꝓpago humani generis virtute tra
ducis: ꝛ cū illa originale delictum. Perpetuata
est ꝓpago lignoꝝ: vt in ligno appenderet reme
dium. Sed quid homo ad lignū? Que cōmuni
catio vnius ad alterū? Utiq magna nimis. Nā
insensibile porro est lignū: ꝛ omīs homo dū pec
cat/ insensibilis est ad deū: quoniā si sup seipsum
in veritate sentiret/ penitus non peccaret. In li
gno insensibili christus patit pro insensibili de
linꝗnte. Non sentit lignū diuinū pondus quod
habet: nec homo dū peccat/ sentit munera crea
toris. Caret vita sensibili atq rationali omne li
gnū: necnō ꝛ vegetabili/ si ꝑcidatur a radice: sic
et homo ab omni vera vita morit male peccās:
ac per hoc respōdet in rationē instrumentū paſ
sionis homini peccatori. Si figurā aspiciamus
arte hominū introductā: triāgulata est in trib⁹
brachijs sane porrecta. Quoniā trimode pera
git omne malū: ab eo videlicet ꝙ opportune vt
importune in mentē hominū venit. Opportune
siquidē dixerim: cū cogitatione voluntaria ꝑan
ticipat malū. Importune ꝟo cū anima sepe re
luctat: ꝗꝙ in fine succumbat. Ab eo etiā ꝙ affe
ctio iam seipsam delectabiliter scalpens in his
que cogitando suscepit: a tertio cū cecata lumi
ne rationis obruta tenebris prestat assensum: ꝗ
iuxta id quod male agere cupit: etiā si nō sequa
tur effectus/ dignus est pena plecti. Similit fra
gilitas ꝛ ignorantia ꝛ malicia ꝑdominās trian
gulum facit. Et in his potest esse remissio ꝑ tri
angulū crucis: si vltra non ꝓcedat peccatorum
hominū prauitas. Sic enī ꝑ amos legimus di Amos.2.
ctū: ꝙ sup tria scelera daturus esset domin⁹ om
nibus veniā: sup quartū vero quēpiam nō con
uertere: fieret nempe quartū si impenitentia seq
retur. Trinitas increata in illa cruce sua virtu
te ꝛ in vnione trine persone astabat: ꝛ creata tri
nitas hominis in illa redimebat: et damnabat

triangulũ peccatorꝫ. Q, vero in posterũ inole-
uit quasi quadrãgula forma crucis: de tituli ap
positione puenit/et de mysterij ratione: nã sup-
positus titulus quartũ brachiuꝫ fecit: qui super
caput positus protendebatur in altũ. Et diuine
factũ est vt brachium in sublime porrectũ/esset
titulus veritatis: quia in altissimis speculationi
bus/ nõ in imis: ꝛ ĩ patria/ nõ in via vere cogno
scitur deus. Erat velut index brachiũ cum titu
lo quod ferebaꝰ in altum: acsi vellet indicere: de
supernis est qui patiꝰ: de supernis est dominus
ꝛ rex omniũ regum: ꝛ in supis est/non in infimis
cognoscendis. Ratio etiã mysterij astruebat: vt
a prefato triangulo in quadranguluꝫ veniretur
propter hominũ mores/qui quatuor virtutibus
disponũtur. Et quadra figura omnibꝰ est solidi
or: vt perfecta ꝛ solida hominũ vita constituere
tur ex cruce. Et ptensiões interioris hominis
in illa prefixe sunt: quoniã oportet animã descẽ-
dere ad loca tetralia in directione timoris ꝛ pa
uida fieri: ne ad illa descẽdat meritis dignis pe-
nis: ꝛ pauido atq; inconuulsibili contẽplari men-
tis intuitu per eternũ irremediabilẽ damnatorꝫ
penam. Et ab hoc abyssali ꝛ interminabili ma-
lo ad contrariũ superius fiat ascensus in vitã ꝛ
gloriã infinibilẽ beatorũ. Protensio crucis ad
ima/protensionẽ anime facit per aspectũ mẽtis
ad loca tartarea. Protensio superior contẽpla
tionẽ prouehit in supna. Ibi iusticia/hic miseri
cordia plene fulget. Hine ptensiones in latera
quasi ale galline omẽs pullos filiorꝫ hominũ/ne
a volitãte diabolo rapiantur/prouocãt ad tute-
lam. Et sub vmbra istarũ alarũ oportet ꝯfugere
donec a nobis transeat omnis iniquitas: vt sub
dextera pfecti/sub sinistra impfecti diuino au-
xilio ptegantur. Cum illis astantibꝰ iterũ con-
templemur in tam horrida cathedra volũtarie
quiescentem/deũ verum ꝛ hominẽ verũ. In illa
nanciscentẽ nobis atq; pro nobis delectationẽ
ex pena/ gloriã ex ignominia/honorẽ ex oppro-
brio/victoriam ex susceptis vulneribus/ex cala-
mitate plenitudinẽ/libertatem ex vinculis/ex tẽ
porali morte vitã sempiternã. Quem non claui/
sed vnꝰ eius in homines diffusus amor sic tene-
bat affixum. Et nimirũ q carne moriens spiritu
viuẽtes demones debellauit: ꝛ iure/non poten-
tia cũ inuisibilibus hostibus decertauit. Et pec
cato veterato natura renouaꝰ in ligno. Et vnꝰ
pro toto orbe ꝯcertat: necnõ et in carne deuicto
pax oritur terrestriũ/oritur atq; celestiũ. Mul-
ta interne contuitionis materia ministrabitur:
si stabimus iuxta crucẽ amore cordis: ꝛ cum pro
ponitur aut expedit corpore circũferentes: vt ve
lut in ipsa in hoste vtroq; redempti: sic in vtroq;
homine baiulemus. Erat mater iuxta crucẽ con
templatiuis doloribꝰ ꝛ amore/tacensq; tacebat
non hesitans in his que p filiũ agebãtur. Erat
sui filij per omnia ꝛ sup omnes ꝯsocia passioni:
vt pro corpore torto etiã ipsa in anima ꝛ corpo
re torqueretur. Et in directione spiritussancti ꝛ
angelorum custodia flebat/eiulabat/dabatq; sin

gultus amaros: ꝛ penã huius afflicti deplorabaꝰ
ꝛ causam. Et videbat q nõ ex transfluxo femine
quod nõ erat: nõ ex deo/ quia impassibilis erat:
sed ex carne dũtaxat quã ex ipsa susceperat/pati
ebaꝰ natus: ꝛ cruci per hominũ iniusticiã appli
catus: ꝛ tanto dolebat pfundius/qto pspicaciꝰ
nouerat cruciatum: et q nostrũ extat causa pec-
catum. Et ipsa ipsius nati sui dupliciter se noue
rat causam pene. Una siquidẽ cõmunis cũ omĩ
humano genere: porro expediebaꝰ sibi cũ toto
humano genere redemptio p crucẽ. Non enĩ ab
humano genere virgo mater absoluebaꝰ: vt nõ
indigeret beneficio filij/quod pcurabaꝰ per cru
cem: iuxta quã stabat sicut prope redemptorẽ. Et
flebit vberrime/q sicut ceteri oportebat illã re-
dimi p crucem ꝛ sanguinẽ nati sui. Alia siquidẽ
propria ꝛ singularis erat: pro eo q tanta tormẽ
ta carnẽ prestauerat ipsa passibilẽ: ꝗuis totius
peccati expertẽ. Stat iuxta crucẽ opprobrij at-
q; penarũ: quia eua stetit iuxta suaue lignũ. Ui-
dit illa prima omniũ mulier q bonum esset: vi-
dit virgo virginũ q crux vtiq; melior futura fu-
turis credentibꝰ esset: quia illud dãnationẽ/ ista
germen edididit in saluteꝫ. Et illud lignũ bonũ
ex natura: lignũ vo crucis potius ex gratia: su-
pergrediꝰ omnino gratia christiana naturam.
Uidit illa q esset bonum corpori ad vescendum
sed non ilico aspexit q esset corpori ꝛ aĩe in po-
sterum ad tormentũ. Uidit virgo regia/cogno-
uit mater ecclesia q lignũ crucis salutẽ anime:
penam vo corpori p tempore irrogaret/ tandẽ
vo gloriã. Stetit illa iuxta lignũ quod pulchrũ
oculis videbaꝰ: stat alma/stat contio christiana
iuxta crucẽ deformẽ oculis: turpemq; cõsydera-
tioni carnaliũ. Uidebaꝰ illud lignũ aspectu de-
lectabile: sed tactu lethiferũ erat. Apparet crux
asperrima omni aspectui: sed cũ tactu mortẽ ir
rogat/effectu glorie vitã donat. Assistebat vir-
go cruci: ꝛ suo ꝯfigebaꝰ cum nato. Steterat cru Gẽ.3
da eua iuxta vetitũ lignũ: ꝛ delectabaꝰ vetita gu
stando cũ viro. Stetit illa ppe arborem interdi
ctam: non ex aliqua mala indita qlitate: sed obe
dientiã aut verã inobedientiã designantẽ: vt co
gnosceret in arbore fructifera dñs: qui ad eter-
nam fruitionẽ electis inaudita ꝛ inuisa seu inco
gnita parauerat. Stabat virgo mater/stat eccle
sia sancta ppe arborẽ benedictã: per quã bene-
diciꝰ pius amator eius: ꝛ sustinens illam in cor
pore cũ offertur: per quã impletur vera iusticia:
per quã perfecta obedientia exhibetur: per quã
reprobaꝰ quis eiꝰ est inimicus: sicut ait aposto-
lus: Nũc aũt flens dico inimicos crucis christi: Phil.3
quorꝫ finis interitus. Posuerat deus iustũ edi-
ctum in ligno: nec velut de re mala parẽtes pri
mos ab esu eius voluit abstinere: sed dñs in illa
cognosci ꝛ meritũ obediẽtie in re modica fieri:
vt eterna pmia sequerenꝰ. Que ꝯtẽpta tãto fuit
maioris demeriti/quãto potuit facilius custodi
ri. Ad quod lignũ appropinq̃uerũt ꝛ male suasi
gustauerunt: credentes vt dij fieri sapientes/sci
entes bonum et malum: de cuius fructu hausto

per modicū aperti sunt oculi degustantiū: non ꝙ prius apertos oculos nō haberent: sed qꝛ cognouerunt bonoꝝ honorabiliū nuditatē: ꝙuis ante i corpore inerubescibiliter nudi essent. Et secuta est damnata posteritas: pro eo ꝙ fuit inobediens nostra prioritas. Multis milibus elapsis annis plantatū est pre ordinatione diuina horridum lignū ad cruciatū christi capitis nostri ꝛ mystici corporis eius: ex quo omnis penalitas christiana sumpsit exordiū atqꝫ cōsecratur in illo. Et ipse factus est fructus eius: qui fructū arboris scientie boni ꝛ mali primis parētibus interdixit. Et e regione nouum positum est edictum: vt de fructu eius omēs sane mētis existentes omnino cōtingāt. Sed nec dū fructum eius sed penam eius excipiant: vt ꝑtendit sentētia sal

Mat.16. uatoris: Si quis vult post me venire/ abneget semetipsum ꝛ tollat crucē suam ꝛ sequaꝛ me. Bona fuit arbor illa: ꝛ in malū ꝛ in scandalum facta est. Mala est de suo genere omīs pena: et in bonū ꝛ defensionē pro pietate patiētibus versa est. Stabat eī iuxta crucem virgo. Stetit ꝛ stat orthodoxa ecclesia iuxta penam assumptā volūtarie vel illatam: ꝙꝙ de se malam: si vo ꝓ iusticia tolerataꝫ/ bonum glorie paritură. Et in hac peregrinatione ecclesie scꝫ palmarie in virtutibus splēdet. Cum vo peruenerit/ summe fulget ꝙ ex horrendis ꝛ malis cruciatibus a tyrannis tot martyres habuit atqꝫ ꝑmisit: ꝛ in volūtarie assumptis confessoꝝ atqꝫ sanctorū turmā innumerabilem fecit. Ex arbore illa bonoꝝ nuditas est secuta: ex ista glorie decora vestitio. Ex illa pudor seu erubescētia: ex ista honor ꝛ gloria. Ex illa in mēbris ꝓuenit detestāda libido: ex tactu vero huius plenitudo capiꝛ castitatis. Ex illa oculi ad confusionē se mutuo intuentium sunt apti: ex ista oculoꝝ ad aspectū glorie palpebrule subleuanꝛ. Ex illius gustu credētes fieri vt dij/ infra hoīes sunt redacti: quod dauidica confir

Ps.48. mat authoritas: homo cū in honore esset nō intellexit: cōparatus est iumētis insipientibꝰ/ ꝛ similis factus est illis: ex istius ꝓ iusticie gustu/ ꝑ adoptionem ꝛ gratiam fiunt hoīes filij dei: atqꝫ transitur in consortiū angeloꝝ. Ex illa credētes fieri sapiētes stulti facti sunt: ex stulticia vo crucis oēs eterna sapientia inclarescunt. Per illā mortē illā incurriꝛ: per istā in peccatis mortuus reuiuiscit. Ac per hoc standū merito iuxta crucē. Sed exagitatur animus plura conquirere atqꝫ disserere circa crucis mysteriū. Attendamꝰ ꝗd post plantationē illius ligni/ quid dictum sit primis parentibus creatis: quid vo post institutā crucē dicatur nascētibus atqꝫ intelligētibus ceteris. Dictū est de arbore bona: si de illa comedetis/ rei ꝯstituemini: de cruce vo diciꝛ: nisi crucem ꝛ penā que mala est/ dilexeritis preuaricatores efficiemini. Non ꝙ de illa tanꝙ de re mala datū sit interdictum: neqꝫ de cruce tanꝙ de re bona positū sit ꝑceptum: sed de illa re bona secutū est malū/ peruersa intētione vtentis. Sic reconuertente vera iusticia redēptoris: de pena mala

exortū est bonū/ iusta intentione patientis. Dictum est illis: si hanc arborē gustaueritis/ morte multabimini: diciꝛ de ista: si crucē ꝛ penā ꝓpositam ꝓ iusticia negaueritis/ in eternū damnabimini. Ex illiꝰ tactu/ ex istiꝰ vo intactu mors horrenda subsequiꝛ. Qui ex illa gustauerūt/ mortui sūt: ꝛ totā posterā sobolē mortis articulo ascripserūt. Qui vo istam suscipiūt/ post penā ꝛ mortem ad gloriā reuiuiscūt. Mortui sunt illi: quia quod erat suaue corpori gustauerunt: resurgunt gloriose qui se asperitatibꝰ corporis crucifigūt. Exules illi facti sunt a paradiso ꝑ lignū: per crucem oēs exules reuocantur in regnū. Facta est arbor illa scala descensionis in baratrū: crux facta est scala ascensionis in celū. Sed nec crucē intelligamus duntaxat illam lignoꝝ machinā: sed omnē penā proprietate ac iusticia toleratā. Similiter et ꝯstantē iuxta crucē matrē/ ecclesiā catholicam ꝛ animā quāpiam fidelissimā agnoscamus. Idcirco maria cleophe ꝛ magdalena ꝛ discipulꝰ/ matri virgini asciscunꝛ. Aspexit autē pendens librator amoris atqꝫ doloꝝ/ ꝛ meritorum omniū ponderator assistentē virginem: quā nunꝙ appellauit ex vocibus matrē: ꝛ discipulū plus dilectū ꝙ diligentē: ꝛ ipsos solummō

affatus est. Unde sequitur: Cum vidisset ergo iesus matrē et discipulū stantem quē diligebat. Omnes astantes videbat iesus: nec aliquis ab eo erat inuisus: sꝫ hos tantū diciꝛ aspexisse/ propꝛ sermonē qui ad eos factꝰ Joan.19.

est. Dixit iesus matri sue: Mulier ecce filiꝰ tuus. Deinde dicit discipulo: Joan.19.

Ecce mater tua. Pulsanꝛ admiratione omniū legentiū siue audientiū mentes: si quo motu quo sensu/ qua ratiōe/ qua possibilitate/ qua vo autoritate ista dicūtur: ꝙ discipulus transeat in filiū virginis: ꝛ virgo habeat purū hominē filium/ que nō genuit nisi hominē deum: ꝛ sint due matres vnius hoīs: quod vnꝙ natura humana nō habuit: ꝛ sit filiꝰ ex virgine/ qui de corruptis parentibus natus erat ex semine. Et quid est ꝙ tātū hos duos affatus est? Impossibilia quidē sunt hec: sed nihil impossibile deo. Uerū est ꝙ christus sic dixerit: quod verꝫ est/ dilectus christi discipulus scripsit: ꝛ scimus qꝛ verū est testimoniū eius. Pietate similiter ꝛ orōne opus est ad ingrediendū tale secretū altūqꝫ mysterium. Mulier ꝛ nō mulier: pro eo ꝙ nō mulier/ sed super angelos ꝛ hoīes ꝛ mulieres superexcedēs: mulier accepit a filio: quē cum eterno patre vnicū possidebat: preter ventrē/ quē ante in carne habebat ipsa nepotē. Sed in quo filiationis genere ioannes virginis factꝰ est filius: aut eius mater facta est virgo? Nō hic natura fauet: nō conceptio partus obsequiꝛ: non ingressus in vterū vt denuo renasceref: non adoptio pro hereditate in tēporalibus post sequenda: nec mutatione aut explorata doctrina: nec ista disserenda fuerāt verba christi. Nec facta est locutio vt sit ꝗsi sed remota omni fucatiōe verboꝝ/ sic a christo legimus dictū: Mulier ecce filius tuus: vt omī

exclusa superfluitate verbo℞/secretum mysterij
penetrem⁹. Ecclesiam orthodoxā cruci assisten
tem omnino reuelato mysterio intelligimus in
maria. Omnē singularē animā nominus in ioā
ne. Filius in greco nomen est amoris. Omnis
igitur christifere crucis amator/in amorē trāsit
ecclesie: vt merito filius/id est amor ecclesie nū
cupetur: ⁊ ipsa christi adorās ⁊ venerās passio
nes/matrē se constituat similiter et venerantis:
⁊ crucis amator matrē ecclesiam habeat que ip
sum in christo genuit/magis ꝙ illā que illum ex
peccato damnatū mundo suscepto semine gene
rauit. Mutatur hic maternitas ⁊ filiatio ex ver
bis christi sub arbore sancte crucis: quoniā natu
ra transit in gratiam: ⁊ gratia nobilitat ꝑfecto
naturā: non ꝙ vna cōmutetur in alterā. Mala
mater eua corrupte nature: bona ecclesia almi
fice mater gratie. Datur mater gratie ꝓ matre
nature. Manet mater nature: manet mater ex
gratia. Erat eñ ioanni mater maria salome in
ordine succedētis nature: est mater sibi virgo in
ordine vere gratie. Est mater eua cunctorū per
traducē nature: est ecclesia mater omniū fideliū
per infusionē inuisibilis gratie. Nō desinit esse
ioannes filius corrupte matris: qꝛ imperio chri
sti factus est filius virginis: nec potest nō esse fi
lius virginis: quia fuit ante filius corrupte ma
tris: quoniā pri⁹ est quod carnale/ deinde quod
spirituale est/aut esse potest. Protin⁹ nō despe
remus: qꝛ vnus idem homo est per naturā: chri
stianus per gratiā: ⁊ per vnā hominis fili⁹/per
alterā dei filius appellatus. Voluit etiā christ⁹
in cruce pendens anteꝙ moriens/per oīa suam
preostendere charitatē: ⁊ quantū dignitatis hu
mane nature cōtulerat: vt firma spes esset reme
Joan.1. ationis ad patrē. Unde si dedit potestatē filios
dei fieri his qui credūt in noīe eius: quod nō ꝑ
naturā/ sed penitus est ꝑ gratiā: cur nō dedisset
nobis ꝙ essem⁹ filij matris eius: quod fit ꝑ gra
tiā/nō ꝑ naturā? Plus eñ est ꝙ sumus fratres
eius ex patre/ꝙ ꝙ sumus ex matre. Plus ex eter
no deo/ꝙ ex temporali parente. Non dedignat
christus humanū genus ꝓpter naturā conditā
que bona fuit: non ꝓpter corruptā que in vitio
turpuit: nō ex criminib⁹ quib⁹ inuoluimur: quo
niā si velimus/ipse velit nos ex vtroq₃ parente/
tam ex eterno/ꝙ ea que fuit ex tēpore/suos per
gratiā esse germanos: vt vna cū ipso eterna sit
nobis hereditas. Mira nature mutatio/non ta
men transmutatio. Mira inductio filio℞: sed in
mirabilib⁹ hoc mirabilius inclarescit ꝙ gratia
nō extinguit naturā: ⁊ natura nō confundit in
sitam gratiā. Utriusq₃ iura seruant in homine:
nature sc₃ in qua natus est: ⁊ gratie in qua rena
tus est. Et ex hoīb⁹ corruptibiliter natis filios
fieri posse incorruptionis nullaten⁹ dubitem⁹.
Et de in libidine cōceptis/in filiationē posse in
gredi honestatis. Ac per hoc inmutabili edicto
innuitur: ꝙ plus ꝙ translatio facta est de natura
in gratiā: ⁊ addita est gratie maternitas ad fili
um naturalē: ꝙ sub fomentis ⁊ erudimentis vi
uatur secūde matris: prima nō abolita/sed sub
missa: quia nemo cu₃ venit in gratiā/desinit esse
homo: sed retinēs quod ꝑ naturā accepit/quali
tate mētis ⁊ morib⁹ corporis sup hominē ꝑ gra
tiā viuit: na₃ plus ꝙ homo quis est ꝑ gratiā/qui
tantū homo fuerat per naturā. Diuino ig⁊ iure
plus debemus gratie ꝙ nature: ⁊ plus illā vene
rari atq₃ diligere in nobis/ ꝙ id ꝙ natura fecit
in nobis. Nam illum verū finē boni quē omnis
anima rationis capax/quodā instinctu natura
li plus gliscit: ꝙuis quodā errore obice ab illo
illū fugiant appetentes: nō prima natura mater
sed gratia mater secūda consequitur. Et hoc est
quod ex natura mater/cū dextrā regni atq₃ sini
stram petisset ꝓ filijs/nō accepit: qꝛ non nature
sed gratie superna debet hereditas. Quāobrē
ex illa hora accepit eam discipulus in Joā.19.
suā. Ex illa hora/sc₃ qua christus ꝓ matre red
didit matrē: aut mater nature addidit matrem
gratie. Discipulus matrē virginē in suam anlo
reuerenti/ capite inclinato suscepit. Nec quisꝙ
humane pietatis amore ꝓ cōpassione virginis
existimet ꝙ ꝓ filio dei acciperet filiū zebedei: et
ꝙ pro moriēte christo ꝓ successore tenēdus esset
ioannes. Quoniā christus nec se virginis filiū
denegauit: ⁊ indubitatā resurrectionis proxime
fidē alma virgo tenebat. Proinde talis filij nō
erat opportuna successio: nec ita virgo dolorib⁹
auferebat: vt talia que agebant mysteria igno
raret. Christ⁹ hō nō pro eo ꝙ moriebat hoc age
bat sensualiter vel humane: sed i eo ꝙ de⁹ ver⁹
in eternū viuens/diuine ꝓ magno mysterio de
cernebat: vt nature virtus ⁊ gratia/ demū eter
na felicitas adderet. Hec sub cruce per penden
tem in cruce decreta sunt atq₃ firmata/vt crucis
mysteriū fulgeat. Nec tantū intueamur ligni fi
guram: sed quasi ineffabile atq₃ inuisibile sacra
mentū a seculis absconditū/nunc in tali tēpore
reuelatū. Celebrata sunt hec i virgine matre/vir
gine filio: in vna femina/ vnoq₃ viro. Q₃ ambo
sunt virgines nō excludit/quin in hanc filiatio
nem possint venire corrupti: quoniā virgo est ec
clesia in electis. Q₃ hō duo/ vnus masculini se
xus/altera feminini: distinctū in his sexibus hu
manū gen⁹ ꝓ his q̄ saluādi sunt astruūt: vt nec
nefas sit credere/ꝙ equalitate saluetur. Proin
de amāda est crux: amāde sunt christifere passio
nes. Cū christo cruci simus affixi: vt diuina in
nobis ⁊ honoranda mysteria celebrent: ⁊ in no
bis gratiā plus ꝙ naturā omnino veneremur: ⁊
viuamus nō vt naturaliter/sed velut a gratia ge
nerati: vt pl⁹ in mēte ꝓualeat quod ꝓstitit gratia
ꝙ natura: ⁊ in moribus magis fulgeat vita gra
tie ꝙ nature. A sexta aūt hora tenebre fa Mat.27.
cte sunt super vniuersam terrā vsq₃ Mar.15.
ad horā nonā. Ecce ꝙ aer obducit tenebris Lu.23.
obscuritate vestitur: in testimoniū sceleris ꝙ in
nocens morit. Eclipsatur contra naturā sol: qꝛ
contra iusticiā patit verus sol: ⁊ autori vite mo
rienti nobilis lux ꝯdoluit. Et quodā iure vindi
cte date sunt tenebre mūdo ignoranti. Quoniā

mundus dei filiū non cognouit. Et horridas te-
nebras iudei patiuntur: qui obtenebrati mente
Exo.10. dei filiū dānauerunt. Olim egyptijs obtenebra
tis/filijs israel lux fulgebat: nunc vero versa vice
peragitur: vt ipsis obscuratis in fide / lux fidei
christi gētes ifulserit. He tenebre pter id quod
visibiliter in exterioribus gestum est/ in altiora
mentes hominū tollunt. Nā miro modo voluit
tunc deus circūcidere oculos hominū cū tene-
bris densis: ne visus in obiecta forinseca vagare
tur; sed vt ingrederent ad cor: ad cōsyderationē
eorū que agebant dei filio et in ipso agebant. Et
diem verterūt in noctē/ vt intensior fieret contē
platio arcanorū. Impedit sepe interior oculus
a perspicuitatib9 suis/ cum exterior vagat luce
corporea. Et cum remittit exterius visus/inten-
ditur interior oculus. Nouerūt hec alta et sub-
tilia meditantes: qui vt rei veritatē que tantum
animo interlucet/acutius videāt: palpebrāt sup
oculos corporis/ne aliqua exteriora ꝓspiciant.
Et natura vidētes/industria ceci fiunt. Diffini-
erunt nempe sancti et natura periti/noctē ꝙ diē
esse speculationibus aptiorē. Et quendā sancto
rū legi de ortu solis aliqñ fuisse conquestū: pro
eo ꝙ contēplationē solis inuisibilis et intelligibi
lis impediret. Induxit igit dominus tenebras
sup orbē/ vt nec aliquid intuerent oculi: ne mo-
uerent et pedes: vt inquiete corporis et priuatio
ne forinseci luminis/ sedule meditarent hi qui
prope/similiter et qui longe/dei filij passionē: si-
militer et omnē mysterij actionē. Sed multi ꝓ-
pinqui atq remoti qui tūc nec cōtuiti sunt/aut
contēplantes potuerūt in noticiā deuenire/de-
uenerūt in posterū. Et ex illis tenebris annota
to tpe quo facte sunt/magna lux fidei in cordib9
hominū interluxit: qr sicut tenebre eius/ ita et lu
Ps.138. mē eius. Huius veritas patuit/ cum curiositas
atheniensium tenebrarū horas fecerit annota-
ri: ex eo ꝙ stupor obrepserat/ solem ꝯtra nature
ordinē eclipsari: vt nō pars solis ex interposi-
tione lune: que totū tota etiā obex facta eclipsa
re non posset: sed totus diuina potentia fit con
uersus in tenebras. Qui tūc vltra capere nō va
lentes/ ꝓ ignoto deo fieri decreuerūt: sic ꝙ futu
Act.17. re memorie characterib9 mādauerūt. Ad quā ci
uitatē predicator gentiū veniēs cū ariopagitis
facto congressu/dionysium ꝯuertit ad fidē: cau-
sam palmarē disserens/cur per omnē terrarū or
bem illo die tenebre sunt diffuse: necnō quē illi
deū ignotū dicebant/notū eis discreuit: vt sem-
per illarū tenebrarū memoria cū aduenerit: ad
cōsyderationē internā mentes hominū referat
vt contēplent mysteria dominice passionis: cū
in tenebris ꝑspicacius videant lumina et opa ve
ritatis/ꝙ in splendore lucis cuiuslibet corpalis
Multā nouimus in corporeis vtilitatē: in spiri
tualib9 autē nullā. In illis multi euigilauerunt
ad christū: et multa i virtutib9 et diuinis theorijs/
et pro morib9 agende deuitandeq vite cōprehē
derūt: in istis multi reprobi facti sunt. Lux vera
sectatoribus veritatis in tenebris lucet; sed ille
tenebre corporales atq in quibus vita carnaliū
agit/eam cōprehendere nō potuerūt. In creati Gen.1.
onis exordio diuisit deus lucē a tenebris. Lucē
siquidē appellauit diem: tenebras vero noctem:
Porro nox nomē est gentilium poetarū: vt de-
riuatione aut significatione ꝓueniat a nocēdo.
Quod vero nocet/est malū: nihil eni nisi malū no
cet. Sed absit a cultoribus veritatis/ꝙ de9 ali-
quid mali creauerit aut ordinauerit i pulchritu-
dine vniuersi. Quāq eni tenebre pcedant lucē/
nox diem: nō tamē ex hoc malū sunt iudicande
alioquin iudicaret ipse creator: et vniuersi ordo
causaretur q tali alternatione pagitur: vt nunc
dies fugatis tenebris/nūc nox absconsis radijs
lucis adueniat. Et deus vidit cuncta q fecerat: et Gen.1.
erant valde bona. Expedit qñq noctem adesse
siue tenebras: et aboleri diem et lucē aliquādo su
per terrā/et sic cōtinue alternari. Habet suas vti
litates corporea lux: vt cognitionē in actiōib9 et
rerū visibiliū prestet. Et discreta vt sunt/omia
facit ipsa videri. Tenebre autē similiter suis cō
modis decorant: nam in rebus imaginalib9/in-
telligibilibus/inuisibilibus: ad quas motu cor
poris aut actiōe corporea nō est opus: ad inda-
gationē ipsarū aptitudinē operant: et a laborib9
diurnis seu ab his que agūtur in luce/quiescere
corpora hominū faciunt. Et dulcis somn9 ad cō
modū corporis capit: cū hemispheriū superi9
tenebris obuelat. Quāobrē preter id ꝙ omnia
condoluerūt autori vite in carne morienti: et te-
stificata sunt nō hominē purū/sed etiā deum ve
rum: magna vtilitate illo in tpe induxit dñs te
nebras sup terrā: vt obtenebrato corpore plus
mente videat. Que ex sexta diei hora exclusiue
vsq ad horā nonā inclusiue mansisse feruntur:
scz trium horarū spacio solem tulisse indecentē
eclipsim ex ordine cursus solis et lune: decentē
vo/quia sic creator omniū voluit. Triū autē ho
rarum spaciū trinitatē increatam innuit: que to
taliter tota erat in hoie qui patiebat: Cuius soli-
us filij carnis esset assumptio/a iudeis velut lux
a tenebris ignorata. Et in his trib9 horis tres
sunt ꝓpulsate virtutes/sed poti9 in hoibus ecli
psate: in quibus ad deū anima peccatis mortua
reuiuiscit: vt est fides/spes et charitas fructuo-
sa. Et tres in aia hoim sunt hebetate potētie: vt
ꝓpter hominū scelus huiuscemodi cōmitteret
scelus: vt i carne moreret altissimi filius. Quod
aūt de tenebris dicit ꝙ facte sunt/ scz a duobus
euāgelistis: ab alio ꝙ tenebre facte et sol obscu-
ratus: sed vnū ꝓuenit ex altero: vt ex obscurita
te solis q cepit hora sexta/ tenebre sequerētur vs
q in horā nonā: in qua christus voluit expirare
anteq tenebre pellerent: post expirationē ilico
signa cetera sunt secuta. Circa vero horam Mat.27.
nonā inceptā nondūq cōpletā exclamauit Mar.15.
iesus voce magna/dicēs: Heli heli la
masab atani. Hoc est: Deus me9 de9
meus/vt quid me dereliquisti: Excla-
mat iesus ad patrē: non in forma dei/sed in for-
ma serui; vt homo in dolorib9 positus mortiq

vicinus. Ex p se dolens loquit: quasi causam exigēs/ cur innocens sit derelictus in penis. Heli et lāma azabtani lingue hebraice sunt vocabula que obmittētes interpretationē quā euāgelista vterqꝫ addidit/ psequamur. Homo christus est qui loquit/ deus meus: creatiōe deus/ meus vnione: vt qd dereliquisti me? An forte sibinet cōpatitur/ et flebili voce se derelictū exclamat? An causam inquirit/ cū ipse causam qua derelinqueretur nō dederit? An admiratiue loquit: vt quid id est pter quid taz vile dereliquisti me? Magis antē dixerim: vt velit notū fieri quare fuerit derelictus: quia nō suo/ sed humani generis merito fuerit derelictus. Uoce magna exclamat: qꝛ magna tormenta patit. Uoce magna/ qꝛ iniusticia quā patitur magna. Uoce magna corporis/ sed plus in virtute. Uoce magna/ cui pene non pualebāt: nisi quantū ipse volebat. Non em̄ adhuc erat virilitate corporali effectus. Uoce magna/ vt eū audiant atqꝫ sciant in cruce pendentem et de primo morientē: quem suauiter vbiqꝫ docentē pertinaci animo contēpserūt. Uult audiri per altitudinē vocis ab his qꝛ obiecti tenebris fere aut non forte videbant. Sed hoc quod voce magna intonat/ attendam⁹. Congeminat deus meus/ deus meus: velut corpis et anie creator: cui vtriusqꝫ debuit esse cura: cui in anima et corpe obediuit. Cur dereliquisti me? Signanter de se loquutur/ cū deus neminē in se sperantē dereliquerit. Hinc est quod de ipso pphetice pdixerat ante dauid: primo se derelictū/ deinde alios nō derelictos exclamitās. Inquit em̄ in psalmo cuius titulus est/ pro susceptione matutina
Ps. 21. que christum insinuat: Deus deus meus respice in me: qꝛe me dereliquisti: longe a salute mea verba delictoꝝ meoꝝ. Statuamus in altitudine mentis nostre christū quid habet ex eo qꝫ deus: quid ex eo qꝫ homo verus est: quid ex eo qꝫ corp⁹ mysticū/ scꝫ ecclesiam coaptatā habet: et scintillabit nō per modicū/ non ad plenū quid in istis sermonib⁹ latet. Ex eo qꝫ deus est/ oīa summe tenet: equalis est p omnia patri: nihil pati aduersi potest. Passiōes ille diuinā naturā in christo nō attingebant: neqꝫ derelinqui potest: aut sibi
Joan. 8. auxilio opus est. Predixerat quod est/ cū iudeis disceptādo loquerek. Et qui misit me mecū est: et nō reliquit me solū: qꝛ ego que placita sunt illi facio semp. Similiter et discipulis/ prime ante-
Joan. 16. qꝫ caperek/ dixit: Ecce veniet hora et iam venit vt dispergamini vnusquisqꝫ in ppria: et me solū relinquatis: sed nō sum solus/ qꝛ pater mecū est. Ex eo v̄o qꝫ homo est et mysticū corpus habet/ inclamitat. Petit christ⁹ vt homo/ deū in se respicere: vt innocentiā eius aspiciat et equitatē: et qꝫ omnes cur patik/ intelligāt veritatē. Non petik a christo diuinus in eū respectus/ vt liberek a penis: sed vt iusticia pene ipsius capitis in iusticiā mystici corporis pertak. Quod et factum est. Nā iniusticia qua christus nō dign⁹ pati patik/ facta est iusticia mystici corporis indigni saluari qua saluak. Clamat igik saluator oīm christ⁹ intēsum affectū mētis gemina voce manifestās deus me⁹/ deus me⁹ respice in me/ p corpe meo futuro: vt iniusticia qꝫ in me agik/ ad iusticiā pro salute meoꝝ fideliū/ scꝫ mei corporis deriuetur. Quod autē adiecit/ quare me dereliqsti: sicut ex ppria voce i cruce clamauit/ nō ex ignorātia pcessit. Nouerat em̄ sane qꝛe dereliqrek in penis sed vt innotesceret ceteris p quib⁹ talibus supplicijs torqbak/ vt etiā morerek. Nā ideo christ⁹ est derelictus in penis/ ne nos derelinqremur in pctis: vt ipsius derelictio sit nostra liberatio pctōꝝ. Ideo derelict⁹ in penis suis: ne nos derelinqremur cū pateremur in nostris. Ideo derelict⁹ in penis tpaliter: ne nos eterne i inferno dānaremur. Tpalis em̄ illa christi derelictio/ suos fideles exemit ab eternitate penarū. Derelictus est corpaliter p modicū ad tēpus: ista tn̄ ex fide resartura speram⁹. Derelict⁹ est in penis: vt ex ipsis delectatio nostra nascak. Derelictus in morte: vt ex illa nobis eterna vita pueniat. Derelict⁹ ipse innocēs/ causā agēs in cruce salutis nostre: ne nos pctōres et miseri turbaremur aut miraremur: si aliqꝫ pro spe supnorū in agonib⁹ martyres audiuerim⁹ derelictos: aut si quispiā psecutionib⁹ exact⁹ p christo/ pposita spe relinquak ad tēpus. Cū hoc hꝫ ordo diuine iusticie i veris fidelib⁹: vt derelicto corpe roborek spūs interior: et gratia data in passionib⁹ inclarescat: virt⁹ in suis actibus fulgeat: et cū nō cesserit minis ac tormētis: cū nō absterrek a morte velut p quādā agoniā iusticiā/ dei etiā misericordia hoc agente: vitā psequak eternā. Ac p hoc null⁹ quē fele sumat audaciā: si sibi ob quippiā derelinqui viderek: cū noscamus in penis quousqꝫ morerek christū dei filiū derelictū. Quis nō tolerat patienter iniurias et qslibet psecutiones: cū christū audimus in cruce derelictū? Quis nō p seipso libenti aīo patiak: cū ipse p nobis derelictus sic patik? Quis querulabik per modicū aut pamplius nocens si penis exagik: cū christus dei filius omnino innocēs/ derelictus in penis talia patiatur? Quis tenelle cōditionis et carnis murmuret cū affligitur: cū christus de spūsancto cōceptus/ derelictus in cruce configik? Quis mente nō quiescat ne exclamitet ore forinsec⁹: cū audit exclamari qꝫ derelictus est christ⁹? Quietē menti/ silentium ori apposuit omnibus quōlibet patientib⁹: cū exclamauit: deus meus/ deus meus vt quid dereliquisti me? Quod v̄o p suo corpore mystico aut pro toto humano genere loquak scriptura in psalmo subsequēs manifestat: lōge a salute mea verba delictoꝝ meorum. Nō habebat christ⁹ delictū neqꝫ peccatū: sed delicta humani generis sua fecit: pro quib⁹ ita passus est/ velut si fuisset obnoxi⁹. Unde ista veritas ex his verbis elicik: Uerba mea causa delictoꝝ meoꝝ longe sunt corporis mei: vt delicta hoim̄ qꝫ mea feci: pro quib⁹ velut p meis patior in hac hora sic derelictū corpus lōge faciūt a salute/ vt oīno aculeo mortis diuerberer. Alter em̄ non minus vtilis sensus in his v̄bis includik: quare me de-

reliquisti? quia verba delictorū meorū: verba scʒ derelictorū hominū meorū: de quorū numero per carnis assumptionē factus sum: longe sunt a salute. Non enī habēt vnde saluantur: carēt vnde saluti appropinquent: nō exaudiuntur cū inclamitant: aut quomodo clament, ignorant: quia derelicti primorū peccato parentū. Multa etiā ex proprijs adiecerunt: nō formant vnde saluentur: ideo pro derelictis meis/ ne in sempiternū derelinquant: in hac hora l seuis penis tu pater dereliqsti me. Igit derelict9 est p derelictis: quorū vba lōge erāt a salute sua. Verūtū siue intelligat hec scriptura p delictis et pctis/ siue p hoib9 derelictis: in hanc sententiā cadit: vt verba delictorū christi nō qp ipse cōmiserit: sed qp ad purgandū assumpserit: lōge sūt a christi salute. Preter hec aliter tractātes/ dicim9 in intentione prime titulum includētes: p assumptione matutini/ seu pro ceruo matutina. Orabat multa patiens p assumptione matutina: vt scʒ deus pater eum respiceret ad resuscitandū tam mortuū in hora matutinali: quem in meridie vt omnino moreretur reliquerat. Pro ceruo vero que cito transilit/ idem Christus qui cito surrexit: aut quia ipsa renouatur comestione serpentū: sic Christus renouatus est/ cū de montes moriendo deuicit/ momorditqʒ infernū: vt statim resurgeret a mortuis/ imortalitatis stola renouatus. Quod autē in psalmo sequit/ qui
Psal.21 etat fideliū mentes: Deus meus clamabo per diem/ et nō exaudies: et nocte/ et nō ad insipientiam mihi. Clamauit orans carnis petitiones per diē veritatis: et nocte aliene infidelitatis/ scilicet hominū persecutorūʒ: nec exaudit9 est: quod sibi ad insipientiā factū nō est: sciebat enī qua re sic derelinquebatur a patre. Nihil a deo aut ab hominibus Christo ignorāte fuit i ipso peractū. Nec etiā causam et rationē eorū que agebātur ignorabat. Quod vo modica interpositione verborū facta subintulit: in te sperauerunt/ et nō sunt cōfusi. Patres antiquos Dauid cōmemorat in psona Christi ploquēs/ quos deus pater de pssuris nimijs liberauit. Nā liberauit Noe de altitudine inundantium aquarū: Abraā ab omni malo vsqʒquaqʒ ptexit. Nō dereliquit Isaac: adiuuit i varijs agonib9 ipse Jacob: seruauit i egypto Joseph: tutor ei9 fuit i carcere. Moysen z aarō a duricia eripuit durissimi pharaonis: z longū esset enarrare oēs p singula. Hoc idē fili9 syrach ad argumētū eru-
Eccl.2. ditionis cōmemorat: Respicite filij natiōes hominū: et scitote/ quia nullus sperauit in dño et confusus est. Quis pmāsit in mādatis ei9/ z derelictus est? Aut quis inuocauit illū/ et despexit eum? Hec quidē omnia christo cōueniūt: et nihilominus derelictus. Proinde de seipso quasi gemens exclamitat: eo qp esset a deo p ceteris
Psal.21. patribus derelictus: Ego autem sum vermis z nō homo: opprobriū hominū et abiectio plebis. Non vestitur corpus vermiū a natura: vt aues plumis/ alalia pilis/ pisces squamis/ z corticib9 arbores: nō ab arte/ vt homines pānis. Sed qd? Ex omni parte derelictū est vermib9. Iuuāt se mutuo ipsa volatilia pennata: et pulli a genitoribus alūtur temporibus diffinitis: z plerūqʒ a cōtrarijs gregatim se tuentur: z alternatim se innitūt ad escas. Hoc idem animalia et marina et natātia faciunt. Vermis aūt plus est in suo genere derelictus. Et nec esse potest similitudo infirmior qp comparari vermi. Proinde dicit: Ego autē sum vermis: videlicet velut vermis/ nō velut homo reputatus/ aut in pssuris adiutus. Homo enī erat: et nō hominē se ppter nimiā abiectionem dicebat. Quāobrem adiecit: opprobriū hominū et abiectio plebis. Sʒ hec derelictio/ hec infirmitas/ hec abiectio nō ad insipiētiā fiat nobis: vt alte pēsemus quis est iste qui derelictus est: ob quā causam sic abiectus est: quid nobis ista derelictio prestiterit: qd a nobis exigat in penis derelictus a patre. In his multa vigilia opus est/ multa consyderatione agendū: ne minus debito inueniamur in reprehensiōibus huiuscemodi efficaces. Sʒ quod deinde per Esaiā prophetā ad hierusalem: hoc dicitur Christo p ecclesia sua: hoc est ecclesie merito Christi sui sic a patre psecutionibus derelicti. Ad punctū in modico dereliqui Esa.54.
te: z in miserationib9 magnis cōgregabo te: in momēto indignationis ab scōdi faciem meā parūper a te: et in misericordia sempiterna misertus sum tui. Hec christo derelicto cōueniunt. Hec ecclesie collecte de gentib9: hec synagoge cōuerse i fine seculorū: hec qbuscūqʒ cōuersis pctōribus: hec omībus p christo in hoc tpe vmbroso patiētibus mala ditaxat: nō alio merito nisi qʒ derelictus est Christus: vt cū ad punctuʒ sit a creatore sua dispensatione derelicto: z in magnis miserationib9 ad ipm cōgregatio fiat: cū faciē abscondere videtur pati mala permittēs: cum indignari videtur/ misericorditer seuiens: peractis agonib9 sempiterne dās supernā gloriā miseret. Id autē quod dictū est: Heliā vo- Mat.27.
cat iste: Et videam9 an veniat Helias liberans eū: de ignorantia cruci assistentiū z non intelligentiū linguā Christi pcuenit: qui nomine Heli deū patrem inuocabat. Et sepe fit vt defectu male intelligentiū vnum interpretetur p altero pinde plerūqʒ defectu intelligendi error pessimus sequit: et obuenit morū detestāda puersitas. Postea sciens Jesus quia iam omnia cōsummata sunt: vt consummaretur scriptura/ dicit: Sitio. Fere iam in Christo omnia cō- Jo.19.
pleta erant tormenta z mysteria passionis: hoc restabat predicente scriptura/ qp ante mortem proxime venturā sciens potaretur aceto. Nec scptura vt sepe dixim9/ causa erat vt talit potaretur aceto: sed vt scriptura ideo consummaretur: quia filius per prophetaʒ hoc predicere fecerat: quod ipse sicut ab eterno preuisuʒ erat/ in suscepta carne p nobis fuerat impletur9. Inquit porro scriptura: que passionis tēpore i christo sitiēte consummanda erat: Et dederunt in Psal.68.

escam meā fel: et in siti mea potauerunt me ace-
to. Sitis Christi compassione animos audien
tiū mouet: si sitiuit in corꝑe/ ꝓ ipsoqꝫ clamauit.
Sed nec videtur ꝙ clamauerit ꝓ auferenda si-
ti corporea: qui omnē compassionē ad suū cor-
pus diruperat: et sibi erat omnino incompassibi
lis factus: vt etiā ad mortē voluntarie festina-
ret. Non est fas credere corꝑis quesiuisse fomē
ta: qui ipsum tā prompte tradebat in mortem.
Sed nec a veritate absonat si sitiuit: cū multis
agitatus molestijs/ etiam sitis passibilitatem as
sumpsit in carne cū ceteris: ad cumulū passio-
nis/ et in testimoniū assumpte carnis. Sed hoc
a veritate omnino discrepare videt/ ꝙ ad refocil
landaꝫ sitim ipse sitio dixerit: sed forte vox illa
enūciauit quod patiebat: nō quesiuit remediū.
Admiratione magis attollimur et introduci-
mur in maiora secreta: ꝙ verbū corꝑi cōpetens
anime cōmodauit: et expressit per corꝑis voceꝫ
vehementē anime sue nostre salutis affectum.
Sciebat eñ salutē omniū animarū. Ab eterno
eñ deus creare homines et saluare disposuit.
Et nō ex accidenti: quia deus erat: ei sitis affu
it animarū: nō eñ accidunt accidentia creato-
ri: sed quod erat eternū atqꝫ secretū/ humanat⁹
filius modo sitiuit in carne tempore passionis:
videlicet quādo celebrata sunt mysteria nostre
salutis. Nec decebat tale desyderiū alio in tē-
pore aperiri/ nisi eo tēpore quo redēptionis no
stre preciū per mortē et sanguinē soluebat: ꝙꝙ
figuris et enigmatibus sepe in testamento ve-
teri sit ostensum/ propheticqꝫ reuelatū. Miruꝫ
ergo ꝙ fons sitit/ omniū aquarū redūdantia: si
tit qui omniū sitim venerat tollere: patit quod
Jo. 4. ab alijs volebat auferre. Inuitauerat ipse mu
lierē de samaria/ vt ab ipso expeteret aque cuius
ne sitiret in eternū: ꝛ nūc patitur sitim: non ni-
si quia caput nostrū pro nobis ad patrē/ sitio al
te clamat. Pro nobis omnibus loquit: se sitire
ꝓtestans velut caput pro mēbris. Et desyderiū
quod humanuꝫ genus habet aut habere debet
salutis ꝓprie ipse christ⁹ expressit in cruce. Et si
tim exprimens/ sitim a nobis exposcit: vt si nos
sitit/ et nos sitiamus ad eū. Hoc eñ psalmista
Psal. 41. ꝑdocuit: Sitiuit aīa mea ad deū fontem viuū:
quando veniā et apparebo ante faciē dñi. Nec
nō christi sitis aspiciebat in mortē: vt etiā mori
ꝓ humano genere vehementissime affectaret.
Et illi⁹ ineffabilis desyderij vox illa/ sitio/ erat
indiciū: quo voluntatē paternā cito ꝑficere ni-
tebat: que in id ex sua passione tendebat: vt cō-
funderetur inuisibilis Pharaonis imperiū: vt
expoliaretur ex preda: quā nō sua ꝓbitate/ sed
astutia/ et humana fragilitate tenebat. Nō eñ
hominē seu humanū genus cōgressu belli seu
ꝓbitate deuicit/ nō iusta lege certandi. Porro
improbus predo expoliand⁹ erat/ quod desyde-
rabat expolians. Ac etiā in reformationē defor
matarū imaginū illud desyderiū ferebatur/ vt
reformarentur: ad quod formate tempore crea
tionis extiterant. Propriū est bene institute-
tis magistri ꝛ bona instaurantis nō quiescere
nisi restauret si deperit aliquid ex extu. Et sol
licitorū nunciorꝫ est gliscimen/ quousqꝫ in men-
te perficiāt. Acceperat in mādatis a patre fili⁹
eternus in tēpore nūcius: vt reuocaret errata: re
1. Cor. 12. pamus. Et alibi: Etem in vno spiritu oẽs nos in vnũ corp⁹ baptizati sum⁹: siue iudei/siue gẽtiles: siue serui/siue liberi. Et ad Ephesios: Ipse

Ephe. 2. scꝫ christus est pax nostra/q̃ fecit vtraq̃ vnum. Et ibidem: Unũ corpus ꝛ vnus spũs/sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre: vnus deus vna fides/vnũ baptisma: vnus deus pater omniũ/qui sup omnes ꝛ per omnia est in oĩbus nobis. Ex quib⁹ omnib⁹ vnus tantũ dicit͛ popul⁹ iure populoꝝ distinctus: q̃ signatus est in aqua que ꝓfluxit ex latere: non in aquis que multe fiunt͛ numerositate populorũ. Decebat ꝑtinus ad futurũ mysteriũ ex aperto latere sanguinẽ ꝛ aquã fluere post verã christi mortez in corpore: quoniã ratione mortis ei⁹ in martyrib⁹ suis ecclesia creuit in sanguine: in aqua ꝟo post mortẽ eius/plena est secuta mũdatio. Necnõ in ecclesia palmaris victoria in sanguine facta est et in morte: cũ vsq̃ ad illã inclusam ꝓ christo voluntarie mortuo/ in sanguinis effusiõe nouim⁹ esse certatũ. Apertũ dicit͛ latus/nõ vulneratũ: quoniã vuln⁹ preterq̃ in viuo corpore fieri nequit. Non eñ vulneratio prout rerum experiẽtia sonat/ꝛ mos vsitatus alloquit͛/ sup insensibilia cadit: percussionẽ/scissionẽ seu apertionẽ/ ꝛ his similia/ipsa sunt apta recipere. Magis autẽ nouimus moderamen spũssancti in ꝓlatione huius euãgeliste: vt sic ꝓferret: vnus militũ lancea latus eius aperuit: vt aperto latere cognoscam⁹ dilectionẽ cordis vsq̃ ad mortẽ: ꝛ ad illũ ineffabilem amorẽ eius ingrediamur/quo ille ꝓcessit ad nos. Et accedamus ad cor eius/cor altũ/cor secretũ/cor omnia cogitãs/cor oĩa sciens/cor diligens: ꝛ per apertam portam fiamus saltẽ in amoris vehemẽtia cordiformes: ꝛ mente intremus ad secretũ ab eterno abscõditũ/nũc in morte quasi aperto latere reuelatũ: ꝛ apertio lateris apertionẽ preostendat templi eterni: vbi omniũ existẽtiũ erit plena felicitas. Proinde sibi ad negligentiã imputet/qui non ingredit͛ si apertum

nouit introitũ. Cum aũt sero factũ esset/ioseph pilati obtẽta licẽtia de sepultura dñi disponere satagebat. Hic nõ ꝯsenserat verbo nec aliis consilio iudeoꝝ: q̃ non restitisset in facie mẽte tertius: ꝛ velut torrentẽ magnũ i rremediabili impetu defluentẽ cognoscẽs animũ iudeoꝝ: cui decreuit cedere magis/q̃ ꝟbis steriliter repugnare. Non eñ adhuc feruor amoris ꝛ fidei christi iesu/eius interna ꝑfuderat. Timebat eñ extra synagogã fieri/magis ꝟo mortẽ. Sed euge sibi si ꝓpter ipsum christum/ipsum crudeli morte ꝑiisset: vt innocentia tacens/ꝛ ioannes baptista ꝓloquens. Sed hunc in aliquo iuste reprehendere non possum⁹: quẽ tanta serie lucas euangelista cõmemorat/dicẽs: [Ecce vir nomine ioseph qui erat decurio/ vir bonus ꝛ iustus: hic nõ consenserat consilio ꝛ actibus eoꝝ: ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat ꝛ ipse regnum dei] Lu. 23

Officiũ suum recte ꝯueniebat mysterio: sup homines decẽ curã habens in seruitio reipublice: vt quasi decẽ precepta seruans/ iustus ꝛ bonus esset: fide cõuersus ad christũ/ expectaret regnũ dei: quod vere credentibus christus ipse ꝓmiserat. Huic associatus est nicodemus: qui etiã occultus erat discipulus iesu: qui in principio ꝑdicationis christi ad ipsum nocte venerat. Mirũ Joan. 3. de istoꝝ discipulatu occulto: cũ confessionẽ coram hoĩbus christus exegerit. Unde si veri discipuli/quõ occulti? Si occulti/quõ veri? Cur hãc infirmitatẽ secretiorez fecit in his: cũ alios ante se binos ꝛ binos ꝓmiserit? Cur suos discipulos inocultos ꝛ manifestos dimiserit? An si eis saluator occulte loquebat͛: non reserabat mysteria veritatis? An dixit aliud in occulto quod in manifesto ipse nõ dixerit: cũ suam doctrinã mandauerit sup tecta ꝛ per orbẽ vniuersum publice ꝑdicari? An erit aliqua simulatio in morib⁹ christi: quod error est credere? An erãt isti ꝑspectiores alijs: cũ quibus christ⁹ more dominoꝝ haberet aliqua secreta tractare? Sed fateor christum nõ indigere consilijs: nihil secretũ habuisse cuꝫ hominib⁹ esse tractandũ: preter secretũ ab eterno absconditũ: mysterium fideliũ fidelibus occulis suo tempore reuelandũ. Proinde quod reuelandũ diuino ꝛ eterno consilio fuerat/hũano non indigebat: nec ꝓ aliquo euentu rei occultatio huiuscemodi opus erat. Uerũtamen reor in his diuinã prouidentiã ad futura/ꝛ patientiam sup his qui adhuc christifero amore nõ feruẽt. Futurũ eñ erat vt aliqui tempore seue ꝑsecutionis ad horã se occultarent esse fideles in subsidiũ plurimorũ: opportũitate ꝑstãte in sanguine atq̃ morte pati/publice testificari ꝓ christo. Q, qui percurrit gesta martyrũ: hoc quod dicimus non ignorat. Et charitas vera sufficit ad salutẽ etiã si non sit ita feruens atq̃ perfecta/ q̃ excludat penitus omnẽ timorem. Timor nanq̃ persecutionis ꝛ mortis etiã sanctos viros plerũq̃ deterruit. Sed nec ꝑ hoc reprobari meruerunt si dolorũ metu sepe absterrebant͛: ꝛ si nõ quesiti deuitabant agones: fugiebãt facies tyrannorũ

et principum: et persecutorum gladium abhorrebant: et si specus et antra petebant: et si occultas habitabant sepe cavernas: dum a persecutoribus inventi aut traditi et penis exacti tenuissent in animo fidem: et confiterentur verbis intrepidis christiferam veritatem. Multos enim legimus se occultasse ad tempus, aliorum utilitatibus se servantes: opportunitate vero superstite tormenta subisse pro christo: et multos corde pavido fugientes: inventos tamen letissime pro christo mortis excepisse sententiam. Hec quidem in his duobus occultis discipulis autumamus qui ad christi sepulturam convenientes:
Mar. 15. Joseph mercatus est sindonem ad involvendum christi corpus: et libras fere centum myrrhe et aloes ad unguendum detulit nicodemus. Cum vero debitis instrumentis ad defigendum corpus venissent ad crucem: ipsum defixerunt et deposuerunt illa reverentia qua valebant. Que hic observatio clavorum intrantium et exeuntium per dominicam carnem? Quis qualisve planctus: videre seculorum omnium regum regem, velut forefactorem de cruce deponi: revolui manibus modice familie assistentis: tractari manibus matris, corde cum ipso crucifixe atque defixe: nunc arcte dolore intrinsece mentis, cum propius ipsa vulnera perspiceret? Cui erat etiam et tangendi atque osculandi libertas: cui pie credo, aderat et voluntas. Que plangendi causa: que hic iure copia lachrymarum: quod unica unici mater in hanc calamitatem devenerat: ut cogeretur illum tam turpiter mortuum tangere: sic aspicere sine crimine vulneratum, plagatum undique, lividum utique atque perfossum valide? Cui dum crucifigeretur, astitit: et percepit auribus blasphemias emulorum. Dum alte clamaret, audivit: dum sitivit, non valuit ut mater patienti filio porrigere dulcem potum. Dum etiam moreretur, caput inclinatum aspexit: et corde doloris transverberato aculeo fere consensit: quem in aliquo iuvare nequit. Nunc vero doloris augmentum semetipsum in suo materno et virginali gremio reclinatum: et officia se pro funere cogitur involvere mortuum, ex aliena ope sibi prestitis lineis: quem natum infantem involvit vilibus pannis. Et ad amaritudinis cumulum contra morem matrum, ipsum cogitur ponere in alieno sepulchro: quem puerum vagientem in paupere presepio reclinavit. Et utrobique diserte loquele silentium. Ibi vagiens infans fandi impotens: hic morte factus exanimis, omnino non loquens. Ad angustiarum fasciculum ipsa contra omnem usum artatur etiam propriis manibus deferre atque tradere sepulture: non tamen aliud, sed amor quo filio ligabatur, artabat. Quis hic planctus? Que causa plangendi? Que abiectio regis mundi? Que derelictio amicorum? Quis modicus comitatus? Libet potius ad consyderationem devotis relinquere, quam exinanire inextinabile vobis. Unctum et cum linteis de sindone munda circumligatum: Jesu corpus per manus bonorum traditur sepulture: in sepulchro scilicet ioseph quod pro se fecerat excidi in petra: ut petra in petra sepeliretur: adumbrato mysterio, sed convenientia magna. In quo nondum quisquam positus fuerat: ne resurgens alter ab ipso crederetur: ut possit inferri calumnia ex perfidia iudeorum. Hortus enim, sed non ille in quo oraverat fueratque captus: et in horto monumentum novum, pro homine novo: ut sepultura incarnationi conveniat. Nam dum incarnaretur, positus est in utero virginali: ubi nondum quisquam positus fuerat: neque ponendus erat. Sic et in sepulchro novo positus fuit: ante quem et post quem nullus divino mysterio positus extitit. Sepultus igitur est dominus iesus: petra in petra, novus in novo, universorum dominus in alieno sepulchro: sicut mos erat iudeis: suos mortuos sepelire. Petra erat christus: super quam fundatur nostre fidei stabile fundamentum. Et sepeliebatur in petra, scilicet in cordibus hominum ut petra duris per fidem sepeliendus hoc fidei pacto: ut homines malicia insensibiles velut petra, recipientes vivam petram ad vitam reviviscerent: et fieret petrarum per instrumenta fidei et virtutum quadratarum edificatio super christum: qui se fideli ecclesie sue subiecit solidum fundamentum: sicut petro pollicitus est verissimus sermo eius. Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Matth. 16. Et inter insensibilia tale celebratur mysterium: ut merito vivus voluntate propria insensibilis facti, alterum vero insensibile redderet. Erat nempe insensibile corpus christi exanimatum: ut velut alia corpora exanimata sensitiva virtute carebat. Verumtamen ad hoc ut sepe factum est, voluntate se conduxerat. Nec ipsum unita deitas animabat. Indecens est deitati de seipsa corpora organizare aut sentire per corpus. Sepultura lapidea, ex natura deficiebat sentiendi virtute. Mittitur igitur insensibile christi corpus in tumulum insensibilem: et mutuo se non sentiunt: sed ad positum corpus anima redit et agnoscit et sentit vere sepulchrum: quod nec ipsum in sui natura mutatur: ante similiter et post eodem modo se habens. Impossibile nisi soli deo, rerum mutare naturam. Sed quod celebratum non fuit in illa theca petrina: porro ad futuros fideles cum christus mundo innotuit, servabatur. Sumus enim omnes filii ire: atque omnes dumtaxat in utero sanctificatis exceptis nascimur natura peccatores et insensibiles sumus ad divina charismata: non enim corrupta natura per naturam gratiam sentit: neque sentire gloriam sperat. Quamobrem christus ad tempus factus est in corpore insensibilis, coniunctus insensibili sepulture significatione typica: ut insensibili homini per peccatricem naturam sensibilitas verorum bonorum, temporalium et eternorum, illius insensibilitatis merito redderetur per gratiam. Et ecce petrina theca. Ecce petra excisa de qua populo dei plenitudo et aquarum copia magna defluxit. Nu. 20. Ecce petra remmon: ad quam ut tuaderent se beniamin filii contulerunt. Judic. 20. Ecce petra: quam iob rivos olei refundebat. Job. 29. Ecce petra sancta: refugium peccatoribus erinaciis. Ps. 103. Ecce petra: in qua dum angiatur cor hominis, si ad illam per fidem refugit exaltatur. Ps. 60. Ecce petra: ad quam male nostre Ps. 136.

peccatorum soboles alliduntur. Sepultus est
nouus homo in monumento nouo: vt exuam⁹
Col.3 veterem hominem: ⁊ induamus hūc nouū qui
ƀm deum creatus est. Incedamus viam nouā
quam ipse initiauit/ in nouitate vite ambulan-
tes: quousqꝫ nouitatem celestem beati capia-
mus. Sepultus est in alieno sepulchro: quia
ꝓprio carere voluit/et carebat. Nec sibi in hu-
manis aliquid ꝓpriū fecit: qui semetipsū vene-
rat hominibus donaturus. Nec sibi ꝓuidit ali
quid ꝓ futuro: vt etiam cura sui corporis dereli
cta/de sepultura decederet nō prouisus. Imꝑ-
tinens eñ erat/vt ꝓprietatem quereret in terre
nis/qui venerat de supernis: et ꝓ nobis factus
egenus/ab ineunte infantia pauperē ⁊ liberaꝫ
vitam a mundanis rebus tenuit: quā etiam mo
riendo ⁊ in sepultura mōstrauit: vt nec suis lin-
teaminibus inuolueretur: nec vngeret vnguē-
to de ꝓprijs confecto thesauris. Nec curam vi
uens habuit/quo mortuus humaretur: nec cui
ꝙ mortaliū dixit pendēs/viuens ⁊ moriens vi-
te inopiā/⁊ in omnibus paupertatē extremam.
Aduolutus lapis ad ostiū monumē
ti: presignat adhuc perfidiam iudeorū/⁊ duri-
ciam eorū qui nō crediderunt: qui nec a malis
operibus cessauerūt: ⁊ in cordis duricia persti-
terunt. Hic lapis appositus est ꝑ homines/re-
motus ꝑ angelos. Unusquisqꝫ sibi ꝓfecto per-
fidiam ⁊ duriciam facit: sed nec amouet nisi su-
perna virtute. Orans ⁊ mortuus christus con
sistit in horto: vt ex oratione sua ⁊ morte nobis
inuisibilis horti virtutū plātaria ornet: ⁊ ingre
di mereamur hortū supernarū deliciarū meli-
orem: ꝙ qui constitutus a deo primis parenti-
bus fuit in eden. Mulieres vero Christum de
uote in vita sequētes/ cōsyderare sepulchrū assi
stebant e regione ad ipsuꝫ sedentes: presigebāt
eñ in aīo si ꝑmitterētur pernoctare cū mortuo:
quod et forte fecissent/nisi militum custodia fu
isset apposita: honestatis cura has excubias tē
perauit. Aut si remote vt euenit/inde quacunqꝫ
causa fuissent: disponebant diligēti consydera-
tione prehabita sepulchruꝫ iterū visitare. [Et
reuertentes parauerunt aromata et
vnguenta: et sabbato siluerunt ƀm manda-
tum.] Parauerunt vt amoris feruor docebat.
Ex his rebus affectū animi ostendebant: ⁊ ma
gna mysteria ex ipsis deriuabant ad posteros.
Sed sabbato siluerūt ƀm mandatum legis: vt
etiam in bonis operibus nō procedat ad libi-
tum siue votum/legis regula ꝓtermissa: sed oīa
ordinate ƀm dei legem fiant ex nobis. Sepulto
domino sequitur ad connexionem gestoruꝫ: ꝙ
iudeorum tanta sollicitudo/sed cessanter ꝓuida
semper addidit quod efficere nequiuit. Cōmo-
uit igitur principes sacerdotū accedere ad pila
Mat.27. tū. Unde [altera die que post parasce-
uen est: ꝯuenerūt ꝓ̄cipes sacerdotū ⁊ phari
sei ad pilatū dicētes: Dñe/recordati sum⁹/qꝛ se
ductor ille dixit adhuc viuens: Post tres dies
resurgam. Iube ergo custodire sepulchrū vsqꝫ
in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius
nocte et furentur eum: et dicant quia resurrexit
a mortuis: et erit error nouissimus peior prio-
re. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: ite ⁊
custodite sicut scitis. Illi autē abeuntes/ muníe
runt sepulchrū/signantes lapidem cū custodi-
bus.] Si horā et tempus huius conuentionis
inspicimus et accessionis ad pilatum: prout ec
clesia cōmemorat: repugnant cerimonie iudeo-
rum: videlicet ꝙ in tā magno die sabbati post
parasceuen ad pilatum accessissent: ⁊ cū mili-
bus gentilibus tractauissent de custodia sepul-
chri. Nec eorū infesta sollicitudo incustoditū
corp⁹ dimisisset per noctē. Sed hoc quod dicit
altera die/de die mortis intelligit: i illa scꝫ ho
ra qua sciuerunt esse sepultū. Que de iure alte-
rius future diei ex festi reuerentia ⁊ cōputatio-
ne antiqua iam erat. Sed si alteram diem in re
vt sonat in voce/volumus intelligere: mirandū
cur tantū diem sabbati nominaliter nō expssit.
Et forte fecerūt ꝑ nūcios quod ipsi ꝑsonaliter
cōtradicētibus cerimonijs facere nequiuerūt.
Sed ordinē rei geste non amplius ꝓsequentes:
cuius ignorantia periculū nostre fidei nō im-
ponat: quod factū est duntaxat succincta disser
tione tractemus. Magna iniquitas hoīm: ma
gna vilitas iudeorū: ꝙ etiā mortuū crimiare nō
cessant: seductorem Christū coram preside ap-
pellātes. Satis eñ egerant/ꝙ ab ipso falsis ac
cusationib⁹/impetuosis clamorib⁹/ mortis sen
tentia fecerant cōdemnari. Sed qui odit ex ani
mo etiam inimicū quem interfecit aut lesit/sem
per opprobriose cōmemorat: vt quia iniustū ꝓse
cutus est/ipse iustus appareat. Et hec est irre
mediabiliter odiosa cōditio/cū inimicū ꝓsequi-
tur vel defunctū: et colorat odiuꝫ cordis sui ex
iniusta macula quā imposuit innocēti. Sed sem
per malorū cōscientia/quia nequiter egit/trepi
dat: ⁊ ne pateat malū quod iniuste cōmisit/ini-
micū etiam mortuū quotidie nouis accusationi
bus premit. Et falsi criminatores delatiōes fal
sas quibus preualuerunt in hostē/quē ad iudici
um cōuenerūt/semꝑ repetunt: ne silendo con-
fusi viderētur. Appellauerunt hunc viuū ⁊ mor
tuum seductorem. Sed nec eos seduxit: ꝙ ipso-
rū bono ab ipso seducti fuissent: nam in eternā
sortem eorū fuisset acta seductio. Sed māserūt
mūdo tenaces/vt nec auellerētur ex verbis. Ue
rūtamen autumo/ꝙ sic locuti fuerint magno ꝓ
sagio futurorū. Nam viuēs seduxit ad doctri-
ne veritatem: sed vtiqꝫ paucos: post mortē ve-
ro innumerabilē hominū plebem: vt etiā mun-
di huius imperatores ⁊ reges in illam seducti-
onem venisse/crediderint se fore beatos. O be
ata seductio: in qua q̄ seducit / gaudēs se fuisse
seductū/dolet tādiu ab huiuscemodi seductiōe
dilatū. O vera seductio: que oēs cōuicit erro
res: ⁊ ilico mente cognoscit infallibilem verita-
tem. O secura seductio: que seductuꝫ abduxit a
satana: et regi omniū asciscit: que clausit ba-
ratrū: patefecit et celū. O vtinā omnes ab hoc

seductore [et] seducibiliter seducerent. Allegāt in/ dei seductoris verba/ q[uod] tertia die surrexisse p[re]dixerat. Sed si seductoris fuerūt/ cur ope cōpleta noscunt? Surrexit eni[m] iuxta verbū suū. Pro omib[us] eo[rum] neq[ui]tijs recurrūt ad p[re]sidē: vt facilior sit iniquitas vbi adest autoritas. Et vocāt d[omi]n[u]m cui volūtate nō subdunt. Propriū est puerso[rum] etiā laudare quē odiūt: vt p[er]ficiāt ipsi quod neq[ue] ter cupiūt. Inquiunt etiā: Iube ergo custodiri sepulchrū. Quid facient resurgentē/ cū timent in sepulchro latentē? Sed vana sollicitudo cassaq[ue] custodia/ vt custodiatur a furto discipulorum resurrectio mortuorū. Sed hoc cōmentu[m] in eo[rum] relatū est tristiciā: quoniā custodes ipsis resurrectionis leticiā nunciauerūt. Verūtamen de pilati licētia signatum est monumentum: vt fertur/ sigillo ipsius [et] principis sacerdotū: adhibita diligenti custodia militum: ne interclusu[m] corpus discipuli furarētur. Sed hec omia erāt future resurrectionis testimoniū maximū prebitura. Interim parant aromata mulieres: vt veniētes hora possibili vngant iesum. Nō eni[m] e[st] pōt i absentia dilecti ociosus legitim[us] amor: [et] post mortē exhibet dilectis obseq[ui]a seruitutis. Et amoris vehemētia q[uae] separi nō vult: estimat difficile mortuū/ quē ex omni se dilexerat viuū. Et venerant sepe reliquias ei[us]/ q[uas] discerpsit amatus. Et iā mortuus viuit dilectus in anima diligētis: et amās ardēter querit omne quod dilecti potest renouare memoriā. Sed quis qualis q[ue] dies/ quale ve t[em]p[u]s/ quid agebat: cū christ[us] corpore in sepulchro iacebat abscōdit[us]: [et] a[n]i[m]a i limbo stabat cū patrib[us]? Gaudiū omibus angelis erat in celo: q[uonia]m christus p[ro] omibus peccatoribus penitentiā dignā fecerat/ fructūq[ue] penitentie dignum. Gemebat in inferno illa turba laruualis: quoniā videbat ex latere diu detentā p[re]dā quam volebant antiquitate tēporis esse p[re]scriptā/ in predā victoris celici retorqueri. Et dolebāt quod casso labore peregerāt/ vt tā velociter morti traderet: quia per eū expoliati sunt quem cruci nudū affigi suaserūt. Et augebat deperdita preda tristicia. Exultabat antiqua turba illa parentū: per quos Christus traduce carnis descenderat: qui videbant impleta p[ro]missa et p[re]sagia futuro[rum]/ et oracula p[ro]phetarū. Et intuebantur gaudio inenarrabili illam sacrosanctā animā deitati vnitam/ p[ro] illo tunc similem eis: ab ergastulo carnis exemptā/ in medio ipsorum allucentem eis: pandentem ex intuitu q[uod] eos descēderat liberare [et] extrahere de illo lacu miserie/ atq[ue] de custodia tartarorū. Aspiciebant illā ineffabilem lucē/ que orta erat eis sedentibus in regione vmbre mortis: que denuo et longe aliter p[re]ter illā intelligentiā [et] fidei claritatē quā a deo viuētes acceperāt/ interluxit: securitate omnino concepta/ q[uod] essent vna cum ipso de illo receptaculo progressuri.

Libri tertijdecimi de passione domini saluatoris Finis.

Liber quartusdecimus de Resurrectione domini saluatoris.

Peracta in limbo debita mora: et mortis veritas p[er] separationē anime a corpe p[er] spaciū tot horarū iure patebat: aderat t[em]p[u]s vt expletis laborib[us] mortis peracto mysterio: post ignominiā penalem victoriam: qua victus carne virtute factus est victor: vt nouitas celestis per resurrectionē in christo capite inchoaretur. Proinde christi anima sacrosancta/ destructa lege tartarea/ inferni vectibus resolutis: relictis cū demonibus peccatorib[us] dignis: detentā diu potestatē sub tenebroso imperio/ merito protoplastine p[re]uaricationis/ lucida potestate/ iure soluti sanguinis p[re]cij triumphās eduxit: [et] corpus repetit voluntarie quod spōte reliquerat/ nō vehemētia passionis: q[uo]d q[uod] in corpalib[us] penis ad tēpus ipse secesserat: et reanimat inanimatū: recalescit frigida caro: venarū humor ebullit: vitalis sp[irit]us in omni sua parte inserit: et anima tota in toto/ [et] tota in omnē corporis partem reuertitur: ea celeritate qua in cōceptione deitas/ anima/ caro insimul per vnionē ad constitutione[m] hui[us] hominis cōuenerūt: preda inuisibiliū aia[rum] in loco/ aut vage/ vt aia christi decreuerat/ cōstituta. Et eade[m] celeritate prosiliuit de clauso atq[ue] signato sepulchro in magnifico terremotu: ad terrorē omniū/ et memoriā ceterorū: atq[ue] ad excitationē custodū: vt ipsi omnino fierent resurrectiōis testes: qui ne tolleret fuerāt facti custodes. S[ed] recitāt [Angelus domini descēdit de celo: cuius aspectus erat sicut fulgur: et vestimenta sicut nix. Pre cui[us] etiā timore sicut [et] terremot[us] exterriti sunt custodes: et facti sunt velut mortui.] Mathe. Quod pre timore resurgentis aut angeli apparētis siue terremotus cōcutientis exterriti sunt custodes/ factiq[ue] velut mortui: timorem infidelium arguit p[ro] subitationē potentis virtutis: cum sentiunt insolita fieri super id quod a natura [et] ratione potest apprehendi: et deficit quod tantū humanū est/ cum in actū diuina proueniunt. Et si fiat adhesio fidei et amoris/ in securitate[m] vertitur timor. Nullos enim vult deus a timore terrente diutine detineri/ nisi quos inuenit esse rebelles: nec transeūt motu cordis in id ad quod pie a superna virtute vocant. Eteni[m] sepe deus terroribus vocat: et hmōi actiones ac adhesiones a nobis reqrunt: vt in finē positu[m] ab eterno credatur sic esse quod agitur. Nihil ad calumniā de[us] agit: nec expulsionē nostrā ab eo facit: cum operatur que sensus noster horrescit: magis autem accedendi ad eum in his inuitatorium prerogat. Cum vero sic inuitati nō transeūt: timor superbos peramplius inualescit: [et] velut mortui pa

defacti reddunt. Sed solers est verbũ: et solertes inquirit ad eius intellectũ: cũ nõ mortui custodes ex territi referũtur. Nam qui velut mortuus dicitur/nõdũ mortuus est/sed similitudinem mortis habet: et mortuorũ videtur gestare figurã: nõ tamen mucrone mortis excisus: et consuetudo loquendi plus q̃ veritas hoc induxit. Sed in eo mõ quo dicit nostra instruentia capiam⁹. Ois infidelis atq̃ seuus peccator in aïa mortuus est/nisi resipiscat eternã mortẽ ꝑtinus recepturus. Non tñ mortuus dicit ex more quo quis vsum ꝑdiderit sensuum/q̃uis in pectore spũs palpitet: hũc velut mortuũ appellam⁹. Dormientẽ etiã dicimus imaginẽ mortis habere: cũ viuat et calor vitalis in toto corꝑe ferueat. Sed qm̃ tũc rõnis sopitus est vsus/ et sensuũ sistit actio ceterorũ: velut mortuũ appellamus. Cum vero talis hebetudo cessauerit: nullã mortis similitudinem inesse sancimus. Sic infidelis peccator vsq̃ ad exitũ charitatis est velut mortuus: non tamẽ irreuocata sentẽtia eterna morte dãnatus. Quod si ꝑseuerat ille inuisibilis languor: nõ in similitudine/ sed in veritate mortu⁹ erit. Si aũt abcesserit argumentũ sp̃ũalis curationis: nõ vlterius gestabit mortis imaginem.

Et accedens reuoluit lapidem: et sedit super eum. Descendit ad resurrectiõis locũ/ sicut ad incarnationis habitaculũ a deo missus ipse descenderat. Descendit vtiq̃ terribilẽ habẽs aspectũ /velut impetuosum fulgur: ad insinuandã subitam illuminationẽ credentium: et illam inuisibilem lucẽ/ que in splendoribus suis varias intercapedines habet. Uenit ad sepulchrum pridie mortis: nũc resurrectionis immortalis illa creata natura empyrei celi ciuis/hic nunq̃ peregrina: pro meritis denunciare resurrectionẽ voluntarie morientis/et prope resurgentis i eternũ nõ morituri: vt ei⁹ quod possident atq̃ denũciant/nos ostẽderet esse cõsortes/si volumus esse credentes. Terret sepe fulgur pre subita actione ipsius etiam coruscantis: Eodemq̃ typo angelus terruit: vt nouiter credentes quodam ostentu terribili admirentur: atq̃ reuerberentur interius ꝓ amplitudine tante lucis. Necnõ et velut fulgur repẽte fides resurrectionis irradiat. Qui aspectus clarus est credẽtibus atq̃ suauis: in quẽ mentis aciẽ nõ defigunt infideles: sed terrentur apparitionis subita nouitate: et terrebunt ineuitabiliter acrius/cũ i fine se nouerint esse delusos et exclusos a veris gaudijs/resurrectionẽ altis-

Eze. 1. simã nõ credẽtes. Et animalia Ezechiel vidit incedere in similitudinẽ fulguris coruscantis. Sunt animalia terrena: scʒ homo/leo/vitulus/ aquila. Sunt et subcelestia: que et deferendo regni euangelium coruscando/et munduʒ subito illuminãdo discurrunt in similitudinẽ fulguris coruscantis. Sed nec ipsorũ merito tantus splendor/sed virtute delatus. Nũc iterũ ex celo venit celeste animal/fulgureã habens faciẽ: vt terreni et celestes in vna resurrectione conueniant: ex qua nascit resurrectio beatorum: et ostendat in terra natis esse posse participiũ cũ celestibus. Et quod Ezechiel vidit in quatuor nũc in vnitatẽ vnius fidei/vnius euãgelij/ vni⁹ beatitudinis ꝯuenisse credat. Et christi aduentũ extremũ fulguris aspectus denũciat: qui erit ipso dicente/subitus velut fulgur. Niualis al- Mat. 24.

bedo vestiũ/gloriam candidam resurrectionis ostendit. Nihil niue candidius/nihil illa clarius. Reuoluit angelus lapidem/vt fidem faciat custodibus/q̃ Christ⁹ veraciter resurrexit: nec corpus eius discipuli eius sunt furati: qui stantibus custodib⁹ nõ venissent: pauidi em̃ holes adhuc erãt. Sed descendit celica virtus ab humano absoluta timore: nec sepulchri verita custodes: que nec furatura corpus aduenerat: sed vt resuscitati hominis remouẽdo lapidẽ ostenderet veritatẽ. Celica virtus custodit ipsa sepulchrũ/ donec inimicis custodibus fidem faciat. Similiter et deuotis mulieribus/que sepulchrũ ad vnguendũ importune corpus venerant visitare. Nam suppositus lapis duriciã incredulitatis ostendit: q̃ nisi ab inuisibili et superna virtute nõ remouetur: vt resurrectiõis nouitas inclarescat. Sedet in dextera: vt in resurrectione Christi membra cũ capite dextera paterna eius merito amplexetur: et absoluamur a leua: super quam dormiuit vsq̃ in hanc horã cũ perpetua damnata ꝓpagine miser Adã. Asserit autem alter et alter euangelista/ duas celicas affuisse virtutes: vna caput/altera pedes sepulchri custodiẽs: vt ore duarũ seu duplici testimonio fulti Christũ resurrexisse credamus; vt vnus etiam angelorũ caput custodiens/naturam diuinitatis: alter pedes obseruans/veritatem assumpte atq̃ suscitate carnis insinuet. Qui venientibus summo diluculo mulieribus responderit Christum resurrexisse/nouitate celesti viuere asserentes. Et confortant ipsas expanescentes/ pre timore vultũ defigentes in terram: velut insolite videre angelicam creaturã: quam nõ expauisset resuscitati mater: si nõ fatigata doloribus/debilitata membris/cũ alijs ad sepulchruʒ ipsa venisset. An forte ideo stetit nõ veniens: quia iam filius resurgens mortu⁹ ipsam prehonorauerat velut ꝓ ceteris in sui morte dolore perfusam: et diligentẽ ardenti⁹/et expectantẽ anxius resurgẽtem. Et prehonoranda erat in resurrectiõe virginitas: que in incarnatione ipsũ ad hoc susceperat/vt ꝓ nobis moreret atq̃ resurgeret. Et dignũ erat/ vt que natũ pri⁹ ipsa prior adorauit atq̃ sola suscepit de terris: q̃ prius aspiceret regressum ab inferis. Ipsa siquidẽ angelorũ et hominum iam facta regina/ et sup omnes virtute prefulgẽs /meruit in nouitate celesti alti⁹ honorari. Id dixerim: ante omẽs aspicere filiũ resurgentem: nõ q̃ mater/sed quia charitate pollentior. Et quia omnia ordinate disponit: iure seruãdi ordinis/hanc singularẽ in virtutib⁹ feminã/resurgẽs a mortuis primit⁹ suã exhibendo corporalẽ p̄sentiã honorauit: terminũ dan-

do singultibus: cui⁹ cor doloris machera pfo-
derat. [Sed tres mulieres venientes vn-
guenta deferentes aromatum:] pluris i deuotione q̃
pondere: summo diluculo/memores magni appo
siti lapidis/no immerito hesitabant ad inuicem ꝯfe-
Mar.16. rentes: Quis reuoluet nobis lapidem
ab ostio monumenti? Hora q̃ mote ad ve-
niendum tenebrosa erat: nam dum adhuc tenebre
essent/venerunt: sed orto iam sole ad monumentum p-
uenerunt. Nam incipere oes anime tenebras no re
pellit: profecisse spectat ad lucem. Confabulatio si
tendit amorem: cum videre querunt sepultum. Pre-
ostendit infirmitatem/cum de lapide remouendo
querunt: sz innuit magnitudinem singularitatem/cum reso
nat inter verba: Quis reuoluet nobis?
ac si sole quererent: et si eis dumtaxat / no alijs
esset Christi resurrectio a mortuis opportuna.
Sed puenientes introeuntesq; in monumentum
vident reuolutum lapidem: quia vbi huma
na virtus diffidit/virtus superna perficit: de ce
lo prestat auxilium his qui pie de humanis atq;
terrenis diffidunt. Et obstupuerunt: no ta-
men ob remotionem lapidis/quantum p vacuita-
te sepulchri. Semper obstupuit humana con-
ditio: cum aliqua conspexit fieri supra sensum.
Et velut nescientes quid de corpe factum esset
stupor oppresserat: quibus superni ciues blan-
da voce loquuntur/ velut adhuc peregrinis in
terris: quos expectant habere conciues in superis.
Lu.24. Consternate ptinus erant: et vultum p tristicia in
terram defixerant. Nam vultus procliuitatem
moles infidelitatis impresserat. Fides resurre-
ctionis primum hominum mentes erigit ad super
na. Solum adhuc terrena sapiebant/ que vultum in
ima deiecerant: vultus quippe hominum cogniti-
Job.29. onem importat: Sed melius Job longe ante p-
nouerat cum dicebat: Lux vultus mei non cade-
bat in terram. Primam siquidem angeli vocem
Mat.28. securitatis emittunt dicentes: Nolite time-
re. Proprium est angelorum confortare nu-
tantes/et prestare securitates: cum diuina pro-
uidentia in terris sepe facit eos aduenire lega-
tos. Sed omnino est demonum aduersa condi
tio: etiam cum se permittente deo in lucis ange-
los transfigurant: vt no securitatem/ sed inferant
sepe pauorem: et in dubijs implicent/ non ab-
soluant. Ac per hoc multi crediderunt arcana sus
cepisse de superis: qui per eos qui se transfigurant
in angelos lucis/illusiones ab inferis suscepe
runt. Primum est ciuium supernorum remouere ti-
mores/ et abigere tenebras ignorantie. Proin
de resurrexisse denunciant iesum: quem velut mor-
tuum carentes lumine fidei requirebant. Et di-
Lu.24 cunt: Non est hic. Quia impossibile fuit a
sepulchri angustijs detineri: nec petrina theca
retinere potuisset corpus deitati vnitum: quod
etiam anima similiter vnita ab inferis rediens ani
mauerat. Non est hic: non corporis substantia/sed
qualitate mutata. Et ipsum notum fieri in gali
lea denunciant: sicut ante mortem sepe fuerat polli
citus. Perficiunt legati sepulchri omnem legati-
onem in intelligibilium sensu eis a resurgente imposi
tam: et in memoriam reuocant verba domini saluatoris: q̃
fideliter mente retenta tenebrositatem incredulitatis
auertunt: cum vero labuntur/infidelem relictum effi-
ciunt. [Recordamini porro inquiunt, Lu.24.
qualiter locutus est vobiscum adhuc in
galilea cum esset/dicens: Quia oportet filium homi
nis tradi in manus hominum peccatorum: et cru-
cifigi: et tertia die resurgere. Et recordate sunt
verborum eius.] Et de nutantibus discipulis/ne
amplius hesitando contristentur: et de petro ver-
tice apostolici chori/ne trine negationis sit me-
mor: precipuam curam gerunt/cum ipsum singula-
riter nominant/dicentes: [Ecce locus vbi po Mat.28.
suerunt eum. Sed ite dicite discipulis eius et petro:
quia precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis/si-
cut dixit vobis.] Ecce legati celestes resurrecti-
onis p omnia virtutem ostendendo locum: rememo
rando quod per iesum fuerat ante predictum: et mo
nent vt pergant ad apostolicum chorum: cui⁹ clamo-
so concentu ipsa resurrectio per vniuersum or-
bem reboatura erat. [At ille cito exierunt de Ibidem.
monumento cum timore et gaudio magno
nunciare discipulis suis. Et nunciauerunt hec om̃ia
illis vndecim/et ceteris omnibus.] Erant enim di-
scipuli/cum apostolis: quis apostoli prerogatiua p
christum concessa fulgerent. Et sepe apostolos discipu
lorum legimus nomine appellatos: discipulos ve-
ro apostolico nomine nunquam functos. Sed par cu-
ra erat angelis de apostolis atq; discipulis: quos
omnes sub discipulorum nomine nuncupauit: quod
et mulieres put acceperunt ab angelis dixerunt.
Quod autem in Marco legitur [inuaserat eas Mar.16.
pauor et tremor: et nemini quicquam dixerunt:
timebant enim.] Intelligendum ptinus/ quod nemini
quicquam dixerunt: preterquam apostolis et discipulis: de
quibus tantum acceperant ab angelis in precepto.
Nondum erant alijs quam dilectoribus tam alta pan
denda mysteria. Est nempe celestis puidentie at
q; peritie christiane/noua rudibus no reuelare
mysteria: et carnalia sapientibus/spiritualia occul-
tare: quousq; formam discipulorum accipiant i scho
lis gratie/ pmissa prudentia carnis/ iugiter ex
cubantes. Erant autem he mulieres: maria mag-
dalena et salome et cleophe/et iohanna/et cetere
que cum eis erant: que visa in sepulchro/ auditaq;
ab angelis apostolis nunciauerunt: que visa sunt
apud illos quasi delyramentum/scz verba ista: et
no credebant illis. Tenti apostoli adhuc infra car
cerem pure humanitatis et sensualitatis inclusi
et christi verborum immemores: aut circa illa peni
tus infideles: vesana credunt que supra naturam
facta referunt: et angelorum insolitam visionem at
q; loquelam autumant esse stulticiam. Nec dum-
taxat ipsorum fuit taliter hesitare: sicut ante am
bulantem supra mare crediderunt esse phantas-
ma: verum est etiam omnium qui no sunt alta fide p-
fecti/ i similib⁹ vacillare: potiusq; delyrare dicen
tes credere/ quod verum dicunt sana mente referre
Magdalena vero q̃ amabat ardentius/ardentio
rib⁹ amatoribus ex discipulis est locuta/ petro

videlicet et ioanni: velut mente capta doloribus
Joan. 20. et desyderijs videndi dicens: [Tulerūt do
minū meum de monumento: et nesci-
mus vbi posuerunt eū.] Anxietate atq rapaci
tate loquēdi eius quod dicit actores nō expri-
mit: quos iudeos/magis q̄ ipsos angelos re
ferētes/atq sepulchrū obseruātes/in sua men-
te intelligamus esse sublatos. Que petrus et io-
annes mēte stupida et cū semigaudio audiētes
ad sepulchrū vnanimes cucurrerūt: q̄uis i cur
rendo corporū nō fuit equa facilitas: cū ad se-
pulchrum citius iunior corpe discipulus adue
nisset: sed in monumentū prior nō introiuit: sed
qui posterior nō tam concito gradu venit. Ubi
p̄termisso allegorico sensu/magnā i moribus no
timus rationē. Sepe nouitia virtus cū p̄fessa cō
tendit: et q̄q̄ videat nouitate feruētior: p̄fessa
vero experiētia solet esse p̄fectior. Probata ex
pristinis moribus virtus/ex consuetudine vile
scendi/citius ad humilia inclinatur: et mori no
scitur esse paratior: quod Petrus antiquior in
monumentū humilitatis et mortis securius in
grediēs figurauit. Feruet sepe mustū cū ex tor
cularibus exhauritur: sed in quā qualitatē desi-
nat ig norat: quod aūt diu q̄euit in vegete/ostē
dit in quam firmauerit qualitatē. Fumat noui
ter accēsus ignis: et flāmā exhalāt palee/simi-
liter et malleoli: sed statim apparet que materia
fouet ignē. Multi nouiter militantes magno
voluntatis impetu cucurrerunt in bellū/ quasi
ludos putantes ictus telorū: cū autē senserunt
impetū equorū et equitantiū duros lacertos/et
acumina metalli splēdētis/horride timuerūt:
et aut terga vertētes/aut occumbētes gladijs
certatorū/aduersarijs dederūt victoriā. Jure
aūt militari sepe probati/aut deuitant sapien-
ter impetū emulorum: aut reportant certandi pro
bitate victoriā. Est et in vno agonizato pro chri
sto reperire virtutē nouiciā atq probatā: est et
in diuersis certatoribus cōsyderare similia. Nul
la maior in moribus virtus q̄ ingredi monumen
tum abiectionis/despectionis atq dedecoris/
humilitatis et mortis: quod nouit agere virtus:
non inherens nouiter/sed probata: licet spūssan
cti gratia subito possit inferre virtutē: etiā his
qui nouiter aut improuise in fidei bella deueni-
unt: aut subitos agones suscipiunt pro salute:
quod in pluribus martyribus nēpe legimus fa-
ctum. Ueruntamen q̄ audacie sctē atq potioris
virtutis extitit/ plerūq animauit infirmū: et ere-
xit animā titubantē: et habuit in virtute cōsortē/
quē añ pauentē asperxerat. Proinde apud ago-
nizatores debet esse precipuū: nō pauidos/ sed
audaces velle habere collegas. Nā petrus in-
troiuit in monumentū prior q̄ ioannes: cuius
animatus exēplo/ingressus est et ipse posterior.
Bonū petro/ q prior introiuit: bonū ioanni/q
sociū impauidū habuit. Bonum est certatori p
Christo talē habere sociū/ a quo sollicitudinis
Isidor. nō pigritie sumat exempla. [Intrantes hi
duo monumentū vacuū inuenerūt.]

Profecto surrexerat mirifice/ qui humanē fue
rat tumulatus. Sed tñ linteamina cum seorsū ab
eis posito inuoluto sudario inuenerūt. Expli-
cita linteamina liberā resurrectionē/et explica-
tionē a vinculis mortis insinuāt: inuolutū vero
sudariū/huius resurrectionis ineffabile/ atq ab
humano sensu incomp̄hēsibile significat sacra
mentū. [Et cū nil aliud inuenissent: cre
diderūt vidētes. Nondū enī sciebant scriptu-
ras] scz testificātes: [quia oportebat eum
a mortuis resurgere.] Scriptura vero
christi resurrectionē i multis denūciabat. Ipsi
us q̄ppe scientia et firma credulitas/fidē astruit
oim a christo gestorum: sed cū ipsius memoria non
tenet/ sibi nō adhibetur credulitas. Ex quo in
hūc defectū vergitur: vt quod est futurū quous
q factū fuerit/nō credat: aut sepe nō posse fie-
ri plus credatur. Sed cū hi duo apli hec vidis-
sent: nec visionē angelorū viderint: et locutio-
nē audierint vt mulieres: ad semetipsos conti
nuo sunt reuersi: hoc est: secū interna meditati-
one vacātes/vel ad domū vnde cursum incepe
rāt. Sepe quippe recōpungit mens humana
cū quesita nō inuenit: aut inuēta cōprehendere
nequit. Ad conferendū aūt ordinem rei geste:
quādo hi duo ad sepulchrū currere inceperūt
mulieres cū eis iterū sunt reuerse: credētes po
tius cum apostolis aliquid certius inuenire/vi
sendi nimio amore flagrantes. Et cum nihil p̄-
ter id quod viderent reuidētes: his duobus re
cedentibus et ipse pariter recesserūt. Lento pe
de p̄ mesticia gradiētes: preter q̄ maria magda
lena: que amoris catena ligabat: ne abscede-
ret a sepulchro. [Et stabat ad monumē- Joan. 20.
tū foris plorās.] Stabat foras velut a fide re-
surrectiōis exclusa: quousq in illā reintrāsierit
bonitas saluatoris. Stabat foris a diuinis ex-
clusa. Nil tā forinsecū q̄ a fide secludi. Stabat
foris a monumēto nouitatis celestis. Stabat
foris a monumēto/vbi christi ē resurrectio cele
brata: i quo incūctāter viderat exanime corpus in
cludi. Et certa de morte/de resurrectione nuta
bat. Mirum p̄fecto: certa de morte/dubitabat de
vita: cū vnus et idē sit qui morit et resurgit: vt si-
cut nō potuit sibi mors nisi suapte dominari/sic
nec potuit ab inferis aia corpus reanimatū a tu
mulo detineri. Si humilia et īfirma christi cre
dimus/credamus et fortia. Si diuina credimus/
credamus similiter et humana. Formā dei et for-
mam serui/et ex vtraq christi gesta/ pari fide in
ipso credamus. Stabat maria īmobilis amore
nutabūda fide. Foris stabat: et si ex p̄te aliqua
eū nosceret aduētantē: memor dilectionis ostē
se sibi p christū: q sibi nō deficeret in hac hora
qua vera erat resurrectio celebrata. Penitus du
bitabat de resurrectione/validius de amore se-
cura. Concertabant in anima mulieris huius
amor et fides. Amor p̄tinus erat in pōdere: suc-
cūbebat penitus fides. Amor eius de amore Chri
sti nō hesitabat: sz resurrectiōis manebat tremu
la fide: idcirco amare plorabat amoris stimulo

agitata: et ipsi accēsa visendi resurgentē ab in
feris prūpebat in lachrymas. Que verba inter
lachrymas resonabāt? Que cogitationū certa
mina voluebant i corde? Quis nouit edicere?
qs modos explicare potuit impatiētis amoris?
Quis illā ardentē litē cū dilect⁹ cuz dilecta in
corde concertat: cum querit / cum queritur: cū do
let absentiā: cū presentiā exigit: cū causatur tar
da molimina: cum si expectaretur / nō ipse tar-
daret: cū appendat in trutina oīe quod dedit:
cum nihil se dicat sibi retinuisse: sed omnia et se
ipsam in potestate tradidisse dilecti: quis vnq̄
potuit talia palā facere? Solū hec verus nouit
amator: et qui oīa dilectiōis iura cōspexit. Pro
inde ista discutiēda veris amatorib⁹ relinqua-
Treno.1. mus. Plorās hierusalē plorauit i nocte sue tri-
bulationis: plorat magdalena in die resurrecti
onis: vt maior sit causa plorat⁹ in die festi debi
tā nō suscepisse leticiā / q̄ tpe tribulatiōis susce
pisse iacturā. Plorans foris plorauit: et lachry
me illius in maxillis in maxillis ei⁹: nō est qui
consolet eā ex omnibus charis ei⁹. Rigabat ora
magdalena lachrymis / sic et maxillas: nec con
solationē ab angelis / neq̄ a cōplicib⁹ apostoli /
nec a matre dilecti penit⁹ capiebat. Et hi oēs
sibi vtriq̄ chari erant. Habet hoc pprīū ex toto
inherens amor: vt ab alio prterq̄ ab eo cui inhe
sit / solamē omnino nō capiat: nisi soluerēt vincu
lū quo ligatur: et deberens nouiter inhereret
vt ex nouitate dilecti forsitan exultaret. Sed
ala que Christo inhesit ex amore veraciter: pre-
ter eū et sine ipso nō ad leticiā / sed eūcta vertū-
Jo.20 tur pariter in tormentū. [Et dū fleret / in-
clinauit se: et pspexit in monumētū.] Incli
nat amor sepe altitudinē cordis hūani / etiā ad
ima sectāda: et supbū humilē facit: nec est tā vi-
lis aut abiectus mos / quē inherēs dedignatur
amor. Cōuertit amor corpus et mēbra in artē et
aptitudinē inquirēdi / eū scz quem sibi sua cate-
na constrinxit. Inclinat se amor et pspicit: spe
rans semper videre quod gliscit: nec vno re-
spectu cōtent⁹ / visendi actus ingeminat. Aspe-
xerat ante magdalena sepulchrū: et iterū intuet
more drachmā perdentis: qui sepe repetit inq̄-
sitiōibus locū / in quo pdidisse se credit. Amo-
ris impatiētia nouos gest⁹ multiplicat: et nihil
dicit abiectum quod sibi equauit in voto. Sed
nec omnino fraudata quesitis duos aspexit an-
gelos ad solamē: magis vero ad testimoniū in
quisiti. Supra nēpe pstulimus / qd dualitas ista
significet. Sed interrogāt opportune importu-
nā / sedulā et sollicitā rigantē maxillas suas / la-
chrymis magdalenā. Et dicūt ei: Mulier
quid ploras? Quid est q̄ interrogant peni
tus ipsi quod nouerant? Nec eos latebat dul-
cis causa plorat⁹. Sed interrogant vt ignē ac-
cendāt ardentius quo ardebat: Respondit
eis: velut familiarib⁹ sue mētis / ac sciētib⁹ vo-
ta plācens. [Quia tulerūt dominū me
um: et nescio vbi posuerūt eū.] Nescit i quos
referat ablationis crimē: sed ex certo dolore de
terminatoq̄ questu dubia verba pfert. Similia
q̄ verba cū nūciaret aplis dixit. Eodem modo
codēq̄ affectu semp loquitur de re cui fact⁹ est
vnus amor. Qui cum factus est rei subiectus:
illam supra seipsam vocat dnm suū ex amore.
Illa christū dnm cōstituerat: quo sensu loquit:
quia tulerunt dominū meū. Lachrymosis vo-
cibus dabat interroganti responsa: et refran-
gens singultibus vocem ret: q̄ q̄ nō essent. Nō
determinabat actores: neq̄ angelis / neq̄ iude-
is / ne p custodibus / neq̄ discipulis / neq̄ aliqui-
bus nominatis faciebat ipsa furti huiuscemo-
di imposturā. Sufficiebat enī sibi manifestasse
dolorē: innotuisse quesitū votū: indicasse querē
tibus causam: exposuisse ploratus: absq̄ p in
multa verba modum quem ignorabat / afferen
do defluerer. Restringit dolor verba: et cū lo-
quitur / sepe confusam emittit vocē. Sed actio-
ri acerbat dolore: q̄ quasi ablationis certa / po
sitionis in alia parte domini sui nescia videba
tur. Unde dicebat: Et nescio vbi posuerūt eū.
Adhuc in sensu humano / nō in altitudine fidei
mulier ista persistit. Et vere nescia verā nesci-
entiā suo verbo pnunciat. Uerius nil nescitur
q̄ nō cognoscitur factū. Et q̄ nō est nescia cer-
ta nescitur: loquitur ipsa nescia veritatē. Quo-
niam nec vbi positus est / qui sua potestate re-
surgēs a mortuis / vbi vult esse potest: sua virtu
te vadens / nō aliena potestate delatus. Porro
impatiētia mētis impatientiā corpi facit: nec si-
nit amor impatiens corpus quiescere / si per eū
aliquid in corpe queritur. Querebat magdale
na corpus dn̄i saluatoris: nō contēta quesitio-
nibus mentis / corporeis questionibus satage-
bat. Affectio enī sua in animo et in sensibus vā
ipso volētib⁹ erat. Idcirco agitabat et corpus cir
cūquaq̄ se vertēs / si posset videre quesitū. Un
de cū hec dixisset / cōuersa est retrorsū
Qua validitate amoris defuncti corpis agieba
tur hec mulier: q̄ oculos vt videat / a ciuibus
patrie celestis auertit? Quid in corpore dele-
ctabilius ad videndum / q̄ angelicos et beatos
spiritus: cum formam obiicibilem sensibus su-
munt? Nam ad hanc visionē quasi in extasi fa- Gen.18.
ctus est Abraam: et veneratus naturam: cum
tres vidisset: vnum adorauit pronus in terras.
Delectatus tali visione Jacob: apparentē sibi Gen.32.
angelum cum eo orationibus ne discederet in-
crabatur. Multos legimus in veteri testamen
to huiuscemodi visione letatos: nec aliud tunc
querētes / dū visio illa psisteret. Hec mulier ab
angelis auertit vultuz: vt possit casu credēs vi
dere quem querit: se conuertit ipsa retrorsum.
Dulcissimū est confabulari cum angelis: alti-
tudinem atq̄ suauitatem humane lingue omi-
no pcellunt. Et ipsi hanc mulierē ad loquen-
dū inuitāt: blandis et cōpassiuis sermonib⁹ blā
diūtur: et exqrunt causam / volētes inferre sola
men. Ipsi cum ea loq̄ delectare videnē: sed ali
ud sibi pre amore iocūdius / eis vertit scapulas
vultumq̄ vertit inquieta retrorsum: et o verbis

eorum auertit insaniens/ et amore amens auditum. Sequitur amoris ipsa naturam: qui se non in naturam rexit/ sed in placitū traijcit. Quāuis christus omni angelo sit ipse nobilior: eius nō bilitatis qua deus oblita Maria/ viuentem vt deum et hoiem vere resuscitatum: non vt erat/ sed hominem mortuum inter mortuos requirebat. Quo sic mortuo aptiores atq; validiores erant angeli ad solamen/ et ad eius vsum dilectionis: que sensu auditus atq; visus percipi potest. Et gratior menti rationabiliter esse debet viuorum maxime angelorum/ q̄ mortui affabilitas. Sed quod gratius est in natura/ sepe minus capitur ab amore: qui fertur in placito non nature/ sed sepius accidentis: apud quem sepius agitur iu dicio vtilitatis et delectationis plus q̄ iudicio rationis. Sed ne diuscule talibus delectationibus morer: vtilior intellectus offertur. Statuit ab eterno diuina iusticia: vt anima que nullis creaturis citra deum consenserit delectari: q̄ ip se se ad fruitionem impendat. Ac per hoc Magdalena auertens vultum ab angelis: [conuer sa retrorsum/ viditq; iesum stantem/ et non sciebat q̄ iesus esset:] scitura tamen in proximo bonitate quesiti: porro versaba tur adhuc in tenebris ignorantie. Sed mira et laudanda diuine recompensatio bonitatis: vt q2 querebat sedula: quia nullis se cōsolabatur ostē sis: visis nō letabatur: paruipendebat audita: christus ad votum se obtulit inquisitus/ vt letaretur que in pluribus letandi copiam refugiebat. Et in plus christus huic mulieri retribuite leticie fecit augmentum: vt quesitus vt homo/ consolaretur vt deus. Et tamen quesitus auferende tristicie facit exordium/ dicens: [Mulier quid ploras:] Querit vt homo/ qui omnia sciebat vt deus. Nouerat cur plorabat: sed interrogatio ampliores prouocabat ad lachrymas. Tu quidem christe hanc mulierem secreto tractu mentis magnetino more traxeras ad amo
Luce. 7 rem: tu inuisa catena suauis dilectionis ligaueras: tu imbueras amore cor eius. Tu signis/ tu verbis commouens: tu peccatorum remissione purgaueras. Tu ipsam tibi tactus pmissione ligasti: tu amoris tui ascia omnis rei concupiscibilis delectationē ab eius animo abiecisti. Tu te sibi solum dedisti ad gaudiū federe sempiterno: tu suscepisti lachrymas eius/ nec abhorruisti oscula labior eius: tu illam dimisisti/ vt a te p
Luce. 10. omnia iret in pace. Tu interpellatus iudex eius aduocatus esse potius voluisti/ ne impediret cō templatio dulcis eius: cum illam sedere cognosceres ad tuos diuinos pedes/ pro te fatigante
Joan. 11 sorore. Tu lachrymas ipsa vidēte fudisti ad germanicum funus: tu eam signis atq; signatis tibi sancto amore p oia colligasti. Nunc putatam solitis tu inquiris: mulier quid ploras: Non ex toto insensibilis aut immemor facta est mulier vt quid amiserit/ non cognoscat: et nisi reinueni at/ quāto sit dolore donanda. Tu in ista planta sti fidem/ qua affecta in parte te querit: tu spem eius ad superna vexisti: tu radicasti protinus in eius animo charitatem. Tu rigas illā/ vt cre mentū suscipiat in inuisibilibus aquis. Charitas a te in ipa diffusa/ in te ab ipa refusā: hic ad monumentū tuū ligatā tenet/ illam plorare facit. Quid ergo est quod interrogas: quid ploras: Tu causa questus: tu causa ploratus. Tu in quietas illam: tu ab angelis illam auertis: tu vi uere in pace nō sinis. Tu illam delectari rebus a te creatis non pmittis. Tu ad amoris tui impa tientiam adduxisti/ vt nec cōsolet in his que videt: nisi te quem non cognoscit/ cognoscēdo videat/ videndo cognoscat. Quid ergo bone Jesu interrogas diligētem atq; dilectā: quid ploras: Sed ad hoc interrogas/ vt erudias: vt finē imponas lachrymis eius/ quā ad te cōuertisti p pe nitentie lachrymas et oscula pia eius: vt restaures in illa deperditā fidem/ in qua ipam saluā esse sanxisti. Et plus addit ad amoris et pij doloris argumētū: [Quē queris:] Ipse q̄sit9 erat q̄ q̄rit/ q̄ querit: et ipe se volebat offerre p vere fidei noticiā inquirenti. [At illa existimās q̄ hortulanus esset/ dicit ei: Domine si tu sustulisti eum/ dicito mihi vbi posuisti eum et ego eum tollā.] Existimatio huiuscemodi for te ab ostēsa effigie causabat. Illā siqdem credimus ostēdisse iesum: aut q2 in horto erat monimentū: aut q̄ Magdalena plorabat vt alterius nō crederet aduentus/ nisi eius ad quē articulari ter spectaret: pia tn̄ existimatio fuit nec ab eo absona q̄ in ipa vitia eradicādo/ ꝟtutes inseren do egerat: et repullulantē infidelitatē nūc venē rat ablaturus. Tenebant tn̄ oculi forte cōmērō diaboli/ aut pia dispensatōe Jesu: ne subito inijceri agnoscerēt/ quem alma eius amore magis q̄ vera fide q̄rebat: pro eo q̄ viuentem inter mortu os reqrebat. Et nō p̄stans testificationib9 ange li fidem/ merebat non aspicere veritatem. Unde in obiectā oculis formā/ anima decepta nō veri existimatione se tradidit: sed meret error faciliter veniam/ q2 sensibus exterioribus/ nō interio ribus incipit. Et sensualis q̄ intellectualis ē ad curā facilior culpeq; minoris: q̄ vero ex intellectu seu in spiritu exoritur/ difficilem et temperaneam curā h3/ culpeq; maioris. Humiliter tn̄/ sed inconsyderate ista mulier hunc quem existimat hortulanum alloquit: subijcit se in verbis credito vt hortulano ex amore quesiti dicens: domine si tu sustulisti eum. Dominū vocat plebeium abiectiq; ministerij virū: ad hanc humiliatiōem quesiti dilectione cogente/ inconsyderatā locuti onē emittit. Si tu sustulisti eum. Que causa esse potuisset/ vt quod querebat corpus/ q̄ tulisset hortulanus: Non suberat causa: sed amore insā niens loquebat improuide Magdalena. Q3 si causa subesset: etiā ista suis stimulis agitata mi nus sapiens loquebat cū petit edici. Nō huic q̄ renti referandū erat/ si ablatiōis causa subesset. Et mirū q̄ hūc quē hortulanū crēdit/ alloquitur velut certissimū sui desyderij cognitorē. Habet in morib9 suis amor impatiēs/ vt sepe credat oēs

hominem astãtem sua vota cognoscere: et in do-
loribus versatus ab oibus cum causa se cogni
tum credit. Idcirco velut scientibus factum et
causaz omnibus loquitur: put nũc fecisse noui
mus Magdalenã: cui corpe absentes/ spũ psen
tes/ verboꝝ bellum indicimus. Si hortulanus
tuus est notus: si tua vota nouit: cur eum asserti
one determinata non alloq̃ris? Si aũt ignotus:
cur ei nõ edixeris quem inquiris: sed inquis: si
tu sustulisti eũ? Quez eum? Si hortulanus igno
tus tibi est: tua vota nõ nouit; nescit q̃snam sit
quem tam diligẽter inquiris. Quem eum inter-
rogas/ acsi psente ipo illum in monumẽto clau-
sisses? Quẽ eum? Quid iste si hortulanus est/ de
quo queris agnouit. Sed optime nescia loque-
ris: quia non patrẽ/ non fratrem/ non filium/ nõ
amicum terrenum inquiris: sed eum qui est/ et q̃
venturus est: et dum sic profertur/ sine agnomi-
natione fuisse sciatur. Sed credis ne tu mulier
omnibus sicut tibi tuum familiarẽ esse amorẽ?
Credis ꝙ omnibus sicut tibi tuum esse dolorez
vt dicas: si tu sustulisti eum/ dicito mihi vbi po
suisti eum? Quis intelliget eum quem frangen-
do singultibus vocem impetu deplorandi/ ora
rigando lachrymis expresse non nominas? Sz
frustratus ista mulier verbis et locutionibus va
gabatur: q̃ꝙ dumtaxat corpus terrenum inq̃-
reret: cum impotens viribus tollendi fingebat
audaciam: quia nec illa mulier corpus illud vt
querebat/ exanimatum graue per molem porta
re sola potuisset/ cuius ipsa fuit de portatoribus
ad sepulchrum. Nec corpus christi modica seu
imperfecta/ sed communi et cõpleta et decẽte q̃n
titate constabat. Sed amor impossibile ad possi
bile sua opinione reducit: et quod nequit efficere
posse credit. Ceca et improuida protinus amo-
ris audacia/ q̃ possit efficere plus pmittit. Quo
autem ista mulier detulisset si abstulisset corp9/
penitus ignoramus. Magis autem ipsam locũ
quo delatura esset/ preuidisse non credimus: ze-
lus omnino sine scientia in eius anima bullie-
bat. Sed qui hortulanus existimabatur/ erat q̃
querebatur. Sed nec fixum ad hortulanum
creditum Maria tenebat aspectum: et incertis
et vndiq̃ visibus vagabatur/ merens et eiulans
quia nec protendebat resuscitatum: nec reperie-
bat defunctum. Incerta mente et varijs corpo-
ris motibus effluebat: excepto ꝙ a sepulchro re
cedentibus omnibus/ ipsa sola non recedebat.
Jesus autem qui eam consolaturus aduenerat
similiter restituturus ad fidem/ ipsam nominati
uo verbo alloquitur dicens: [Maria.] Hec
siquidem vox exprimens nomen eius penetra-
uit animaz eius/ plus in virtute ad ipsam existẽs
q̃ in sono edite vocis. Sola solita solum solite
audiuit loquentem: ac per hoc cognoscens soli-
tam vocem/ recepit et fidem. [Unde con-
uersa illa/ dicit ei: Rabboni: quod di
citur magister.] Quo cõuersa? Ad loquen
tem. Quia cum primo conuersa retrorsum vi-
dens hortulanum/ sua interrogatione com-
pleta recõuertit oculos ad sepulchꝝ: aut vndi-
q̃ gyrabat aspectũ/ sperans ex aliqua parte sibi
apparere quesitum. Nunc siq̃dem audita voce
quesiti/ ad eum se iterũ recõuertit motu corporis
pamplius autem motu mentis in fide veritatis
Et vocat magistrum qui discipule nomen expsi-
serat. Non inuenimus Jesum aliquam mulierẽ
sed neq̃ matrem: nisi hãc et sororem eius ppriis
nominibus appellasse. Que vt ex adiectiõe ver-
boꝝ Jesu cõphendere possumus/ non contẽ-
ta verbis/ sed aptitudinem corpis vt solita erat
ad pedes ostendit vt tãgeret. [Cui iesus ait
Noli me tangere. Nõdũ enim ascẽ-
di ad patrẽ meũ.] Uolebat enim tangere
Maria magdalena/ solitis appetẽs gaudere cõ
tactibus: adhuc resurrectionis vt erat/ non tã-
ti pendens eterne resurgentez corpore glorifica
tum: volens vt tracta est mortalem et passionib9
subditum. Et q̃ꝙ ad vocẽ eius fide conuertere
tur in eum: non ilico ipsum per resurrectionem
altioris consistentie cogitabat. Proinde iesus
causam intactus adiecit: [Nondũ enĩ ascẽ
di ad patrẽ meum.] Uerba sunt ista impli
cantia rudẽ intellectũ: sed explicantia fidelibus
veritatẽ. Tangi nolebat ad sensuum ꝯsolationẽ
q̃ꝙ se tangi pmiserit ad resurrectionis ostendẽ-
dam omnimodã veritatẽ: ne corpus impalpa-
bile non quod in sepulchro iacuerat/ crederetur
Quia nondum ad patrẽ ascẽdi. Ex quo erat oĩ-
bus predestinatis vtriusq̃ hominis donanda
pacatio: nec querenda seu donanda erat ampli
us p eum huiuscemodi consolatio sup terram/
vt de ipsis mutuis corporis gestib9 a quoq̃ pos
sit esse gaudium: sed in supnis apud patrem suũ
si qua sunt aut esse possunt in vtroq̃ homine so
lamina reseruant: vbi hominũ tactus tanq̃ in
spirituali corpore optime p omnia fulcietur me
rito resurgentis: qui pendens in cruce/ in tactu
habuit asperum sensum/ vt sequeretur pena ple
nissima morientis. Non queras in me mulier so
lita tui animi aut corporis fulcimenta: in melio
ra tibi et ceteris sunt cõmutãda fidelibus: vt nõ
in terra querant vlterius/ sed cum ad patrẽ me9
fuerit celebratus ascensus: nõ dei filij qui ex dei
tate non moritur nec resurgit: nec ad patrem ve
lut ab eo descissus/ nunc reascẽdere velit: sz chri
sti hominis qui mortuus fuit in carne/ nunc ab
inferis et a tumulo exaltatus/ et in eadem carne
ad eternum patrem in modico ascensurus. Sz
nondum ascendi trabea carnis indutus: quam
accepi ex virginali vtero: cum qua conuersatus
in mundo: cum qua affixus in ligno: cum qua
iacui in sepulchro: cum qua glorificata resurgẽs
aspectibus tuis appareo: cum qua sunt tibi et
electis meis pmia beatitudis alta donãda. Sz
cum ascendero ad patrem vbi erat glorificatoꝝ
corporum verus tactus: sed hic pro beatitudine
nullo pacto me tangas. Non sunt sub celo ad-
huc pstande hilaritudines/ sed donãde virtutes. Ne
mo hic hilarificãdus: nisi ad patrẽ cũ assumpta car
ne q̃ descẽdi vt assumerẽ/ prius ipe reuertar. Expe

diebat omnino ad patrē regredi cū carne/a quo
ꝑ deitatē nunꝙ discesserat: ꝛ parare locū sicut ip-
se ꝓdixerat. Et mansionū diuersitate tributa/ta-
ctus beatifice glorie verus erit. Alia rōne Ma-
ria tangere satagebat: ꝛ alia rōne christus illaȝ
abigebat a tactu. Illa motu sensus adhuc in
sensibus degens: portās mortale/nō spūale cor
pus. Sed ad designandā btitudinē nō esse in in
infimis/sed in superis apud patrē: illam a tactu
ꝓhibebat iesus: vt in hac sola muliere q̄ pecca-
trix extiterat/instrueret eccl'ia militās colligēda
de gentib⁹ ꝛ pctōribus iustificādis ꝑ grām: ne
in hac vita in christo ꝓmia btitudinis querat/
neqꝫ ꝯsolari: sed tribulari/affligi/crucifigi ꝛ pri-
uari amenitatibus sensualibus/decorari ṽtuti-
bus appetat suꝑ terrā: btificari vero cū christo
in celestibus apud patrē. Non est in carne mor-
tali competens beatitudinis tactus/ꝛ ordinata
possessio. Proinde a tactu glorificati corpis ꝓ-
hibet mortalis adhuc ꝛ subiecta miserijs Ma-
gdalena/in documētū ꝛ ꝓsagiū ceterorꝫ: vt nō in
via etiam in christo beatitudinis ꝓmia/sed ex ip
so ꝛ in ipo ꝛ cū ipo ꝛ ꝑ ipm ꝛ ꝓpter ipm ṽtutes ꝛ
virtutū exercitia inquiramus. In patria vero su
ꝑna ꝓmia infinite glorie cum erimus apud patrē
ad quem vt mansiones debitas ꝓpararet/ꝛ cōpe-
tentia loca credentibus/ꝓtimus ꝛ post paululū
ascensurus erat ꝛ christus. Qui magdalenā ꝑ
tunc et pro illa intentione a tactu remotam/il-
lam trāsmittit ad fratres suos apostolos: quos
ex charitate fratres post resurrectionem appel-
lat: ostendens ꝙ ꝓpter resurrectionis claritatē
ad eos ꝛ ad fideles ceteros non perdidit pietatē.
[Uade autē ad fratres meos/et dic
eis: Ascendo ad patrē meū/et patreȝ
vestrum: deum meū et deuȝ vestrū.]
Ascendo ad patrem meum ꝑ naturam: vestrum
ꝑ adoptionē ꝛ grām. Patrem meum cum quo
mihi est in deitate vera equalitas: patrem vestꝝ
sub quo vobiscū est mihi vera fraternitas. Pa
trem meuȝ ꝛ vestꝝ. Homo sum/ꝛ vos homines
estis. In hoc vnum atqꝫ cōmunem possidemus
patrem. Patrem videlicet creatione/amore/be
neficio/dono. Sed qm̄ deus sum/meus eterne:
qm̄ hoīes puri estis/vester ex tempore. Deuȝ me
um ꝛ deum vestrum: vt vna sit capitis ꝛ corpis
in deo ꝛ per deum eterna beatitudo. Deum me-
um/ cum quo mihi par est vna deitas: deum ve
strum/sub quo vobiscum est mihi eadem/nō di-
uersa humanitas. Magnam indidit christ⁹ no
bis ad ipm fiducie veritatem: magnam protin⁹
eternorꝫ communionē: immo ineffabilē atqꝫ in
terminabilē vnitatem: cum patrem deū vna cuȝ
ipso dixit esse communē. Necdum in his ṽbis
omnem fidem ꝛ spem resurrectionis ꝑfecit: vt si
cut deus suus eum custodiuit in penis: animaȝ
euulsit ab inferis/a tumulo corpus: ita et nos re
suscitabit: quia etiam noster est deus. Preroga
uit vere credentibus sperande glorie infallibilē
veritatē: ꝛ pacē habere constituit in aduersis: vt
sicut eū suus pater in oībus glorificauit/ita vos

quibus deus pater ꝛ deus esse ab eterno ꝓuidit
Ecce ꝯstituitur magdalena inter hoīes prima
nuncia sancte resurrectionis: ꝛ ipa prior inter
mortales atqꝫ corruptibiles efficitur ꝓconissa:
vt nunciet his qui hanc resurrectionē per vni-
uersum orbem proclamaturi erant. Et christus
ore suo ipam primā sue resurrectionis euangeli
stā facit: de qua septē demonia inuisibiliter ꝛ po
tenter expulerat: vt pro peccatoribus mors ei-
us credatur ꝛ celebrata surrectio: vt nec infideli
bus ad fidem cōuersis/nec peccatoribus ad gra
tiam firme reuersis credatur adimi gratia verbi
Nec a diuinis mysterijs puteƚ excludi etiam se-
xus femineus: ꝛ infirmior natura non deprimit
eum/cui arridet virtus ꝛ gratia fulcit. Consolaƚ
deus pater ꝛ resurrectio filij mulierē que hacte-
nus fuit in ciuitate peccatrix: ꝛ nunc ꝙꝙ illis nō
infecta contagijs/erat enim nihilominus infide
lis. Et in illa dat resurrectionis preconiū/vt cō
fortet tunc infidelem apostolicum chorꝫ: vt pro
peccatoribus credamus christi iesu tam alta my
steria celebrata: iuxta quod Petrus in epistola
sua inquit: Benedictus deus ꝛ pater domini no 1. Petri. 1.
stri iesu christi: qui ꝯm magnam misericodiā su-
am regenerauit nos in spem viuam per resurre-
ctionem iesu christi ex mortuis/in hereditatē in
corruptibilē ꝛ incontaminatam ꝛ immarcessibi
lem conseruatam in celis: vobis qui in virtute
dei custodimini per fidem in salutem paratam
reuelari in tempore nouissimo. Hec siquidem
firmat/cum se resuscitatum ostendit: ꝛ ad patrē
ꝛ cōmunem nobiscum deum in breui accessurū
se asserit. Hec dicens iesus/ab oculis Magda-
lene disparuit. Illa in base reposita fidei/a qua
dimota extiterat: egreditur hortum ilico: reliqt
ipsa sepulchrum: nec vltra se inclinauit vt aspice
ret: nec amplius si adhuc essent vel recessissent
requisiuit angelicos testes: de resurrectione cre-
dula/de quesito iocunda: ꝛ vt iussa domini et ma
gistri ꝑficeret/animo ꝛ corpore festinauit. Et cū
reuerteretur: suas consocias in itinere infra se-
pulchrum ꝛ Hierusalem consternatas/animo lē
to gradientes/vestigio adinuenit. Quas etiam
sociali discretione retento pede/atqꝫ interposita
sessione/dum ista cum Maria fiebant/nescien-
tes credimus expectasse. Sic insimul versus hie
rusalē venientibus: illi iocundanti/illis tristib⁹
pre dolore [Jesus occurrit dicens: aue Mat. 28
te. Ille autem accesserunt et tenuerūt
pedes eius/et adorauerūt eum.] Oc-
currit Jesus cum sedulo amore querentibus: et
sollicitam curam gerit/ne anime dilatione fran
gantur: festino remedio fragilibus opus esse co
gnoscit/ne spes dilata in desperationē tota mu-
tetur: ꝛ ne pius animus habitū impietatis assu
mat. Cura est christo de infidelibus/vt adducat
ad fidem/licet omnes non veniant: cadentibus
ab habita virtute vt resurgant/ꝙuis non oēs
pariter releuentur: de his que aguntur virtuti-
bus ne labantur/ꝙꝙ inueniantur non omnes
in his eque stabiles/ꝛ in operibus efficaces: de

bis qui a virtutibus non deficiūt/in ampliora ꝓ
ficiant: sed tamen omnes eodē spū non feruent.
Et vt ꝓficientes ꝑueniant/suis miris modis in
secreto ⁊ īuisibili sensu occurrit: ⁊ sua pietate suf
fulcit: in occursu huiuscemodi dicit: Auete. Ple
nitudinem pacis et abdicationē ꝑturbationis
insinuans: ⁊ plus menti ꝙ̄ sensibus corꝑis ipse
saluator occurrit: vt corꝑe oculis/vbo mēti/vo
ce in auribꝰ transfusa loq̄ret: vt corporea ⁊ mu
tua visione aīa innisibilr̄ inuisibili fide de resur
rectōe firmaret. Occurrit saluator viā huiꝰ mū
di pauide gradiētibus: qꝛ ip̄e in via qua melior
est ducatus: vt relicta seculi via/illā q̄ in patriā
ꝑducet gradiamur. Et pacē loq̄tur/cū obuiato
ris more salutat: Auete. Quod hebraica lingua
verbū est pacis. At ille tenuerūt pedes eiꝰ. Quō
tenuerint? Geniculando ante eum/ob reueren
tiā ⁊ amorem. Et se tangi nūc Jesus ꝑmittit/ad
ostensionē ⁊ certitudinē resuscitati corꝑis: quod
Marie denegauerat in horto/ in abdicatiōem
sensualis delectatōis. Gesta em̄ christi nūc de
negata/nūc ꝯcessa: nūc ꝓhibita/nūc ꝑmissa: ma
gnam nobis astruunt mysterij rationabilē vari
etatem: vt vnū ⁊ idem quod vno tempore dene
gat/alio concedit atq3 ꝑmittit: defectū in quesi
to/indignitatem in q̄rente/ineptitudinē in mo
do/importunitatē in tempe/indecentiam in re
dum negat/ importare credamus: cum vo con
cedit/his caruisse atq3 ornari ꝯtrarijs firmiter
autumemus: nec ꝓ tanto diuinū mutat ꝯsilium
si opa varient. Nouit em̄ diuina ꝓuidentia sine
dolo nostris vtilitatibus ꝯsulens/qualiter ⁊ q̄ñ
⁊ q̄d nobiscū diuersimode sit agendū. Et nunc
procliue mulieres tangunt ⁊ osculant dn̄icos pe
des: ⁊ ad solita reuertitur Magdalena. Et reco
gnoscūt resuscitatum/quem viderant cruci affi
xum: ⁊ in theca petrina reclusum. Et resuscita
tus in corpore/in illarum animabus fidem resu
scitat: vt procliue corpore/in anima ꝓfundius
inclinentur. Cum enim adorant in valida fide
mentis/ ꝓtestātes illam gestibus corporis: ma
gno sacramento ad posteros transductū est: vt
in christo resurrectionis gloriam veneremur/
eius merito nostram beate fieri si fideliter vixeri
mus expectantes. Tunc ait illis iesus:
Nolite timere. Ab angelis ⁊ christo a mē
tibus harum timor excluditur: ille videlꝫ qui ti
tubare in fide aut illam tremulā facit. Nullus
noxior timor ꝙ̄ hesitare de christo: atq3 de gestis
eius in nostram salutē dubio cōmoueri. Radix
bonoꝝ fides: sine qua impossibile sit deo posse
placere. Cetere virtutes ex ipsa velut rami a ra
dice consurgunt. Huius radicis cōmotio peri
culosior est ꝙ̄ ramoꝝ. Proinde timorē qui eam
ꝯcutit/saluator resuscitatus excludit dicēs: No
lite timere. Quod etiam sui legati ad sepulchꝝ
angelici testes eisdē mulieribus cū visitarent se
pulchꝝ/ similr̄ ꝓdixerūt. Sed resuscitatus chri
stus suoꝝ ꝯmilitonū nō obliuiscit: Quis secū in
tam alta pugna nō vtiq3 decertarent/cum soluꝫ
pre timore in bello seuissimo relinquētes: sꝫ cu

ram ꝯtinuā gerit/q̄bus iubet mulieribus talia
nūciare: Ite nūciate fratribus meis vt
eāt in galileā: Ibi me videbunt. Hoc
idem angeli paulo ante ꝓdixerāt. Magna huiꝰ
almi regis benignitas: q̄ relictus in bello/suos
pauidos ⁊ formidolosos/fugitiuosq3 socios fra
tres noīat cū euasit: ⁊ nouitatē celestē eis in suo
corꝑe ōndere repromittit. Ducis excelsi suaui
tas/q̄ eū negātes ingruēte bello/tpe tenebrarū
fraternū se dicat ad eos tenuisse amorem. Inso
luta clemētia ꝑncipis: q̄ post ꝑssuram/cauma q3
belloꝝ: post victoriā de ligno/de tumulo/de le
ge tartarea reportatā: sub eterno patre ꝯtinuo
fratres appellat. Primogenitus em̄ factus est
in multis fratribus: ⁊ susceptā ex tempe carnis
traduce/in parentē in suoꝝ fideliū numero volu
it esse matrem/cum nominat eos fratres. Exclu
sit profecto tyrānidem/regnandi supsticiosum
fastigium/dominandi fastum deꝓssit. Et cum il
los quos in eternum secum ꝓuiderat regnatu
ros/ in fraterna equalitate distinxit ī superno re
gno atq3 celestibus moribus abstulit: sub ⁊ su
pra omnem alium/non tamē suum euacuās ꝑn
cipatum: sub quo velut cum ꝑmogenito equo
fraterno iure viuere posse post natos: non in na
tura qua deus: non in carne in qua singulariter
natus: sed in gratia ⁊ gloria ꝑ viuentē spm̄/quē
in filios adoptionis effudit. Nempe ab earum
oculis disparente Jesu/quod eis ꝓdixerat/festi
nant mulieres ꝑficere: scꝫ nunciare apostolis vi
sionem quam habuerant domini resurgentis/⁊
leticiam eis in galilea future apparitionis. Et
venientes inuenerunt vndecim con
gregatos. Quos primo velut audacior at
q3 feruentior alloquitur Magdalena merito si
bi deferentibus ceteris: vnde ei maxime ab euā
gelistis contribuitur/ꝙ resurrectionis nūciaue
rit veritatem: ꝙ̄ꝙ̄ ⁊ alie mulieres in via cum vi
derint occurrentē/audierint ⁊ loquētem: ⁊ tenue
rint eius pedes: ⁊ perfecta inclinatione corpo
ris in fide veritatis adorauerint sup terram. Sꝫ
nescio qua pia ꝑmissione Marie dumtaxat per
missa sit autoritas nunciandi/⁊ visa ⁊ imposi
ta disserendi: que speciali alloquio suadet vera
esse que viderat duobus apostolis/qui cum ea fu
erant ad sepulchꝝ: cum ip̄a ꝑma eis ediceret vi
sionem vidisse ciuium supernoꝝ. Lugebant eī
singulariter ⁊ amaro animo Petrꝰ ⁊ Joānes: qꝛ
iuerant ad sepulchꝝ: nec Jesum aut angelos/sꝫ
tm̄ monumentum vacuum cum linteaminibus
videre meruerūt. Et illi audientes quia viueret
⁊ visus esset ab ea/non crediderūt: quia ⁊ ip̄i ac
cesserant ⁊ nihil viderant. Regebantur more il
loꝝ qui cum anxietate alloqui gliscunt: q̄ ꝙ̄uis
quod dicitur veꝝ sit: quousq3 videant/fidem pre
stare recusant. Sed miruꝫ ꝙ ista mulier ad istos
maxime se trahebat: aliā nō nouimus causam/
nisi qꝛ ip̄a nouerat eos magis amore feruentes
aut affectos acriore dolore: ꝙ his q̄bꝰ he mulie
res gaudebāt/ipsi q̄si nescij ꝓuabant. Et mos
est/cum plures amatores in vno dilecto pre cete

nis amando ꝯueniunt/ꝙ ad se inuicem plus req̃
runt. Et si verisimile animal ad suum simile iun
git: amoris natura in amore magis similes pl⁹
astringit. Quibus auditis ab aliquibus statur:
ab aliquibus discurritur in incertum: sed certis
itineribus ad querendũ. Interea dum ista que
supradicta sunt agebanť: scꝫ a prima locutione
facta mulieribus angeloꝝ/vsqꝫ dum est christi
apparitio tertia subsecuta: falsum exortũ est de
veritate cõmentum: sed semꝑ veritas ex sibi op
Mat. 28 positis plus refulget. [Nam ecce quidam
de custodibus:] qui de ordinatõe pontifi-
cum ꝛ sacerdotũ ꝛ decreto Pilati/vt custodirẽt
a furto corpus/positi fuerant ad sepulchꝛ: [ve
nerunt in ciuitatẽ/ et nunciauerunt
principibus sacerdotũ omnia que fa
cta fuerant: ꝛ illi ꝯgregati consilio cum seni-
oribus accepto/pecuniã copiosam dederũt mi-
litibus dicentes: Dicite: qꝛ discipuli eius nocte
venerunt/ꝛ furati sunt eum/nobis dormientib⁹
Et si hoc auditũ fuerit a ꝑside: nos suadebim⁹
ei/ꝛ securos vos faciemus. At illi accepta pecu-
nia/fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum
est verbum istud apud iudeos vsqꝫ in hodiernũ
diem.] Custodes erant sepulchri/nõ corporis:
ꝗꝗ pro custodiendo corpore positi essent. Se-
pulchꝛ mansit oĩno inablatũ: corp⁹ siqdẽ nõ po
tuit custodiri/quin ex indita ꝟtute custodũ ab-
iecta perpensione resurgeret. Neqꝫ custodes hu
mana industria ꝑiudicare diuine potentie potu
erunt. Et ꝗuis positi essent de prouidentia iude
orum pontificũ/ne discipuloꝝ furto paterentur
ipsi calumniã: prouisione postera excellentius ꝓ
uidit altissimus/vt ipsi essent ꝑmo iudeis testes
verissime resurrectionis/qui fuerant adhibiti ad
excubandũ contra opinatum furtum corꝑis: sꝫ
semꝑ sibiipsi mentitur iniquitas: ꝛ commentuꝫ
maligni suum retorqueť in caput: ꝛ sepe iniquis
in contrariã reflectiť ꝑtem/quod ad vota compo
nunt. Plerunqꝫ in astutia sua mundi sapientes
dñs compꝛehendit: vt vnde credũt elabi/inde ca
piantť: ꝛ vnde letari/ ex eo tristenť. O quanta iu-
deoꝝ pontificum debuit esse confusio/quantus-
qꝫ dolor: vt illos audirent resurrectionis illi⁹ te
stes/quos contra furtum statuerant esse custo-
des: ꝛ scirent illum viuere/quẽ tanto studio mor
ti tradiderant. Exitiale malũ illoꝝ vexabat ani-
mos/cum timerent illum in vita noua superio-
rem: ꝛ frustratam esse omnẽ industriã quã in su-
am necem ediderãt. Et nulla pestis animos ho-
minũ tam seue depascat/ꝗ cum sciunt ꝓsperari
ꝑ omnia inimicũ/quẽ nullo pacto volũt amicũ:
maxime cum redditur ex persecutiõe sublimior.
Maluissent iudei nõ intulisse necem/ꝗ ipsum ex
morte resurgere. Protinus enim sermis emulis
leditur/si aduersarius ex illatis malis ampli⁹ in
clarescit. Pontifices ꝛ ceteri hec audientes/ad
christum penitentiam agentes/tota intentione
debentes conuerti/potius ad falsa cõmenta mo
re solito sunt cõuersi. Nam ꝓprium est deprauato
roꝝ hominũ/vt ex bonis ad mala/ex melioribus
ad peiora/ex optimis ad pessima conuertantur:
et relicta veritate/se pallio falsitatis obnubant.
Unde audientes hec/ꝯgregati sunt: non in cha
ritate/ sed in iniquitate/iterum in contra chri-
stum falsitatibus pugnare tentantes: ꝛ sumpto
damnato consilio/ testes pecunia corruperunt:
in mendacijs instruentes/ꝙ sopore depressis/
corpus a discipulis est sublatum. Et securitatẽ
promittunt a preside ipsi penitus pauefacti: et
territi animo falsam fingebant audaciam: sed
merito deluduntur/cum mendaciũ aliquo veri-
simili nesciant colorare: nam omne mendacium
quod creditur/colorať similitudine veri. Prob
Si dormiebant/quomodo viderunt quod testi-
ficati sunt? Que leges dormientes admittũt in
testes? Quis testificabitur quod non videt? Et si
forte crederetur ꝙ somniando vidissent: in som-
niantibus continuo est delusio. Et si dormiendo
in somnijs viderunt: cur ergo ad rem tam eis cõ-
trariam excitati non sunt? Solẽt prorsus in som
nis aduersa videntes/subito excitari. Et si exci-
tati: cur fures non fuerunt ilico ꝓsecuti? Si vigi
les ꝑnoctabant: cur inermibus non restiterunt
armati? Nempe per omnia sunt aperta menda
dacia/nil simile veri habentia: vt in eos in vita ꝓ
senti ad confusionem/in alia vero ad condem-
nationẽ omnia reducantur. Sed attrita frons
ꝑfidorum non confunditur/nisi cum nolens si-
bi aduersantia patitur. Geminata malicia na-
scitur renouare/cum nolunt audire nouitatem
celestem initiatam in christo. Et cuꝫ ex pecunia
conantur infringere veritatem/ argumentum exi
tiale omnimo colligitur: cum celestis ꝛ eterne vi-
te initium velut non existens obruitur. Insatia-
bilis vorago malicie/cui male agendi argumen
ta non desunt. Et ponderosior in animo ꝗ in
trutina fuit ipsa pecunia: que testiuꝫ animos ad
falsa flectenda commouit. Pessima cupiditate
illorum animus angebatur: vt accepta pecunia
resurrectioni Christi ipsis audientibus appro-
bate per angelos/ male suasi turpius inclinati/
conarenť inferre calumniam: ꝛ cõuertere in mẽ
dacium veritatem. Iuxta premoniti ꝑ vniuer-
sam ciuitatem tale commentũ publice diuulga-
uerunt: ꝛ predicatum est tam crudele mendaciuꝫ
ꝛ veritas turpiter corruit in plateis: de quibus
vsura ꝛ dolus in malis conatibus non defecit:
Et diuulgatum est apud iudeos tenaciter/ vt vs
qꝫ in hodiernũ diem corpus credãt fuisse subla
tum: aut ex peioribus presumant in christum.
Quid igitur nequius eo quod nunꝗ quiescit a
malis: vt cum vna via male agendi ꝑcluditur/
velut aquarum impetus etiam in partem aliam
dirivetur. Hoc siquidem deprauatorum est pro
prium. Quid criminosius ꝗ ꝙ diffusa pecunia
temporalis fecerit diffundi mendacia super or-
bem: ꝛ ipsa corruptibilis corruperit hominum
rationem: ꝛ mortalis existẽs ad vsum data mor
talibus/vitam denegari fecerit immortalẽ: vide
licet ꝙ christus omnium vita ꝛ beatitudo bono
rũ non surrexit a mortuis? Sed velut res inani-

mata τ insensibilis fuit furto portabilis dāno-
so futurorꝫ: in ꝑsagio factum est/cū rememorati
one ꝑscorꝫ: ꝙ incūbente auaricia/ ꝯfundaꝉ vita
mortalis: ipsa regnāte tyrannizet et omnino pec
catū: ipsa supstite obruaꝉ τ virtus: τ serpente vt
putrida tabe/mendaciū ꝑ veritate clarescat. Ue
rūtamē sicut nō deerat impijs sollicitudo ꝑuer-
sa/quomodo ꝯfundere possent nouitatem cele-
stem: sic τ pijs non deerat sollicitudo querendi si
reperire possent vllatenus resurgentē: vt petro
a ceteris segregato/in nescio quo loco quem scri
ptura silet/oīs apparuerit: τ confortauerit in fi
de cor eius: τ finē dederit īfidelitati τ lachrymis
eius. Qui regressus ad ceteros cū gaudio/ ap-
paruisse dominum nunciauit. Quod vbi audi-
tum est / aliquibus diffidia facta est: aliquibus
spes/aliquibus conturbatio quasi singularitatē
apparendi causantibus/aliquibus proficiscendi
peregre si obuium habere potuissent. Quia quo
magis resurrexisse ferebatur/ visendi crescebat
Luce.24 auiditas. Proinde [duo ex discipulis] cor
Marci.16 pore discissi a ceteris/relinquētes hierusalē re-
surrectiōis die [in emaus] cum tristicia cor-
dis/incessu corpis ferebanꝉ: conferētes ad inui
cem lamētatiuis sermonibus/que in christo ty-
rannice gesta cognouerant: quibus se saluator
more peregrini viatoris adiunxit: dans se tristi-
bus socium pia curiositate/ ꝑlatis verbis aures
accōmodās/quasi nescius relatorꝫ: τ tenens effi
giem alienam a cognitiōe loquentiū: eo merito
quo ipsi de ipso hesitabāt/ipos de sermonibus
vt remoueret errorē/ꝑcūctatus est dicēs: Qui
sunt hi sermones quos confertis ad
inuicē ambulantes: et estis tristes?]
Expertus in semetipso erat de q̄bus interrogat
τ nō solū alte nouerat/sed didicerat experimenta-
li scientia de quibus inquirit. Sed velut magi-
ster interrogat que ipse cognouit: vt discipulos
non tam in scito/sed instruat in rōne sciēdi. Ma-
gna dignatio saluatoris: q̄ de se loquentib⁹ asti
tit: vt in ampliora posse recipere si actus feceri-
mus meliores/argumentū indubitate cōsurgat.
Nam si loquētibus ꝑstitit ꝑsentiā corporis: acti
uis amatorib⁹ ꝑstabit ꝑtin⁹ ꝑntiā deitatis. Et
in effigie peregrina se porrigit peregrinis: vt nō
ꝑfecta eius in hac vita possit esse cognitio: innu
ens siq̄dem vt τ vita nostra sit q̄dam peregrina-
tio sup terrā: vbi tm̄ sit necessaria vsucapio/non
delectatio: τ cōnexus amor in ꝑfunctorijs gra-
uis orbis. Ecce vadens in ꝑegre vsqꝫ dumtaxat
appositorꝫ capit in stabulo incurie/cetera preter
mittens: nec eum sollicitudo morosa/sed itine-
raria plus molestat. Magnum sacramentū in
moribus sumpsimus/cum post resurrectionem
christus velut peregrinus apparuit: vt ostensa
nouitate celesti/peregrinatio pro ipsa vita ho-
minum reputetur. Et tota verorum fideliū desti
natio in hoc fiat: vt quod semel ostensum nosci
tur intentione atqꝫ in moribus id agatur. Sed
vera siquidem illa est q̄ in adinuēta semp/nun-
q̄ in relicta retrouertit aspectū: τ nihil de vita ꝑ
senti sibi ꝑpriū fecit: excepto quo regulata natu
ra fulcit. Hoc eīm solū oībus est in iure: quod ve
ro excedit in volūtate/nō necessitate nec iure na
turali ꝑagitur. Et illo non voluptuose vel ma-
culose: sed more mēdicantis sic vadens in ꝑegre
visus est: nec vexillum cuiuspiaꝫ glorie fixit in ter
ra/in qua peregre mouebaꝉ: sed illa que possunt
notum facere/plus obtexit. De se diffidens nec
habens brachiū in corruptis/discissus a ceteris
ex omni se totus in vitā incōmutabilē introuerse
ꝑgreditur: pallio vetustatis exutus: quo mun-
di ciuis indutus agnoscitur: illa vilitatis τ no-
uitatis veste se obnuens: qua prediti non huius
seculi ciues/sed esse celestes despectis a mundo
fulgoribus inclarescunt. Preter affistitionem in
effigie peregrina/īterrogatio de collatis sermo-
nibus alios ad aliud trahit. Sꝫ qui sunt sermo-
nes in via cum tristicia sic ꝑlati/nō vt ignar⁹ in-
terrogat: sed vt potius reꝑhendendo instruat.
Nam q̄ꝺ in via sumus/dubij de christo nō de-
bent esse sermones: quoniam hesitare de christo
non dubia/ sꝫ certissima constat esse damnatio
Et q̄uis vera ratio/vsus/mos solit⁹/christi my
sterijs consentiant: fides vera supgreditur om-
nium istorum iudiciuꝫ/cui firmiter aut tremule ad
hesimus. Proinde si firmiter: cur dubij aut que
ruli/aut pleni amaritudine sunt sermones? Cur
cor in penetralibus fluctuat? Cur animus anxie
querulatur? Si autem tremule fidei argumen-
ta suscepimus: cur christo facimus imposturā:
quasi agenti infirmiter/nec valēti ꝑficere quod
spopondit? Juste illi arguendi erant: τ vt incre-
paret/addendo doctrinam dominus inquisiuit.
Peramplius siquidem arguendi sunt qui post
tanta fidei monimenta/corde in fide nutantes/
in verba dubia sepe ꝑrumpunt: τ plus exagge-
ratur ipsa conditio: ꝙ dubius socius/dubitum
querit: cum mutua sit locutio inter duos/ vt
nec alter alterum reprimat/aut solidet si vacil-
let: sed inuicem ambulant/inuicem dissentien-
do a fide loquuntur/inuicem tristantur. Nā tri-
sticia dubietatis est germen: τ ab illa velut a ꝑ-
pria radice consurgit. Sed illi adhuc nube infi-
delitatis τ dubietatis obtecti: quorum oculi eti
am machinamento malo/sed dispensatiōe diui
na tenebantur arguti: arguunt quem reputant
peregrinū/dicentes: [Tu solus peregrin⁹
es in hierusalē: et nō cognouisti que
facta sunt in hierusalem his diebus?
Increpāt interrogati tertiū sociū: quē nō ex ꝑ-
posito/sed ex euētu susceperūt: eius ꝑtin⁹ cogni
tione carentes. Nempe atqꝫ omnifarie verū est
ꝙ q̄ christū nō q̄rit ex voto seu determinato ꝑ-
posito/semꝑ sit anima/moribus τ animis τ cogi
tatiōibus ipsi alienus. Et in his plus q̄ꝺ corpe
ꝑegrinus apparet. Effigies siq̄dem cognita est:
sed effigiatus ignotus aut modus quo alia effi
gie ꝑtin⁹ effigiat⁹ est. Nemo ignorat ꝑegrini ef
figiē: sꝫ vera facies ignota ꝯsistit: ꝙ si cognita/ili-
co cessabit ꝯditio ꝑegrina: τ erit q̄si colonia aut
ciuilis cognitio: sic in christo olim factorꝫ &c.

gnoscimus veri similiter improcata p nola: ipsum vero et actorum modum penitus ignoramus. Quia vero videbatur eis quod nullius effugeret scientiam, quod gestum erat in christo: ideo inquisiti de singularitate ignorantie, quam ipsum tantum habere mirantur: ut solus non referat ad id quod in ciuitatem solus aduenerit, solusque in his diebus affuerit: sed ad id quod rem tam omnibus notam ipse solus ignorauerit: aut post omnia facta nunc de remotis partibus in hierusalem solus appulerit. Sed hi in hoc arguunt, quod res tam nota nullius debebat vitare noticiam: alteri autem ab ipsorum intelligentia quasi arguendo dicunt: Tu solus es peregrinus in hierusalem. Veritatem altissimam ignorando dicunt. Quoniam ipse solus in patre verbum. Solus duarum filius naturarum. Solus eodem tempore in celo et in terra. Solus eodem instanti beatus et miser. Eodem momento in supremo throno et crudeli patibulo. Solus simul viator et comprehensor. Solus deus et homo simul. Solus singulares gradiens vias. A celo cursor ad vterum: ab aluo virginali ad speculabile seculum: sponte subiens crucis opprobrium. Insensibili corpore introuectus in tumulum exuta carne in aia petens limbum: inde ad corpus inde ad sensum. Inuise incognite nota cum visa obstantia penetrans: demum scandens in celum. Solus in distinctis duobus locis sepe diuersis existens vnus. Solus in monte alte contemplationis: solus equorinas peragrans semitas solus transfiguratus potenter. Solus ab inferis reuocans iam astantes: solus donans libertatem necis, et omnis penalitatis naturam expedientis solus amator hominum. Solus simul diuersorum hospitiorum hospes: solus immortalis natura, mortalis carne assumpta. Solus immortalis potentia, dumtaxat voluntate mortalis. Solus in bello, solus in victoria, solus in triumpho. Solus in morte mortem vincens. Solus in spolio. Solus in trinitate filius. Solus in humanitate perficiens quod non capit sensus humanus. Solus in omnibus mirefactis: vt vere de ipso prophetatum extiterit: singulariter sum ego donec transeam.

Psal. 140.

Multa his similia comprehendit huiuscemodi solitudinis verbum, quod discipuli christo velut peregrino incognito protulerunt: vt etiam ipsi diffidentes quem peregrinum existimabant, dixerint ignoranter. Interrogat iterum christus dicens: [Que?] Porro in seipso expertus erat, que scire temptabat: sed querit confessionem verbo: vt docendo abscidat errorem, donet dubiam fidem. [At illi subinferentes dixerunt: De iesu nazareno: qui fuit vir propheta potens in opere et sermone, coram deo et omni populo. Et quo eum tradiderunt summi sacerdotes et principes nostri in damnationem mortis: et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus israel. Et nunc super hec omnia tertia dies est hodie quod hec facta. Sed et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad monumentum: et non inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: Ipsum vero non inuenerunt.] Quamquam gestorum referant veritatem, in magna parte diffidunt: et minus debito credunt: eum prophetam duntaxat appellant: quibus addiderunt potentiam operis et sermonis coram deo: cum ipse penitus deus esset carne assumpta in similitudine hominum factus, et habitu inuentus vt homo. Aut forte isti nunquam crediderunt verum esse humanam tum deum: aut de resurrectione diffisi si crediderant, abiecerunt. Idcirco de ipso, vt de communi propheta inuicem colloquuntur. In potentiam tamen operis in miraculis, sermonis vero in doctrine altitudine posuerunt. Coram deo, velut eius amicus ab ipso accipiens gratiam: et omni populo, propter famam atque sequelam. Et traditionem subijciunt, crucem et mortem peractam dam nata potentia sacerdotum. Adijciunt spem quam in christo posuerunt: vt ipse redimeret prout sepe ante predixerat, israeliticam gentem: sed minus ipsum ad seipsos secreuerant: quem redemptur omnes venerat nationes: et appropriabant illi populo quod erat olim populorum. Quod Symeon in templo ipsum tenens in vlnis prophetauerat, dicens se vidisse salutare quod deus parauerat ante faciem omnium populorum. Fit tamen vehementior eorum dubitatio, et anxior cum peregrino querela: cum tertia die ipsum resurrexisse non viderint: huiuscemodi ante mortem promissa facta per Christum ad animum reuocantes. Et mos pusillanimum est: vt quod non viderint, facta non credant: et que non intelligunt, fieri posse non credant: et que ipsi nequeunt, in esse peruenisse causantur. Fit in nonnullis extra plurimis rebus, velut in carentibus luce corporea: vt quod non vident, esse non putant. Quo sensu hi recitant dubia ista de christo. Accessum mulierum referunt ad monumentum, dicentes ex nostris: vt plena notetur communitas et equa participatio vtriusque sexus sub redemptore omnium christo: in quo non est masculus neque femina. Et de duobus Petro et ioanne dicunt, ex nostris: vt etiam charitate atque communitate christi credatur congregatum fuisse collegium: vt non solum res, sed personas constet fuisse communes. Terror quem asserunt, prouenerat tamen ex nouitate relate rei et corporis non inuenti, aut adhuc resurgentis hominis ignorati. Semper enim homines subito nouitate terrentur, quousque quod dicitur inolescat: maxime si supra sensum est nouitas. Et ignorantia turbationem, timorem et admirationem inducere consueuit. Patet etiam istos non recessisse in peregre profecturos: quousque petri et ioannis de non inuento corpore innotuisset relatio: et post apparitionem petri diuertentis in locum secretum: vbi sibi christus apparuit. Narratione per verba completa gestorum: christus etiam adhuc ab eis non agnitus, illorum arguit stulticiam et tarditatem, dicens: [O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophete. Nonne hec oportuit pati christum: et ita intrare in gloriam suam?] Stulticia inertia cordis, magis vero dicitur animi hebetudo: ne intelligat cum viderit quod est intelligendum: nec aliunde animus impeditur: quam remota intellectus fulget luminibus veritatis. Hanc mentibus illorum christus in

Luce. 2.

Lu. 24.

esse cognoscebat: quam merito reprehendit. Nū-
quid enim reprehendisset: nisi sciuisset eos ab ea deti-
neri: que tunc maxime fit in vitio/cum animus po-
test fieri studiosus. Protinus oppositum stulti-
cie studiositas vera est. Ac per hoc innuitur chri
stum suos sequaces velle vacare prophetis: et di-
Eccli. 29 uinis theorijs intendere. Et sapiētia dicit: Sapi
entiā omnium antiquorum exquirit sapiēs: et in pro-
phetis vacabit. Proinde ab hebetudine stulticie
detineri/inter vitabilia computatur. Nam scri-
Eccli. 22. ptura dicit: Cum stulto ne multū loquaris. Iu-
re in locutione vitatur/in corde factus hebetior.
Arguit etiā illorum cordiū tarditatē / in prophetis
credendo veracibus. Iure culpatur tarditas in
credendo: si qui loquunt/noscunt esse veraces: et si
que ratione nō capiunt/traijciuntur in fidē. Cre-
dere quam intelligere vsquequaque noscitur esse facilius.
Non enim adhibetur tempus ad studium: nec
interpres requiritur in docendis: et sulcatos lit-
terarū characteres ante oculos nō expedit exhi-
beri. Cito enim credulitate capitur quod non intelli
gendum et ratione discutiendum/sed dumtaxat
credendum asseritur. Inde quippe fit: quod eo iure
reprehēditur tarditas quo culpatur et maxime re-
prehensionibus subiacet: cū ex ipsa nulla bona:
sed plurima damna proueniāt. De illa profecto
dixerim/qua duce fide vel studio veritas in intel
lectum traijcienda tardat: aut non apprehenditur
virtus expediens. In aliquibus etiam tarditas
Iacobi. 1. cōmendatur/secundum apostoli Iacobi sententiam: Sit
omnis homo tardus ad loquendū/et tardus ad
iram. Sed hic a christo illa reprehēditur tarditas
que sub vmbraculis fidei non quiescit: nec festinat
se in scripturarum et prophetarū fidē traijcere: sine qua
nulla vere percipitur veritas: nec eis fide nō ad-
hibita potest fieri pietas. Porro ex hoc colligitur
prophetas domini fuisse veraces: veraque protulisse
se de christo oracula: et si qua christus in hoc mū
do visibiliter gessit in carne ab eis ante predicta: cū
christus resurgens a mortuis/eos increpauerit di
scipulos tarde credentes. Abijcienda est tardi-
tas que vitium non festinat expellere: nec nititur
adhibere virtutē. Vituperāda tarditas ad expe
diens: vbi mors nec sua molimina tardat: et na-
tura tēpore et vita proprie procedit in finē: et ni-
hil fit in rebus quod sius legibus a deo positis ve
locitate non pergat. Sola tarditas hominum est in
culpa: cū mente auriga virtute ac moderatis mo
ribus nō proficiūt. Sed quod Christus adiecit de
opportunitate patiēdi/ posset animos dubijs que
stionibus cōturbare: si sibi aliqua fuit domina-
ta necessitas: et quod aliter non potuisset intrare in
gloriā/nisi ante talia pateretur. Proinde omne du-
biū auferatur de cordibus hominum/christū nō ita pas
sum fuisse quin aliter potuisset redimere redimē
dum aut in suā gloriā cōuolare: sed quod fuit de
centius redēptori/ aptius sane redēptis/hoc op
portunius fuisse credamus: vt opportunitas nō
sit necessitas quin aliter: sed decētiā promissam po-
tius taliter asseramus incognitā nobis/ nisi ex fi
de: quousque gloriā pro nobis emptā sanguine ca-
piamus. Vt autem christus assereret prophetas fu-
isse veraces: et facta clarior esset argutio: cepit
eis scripturas interpretari. [Incipiens a moyse et
omnibus prophetis/interpretabatur illis in omnibus
scripturis que de ipso erāt.] Tradūt hebrei primū
omnium prophetarum fuisse moysen: et ante illū nullū pre-
cessisse prophetā: prophetauit enim de preteritis et fu-
turis. Sed nec intelligēdū: cū christus clare de
scripturis preteritorū gesta et oracula claudenti-
bus loqueretur: quod tamen a tēpore quo moyses mūdo
claruit/ordiretur: sed ab eo tēpore quo orsus est
quo gesta hominum christū in suis passionibus figu
rantia inceperūt: vt quamquam illas scripturarum inter-
pretationes quas pergēdo christus disseruit/euā-
gelista nō scripserit: ita tamen dixisse meis offertur o b-
tutibus: vnde formā illius sancte argutiue inter
pretationis sumentes dicimus: O stulti et tardi
Gene. 2. corde. Nōne cū deus ade dormiētis formaret euā
ex latere/hanc presignauit in christo quā recolimus
passionem: cū somno mortis dormiret in cruce:
quod in illo sanguine defluēte de christi latere mater
omnium fideliū formabatur ecclesia: velut in illo et ex
illo a deo mater omnium viuentium formata est
eua: vt sequeretur gloria redempti corporis/vir-
tute atque merito capitis morientis? Nonne cum
Gene. 4. Abel iustus in agro a fraterna cum fuste ligni fu
it interfectus inuidia/figurauit christum quem
tristes veritatis inter verba: qui ab inuidia iudeo
rum/quorum frater per carnem effectus erat/in-
terfectus est ligno crucis in agro mūdi: vbi salu
Gene. 7 tem omnium peracturus aduenerat? Nonne noe
ab vndis validis agitatus in ligno/Christi pas-
sionem per quandam vmbram asseruit? Nonne
Gene. 9. nudatio noe facta in tabernaculo suo pre inca-
lutione vini accepti ex vinea quam plantauerat/
illam crucis christi nuditatem ostendit: que fa-
cta est protinus ex amore quam gerebat ad quā
Gene. 12. creauerat creaturā? Peregrinatio abrae/Chri-
sti peregrinationem monstrauit: spectat ad pas-
Gene. 22. sionem mundo fieri peregrinā. Nonne immola
tio quam abraam libens faciebat de filio/tradi-
tionē eterni filij ab eterno patre in mortē expressit?
Nonne aries inter vepres cornibus herens/chri
stum inter spinas crucis pēdentē premonuit? Nō-
ne idem aries immolatus/et isaac liberatus pan
duit in cruce passam carnem/et liberam ab omnibus
Gene. 35 passionibus deitatem? Nonne persequēs esau ia
cob vnde passus factus est gloriosior: christi pas
sionem iudeis astruxit: vnde gloriosior visus est
Gene. 37. per gloriā resurrectiōis? Nōne vēditus ioseph inui-
dia germanorum/christi vēditionē adūbrata figura
Gene. 39. predocuit? Nōne idē ioseph cū appeteretur ad ne-
fas/reliquit palliū in manu egyptie meretricis: reli
ctā christi carnē in cruce atque sepulchro presignauit
cū cōsentire nollet damnate cōcupiscētie iā adul
tere synagoge: idēque positus in carcere innocentia
succūbente/ per tempus iniusticia preualēte: Demū edu-
ctus factus est dominus in tota terra egypti: et egyptiaca
lingua mundi saluator appellatus est: ea que facta
sunt in christo per mortem et resurrectionē in vm
bra prenotauit? Nōne plurima moysi gesta in pro-

pria persona Christi passionem et gloriam resur-
Exodi.12. rectionis insinuāt? Nōne agnus occisus ad expe
ditionem filiorum israel de egypto: sicq3 assus/sicq3
comestus/sicq3 eius sanguis per postes et limina
ria positus: mortem Christi/cuius sanguine libe
ramur / per figuram inclamitat? Nonne sanguis
omnium animaliū oblatorum/in quo fiebat expia
tio populi et cuiuslibet delinquētis: Christi san-
guinem quo redempti sumus/ mundati atq3 pur
gati: per quandam futurorum imaginem longe an
Nume.21 te monstrauit? Nonne suspensus serpens eneus
in eremo / ad cuius aspectum morsi a serpenti-
bus leuabantur sonorum mundo nunciauit Chri-
stum in eremo mundi pendentem : ad cuius fi-
delem aspectum morbidi facti a peccatis et de-
Nu.20. monibus liberantur? Nonne mors Aaron sum-
mi sacerdotis in monte hor/Christi mortem sa-
cerdotis eterni in caluario monte futurā/ in vm
Josue.6 bra precessit? Nonne Raab meretrix per coccū
in signo positū/semetipsam suosq3 liberās: adū
brato mysterio ecclesiā collectā de gentibus/ cū
idolis meretricantē: liberatam in Christi sangui
ne quē in signo sibi posuit / figurabat? Nōne Sā
Judi.16. sonis passio a Dalila : et mors/quā spiritu inspi
rante sponte sibi obtulit: plures moriēs q̄ viues
de inimicis interimens: passionem Christi a sy-
nagoga/et mortem quam suapte suscepit: qua fa
ctus victor inferni destructor mortis antique/ se-
creto mysterio in se portauit? Nonne persecutio
quā passus Dauid a Saule atq3 ab Absolon se
pe fuit: qua fact⁹ excelsior passionē Christi quā
sic pati voluit/ suis processibus indicauit? Nōne
persecutio/quā passi sūt Helias/Helizeus cete-
riq3 prophete? Nonne interfectio zacharie inter
tēplū et altare/sectio Esaie: passionē et mortē dñi
multo ante tēpore nunciarūt? Sed preter ea que
vmbraticis figuris gesta narrant: q̄ i propheticis
sermonib⁹ pclamata: si nō oīa/saltē nōnulla p-
tinus adordiamur? Nōne moyses prophetice de
Deut.28. christi morte locut⁹ est israeli/dicēs: Et erit vita
tua q̄si pendens ante oculos tuos: Timebis no-
cte et die: non credēs vite tue. Uita fact⁹ erat chri
stus populo israeli ac omni natiōi q̄ sub celo est: si
voluissent in illam per fidē et amorē intēdere/ipso
Joan.14. dicēte: Ego sum via/ veritas et vita. Nonne ista vi
ta pependit in cruce/ad tēp⁹ moriens ante ocu-
los iudeorum: sed timētes noctē aduersitatis incur-
rere: et diē prosperitatis pdere quā habebāt/hu-
ic vite nullatenus crediderūt? Nōne nūc īpleta ē
pphetia Dauid/quā in secundo psalmo posuit?
Astiterunt reges terre: et principes conuenerūt
in vnū aduersus dñm et aduersus Christū eius:
ita vt eū morti traderent per crucē: quod genus
moriendi tūc erat horrendius. Nōne īpleta est
eiusdē prophetia/quā de morte similiter et sepul
tura paulo post in psalmo tertio ipse subiecit:
Psal.3. Ego dormiui et somnū cepi/et resurrexi: quia dñs
suscepit me? Nōne q̄a nō poterat ab inferis deti-
neri: neq3 carne in sepulchro corrūpi: sed resurge
re per viā vite/psalm⁹ quintusdecimus enarrat:
Psal.15. Quā nō derelinques aīam meā in inferno; neq3
dabis sanctū tuū videre corruptionē? Nōne de-
relictionē/fossionē pedū et manuū/ vestimentorum
diuisionē atq3 sortē ipsi⁹ psalmus vicesimus in-
clamitat: Deus deus meus respice in me: quare
me dereliquisti? vt vna claritate cū euangelio i ge-
stis et dictis ad crucē refulgeat. Nōne resurrectiō
nem ab inferis/et tristiciā vespertinā pro morte/
matutinam leticiā p resurrectione psalmus vi-
cesimusnonus enunciat? Dñe eduxisti ab infer- Psal.29.
no animam meā: saluasti me a descendentib⁹ in
lacū. Et post: Ad vesperū demorabit fletus/Chri
sto scz moriēte: et ad matutinū leticia/ipso resurgē
te. Lōgū esset ad multa cōdenda volumina oēs
psalmos euoluere: in quibus Dauid varie veraci
ter et mystice christi psecutionē/passionē / et mor-
tē/et resurrectionē vaticinatus est. Nonne Salo
lomon varijs enigmaticis verbis/ dū in persona
spōse loqueref de dilecto/atq3 ad ipsum verba de-
promeret: mysteriū crucis/ passiōis/et mortis / et
gloriā resurrectiōis aperuit? Nā pro tota passio-
ne quā in corde volebat infigere/ait: Fasciculus Cāt.1
myrrhe dilectus meus mihi/inter vbera mea cō
morabit. Ex multis cōnexis lignis fasciculū fa-
cimus : ex multis toleratis in ligno crucis fact⁹
est in corde memorabilis fasciculus amantissime
passionis. Et pro dulcedine pro nobis effusi san
guinis dictū est: Botrus cypri dilectus me⁹ mi- Ibidē
hi/in vineis engaddi. Pro singularitate autem
vite christi: et pro vmbra crucis sub qua possit re
quiescere malis caloribus estuatus: et pro dulce
dine que de amaritudine illius patibuli carpit:
etiam scriptū est: Sicut malus inter ligna sylua- Can.2.
rum: sic dilectus me⁹ inter filios hominū. Sub Ibidē
vmbra illius quem desyderauerā sedi: et fructus
eius dulcis gutturi meo. Nonne cū inuitat spō
sa in foraminib⁹ petre/i cauerna macerie: signifi
cabatur ecclesia inuitanda: vt conuersaretur per
fidem et dilectionem in vulneribus passi Chri-
sti? Quomodo ergo inuitaretur: nisi Christ⁹ pas
sus i veritate crederetur? Surge amica mea spe- Ibidē
ciosa mea: et veni columba mea in foraminibus
petre/in cauerna macerie. Petra protinus chri-
stus est: foramina siquidem sunt vulnera manu-
um et pedū. Maceria corpus est christi : quod
solubile ab anima factum est. Cauerna eius aper
tio est lateris : quam vnus militum lancea fecit:
ex qua nobis sanguis et aqua profluxit. Nonne
cum eadem sponsa dilectum nominat rubicun- Can.5
dum: christum denunciat sanguine cruentatum?
Nonne cum se dicebat ascensuram ad palmam/ Can.7
eiusq3 apprehensuram fructus ecclesiam omnino
descripsit: que ascendit ad palmiferam victoriam
crucis : cuius edit fructus omnibus dulciores?
Sed vnde victoria/nisi de cruce et de morte? Un
de fructus/nisi de resurrectione? Quid clarius/
q̄ quod de cruce vitra scriptum est? Sub arbo- Can.8
re malo suscitaui te: ibi corrupta ē mater tua: ibi
violata ē genitrix tua. Sub arbore malo suscita-
ta est eccl'ia: postq̄ i cruce christ⁹ fuit morte pem
ptus: i q̄ sentet et sic passus est: sub q̄ corrupta et
violata ē synagoga: q̄ mater ē ex antiquo eccl'ie

noviter militantis. O stulti et tardi corde. Nõne
sine fucatione verbo℞ in libro sapientie scriptũ
Sap.2. est/quod in Christo plenissime gestũ est? Circun-
ueniamus iustũ: quoniã inutilis est nobis/et con
trari⁹ ẽ operib⁹ nr̃is. Improperat nobis pecca
ta legis: et infamat ĩ nobis peccata disciplĩne no
stre. Promittit se scientiã dei habere: et filiũ dei
se nominat. Factus est autẽ nobis in traductio-
nem cogitationum nostrarum. Grauis est etiã
nobis ad videndum: quoniam dissimilis est alijs
vita illius/et immutate sunt vie illius. Tanq̃ nu
gaces estimati sumus ab illo: abstinet se a vijs
nostris/ tanq̃ ab immundicijs. Prefert nouissi-
ma iustorum: et gloriatur patrem se habere deũ.
Videamus ergo si sermones illius veri sint: et tẽ-
temus que ventura sunt illi: et sciemus que erũt
nouissima illius. Si enim est verus dei filius/ susci
piet illũ: et liberabit de manu contrario℞. Con
tumelia et tormento interrogemus illum: et scia-
mus reuerentiam ipsius: probemus patientiam
eius: morte turpissima condemnemus illũ. Nõ-
Esa.53. ne quippe Esaias aptissimis oraculis christi pas
sionem et mortem/sepulturam et resurrectionem
spiritusancto afflatus asseruit: vt velut si euange
lium legerimus / cum illius scripturam legimus/
Esa.22 clare conspicimus? Nam pro cruce dictũ est: Da
bo clauem domus dauid super humerum eius:
et aperiet/et non erit q̃ claudat: claudet/et non erit
qui aperiat. Clauis super humerum crux est ap-
posita dorso eius: cui versa facie ad homines cru
deliter fuit affixus. Et statim sequitur: Utilitas
passiõis/ apertio celi electis nunq̃ claudenda: re
probis vero nunq̃ aperienda: et reseratio infer-
ni ad eductionem sanctorum/ a nemine tunc fir
manda: et ipsius clausura damnatis in eternum
non remouenda. Nonne pro libera expositione
totius corporis ad vulnera: et faciei ad alapatio-
nes/depilationes et increpationes et sputa: de
Esa.50. ipso scriptum est: Corpus meum dedi percutien-
tibus: et genas meas dedi vellentibus: faciẽ me-
am non auerti ab increpantibus et conspuenti-
bus in me? Nonne immediate pro victoria mor-
tis/et gloria resurrectionis adiunctũ est: Domi-
nus deus auxiliator meus: ideo non sum confu
sus: Ideo posui faciem meam durissimam: et scio
quoniam non confundar? Nonne pro vtilitate/
Esa.53. abiectione/despectione ipsius dictum est? Uidi-
mus eum: et non erat aspectus eius: Et desyde-
rauimus eum despectum et nouissimum virorũ/
virum dolorum et scientem infirmitatem: et ab-
sconditus vultus eius et despectus: vnde nec re-
putauimus eũ? Nonne pro subleuatione nostro
rũ facinorum dictũ est: Uere languores nostros
ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit? Nõne
pro apertis percussionibus eius dictum est: Et
nos putauimus eum quasi leprosum/percussum
a deo et humiliatum? Nonne quia iniquitates et
scelera nostra/non sua hec fecerũt: additum est:
Ipse autem vulneratus est propter iniquitates
nostras: attrit⁹ est propter scelera nostra? Et fru
ctus sanitatis nobis ex eius infirmitate prouenti

ens statim adiunctus est: Disciplina pacis nostre
super eum: cuius liuore sanati sumus. Nonne
quia humana natura vnde pro iniquitatibus sa
tisfaceret non habebat: et Christo imposita fuit
salutis facinoris: scriptũ est: Et dominus posu-
it in eo iniquitates omnium nostrũ? Nonne pro
eius voluntate spontanea patiendi dictum est:
Oblatus est quia ipse voluit: vt nõ credatur in-
uite seu violentatus ab impijs hanc seuam susti
nuisse ab emulis passionẽ. Nõne ad exprimẽdã
magnitudinẽ humilitatis et mãsuetudinis eius/
ouis et agni similitudo apposita est: Sicut ouis
ad occasionem ductus est: et quasi agnus coram
tondente se obmutescet: et non aperiet os suum?
Nonne ibidem proinde et paternum decretũ in
morte eius scriptum est: Propter scelus popu-
li mei percussi eum: vt agnoscat humana natu-
ra tam magnum amorem circa se in eterno pa-
tre ab eterno fuisse: vt redimeret ab eterna morte
seruum: temporali percuteret sine peccato filiũ?
Nonne stulti et tardi corde recolitis ibidem scri
ptam liberationem israel: quam nondum factã
deploratis: et non solum iudeo℞/ sed ceterarum
penitus nationũ: vt pro sepultura ipsius et mor-
te horum fit liberatio subsecuta? Et dabit impi- Ibidem.
os deo patri in libertatem pro sepultura: et diui-
tem pro morte sua: vt impij sint populi nationũ:
quia cultu vere pietatis carebant. Diues fuit po
pulus iudeorũ: qui legalibus sacrificijs et culti-
bus diuinis et cerimonijs plurimis se diuitem as
serebat. Itẽq̃ vt pro supplicijs toleratis/ vt plu
rimorum credatur redemptio/et libertas etiam
transgressorum: perstricte adiectum est: Ideo di-
spertiam ei plurimos: et fortium diuidet spolia:
pro eo q̃ tradidit in mortẽ animã suam: et cũ sce-
leratis deputatus est. Et ipse peccata multorũ
tulit: et pro transgressoribus rogauit vt non pe-
rirent. Nonne pro omni bello pacto/et pro ips⁹
solius sola victoria / pro omni effusione sangui-
nis et pro admiratione angelo℞/ omniumq̃ al
ma fide videntium scriptum est: Quis est iste/q̃ Esaie.63.
venit de edom/ tinctis vestib⁹ de bosra? Iste for
mosus in stola sua gradiens in multitudine for-
titudinis sue. Ego qui loquor iusticiam: et propu
gnator sũ ad saluãdũ. Quare ergo rubrũ est in-
dumentum tuum: et vestimenta tua sicut calcã-
tium in torculari? Torcular calcaui solus: et de
gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in fu-
rore meo: et cõculcaui eos ĩ ira mea. Et aspersus
est sanguis eo℞ super vestimẽta mea: et oĩa indu
menta mea inquinaui. Dies enim vltionis in cor-
de meo/annus redemptionis mee venit. Non-
ne hieremias more mansueti agni christum vi-
ctimatum express.t? Ego quasi agnus mãsuetus Hiere.11
qui portatur ad victimam. Uictima fuit christ⁹
cui⁹ interpellatione vel ope victoria bellatorib⁹
datur. Nonne sine vmbra loquendi idem Hie-
remias lignũ crucis in corp⁹ christi mittendum
apte prophetauit: Uenite mittam⁹ lignũ in panẽ Ibidem.
eius: et eradamus eũ de terra viuentiũ: et nomen
eius nõ memoretur amplius? Et pro libera resurre-

Hiere.11. ctione dictũ est: Tu aũt domine sabaoth/ qui iu
dicas iuste: et probas renes et corda: videam vlti
onem tuã ex eis: tibi em̃ reuelaui causam meã.
Nonne in persona Christi etiã loquitur: acsi cele
stia reliquisset/ et se spõte tradiderit in manib⁹ inimi
Hie.12. corum: Reliqui domum meam: dimisi heredita
rem meã. Dedi dilectam animam meam in ma
nibus inimicorum meorum. Et pro sententia synagoge
que morti postulauit ipsum magnis vocib⁹ iudi
Ibidem cari/ sine interpolatione subsequitur: Facta est mi
hi hereditas mea/ quasi leo in sylua: et dedit cõtra
me vocem. Nonne prophetando saluatorem ceci
nit affuturum saluaturũ israel: de quo diffiditis
iã fecisse/ huncque vagũ incessisse per mundũ: quo
usque subiret patibulũ saluator noster i tẽpore tri
bulatiõis? Unde saluator/ nisi suscepta morte re
surgeret: et peregrinationẽ ei⁹ sine proprijs laribus
Hie.14. immediate subiecit: Quare quasi colonus futurus
es in terra: et quasi viator declinãs ad manendũ?
Quare futur⁹ es velut vir vagus/ et fortis/ qui nõ
potest saluare? Et quamquam vt diffidens scriptura
loqueretur: tamen statim de vera liberatione se
Ibidem curitatem potestatis adiecit: Tu autem in nobis
es domine: et nomen tuum inuocatum est super
nos: ne derelinquas nos. Nonne idem Hiere
mias personaliter figuram tenuit: acsi christ⁹ pro
pressuris tolerandis loqueretur ad patrẽ: a quo
Hie.15 spe liberationis accepit oraculum? Tu scis domi
ne: recordare mei/ et visita me/ et tuere me: noli in
patientia tua suscipere me. Scito quoniam susti
nui pro te opprobrium. Inuenti sunt sermones
tui: et comedi eos. Et pro spe resurrectionis/ pas
sionis verbum in gaudium vertebatur. Et factũ
est mihi verbum tuum in gaudium et in leticiam
cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tu
um super me domine deus exercituum. Et quod pe
nitus in protectionem populi dandus esset de
super liberatione promissa paterna: post sequi
Ibidẽ tur: Et dabo te populo huic in murum ereum et
fortem: et eruam te dicit dominus: et liberabo
te de manu pessimorum: et redimam te de manu
fortium: vbi aperte colligitur liberatio capitis et
membrorum. O stulti et tardi corde. Nonne de
us ostendit Hieremie in opere figurali/ qualiter
christus cum corpore suo resurrectioni et morte
donandus erat: cum ipsum in domum figuli ius
sit descendere ad ocularem visionẽ operis eius:
vt ibi cognosceret mortem et resurrectionem ca
pitis et membrorum. Uerbum quod factum est
Hie.18 ad Hieremiam a domino/ dicens: Surge/ descẽ
de in domum figuli: et ecce ipse opus super rotã
faciebat: et dissipatum est vas/ quod ipse facie
bat manibus suis: conuersusque fecit illud vas al
terũ/ sicut placuerat oculis eius vt faceret. Hec
siquidem similitudo indagatoribus animis mor
tem et resurrectionem pronam pandit. Nonne
iudeorum cogitationes atque consilia de Christi
morte complenda: et Christi piam querelam in
sua persona/ vt factum in Christo cognouimus
Ibidẽ idem Hieremias aperuit? Et dixerunt: Uenite
cogitemus contra Hieremiam cogitationes.
Non enim peribit lex a sacerdote/ neque consilium
a sapiente/ neque sermo a propheta. Uenite percu
tiamus eum in lingua: et non attẽdamus ad vni
uersos sermones eius. Ubi statim pia eius et iu
sta querela subsequitur: et velut homo exquirit
consilium. Attende domine ad me: et audi vo
ces aduersariorum meorum. Numquid redditur pro bo
no malum: quia foderunt foueam anime mee?
Recordare quod steterim in cõspectu tuo: vt loque
rer pro eis bonum: et auerterem indignationem
tuã ab eis. Et quod passus est ab phassure prin
cipe sacerdotum in domo domini: persecutio
nem quam christus habuit a principe sacerdo
tum/ propter verbum veritatis luce clarius mõ
strat. Et lamentatio quam Hieremias protu
lit de seipso/ adumbrato mysterio de christo pre
ferebatur. Acsi Christus de se loqueretur ad pa
trem: Seduxisti me domine/ et seductus sum: for Hie.20.
tior me fuisti/ et inualuisti: factus sum in derisũ
tota die. Omnes subsannant me: quia iam olim
vociferans iniquitatem et vastitatẽ clamito. Et
factus est mihi sermo domini in opprobrium et
in derisum tota die. Statimque pro liberatione per
resurrectionis gloriam aperte subiecit: Cantate
domino/ laudate dominum: quia liberauit ani
mam pauperis de manu malorum. Quoniam
autem prophetauit aduersus ciuitatem in nomi
ne domini omnia mala que ventura erant super
eam propter peccata maiorum/ et multitudinem
iniquitatum: per principes et populum adiudica
tus est morti: quamquam mors non illico sequeretur.
Sic nempe in Christo nouimus actum: cum iu
sta et vera et futura de Hierusalem et synagoga
decerneret. Nonne Hieremias in medio ciuita
tis lamentabiliter deplorans excidium ciuita
tis/ de seipso lamentationem compilans/ passio
nem/ mortem/ sepulturam/ descensum ad infer
na/ clamorem Christi pro sua et omnium libe
ratione/ verbis varijs et enigmaticis atque mysti
cis/ lamentabili deploratione monstrauit? Ego Tre.3.
vir vidẽs paupertatẽ meã in virga indignatio
nis eius: me minauit et adduxit in tenebras et nõ
in lucem: tantũ in me vertit/ et conuertit ma
num suam tota die. Uetustam fecit pellem me
am et carnem meam: cõtriuit ossa mea. Edifica
uit in gyro meo: et circundedit me felle et dolo
re. In tenebris collocauit me/ quasi mortuos sem
piternos. Tetendit arcum suum: posuit me qua
si signum ad sagittam. Hoc etiam Symeon iu
stus prophetauerat: cum ipsum adhuc paruulũ tene
ret in manibus. Ecce positus est hic in ruinam Luce.2.
et i signũ cui cõtradicetur. Subdit etiã: Factus sum Treno.3.
i derisũ omni populo meo canticũ eorum tota die. Re
pleuit me amaritudinib⁹: inebriauit me absyn
thio. Dabit percutiẽti se maxillã: saturabitur oppro
brijs. Uenatione ceperũt me/ quasi auẽ inimici mei
gratis: lapsa est i lacu vita mea. Posuerũt lapidẽ
super me: inundauerunt aque super caput meũ.
Dixi/ perij. Et imediate pro resurrectione adiun
ctum est: quod ad petitionem et inuocationem ei⁹
qui ad inferna descenderat/ fuerit celebrata. In

vocaui nomen tuū dn̄e de lacu nouissimo: vocē meā audisti. Ne auertas aurem tuam a singultu meo et clamoribus. Appropinquasti in die/quā do inuocaui te: et dixisti ne timeas. Judicasti causam anime mee/redemptor vite mee. Quaz igitur lucide v̄ba ista de his que Christus passus est/sonuerunt? Et q̄ clare: q̄ ope inuocata paterna: destructa lege tartarea/lapide sugato sepulchri mortis deuicto imperio resurrexit. O stulti & tardi corde: quid pro passiōe atq̄ resurrectione dici clarius potuit: q̄ quod Hieremias prope finem
Treno. 4. sue lamētatiōis expressit? Spūs oris ei⁹ christ⁹ dominus captus in peccatis nostris/cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus. Quid nunciatius istis v̄bis dici potuit: que diligenter discussa/passionē & mortē/sepulturā/descensum ad inferos/resurrectionē ab eis/libertatē i gētibus mysticis & varijs vocibus cantant? Nōne pphe
Ezech. 34. tauit Ezechiel: q̄ p̄ seipsū dn̄s liberatur⁹ oues q̄s mali pastores male tractauerūt/dn̄o vētur⁹ erat? q̄ fecit vt verus pastor aīam pro ouibus po
Danie. 14. nens. Nonne missio Danielis in lacū leonū propter legē dei quā intemerate seruauit/ei⁹ fuit p̄nuncia passionis et mortis? Nōne ipsius liberatio/resurrectionis indiciū fuit? Nōne q̄z q̄dē daniel bel destruxerat/draconē interfecerat/ad clamorem populi vice alia in leonū lacuz extitit intromissus? Et cū mansisset intactus dierū hebdomada liberatusq̄: proclamatū est magnū esse deū Danielis: q̄ sic illū seruauit ille sum: christū cōtingentia clarescit. O stulti et tardi corde ad credendum que pphete p̄dixerūt. Nōne liberationē quā adhuc factā non creditis: & resurrectiōis vitā in tertio die/ vnde omib⁹ v̄e fidelib⁹ resurrectio vera tribuit: osee ppheta letanter futurā
Osee. 6. asseruit? Venite & reuertamur ad dn̄m: q̄z ipse cepit/& saluabit nos: percutiet/& curabit nos: viuificabit nos post duos dies. In die tertia suscitabit nos: & viuemus in conspectu eius. Nōne de destructiōe mortalis imperij/& de his quos edu pit ab inferis: nō adumbrato/sed apto v̄bo cla
Osee. 13. mauit: Ero mors tua o mors: ero morsus tuus inferne? Quia mortē morte superauit: nec omnes detrusos extraxit ab inferis: sed quos ab eterno deus pater preordinauit: & qui momordit/ nō totum/sed partez abscidit. Nōne saluationē quam
Johe. 2. omnes appetunt/Johel per christū ante dixit in monte sion & hierusalē esse futurā: In mōte sion & hierusalē erit saluatio/sicut dixit dn̄s: & in residuis quos domin⁹ vocauerit. Unde igitur saluatio/nisi per mortē christi: q̄ liberaremur ab omni morte/que oēm saluationē ademerat? Nōne cō
Amos. 2 minatio facta p̄ Amos populo israel/ obūbratiue suppositam causam habuit: quā vere habitura erat/q̄ christū argento vendidit? Sup tribus sceleribus israel/& super quartū nō conuertā eū: eo q̄ vēdiderit argēto iustū/& pauperē p̄ calciamentis. Illa eni cōminatio venditionē & mortez
Amos. 5. iusti & paupis habebat i causa. Nōne idē Amos odiuz iudeorū & abominationē in christū: q̄a eorum arguebat delicta/& loquebat perfecta: vnde

christus extitit interemptus/edocuit? Odio habuerunt in porta corripientē: & loquentē perfecte abominati sunt. Personatio abdie contra edō: Abdie. 1.
q̄ sanguineus dicit ppter infectionē & iniq̄tatez in fratrē/ mortē christi vmbratice p̄ostendebat.
Nōne Jonas aptissime in fugitiuo naufragio/ Jone. 1. & 2.
& in absorbitione atq̄ tridua detentiōe in vtero & vomitu ipsius a pisce: christi passionē & mortē & triduanā sepulturā/ & resurrectionē gloriosam longe ante in seipso presagiauit? Nōne quia sic oportuit pati christū/percussionē maxille ipsius 3. Re. 22.
Micheas ad cōfusionē filie latronis improperat? Nōne naū patientiā in passione/fortitudinē Nah. 1.
in resurrectione Christi: dū iussu dn̄i ciuitatē increpat/aperte cōmemorat? Nonne Abacuk sup Abacuk. 2
custodiā speculatiōis sue christū cōtemplabat i cruce: in cuius cornib⁹ virtutē esse p̄duxit? Nōne Sophonias per p̄parationē hostie: q̄ sanctifi Sopho. 1.
candi erant electi atq̄ vocati: hostiā salutarē corporis christi oblatam in cruce pro his/quos ab eterno pater p̄destinauit/exposuit? Nōne ip̄e idē cū seuitiā ciuitatis hierusalē/p̄ncipū & sacerdotuz Sopho. 3.
atq̄ plebeiorū exprimeret: christi reprobationē & passionē & mortē inclusit? Ue prouocatrix et redēpta ciuitas colūba: non audiuit vocē: et nō suscepit disciplinā. In dn̄o non est cōfisa: ad deū suū nō appropinq̄uit. Principes eius in medio ei⁹ q̄si leones rugientes. Judices ei⁹ q̄si lupi vespere/nō relinquebāt in mane. Prophete eius vesani/viri infideles. Sacerdotes eius polluerūt iuste: egerunt cōtra legē. Dn̄s iust⁹ in medio ei⁹ nō faciet iniq̄tatem. Hec siquidem v̄ba perspicacibus malitiam & pprietatē illorū q̄ cōtra Christum cōuenerūt/sine nube declarāt: & euenisse ab his infallibilem christi passionem et mortē: liberationē v̄o gentiū & oīm credentiū post resurrectionē si q̄s legerit subsequenter/inueniet. Nōne Aggeus ppheta de tēpli renouatione in melius Aggei. 2.
et de cōmotione celi & terre/atq̄ de aduentu desyderati a cūctis gentibus: per figurā & quoddā enigma/christi natiuitatē/passionē & mortē/similiter & resurrectionē p̄texuit? O stulti et tardi corde ad credendū apertissima dicta pphetarū. Nōne omia que videbat zacharias de iesu sacerdote magno certo mysterio per omia christo cōue zach. 3
niūt: q̄ vere iesus oīm saluator sacerdos magn⁹ fact⁹ in eternum/ semetipsum obtulit deo patri? Nōne humilitatē quā in delatura sui corporis a subiugalib⁹ ostendit/prout acta est/ante p̄dixit? Exulta satis filia sion: iubila hierusalē. Ecce zach. 9
rex tuus veniet tibi iust⁹ & saluator. Ip̄e paup et mitis/& ascēdens sup asinā & super pullū filium asine. Etiam argētorū triginta christi vēditionē nō tacuit: Et appenderūt mercedē meā triginta zach. 11.
argenteis: magnū planctū mortis eius aperuit. Nōne idē zacharias plagas manuū/ passionē ipsi⁹ velut pastoris/dispersionez gregis/apertis vocib⁹ cecinit? Quid sunt plage iste i medio ma zach. 13.
nuū tuarū? Et dicet: His plagatus suz in domo eorū/qui diligebāt me. Framea suscitare sup pastorē meū: & super virum coherentem mihi/dicit

suo exercitui. Percute pastorem: et dispergent oues gregis. Nõne Malachias p̃ toleratũ dñi laborem/notam fecit pphetice toleratam domini passionẽ? Quis vehementior labor q̃ in passionibus mortis? Nõne sub uole angeli christũ venturũ ad templũ/et purgationẽ completurũ filiorũ
Malach.3 Leui/verbis multis et mysticis p̃texuit? Sed vnde purgatio filiorũ hominum/nisi per mortem illius qui hominum non potuit habere peccatum? Ecce q̃ magnam nubem testimoniorũ habemus appositam super mysterio passionis et mortis: et sup̃ gloriam sancte resurrectiõis in nostre beneficiũ libertatis: que testimonia si ab eorum vmbra disserendo singula/venissemus in lucem atq; coaptationem gestorũ domini saluatoris: absq; dubio non comica/sed ampla fuissent congesta volumina. Nec scriptura sacra euacuãda credatur dissertiõe verborũ: altiora enim continet q̃ speculetur intellectus humanus: que ab ipso non conspecta creduntur. Nec in hac parte presumimus sic et eo ordine quo christus duobus discipulis disseruit disseruisse: sed testimonia posuimus: non per singula monetarum disserendo: ne improprietatem aliquaz necteremus: nõ affirmantes eum tenuisse ordinem quem saluator interpretando tenuit: maxime cum euangelica pagina illum silendo preterierat: sed tenuisse ordinem scripturarum/et prout ecclesia subordinat numerum prophetarum. Non etiam omnia testimonia posuisse gratulamur: quoniam multa sub velamine manent/et comprehendere illa nequimus: tamen ex his paucis materia paratur ad plura diligenter querẽda per codices scripturarum sanctarum. Et in his duntaxat potest clarefieri per fidem pie querentium intellectus: Quid igitur reprehendi de tarditate credendi non timeant? Quid cũctetur in passionis et mortis et resurrectionis christi credulitatem venire: cũ tam numerosum et piũ concentum in his gestis asperexit scripturarũ: quem concentum nemo dormire fecit. Adhuc enim scripturarum voces gesta et gerenda concorditer enarrando clamant. Sed cum christus scripturas que de eo erant/interpretando loqueretur/ non retardabat incessum: vt loquendo incederet/et incedendo doceret. Etenim causa nostra via q̃diu durabit/ecclesiastica scriptura mensuratur: et ecclesia intelligendo pergit: vt non pro mansione/sed pro eruditione vie vt deueniamus in patriam/factam penitus scripturam credamus. [Et il
Luce.24 le disserens/illi audientes appropinquauerunt castello quo ibant:] discipuli scilicet intentione: christus vero vt innotesceret/se sociũ itineris fecit. Nihil sibi de castello penitus erat. Quamobrem [finxit se longius ire:] et iuisset omnino longius ab eis p̃ fidem: et corpe declinasset in quam voluisset viã/nisi ab eorũ fuisset pia charitate detentus. Nec huiuscemodi fictio notã habet peccati atq; delicti: nec rep̃hensionib9 quorũcunq; hoim subiacet/si christus q̃ oĩa nouit anteq̃ fiant/his discipulis se tali pacto tacito sociauit: vt si exardescerent amore in eum/auditis tam altis declarationibus scripturarũ: si essent hospitalitatis seruidi amatores: si hominẽ noticia peregrinũ/ex charitate vt notum fratrẽ susciperet: cum eis in hospitiũ diuertisset (alias graderet.) Nec perperã fingit qui vult holem in virtute aut scia experiri/si experiendi aptitudinẽ captat: dum non querit aut tentat decipere/sed incognitorum dare scientiam. Fingit sepe paterfamilias/vt subiectorũ pcipiat bonitatem. Fingit discipulo sepe magister: vt noscat quid sentiat/et vt erudiat amplius. Fingit sepe mater paruulũ ad terrã deijcere filium/quẽ portat in vlnis: vt ipse tenacius hereat. Nõ sunt maculosa figmẽta morũ honestate seruata: et dum postmodũ irrogant additamẽta scientie siue virtutũ/seu q̃cunq; incrementa bonorũ. Proinde christus nõ fingebat in fraudẽ: cum p̃cessisset vlterius p̃ut gestu corporis ostendebat/nisi illum illi pia rogatione coegissent. Vñ [coegerunt eũ dicentes: Mane nobiscũ dñe: quoniã aduesperascit: et inclinata est iam dies.] Sed quõ cogit christus/q̃ nullis p̃tãtibus subiacet? Penitus pijs p̃cibus et orõnibus humilib9 detinebãt. Hoc q̃ppe mõ Jacob angelũ detinebat: cũ angel9 diceret: Di- Gene.32
mitte me/aurora est. Cui iacob econtrario r̃ndebat: Non dimittã te/nisi benedixeris mihi. Nõ manu aut alia corpali potẽtia Jacob detinebat angelũ/nisi funibus orationũ atq; p̃camimum. Similibus resticulis Moyses dñm ligauerat: cum ipse dominus Moysi loq̃bat dicẽs: Dimit- Exodi.32
te me vt irascat furor meus p̃tra eos: faciamq; te in gentẽ magnã. Peccauerat dño populus in vitulo aureo: cui dñs iuste volebat irasci: sed vt in Exodo scriptura p̃memorat/Moyses dominum p̃cibus et pijs rogaminib9 et humilibus assertionibus detinebat. Non ergo violentia/sed charitate atq; pia oratione christus cogitur et tenet. Orabant istũ velut sociũ peregrinũ: cuius allecti eloquẽdi dulcedine/secum manere gliscebant: et orabãt ad manendũ: subinferentes temporis legitimas rationes: q: hora est vespera/et dies inclinat ad noctẽ: que cõmoditatẽ semper abstulit plus pergendi. Sed hec verba p̃ferebant ad p̃fectum hominis peregrini: quẽ si cognouissent/versa intentiõe dixissent. Sed nos q̃ fide nouimus quem illi fracto pane cognouerunt: orationem nostram istis submissis causis recta intentione faciamus. Dulcis est violentia quam infert syncerus amor: et humilis supplicatio sepe fecit assentire rogatum. Et vltra p̃gentes precatiua lachrymam fecit redire retrorsum. Et grata est coactio/quem pure virtus apposuit. Agit nobiscũ saluator oium christus/vt his artibus atq; violentijs cogi velit. Sed q̃ nouit preces effundere/causaz submittere nõ ignoret. Fitq; nobis necessaria mãsio christi: q̃m dies nostra tẽdit ad vesperũ: et mane et vespe factus Gene.1
est dies vnus: et tota hominũ vita mane fit et vespere. Mane siquidem in luce virtutum/orientes

fidei/sole iusticie consurgente/vespe cum tentati
onum tenebris ppinquamus. Nec credimus fuis
se aliquam vitam iustorum/que tentationum et pu
gnarum saltem inuisibilium vesperam nõ habe
beret. Proinde cum aduesperascat/his argumẽ
tis cogendus est dominus vt nobiscum maneat
ne cadamus. Sepe nanque mane sicut viridis her
ba transimus/cum aliquid boni debiliter faci-
mus. Et mane sepe floremus in apparentibus
bonis/et transimus moribus nostris: sed vespe-
re decidimus in peccata: induramur consuetudine
arescimus penitus a virtute. Idcirco poret qui
nouit/vt nobiscum christus maneat: quoniam
aduesperascit. Et nos male apti huiuscemodi
vesperã sustinere/nisi nos rogati atque coacti mã-
sio tueatur. Mane tempus est iuuentutis: vespe
re senectutis. Mane temp9 est gratie: vespere tẽ-
pus est pugne. Mane conuersionis/vespere pba-
tionis. Mane ascẽsionis/vespere tempus descẽ-
sionis. Mane clara cognitio: vespere vmbrati-
ca. Mane cognitio per fidem: vespere cognitio
per naturam. Mane cognitio in deo/vespere in
seipso. Quam ob causam cum sic aduesperascit
dies vite presentis/est maxime christi mansio no-
biscum fieri opportuna. Egrediuntur sepe lupi
ad vesperam vt inuadant greges ouium/redeũ-
tes ad caulas: et querunt si aliquam inuenerint
separatam a grege/subterfugiẽtẽ pastoris ocu-
los canumque latratus: quam cum inuenerint/in
corpus vorando traijciunt. Et hi veloces sunt
Abacuk.1 vt etiam sub figura chaldeorum demones lupis ve
spertinis velociores esse dicunt. Et eos qui iugũ
sanctum iuste impositum rumpunt/et vincula iu
sticie vt in nephanda labantur: lupus ad vespe
ram sepe vastat: ac per hoc cum taliter vespere
fit: satagamus lucem christi manere nobiscum:
quia sine ipso nihil facere nouimus nec valem9
Ecce tenetur dominus precibus pijs/vt benedi-
cat ad gratiam: vt luctator obtinuit. Tenetur ne
irascatur ad penam: vt dux populi fecit. Tenet
ne illudamur aut damna patiamur ad vesperã:
vt hi discipuli satagerunt. Congeminant in ore
causam hi pulcherrima oratione: quasi ignorent
eum quem oppido deprecantur: et inclinatã di
em esse subinferunt. Et vere totius mundi diem
nouimus inclinatam/et ad occasum omnia ver-
gunt: et vniuscuiusque hominis dies ascensum ha
bet atque decliuũ. Sed de inclinatione quam de ascẽ
sione vnusquisque redditur certior: quoniam ei
so quo nascimur/vergimur ad occasum. Atqui
more diei q sole oriente in nostro hemispherio
agitur/inuisibilis seu intellectualis constitutus
est dies. Nam ab oriente sole/surgente vmbra
obiecti et recti corporis ptenditur in occasum.
Sed quo amplius sol ascendit/ipsa vmbra bre-
uiatur: et si sol tam ascenderit vt feratur a radijs
diametraliter sup corpus/omnino vmbra depe
rit: ne extra corpus in partem protendat: sed tm
sit reflexa sup subiectã ipsi corpi terrã. Cũ vero
sol a medio hemispherij pgrediẽs/inclinauerit
in occasũ: dies hemispherialis incipit inclinari: et

vmbra corporis in orientem protendi. Quo sol
magis accesserit ad occasum/eo magis in orien
te vmbra ptenditur: donec sub vndis hesperijs
sol occiderit: tunc non vmbra corporis/sed ple-
na nox vbique in supiori nostro hemispherio erit
Sunt igitur vmbre mane: sunt et vmbre vespere
Vmbre matutine in ipso solis ortu sunt penit9
longiores: in ascensu breuiant/donec vltra cor
poris terminũ non ptendat. Vmbre vesperi in
ipso descẽsu solis sunt breuiores: sed quo magis de
scẽderit/lõgiores fiũt donec nox vndique subsequat.
Ad noctescendũ ex inclinatione diei per inclina
tionem solis/ipse sol prius a vallibus et locis con-
cauis abest: deinde a collibus per lumen suũ de
scendendo recedit: cum autem a cacuminib9 mõ
tium solis descendentis/radij absconduntur: no-
ctem plenam dicimus imminere. Sicque statum
militantis ecclesie vsque in presentiarum possumus
deplorare: et statum quam plurium animarum/que
diem fidei aspexerunt. Datur quippe sol iusti-
cie/sine qua salui esse non possumus/ab oriente
fidei: sed in ortu ipso longa videtur vmbra male
factorum/que in occidentem ptenditur: quoniam
ad eternam mortem et sempiternum occasum
malefacta deducunt. Sed quanto amplius sol
iusticie ascenderit per amorem animi et actiones
corporis in hemispherio nostre vite/ipsa malorum
vmbra breuiatur: vt etiam cum desuper nos ip-
se sol fulserit/nulla vmbra in partem aliquam p
tensa videatur: excepto quod adhuc viuimus vita
corporis sup terram. Cum vero sol iusticie non
suo cursu/sed nostro demerito vergerit in occa-
sum: noster virtutum dies inclinatur: reconstitu
untur vmbre in orientem versum: et eo longio-
res quo sol descenderit amplius. Eo peiores ve
spertine quam matutine: quia contra cognitam agi
tur veritatem. Ille decrescebant solis ascensu:
iste vero solis descensu incrementa suscipiunt.
Quid enim nephandius cum in mẽte hominis
sol occidit iusticie: atque inclinatur in anima veri
tas rationis: seu tendit in occasum ratio verita
tis? Periculosa est inclinatio diei: pessime sunt
vmbre vesperi huiuscemodi. Proinde Hiere-
mias dicebat: Ve nobis/quia declinauit dies: Hiere.6
longiores facte sunt vmbre vesperi. Propterea
pijs precibus/fusis lachrymis dominũ exorent9
his armis sibi violentiam faciamus: et profun-
da oratione cogamus manere nobiscum dicen-
tes: mane nobiscum domine: quoniam aduespe
rascit/et inclinata est iam dies. **Et intrauit
cum illis in castellum: atque nescio in
cuius paratum hospitium.** Intrat in
uitatus/rogatus et a pia eorum charitate coact9
et pficitur ppter quod se socium dederat. Ante cõ-
pletur quod longe post Joannes in Apocalypsi
descripsit: Ecce sto ad ostium et pulso: Si quis Apoc.3
audierit vocem meã et aperuerit mihi ianuã: in-
troibo ad illum: et cenabo cũ illo/et ipse mecum.
Stetit iesus ad ostium cordis ipsorum: et per altissi-
mos verborum ictus scripturas interpretando pul-
sauit. Audierunt illi ardenti animo vocẽ ei9; non

quasi eius qui erat: sed quasi vocē eius q̄ de ipso v̄bo p̄mebat. Et aperuerūt ianuā cordis tā serene doctrine: nō p̄pter eum quem adhuc pegrinū habebāt: sed p̄pter eum quem ipsi q̄rebant: τ p quo τ de quo videbatur peregrinus v̄ba cōferre. At ille cenam mentis in fide plus ꝙ corporis comestionē requirens/cum illis recubuit cenaturus. Illiq̄ scitum/sed non tanto mysterio vt euenit: detinebanť adhuc machinamento/ne vere cognoscerent quem secum diuerterent peregrinū: fidem tamen verbis altisonantib⁹ dabant. Et vt fides plena firmareť de christo: hesitatio hesitabat. [Et factū est cū recumberet cum illis/accepit panem τ benedixit τ fregit τ porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eoꝝ: τ cognouerunt illum. Et ipse euanuit ab oculis eorum.] Non solū hospitio/sed etiā reficiendus cibo/susceptus est peregrinus. Larga enim in oībus charitas plus porrigit ꝙ promittit: nec cōtenta vni necessitati apposuisse remediū/si alia premit: quousq̄ suum exonerať cellariū/semꝑ apponit. Nec plena hospitalitas suscepisse hospitio/si adeit hospiti fames. Corpus sub tecto suscipit: τ cibū τ potū apponit esurienti qui verus est hospes. Sed ipsis recūbentibus/festinat Jesus maiora ꝙ acceperit reconferre: ac sic hospitalitatis τ allogie antidotū dare. Proinde accepit panem/ morem solitum seruans: τ bñdixit: τ fregit ex more: τ porrigebat illis: non vt inuitatus hospes/sed vt verus dominus mense. Tunc apti sunt oculi eoꝝ mentis in fide/corpis in visione: τ cognouerunt illum in fractiōe panis: quē mundus non cognouit in processu sue humilitatis. Ecce quantum valuit quieta τ irrecontradicta diuinoꝝ auditio: quantum discipuloꝝ p̄seucha/quantū hospitij τ mense larga prestatio: vt his diuina cognitio adderetur. Quomodo inq̄ cognouerunt? ablato scilȝ a corde velamine infidelitatis: τ ab oculis remoto machinamēto diaboli/quo tenebanť ne ip̄m in p̄sona cognoscerent. Et statim defuit effigies peregrina: τ christum in p̄sona p̄pria cum qua obseruati fuerant cognouerunt. Et remoueatur ambiguitas siue opinio/vt plurimi referunt: ꝙ vnus istoꝝ discipuloꝝ fuerit Lucas: cuius nomen subiceť more scriptorum/qui propria nomina tacent. Nam si Lucas fuit: ergo a christo euangelium didicit τ christum ante cognouit: qui remoto machinamento/iterum cognouit. Et hic ex eius discipulis memoratur. Si vero Lucam omnino discipulum Pauli asseueremus / τ ab eo euangelium didicisse: hic omnino quendam alium/τ non Lucam socium Cleophe sit necessario vt credamus: quod vtiq̄ verius autumamus. Signum forte apparuit in fractione appositi et benedicti panis: τ benigna saluatoris largitio in his duobus discipulis hanc virtutem operata est. Quoniam cum pane christus porrexit et gratiam: vt ilico agnoscerent quem ante nō nouerant. Nec vnq̄ sine gratia inveritate sumitur
Joh.6 verus panis: qui viuus ad vitam de celo descendit. Magna largitas saluatoris: meliora exhibet ꝙ rogetur. Petebāt isti secum peregrini huius in hospitio habere p̄ntiam: quā modicū extiterat cōcessisse: nisi sup̄plus p̄stitisset plene noticiam. Qua firmiter p̄stita/statim ab oculis eorum euanuit. Nō sunt sup̄flua opa saluatoris/nihilq̄ resecabile habēt: omnia sic̄dem facta sunt ad mensuram τ regulam: nā si plus expediuisset ad reparationeȝ deꝑdite atq̄ nutantis fidei/de p̄ntia sua tempis spacio plus dedisset. Sed eos ante tam valide instruxerat irrefragabilib⁹ testimonijs scripturarum: ꝙ per modicum ostensa clare p̄ntia/ad plenum in fide illoꝝ animos solidauit. Hac dsitapat preacturus aduenerat/nō amplius corpaliter post resurrectionē cum mortalibus consolari. Sed quo euanuit? Illo quo valebat: scȝ quo ferebať dote agilitatis: que donū dei est glorificati corpis: vt subito possit quo velit τ se offerre/aut auferre hominū obtutibus quando velit. Unde subito stupor sanctus obrepsit: τ mutato dolore [dixerūt ad inuicē Nonne cor nostrum ardens erat in nobis/dum loqueretur in via: τ aperiret nobis scripturas?] Ardebat in via cor istoꝝ: quia cum diuino igne incedebāt a quo innocue in animo incendebanť: τ vrebanť dulciter propter ignita eloquia scripturaꝝ: maxime cum ab eo velaminibus exuelabantur. Et ignitum est vehementer Ps.118
eloquium dei: quod ardenter diligit seruus dei. Ignitum eloquium audientem sedule aīam ardentem atq̄ feruentem protinus facit. Statim fuit appositus cene finis: satietas omni comestini corpali terminum fecit. Obliti sunt corporaliuȝ sp̄ualibus iam refecti: repudiauerūt corporis mensam/pigriciam abiecerunt. [Et surgentes eadem hora regressi sunt hierusalem:] bona scȝ nunciare que viderant: vt consolatio que illis per huiuscemodi visionem erat propria/fieret cum ceteris ipsoꝝ relatione communis. Uirtus est pioꝝ/gaudia fidei cōferre cum socijs: τ spiritualiter letari cum his q̄ sensualis leticie applaudimenta non capiunt. Sed non omnis sp̄ualis consolatio est pandenda: τ ex intimis publicū petere/noscitur esse stultorum: immo claudenda sunt talia infra claustra inuisibilia nostre mentis: ne facta delatiōe plus ꝙ sit estimetur in nobis/aut si ꝙ auram inaniter captet. Custodia est datorum/oīs firmare clausuram. Impredabiles protinus sunt ignorate diuitie: attamen pandenda cognouimus que in hesitantibus roborant fidem: τ que ad aliorum directionē nouerimus p̄tinere: vbi boni perditio aut nociuum quippiam non proueniat dilatori. Sed isti de communi domino τ magistro veniunt relationem facere ad p̄sernos: τ ad cōdiscipulos referre gesta magistri: vt communis leticia omnium letantium sit in domo: τ ex referentibus plurib⁹ fidei testimoniū inualescat. Quaȝ pulchre textus eloquitur ꝙ regressi sunt hierusalem/de qua fuerant egressi. Sed cum tristicia et diffidētia sunt egressi: cū leticia τ plenitudine si-

dei sunt regressi: a pace ptinus egressi diffidẽtes de christo/ad pacẽ regrediunt de ipso p fidẽ gaudentes. Et inuenerũt congregatos vndecim/et eos qui cũ eis erant dicentes: q surrexit dñs vere et apparuit simoni. Per veritatem asserebãt propter ea q̃ audierant ab ipso de interpretatõibus scripturarũ: ꝛ de incalescẽtia cordiũ: qꝛ solius sui est corda calefacere p signis. Maxime aũt in vitate firmabant ppter ea q̃ viderãt. Proinde ipsi narrabãt que gesta erãt in via: et quõ cognouerũt eũ in fractiõe panis. Mira res/sed preteriũda silẽtio: q panis hospitis hospitib⁹ apposit⁹/a christo fractus/suijpsius cognitionẽ dedit. Si qs hoc rimabit magna repiet ab-

Jo. 6 scondita sacramẽta. Vnũ tñ silẽtio nõ ɔcedã: q frangendo panes/satiauit turbas. Frangendo

Mat. 26 panẽ/suũ substãtiauit in corpus: quo duodenã turbam vt alimẽto celesti refecit. Frangẽdo panẽ resurrectõis sue cognitõẽ aperuit. Omne verbũ dei spũalis est panis. Fractio panis in mõtibus/ad vitã agendam declaratio est scripture.

Ps. 118 Hinc psalmista dixit: Declaratio sermonũ tuorũ illuminat: ꝛ intellectũ dat puulis. Et de hoc a sensu ɔtrario p carẽtiam Hieremias dolẽs in

Tren. 4 clamitat: Paruuli petierũt panẽ: ꝛ nõ erat q̃ frãgeret. Paruuli eñ sunt q p fractionẽ aut expositionẽ scripture vocant ad fidẽ: qbus sermo declaratus velut panis fract⁹/tribuit intellectum. Paruuli sunt: ꝛ multi qui frangẽtem doctorẽ reperire nõ pñt: nõ tñ semp defectu q̃rentiũ/sꝫ malignantiũ sepe doctorũ. Panis fractus in cena/confortat bellum: abstergit a criminibus/ꝛ donat incrementa virtutũ: ꝛ traiectus in nobis/traijcit nos in deum. Panis fract⁹ in hospitio/resurrectõis nouitatẽ discipulis palã fecit: vt ex ipso vitã significandã omnino sentiamus: vbi panis christus velut fractus/sed non fractus omnibus in hac sibi vita cõformibus/tribuetur sm pondera meritorum. Fractus panis non desinit esse panis: eadem enim veritas substantie q̃ in toto erat/seruatur in partibus: etiam si nõ seruatur equalitas quantitatum. Sermo diuinus etiam fractus/declaratus aut expositus/idem apud omnes: q̃q̃ non equaliter apprehensus. Et cum transsubstãtiatus frangitur/simpla manet substantia: nec minuitur aut augetur: si non equalis quantitas partiũ resultat in oculis/fractis partibus accidentis. Fractus panis in patria simplus/in se prestat p tanto fractus/vt sol in radijs multiplicat: ꝛ simplus ꝛ indiuisus existens: sed sepe apparet diuersitas luminis ex diuersitate suscipientiũ corporũ obiectorũ: sicut p simile testat apostolus/stellam a stella in claritate differre. Dum hec autem loquũtur et cum esset sero die illa vna sabbatorum: et fores essent clause/vbi erãt discipuli congregati propter metum iudeorum: venit iesus ꝛ stetit in medio eorum/ꝛ dixit eis: Pax vobis: Ego sum: nolite timere. Conturbati vero ꝛ ɔterriti existimabant se spm videre. Et dixit eis: Quid turbati estis/ꝛ cogitatiões ascendũt in corda vestra? Videte manus meas ꝛ pedes meos/qꝛ ego ipse sum. Palpate ꝛ videte qꝛ spũs carnẽ ꝛ ossa non habet/sicut me videtis habere. Et cũ hec dixisset/ostẽdit eis manus ꝛ pedes. Gauisi sũt ergo discipuli viso dño.] Repullulatã fidem christus ex vbis reualidabat: similiter ꝛ ex gestis. Et ex omnibus firmare decebat fidem tante nouitatis: q quis integraliter ꝛ ex osse/ꝛ nõ alius resurgat a mortuis: que p argumẽta debita dum firmant in capite/sic in membris euenire remoueat ambiguũ. Hinc fit duꝫ isti gesta ꝛ audita ꝛ visa referũt: ꝛ iam dies in suo cursu pcesserat: christus istorũ dictis opibus fidem facit. Nec quieuit nouus homo resurgens a resurrectiõis hora: sed infatigabiliter apparitionibus studuit: varijs locis atq̃ sui corpis formis se pie querentibus ad fidem roborandam obijciens: vt etiam in cõplemento diei/fidem argumẽtis apertioribus solidaret. Semp enim adest tẽporibus in quibus casus est notior. Nocturnus protinus tempus magis q̃ diurnum consueuit esse timori: ꝛ facilior probatur periculorũ esse cõgressus/ꝛ inualescentia sepe maior. Et sero cum erat/ꝛ timor iudeorum fecerat claudi fores: vbi charitate ꝛ concordia sancta ɔuenerant: conferẽtes insimul de tanta nouitate magistri: qui foribus sic manentibus/ex dote subtilitatis sui corporis/ac non remotis postib⁹/ad eos subito fecit ingressum: ꝛ stetit in medio eorũ/ad equalem participationẽ ꝛ visionem cõmunem discipulis se condonans: ꝛ eos salutat salutatiõe qua eos alios docuerat salutare. Etenim dixerat discipu-

lis suis: In quamcunq̃ domum intraueritis/p- Mat. 10

mum dicite: pax huic domui. Non erat immemor effusi pcepti: nec resurrectione sua euangelica erat mutanda doctrina. Sed quod docuit/fecit idem qui fuerat resurgens a mortuis: non tamen iterum passibilis aut moriturus: sed altiori sensu resurgens denunciat pacem/quam ante mortem docuerat nunciare. Nullum durius ꝛ grauius bellum q̃ de diuinis habere certamen. Et hesitare de christo in dictis ꝛ operibus/epidalis ẽ pugna. Tremula christi fides eterne mortis exhibet ictus: pax multa docens decens. Anceps est omne quod agitur/nisi fides inconcussa feratur in christum. Cum igitur nõ ancipiti fide transitur in illum: pax plena atq̃ perfecta causatur in nobis. Proinde christus dicit: Pax vobis. Ex hinc noster quiescat animus: fidei non amplius reluctetur: sibi se subdat: deponat argumenta debellandi: naturalibus rationibus non intendat: scuta cõsuetudinis non apponat. Totum est diuinum quod agitur. Protin⁹ ego ipse sum/qui vobiscum cõuersatus: qui vos de maligno vocaui: quem audistis pdicantem: quẽ vidistis supra naturã/vsum ꝛ artẽ miracula faciẽtẽ: q in medio vestri fui sicut q̃ ministrat: q pani alimẽto celesti: q vsq̃ ad pedes vestros hũiliter inclinaui: quẽ captũ vidistis: quẽ malefidi dereliquistis in manib⁹ pctõrũ. Igit nolite timere: ideo

sum qui fui: penalitate omni deposita/maiesta-
tis gloria tota suscepta. Nolite timere/in corde
vestro de mea resurrectione nutantes. Nolite
timere amplius de iudeis: nõ ẽ abbreviata ma-
nus mea/que vos liberare nõ possit: qui poten-
ter ipsis inuitis resurrexi ab inferis. Nõ me te-
nuit demonũ turba laruali s: non magni monu
mẽti custodes/non theca petrina/non lapis ad
monumẽti ostiũ aduolut⁹. Ecce ianuis clausis
ad vos ingressus: sicut clausa virginitate de vte
ro matris egressus. Nolite timere si vobis sen-
sum mors adimat: est quod reddere possit q̃ ho
die surrexit ab inferis. Ut q̃d clausi propter me-
tum iudeorũ? Si vitam meam me volente mor-
tem irrogando tulerunt: ipsam potenter resurgẽ
do recepi. Non sit vobis amplius timor mortis
quod enim factum est in capite vestro/ p̃culdu-
bio fiet in corpore meo. Caput vestrũ deus pater
me cõstituit: corpus meũ vos estis. Sed illa clau
sura q̃ꝙ esset ob metum: non tamen fuit priua-
ta mysterio. Etenim per illam vos subtilitatis
innotuit: et ꝙ magnum sit donum glorificati cor
poris. Conturbati sunt vero et conterriti: quia
tantũ corpus posse per aliquas rimulas ingredi
non credebant/ianuis manentibus clausis: nõ
attendentes corpus nostrum quanta possit feli
citate donari. Sed existimabant spm̃ esse quod
eorum oculis apparebat: in his que supra natu
ram potenter diuina virtute fiunt/eorum animi
non ferentes. Sꝫ eos argumento sensibili domi
nus recompingit/prearguens quare in animo
varientur. Et dixit eis: Quid turbati estis: et co-
gitationes ascendunt in corda vestra? Non est
iusta de his que dicuntur turbatio/vbi veritas
sensibus patet. Non est sane directionis/vt co-
gitationes que tm̃ terrena sapiunt/ad altitudi-
nem cordis humani ascendant. Quid de christi
corpore tanꝙ de terreno corpore cogitatis? An
ignoratis deitati vnitum? Quid? An deitatis
potentiam non creditis: ꝙ qui creauit ex nihi-
lo/possit educere de sepulchro? Aliquid tamen
differenter querere commonemus/cum cogita
tiones dixit ascendere. Ascendunt quippe cogi-
tationes: cum quicquid est minus homine/ver
satur in corde. Descendunt cogitationes in cor-
da: cum quicquid est maius homine/aut celeste
seu forma virtutis/mens humana secreto intui
tu contuet. Oriunt ex equo/cũ nobis cõformia et
equalia immaculose cogitamus. Ex imo quidẽ
ima de christo cogitantibus/ascendebant cogi-
tationũ varietates ad corda. Sed experimento
corporei sensus/has cogitationes saluator ex-
clusit. Uidete manus meas et pedes meos/quia
egoipse sum. Palpate et videte: quia spũs carnẽ
et ossa non habet: sicut me videtis habere. Ad
astruendam fidem/visum inuitat et tactum: vt vi
sus intueatur corpus ostensum: et tactus/vt dia
phanitas excludatur. Nam obiectum visus ra-
tio diffinit esse corpus superadiecto colore: aut
ipse color existens in corpore: obiectum vero ta-
ctus/ipsa soliditas corporis aut corpus soliditatis
Ac p̃ hoc q̃si visus possit corp⁹ diaphanũ aspi-
cere sub colore/aut colorẽ in corpe transparẽte
ad veritatem solidi corporis inuitatus est tact⁹:
vt simul iuncti corporis veritatẽ aduertant. Sed
cum dicit: videte manus et pedes: arguit p̃ con-
fossione clauorũ: vt innotesceret veritas passio-
nis: et ꝙ ipse q̃ passus/omnino regressus fuit ab
inferis. Cum vero subintulit: palpate et videte:
simul tactum ad resurrectionis veritatẽ p̃uoca-
uit et visum: quia si sepe tactum possit decipe vi-
sus: nunꝙ tamen visum nequiret decipe tactus
Uel vt euidentius loquamur: In visu sepe ho-
mo decipi possꝫ/credens solidũ quod esset dia-
phanũ/dum obiectũ intangibiliter cõspectaret:
tactus vero in corpore falli nequit: palpãdo cog
nouit corpis veritatem. Et caro et ossa soliditatẽ
habent. Quãobrem christus dicit: Nolite cre-
dere cum me videtis/spiritum videre: quia spiri-
tus carnem et ossa non habet/sicut me videtis
habere. Et ostendit eis manus et pedes et latus:
vt aspicerẽt vulnera/q̃ sanata: et aperte in mani
bus et pedibus et latere cognoscerẽt signa clauo-
rum/et iam pactam bellicam pugnam. Utrum
autem apostoli visioni cõiunxerunt tactum/ scri
ptura non explicat: q̃ꝙ iuste asserat pia creduli-
tas: cum amore vehemẽti ferrentur in christum
qui eos pie ad robur fidei inuitabat ad tactum
Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Unde
tristabanẽ/inde letanẽ. Uñ fleuerant/inde gau-
dent. Qui nõ habitus causam meroris/ reinuẽ
tus leticiam p̃stat. Resurgens gaudere facit/q̃
moriens inultabat ad lachrymas. [Adhuc
autem illis non credentibus et mira
tibus pre gaudio dixit: Habetis hic
aliquid vt manducetis? At illi obtulerũt ei partem
piscis assi/et fauum mellis.] Non credebant ad
huc visioni: nõ p̃stabãt fidem et tactui: qm̃ supra
sensum hoĩs erat id quod agebatur: et cor huma-
no pauore solutũ tardius diuinis assurgit: et in-
solitis actionibus supra naturã sensuum cõsue-
tudo resistit. Et ingressus solidi corporis in lo-
cum vndiꝙ clausum/ p̃amplius tenebat in du-
bium. Ab origine porro mundi vsꝙ in p̃senti-
um/similiter actum non euenerat. Et plebeiorũ
intellectus nondum inspexerat/quid in corpori
bus gloria resurrectionis p̃stare potuissꝫ. Et ad
huc ex gestis penalibus et plenis meroribus eo-
rum animi tenebantur attoniti. Et pigritanter
consurgunt animi valido terrore compressi: ve-
lut si quempiam subito excitaueris p̃funde dor
mientem: tanꝙ attonitus audiet: si statim et inter
posite eum fueris allocutus. Non tamen credẽ
dum ꝙ omnes ab ista incredulitate tenerentur.
Protinus non tenebatur Petrus/cui alibi iam
dominus apparuerat: neꝙ discipuli/qui eum in
panis fractione cognouerant: sed ceteri qui eũ
nondum in aliqua effigie cõspexerant. Et si his
de resurrectiõe nõ erat ambiguũ: erat forte dubiũ
de ingressu/ꝙ solidum corpus parietes solidos
penetrasset. Nihilominus q̃uis tremula eorũ es-
set fides/pre gaudio mirabanẽ. Et mirũ in modũ

q de vna re gaudiu esset z dubium. Sed hesitabant: ne quod agebatur / ptinus veru esset. Gaudebant autem vehementer si omnino sic esset: mirabantur vero modu / quem non intelligebat z q supra naturam gesta ferebantur: sed nec frustra tarda credulitas: etenim vt firmaretur / argumenta maiora suscepit. Nam christus ad manducandum aliquid exposcit: non famens vel indigens: absorpta erat enim ista penalitas: sed vt discipulos ab omni dubio in resurrectionis fide solidaret: cum veritas carnis atq properas manducando monstraretur. Habebant apostoli partem piscis assi / z fauum mellis. Uel vt securius eloquamur: quoniam de talibus apostolis cura non erat: ab hospite cuius erat cenaculu grande stratum / fideter z amicabilr poposceru t. Ab hora eni cene hospitandi z petedi apostolis pcessa erat audacia: z hec dno parauerut: sedenti ad eadem mensam / in qua cum eis pascha manducauerat. Et e regione coronali apostolis statibus / saluator iesus sine simulatoe comedit: z traiectu cibum corpus potenter dissoluit atq cosumpsit non digestiuo more / vt nature requisitum adderetur: sicut ante resurrectionem / vt homo mortalis iam fecerat: sed velut quid modicum cosumptum z vanefactu magni potestate caloris. Corpus enim resurgens feliciter / velut spus esu no indigebit: comedere aut poterit potestatiua virtute / infatigato stomacho ad digerendu: nec ad egerendum vlla necessitas subadderet. Excludebatur pfecto in illa comestione deceptio qua
tia qua discipuli christi preceptū fecerunt/dicit
[Miserūt ergo rete: ꝛ iam non valebāt illud
trahere pre multitudine pisciū.] Mira virtus
p̄ceptoris ꝛ obedientis/q̄ talis sequatur effect⁹
vt alter impediatur ꝛ actus: quoniam tanta mul
titudo piscium venit in retia: vt ad extrahendū
vires discipuloꝝ excederet. Et vere supra ipsoꝝ
virtutem subsecuta est hominuꝫ conuersio post
resurrectionē. Nec fuit aliquando aut erit quo-
rumcūq̄ doctoꝝ etiā sanctitatis altissime/posse
homines de pelago damnatiōis ꝛ iniquitatis
extrahere: aut de fundo limoso eripere: vt ad li-
tus eterne stabilitatis attraherent: nisi dumta-
xat illa virtute cuius facta est captura. Sed ille
discipulus quē diligebat Jesus/factum supra vi
res/intellectu pspicacior ꝯsyderans/trahensq̄
manibus cum funibus rete/impotenterq̄ labo-
rans/aquilinos oculos direxit in litus: ꝛ pre im
potentia trahendi/ huius opis cognouit actorē Joan.21
[dicens Petro: Dominus est.] Ecce
oēs operati sunt ad retia in mare laxanda: oēs
in trahendo laborāt: ꝛ infra semetipsos pre subi
tatione mirantur: non vt omnes cuius sit hoc
factum/virtute cōsyderant: nec oēs in facto vir
tutē preceptoris aduertunt: q̄ non omnibus vt
actio consyderatio est equalis: nec quibus vna
est ꝓportio in opere/eadem ꝓportio est in men
te. Plerunq̄ vero actionibus excedentes/inter-
na veritatis speculatiōe minorant: velut in hoc
loco Joānes/siue in corpali exercitio cū sociis
equaret/siue succūberet: primo tñ omnes in co-
gnitione veritatis excessit/vt diceret petro: dn̄s
est. Quid est enī dicere/dn̄s est: nisi cur tantū in
trahendo retia laboratis: cum piscium captoꝝ
multitudo p̄ponderet? Hoc non est factum no
stra virtute: nam nihil cepimus nocte p̄terita la
borantes. Dn̄s est ille q̄ iussit in dextera nauigij
rete laxare. Ipse igit est/q̄ nos expectat in litore
Ipse fecit in retia nostra piscium multitudineꝫ
aduenire: ipsiusq̄ virtute trahem⁹ in litus. Hoc
docente dilecto/more solito reanimatus est dili
gens. Semp recalescit in vere diligētibus amor
ꝛ diligentē impauidū ad picula sepe facit: ꝛ in-

hilo pȩdijt labores ancipites. Hinc est ꝙ [Simon petrus cum audisset qꝛ dominus est: tunica succinxit se.] Dilectus a Jesu/ipsum cognoscēs nūciat de iesu. Diligens vero iesum/ad ipm venire impatiēti amore decertat: nec consilio vtitur socioꝝ/nec exquirit in veniendo ꝯsortiū: vndaꝝ ꝓfunda non timet: nō deliberat qd accidere possit/dūꝫ illum ꝯsyderat quem sup omnia diligit. Nō expectet sociū/qui festinat ad dñm. Periculosa est huiuscemodi expectatio: cū nos expectat dñs. Recipiant socij cum sequunt: sꝫ nec remorent q expediti sunt ad sequelam. Currendū est cum vocamur: non tardandū vt tepidi ꝓsequantur. Ad regem ꝓ causa placita milites festinantes de tardioribus non sciscitant. Studeat vnusquisqꝫ militās de se gratam regi exhibere militiam: nec respectu tepentium remoret equum: vbi p se videt expedire posse ꝓ rege. Maxime si vnusquisqꝫ p se rōnem reddit altissimo: p seipm pmo seruire festinet. Nec multo ꝯsilio est opus: cum p fidem aut certitudinem in nostrā sciam diuinū placitū venit. Retardat amoris molimina conciliari cum ceteris. Impellit festinantijs verus amor: ꝛ validis directiōibus tēdit. Prouidere pericula ꝓuidentie esse noscitur/ non amoris. Qui pericula futura per singula prouidet / amorem tepescere fecit. Et sepe fuit periculū tale ꝓui sum quod nunꝙ euenit/aut affuisset agenti. Pauor ꝛ amoris feruor impacate contendunt. Ille mala ꝓuidet hic efficere posse ꝓmittit. Ille de omnibus dubitat: hic omnino confidit. Quāobrem simon Petrus cum audisset quia dñs est: non consilians vestiuit se tunicam: non illam quam ꝓhibemur existentes in agro/retollere incūbente ꝓsecutione: nec illam quam se deposuisse seu expoliasse in canticis dei sponsa dicebat: sed illā que interdū impedit facilem actionē: quam cum homo in actione non sistit/reinduere potest sine detrimento virtutis. Seu illaꝫ diperim/que nostrā turpitudinem tegit. Petrus vero nudus erat vt expeditior esset ad rete trahendum. Propriū est enim recte agentium/ab impedientibus expediri. Nam oīs q in agone contendit/ab omnibus se abstinet: scꝫ non decentibus aut aduersantibus in agone. 1.Cor.9 Atqui non sine magno documento agendoꝝ factum est: ꝙ in vertice apostolici chori dum piscarent discipuli ꝛ rete traherēt/legimus nuditatē. Qm̄ nullus nudior debet esse a rebus/vt expeditius piscationē ꝑficiat animarum/ꝙ qui christi vicē gerit in terris. Ipse primus exemplificare tenet quod in hoc seclo christum gessisse cognouit: qui nudus natus/nudeqꝫ viuens/ expoliatus vestibus/ crucifixus atqꝫ mortuus est. Piscationi animaꝝ intēdens/a rebus nudus existat: vt nec prepeditus corporeis spiritualibus possit intendere: nec exemplo rerum seculariū vinculo implicatus inficiat/quos a seculo ṽbo ꝑdicationis ꝛ vere sanctionis auertit. Succinctio vero petri deposite tunice dū dominū in litore adesse cognouit/in virtutis orna

tum traijcit: quo nudus se comptat: nē despicabilis appareat corā dño. Cū se in mare ꝓiecit/fideꝫ astruit quā habebat in christū. Etenī als in mari p ipsum reseruatus fuerat a procellis. Nec non impauidū ostdit se factum: cū vrgeret calcaribus ab amore. Timorem sepe abstulit verus amor. Et in canonica Joannis dicit: Cōsummata charitas foris mittit timorē. Uerūtamē questionē animo ingerit: si bonū erat mysteriū/cur reliquit? Erat ꝓtinus: nam iussu dñi captionem pisciū fecerant. Sed licitū est relinquere ministeria ꝛ corpis actiones/vt altioribus contemplationibus intendat: potissime si sunt qui huiusmodi mysteria ꝓsequant. Relinqbat eni petrus cō socios: qui ꝑficere poterant quod ipe reliqrat. Et ꝑiculis marinis ꝑuenit ad christū/ cū alij nauigio ꝑuenissent. Dispar enim est in moribꝰ via qua ꝑuenit ad christū: ꝙuis sit vna in fidei fundamento. Et aliq ꝑiculis/aliq cautelis/aliq laboribus: alij contemplatiōibus/alij exercitijs/ alij argumentis varijs ad christū ꝑueniunt. Sꝫ in mētibus hoim de hac diuersitate nil obrepat si ꝑuenire cōtingat. Porro in angustū essent cōcluse ṽtutes: si dumtaxat in moribus vnica esset via. Sed existēs vnica fundamēto/facta est multiplex in agendis. Sed hi [discipuli non lōge erant a terra/nisi ducētis cubitis.] Si hos cubitos ad geometriā referimus/dubia est locutio: si aūt ad translationē in latinū factā de greco/sit nobis tractādi sermo securior: qm̄ via maris ad litus modico spacio tendebat/scꝫ ducentis cubitis: quoꝝ spacium natādi peritia seu sub vndis fixo vestigio/aut leuigato nauigio vt veniat in portū/facile transuadat. Quo istoꝝ modoꝝ Petrus ad litus vbi christus erat aduenerit/scriptura nō explicat. Scire vero tn̄ ipm pre ceteris ocyus ꝑuenisse sufficiat. Numerus vero spacij ducentoꝝ scꝫ cubitoꝝ/mysteriuꝫ includit ꝛ mores. Etenī centum primus est numerus q transit in dexterā: ꝛ calculantiū peritia non inuenitur in leua/q in minori digito in modum circuli recontorto ꝑficit sup palmā. Et cuꝫ alijs ꝓximus similiter inflectitur/secundus centenarius constituit. Et decas decem omnis centenarius habet inclusas. Primus igit centenariꝰ in minori digito cōstituitꝰ/eos dicit q de populo iudeoꝝ p obseruantiā decalogi ꝑuenerunt ad eternitatē christi. Secundus vero eos q de ecclesia orthodoxa saluant: vterqꝫ tamen p decalogū sortiti sunt salutē. Sic etiam actiui ꝛ contemplatiui ad decalogum astringunt. Et ꝙꝙ cōtemplatiui supferant actiuis: damnosa esset eis interna ꝛ altissimoꝝ contemplatio/ spreto decalogo. Homines/mulieres/clerici ꝛ laici/ꝓlati et subditi/p decalogū ꝑtinent ad numeꝝ ducentorum: si ꝑuenire ad dexteram illam cupiunt: que in illa in qua isti numeri ꝑficiuntur/circulari eternitate significat. [Ut ergo descēderunt in terram/viderunt prunas positas et piscem superpositū: et panem:] non tamen igni superpositum sicut piscem. Sic pru-

1.Ioan.4

nas/piscem/panem apostoli sic statuissent: non
ꝑ noua visione sic ab euangelista qui aderat/ di
ceretur. Nec etiam cum dominus interrogasset
eos/ vtrum pulmentariū haberēt: respondissent
non. Sed aliunde ignis/panis ⁊ piscis ꝙ a stu-
dio ⁊ opere piscatoꝝ: ab eo scʒ qui se nunc istis se
ptem tertio delaturus aduenerat. Ignis amor:
piscis captus sub vndis/ fructus qui de tribula
tiōe carpitur. Piscis ineptus ad esum/ nisi apte
tur in igne. Fructus in frui esse non posset/ nisi
amore torreretur. Panis tota est vita: quem suo
modo apposuit panis vite. Sed exquiritur cō-
municatio atqꝫ vnio debita operum capitis ⁊ mē
broꝛum: vt ex alteris altera virtutē ꝑfectionis ac
cipiant. Proinde ait iesus: Afferte de pi-
scibus quos prendidistis nunc. Hoc
est opera vestra meis opibus iungite: vt anime
vestre non auris vestra meritum iuste actionis ⁊
diuini placiti sortiātur. Ex eo enim ꝙ opera no-
stra diuinis operib⁹ asciscuntur/ factionis atqꝫ
retributionis ꝑmium nanciscuntur. Christi ve-
ro merita dum nostris meritis vitam tribuūt/ in
seipsis non pamplius inclarescunt. Bonorum
nostrorum ꝓtinus ipse non indiget: nec egens
vsqꝫ ab aliquo quid accepit: ⁊ siquidem signata
⁊ temporalis locutio saluatoris nobis aliquid
astruit sacramentū. Ait enim ipse saluator: Affer
te de piscibus quos prendidistis nunc. Nā alio
Luce.5 tempore multis piscationibus ab ipsis aposto-
lis aliquid non exegit: sed de piscatiōe que facta
dicitur nunc. Etenim hoc nunc ꝑteritum habet
passionis ⁊ resurrectiōis in capite: futurum ve-
ro resurrectionis membroꝝ expectat: inter que tē
pora nostra opera cōiuncta diuinis/ merentur
quantū beatitudinis sint habitura post diem ex-
treme resurrectionis. Hoc nunc obedientiā de-
xtralem exercuit: vt soliʒ illa opa suis velit chri
stus asciscí/ que a leua in dexterā venerūt: que pro
eternis/ non pro tempalibus fiunt. Et ad horū
amorem nos apostolus excitans/ ab istis auertit
2.Cor.4 Non contemplantibus nobis que videntur/ sed
que non videnē. Que enim videntur/ tempora
lia sunt: que autem nō videnē/ eterna sunt. Tūc
ascendit simon petrus: et traxit rete i
terrā plenū magnis piscibus centū
quinquaginta tribus. Petrus rete tra-
xit in terram: sup cuius confessione fundata ec-
clesia noscitur: vt merito fidei cognoscamus sa-
lutis posse deuenire in portum. A nutabundo
elemento trahuntur pisces in solidum elemētū.
Hoc enim saluator iubendo vult/ volendo iu-
bet: vt nutantes in tempalibus homines/ in so-
liditatē credendo ⁊ merēdo ꝑueniant. Hoc enī
esse eterni patris voluntatē/ ipse christus asseru-
it. Propter quod etiam in hūc mundū/ a sum-
Joan.6 mo celo egressus ipse descendit. Quia descendi
de celo: non vt faciam voluntatē meam/ sed vo-
luntatem eius qui misit me. Hec est volūtas pa
tris mei qui misit me: vt oīs qui videt filium ⁊ cre
dit in eū/ habeat vitā eternā. Qʒ petrus nauim
rescendit/ de qua ꝓsiliuit in mare: varietatē in
operibus optimi obedientis ostendit: vt in his
velit exercitatū fieri ꝓut volūtatem cognouerit
imperantis. Nunc opa mutare diuersa/ nūc au
tem relicta repetere: nūc agere/ nunc contempla
ri: nunc vnum intermittere ⁊ aliud exercere: nūc
cauere pericula/ nunc se periculo mortis expo-
nere: vt nil agat proprio motu motus/ sed maio
ris imperio actus. Nam sicut supra de saluato-
re tetigimus/ ꝙ non suam voluntatem facere in
hunc mundū descēderat/ sed paternam: sic nos
christi voluntatē/ non nostram in actionibus ꝑ
sequamur. Quantitas vero piscium continua ⁊
discreta scʒ/ ꝙ magni ⁊ centum ⁊ quinquaginta
tres erant: ad magnitudinē operum ⁊ ad eorum
originem retorquetur. Magni quippe dicuntur
electi/ non a seipsis/ sed a magnitudine acquisite
mercedis: velut Abrae dominus loquebatur:
Ego sum merces tua magna. Et quoniam ipso Gen.15
rum laus ⁊ gloria est apud deum in ecclesia ma-
gna. Magna siquidem est militās ecclesia: oīs
alia concio parua vel nulla. Magnitudinē ve-
ro ecclesie triumphantis nunqꝫ vllus expressit.
De vtraqꝫ hoc intelligebat David: Apud te laus Ps.21
mea in ecclia magna. Eo igitur electi dei magni
sunt/ quo in ecclesia magna iuste laudantur. Et
quoniam in hac ecclesia magna christum con-
fessi sunt/ magni vocantur: vt idem psalmista di
cebat: Confitebor tibi in ecclesia magna. Et iu
sticiam dei predicauit in ecclesia magna. Ma-
gnus enim est qui in magna domo sm domini
placitum potuit etiam modicum cum perseuerā
tia operari. Et que magno animo fiunt/ parua
esse non possunt: etiam si parua actionibus con
stant. Timor etiam domini apud eum suos ele-
ctos magnos effecit. Scriptum est enim: Qui Judith.16
autem timent te/ magni erunt apud te. Quia eo
ipso quo in hac vita dei timor mētem hominis
ad recte credendum recteqꝫ videndum humili-
at: apud deum in immensum exaltat. Et tā ma-
gnos facit in gratia/ ꝙ paruos se tenent in con-
scientia. Discreta vero quantitas in centum qn
quagintatribus piscibus constituta/ radicem ⁊
originem ⁊ fructum bonorum opeꝝ astruit. Si
numerū hunc indagatione subtili discutimus:
habet ꝓtinus numerus iste triplicem distinctio
nem: scʒ tria/ qnquaginta ⁊ centum: vt in tribus
fides trinitatis intelligaē: seu tres ille ꝟtutes vi
uifice/ sine quibus non consistit hominū salus:
que sunt radix ⁊ origo bonoꝝ opeꝝ: sine quibus
nemo placuit deo/ etiam si quatuor aliis virtuti
bus ꝑ omnia claruisset. Has siquidem dixerim fi-
dem firmam/ spem solidam/ charitatē synceram.
Quis vnqꝫ absqꝫ his altissimo placuit? Quoniā Heb.11
sine fide impossibile est placere deo. Quis sine so
lida spe supernoꝝ meritorie terrena contempsit
Quāqꝫ enim plurimi philosophi ꝯtempsissent
temporalia/ spem supernoꝝ solidam non haben
tes/ merito caruerunt. Spes enim nostra (vt ait
apostolus) penitus non confundit. Quis a cha Rom.5
ritate alienus initiauit aliquando bonum/ sine
qua nihil est in nostris operibus bonum? Quis

initians pfecit/vbi ipsa defecit? Quis pfecit/vbi ipsa nō astitit? Clarius ista lucent in rōnabili mēte/ꝙ possent scribi aut vbo pferri. Omnia invanum ꝛ in nihilū tradit aplus/si charitatē non habet. Numerus vero quinquaginta/ad remissionem ptinet peccatoꝝ. Etenim in veteri testamento annus iubileus erat in/ quo multa relaxa
Gen.18 bant. Et ppter qnquaginta iustos dñs se dicebat parcere sodomitis ꝛ loco ppter eos. Et qn
4.Reg.1 quagenarius supplicans Heliam/ignē vltionis
Act.2 euasit. Et quinquagesimo die a resurrectione datus est spūs: in quo remissio peccatorum. Centenarius autem numerus ad decalogum pertinet: quia et decies decem ipse consurgit. Porro decē faciunt in sua significatione numeꝝ decem pceptoꝝ. Et decies replicata id annuunt/vtrūquodqꝫ prout pmulgatū est/affirmatiue seu negatiue deducatur in actum: ꝙ decies replicatus denarius cumulat centum/qui dextralis est numerus: meritum supne patrie vbi christus in dextera dei est patris/insinuat. At ternarius numerus virtutum: quinquagenarius scꝫ remissio peccatoꝝ: centenarius sicut executio mandatoꝝ radicem ꝛ originem ꝛ fructum perpetuum habent bonoꝝ opeꝝ. Et cum tanti essent duplici quantitate/non est scissum rete pre multitudi
Luce.5 ne piscium. Alias legimus ꝙ rumpebatur rete pre multitudine piscium. Non enim qui electi sunt in ecclesia/ꝛ in moribus scissuram constituunt. Non psumunt diuisionem/qui vniuntur in christo. Neqꝫ in scriptura dissentiunt diuina/in eius fide veram simultatē habentes. Nam si electi sunt/non scindūt neqꝫ scinduntur. Et eoipso electi sunt/quo scindere aut scindi noluerūt. Et capti ad dexteram nauigii fideles/contrarias non separantur in partes: nec fidem aut ecclesiam siue virtutē scindūt/in qua pro supna patria capti sunt. Et qui traijciunt in illā/vnitatē p oīa seruant. Non enim est ciuitas illa diuisiōis/sꝫ vnionis ꝛ pacis. Dicit eis iesus: Venite prādete. Vocat ad esum iesus suos discipulos: vt cum ipso sua beatitudine p suam misericordiaꝫ ꝛ p meritū passionis data/nostra operatione qsita/eternaliter pfruamur. Et cum sederent discumbentes in litore: nemo discumbentiū audebat illum interrogare/tu quis es? scientes qꝛ dominus est. Non enim erat hec scīētia ex oculoꝝ aspectu aut obiecto corpore/sed ab insita in animo veritate. Sepe christus aliquoꝝ oculis corpus obiecit: sꝫ nec tam cito agnitus est/quousqꝫ interius p infusionem veritatis illuxit. Proinde quia mente sciebant/verbis quis esset non interrogabant. Et venit iesus et accepit panem/ꝛ dabat eis: ꝛ piscē similiter. Venit iesus ministrando/non aliunde post discubitum: erat enim ibi: ꝛ accepit panem more solito frangens: ꝛ dabat eis vt ederent: similiter et piscem: fructum scilicꝫ capitis ꝛ membroꝝ. Fructus capitis in pane: qꝛ ipse panis vite. Fructus membrorum in pisce: quoniam velut pisces degunt sub aquis/sic membra christi sub tribulationibus mundi. Panis et piscis venerunt in esum: ꝛ communicata passione similiter ꝛ merito/in eternum non esuriemus. Hoc iam tertio manifestatus est iesus discipulis suis/cū surrexisset a mortuis. Tertio non ordine apparitionū/cum fuerunt multo plures: sed ordine dierum: cum apparuerit pma die resurrectionis/ꝛ octaua: ꝛ ista/que a pma quota fuerit ignoratur. Facta est autem ista manifestatio discipulis septem: vt omnes in hoc mundo in septiformi gratia spūssancti degentes/eternā manifestationē in patria supna suscipiant. Mare vero tyberiadis tribulatio est/testimoniū verum phibens ꝛ pquirens. Proprium est maris esse in supficie inquietum: ꝛ tribulationem inferre nauticijs. Tyberiadis testimoniū interptatur. Et in tribulationibus testificari de christo/virtutis est martyrum: immo virtus est pfectorum. Testimonia diuina pquirere/solidamentum est vite: necnon ipsa cognoscere sapientē ꝛ puidum facit. Nam testimoniū domini fidele/sapientiā Psal.18.
prestans paruulis. Et testimonia dei credibilia Psal.92
facta sunt nimis: vt in cognitionem veritatis ab hominibus veniatur. Et quoniā sunt via in vitam: beati qui scrutantur testimonia dei: que qꝛ supra sensum hominum mirabilia existentia: ideo illa scrutatur anima iusti viri. Et ad illa cordis inclinatio a domino postuletur: sed non cū auaricia: ne plus ꝙ expediat sapere velimus: quod apostolus prohibet: Non plus sapere ꝙ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Resonant Rom.12
in psalmis supraposite voces/vt dei testimonia pquiramus: que illa esse dixerim que dei cognitionē testificantur: vt in illam cognitionem veniamus/ꝙ creauit nos placito suo: ꝛ ꝙ incarnatus redemerit sanguine suo: ꝛ ꝙ velit nos esse beatos in regno suo. Existunt autem ista testimonia in scripturis: quas pquirere cum lumine fidei ꝛ intellectu fideli pstant paruulis veritatem: ꝛ testificantur nobis de gestis/de credendis/cauendis/diligendis atqꝫ agendis: ꝛ in quibus maxime spes mortalium inualescat. Et creatura visibilis atqꝫ inuisibilis de diuinis testimonium phibet. Hinc apostolus ait: Inuisibilia dei a creatura Rom.1
mundi per ea que facta sunt/intellecta conspiciuntur. Et in sapientia scriptum est: A magnitudi Sap.13
ne enim speciei ꝛ creature/cognoscibiliter poterit creator horum videri. Ergo ad mare tyberiadis ad abundantiam tantorum testimoniorum facta: dicitur manifestatio saluatoris: mēte plꝰ ꝙ corpore/atqꝫ tam in corpore ꝙ in morte. Cū ergo prandissent/dicit simoni Petro iesus: Simon ioānis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine/tu scis qꝛ amo te. Sumptus erat in silentio cibus. Nunc ad orituri iesus verticem apostolici chori questione pulsare: vt ceteri erudiātur in illo. Et post cognitionem atqꝫ scientiam/quia sciebat ꝙ dominus est: quantus sit effectus inquiritur. Scientia eñ boni ad illud mouet amorē: nihil eniꝫ diligitur nisi sub ratione boni: ꝙꝙ multi in dilectiōe fal

lantur. Cognosci autem bonum oportet/anteꝙ
diligatur. Et si diligere bonum expedit/si est vti
ꝙ fas: quo pluris bonum esse scietur/erit amor
ardentior. Sumpto cibo/ de amore oritur que-
stio: vt etiam refectiõe suscepta/sermo sit de vir
tute: ne homo interior pueniat cibo suo/si exteri-
or alitus est. Cibus porro interioris hominis/ē
virtus ꝛ sermo virtutis. Indicitur simoni que-
stio/si iesum plus ceteris diligat. Prudēs inter-
rogator/sed nec respondens incautus. Prudē
ter interrogat quod ipse prenouerat: vt ore fiat
confessio in salutem/ab eo a quo in damnatio-
nem ore fuerat facta negatio Et iure plus cete-
ris diligat: quoniā ceteris plus negauit. Et quo
niam erat a christo super omnes ecclesiam in ca-
pite constitutus/ sibiqꝫ tradite claues: decebat
eū alios dilectione preire. Proinde si plus amet
saluator interrogat. Magna cautela vtitur re-
spondendo petrus: ceteris se in amore preferre
non audet: seipsum non alios scire fatetur. No-
uit se amoris virtutem non ponderare animos
singulorum: defert socijs ex comparatione: ipsos
in sua responsione non iudicat: se diligere dicit:
sed plus diligere tacet. Quis eniꝫ nouit se alicui
hominum similium in virtute illa preferre? Ec-
ce omnes apostoli diligebant: sed quis ipsorum
nouerat an plus ipse diligeret: cum vnusquisqꝫ
se crederet totum impendisse amorem? Sed ne-
dum in amore/quis in quacunqꝫ virtute audeat
se preferre/si habet in illa consortem. Ubi vero
non est in virtute consortium/comparatio sopie
tur: quoniam in vno possessio/in altero carentia
Joh.21 iudicatur. Et hoc Petrus ita respondet: Etiam
domine tu scis/quia amo te. Acsi aperte dicat:
Domine certum est quia amo te: sꝫ an plus istis
amem/ignoro. Tu solus/ non ego nosti amores
omnium hominum pōderare: tu qui nosti meū
similiter et ceterorum. Magno documento do
mini serui edocentur/ne vnus alteri in simili vir
tute se preferat: cum Petrus si plus diligere se
corde credidit/verbis penitus non expressit: aut
si non credidit plus amare/ humiliter tacuit. Ac
per hoc redargutus est Helias/qui dicebat se so
lum idola non adorasse: cum audiuit a domino
3.Reg.19 verbum: Reliqui mihi septem milia virorum in
israel/qui non curuauerunt genua sua ante baal.
Sed Petro prima responsione completa/ Di-
cit iesus: Pasce agnos meos. Acsi di
cat: Si diligis me/agnos meos vtiqꝫ dilige: ope
re siquidem dilectioneꝫ perficias: vt illos pascas
exemplo vite/alimento doctrine: oratione a lu-
porum morsibus tuearis. Dicit ei iterum:
Simon ioannis diligis me? Appellat
eum a parentali ꝓpagine: ne extollatur/qui tan-
ta instruitur diligentia saluatoris: vt eum distin
gnat: quia forte simon alius erat ibi/vnus de q̇-
bus supra dictum est: Et alij ex discipulis eius
duo. Nec quēpiā moueat aplõꝝ ꝛ discipulorum
vocabulum siue distinctio: quoniam aplõs se-
pe sepius discipulos nominatos inuenimꝰ. Ite
rato saluator interrogat: nō vt ignoret/aut ne ve
rum sit quod simon Petrus ante respondit: sed
vt confitendo sepius mereatur amplius. Etenī
saluator omniū christus semper suis fidelibus
parat ordinē plus merendi. Eandē quā supra re
sponsionē reddidit Petrus: plus de sciētia chri
sti/ꝙ de seipso ꝯfisus: vt si diligo vel non diligo/
quid me interrogas? Tu domine melius nosti.
Et si diligere videor: a meipso forte decipior. Et
si quod videt amor/non est amor. Quid me in-
terrogas? Tu domine certissime nosti. Ait ie-
sus: Pasce agnos meos. Iuuenes etiā
ꝛ ineruditos sub ecclesiastica pastura oportet in
ducere: neqꝫ agni nouelli repellendi sunt a pa-
stu catholico/si velint cum professis ouibus in fi
de ꝛ moribꝰ cōmorari. Dicit ei tertio: Si-
mon ioannis amas me? Contristatꝰ
est petrus/quia dicit ei tertio: amas me. Et dicit
ei: Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te.
Dicit ei: Pasce oues meas.] Interrogat tertio
simonē iesus: vt tertio respondens a trina nega-
tione se purget: ꝛ plene ostendatur dilectio: quo-
niā in christo tota trinitas erat: vt pͥma interro-
gatio referatur ad patrem/ secunda ad filium/
tertia ad spiritumsanctū. Sed contristatur petrꝰ
non de verbis domini/quē delectabatur audire
loquentē: magis vero quia recordabatur/ꝙ quā
to magis cum christo se moriturum promiserat
tanto magis eum dominus predixerat negaturꝫ
Inde tacite cogitans de eo quod se dicebat dili
gere/pamplius hesitauit. In id argumentum as
sumens: ideo dominus totiēs a me si diligo exi-
git: quia vel casurum/aut forte iterum negaturꝫ/
seu amorē in me non esse plene cognoscit. Et plꝰ
tribuens christi cognitioni/ꝙ sue confessioni: de
christo confidens/de se diffidens contristatus ē
Pia ē illa tristicia qua se homo timet esse quod
credit: ꝛ hesitat in seipso de his que sibi vera vi-
dentur. Quamobrem tertio interrogatus lati-
us ipse respondit dicens: domine tu oīa nosti.
Sapientiā atqꝫ scientiā incomphensibilē chri-
sti/omnia comphendētē/ Petrus in hac respon
sione fatebatur: asserens ꝙ omnia nouerat. Si
oīa nouit/nihil subterfugere potest sciam eiꝰ.
Nihil occultum potest esse aut fieri in hoībus:
nil cogitari tam secretius pōt/quod in palā sibi
nō veniat. Unde timor/vnde horror/ vnde cor-
dis custodia/vnde cautela/vñ rectificatio mētis
iure in hoībus nascit/si oīa nouit. Et sapia cla-
mat: Et omne cor intelligitur ab illo. Proinde Eccl.16
ꝯtristatus Petrꝰ/sic arguit: Dñe si oīa nosti: visi
bilia ꝛ inuisibilia/facta et disposita/cogitatiōes
ꝛ verba: tu scis quia amo te. Quid igitur me in-
terrogas? Quia amo nosti. Uerbū certitudinis
posuit ꝓ seipso. Certum enim sibi videbatur di
ligere. Si amo nosti: si non amo/nosti: sic peni-
tus nō expressit: tacuit cōditionē: certitudinē di-
xit/quā sibi videbat habere: illāqꝫ scie diuine sup
posuit: de qua pamplius ꝙ de certitudine sua ꝓ
sentiēs/ne foret falsū quod sibi videbat verꝫ. Cō
tristatꝰ ē: nō aduersus christū i aliquo ꝯturbatꝰ
Ex seipso/nō ex ipso capiebat vñ tristaret. Et eū

dixisset tertio/amo te: audiuit ab eo: Pasce oues meas: nõ tuas/non tyrannorũ mundi: nõ propria voluntate gradiẽtes: nõ pascua querẽtes ꝓ placito voluntatis: nõ adherẽtes pastorib⁹ alienis: non diuidentes ouile: nõ morbidas: que merito culpe separant a grege: sed meas videlicet iuri meo per om̃ia mancipatas: meis vestigijs/ꝙtũ possibile ⁊ fas est: ex om̃ibus inherentes: meas per amorem et sanguinis redẽptionem: que meam vocem audiũt/et pastorem alium non sequũtur. Ecce ꝙ potius diligentibus cura cõmittitur animarum. Etenim in illa virtus amoris plus ꝙ̃ sapientia operatur. Quoniam qui christum in veritate nõ diligit: nec per sapientiã bene gubernabit dominicũ gregẽ. Deinde petro ꝓdixit q̃d esset pro ipso passurus: vbi amoris certitudine ferebatur in illũ: vt nõ solum amor ostendatur in regimine ouiũ/sed in tolerantia persecutionũ: vt nec ipse amor possit amplius in virtutibus ꝓgredi/ꝙ̃ mori pro christo. Quicquid est amabile ꝑter christum abhorruit: qui pro christo exposuit vitam. Proinde amoris inquisitione completa saluator adiecit: [Amen amen dico tibi: cũ esses iunior/cingebas te: ⁊ ambulabas vbi volebas: cum autem senueris/extendes manum tuã: ⁊ alius te cinget: ⁊ ducet te quo tu non vis. Hoc autem dixit/significans qua morte esset clarificaturus deum.] Libertate vtitur homo: et suis mouetur complacitis: maxime cũ sanguis ebullit tempore iuuentutis/quousq₃ obedientie christi fere sibi iugum imponit: sub qua curuat dorsum: inclinatur animus: vt vel sibi mala contra corporeum sensum/asperum sensum inferat: aut ab alijs illata volũtarie patiat: quãꝙ̃ sensus carneus patiendo reluctet. In hoc protinus om̃es quos vere afficit/traijcit christi amor: vt vel contra tenerum sensum mala inferant: aut ab alijs irrogata patiẽter sustineant: iuxta quẽ intellectum dominus Petro dicit in veritate repetita contestãs: Cũ esses iunior/cingebas te: ⁊ ambulabas vbi volebas. Cum iuuentutis etate feruens/cuz velut indomitus vitulus nondum pio iugo colla submiseris: te ad tua volita preparabas: ⁊ voluntate potius ꝙ̃ virtute/placito magis ꝙ̃ ratione mouebaris: ambulabas quo volebas/non quo virt⁹ aut ratio impellebat: ⁊ ope diuina mu-

Prouer. 22. tatum est in te scripture decretũ: Adolescens iuxta viam suam graditur: ⁊ cũ senuerit/nõ recedet ab ea: quoniam cum senueris/extendes man⁹ ad suscipienda tormẽta: ⁊ alius te preparabit/ad penam te ducẽs: quo ire sensus carnis naturaliter refugit. Sed si pena inuoluntarie toleratur: meritũ non videtur afferre. Igit si tu petre ibis quo non vis: vnde tibi meritũ erit: cũ magis ꝓueniat voluntate patiẽdi/ꝙ̃ acerbitate penarũ? Est siquidem in homine iudiciũ rationis: qua ꝓ christo iusta occasione accepta/volũtarie se prestat ĩ penam: quam semper moleste tulit tenera hoĩm caro: que nũꝙ̃ de sui natura patiẽdi penas ꝓstauit assensum: sed trahitur etiam renitens in sanctis viris aut interioris hominis per iudicium rationis: aut in alijs per maioris violentiã potestatis: cuius si voluntas exquirit/pati velle denegabit omno. Nam et aĩalia sensu rõnis carentia/ꝓ posse deuitãt asperas penas: ⁊ sepe trahunt inuite: atq₃ secundũ ipsorũ naturã vocibus penas cũ aduertunt/aut alijs renitentijs denegant: cõtra naturã corporei sensus abhorrẽtia male pati: vt etiã ad bonũ ignoratum seu nutrimentũ aut stabulum/nõ nisi per violentiã trahi possint: si a libertate a natura eis insita deriuãtur. Quo sensu petro dictũ est: et consimilib⁹ dici potest: ducet te quo tu nõ vis. Quod euangelista ioannes interꝑtat⁹ est de morte/in qua petrus amorẽ christi seruãs deũ honorificauit: vt ipsius vulgatũ martyrilogiũ manifestat. Et ne petrus moleste asperuz dictũ acciperet: semetipsum christus tradidit in exemplum/dicẽs sibi: Sequere me. Aperte ostendẽs suã voluntatem/ipsum animans ad passionẽ. Sequere me: passum voluntarie/mortuũ sponte. In quo etiã sensus carnis cum ratione certauit: pati volens mori timens. Sequere me: in quo fuit in pacto certamine spũs promptus: caro autez infirma. Sequere me iudicio rõnis: vt cum tempus tue passionis aduenerit: nõ deuites/aut effugias penas: et blandiẽs teneritudini carnis/nõ abhorreas mortẽ. Prout ex litera sonat/aliquod iter agebant: [cum surrexissent a prandio. Et sequẽs corpe petrus iesum: cõuersus a tergo vidit discipulũ illũ quẽ diligebat iesus/sequentẽ: qui ⁊ recubuit in cena supra pectus eius: ⁊ dixit ei: Dñe quis est qui tradet te?] Hec oĩa pro ioannis noticia referunt: qui se per gesta/non per proprium nomẽ explicat. [Nũc ergo cum vidisset petrus/dicit ad iesum: Dñe/hic autem quid?] Agitabat in animo petrus: ꝙ ipse solus exquisitus fuerat in amore: sibi soli de morte ad sequelã ipse singulariter inuitatus. Propterea cũ vidisset cõdiscipulũ sequentẽ: alij forte dimissi a dño iuerant viam suã/aut tacẽtes astabant: dicit de illo ad iesum: Hic aũt quid? Hac interrogatione perq̃rens: si qua morte ipse moriet: si velut ipse cinget ab alio/⁊ ducetur a quo nollet. Nõ querit petr⁹ vt inuidens: sed vt noscat si eũ in passione sicut in christi conuersatione debeat habere consortẽ. Propterea iesus talia req̃rẽti eũ reprinẽdo respõdit: [Sic eũ volo manere donec veniã. Quid ad te? Tu me sequere.] Curiose mentis est: cũ quis causam a suo domino habet impositaz/de causa socij velle requirere: quousq₃ suã plene perfecerit. Nimis ꝓsumit in dominũ seruus/ipsum exq̃rens q̃d velit ĩ ceteris. Officiũ atq₃ iuris honorũ seruorũ est exequi mãdatũ susceptum: nõ superiorũ secreta rimari/q̃d mandẽt ad reliquos. Non eñ equa in re vel pondere onera oneriferis animalib⁹ iponunt. Neq₃ om̃ibus cõmilitonib⁹ regis vna bellandi statuit acies: si vndiq₃ hostes insurgũt. Et sepe factũ est in hostilib⁹ bellis: vt pars militũ remaneat ad sarcinas dum bellatur. Et decreto dauid factũ cognoui- 1. Re. 30.
mus: ꝙ custodientium sarcinas ⁊ bellantiuz/de-

captis spolijs esset equa portio. Regis est mitte
re in acies milites / et pseruare quos velit. Nõ est
servi / de ceteris cõservis dñi exqrere voluntatẽ.
Propterea reprimit dñs petrũ: qui curiose q̃sie-
rat. Sic eũ volo manere / donec veniã. Quid ad
te ptinet scire quid velim / quid disposuerim de
cõditionib⁹ singulorum? Quid ad te de consulẽdo
quid faciã: de sciẽdo quid hic discipulus faciet?
Quid ad te de actione cõservi? Distincte sũt acti
ones: distincta sunt merita. Per seipsum vnus-
quisq; damnandus damnationem accipiet: nec
Roma. 14. levior erit pena consortio damnatorum. Unus-
quisq; per se rationez reddet coram ineffabili tri
bunali: nullius causati societate iuvabit. Justi-
cia vniuscuiusq; super eum erit: in alterum non
mutabitur. Non variabuntur merita singulorum.
Justicia vnius / merces vel peccatum non erit al
terius. Quid igitur ad te? Tu me sequere. Tu cõ
modo tuo / tu tua vtilitate me sequere: qui quo-
dolibet me sequẽtes / infallibili via dirigo in sa-
lutem. Quid ad agonistas de ceteris agonistis
agnoscere: cum propria pena vel gloria non mi
nuatur aut augeatur / accedente fine deficiẽte cõ
forte? Maxime autem ex eo retũdatur olim chri
sto militantium curiosa presumptio / investigare
de ceteris: quoniam sũmus agonum positor ita
infallibili providentia / decentia irreprehensibi-
li agones hominib⁹ ordinavit: vt semper male
sit aliter / nichil bene penitus nisi taliter prout ip se
providerit. Non ad scientiam curiosam / sed ad
sequelam iustam a domino invitamur: cũ illa ex-
clusa / ista inclusa petro dicatur: Quid ad te? Tu
me seqre: recto vestigio cordis / conformitate mo
rum. Quod vni dicitur ad sequelam / omnibus
est ad regulaz. Sed discipulorum imperitia eos fe
cit aliter q̃ dominus dixerit / hesitare: cum ex ver
bis salvatoris ioanni discipulo immortalitatez
asscriberent. Quoniam exijt sermo in-
ter fratres et cõdiscipulos: q discipu
lus ille non moritur. Quam hesitatio-
nem impertinentem ipse discipulus de quo erat
abegit: cũ ipse verba salvatoris repetendo expo
suit: q hoc quod dñs dixerat: sic eum volo ma-
nere: in discipulo immortalitatem nõ asserebat:
Et non dixit iesus / nõ moritur: sed sic
eum volo manere donec veniam.
Hoc quod salvator dixerat: sic eum volo mane-
re: similitudinem ab extra non habet expressam:
sed habet aut affirmationem in eo q predicitur:
aut internam similitudinem in eo q sic positum
est decretum: vt sicut previdi / sic facio. Sic eum
volo manere: sicut mea providentia in meipso
decrevi: donec veniam: quousq; videlicet de ipso
sicut provisum est / aliud faciam. Nec quempiam
moveat q ad eum novus aut singularis a chri-
sto determinatur adventus: cum ad electorum ani
mas egredientes de corpore ipse benignus ad-
veniat. Non eñi veniendo patitur atq; laborat:
neq; locorum spacia veniẽdo retardant. Plus eñi
fuit in carne venisse / satagisse in terris / in cruce
mori / visitasse inferos / resurrexisse a mortuis: q̃
advenire ad animas electorum / cũ a corporibus se
parantur: maxime ad illorum animas quos ab om
ni mundo ex omni carne in mundo degens / ad
se singulari electione vocavit: quos suos nomi-
navit apostolos / in oẽm destinavit orbem: pnci-
pes ecclesie: iudices constituit seculi: qui secũ in
tentationibus permanserunt / per sanguinem et
mortem de ipso testificati. Sed hoc quod de Jo
anne singulariter dixit: sic eum volo manere: cõ-
tra illud indicat quod petro dixerat: significans
quod esset corporis acerba morte moriturus: in
terrogantiq; de ioanne salvator ipse respondit:
Sic eum volo manere: non sicut te mori. Incor-
rupta carne vivet: sine pena et tormento morie-
tur: sic expectabit donec ad ipsum veniam et assu
mam. Quid ad te de pacifica morte sua? Quid
ad eum de aspera morte tua? Non ex hoc Joan-
nes dictus est immortalis: sed nõ sicut tu ipse mo
rietur / sed omnino morietur. Nec improbe me
movet plus quidam in hoc verbo alius intelle-
ctus. Predictuz erat petro / q mori crudeli mor-
te debebat: inquirenti de condiscipulo tacite / si
eodem tẽpore / eodem loco / eodemq; genere mor
tis moriturus esset: iesus ipse respondit: Sic euz
volo manere donec veniam. quasi dominus pe
tro dicat: Non eo tempore quo tu morietur: sed
sic manebit incolumis donec veniam: scilicet in
maiorem cognitionẽ hominũ et ecclesie per apo-
calypsim et evangelium eius: que sibi sum mani
festaturus: ipseq; scripturus est. Nullus eñi evã
gelistarum vt ipse / tam ab alto evãgelium tonu
it: aut tam aperte disseruit eternum dei verbum
in tempore fieri incarnatũ. Et quod ab alijs evã
gelistis prescribentibus historiam christi fuit o-
missum / ipse suppletur. Ipse apocalypsim vbi ec
clesie sunt conscripta mysteria / christo revelante
conscripsit: ex quibus iesus in maiorẽ noticiã ho
minũ venit. Nondum tempore petri evangeliuz
eius et apocalypsis scripta erant: ex quibus tanta
christi provenit noticia populo christiano. Naz
apocalypsim scripsit in pathmos sub Domicia
no. Ephesi scripsit evangelium sub Traiano.
Et petrus mortuus est anno tricesimo a domi-
ni passione: ioannes vero ampliori confectus se
nio / septuagesimosexto anno a domini passione
intrans sepulchrum / fusa oratiõe requievit. Pe
trus rome / ioannes ephesi: Petrus sub Nero-
ne / ioannes sub Traiano vltimum diem clausit.
Propterea dominus dixit: Sic eum volo mane
re / donec veniam. Tamdiu volo eum manere: do-
nec per ea que per eum scribenda sunt / in plenio
rem noticiam hominum veniam. In scripturis
enim canonicis / evangelicis et apostolicis posie
rior est scriptura ioannis: que qualem noticiam
de filio dei eterno et increato / et in tempore incar
nato: per evangelium et de suis atq; ecclesie my-
sterijs per apocalypsis noticiã dederit / dicat ipsa
ecclesia que suscepit. [Quoniã hic est disci
pulus qui testimoniũ phibet de his: et scripsit
hec.] Et scit et novit ecclesia i fidei veritate [quia
verũ est testimoniũ eius.] Scripserat au-

tem tres euãgeliste euangeliũ: scripserant petrus
iacobus/iudas canonicas suas: scripserat apls
epistolas suas: scripserat lucas aplicas actiões:
sed necdũ ioannes manũ aptauerat ad scriben-
dũ. In scribendo enĩ nouissim⁹ apostolorũ oĩm
vigilauit. Quo sensu existimo pie dictũ: sic eum
volo manere incolumẽq; viuere/donec in noti-
ciã pie credentiũ per apocalypsim et eius euange-
liũ veniã: nõ q non moriatur/ sed vt dñs per eum
sic notus veniat referiet. Promissam sepe illã
insignem apparitionẽ in galilea dñs iesus man
dauit effectui / cũ decreuit discipulos in galileã
pergere: quã antẽ apostoli et discipuli expecta-
bant. Uñ statuto tempore [vndecim discipu-
li abierunt in galileã in montẽ/ vbi cõstituerat il
lis iesus. Et videntes eũ adorauerũt: quidã aũt
eorũ dubitauerũt. Et accedẽs locutus est eis/di-
cens: Data est mihi oĩs potestas in celo et in ter
ra.] Ex voce aut ex aliquo indicio perceperunt
apostoli atq; discipuli/ q apparitionẽ festinã in
galilea sicut sepe promiserat/erat in breui dñs cõ-
pleturus: quã plusq̃ quingẽtis fratribus factã
refert apls: in mõte scz thabor/ prius constituerat
eis iesus: vt in eodẽ monte vbi facta est añ passi-
onẽ transfiguratio gloriosa/ post resurrectionẽ
fiat tam insignis apparitio: et credatur idẽ esse Je-
sus q pro nobis mortuus est/et resurrexit. Non
exprimit euangelista noĩe proprio montẽ thabor
sed ex supplementis euangelij plene suscepimus
ipm esse montẽ: quẽ ad apparitionẽ tam insignẽ
atq; solennẽ cõstituerat illis iesus: vbi adoraue-
runt maiestatem christi regressam ab inferis: et
egerũt gratias sue dispensationi propter appari-
tionẽ magnificam eius: in spiritu vere humilita
tis/ procliuio corpis/inclinatione cordis/in feruo
re fidei/in charitatis ardore: cõferẽtes in corde
verbotenus asserẽtes: qm̃ hic est magister et do-
min⁹ q eos in nouã vitã vocauit: qui eos zelauit
et docuit: qui pro eis et oĩbus passus/mortuus
est/et resurrexit. Uera enĩ et propria cuiusq; preceps
est adoratio a subiectis exhibita: cũ virtus eius
et actio virtutis in credulitate atq; preconio exhi-
betur. Nõ enĩ adorat in veritate/qui quod est nõ
credit: et quod credit/nõ profitetur: aut qui profite
tur quod nõ credit in hoĩe: aut confitetur quod in
illo non est. Apostoli vero siue discipuli adora-
uerunt eũ cum actionib⁹ gratiarũ: quod iustum
erat et actum de passione christi et resurrectione
credẽtes. Legimus nẽpe christũ ante passionẽ et
mortẽ pluries adoratũ. Post resurrectionẽ uero
similiter/sed non totiens: vt nõ maior sit resurre-
ctione factus/q̃ fuerat anteq̃ pateretur. Ab instã
ti sue incarnationis viator extitit et cõprehensor.
Nec obstat q apls ad philippenses scribit: q sit
apud semetipm et deũ patrẽ ex passione vel mor
te factus eximior. Est siquidẽ dicere q adoratio
adhibita sibi ante passionem sit pro gratia: post re
surrectionẽ vero propter gloriã sit illata. Proi-
nus iustum erat vt christi maiestas adoraretur in
mõte: qui ad montẽ eternũ/montẽ sanctum suos
fideles conatur inducere. Nam in superioribus at
tollitur mens: cum Christũ in veritate adorat:
nec i veritate dominũ adorare potest/ nisi supra
esse corporeũ ad altiora cõscendat. Premiũ ha-
bet euangelice rote cõtente in medio rote/ qui ac
cessit in galileã: q rotatio nũcupatur: si rotari vo-
luerit/vt euangelica rota rotabit. Qui vero vere
ascẽdit in cõstitutũ virtutũ montẽ / innocẽs sancie
tur: quoniam innocens manibus ascendit in mõ
tem. Qui aũt in altitudine virtutis dominũ ado-
rauit/abiecit idolatriã credulitatis et mortis: di-
uina plurima cognouit arcana: excessit seipsum
fact⁹ est sublimior/quo in adoratiõe proclinior.
In terra viuens/ angelos imitatus est. Sed nec
alibi salubriter adoratur Christus/ q̃ in monte
quẽ ipse constituit: quãq̃ didascalice cũ samari-
tane fuerit dictũ: q neq; in mõte garizin/ neq; in
tẽplo hierosolymis constituto: sed in spiritu esse
possint veri adoratores. Montẽ fidei et spiritua
lis intelligẽtie/montẽ diuini luminis et interlucẽ
tis in animo veritatis cõstituit vere fidelib⁹ Je-
sus: in quo adoratur sua venerãda maiestas: et cul-
tus iustus et latria deo patri/et filio/et spirituisan
cto: differenter et mystice/ in spe et charitate/ pro be
neficio creationis et redemptionis et introductio
nis in gloriam suam/in singulis electis et in omi
bus saluandis: cum mundi mysterium fuerit cõ-
summatũ/ab omni catholica ecclesia exhibetur.
Et huiuscemodi adoratione/ corde/et ore cõfitetur
atq; testatur: quoniam iesus est filius dei/via/veri-
tas et vita/salus et redemptio nostra/ rex regum et
dominus dominantiũ. Quidã aũt ipsorũ dubita
uerũt: non videam columne/ quas sup basem fi
dei refundauerat in multis antefactis apparitio
nibus et varijs argumentis: sed aliqui eorũ q ad-
huc ipsum non viderant: nec palpauerãt/si habe
ret carnẽ et ossa: nec aspexerãt comedẽtẽ. Nec mi
rũ si in magnis naturaliter tamen factis / a par-
uis dubitatur. Et dispẽsatiue saluator dubitari
se permittit: vt exprobrato dubio/adiectis argumẽ
tis hesitãs/solidius firmet. Et in monte adora-
tionis et latrie ab oĩbus nõ equa sorte sentitur: ne
q; parilitas est intellectib⁹ et affectib⁹ hoĩm: q̃
uis vnus sit cõsistẽtie locus. Una est ecclesia or-
thodoxa/q i huius adoratiõis mõte signata est:
et oĩbus est ipa cõis: sed oĩm in ea militãtiũ atq;
credẽtiũ nõ est vna sentiẽdi proportio. Sed acce-
dẽs iesus locut⁹ est eis: tarditatẽ animi atq; cor-
dis duritiã exprobrando/dicens: Data est mihi Mat.28.
oĩs ptãs in celo et in terra. Omnibus loquitur: fir
mis atq; nutãtibus: et auctoritatẽ prodit/ quam a
deo patre suscepit: scz q oĩm cõstitutus est dñs:
vt auferatur oĩm dubiũ/q velut omnipotens po-
tuit a monumẽto resurgere. Nihil est boni et cõ
grui: quod nõ posset efficere/cui oĩs est attributa
ptãs. Attñ preter id quod potuit semetipm reuoca
re ab inferis: et virtute propria resurgere a sepulchro
oĩs sibi donata potestas i aliud se protẽdit: vt etiã
christus hõ vnitus deo/sit oĩm dñs cõstitutus: et
heres vniuersarũ aĩarũ et corporũ/spiritualium re-
rum et corporaliũ/eternorũ et tẽporaliũ/angelorũ
et hoĩm/electorũ et reproborũ: vt q2 humiliauit se

metipsum in carne vsq ad crucis ignominiosam
⁊ asperam mortē deo patri fact⁹ obediēs. Deus
exaltauit illum: ⁊ dedit illi nomen quod est super
omne nomen: vt in nomine iesu sibi dato: pro eo
ꝙ saluator est oim: omne genu flectatur/celestiū/
terrestriū ⁊ infernorꝝ: vt nihil sit in celo et in terra
⁊ in inferno/quod non calcet atq pessundet sua
tremenda ⁊ alma potestas. Genuflectūt coram
iesu in celo angeli: ⁊ ille a corporib⁹ separate sub
stantie: cum deum ⁊ hoiem in vna ꝑsona venerā
tur: ⁊ adorāt illā eis in deitate suꝑlatā humani
tatē: et colunt latria ineffabili/amore incōprehē
sibili grās infatigate agentes: vna cū aīabus iā
introductis ad superos eterne atq beate gaudē
tes: qm̄ christus hō vniuersorꝝ atq ipsorꝝ fact⁹
est dn̄s: nō inuidētes hoībus quorꝝ accepit natu
ram: neq dolentes ꝙ nō accepit angelicā. Ge
nua flectunt et flectere iure debent hoies in ter
ra degētes: colentes eū solū q̄ ē suꝑ oīa christus
deus: abiecta omni spurcitia idolorū: et deorum
multitudine improbata spūalib⁹ ⁊ corꝑalib⁹ re
bus in ditionē suā deductis: vt ī neutris quicꝗ
ꝓter eius imperiū fiat. Et omīs terrena potestas
subdita fiat christo: cui in celo ⁊ in terra oīs est
collata potestas. Nec sibi arroget quecūq alti
tudo mortaliū in sua potestate dominiū: quoniā
suū est ab illoq dependet/cui oīs est donata po
testas. Neq reges terre ⁊ ꝓncipes populi sui ve
lint esse iuris atq virtutis: vt suis voluntatibus
viuant: suisq legibus ꝓsumant gubernare sub
iectos/adherēte repugnātia euāgelio sancto ei⁹:
quoniā oīs ꝓncipatus ⁊ potētatus in suo regi
mine sibi factus est subditus: cum oīs sibi sit in
terra potestas: ⁊ originaliter ab illo est omē iustū
dominiū/cui oīs data est potestas: ⁊ omne impe
rium sibi factū est iure subiectū: vereref atq ado
ret scabellum sanctū ei⁹ quod est ecclesia sancta
eius: in qua qui sua vice ꝓsidet in iusticia et au
toritate veritatis/oīa sceptra mūdi debet habe
re subiecta. Que vero sibi iuste presidenti et de
cernenti repugnāt: aut ab infidelitate aut a tyrā
nide/aut ab heretica prauitate/⁊ cōtumaci ino
bedientia detinenf. Genuflectunt demones/qui
credunt ⁊ cōtremiscūt: et velut eius satellites ꝑ
Mar.16. ficiūt imperiū sanctū eius. [Nouissime autē re
cumbentib⁹ illis vndecim apꝑuit illis: ⁊ expro
brauit incredulitatē illorꝝ et duriciā cordis: quia
his q̄ viderant eū resurrexisse a mortuis/non cre
diderunt.] Nouissime scꝫ die quo ab eis ꝑ ascē
sionē in celum corꝑaliter seꝑatus est: recūbenti
bus vndecim/scꝫ ī illo sacro cenaculo quod erat
in hierusalem: expectabāt in illa die discipuli dn̄i
saluatorē: qui suo modo nūc apparebat: nunc se
occultabat: et qꝛ nondū venerat/recumbebant.
Tūc apparuit illis iesus. Et mirū ꝙ ipsis a sum
mo diluculo in cōtemplatione seu oratione aut
bonorꝝ collatione vacantibus/iesus non appa
ruit. Dum vero comedebāt aduenit: vt luce cla
rius pateat nō hominū exercitatorꝝ virtute: sed
sua benignitate suā velit ꝓstare ꝓsentiā aut ali
ud inferre solamen. Oportebat oīno ꝙ hoībus
dareſ intelligi/ꝙ si q̄ sunt in eis virtutum debite
actiones/christi premia vel presentiā nō meren
tur: nisi ꝙtū et quādo vult ipse cōferre benign⁹.
Necnon ideo recubitus hora saluator aduenit:
vt veritas ascēsuri corporis mōstrareſ ex cibo.
Etenī cōuescitus est ex his que apposita sūt suꝑ
pauꝑculā apłorꝝ mensam: quibus illam accura
re cura non erat. Ecce prouidēs illis et posteris
dn̄s vult esse immunes a deceptiōe credentes: ⁊
incredulis viā obstruit detrahendi: cū ascensio
nis die in corpus suū comedendo traycit cibum:
ne ali⁹ pro alio diceref. Cura fuit diligēs christo
discipulorꝝ animos dimittere ī sua fide pacatos
⁊ ꝙ intrepide absq dubio ꝓdicarēt quod vide
rant oculis: manibusq tractauerāt: quos in vni
uersum mundum dirigit: ad doctrinā disponit:
ad vite sacramenta cōferre dat formā ianue ba
ptismatis: sine quo suscepto/vel vbi non possit
credito/nō potest esse salutī initiū. Et ad hoc co
mestione cōpleta [Jesus locutus est eis/
dicēs: Euntes in mundum vniuersum/predica
te euangeliū omni creature. Doceteq oēs gen
tes: baptizātes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spi
ritussancti: docentes eos seruare omnia q̄cunq
mādaui vobis. Qui crediderit ⁊ baptizatus fue
rit/saluus erit. Qui vero non crediderit/cōdem
nabitur.] Jn vniuerso habitabili mūdo gētes ī
electis regionib⁹ habitabant: alique ꝓter leges
excepta lege nature: quā deus in cordib⁹ homi
nū scripsit: a qua tergiuersando nullus penitus
potest/si ad etatem iudiciarie rationis seu discre
tionis peruenerit/excusari. Alique legibus ho
minum agebanf. Alique triumphabant in orbe
terrarum: vt aurea roma que totum mundū suo
imꝑio subiugare certabat. Aliqua militabat sub
lege mosaica. Sed nec sub lege cōstitutis aut le
ge carētibus erat nota vel aperta via salutis: ad
quā oēm rationalē creaturam de⁹ creat: quāꝗ
oīs illā nō assequatur/occulto vel manifesto dei
iudicio iusto ꝓpedita. Euāgeliū aūt eternum cre
ditū atq ꝓuatū quod saluator edidit/trāsmitit ī
illā: ꝙ vult notū fieri hoībus ꝑ idoneos viros a
christo selectos plebeios: hūana scīa ipitos: nō
fulgentes aliqua dignitate terrena: ne asscribe
retur causa tanti mysterij alijs ꝙ diuine virtuti:
quib⁹ a christo iam debente in suꝑna cōscende
re daf plena legatio: imo iussio ineuitabilis im
ponif: vt euangeliū quod ipse in paruis hiero
solymitanis et galilaicis locis hoīb⁹ ꝓdicauit:
ipsi oībus hoībus debeāt ꝓdicare: vt nō sit ter
ra vel locus/vbi sit hoīm incolatus qui euāge
licas tubas non audiat: qm̄ fides q̄ hoīes saluat Roma.10.
est ex auditu: auditus aūt per verbum dei. Sed
nunq̄d dici pōt/vt excusabiles sint: qꝛ nō audie
rūt? Equidē in oēm terrā exiuit sonus eorū: ⁊ in Psal.18.
fines orbis terre verba eorum. Doceteq om
nes gentes. Jllas videlicet que formā humilis
discipulatus accipient. Non enim capiunt do
ctrinam eterni euangelij: nisi qui discipulatum
humilē in corde atq morib⁹ incōtradicte susci
piunt. Etenī euangeliū forma pacis/ad inquietos

fieri cōmunicabile nequit: Docete protin⁹ iesus
inquit/seruare oīa quecūq mādaui vobis. Nō
vult saluator/ꝙ vnū iota vel apex a sua euangeli
ca lege pereat: quin corde aut ope/prout lex ipa
distinguit/ i actionē veniat: vt que solū seruāda
sunt corde/seruent: que moribus/nō obmittant:
cū dicit: Docete seruare omnia quecunq mādaui vobis. Nō aūt vbū hoc ꝛ sic indistincta sentē
tia in omnibus obligat oēs ꝛ singulos: qm̄ olim
esset vna virtutū ꝓfessio. Nec esset latitudo euā
gelij: que reges ꝛ principes/ magnos et paruos/
fortes ꝛ debiles/diuites ꝛ pauperes/sapientes ꝛ
indoctos/nobiles ꝛ plebeios/castos ꝛ coniuga
tos: si credulitate ad ipm veniāt/apprehēdit: sed
ꝙ ipm seruent in corde ꝑ fidem et dilectionē: in
moribus per placitā virtutū et statuū electionē.
Nam cum precipit celibatum/matrimonū non
condemnat: ꝛ velut corporis mēbra non omnia
idem officium seruant: quāꝙ ꝓpriū attributum
ꝓ posse vnumquodq conseruet: ꝛ totam corpo
ris machinam ꝓpensius diligat: sic ꝑ fidem in
tegram vniuersa euāgelij serie custodita/ vnusꝗ
q quod ſm euangelium elegit/in morib⁹ et vir
tute conseruet. Et mandauit eis vt inciperent a
hierusalem: quia ꝑdicādo euāgelium/ quod ad
eternam pacē audientes vocat ꝛ ordinat/a pac
tēporis debebat incipere/non a pace mundi: sed
ab illa quā mente conspicitur/corde tenetur. Vi
vanitati: sed quod decet hominũ status in desi
gnatione mysterii. Et deinde ad necessitatẽ solũ
commensuratũ faciet ⁊ corpoꝝ quantitati ſm lo
ca calida ⁊ frigida: aut regionũ ex tempe/necnõ
ex aere varias qualitates. Nec ꝑmittit ipsa iusti
cia histrionicũ habitũ christiano/aut habentẽ
schemata nouitatũ. Mandabit etiam nõ solũ
per mores/sed ꝑ habitum/ab infidelibus christi
anos esse secretos. Absonũ autem sit a iusticia
christiana/multicoloria esse vestimenta: insinu
ant enim animũ multis varietatibus subiacere:
quod non decet christianũ animũ: quem in solo
christo decet esse ꝓfixum: immo cum ipso in sola
crucis virtute confixum. Uerbum aũt necessitati ⁊
opportunitati atq; honestati cõmensurabit. In
societatem de gente insupinabit ad deum: vt ip
sum ꝯsyderet desup inspectorẽ/si hoiem nõ ha
bet sua facta inspicientẽ. Et si coram hoibus in
malo patrando iusticiã/pudorẽ atq; verecũdiã

posuit: christiana vero celestes ciues docuit re
uereri. Suadet iusticia hoiem esse bonũ ⁊ vbili
bet idem: vt qualem eum publicũ sic ⁊ priuatum
habeat: nec ab re ꝑmittat fieri ociosum. Uidet
enim iusticia in ocio sterili suorum complicum
flendum exilium: ⁊ expositum sagittis demo
num ⁊ iaculis vitiorum: quem nitebatur per se
atq; virtutum tutelam eripere: adtrahit eum
ad vtilia/minus vero implicantia mentẽ. Studi
um vero sapientie sanctarũq; scripturaꝝ non as
sero de genere actiuose. Reuocabit iusticia chri
stiana concite ad interiora/quem interdum ad
duxit in actum: vt ibi sedulus contempletur ho
mo ⁊ viuat: ⁊ memoret ⁊ intelligat atq; diligat.
Homo enim ꝓterq̃ angelus omni creature ex
cellentior factus est. Et semꝑ iusticia monefaciẽ
ibi hominẽ esse debere magis assiduum/vbi per
fidem aut quãcũq; virtutem aptius intẽdere po
test in deũ. In corpe sane vires/in animo sunt
virtutes. Iusticia christiana totũ rationale sub
iectum/ꝑ omnia christo vult esse subiectũ. Cum
autẽ ad proximũ egressus fuerit requisitus/seu
requirere actualiter ipse cogetur: mediatrix erit
iusticia christiana/charitate atq; veritate velut
supernis atq; deiferis comitibus sociata. Sta
tuit q̃dem inter requirentes ⁊ requisitos/honesta
vtilia ⁊ ad rem seruitia ꝑtinentia. Et dabit veri
tati stateram: vt omnia ponderet iusta lance: si
ue artis/siue commercii/siue ꝑsonalis obsequii
fuerit quod tractaẽ: ⁊ a falsitate omnia munda
buntur veritate librante quod geritur. Chari
tas autem virtutem lorizandi accipiet a iusticia
⁊ loro amoris frenabit ora hoim: vt nolint de
cipe quos vt seipsos oportet diligere: ⁊ transfor
mabit inuisibili dilectõis arte animos contrahẽ
tiũ quomodolibet: vt ipsis sit vna voluntas: ⁊ cõ
munis seruetur vtilitas: ⁊ animus vnus in ani
mum transferaẽ alterius: ⁊ proximi cõmodum
reputet suum: ipsius damnũ estimet propriũ: sic
etenim oẽs illese seruabũtur. Moris siquidem
iusticia nexualis/que inter personas relatiuas re
latiue oppidoq; reqriẽ/oẽs nexibiles ⁊ relatio
ne morali viuentes/iure certo ⁊ infallibili nectit.
Ipsa nempe christiana iusticia parentes ad fili
os post naturalis iusticie inclinationẽ/quodam
gratioso respectu glorie/omĩ propria despecta
vtilitate/inclinatione inclinat: filios parentibus
per gratie mores subdit ad obedientiã sanctaẽ:
vt honorẽt actu corporis/munere necessarie sub
uentionis/ad sustinendũ senectã ⁊ fatuitati ad
uenienti veniam dandã. Ipsa viros vxoribus iu
sta intentione connectit/respectu societatis ⁊ be
neficii ꝓlis: ⁊ monet ne vilipendãt/sed iuste dili
gãt: q2 eadẽ est natura: docet ne illudãt/q̃uis sit
dux magis infirmo: suadet ne decipiãt/q2 fides
est vna. Instruit ne velut equus ⁊ mulus in qui
bus non est rationalis intellectus/impetu libi
dinis rapiant: in eas quas rationales esse sciũt
⁊ feminas christianas. Caueant vxores sub viri
regimine/ne ipsos falso amore diligant: debito
reuereant honore/ne iusta ꝯtemnãt imperia ma

ꝛioꝝ. Iniustis in animo non prestent assensum:
⁊ in opere nullū effectū. Ipsa fratres fratribus
ligat vinculo gratie firmiori/ꝙ vinculo carnis.
Ipsa generis federe meliori/ꝙ federe nature cō-
federat: vt etiam interdū prestata offensio non
disiungat. Et multitudinē interdū magnā vniri
perseuerare faciet sub modico tecti culmine/quā
in spacioso lari fedus nature nō tenuit. Ipsa vi-
tricos ⁊ nouercas parētali more in gubernatiōe
atqꝫ nutritura sedulaqꝫ custodia/in ꝓuignos at-
qꝫ ꝓuignas/dum subsunt/velut ad ꝓprios na-
tos inclinat: ꝓuignos ⁊ ꝓuignas ipsis sicut parē-
tibus proprijs/ꝓcipue dum lex federis copulat ⁊
constringit/honesta ⁊ debita subiectione suppo-
nit. Ipsa parilitate quadā nō inequali amicis
cōiungit amicos/reiecta mercede/abiecto timo-
re/omni amoris turpitudine ꝓpulsa de finibus
absqꝫ chirographo inhoneste fidelitatis: patien-
tia firma/vt vnius boni respectu etiā mala plu-
rima tolerent: priscarum iniuriarū refutata me-
moria: licita ⁊ relata subiectiōe hūanoꝝ/ diuino-
rū vero clara consensione: indissolubili propter
deū vinculo charitatis. Ipsa dominos seruis
propensius facit intendere/vt eos non despici-
ant in eo ꝙ serui sunt: quia similes in natura pe-
nitus sunt: ⁊ gratiam christianam non merito/
sed omnes per gratiam susceperūt: ⁊ quos ha-
buerūt ad propria seruitia fortes ⁊ iuuenes: cū
ad illud ꝑuenerint/non abhorreant: sed foueant
debiles atqꝫ senes. Seruos autem facit suis do-
minis adherere fide firma/charitate non ficta:
non spe mercedis/sed decētia ordinis: lege libe-
ralitatis/ī seruitio debite honestatis. In omni-
bus attendentes verum ⁊ omniū dominū dū ei
seruiunt/quē cōmuni vocabulo appellāt patro-
num: ne ꝓpter tꝑalem offendant eternū. Ipsa
reges erudit in regimine populoꝝ: populos hu-
militer ⁊ honeste subdit ad regimina regū. Ipsa
homines hominibus/ ciues ciuibus/vicinos vi-
cinis/negociatores negociatoribꝰ/artifices ar-
tificibus/emptores venditoribus/iusta lege atqꝫ
honesta cōuersatione confederat: vt in eo ꝙ ho-
mines sint/primorū recordatiōe parentū inter
eos seruetur equalitas: in eo ꝙ ciues sunt/ ciuilis
cōmunitas: in eo ꝙ vicini subuentio/custodia ⁊
honestas: in eo autem ꝙ transmutationes rerū
fieri oportet propter necessitates hominū: illam
veritatem/iusticiā ⁊ equitatē/fidem operum at-
qꝫ verboꝝ vnus seruet alteri/quā alter ab altero
vellet seruari sibi. Ipsa turpia lucra nō recipit/
aut per nephas non querit/⁊ acquirere per falsi-
tatē aut mendaciū non estimat lucrū: sed graue
damnū in perditione virtutū. Lucri enim nullꝰ
est fructus vbi animi ꝑditur virtus. Ipsa lucra
reportare a turpibus renuit: lucrari ob turpia/
nullo modo consentit. Ipsa ordine iusto quorū-
libet hominū lucra ex laboribus reportanda di-
stinguit. Ipsa consyderat studia rusticoꝝ ⁊ arti-
ficum corpore desudantiū/⁊ studia sapientiū in
animo laborantiū: ⁊ sustinet ipsa iusticia inequa-
litatē atqꝫ diuersitatē ꝓmioꝝ sicut ⁊ operum: vt

nec tantū suscipiat rusticus corpore desudans ⁊
⁊ stimulo boues agitās/ dum versatur in sulcis
quantū sapiēs/ doctus aut legislator in cella se-
dens/stylo sententias scribēs: dum versatur in li-
bris atqꝫ scripturis. Nec eodem momento eque
merebitur ars fabrilis/vt peritia cause ciuilis at-
qꝫ legalis. Et ꝙꝙ iudicanti ⁊ ꝓsidenti ⁊ decernē-
ti ex iusticia inhibeat non vēdere iudiciū: ex eadē
tamen concedit extenuanti causas iuste culpato-
rum iniuste accipere premiū. Et tanto maius ex
ista ꝙ ex alia laboriosa peritia/quāto sepe in cor-
pore reseruatur membꝝ/aut effugitur inhone-
ste mortis imperium: dummodo legis iustū sit
patrocinium: ⁊ deuitātur sepe multa pericula: ⁊
in possessionem redeūt que videbant amissa: vn-
de iure ꝓueniunt maiora ꝙ ex alijs plerisqꝫ sudo-
ribus lucra: dumtaxat ꝙ leges iusticie a proprio
alueo non deriuent: neqꝫ in iudicio ꝓuertantur
lucri cupiditate atqꝫ ꝯcupiscētia glorie. Necnō
prohibet christiana iusticia omnibus iurisperi-
tis/vt causas iniustas ad tuendū non firmant: as-
sumptas renuant: offerentes cessare cōmoneant
si ante libelli porrectū litis ꝯtestū/calumnie iu-
ramento aut quolibet pūcto cognouerūt assum-
ptas causas veritate carere. Alioquin triplici cō-
tritione conterent: quia deum offendunt omni-
um inspectorem: ⁊ accipiunt a clientulo munera
⁊ ei contra quem agunt/inferūt damna: ad resti-
tuendum quibus obligat christiana iusticia/si
ampliꝰ ꝓcesserint in iniusta cognita causa. Ista
ſm mensuram etatis valitudinē corporis animi
virtutē prouehit tenere pueros ne deficiant in
via/si plus debito fecerit laborare: fortiter agi-
tat iuuenes/ne detineant ab inertia ⁊ animi vir-
tute marcescant: pacifice protrahit senes cū lu-
mine rationis ⁊ indulgentia declinantis etatis.
Ipsa feminas verecundia vehemētiori ꝙ viros
frenat: ne si equalis esset audacia/ tota turparet
pudicitia: ⁊ salutis studium obicem pateret pes-
simum: si simili audacia in viros ipse ꝓsumerent
sicut in eas ipsi viri presumunt. Ipsa iusticia co-
aptat eas ſm virtutem atqꝫ fragilitatem: vt aliq̄
viuāt in decore incorrupto nature: alique tradā-
tur coniugio ad beneficium prolis ⁊ humane so-
cietatis/ad multoꝝ conuenientiā in vnione cha-
ritatis: plerunqꝫ vero tradantur in discordanti-
um federe ad vinculum pacis. Alique solute a le-
ge viri: honeste viuentes/ viroꝝ leges non repe-
tunt. Alique iteꝝ ⁊ cetera ⁊ deinceps si expedit re-
tardantur ꝑ matrimonij leges placitis in eis ne
vrantur igne concupiscentie atqꝫ libidinis: ⁊ se-
quatur preter iusticiam turpis commixtio atqꝫ
corruptio carnis. Aliquas abscondit mūdo: ali-
quas obtexit velamine pulle. Ipsa iusticia chri-
stiana omnibus se coaptat/ sicut euangelica
doctrina: vt idem sit modus et ordo loquendi:
quod supra in hoc euāgelio diffiniuimus. Ipsa
profecto ecclesiasticos viros ⁊ omnino a mun-
do abdicari atqꝫ viduari volentes in ecclesia or-
dinat: ⁊ qualis debeat esse ipsorum vita/ decla-
rat. Ipsa prelatos ecclesiasticos subditis domi-

natione non alia/sed pia et theosebica dominati one preponit: subditos prelatis eadē pietate subnectit. Et quis nō ita per omnia fiant que mādat et ordinat christiana iusticia: nihilominus in se firma manet et vera: et quod nō fit non est culpa iusticie/sed nostre nequicie voluntatisque peruerse. Nam si omnes homines oculos clauderent ad delectabile lumen solis: non tamen sol minus suis radiaret in radijs: nec vmbram suscipit si nō conspicitur: nec clarescit peramplius si videtur. Sic eodem modo in se atque suis intelligibilibus rōnibus manet christiana iusticia: etiam si nullus esset qui faceret iusticie opera. Omnis virtus habet intelligibilē claritatē et infallibilē veritatem: que ob defectum bene actiuorum aut ob improbitatem male agentium nunquam in sua natura pallescit: immo semper euenire solet/vt virtus a contrarijs magis inclarescat: et eo splēdidior appareat/quo iuxta positū habet aduersum.

De iusticia parentum erga prolem suam. Capitulū I

Breuiloquio multa conflauimus: sed prolixiori sermone de conflatis aliqua digeramus: vt status iusticie christiane pateat oībus qui de christiana cōmuni vita sciam querunt. Necessitudinē qua relatiua prima conditio refert ad inuicē: patris ad filiū/ filij ad patrem: sic iusticia christiana declarat. Pater homo/aut homo pater/duo insinuant cū dicuntur: Unum ad seipsum/alterum ad aliud: homo ad seipsum quilibet: ad filium vero pater. Ad seipsum nullus est filius/neque pater: ad seipsum homo/ad alium non refertur: nisi consyderatione nature cōmunis et similis: vnde tota nascitur inter homines dilectio naturalis. Inter homines et animalia dilectio naturalis esse non potest quia nulla similitudo nature ratiōalis: vnde redditur et recipitur/incipitur et repeditur substantia dilectionis. Et dignius est atque nobilius hominem esse/quam patrem et filium esse: nam homo nomen est substantie: pater vero necessitudinis aut relationis. Quod homo fit/solum operatur deus cum ordine nature: quod fit pater/propagatio quod fit ex semine homo. Pater ad hoiem/homo nō refertur ad filium: pater quoque non refertur ad hominē. In eo tamen quod dicitur homo pater/duplex erit relatio: quis vna dicatur impropria: vt homo quod nomen est substantie/referatur ad hoiem cōitate nature: pater referatur ad filiū reali relatiōe. Nullus nēpe hō ē in eo quod filiū habet/sed pater: et nemo pater est in eo quod hō est/sed quia filiū habet. Et nullus hō est quia patrem habet/sed filius. In eo vero quod homo/refertur ad hominē cōmunitate illa nature. Non igitur magis ad filium/aut ad patrē erit amor seu subuentio quam ad alios hoies: nisi spēaliter esset necessitas: quod tunc nō faceret illa nature cōmunitas/sed que subintrauit specialis necessitas. In eo autem quod pater refertur ad filium/filius ad patrē/erit amoris actus et exhibitio specialior: prout in ordine propagationis humane. Itavnus vnius est filius/quod nequit esse alterius. Et natura ita in ordine suo vni commisit alendum atque fouendū/eo quod filius est specialis quam non omnibus alijs; quis sit homo nature communis: eo quod ex instinctu quodam occulto nature in experientiā ducto/hāc legē animalia terrestria et volatilia seruant. Ac per hoc homo pater/magis diligit atque diligere debet hoiem filium quia homo rationalis est/quam quod filius est: quod ipsa ratio spei qua filius nutritur a parētibus/docet. Nutriunt atque nutriri mandant parētes natum infantē/ rōnis expertē/ vagiētem/ fandi impotentem/operandi virtute priuatū: expectātes in spe/quod ad etatem veniat rationis: qui quanto labore atque studio enutritur/ipsa rei experientia magis clamat. Qui cum ad annos in quibus vigor rationis consueuit insurgere: ac etiam plus addito tempore/permittēte deo/ adhibita nutritura productus fuerit: si oīno ratione careret/quod probabiliter nosceretur: et excepta effigie/virtus illa non adesset humana: nonne infra bestias talem natū computarent parentes: nec eum diligerent potius quia filius/carentem virtute seu ratione: qua vt homo fulgere deberet? Magis vero dolerent quia sic natus: et tanto studio ad nutriendū atque fouendū desudarū est. Preferrent sibi onerifeum animal in amore in/ consyderatione vtilitatis: quem pretulissent omnibus animalibus quantūcunque vtilibus/ etiam damna inferentibus propter vsum humane rōnis. Quātus sit dolor vbi talis est ortus: vbi amentia in hominibus sequitur: vbi totaliter suffocatur rationis iudicium: vbi hec sunt/dolor quotidianus inclamitat. Et Salomon dicit: Nec pater in fatuo filio letabitur. Et iterum: Ira patris est filius stultus: et dolor matris que genuit eum. Et alibi: Dolor patris filius stultus. Et traderent tales subito aut paulatim exitio/nisi crederent hominem occidere/quod esset homicidium facere: quod penitus oportet timere. Si autem deo permittente: quod esset impossibile non permittente: vnquam in ordine suo exorbitaret intantū natura/quod humanū semen in loco coagulationis atque generationis susceptum/ad figuram carnis aut alterius speciei animal formaretur: ortūque sic existeret rationali anima carens/ animalis non mutata figura/neque substantia: certum est quod parētes filium haberēt: sed hoiem filiū nō haberēt: nec hoc aial magis diligerēt quia filius est/quam si hō fuisset. Et si haberēt aliquē verum hoiem filiū: absque dubio ratione dictante/potius amarent in illo humanitatē non consyderata filiatiōe/quam in isto animali filio filiationem/non habita humanitate. Ista vero vtrum contigerint/aut cōtingent/nō est nostrum disserere: tamen verissimū est posse contingere. Nihilominus luce clarius pandimus potius hoiem diligēdū quam filiū/quam parētē. Sed quomō se habeat ordo rei: istas duas nexiones seu relatiōes/si altera earum relatio dici potest: et hoim parētū et filiorum: ad regulā et relatiōes christiane iusticie deducamus: addētes ad haec alias christianitatē; vt in oībus sit ista cōsyderatio triplex.

Prouer. 15

Prouer. 17

Prouer. 17

pro agendis: humanitatis/ necessitudinis ⁊ christianitatis. Igitur homo pater christianus homini filio christiano humanitus/ paternaliter et christianice referat: vt magis morū ꝙ possessionum habere velit heredem: ⁊ omnimode hortabitur eum ad statutum olim beatificum finē. Studebit protinus ⁊ amplius cōseruare in filio diuinā imaginē/ ꝙ p̄mā: ex illa nāq; hoīes sum⁹: ex p̄na vero quandā similitudinē figure visibilis gerimus. Ex illa tota nostra intelligibilis pulchritudo consistit: ex silitudine nihil demitur/ si non assit. Aget sedulus pater in filio: vt ad eandē maneat imaginē/ quā vt hō esset accepit. Nec hoc pater in filio potēter potest efficere: sed hortabit verbis eū: inuitabit bonis exemplis: ⁊ in expedientia rei censuram adijciet discipline. Aspiciet pater filium elegantem/ et sapientē/ et consolabitur: quia gloria patris est filius sapiens. Videbit eū inter alios insignem/ et letabitur: sed hoc modicum dixerim/ nisi virt⁹ christiana defuerit. Male pater de filio gaudebit in tēpore/ si ob improbos mores baratrabitur in infernū/ christiana deficiente virtute. Non nutriat pater filium ad seipsum: sed ad deū/ qui patrē creauit et filiū: nec ad suū honorē asscribat ꝙ filij sui sūt: magis vero gaudeat/ ꝙ a deo creati sunt. Diligenter intendat: vt magis ante deum/ ꝙ ante seipsum maneant gloriosi. Docent mores humanos filijs patres: ⁊ ab ipsoꝝ infantia vita ⁊ moribus polire volūt: atq; verberibus sepe cogunt esse facetos: ⁊ si modicū exorbitauerit/ turbulēta facie arguunt: iracundis verbis corripiunt. Et alios aptiores per imperiū referunt in exemplum: vt in eis reaccendāt ad placitos mores zelū. Considerabunt sepe totius staturā persone: ⁊ si defuerit in eis optata in hominibus quantitas: si obliquitas affuerit oculorū: si decens non erit flauitas capilloꝝ: si omnia membra ꝓportionata non fuerint: si color ineptus: si balbutiens in lingua resonabit: si mutitas/ si surditas/ si cecitas/ si ariditas/ si claudicatio/ si sterilitas astiterit: si pauor insidebit in animo: si non erit audax ad pugnā: si tolerabit ex pusillanimitate illatam iniuriam: vtiq; contristabuntur parentes: ⁊ insurgent animo contra deū: ⁊ querimonie verba in eum sepe diffundent: maledicēt ipsi nature/ ꝓ eo ꝙ in aliqua parte defuerit. Et conabuntur intensi⁹ verbis et peritia artis/ alioꝝ exēplis/ adhibitis sepe magistris/ autorem deum vincere: et in filijs ordinē mutare nature: delaturam totius corporis sepe prospiciēt desuper/ a latere/ ante et retro: vt si placita delatura non fuerit/ tentabunt mutare per eorū audaciam immutabilia per naturam. Tradent eos ministerijs iuxta etatē atq; cōditiones/ siue militaribus/ siue scripture/ siue artis/ aut alterius negocij. Et solū inhiabunt: vt cū eis aut post eos mortuos ipsi possent in hoc mūdo vmbratico esse diuites/ et terrena felicitate felices. Sed o miseri parentes/ imo vestroꝝ filioꝝ atrocissimi perēptores. Ista odiosa mala i filijs/ nō negant esse homines/ aut filios/ aut veros christianos/ si assint: nec ista i filijs expetita bona p̄uenerunt has necessitudines/ si nō assunt. Cur enī factum est matrimonium/ nisi propter prolem? Prole igit̄ habita matrimonij cur abhorrent? Ista bona quare queruntur? Non enī iste inepte corporum qualitates assidentes in hominib⁹/ aut indisciplinationes adherētes in patrialibus moribus/ obstiterunt nō homines esse filios/ similiter ⁊ christianos. Nā homo non dicitur ex corpore/ aut ex suis quibuslibet qualitatibus/ aut ex inherentibus moribus/ aut ex acquisitis felicitatibus tēporis defecturi: nec filius ⁊ christianus. Sed homo dicitur ex anima: in qua/ non in corpore stat maiestatis imago. Et s̄m animam/ nō s̄m corpus aut qualitates eius homo factus est ad imaginem dei. Memoria siquidem ⁊ intelligētia siue ratio ⁊ libera voluntas hoīes ab alijs animalibus distinxerunt: non sensus corporis ⁊ corporum qualitates/ aut huius tēporis quesite felicitates. Sine omnibus his ad imaginē dei constituit hō: filius etiā non nascit̄ ex his/ sed ex virtute transducis. Perminime vero ex his constituitur christianitas: quā solū constituit vera ⁊ sacramentalis fides/ ⁊ ipsorū morū possibiliū veritas. Et quod magis angit audientium mētes vltimus ⁊ beatificus finis non dabitur hominibus/ aut filijs quomodolibet qualificatis/ aut quacunq; felicitate terrena suffultis: sed purissimis christianis. Quā p̄uersa igit̄ carnaliū parētum cōditio/ si eos rōnis claritas nō illuminat: p̄fecto enī melius esset cuiuslibet horrendissimi aīalis habere aut gestare figurā/ ⁊ eē vere rōnis cōpotē/ christianitatis participē: ꝙ hūanā habere formā/ formatā forinsecis qualitatib⁹/ ⁊ perfunctorijs felicitatibus fultam/ rōnis expertē et christianitatis exortē. O miserū gaudium parētum/ de bono perfunctorio filiorum. O nephanda parentū amentia: qui sepe proprijs natis causa perditionis existunt. Et sepe simul cū filijs traduntur gehennalibus flāmis. O parentes nolite pro filijs animas ponere: nolite vos obligare ad eternitatem penarū/ pro tp̄ali gloria filiorum. Ve parentibus qui filios potius subalternant ꝓprijs imperijs ꝙ diuinis. Ve qui eos nō corripiunt/ sed perperam agunt. Corripiunt parentes filios si delinquunt in morib⁹ humanis: silētio vero p̄tereunt si mores christianos atq; rationis morū peruersitate peruertunt. Ab alio igitur exordiantur principio patres: et filijs suis non terrenam/ sed regni celorū doceant vrbanitatem: ⁊ celestibus atq; christianicis moribus/ non humanis faciant insignitos: per illos nempe semp̄ deo ⁊ omnibus supernis ciuib⁹ perplacita facimus: per istos mortalibus hoībus cōplacemus: nō semp̄ omnib⁹/ sed interdū pluribus displicemus. Proinde iusticia christiana que parentes ⁊ filios artiori ⁊ sanctiori lege gratie ꝙ nature confederat: ad hoc exagitat patres/ vt filios suos cautos a malo faciant: et ad bonū reddāt peramplius aptiores. Abraā duos filios habuit: quos erudiuit i timore atq; cul

tu vnius dei: et eos ad dei preceptum circūcidit:
sed vnus reprobatus/alter acceptus est: vt non
sit culpa bonoꝝ parentū/malicia filiorū: sed bo
nitati filiorū occasionē prestat bonitas et doctri
na parentū. Isaac duos filios habuit gemellos/
quos in dei timore et cultu similiter erudiuit: et in
benedictionibus/quibus eos benedixit: ꝓter id
quod allegoricū est/ moralē dedit viuendi nor-
Gen.27 mā et conuersandi formā. Benedicens isaac ia-
cob/qui benedictionē maiori surripuit/predoct⁹
a matre dixit: Det tibi dominus de rore celi et de
pinguedine terre abundantiam frumenti/vini et
olei: et seruiant tibi populi/et adorent te tribus.
Esto dominus fratrū tuorū: et incuruentur ante
te filij matr' tue. Qui maledixerit tibi/ sit ille ma
ledictus: et qui benedixerit tibi / benedictionib⁹
repleatur. Optima est ista benedictio ex pte pa-
tris benedicentis: effectiua vero ex parte dei p-
pter merita patris: sic eñ deus faciebat/vt patri
arche sancti benedicebant. Sed in eo ꝙ optati-
ua est/ videamus quales mores pro filijs debent
desyderare: aut ad quos ipsos informare paren
tes. Ros celi inculpatā vitā signat: que celestib⁹
ciuibus placet: qui deo in supernis seruiūt incul
pate. Ros celi est inuisibilis gratia: ros celi est
contēplatio supernorū: ros est mentis et omniuz
in christiana vita laborantium intuitus celestiuz
promissorum. Ros est gratia que percipitur in
sacramentis: quia descendente manna in deserto
descēdebat pariter et ros. Pinguedo terre in tri
bus ponitur: in frumento/oleo et vino. Frumē
ti abundantiā nullus habere potest: nisi ipm fru
mentum prius mortificetur. Saluator eñ dicit:
Joan.12. Nisi granuz frumenti cadens in terrā mortuum
fuerit/ipsum solū manet. Si autez mortuū fuerit
multum fructū affert. Et agricultoribus ipsa ex
perientia docet. Abundantia igit̃ frumenti/abū-
dantiā mortificationis excedit. Igitur si abun-
dare volumus in diuitijs spiritualibus: viuam⁹
Col.3. mundo mortui. Apostolus: Mortui enim estis:
sed vita vestra abscondita est cuz christo in deo.
Et statim subdit: Mortificate membra vestra:
que sunt super terram ad aptitudinem peccato-
Rom.6. rum. Alibi etiā dicit: Et vos existimate vos esse
mortuos peccato. Verū igitur pater debet desy-
derare filiū mortuum peccatis et illecebris super
terrā: et viuentem ei qui olim emit vitam: et dat
omibus vitam. Vini abundantia est leticia de
virtutibus/non de rebus: nam vinū letificat cor
hominis. Abundantia olei multitudo est pieta
tis et misericordie in proximum. Seruitia popu
lorum et adoratio tribuum ad id refertur: ꝙ tali-
ter viuat ꝙ cuncti eum propter virtutem et pu-
ritatem vite ac innocuam conuersationem vene
rentur. Non eñ tantus patriarcha ista filio ma
le viuenti optasset. Et dominatio super fratres/
similiter dicitur propter aliquod insigne virtu-
tis. Incuruatio filiorū sue matris hoc pretende-
bat: ꝙ subiectos habeat omēs motus corrupte
nature: que olim mater est/potius vero nouerca
crudelis. Quod autē sibi maledicens maledice-
retur/et benedicens benediceretur: ad rectitudi-
nem et soliditatez vite retorsit: quasi dicere velit:
Si recta et solida vita/si maledicitur/maledicēs
maledicetur: quia eo ipso maledicens maledici-
tur/quo iustorū vite maledicit: aut si homo non
appropinquat iusto/non reportat exempla iusti-
cie atqꝫ virtutis: quod ad sue maledictionis cu-
mulum accrescit: Benedicens recte atqꝫ solide
vite / benedicit̃: quia magna est rectitudo bene
sentire de rectis. Et psalmista dicit: Generatio Psal.111.
rectorū benedicetur. Ecce illa que parentes suis
debent optare filijs. Ista sunt in quibus eos de-
bēt instruere: vt intendant suspenso animo et vi-
gili mente in celestibus: vt velut mortui mundo
et peccatis/viuant: vt solum leticiam gerant spi
ritualium et inuisibiliū bonorū: vt sint misericor
des in proximuz: vt sit innocua vita generatione
digna: vt virtute sit omnino insignis: vt dominē
tur moribus malis: vt vita sit recta /soliditatē iu
sticie habens. Si autem habuerint filium delin
quētem/in esau presignatum/redeuntē de syluis
vmbrosis et venatione syluestrium/scilicet pecca
toruz: etiam benedicendo instruant: vt sit in ce
lo conuersatio mentis eius/et virtutibus replea
tur: sed sibi addatur gladius: vt ferus pater tali
filio dixit: Viues gladio. Vt si aliquid deliquisti Gen.27.
aut cōmisisti nefandū/in te impunitum esse non
sinas: sed ꝑ te gladio puniētis iusticie/ne incur
ras gladium eterne sententie. Hec pater dicat fi
lio peccatori: nō sibi blandiat̃ in peccatis/intui-
tu peruerse dilectionis. Jacob vero benedicens
duodecim filios suos/docuit debitos mores/ar
guitqꝫ peruersos. Et moysi mādatū est / vt ꝓmul-
garet populo: vt omnes patres dicerēt filijs mi
rabilia que ꝑ eis fecit domin⁹ in egypto. Quia
sic mandat parentibus/beneficia dei et oīa opa
redēptionis nostre ad memoriā reducere filio-
rum. Hinc etiā psalmista ait: Quāta mandauit Psal.77
patribus nostris nota facere ea filijs suis/vt co-
gnoscat generatio altera: Filij qui nascent̃ et ex-
urgent et narrabūt filijs suis: vt ponant in deo
spem suam: et nec obliuiscant̃ operū dei: et man-
data eius exquirant. Tota ergo sit ad filium pa-
terna intentio in rememoratione beneficiorū et
operū dei: vt spes tota ponat̃ in omniū creato-
re: quia maledictus homo qui cōfidit in hoīe/et Hie.17.
ponit carnē brachiū suū. Et melius est sperare
in domino/ꝙ in aliquo mundi principe: vt non
obliuiscant̃ operū et beneficiorū dei: ne ob in-
gratitudinem atrociter feriant̃: quod sepe nosci
tur factū. Et exquirāt dei mandata: quia in ipsis
retributio multa: quā nullus terrenus pater pro
suis custoditis mādatis suo filio valet cōferre.
Et in deuteronomio dicit̃ ad patres: Custodite Deut.
filios vestros/vt mandata domini meditent̃: qñ
sederint in domo: quādo ambulauerint: quādo
accubuerint atqꝫ surrexerint: sint omnino erudi
tiones patrū ad filios atqꝫ mandata paterna/vt
oīno et infallibiliter obseruent̃ diuina. Māda-
tū dñi acceperunt parentes/ne filijs darent̃ vxo
res de ꝑplis reprobatis: et ne filias suas darēt fi-

liis alienis: ne seducatur filius amore vxoris: et
filia israel decipiatur ab amore mariti ad idola-
triam iam instructi. Ut postea sequantur omni-
um creatorem: prouideat pater bonam vxorem
filio/ et filie iustum virum. Per christianam ve-
ro iusticiã altius intendentes: caueat oĩs pater
ne artẽ et sciẽtiã ꝓcuret filio/ aut cuius occasione
cor eius a domino auertat: et sequat viam nõ bo
nam deducentem ad teterrimas sedes. Custodi-
at similiter filiã: ne pessimo viro tradat viuenti
preter iusticiam christianam: et ne aliquo impli-
cetur amore/ quo domũ sedet paternã: magis au
tem perdet animã suã: aut ne aliquo errore ma-
culetur/ ad quem sexus mulierũ est bonus. Un-
Eccl. 7. de per sapientiã dicitur: Filie tibi sunt: serua cor
pus illaꝝ: et non ostendas hilarem faciẽ tuam ad
illas. Trade filiam: et grande opus feceris: et ho
1. Re. 1. mini sensato da illam. Anna sterilis filiuꝫ postu
lauit a domino: et statim post ablactationẽ domi
no tradidit eum: vt ministraret in tabernaculo
eius: cui vir eius helchana in voto et facto cõsen
sit. Etenĩ aliter ipsa nequisset. Et maluerunt am
bo priuari consolatione filij postulati/ vt conse-
crarent eũ domino: ꝙ ipsuꝫ ꝯm cõmunem morẽ
parentũ affectu filiali retinere in domo. In quo
forma prerogatur parentibus: vt suos filios nõ
sibi/ sed domino debeant dedicare. Ue profecto
parentibus: qui ad seipsos/ non ad deũ ꝓprios
natos enutriunt: et erudiunt humanis/ non cele-
1. Re. 2. stibus disciplinis. Hely correctus est a domino:
quia non corripuit filios suos ofni et phinees: q
propter gulã et luxuriã populũ diuertebant a cul
tu dei: et ipse mortuꝰ est turpiter et filij eius. Iob
Iob. 1. pro suis filijs offerebat deo sacrificia orationuꝫ
et alioꝝ ad dei cultũ pertinentiũ: si forte filij eius
aliquãdo peccarent: similiter et monebat ne vn-
ꝙ offenderent: pro quibus offerebat holocausta/
si aliquãdo offendissent. Uerus affectus pater-
nalis est ad filium: ne cũ deo habeat diuortium.
Et mediator inter deum et filium pater efficitur:
vt vnus alterũ haberet acceptum: et alter alterũ
haberet omnino placatum. Nihilopendit pater
diligere filium: et olm amorem in eũ animo par-
uipendit: si a deo non diligatur/ qui creauit atq
redemit. Procurãt humani sepe parentes natis
suis regũ et terrenoꝝ ꝓceꝝ amicitias/ habituras
oĩmnode finẽ: potius vero ꝓcurare deberent be
niuolentiam regis regũ et domini dominantium
Tobie. 4. omni fine carentem. Tobias filiuꝫ erudiuit: non
ad se/ sed ad conditorem eius: et docuit eum vrba
nitatẽ regni celoꝝ/ et illoꝝ moꝝ irreprehensibiliũ
magis vero expeditiũ ad salutẽ: quam carnalis
pater conferre nõ nouit/ potuit etiam multo mi-
nus. Et licet expediat doctũ fieri/ conuersari hu
mane inter homines: non tñ placita holbꝰ conuer
satio placebit altissimo: nisi ꝟtus christifera ꝓn-
cipiet/ mediet/ apponat christiane iusticie finẽ.
Finis aũt christiane iusticie ꝓpter premiũ/ est il-
le qui propter significationem et intentionem et
opus finis est legis et prophetarum/ qui dicitur
christus omniũ redemptor et dominus. Pro-
inde tobias ait filio: Caue ne aliquando pecca- Tobie. 4.
to consentias/ et pretermittas precepta dei no-
stri. Prohibet pius pater in filio: ad quod indu
citur omnis pater: ne solũ peccatũ non faciat:
sed ne per cõsensum admittat: dissuadet in filio
actum/ qui ꝓhibet omnino consensum. Et cau-
telam indicit ne pretermittant dei ꝑcepta: quo-
niam in ipsis est vita. Monebant filios suos di
lectores reipublice/ ne precepta cõtemnerẽt au
gustorũ: et respublica nõ inquietaretur: pro eo ꝙ
ad notam ascribebat peccatũ in republica fili-
orum. Et sciebant ꝙ non peccabãt impune/ qui
contra mandata facerent augustoꝝ. Et in man-
datoꝝ custodia suoꝝ filioꝝ vitam tacite preuide
bant: ne mandatoꝝ preuaricatio fieret extinctio-
nis vite occasio. Proinde si parentes vitam di-
ligunt filioꝝ/ ad obseruantiã diuinoꝝ mandato
rum ipsos instruant et inducant: quoniã in ipsis
est vita non tẽporalis/ sed eterna. Et saluatorem
dixisse scriptura cõmemorat: Si vis ad vitaꝫ in- Matth. 19.
gredi/ serua mandata. Et iterũ interroganti: quid
boni faciã et vitã eternaꝫ possidebo? respondit:
Serua mandata. Si diligunt rẽpublicã manere
quietã: istam ne inquietent filij/ premoneant ve-
ri patres. Nam nulla respublica verior/ ꝙ quam
ordinat iusticia christiana: in qua nulla est acce-
ptio personarum/ sed virtutum et actionum iusta
rum. Si notari timent in crimine filioruꝫ/ acsi ex
eoꝝ incuria venerit/ aut ex imitatiõe que agitur
in exemplis: magis timeãt si filij ex eorum negli-
gentia diuina mandata non seruant: vbi notam
incurrunt in conspectu summi augusti et ciuium
supernorum. Et certum est/ ꝙ nullum peccatuꝫ
apud eum preterit impunitum. Et vitam eter-
nam prouideant filijs in mandatis diuinis/ quã
nanciscuntur in humanis. Plures alias moni-
tiones pius pater subiungit: vt ostendatur quid
patres et quã vrbanitatem patres debeant pro-
uidere in filijs: et quales filij manere debeant in
in seipsis dicens: Ex substantia tua fac elemosy- Tobie. 4.
nam: et noli auertere faciem tuam ab vllo pau-
pere. Ita enim fiet/ vt nec a te auertatur facies
domini. Quomõ potueris/ ita esto misericors.
Si multum tibi fuerit/ abundanter tribue. Si
exiguum fuerit tibi/ etiam exiguum libenter im-
partiri stude. Premium enim bonum tibi the-
saurizas in die necessitatis: quoniam elemosyna
ab omni peccato et a morte liberat: et non pati-
etur animas ire in tenebras. Fiducia magna
erit coram summo deo elemosyna omnibus fa-
cientibus eam. Attende tibi fili mi ab omni for-
nicatione: et preter vxorem tuam nunꝙ patiaris
crimen scire. Superbiam nunꝙ in tuo sensu aut
in verbo dominari ꝑmittas. In ipsa enim sum-
psit initium omnis perditio. Quicunq tibi ali-
quid operatus fuerit/ statim mercedem ei resti-
tue. Et merces mercennarij apud te omnino nõ
maneat. Quod ab alio oderis fieri tibi/ vide ne
alteri tu aliquando facias. Panem tuum cum
esurientibus et egenis comede: et de vestimen-
tis tuis nudos tege. Panem tuum et vinum tu-

um sup sepulturã iusti cõstitue: et noli ex eo mã-
ducare et bibere cũ peccatoribus. Consiliũ autẽ
semp a sapientibus perq̃re. In oĩni tpe benedic
deũ ꝛ pete ab eo/ vt vias tuas dirigat: et oĩa cõ-
silia tua in ipso permaneãt. Ecce vrbanitas re-
gni celoꝝ/ q̃ i terris pagit ab ista vrbanitate pdo
ctis. Ecce vrbanitas angeloꝝ. Ecce vrbanitas
veroꝝ sctõꝝ. Ecce vrbanitas christiane iusticie:
quã mũdo cecꝰ pr/ mẽta mẽtali oclo vidẽs/ ppriũ
filiũ docuit. Ecce ad quid patres cõmonere de-
bent filios suos. Sed o quorundã christianorũ
patrũ horrẽda cõditio/ et horror inexplicabilis
cõditionis inique/ mẽtalis holm cecitas. O se-
ui parẽtes in filios. O qui eos genuistis in hãc
miseriã: ꝛ vestra inariavestraq; malicia illos dis
ponit ad gehennã. O peruersa dilectio/ que filiũ
temporaliter diligit: ꝛ in eternum odit. O per-
uersus parẽtũ affectus/ q̃ taliter beat filios vt dei
faciat inimicos. Quid iuuat scire moralia/ q̃d eis
nosse rhetoricam/ quid philosophicã scire/ q̃d
prodest esse archiatrum: quid leges noscere au
gustorum: quid ciceronem apprehendisse/ aut se
necam nosse: quid homerum/ quid Varronem:
quid refert peritũ esse satyrum? Quid acceptum
fieri regibus in regulatis et comptis moribus?
Quid in pulchro et apto esse completũ: si chri-
stiana vrbanitas desit: si christiana iusticia non
Ecc.9. assit. Et Salomon dicit: Si quis cõsummatus/
id est perfectus fuerit inter filios hominuz: filij
eñ hominum sola humana sentiunt: quasi in ni
hilum reputabitur: si abfuerit ab illo sapientia
tua/ id est vrbanitas christiana. Filij agar exq̃sie
runt sapientiã que de terra erat: sed tobias filiuz
docet sapientiam/ que de celis est. Cõparemus
bonitatem ad maliciam: imo vt decentior sit lo-
cutio/ bonitatem malicie opponamus: quia nul
la est comparatio vbi ab vtraq; parte nõ est par
ticipatio qualitatis. Docent carnales patres et
humani congregare pecuniam: docent disperge
re christiani. Suadẽt illi mittere i carbonã: veri
parẽtes dispergere in elemosynã. Illi nature cõ-
munitatẽ docent filios vt propriam faciant: isti
vero docent/ vt proprietatem in cõmunitatẽ de-
ducant. Docent illi cum thesaurizãt aut thesau-
rizare docent/ bonitatem nature peruertere: isti
vero naturam sequuntur: cum non docent the-
saurizare: nec etiam hoc nouit charitas christia-
na. Non est de conditione nature/ q vultus ho-
minis auertatur a paupere. Natura nãq; paupe
res genuit: ꝛ nudos proiecit in hanc vniuersalẽ
erumnam. Et q̃uis multi nati sunt in diuitijs:
nullus tamẽ natus est delitiosus et diues. Om-
nius est ꝛ nudus ꝛ egenus ad vmbraticã vitam
introitus. Igit docet sedulus ad filiũ pater/ quẽ
diuitie accesserũt ex tẽpore aut ex acquisitiõe: q
faciem et elemosynam non auertat a paupere.
Peccatum est contra originalẽ iusticiã atq; chri
stianam: q quis propter bona fortune faciem et
beneficium auertat a bono nature: quod bonuz
seruatur in paupere. Doctrina igitur christiane
patris ad filium/ vt cõmune faciat quod est pro-
prium: de lege originalis iusticie atq; christiane
procedit. Hoc eñ agit omnis iusticia: vt indigẽ
ti/ nõ sufficiẽti prouideatur. Ideo memorat pau-
perem/ velut ope nature indigentem: sed finem
oĩm causarũ annectit/ cum dicit: Ita eñ fiet/ vt
nec a te auertatur facies domini. O sancta ꝛ ve-
ra paternalis intentio: qui ob hoc premonet et
exhortatur/ ne dei facies auertat a filio. Nil va-
let ad filium parentum carnalium facies glorio-
sa: si ante diuina non respicit. Actũ virtutis ex-
pedit cum potentia commensuratum fieri. Hoc
enim iusticia mandat: nec plus exquirit in actio-
ne/ q̃ fuerit in potestate: potentiã autem ad pos-
sibilem actum non decet esse remissam. Exactio
iusticie christiane ad id tendit: vt bonum possi-
bile fieri/ totum fiat. Alioquin ipsa iusticia in ho
mine subiecto habente aliquid agere/ pateretur
eclipsim. Proinde subiungit: Quomodo po-
tueris/ ita esto misericors. Quod si hanc miseri
cordie virtutem ad habitum mentis referimus:
exhortatur pater filium: vt quãtum potest/ exhor
tetur in animo indigentem. Si vero ad actum
referimus/ mensura et modus erogandi tapan-
tur: in eo q dulcis pater adiecit: Si multum ti-
bi fuerit/ abundanter tribue: si exiguum/ libenter
impartiri stude: vt suppleat defectum muneris
liberalitas mentis: ꝛ exiguitatem dati libens dã
tis adaugeat promptitudo. Prouideat omnis
pater quod cecus corpore parẽs/ mẽte clara lu
ce prouiderat in filio: vt in tempore necessitatis
vlla mente non egeret. Quam multi hic egẽtes atro
citer pertulerunt. Et in tempore illo nihil prode
runt thesauri ipietatis: si defuerint thesauri gra
tie atq; virtutis. Vnde amabilis pater secutus
adiunxit: Premium enim bonum tibi thesauri-
zas in die necessitatis: scilicet cum vltimus fi-
nis aduenerit. Quoniam nature seruata com-
munitas/ ꝛ iusticie christiane decretuz: vt de ipsis
bonis nature ad vsum vite concessis subueniat
egenis: siue de hereditarijs/ siue de partis: habet
largitorem a peccato/ pariter et ab eterna morte
reddere in iudicio expeditum. Nec permittat ele-
mosyna libero animo erogata in tenebras ire
animam erogantis. Non timebat pater in filio
corporis tenebras/ quas ipse portabat: sed mẽtis
tenebras/ quas ipse horrebat. Et potius voluis- Lu.
set filium corpore fieri tenebrosum/ q̃ tenebras
anime perpeti in eternuz. Hoc eñ oĩs pius de-
bet timere i filio: q̃si dicere pater velit: Fac ele
mosynã fili: qꝛ nõ patiet animã ire in tenebras.
Secundum exteriorem intellectũ etiã in morali vi
ta tria mala pater in filio pcauebit: que mala pie
tas ꝛ cõpassio ꝛ subuẽtio in pximũ sepe deuitãt:
peccare/ in peccato mori/ ꝛ tenebras ignorãtie.
Cernebat diligẽs pater diligẽter i alo oẽm ho-
minũ fiduciã esse vanã: filiũ suũ i solo deo mone-
bat habere fiduciã: cuius fiducie pmittebat et
causam/ dicẽs: Fiducia magna erit corã summo
deo elemosyna/ oĩbus facientibꝰ eã. Ad dilecti-
onem christiane iusticie spectat in omni dilecti-
onis rationabilis genere/ q diligat mũdicia in

dilectō. Et sicut turpis dilectio turpem querit dilectum: sic mundus ⁊ honestus amator mundum dilectū acquirit. Et hec est dilectionis iuste ꝓbatio atq̧ educatio/ q̄ mundicia fit in diligente ⁊ pariter in dilecto: ⁊ q̄ in mūdicia diligatur amatus. Hanc honestus pater honeste diligens filiū premonebat. Attende tibi fili ab omni fornicatione: preter vxorē tuam nunq̄ patiaris crimen scire. Docet pater honestus filiū honestatem ⁊ omnē corporis continentiā: ⁊ anteq̄ haberet vxorē: vt omnis carnalis cōcupiscētia et actio deuitetur: seruetur q̧ mūdicia hoīs vtriusq̧: dum ab omni fornicatione filius docet̄ cauere. Nec ista doctrina ⁊ sana cautelā dabat̄ filio cōiugato. Carebat tūc vxore/ quā postmodū accepit in pegre: sed ideo pater adiecit. Ut si cōiugari volueris/ ꝑter vxorem tuā nunq̄ patiaris crimen scire. Dictat filio solers fidē seruare vxori: nō adulterari / quod mandatū est: nō effluī ꝑ libidinē qui habet/ aut qui nō habet vxorē: non querere ꝓpaginē illegitimā: non esse carnis alterius furem: suā nō furari vxori / q̄ potestatē habet sui corporis. Cognouit antiquū malū inter captiuos liber/ discretus pater in aīo: quod precauebat in filio: scʒ superbie malū/ omniū malorū initiū atq̧ fomentū: quod excludit ab aīo/ excludit a verbo: ab animo/ ne deū offendat: a verbo ne offendat ⁊ proximum. Paternus amor vellet filium a causis ⁊ calumnijs liberū fieri: ne cogeretur aliquādo pro debito in iudicio sisti. Et magis fit talis doctrina patris ad filiū: ne a creditoribus oporteat auertere faciem sub pallore verecundie propter debitum: nec timeat iudiciū ciuile propter non redditum alienum. Et omnino est de iudicio iusticie christiane: vt mercennarius nō priuetur sua mercede: nec detineatur per tēpus mercēnario pro mercede/ cū sudoribꝰ proprij corporis laboranti. Nam detenta merces causat indigētiam: inuitat ad iram: generat diffidentiam: ⁊ tepiditatem affigit in animo amplius seruiendi: et forte mercennarius necessitate constringitur: necnon et plures habebit fouere/ vt similem speciem expectantēq̧ paruulā prolem. Quid etiā si creditoribus subiaceret obnoxius? Species est latrocinij detinere mercedem: et non vnius/ sed plurium maloꝝ sarcinam portat. Et in lege moysaica mandabatur: Non morabitur apud te opus mercēnarij tui vsq̧ mane: ⁊ ipsa iusticia transit in ius mercennarij ope peracto/ quod deuenit in pactum. Unde quicq̄d non dat ilico/ retinet alienum. Proinde curiosius pater de filio/ ne in iudicium venire cogatur humanum: permaxime precauens ne sisti oporteat ante infallibile dominiū eternū: pro eo q̄ detenta merces ſm iacobū/ clamat ad deū: ⁊ ne velut latro appareat ad deū detinēdo mercedē: iterato aīo ⁊ claro ꝟbo dicit ad filiū. Quicunq̧ tibi aliq̄d operatꝰ fuerit/ statim ei mercedē restitue: et merces mercēnarij tui apud te oīno nō maneat. Ue aūt innumeris parētibꝰ christianis: q̄ nōdū filios ꝑmonuerunt reddere debitā ex labore mercedē: sed docuerunt rapinā / furta/ et turpis lucri oēm scientiā malā. Et plerunq̧ priꝰ fecerunt eos falsitatis alumnos/ q̄ discipulos veritatis. Et sepe filij a doctrina paterna suscipiunt: et in paternis moribus discunt facere illa lucra / similiter ⁊ rapinas: que iusticia christiana prophanat. Et proculdubio dixerim melꝰ sepe fuisse filijs maloꝝ parentū/ qui filios consiliunt ad malū: q̄ suscepto baptismate paterno gladio ferirētur: aut quomodolibet traderētur exitio: q̄ si alii causa ipsoꝝ in criminibus adolentur/ implentur peccatis/ viuūt in eis. Et quod horrēdius/ ꝑdominā te male cōsuetudinis lege/ thesaurizata impenitētia moriuntur in illis / tradendi penis eternis. Aspiciat in naturalem atq̧ originalē et christianam iusticiā omnis pater: ⁊ quem suscepit ex semine filium: aut si quēpiam fecerit adoptiuum: in ipsa faciat insignitum/ ⁊ moꝝ claritate cōspicuum. Ipsa est que docet ⁊ facit homines inter seipsos pace bona/ quiete secura irreprehensibiliter conuersari. Docet iusticia christiana: q̄ q̄uis non omnibus debeantur oīa: tamen q̄ nemini penitꝰ fiat iniuria. Cur ergo fieri debet alicui preter causam iniuria: cum factam mandet nō vlcisci/ sed dare in veniā ipsa christiana iusticia? Et ex hoc pater ad filium ipsam iusticiā prerogat/ dicens: Quod ab alio oderis fieri tibi/ vide ne alteri tu aliquando facias. De ista iusticia omnis pater erudiat filium: ex qua non inquietatur hoīm vita: respublica clarescit in moribꝰ: inimicitie non consurgūt: onustos homines ferro incedere non oportet: patula omnia erunt: nihil firmabitur propter hostes: vbiq̧ erit secura dormitio. Erit superuacua multitudo custodū: si nullus alteri conferat damnū. Non erit latro in syluis: in insidijs non morabit̄ predo: alienarū rerū violēter ereptor nō apparebit in vijs: vt maria multitudo vnꝰ erit vbiq̧ securꝰ: ad tribunalia non erūt funesti clamores: nullꝰ ponet de offensiōe aut de aliq̄ oppssione q̄relā: vidua nō apparebit cū lachrymis: nō dehonestabit̄ vultꝰ eiꝰ īter hoīes aut opprimētes vel adiutores: vultū nō aspiciet aduocati: ⁊ defensores in causa nō ꝑstolabit̄. His abiectis impudicitie locꝰ ⁊ turpitudinis causa tollet̄: pupillus nō indigebit tutore/ q̄uis autore indigeat: nulla erit q̄rela vbi nulla fiet iniuria. Clamat hoc christꝰ/ clamat euāgeliū eiꝰ/ clamat iusticia originalis/ clamat ⁊ christiana: clamat oīs ratio/ clamat oīs non nubila ꝯscientia: Quod nō vis/ alij ne feceris. Sed q̄m hoc verbū alibi suā dissertionē longiorē habet: hic ꝑamplius nō declaramꝰ. Oīs ratio iusticie docet actꝰ ꝟtutis hūane atq̧ diuine fundamentū habere rōnis atq̧ iusticie. Liberalitas erogādi si ordinem rōnis nō seruat/ ꝓdigalitatis efficit̄ vitiū: si rōnis ordinē nouit/ manet ipsa quod est. Ratio aūt q̄ ipaʒ gubernat/ hūc habenat ad modū: scilicet nō dare indigentiam non habenti. Unde copiosis erogare illa que habent similia / est aquaʒ maris refundere super mare. Militem dare regi seruum domino / exceptis feu

Leui.19. To.4. Mat.7. Lu.6.

dotalib9/que de regali sunt federe: nulla libera
litas est. Si aūt spe retributionis a rege suscipiē
de qppiā dederat: nō liberalitatē habebat i aīo/
sed antidotū et mercedē. Si ꝓtinus mūdus erit
dantis aīum9 a mercede/ ab ipsa dandi liberali-
tate motus: porrigens dona regibus atq̄ prin-
cipibus/ indigētib9 pretermissis: nō liberalita-
tem fecit ex christiana iusticia: sed potius studu-
it adiuuare vano conamine cū facib9 lumen so-
lis. Dare indigenti vestimento anulū/ et fameli-
co vestimētū: detento insolubiliter in carcere of-
ferre palatiū/ nisi prius a cōpedibus soluatur: ꝛ
periclitanti offerre iocalia: liberalitatē humanā
elemosynā christianā nullo modo protestabor.
Justicia christiana docet vt necessaria/ nō imp-
tinentia indigentib9 ministrenť. Et ſm tempus
donātes iuste fieri expedit/ vt dentur cōuenientia
tempori pro subuētione ꝑsone. Teristrū in hie-
me dare indigentib9 foedo/ ꝛ renouet in estate
indigenti teristro: ad iura liberalitatis ꝛ elemo-
syne pertinere non noscitur. Sigillū dare militi
ꝛ ensem mulieri/ ad officium iuste donationis nō
ptinet. Et libros archiatrice artis offerre preto-
ribus et aduocatis: ꝛ Justiniani codices et dige-
sta dare archiatris: noui esse ridiculū. Honora-
re in domis tabellionem stimulo/ ꝛ agricultorem
calamo: appropriaui fabule vane. Igitur omnia
dona iustas habent decentias a iusticia ordina-
tas: quas vidit in lumine rationis corpore cec9
Tobie.4. Tobias/ cum dixit ad filium: Panem tuum cum
esurientibus et egenis comede: et de vestimētis
tuis nudos tege. Ac si dicat: Noli dare panē eru-
ctuanti. Et omne sustentamentum vite partici-
pa cum egenis. Ad hos iusticia datoris eū qui
dare potest/ inclinat. Ad hos in subuentiōibus
respicit iusticia christiana. Pro ista iusticie lar-
gitate saluator diues/ pro nobis factus egenus/
Luce.14. facientibus conuiuia dixit: Cum facis prandiū
aut cenam: noli vocare amicos tuos/ aut fratres
tuos/ neq̄ cognatos/ neq̄ vicinos diuites: ne for
te ipsi reinuitent te/ et fiat tibi retributio. Sed cū
facis conuiuium: voca pauperes/ debiles/ clau-
dos/ cecos: ꝛ beatus eris: quia non habent vnde
retribuant tibi: retribuetur enī tibi in retributio-
ne iustorum. Ecce supra pium patrem Tobiam/
docentem filium dare munera iuste/ iusticiam et
meritum dationis apposuit. Id quod dandum
est: id quod dare disposuit ille q̄ habet: ſm chri-
stianam iusticiam amicitie non debetur. Nam
dissuadet saluator vocare amicos: fraternitati
christiana iusticia non concedit: vetat vocari ad
prandia fratres. Cognationi alicui non expedit
donoꝝ largitio/ ne cognati vocentur: similiter ꝓ-
hibet: vicinitati atq̄ diuitijs iusta nequit esse do
natio/ dum necessitas in alijs ex aduerso consur-
git: quia ipsa christiana iusticia indigentiā solū
in largitionibus respicit: Et ridiculum esset ad
fatuitatis genus omnino conueniens/ hortis et
aruis sitientibus in fluminibus/ et mari aquam
refundere. In dationibus etiam christiana iusti
cia respicit deum: a quo vult expectare non tēpo
rale premiū/ sed eternū. Proinde non vult q̄ ꝓ-
pter tpale premiū quod amici/ fratres/ vicini/ co-
gnati/ et diuites possent rependere/ perdatur eter-
nū: quod solus qui eternus est/ habet iustis ple-
ne conferre. Sed vocandi sunt indigentes/ nulla
propinquitate distincta: q2 nec eos iusticia chri-
stiana excludit/ si necessitas aut indigentia eos
ꝓmit. Idcirco saluator pauperibus/ debilibus/
claudis/ cecis/ velut ab inedia expugnatis/ angu
stiatis in necessitate/ ab indigentia pressis iubet
donationis iura deberi/ magis vero largiri: vt re
tributio non sequatur in hoc mūdo/ sed in regno
superno: cū ſm christianā iusticiā fuerit facta do-
natio. Justoꝝ ꝛ peccatorū nomine atq̄ re olim
hominum vita distinguitur: q̄uis quis hoꝝ ma
ior sit numer9/ aut q̄s peccator ꝛ iust9/ ab vllo ho
mine non sciatur. Soli enī deo vtrorūq̄ est co-
gnitus numerus/ similiter peccator ꝛ iustus. Et
vterq̄ sustentātur ope diuina. Et sepe videmus
abūdare q̄ iusti peramplius peccatores. Nihil-
ominus ipsa diuina iusticia iustos prius in sub-
uentionibus respicit ex debito iuris: q̄uis mul-
ti affligant ꝛ expugnētur ab inedia iusti/ iure di
uine permissiōis/ ob aliquod insigne virtutis/ in
expectatione celestis promissiōis. Nam propter
iustos sustinet atq̄ gubernat omnipotens pluri
mos peccatores/ quos certissime nouit esse dam
nandos: q̄uis vt iusti fiant expectet ꝛ multos: et
quod est bonum est ꝛ necessarium/ ad vitam istā
expediēs/ superfluitate damnata prius ad dei ser
uos/ q̄ ad eius emulos spectat. Proinde pater
in filium amore procliuis/ hāc iusticiā tꝑm doce
at obseruare: sicut verus pater tobias tobiam fi-
lium obseruare docebat: Panem tuum et vinū Tobie.4.
tuum super sepulturam iusti constitue: et noli ex
eo manducare et bibere cum peccatoribus. Pri
mo certum sit/ q̄ iusti sepultura nō comedit neq̄
bibit. Sed iste noscitur esse sensus: Panem tuū
ꝛ vinum tuū super iustos/ aut cū iustis comede
atq̄ bibe vsq̄ ad ipsoꝝ sepulturam: scilicet vsq̄-
quo ad sepulturam tradant. Justis indigētibus
vult Christiana iusticia subuenire: q̄uis ditari
oīno prohibeat. Et ad eos veniendo pertinent
bona nature. Non enī deus mundū sic ꝛ tantis
bonis repletū tradidit peccatorib9 ad vtendū:
sed bonis iustis quos ipse creauit/ scꝫ parentib9
primis: quib9 etiam post peccatum non abstulit:
q̄q̄ multis repleuerit calamitatibus atq̄ mise-
rijs. Prius igitur nature bona in vsu bonoꝝ q̄
malorū fuisse noscunt: ex hoc volūtas hominis
libera/ q̄ mouet ad largiēdum de nature bonis
hereditarijs siue ptis: iusticiā et ei9 ordinē ꝑmo
cōspiciat: ꝛ alūnis iusticie nature bona mīstret:
Hoc enī postulat ordo ei9: vt amicis iusticie/ nō
inimicis nature bona deseruiāt. Et si seruiūt atq̄
vberiori mō ex ipsis bonis inimici iusticie fouē-
ant: hoc nō fiat de largitate atq̄ dādi liberalita
te hois: q̄uis sic ꝑmittat ꝓuidentia creatoris.
Multa enī creator ꝑmittit in vniuerso fieri ordi
ne: quib9 voluntas hominis nō debet ratione ali-
qua cōsentire. Alioquin malis innumeris q̄ deo

pmittente sint/voluntas placitũ cogeret pstare assensum: sed hoc nefas ē credere/ vt aliquis pctō debeat assentire. Et quis teneamur diligere hominē/ nō tamen tenemur diligere peccatorē. Proinde cū iustis sit pticipatio mense: iustis fiat largitio elemosyne. Ipsi a largitate hominū foueant: ipsi manu teneant ab hominū iusta liberalitate. Cū peccatoribus dei atq christiane iusticie inimicis/ si cogniti nempe fuerint/ nō sit pticipatio mēse: nulla cōmunicatio cibi: ⁊ potius deuitet sodalitas. Cōtuberniū iustoꝝ affectat pater in filio: ad quod debet intēdere si qs rōnalis est hō. Iustoꝝ cōtuberniū ē ois viatica cōsolatio pter deū. Nā iustus iusticiā loquitur: neq ab ore iustoꝝ egredit verbū malū atq dolosum/ vnde capiat dogma puersum: nec agit pperam/ vt prestet malū exemplū. Et recipere iustum ē recipere iusti premium. Ipse nāq saluator dixit: Qui recipit iustū in noīe iusti/ mercedē iusti accipiet.
Mat.10. Dederat tobias filio suo precepta christiane iusticie atq cōsilia: priusq esset nominata iusticia christiana. Volebat pater filiū cōuersari cū dilectis deo. Psalmista enim dicit: q
Psal.146. dñs diligit iustos. Nec magnipendebat puersationē filij cū dilectis a mūdo aut dilectoribus eius: qui inimici sunt habent deum dñm eius. Hoc enim omnes patres filijs suis erogēt in doctrina: vt iustis tribuant: cū iustis cōuersent: cum iustis non effuse atq auide neq maculose conuiuentur: sed in timore dei/ etiā in subuentiōe christiane iusticie. Sed quod iustoꝝ ē debitū/ nō cō
Tob.4. ueniat in conuiuiū peccatoꝝ. Infert enim: Et noli ex eo manducare ⁊ bibere cū peccatoribꝰ. Sed nō cōtemnant peccatores/ eo q homines sunt: sed deuitentur nisi resipiscāt/ q peccatores sunt. Amico dei inimicus dei amicus esse nō debet. Inimicus dei est omnis peccator: qui veri christiani nō debet esse collega: nō cōmensalis in mensa: nō comes in via: neq in cōuersatione sodalis: ne forte discant iniquitates eꝰ: aut corrumpat mens exēplis eius: ⁊ oriat īfamia ex cōuersatione/ aut participiū fiat in crimine. Nam participes videntur criminis/ qui participium habent cū criminosis. Periculosum ⁊ temerarium est sine consilio sano viuere: plerisq nāq inconsulti inexpiabilia incurrerunt: nec adepti sunt bona cupita. Nemo enim tāte noscit sapientie atq virtutis: nisi quem deus per seipm protegendū atq cōsulendū assumpsit: q ad consilia sibi p cauendis atq agēdis sufficiat. Quā obrē ait filio pius pater: Consiliū semp a sapiente perquire.
Eccl.6 Hinc ⁊ Ecclesiastici dicit: Si videris sensatū/ euigila ad illū. Et gradus ostiorum
Eccl.32. eius exterat pes tuus. Et alibi: Fili sine cōsilio nihil facias: ⁊ post factum non penitebis. Sed quoniā alibi de consilio agitur: hic siletur. Postremo pater amabilis gratiarūactionē ⁊ orationem/ ⁊ infallibilem intentionū ⁊ morū verita
Tob.4 tem filium docuit/ cū adiunxit: In omni tēpore benedic deum: ⁊ pete ab eo vt vias tuas dirigat ⁊ omnia consilia tua in ipso permaneant. In omni tempore deus ab homine benedicit: si equaliter in aduersitate atq prosperitate/ de omnibus implacitis ⁊ placitis grates domino referunt: quia in aduersitate semper erudit ⁊ probat: in psperitate ad meliora incessanter inuitat. In aduersitate ad superna ire cōpellit: in prosperitate dulciter trahit. In omni firmiter tempore benedicendus est dñs: quia si faciem suā variat mūdus: inuariabilis tamē est qui vnus ē deus: q benedicendus ē atq laudandus/ si semp inhorresceret conditus mundus. In omni tempore benedicant homīes/ vt tobias premonet filiū suū: p eo q si asperum est quod euenit/ siue amenū quod accidit: nihil tamē nisi ad profectū nostrū diuina bonitas euenire pmittit. Et nulla esset aduersus deū querela/ si hoc crederet aut aspiceret mens humana: ⁊ benediceret lingua/ pariter ⁊ vita: quia nulla est benedictio lingue/ nisi adiungat benedictio vite: magis aūt ⁊ interioris anime. Porro benedictio lingue in verbis vite/ in moribus iustis: anime dō in dilectionibus purissimis agitur. Orationē ad quā filiū pmonebat/ in omnibus necessarium est exhibere. Est enim ipsa preambulū ad oīa que iuste petunt: ⁊ que dare disposuit omniū creator et pater. Sed tātū finē in petendo apposuit: quē omniū morū dixerim esse finē. Ait enim: Et pete ab eo vt vias tuas dirigat. Orationi premisit gratiarumactionē. Expedit protinus sic fieri. Orationi addidit finē/ directionē viaꝝ innuēs. Attendant hic omnes filij ⁊ filie/ pueri ⁊ puelle/ iuuenes ⁊ senes/ ⁊ omnes rationis ⁊ fidei christiane capaces: quid docet pater filiū ab altissimo postulare. Omniū nempe bonoꝝ moraliū ⁊ eternoꝝ/ visibiliū ⁊ inuisibiliū/ expedientium ⁊ opportunoꝝ petitionē continet ista petitio i directione viarum. Omnes vie filiorū hominū/ et omnes gressus intellectuales atq morales obliqbunt: ⁊ distortionem habebūt: ⁊ inobliquate ad inferna puenient: nisi a dño dirigant. Omis enim via in christiana iusticia obliquata/ in infernū est recta. Et distorta via in moribus obliquat gressus ad superos. Proinde expedit q a dño dirigant. Hec picula Salomon clara menite conspexit/ cū ait: Est via que videt homini iu-
Pro.14 sta: nouissimū eius ducit ad mortē. Quam sepe ptingit: quod videt iustū iniusticiā fouet: ⁊ quod rectum est/ subuelat obliquum: ⁊ viarum terminus est infernus. Hieremias ad hoc asserebat:
Hie.10 Non est in homine via eius: neq viri vt ambulet ⁊ dirigat gressus suos. Unde cogimur etiaz cum gemitibus postulare: vt ipse dirigat vias nostras. Nam multa homo disponere: sed dirigere gressus non potest. Hinc Salomon dicit:
Pro.16 Cor hominis disponit viam suam: sed domini est dirigere gressus eius. Hanc directionem petebat Dauid/ dicens: Dirige domine deꝰ meꝰ
Psal.5 in conspectu tuo viam meam. Et alibi: Uias tu
Psal.24 as domine demonstra mihi: ⁊ semitas tuas doce me. Et ibidem: Dirige me in veritate tua. Et
Psal.118 alibi: Utinam dirigantur vie mee ad custodien

das iustificationes tuas. Quis diriget viam in-
tellectus atq; affectus ad custodiēdas iusticias
dei: nisi conditor deus? Quis viam morū nrorū
nisi q̄ omnes gressus nros dinumerat: ⁊ perfecte
nouit vnde homo in via sua semetipsum obli-
Psal. 142 quat? Petebat incessanter: Notam fac mihi vi
am in qua ambulē: q2 ad te leuaui animā meaȝ.
Petēda ē viaꝝ noticia: quia periculosius errat
in via moꝝ q̄ pedum. Postulanda ē viaꝝ noti-
cia: q2 non dormitat malicia diabolica / vt auer-
tat a via diuina. Et pro directione vie ad deum
Prouer. 20 leuanda ē aīa. Hinc etiā Salomon dicit: A do-
mino / nō ab angelo / nō ab homine dirigūt gres
sus viri / q̄ agunt affectibꝰ. Quis autē hoīm pōt
intelligere viam eius? Nullus: nisi cōditor oīm
deus. Sunt enī via q̄bus descendit recto trami
te in infernū. Sunt via q̄bus itur in celū. Quā
sint multiplices / q̄ varie / q̄ diuerse: quis pōt per
fecte scire? Petatur sedule a domino vt dirigat
vias affectuū nroꝝ / vias intentionū / vias moꝝ.
Quoniā si deus dirigit / curremus sine offendi-
culo / nō errabimus. Ad ipsum perueniemus: q2
omnis via quā ipse dirigit / ad ipsum perducit:
⁊ suarū directionū ipse factus ē finis. Quis re-
ctam viam gradiet virtutū? quis tenebit regiaȝ
viam: vt non declinet in dextram atq; sinistraȝ /
ꝓpter tortuosum colubrū / serpentem antiquum
iacentē in via? Hoc solū agentē vt diuertat a ve
ra via: ne redeamus ad locū certissimo tramite
a quo per appetitū obliquū ad loca tartarea de-
scendit directe. Sed que directio nobis magis
noscitur opportuna: magis expediens ad inuē-
tionē cōgrui atq; perfecti: Dauid petēdo dicit:
Psal. 118 Gressus meos dirige s̄m elo quiū tuum: vt nō
dominet mei omnis iusticia. Sane iste prophe-
ta preuidebat atq; aspiciebat colubrū tortuosū
in via: q̄ congressus nros obliquat: nobis oīs
iniusticia dominat: ⁊ a christiana iusticia auerti
mus pedes nros. Sed nec solum viarum ē pe-
tenda directio. Sed vt orans dirigat ē fiēda pe
Psal. 140 titio. Idem enim psalmista petebat: Dirigatur
domine oratio mea sicut incensum in cōspectu
tuo. Fumus tendit in altū. Incensum ṽo quod
igne comburitur: ⁊ omne quod incenditur / igne
incendit. Ignis ṽo aut per flāmā aut per fumū
ex sua natura in altū habet resurgere: ad cuiꝰ si-
militudinē dauid petebat orationē suā in alta ꝑ
directionē cōscendere. Sed vt breuiloquio di-
rectionē apiā: quā ⁊ oēs debemus expetere: quā
etiā pater filio demonstrabat: quā ostendere de
bet oīs qui filiū veraciter amat: ipsa est quam
2. Thes. 3 thessalonicēsibus exoptabat apl̄us dicēs: Do-
minus autem dirigat corda vestra ⁊ corpora in
charitate dei ⁊ patientia christi: que petitio atq;
optatio tanto est clarior / quanto ipsam clamat
omnis christiana iusticia: ⁊ in contēplandis / in-
telligendis / diligendis atq; agendis magis no
scitur opportuna: ꝓ eo q̄ optatur directio cor-
dium / videlicet omniū inuisibiliū: similiter ⁊ cor
poꝝ / omniū scilicet agendoꝝ: vt in charitate dei
⁊ christi patientia fundata sint corda: sic etiaȝ in
ipsis peragantur ⁊ opera. Omniū intentionū ⁊
morum infallibilē veritatē postposuit: cū oīa
cōsilia in deo debere permanere predocuit. Et
omnia cōsilia tua in deo permaneant. Tunc enī
omnia consilia nostra in deo permanent: cū ni-
hil fecerimus preter domini voluntatē: que vult
omnes homines saluos fieri s̄m infallibilē veri
tatē. Si quis autē pater suos filios in talibꝰ nō
erudit / si nouit: aut erudire ꝑ alios desyderat
si nō nouit: ac etiam vt erudiant operā porrigit:
sciat se filiū non diligere / sed odire: sed si dilige
re se credat / omnino diligit tanq̄ filiū in trāsdu
cis virtute: non tanq̄ hominē in ordine origina
lis iusticie: aut tanq̄ christianū in virtute chri-
stiana. Cui mitiꝰ ⁊ melius foret habere asinos
q̄ filios / equos q̄ natos: nō enim ꝓ animalibus
sed pro filijs indisciplinatis tenet pater redde-
re rationē. Nempe si quid filius deliquerit aut
cōmiserit ex paterna negligentia siue culpa: seu
paternalibus monitis facere potuit omnino ex
pediēs ⁊ opportunū bonū: ⁊ nō fecit: ad cumulū
ascribitur paternaliū delictoꝝ. Sed hec senten
tia ⁊ si qua predicta firmitatē irremote habeāt
in filijsfamilias / qui paterno subdunt imperio:
quos nō solū verbis / sed verberibus oportet ad
bona ⁊ ad meliora compellere. Unde Salomō
dicit: Qui parcit virge sue / odit filium: qui autē Pro. 13
diligit illū / instāter erudit. Ille parcit virge sue
qui filiū cautū non reddit a malo: qui ad bona ⁊
opportuna nō cōpellit: etiā ꝑ verbera / si non ꝓ-
fuerint sedula ṽba. Et odiū eē certissime nosce
ret / si cū posses boleȝ nō auerteret a fouea mor
tis: quā ignorat / aut scienter irretrouersibiliter
cadendo petit. Et bonū cognitū indigenti alte
ri nō ostensum / maliuolentie seminariū habet:
sic pater iudicaret in filio / si ꝓ posse a malo nō
auerteret pedem eius: atq; ad bonū nō conuer-
teret animū eius ⁊ mores. In filijs aūt emanci-
patis qui sui sunt iuris: qui volūtarie recesserūt
a patre: aut quos pater meliori respectu tradi-
dit libertati: ab his ligaminibus absoluitur pa-
ter: quia nec magis pater obligatur pro filio fa
cto viro / q̄ ꝓ quocūq; alio viro. Indecens enī
esset / nec patit christiana iusticia: vt ante deum
patres obligent ꝓ filijs / inter quos cadūt iura
politica. Quia q̄uis manet filiano / que fuit vir-
tute traducis: in patre tamē est ablata potestas
filio vero data libertas virtute politici iuris.
Pro filijs certe totaliter dependentibus a gu-
bernatione paterna: inter quos nō cadūt politi
ca iura: patres obligāt ante tribunal diuine iu-
sticie: si quantū in eis fuit / nō auerterūt a malis /
applicuerūt bonis. Et parentes etiam excusat
cōtumacia filioꝝ / quos dn̄s mandabat in veteri
lege lapidare: frenant patres ad filios ex chri-
stiana iusticia / ne procedāt in inuiū. Quod pau-
lus apostolus ephesijs dicit: Et vos fratres no Ephe. 6
lite ad iracundiā prouocare filios vestros. Pro
uocantur ad iracundiam a patribus filij / cū mi
sericorditer arguuntur: cum plectuntur impro-
prie: cum denegantur eis que debent iure diui-

ßo atq̃ nature: cũ ad superfluos exigũtur labores: cum preferuntur filij posterioris vxoris sua dilectione atq̃ suasione prioribus: ꝓhibet eñ oĩno in lege diuina/ne filij posterioris vxoris filijs prioris vxoris in aliquo preferant: cũ prehabentur illegittimi atq̃ serui: cum turpiter nouercantur mortua matre: cũ posterioris vxoris filij preponunt prioribus: cum equalem eis nõ ostendit amorẽ: cum inequat non inequãdã hereditatẽ: cum primogeniture a stabit omnino ceteris defraudatis: nam de christiana iusticia nullo modo primogenitura prefertur in potiori cõditione muneris: quis preferatur prioritate tẽporis. Non sunt igitur prouocandi ad iracundiã filij: sed in virtute atq̃ moribus educandi. Idcirco subiecit apostolus: Sed educate illos in disciplina/in correptione dñi. Et ad Colossenses ait: Patres nolite ad indignationẽ ꝓuocare filios vestros: ne pusillo aĩo fiant. Nec ex hoc premittit/imo intenditur odium euangelicũ/vt parentes odiant filios: in eo ꝙ ad cultũ dei necessariũ omnino nouerint esse impedimẽtum: ipso saluatore dicente: Qui filios non odit non potest meus esse discipulus. Ut ꝑfecto nullus in amore sit filius/vbi offenditur dei vnigenitus marieq̃ primogenit⁹. Ac per ista dumtaxat non dixerim/ꝙ patres sic debẽt docere ꝓprios filios: sed quia omnes filij hominũ si filij dei fieri volunt/sic tenentur viuere ꝓut obligati sũt patres eos in tali doctrina instruere: quia oĩs doctrina siue bona scientia ad hoc est vt doceatur. Ideo docetur vt audiatur: ideo auditur vt apprehendatur: ideo apprehenditur vt agatur: ideo agitur vt ad beatitudinẽ vltimã perueniatur. Quia sicut qui natus est in hac mundi miseria/incipit non esse filium: excepto protoplasto/q̃ a domino immediate mandata ⁊ erudimenta suscepit: sic nõ excludit q̃n in hac doctrina oporteat esse discipulum: expediatq̃ ꝑamplius sollicite fieri potenter actiuum.

Col. 3. (margin note beside "Colossenses")

Lu. 14 (margin note beside "ipso saluatore dicente")

¶ De iusticia filiorum erga parẽtes. Capitulum III

Postq̃ ẽm christianam iusticiam ordinauimus patrem ad filium: irreuerberato doctrine radio ad patrem filium ordinemus. Ordo naturalis iusticie filium subijcit patri/ ea lege atq̃ ratione qua pater filio antefertur. Cui adiuncta lex scripta digito dei/data in montibus altis per ministerium angelorũ in manu moysi/ꝑcepit filijs honorare parentes cum additamento/dicens: Honora patrẽ tuũ ⁊ matrem tuam: vt sis longeuus super terrã. Jura etiam gentium statuerũt ⁊ fecerunt filiũ patri subiectum: intantũ vt necessitate vrgẽte possit exponere: atq̃ venditionis titulo alteri tradere in mancipiũ. Et statuerũt seuissimas penas ⁊ exhereditatiões/si filij abs re insurgerẽt in parentes: adijcientes ad honoris ⁊ imperij paterni cumulũ in subiectione filiorum: ꝙ filij qui nascũtur filijs non emancipatis/sub paterna iurisditione constitutis nascũtur/superstitibus parentibus auis. Nam iacob morti vicinus benedicens filios in egypto/nepotes quos susceperat ex ioseph benedixit titulo filiorum. Etiam que filiusfamilias nãciscitur/sub paterno dominio redigantur. Et expelli permittit fili⁹ a patre: pater aũt nunq̃ a filio. Potest pater filiũ iudicio sistere: nequaq̃ filius patrem. Carcerandi filiũ inest patri potestas: hoc exercere in patre i quacũq̃ lege denegatur in filio: nisi ob cultum virtutis vitandiq̃ mali/causa inculpata dictante. Ut audeam dicere: si filius legũ esset minister/ delinquentem patrẽ potest a lege damnatiõis absoluere/ne ꝑ eũ decernatur: christiana ꝙo iusticia superueniens omnẽ sanctã reuerentiã patri debitam per iura nature atq̃ legis mosaice cõfirmauit. Et legis noue lator dominus iesus christ⁹ ratificauit exemplo facti/parentibus subditus factus. Sed quoniã magis intendimus nostra ponere ꝙ interserere aliena: propriam ⁊ inexcusabilem moralemq̃ relationem filij ad patrẽ dictarat edisseramus. Filius nomẽ est a greca lingua transsũptũ: ab eo ꝙ greci philos/id ẽ amorem dicũt: vt filius amor quidam sit relatiõe vera: ꝙ amor amantis sit amor: amor aũt amatus de ordine iusticie debet per vicem in amantẽ referri. Alioquin amor caderet de iusticia debita exploraturus tormenta/si amatus amandi vicẽ non rependeret in amantem: ⁊ si susceptor obsequij non rependat in obsequentez. Nam amor amorẽ exigit: ⁊ obsequiũ cum adest necessitas/simile requirit. Pater aũt deus diligit filiũ deum non aliũ/sed eundẽ ipsum. Et de dilectione sua non substantialiter/sed participatiue dedit hominibus: cum eos ad suam imaginẽ ⁊ similitudinem crearet per memoriã/intelligentiã ⁊ volũtatem: in qua virtus amoris ⁊ amor ipse ꝯsistit. Proinde dilectus a patre filius dilectionis vicem rependat in patrẽ: ⁊ sicut refert ad patrem ex virtute transducis relatiõe reali / quia filius est: ita referatur ad ipsum ex virtute dilectionis relatione morali/vt diligat: quia dilect⁹ est. Addatur ⁊ alia dilectionis causa: quia homo in natura sibi similis atq̃ cõmunis est: subdat et tertia: quia christianus ⁊ redemptus equali parte sanguine christi est. Has etiam causas supra ꝑ misimus. Igit dilectio filialis in hac trina causa fundata/etiam preter id quod in lege scripta mandat: irradiabit in hominẽ patrẽ ⁊ christianitatis consortẽ. Et primũ radiũ honoris effũdet in eo ꝙ homo est: sicut apostolus omnibus loquit: Honore inuicẽ ꝑuenientes: vt vnusquisq̃ in altero dei imaginẽ ⁊ similitudinẽ veneret. In patrem vero irradiabit honorẽ: non propter dignitatẽ aut sapientiã/aut propter aliquod insigne annexũ: sed pro eo ꝙ pater est ex mutua relatione vnius ad alterũ. Et honorabit cũ omni annexo laudabili siue vituperabili/aut in moribus vel in natura: vt si rex esset pater/diues/magnus/sapiens/probus/fortis/atq̃ formosus/ ⁊ bonis omnibus similibus circũfultus: honorabit patrem: non propter ista/magis vero ꝓpter

Exo. 20 (margin note beside "cum additamento")

Gen. 49 (margin note beside "benedicens")

Roma. 12 (margin note beside "Honore inuicẽ")

patrem ⁊ in patre ista: quia ex istis non est filiꝰ
qui sola carnis transductione dicit natus: qbꝰ
abiectis nasceret ⁊ filius. Et si pauꝑ ⁊ ignobi-
lis/ si sciolus aut indoctus/ si fatuus/ si cecus/ si
abiectus ab alijs aut pro nihilo computatus/ si
paruus/ si claudus/ si mancus/ si leprosus/ si vn
diq; malis obsitus fuerit: honorabit debito na-
ture atq; legis mosaice patrē filius. Si vero exti-
terit peccator/ ⁊ eterno patri fuerit inimicꝰ: sub
spe correctionis honorabit paternitatem/ habe
bit odio iniquitatē. Ex consyderatione vero qua
equaliter fidei characterē susceperūt/ vnde chri
stiani vocant: cum nō extinguat naturā: neq; le
gem mosaicam gratia christiana: hoc addet in
filio vt magis diligat hominē patrē: q: christia-
nus/ q̄ ꝙ homo ⁊ pater est. Et altiori respectu ⁊
amoris radio clariori q̄ naturali atq; legali fili
us radios amoris effundet in patrē/ cum actua-
li reuerentia corporis/ ⁊ omni sollicitudine at-
q; cura subuentionis: nec ob aliquod dedigna
bitur patrē: aut ipsum erubescet propter inherē-
tem defectū coram alijs confiteri. Ut si tāta vir-
tutū ꝓbitas esset in filio: ob quā culmina digni
tatum attingeret: ⁊ multos sibi videret in auto-
ritate subiectos: ⁊ sibi hominū ceruices pro re-
uerētia flecterent: si supra patrē omnimode ha-
beretur: ipse patrē in quantalibet infirmitate de-
iectum supra seipm reputet/ veneret/ ope subue
niat/ sibiq; flectat in honorē ceruicem. Nulla
enim superueniens dignitas paternie derogat di-
gnitati. Nam sicut paternitas nō excludit filiū
ab adeptiōe dignitatis/ in ordine reipublice aut
sacramētalis ministerij: sic nec adepta quelibet
dignitas filiū excludit a patre/ in exhibitiōe ho
noris siue obsequij. In eo igit ꝙ gradū dignita
tis ascendit/ publice persone gerat officiū: in eo
ꝙ filius est/ honorē vereat paternū: hoc dūtaxat
excepto/ ꝙ in ea positus excellentia quā non ha
bet a patre/ non amplius patrē vereatur q̄ aliū
diligentissimū consultorē: vt ꝓpter eum virgam
iusticie inclinet aut erigat/ intendat siue remit-
tat. Tanto aūt quicūq; filius cōmunis aut insu
latus honore atq; obsequio ꝑueniat patrē: quā-
tō ipse vellet in bona ratione animi ⁊ iusto iudi-
cio positus/ a filijs suis preueniri. Sed quoniam
omnis filius patrē habet ⁊ creationis ⁊ carnis
vt fm christianā iusticiam nullus sit alicui ꝓ
diligendo pater/ q̄ eterno patri nō erit amicus:
nullus filius subdat patri/ qui patri eterno fue-
rit inimicus. Nam filiū quē huiusmodi relatio
ligat/ absoluat omnino paterna iniquitas: nisi
sub spe correctionis toleretur/ dum tamē pater
iniquus nō amaret. Peramplius in hac parte
iusticia christiana progredit: vt etiam inter pa-
trem ⁊ filium posuerit odium atq; gladiū: vt ipse
Mat. 10 saluator dixerit: Qui patrē ⁊ matrē non oderit/
nō potest meus esse discipulus. Et alibi: Nō ve
ni pacem mittere in terrā/ sed gladiū. Odiū igit
christiāe iusticie/ nō ꝑsone siue nature/ sed iniq̄-
tati debet ⁊ impedimēto virtutis: quod consue-
uerūt ꝑstare parentes: hac in cōparatiōe quo-
dāmodo odiū est ad minus: ⁊ cōparatione me-
lioris velut odiū est ad bonū. Si igitur in quocū
q; genere cause/ qualitatis atq; ꝑsone/ creatura
ois ad christū cōparata vilescit/ ⁊ derelinq̄ expe
dit ꝓpter christū: ⁊ omē quod ꝓpter aliud dimit
titur/ aut minus aut nō diligit/ aut venit in odi-
um: minus vero aut non diligere odium dicit/ dū
melioris atq; maioris cōparatio subrogat: euā-
gelicus ꝑfecto gladius in id tendit/ vt diuidat
a nociuis ⁊ impedientibus cōiunctis atq; parē
tibus. Ex his q̄ ꝓpter deum fiūt/ iusticia chri-
stiana docet ꝙ filius non referatur ad patrē re-
latione morali: ac mādat ꝙ pietas a pietate vin
catur/ ⁊ relatio a relatione supet: ⁊ impietas con
stituitur/ vbi pater vocat eternus/ si temporalis
omnino nō relinquitur. Et quāq̄ apostolus ad
Timotheū iubeat curam haberi suoꝝ: non ta-
men inclusit filiū q̄ parentes solū reliquerit pro-
pter deum. Cum causa tota ⁊ irreꝑhensibilis sit
ꝙ ꝓpter deū dimitti pōt quecūq; cognatio: nō
tamē legimus ex naturali aut legali/ aut ex chri-
stiana iusticia/ ꝙ parētes filios inalitos possint
dimittere: vsq; quo ratio vigeat: ⁊ vitij atq; virtu
tis facta sit capax: spesq; possit esse viuendi: ab-
lata ope parentū. Ubi vero ista affuerint: bono
spiritu ducti parentes/ ad meliora vocati/ curam
dimittere possunt filioꝝ. Hec etiā mādat iusticia
christiana: vt dū ipsoꝝ sedulā curā gerūt/ ꝙ cul
tum non dimittant diuinū: ad quē ex debito aut
ex mandato ipsius iusticie obligant. Similiter
mandat ⁊ filijs: dū insistūt in debita cura parē
tum. Nam diuinū creditū nobis factumq; debi
tum quousq; soluat/ ab omni alio fm ordinē tē-
poꝝ atq; locoꝝ ⁊ agendoꝝ absoluit. Diuīa eīm
iusticia primo priora debita solui iubet. Quali
⁊ quanta relatione morali ad parētes filij refe-
rantur/ per scripturarū testimonia declaremus.
Tres filios habebat Noe/ quos scriptura cō- Gen. 9.
memorat: quoꝝ vnus nuditatem patris velut fa
tui atq; senis seu ebrij animo ⁊ vbo derisit: qui
maledictionē accepit in se/ similiter ⁊ in prole ꝑ
ipm mūdo futura. Sed sapientia dicit: Ne glo Eccl. 3
rieris in cōtumelia patris tui: non enim est tibi
gloria/ sed cōfusio. Gloria hominis ex honore
patris sui: ⁊ dedecus filij pater sine honore. Fi- Eccl. 3
li suscipe senectā patris tui: ⁊ nō cōtristes eū in
vita illius. Et si defecerit sensu/ veniam da: ⁊ ne
spernas eū in virtute tua. Suscipienda/ imo su-
stinēda est senecta patris a filio: nec aliqua cau-
sa q̄ ꝓpter deū ꝑmittit cōtristandus. Et si defe
cerit sensu ab ineūte infantia: si ꝓpter nimiā se-
nectutem aut casu quolibet superueniente inꝑter
misse aut interposite delyraret: venia ꝑstāda est
nō spernēda paternitas. Nam durante in hoīe
vita/ iure suo remanet caro paterna: ex qua so-
lum filius/ nō ex accidentibus est transductus.
Pater non est a filio: sed filius a patre carnali
generatiōe ꝓcedit. Et si nō fuisset homo q̄ ge-
nerando filium factus est pater: nō fuisset filius
cuiꝰ ipse noscitur pater: ad cuius honorem filiū
sacra scriptura sollicitat. Proinde Ecclesiasti-

ei dicit: Honora patrem tuũ: et gemitus matris tue ne obliuiscaris. Memento quoniã nisi per il los nõ fuisses: et retribue illis quomodo et illi tibi. Ob honoris debitum duo alij filij noe precogitantes/ paternam turpitudinem texerunt: dãtes patri indulgentiam/ si ex aliqua surreptione deliquisset: nec propter accidentalem defectũ dimiserunt paternũ affectum. Hinc Ecclesiastici
Eccl.3. dicitur: Qui timet deum/ honorabit parentes: et quasi dominis seruiet his qui se generauerunt vt parentum honor etiam attendatur/ cum paterni obtegantur defectus: atque rependant vices quas ipsi ad filios effuderũt. Isaac vsqꝫ adeo reueritus est patrem: vt ab illo se pro victima permitteret colligari. Filij isaac processerũt et re
Gen.22
Gen.27 dierũt ad imperiũ eius. Et iacob matris consilio acquiescens cũ esset posterior/ primogeniti benedictionem et hereditatẽ suscepit: et ambo honorãtes patrem ad eius sepulturam pariter cõuenerũt. Filij iacob singillatim atque cõiunctim
Gen.49 processerũt ad imperiũ eius. Et ruben quod non cresceret/ pro maledictione quantali cum benedictione accepit: quia maculauerat cubile paternũ/
2.Re.18 patris nõ reueritus honorem. Absalon mortuꝰ est inter celum et terram/ aduersus patrem ausu et ope factus rebellis: quia mandatũ celeste nõ tenuit de honore paterno: neque patrem est reueritus/ immo persecutus in terra: vt in eadem vasa in que pater ipse semen effunderet: ac eũ de ciuitate artaret ad fugam. Ex hoc Prouerbiorũ
Pro.30 dicit: Oculum qui subsannat patrem/ et despicit partum matris sue: effodiant eũ corui de torrẽtibus: et comedant eum filij aquile. Et quis ista sit imprecatio aduersus improbos filios: et sic euenisse non legitur: tamẽ corui et aquile ad demones referuntur: in quorum vltrices manus filiꝰ
Eccl.3 improbus est tradendus. Et sicut ecclesiastici dicitur: quod male fame est qui reliquit patrẽ: et est maledictus a deo qui exasperat matrẽ. Patrem nisi propter deũ relinquere/ animi est efferati: et indigentẽ laboribus filij dimittere mortis ẽ culpa: si valet filiꝰ indigentiã tollere/ aut facere minorem. Cogit et mandat diuina iusticia patrem in omnibus honorari cum repensione superna: quod scripturarum sanctarum confirmat autoritas: In opere et sermone et in omni patientia honora patrẽ tuũ: et superueniet tibi benedictio a deo: et benedictio illius in nouissimo manet. Uide quod in omnibus preterquam ad peccatũ aut propter deum/ sanctio diuina patri subijcit filium: cũ in omni ope et sermone/ omnique patientia boni dũtaxat: quia mali nulla ẽ iussio scripturarum. Uult patres a filijs honorari: cuius retributio non a terreno atque carnali patre proueniet: sed a deo in tales filios benedictio diffundetur. Ecce quod bonum est parentibus reddere vicem: et plus repensio quam primo impensio mereatur. Rependit nempe filius: ergo aliquid a patre suscepit. Siquidem multa vsque quo alitus est/ custoditꝰ est/ instructus est: et multa pro filijs paternis parta laboribus reseruantur. Ad equalitatem forte deuenit iusticia/ si filius patri reddidit/ quia suscepit: quis filij non possint vicem repẽdere ad parentes. Quid ergo amplius meriti filij expectabunt/ si fecerunt que debuerunt: seruauerũt iusticiam reddẽtes antidota? Sane bona susceperunt a parentibus filij: ecce precessit bonum gratuitum: Rependerunt parentibus filij: ecce meritum donũ: sed superaddit omnipotens deus vt benedicat gratificum filium: vt filiatio donum precedat parentum: et si rependerit/ sequatur diuinũ. Amor filiorũ ad patres omni debet carere mercedis intuitu: etenim receperũt cũ cõcepti/ nati/ aliti sunt: et pro eis desudatum est: et pene sunt tolerate a parturiente matre. Et honor et subuentio qui refunduntur in eos/ non expectent a parentibus retributionis aliam talionem. A deo aũt expectare possunt: nõ ex merito honoris atque subuentionis/ sed ex largitate promissionis diuine. Dignatur nempe omnipotẽs deus suis promissionibus debitor fieri eis qui sua placita seruant. Ac per hoc omnes filij qui mundi huius viderunt vmbraticã lucem: et in animo cognouerunt iusticie christiane infallibilẽ veritatem: apostoli Pauli sequantur sententiam: Fi
Ephe.6 lij obedite parentibus vestris in domino: hoc enim est iustũ. Ecce obedientia filialis: ecce obedientie terminus: ecce ante cuius oculos agitur. Obedite inquit: nõ in omnibus/ nõ de omni bꝰ: non propter homines: non propter seipsos tantum parentes: non propter mercedes: sed in domino. In domino qui hoc precepit/ et voluit esse iusticiam filiorum. In domino/ vt nõ de alio patri a filio reddatur obedientia: nisi quod manifestum est deo placere: atque certissimũ est nõ displicere. Hoc enim est iustũ: quia hoc vult originalis et diuina iusticia: hoc mosaica: hoc cõsuetudo laudabilis et antiqua: hoc ipsa christiana iusticia. Hoc idẽ ad Colossenses apostolus scribit: Fi
Col.3 lij obedite parentibus vestris per omnia: hoc enim placitũ est in domino. Cum per omnia dicit/ bona intelligantur. Non nisi de bonis et honestis et iustis obedientia esse põt. In malo alicui obedire nomen obedientie habere potest: sed obedientia nullo modo est/ sed quedã inobedientia in deũ propter humanũ placitum/ aut ex amore seu timore seu mercede patratũ. Obedientia filiorum ad patres in bonis placitũ domini est: quod nunquam sine merito retributionis manet. Proinde tota perfecta iusticia in morali relatione parentũ et filiorum: vt homo pater humano amore atque naturali et cõmuni feratur in hominem filiũ intensius quam in filiũ. Ratione vero specialis transducis magis in filium quam in aliũ: intuitu christianitatis atque characteris fidei diligentius in christianũ/ quam in hominẽ atque filiũ: atque retransitiuo et morali ordine diligendi et mutua relatione ad patrem filius referatur. Igitur iura humanitatis filiationis et christianitatis intellecta fideliter/ dilecta libenter/ exhibita rationaliter inter parentes et filios. In his relationibus est iusticia christiana: que semper amari

debet et dirigi secundum diuine placitum voluntatis: que nõ agitur inter hominem et hominem solum: nec solum inter patrem et filium: sed inter vtrunque istorum existentem christianum. Nam iusticia que inter hominem et hominem seruari debet/est naturalis et humana in cõmunitate nature: illa que inter patrem et filium/ est specialis et humana in morali relatione: sed neutra istarum excludit ab homine patrem esse vel filium: aut a patre vel filio separat esse hominem. Illa que inter christianum et christianum agitur/est naturalis et gratie: in omni intellectuali et morali virtute/colligatione fidei/spei et charitatis: cultu et religione sacramentorum/cõsensione humanorum et diuinorum respectu christi atque superne glorie.

¶ De iusticia inter cõiugatos seu matrimonij. Capitulum III

Ita christum decebat implere omnem iusticiam: quia ipse iustus in parentibus iustis: ipse iustus in filijs iustis et pijs. Duas personas insimul conuenire inuisibili lege/vita sociali/adiutorio mutuo/et vna carne/diuina iusticia ordinauit: et per legem firmauit et statuit. In tempore gratie ordinauit excellentius/prouidit tutius/honestauit peramplius: et ac preposuit matrimonio virgineum decus/dum ipse voluit fieri ex virgine incarnatus. Et talem corpore elegit matrem/qualem primam creauerat mulierem. Pretulit etiam matrimõnio cõtinentiam: que consequitur carnem corruptam. Sed quia iste status cadit sub iusticia christiana: et ab ipsa recipitur: et non cõdemnat que diuina prouidentia ordinauit: pro eo quod est vna ab eterno de iusticia: quis diuersa vocabula sit sortita/et multifaria fuerit operata. Verumtamen altiori modo ipsa iusticia hunc statum insigniuit tempore christianitatis/quam tempore naturalis iusticie/ siue tempore legis scripte: circa quem statum multi diuersimode naufragauerunt: in quo etiam multi sunt saluati. Proinde exortum in causis et progressum/ periculum ac naufragium/et iusticiam et ordinem eius naturalem atque legalem cum decore christiane iusticie pertractemus. Disposuit ab eterno diuine sapientie imperscrutabilis altitudo tales facere creaturas: que sui possent esse quadam participatione capaces: et in eternum viuere / atque in ipsa beari: quarum duas solum voluit esse species/spiritualem et mixtam. Spiritualem simul/et vt voluit/repente in esse produxit: tanta celeritate/vt voluntate diuina iubente interuallo temporis non discerneretur imperium. Mixtam vero creaturam scilicet ex spiritu et corpore/quam appellamus humanam: ex vno tanquam ex vna radice numerosissime propagari voluit: vt vnus homo nascatur ex alio/ex homo seminarie virtutis: quam humane nature deus dedit ordinatione atque dicatione transductionis: quousque compleatur numerus hominum/soli deo cognitus/nobis incognitus. Ex quo bipertitur saluandorum et damnandorum deo certissimus numerus/nobis non vsquequaque incertus: pro qua multiplicatione matrimonialis conditio habuit sui federis atque cõnexionis initium. Creasse deum hominem vnum et solum/scriptura sacra cõmemorat: quem esse solum dixit non esse bonum. Proinde adiecit: Faciamus ei adiutorium simile sibi. Ecce matrimonium vnde initiauit: non a corruptione/ non a prole/ sed a societate: quia non erat bonum hominem esse solum: fiat adiutorium simile sibi. Adiutorium nõ ad defendendum: nemo enim ledebat aut lesisset adam nisi sua culpa se sibi atque cetera fecisset inimica ri. Sed ad quid? Ad laudandum et benedicendum alio et rationabili verbo atque opere deum. Ad hoc primo elupsi quelibet rationalis creatura/et irrationabilis proprie modum. Etiam adiutorium ad colloquendum de deo/et de subiecto ei vniuerso. Hec solum rationalis creature sunt actus: nec enim rationabiliter rationabili verbo cetere benedicere/aut de ipso loqui poterant: siue de superioribus atque inferioribus hominis. Igitur expediebat simile adiutorium. Erant enim animalia cetera sociata aues/similiter et pisces: et similia similibus iungebantur. Iniuriam pertulisset adam omnium inferiorum dominus constitutus/si simili caruisset cõsorte. Adiutorium simile dabatur ade: vt se videret in alio et alium in seipso. Specula sunt homines ad inuicem se mutua visione videntes: vt se in se atque in alio se videant: et in alium in se atque in seipso conspiciant. Et adiutorium ad bene viuendum esse debebat in alio videre imaginem: quam in seipso adam primo suscepit. Erat igitur adiutorium intellectus simile ade/quod dabatur ade. Adiutorium est intellectus: si dum intelligit/et ab illo quod intelligit intelligitur. Nequibat omnino hoc esse in animalibus que rationalem intelligentiam a domino nõ acceperunt. Affectus adiuuatur/permaxime si rationabile habet obiectum: quod nequit esse ratione carens. Et crescat amor hominis/si diligitur ab eo quod diligit: et due memorie plura cõtinent quam vna sola: vt ab vna etiam altera fulciatur. In effectu aliquid accepit adam: quod oportebat efficere cum cõsorte iuuante. Primo igitur omnis creatura creata est ad deum/quam ad seipsam aut ad aliquod aliud pagendum. Adiuuat exemplum similis ad perfectum: si nõ sit vita dissimilis. Habemus igitur socialem vitam posse fieri et adiutorium in connexione duorum: absque quod carnalis copula subsequatur. Sed factum est adiutorium vnius nature/sed dissimilis sexus vt dicatur adiutorium ad procreandum prolem: quam potuisset deus de ipso sine cõsorte producere: quod voluit esse simile in natura per visibilia exterioris forme/atque inuisibilia interioris aie. Nõ enim decens erat quod rationalis homo animalibus misceretur: et quod de homine rationem habente atque animali ratione carente humana propagaretur cõditio. Proinde ad futuram prolem adiutorium simile querebatur: quod factum est de costa/nõ capite aut pede: ob equitatem viuendi et rationem diligendi. Sed hic allegoria pro christo et ecclesia magis placet quam moralitas: quam quia mores cudimus/subticemus. Adductum est ad adam adiutorium: quod ad propagandum prolem accepit/et cogno

uit vnde: quia os de ossibus meis/ et caro de car-
ne ipsius. Siliter et quare fuerit datum/ agnouit: vn-
Gen. 2 de subiunxit Adam: Quamobrem relinquet homo pa-
trem et matrem/ et adherebit vxori. Sed nullus in hac
parte differat quod pater et mater relinquendi sunt
propter vxorem: quod autem propter pietatem factum est/
causa impietatis non erit. Non enim aut impie pro-
pter vxorem relinquendi sunt parentes indigen-
tes filiorum ope: nec ipsi debent parentes propter
vxorem relinquere/ ipsorum fulcimento atque magiste-
rio indigentes. Nulla enim iusticia ista fienda con-
cedit. Sicut enim vxorum atque maritorum connexio non
aufert relationem realem inter parentes et filios:
nec moralem de iusticia debet auferre quomodo-
Gen. ii libet inter eos. Sed quamobrem relinquet? Quia erunt
duo in carne vna: vt in carne vnius filii duplex per-
sona conueniat/ pro quo relinquitur pater et mater.
Quia semper naturalis ordo contradicit: vt pa-
ter non generaret de filia/ nec de filio mater: quamuis
in Loth preter ordinem et honestatem natura-
lis iusticie contrarium sit secutum: sed aliorum duo-
rum erat fienda connexio/ vt filiorum fieret ge-
neratio. Sed hic nulla libido/ nulla corruptio
locum habet. Ordinatio facta est connexionis:
non adhuc carnalis coniunctio. In paradiso
hec facta sunt vbi post corruptionem mentis nul-
la est secuta corruptio: virginitatem enim habuit
ille locus. Expulsio ipsorum facta est: ne in paradi-
so potuissent pariter commisceri. Post eiectionem
est corruptio corporis subsecuta. Sed in paradi-
so datum est preceptum de multiplicatione fi-
liorum: cum dictum fuit a deo: Crescite et multi-
plicamini et replete terram. Quid igitur? In pa-
radiso non cepit multiplicatio: aut hominibus
repletus est locus ille/ vt etiam repleretur alius mun-
dus: aut aliter non potuit humanam propagare
naturam/ preterquam per carnem corruptam et cum
tanta libidine et concupiscentie ardore? Dico sane
quod potuit atque potest. Sed ad meipsum et ad om-
nes doctores humiliter et consulte profero ver-
bum: vt non disputemus atque inuestigemus quod
deus potuit et non fecit/ sed quod fecit et potuit.
Multos enim ista inuestigatio sine contentio in ba-
ratrum periculose obscuritatis atque tenebrarum
immersit. Hoc solum scire sufficiat/ quod iustissi-
me fecit atque decreuit. Sed hoc audacter dixerim
quod locus in eodem virginitatem habuit: corruptio-
nem aliam preterquam illius dolorose inobedientie non
nouit: verum si multiplicandum fuisset genus hu-
manum/ corruptio ante peccatum nulla fuisset: quia
post peccatum etiam esse potuit. Que si fuisset/
caruisset omnino libidine atque peccato. Quis
enim dubitat quod quamuis per seminariam virtutem du-
catur humana propago: quod originali stante iusti-
cia/ semen hominis potuisset sine corruptione mu-
lieris in ventrem eius immitti: sicut potest san-
guis ille menstruus sine virginitatis corruptio-
ne/ a virgine femina emitti? Et homo potuisset
illud semen sine corruptione sua eiicere: sicut spu-
tum aut vrinam potest ipse proiicere: et vtrumque po-
tuisset seruari sine libidine atque carnis ardore: quod

mala condita natura non habuit: sed peccatum
ob vindictam induxit. Auctionabit questionem
animus audientium: si quo modo conceptus siue
fetus sine laceratione materna potuisset educi/ quo-
modo semen potuisset immitti. Dixerim quod spectabat
ad felicitatem illius paradisi/ vbi erat immortalitas:
quod etiam adderetur ista felicitas/ quod filiorum esset edu-
ctio et maneret carnis integritas: aut si omnino
aperienda erat porta propagationis humane/ quod ta-
liter aperiretur quod in humana natura nulla iniuria
sequeretur: et non esset opprobrium quod ad tantum
reserabatur officium: velut aperiuntur oculi ad susci-
piendum beneficium lucis/ et ad emittendum radios vi-
siue virtutis: qui clausi fuerunt in ergastulo ven-
tris/ vbi nullus hominum corporaliter vidit. Et ve-
lut omnes sensus existunt in claustro ventris obtu-
si atque contracti: et beneficia nature non sentiunt
atque cognoscunt: cum autem organizata et sensifi-
cata corpora patiuntur ex quadam apertione sen-
suum/ explicationem mundi habitum recogno-
scunt: atque vsum nature sine ipsorum corruptione susci-
piunt. Aperiuntur plante in gemmas/ gemme in
flores: et flores fructus pariunt: nec in his corru-
ptionem dicimus fieri in natura: sic porta humane
nature aperta fuisset ad suscipiendum semen ge-
neratiuum: et emittendum sine derogatione pu-
ritatis conceptum. Aperitur enim os sine sua vio-
latione ad cibum suscipiendum: similiter et cum
emittit sputum. Nec aliquis arbitretur quod ibi fit
aut possit esse corruptio/ vbi nature seruatur de-
bitus ordo. Est enim debitus ordo nature id
quod deus indidit cuilibet rei. Nam si deus in-
diderit in natura humana quod sic propagaretur/ non
turparetur: nec ex tali propagatione corruptio se-
queretur: quia nature debitus ordo seruaretur.
Nullus vero intantum in sua consyderatione ima-
ginando exorbitet/ quod perderetur puritas vir-
ginitatis aut integritas carnis: vbi seruaretur or-
do nature atque voluntas fieret creatoris. Nam hec
est tota rationalis creature in anima et corpo-
re perfecta integritas: vt et voluntas secundum cuiusli-
bet rei ordinem insitum fiat. Et illud quod communi
vocabulo corruptio dicitur/ est virginitas aut in-
corruptio: si secundum creatoris voluntatem fiat/ et na-
ture ordo permaneat. Cum nihil possit aut debeat
dici integrum aut corruptum/ nisi quantum diuine sit pla-
citum voluntati: aut seruatur ordo nature: aut quantum
displicet/ et ordo nature non manet. Nec incon-
grue credere videor atque sentire: vbi me maior
non conuincat autoritas: contra hominum imagi-
nationes et philosophos naturales: sine corru-
ptione potuisse generari diuina potentia ordinem
regente nature: necnon educi fetum per portam cor-
poris clausam/ quam primo reserauit pector Adam.
Et in hoc prerogatur exemplum: vt quod depraua-
uit in omnibus homo primus/ in seipso et in ma-
tre restauraret homo christus duntaxat et solus.
Sed fortasse quis diceret: hoc fuit ratione vnite di-
uinitatis. Sed corpora glorificata possunt ingre-
di quelibet solida corpora/ quibus non est vnita diuini-
tas. Ergo erit beatitudo iam in corporibus ante-

q̄ resurrectio fiat. Nō fuisset resurrectio corpoꝝ
vbi non fuit ꝯditio mortuoꝝ: nec mors habuis-
set in homine dominatum/ si non preisset pctm̄:
nec etiam dicenda fuisset illa eterna beatitudo
hominum/ sed nascendi quedam felicitas et hu-
mane nature quedam nobilitas/ si non abstulis-
set iniquitas. Adam nãq̄ sine corruptione ali-
cuius elementi a domino esse suscepit: etiã sine
corruptione accepit ab ip̄o ꝯsistentiam suam: vt
ex omnibus hanc valeas elicere ꝑfecto senten-
tiam: vt si pctm̄ non p̄cessisset/ aut non fuisset cor
ruptio/ et fuisset hominuz generatio: aut id quod
corruptionem dicimus/ dicta fuisset integritas
et nature honestas: cum seruatus fuisset ordo na
ture atq̄ diuina voluntas. Ut audeam dicere: in
multis in veteri testamẽto/ in quibus seruata est
diuina voluntas et ordo nature/ ita placuisse cũ
illa violatione carnis coniugium: sicut in mul-
tis a christi tempe celibatum. O q̄ta nobilitate
deus humanam naturam/ quot et quibus bene-
ficiis insigniuit: in ꝓpagatione hominum glo-
rificandoꝝ/ cum angelis beatificandoꝝ a poten
tia trinitatis. Sed quia non vidimus et secuta
non sunt: difficiliter credi possunt. Et repugnãt
imaginationi hominum/ que non deuenerunt
in sensum. Sed plus est quod in humana natu-
ra fecit dominus Jesus christus: q̄ quod acce-
perit homo primus. Ac per hoc pro tanto dixe
rim: vt ad honestatem eius quod dicit matrimo
nium siue coniugium/ sm̄ christianam iusticiaz
veniamus. Ut non credat facta fuisse hominum
generatio cum aliquo pudore ac virtutis dede-
core/ siue pruriẽte libidine: que ob istam ab eter-
no causam fuerat ordinata/ vt frueretur eterna
beatitudine. Quod autem homines non simul
fecit/ sicut et angelos: sed ꝓpagationi successiue
reseruauit: neminem cõmoueat: quoniam simul
fecit totam humanam naturam/ sicut et angeli-
cam: cum tota humana natura fuerit in p̄mo ho
mine: nec est amplius augmentata ex secundo:
nec eñ humana natura magis et minus recipit
ex nascẽtibus ceteris/ que totum suum esse in ꝓ
toplasto suscepit. Nam indiuiduorũ multiplica
tio speciem non augmentat: nec minoratio aut
depaucatio decrescere facit/ si solum indiuiduũ
in esse remaneat. Uoluit tamen ad vniuersi de-
corem homines ꝓpagari successione transdu-
cis: vt ornaretur visibilis orbis tota pulchritu-
do: atq̄ naturalis pulchritudinis complemẽtũ
in his inferioribus est: vt rationalis creatura p̄
esset: et mundus innouaret noua successione ho-
minum: donec fortiretur ab eterno positum ter
minum/ nobis ignotum/ soli deo certissimuz. Et
peregrina ꝓgressione humana natura perueni
ret ad angelorum ꝯsortium merito ꝓprii labo-
ris/ magis vero gratia ꝯditoris: et paulatim de-
sc̄ẽderet ad loca terralia ex ꝓpriis malis meritis
diuina dictãte iusticia: et miris modis/ sed vsq̄
quaq̄ iustissimis/ ip̄a in suis indiuiduis glorifica
ret in celo p̄ diuinã misericordiaz: et cruciaret in
inferno ꝑ diuinã iusticiam. Ipsa siquidẽ humana
natura impartibilis est/ et imp̄miabilis atq̄ im
passibilis in sui natura: nisi per sua indiuidua.
Solum diuina natura ex seipsa est quod est: et in-
diuiduari neq̄t et deficere neq̄ pati/ ipsa a seipsa
gloriosa existens. Sed nec queram9 quare sic vo
luit: imperscrutabilis est enim ipsius diuine ra-
tio voluntatis. Sed videamus quod factuz est
potentia creatoris. Ecce succincte exortũ et cau
sam ꝑspeximus: ꝓgressum cũ macula acutius
est videre. Statim ex inobedientia est inobediẽ-
tia merito subsecuta et simul exorta libido: et hu-
mana ẽ dãnata ꝓpago. Inobediẽtia merito ẽ se
cuta/ p̄mo in ꝓprio corpe: in quo ip̄e nõ obedi-
uit autori. Nam delectatio et consensus si nõ ꝓ-
cessissent in actũ/ facillime veniã reportassent: vt
tũc non fuisset inflicta multatio actualis in cor
pore/ si corporis actu nõ fuisset culpa peracta.
Igitur inobediẽtia surrexit in membris: vt nõ
mouerent ad imperium rationis/ sed ad impul-
sum effrenate libidinis. Libido enim domina-
tur in membris velut in re sibi subdita merito p̄
uaricationis: et cõmouet sepe membra preter ar-
bitrium voluntatis. Et tota massa est infecta in
parentibus primis: vt peccatũ quod originale
dicitur/ sit in nascentibus ceteris. Sed nec pro-
pter libidinem damnatur cõiugium: nec ꝓpter
bonum coniugii aufertur libidinis malũ. Pro-
les enim que bonum est coniugii non nascit de
libidine/ sed de bono nature: in qua est semina-
ria virtus/ que agitur in transduce. Libido au-
tem non est de bono create nature: sed in bono
nature consistit/ merito inobedientie: vnde nõ
turpatur bonum prolis propter malum libidi-
nis. Quod autẽ homo nascitur cũ originali pec
cato/ merito primorum parentũ: etiam nõ dam-
nat ordinatum coniugium. Proinde ad maio-
rem horum euidentiã accipiantur duo bona/ et
tria similiter mala: bonũ nature/ bonum cõiu
gii: malũ inobedientie/ malum libidinis/ et ma-
lum peccati originalis. Bonũ nature/ bonũ est
creatum: et habet seminariam virtutem. Bonũ
coniugii/ bonum est ordinatum: et habet iusti-
cie legem et ordinem. Malum inobedientie fuit
voluntarie in parentibus primis: et inuolunta-
rie militat in membris nostris. Malum libidi-
nis insurrexit merito inobedientie in p̄mis pa-
rentibus: et insurgit eo merito in cunctis nascẽ-
tibus/ debita etate fungentibus: solum sanctifi-
catis quomodolibet exceptis. Malum pecca-
ti originalis non accedit voluntarie: neq̄ mili-
tat inuoluntarie: sed tantum contrahitur ex
quocunq̄ nascente/ vt diximus: sanctificatis in
vtero duntaxat exceptis. Omnia vero ista ma
la non sunt creata/ neq̄ ordinata: si essent crea-
ta/ non essent mala neq̄ peccata: si essent ordi-
nata/ essent quieta. Omne ordinatum quie-
tum atq̄ pacificum et irreprehensibile peni-
tus est. Proinde bonum creatum et bonum
ordinatum ista mala non protegunt/ ne mala
dicantur. Mala vero ista bonũ nature atq̄ bo-
num coniugii in aliquo non accusant: quia nec

sunt cum bono nature creata: nec sunt cum bo-
no coniugij ordinata. Sed cum homo nascit: de
malo inobediētie/libidinis ꝛ peccati originalis
nō nascit: sed nascit de bono nature ꝑ bonū cō-
iugij ordinati. Et nascit homo nō de inobediē-
tia: quia inobedientia nō habet seminariā vir-
tutem: nec concipit aut ſm naturam concipit:
sed aut accedit/aut penaliter manet: nec nascit
libido/cū nascit homo: nam libido non habet
etiam seminariā virtutē: nec ꝯcipit/neqꝫ per na
turaꝫ ꝯcipit: ꝙuis insurgat in eo qui iā ꝯceptus
atqꝫ natus est. Similiter pctm̄ originale nō na-
scit cum homo nascit: quia nec ipsum habet vir
tutem seminariam in natura: nec concipit neqꝫ
concipitur: sed contrahitur merito peccati pri-
morum parentum: vt cum de iusticia dei tracta-
uimus/declarauimus. Igitur manent bona na-
ture: manent similiter ꝛ macule: nisi fuerint per
sacramēta purgate/ꝑ virtutem refrenate. Pro-
cessit ꝯiugium in lege nature: vt fieret post pro-
toplastos inter sorores ꝛ fratres vterinos atqꝫ
geminos. Inter patrem ꝛ filiam/ꝛ matrem ꝛ fi-
lium nunꝙ ordo nature permisit. Deinde mul-
tiplicata humana generatione/subintrauit que-
dam honestas: vt contra propinquitas in con-
iūctiōe huiuscemodi vitaret. Et vsqꝫ ad Moy-
sen peruenit coniugium in lege naturali funda-
tum. Deinde aliquam regulationem accepit/
quam in lege nature non seruauit: ꝛ sic peruenit
vsqꝫ ad euangelicam legem ꝛ tempora christia-
nitatis: ſm quā iusticiam huiusmodi statum de-
creuimus pertractare. Christiana profecto iu-
sticia/ que omnem salutis statum sua linea diri-
git/hunc statum infra sua retinacula frenat: atqꝫ
sua ordinatione disponit: qui nisi teneatur aut
dirigatur/pro ipso aut paganismo siue iudais-
mo asciscitur. Pro cuius directiōe inquit apo-
1. Corin. 7. stolus ad Corinthios: Propter fornicationem
autem vnusquisqꝫ suam vxorem habeat: ꝛ vna-
queqꝫ suum virū habeat. Presupponebat apo-
stolus coniugium a deo mandatum in lege na-
ture atqꝫ in mosaica lege: sed in nouo testamen-
to seu in lege gratie nouerat in sua ordinatione
sine precepto manere. Non em̄ in christiana iu-
sticia sub ꝓcepto matrimonium cadit: alioquin
multorum ex impossibilitate aut ex voto nō nu-
bentium certa esset damnatio. Preuaricatio ꝓ-
ceptorum damnationem nanciscitur/nisi corre-
ptio ante vite terminum subsequatur: ꝛ ꝯsilium
subderetur ꝓcepto/quod de iusticia christiana ꝑ
perfectione prefertur. Dicit ergo apostolus:
1. Corin. 7. Unusquisqꝫ habeat suam vxorem propter for-
nicationem. Sed deo gratias ꝙ spiritussanctus
fuit in lingua eius: ꝙ nō dixit/ducat. Nam vxor
ad deuitandum fornicationem non est ducen-
da/ sed habenda: ducendam vero deus statuit
tantūmodo propter ꝓlem. Nec em̄ huius sta-
tus tota ꝛ principalis est causa: vt vxor ducatur
non propter deuitandam fornicationem/sed ꝓ-
pter prolem. Et inde matrimonium dicitur: vt
mater omnino velit fieri que traditur nuptui ꝛ

viuit legē coniugij. Nec ꝯsentit diuina atqꝫ chri
stiana iusticia: vt id quod expedit deuitare/sit ꝑ-
us ordīe atqꝫ dignitate illo quod expedit agere
ꝛ deuitatio fornicatiōis sit causa ꝓlis. Magis
vero ꝓles ꝑ qua suscipiēda matrimoniū agitur
sit causa qua fornicatio deuitet: nam si dūtaxat
ꝑ fornicatione vitanda vxor duceret/tūc maxi-
me fornicatio ageret: quia ibi non esset intētio
ꝓlis/sed in certo vase atqꝫ determinato ꝓposi-
tū explēde libidinis. Sed si hoc intētione ꝓfert
ꝙ ꝓles habeat: hoc permittit ꝙ fornicatio per
ꝯiugiū ꝛ vxorē ꝓpriam/aut virum ꝓprium caue
atur. Sꝫ solerti sermone apostolus vsus est: cuꝫ
dixit/suaꝫ vxorē: suam/vt excludat alienam: vxo
rem/vt excludat scortū ꝛ solutā a lege viri/ꝛ stu-
prū ꝛ omnē aliam/nisi legitimo matrimonio co-
pulatam honeste transductam. Et eadē lege mu
lier habeat virū suū. Sed ꝗd dicam de illis ꝗ tā
tum in ardore atqꝫ ꝓpter ardorem ꝯcupiscētie
fetentis luxurie ꝯiungunt: ꝗ ꝯditionibus omni-
bus pensatis/nunꝙ aliter iungerent: atqꝫ si con-
iuncti forent/libenter diuortium paterētur: nec
ꝓpter coniugium intentionem habent aliquaꝫ
filioꝝ/sed delectationū carnaliū: ꝙuis oriant or
dine nature in virtute seminis/ꝗ forte nascerētur
ex scortis. Ubi aliter me nisi compmat sanctissi-
me matris ecclesie autoritas/audacter dico: ꝙ si
matrimonia sunt in foro/scorta sunt in occulto
atqꝫ diuino iudicio. Que igit ꝯiugia sunt in chri
stiana iusticia/que facta ꝛ ꝓcurata sunt ex uariis
aspectibus ꝛ oculoꝝ nutibus: ꝛ multotiēs inter
positis nō paranymphis/sꝫ lenonibus? Que cō
iugia sunt/aut quomodo christiana ꝗ fiunt clā-
destine: vbi ꝓpter ardorem luxūrie alter decipit
ꝛ permittit omnia dū a libidine incendit: vbi ob
ruitur ratio/cecatur intellectus/alienat memo-
ria/deordinatur affectus: vbi nulla sunt sana cō
sulta: vbi omnia vadunt in ꝓceps: vbi deus eter
nus institutor coniugij offenditur: christus re-
demptor ꝓspernitur: pctm̄ cōmittitur: ꝛ vxor
non cognoscitur/nisi vt fornicaria: nec vir aliter
ꝙ fornicarius ex libidīe amplexatur? Est ne ista
christiana iusticia: vbi ordo cōfundit/honestas
nulla seruatur? Hec breuiter ꝑ christiana iusti-
cia declamabo ad emendationeꝫ ecclesie: cuius
membrum me esse ꝓfiteor. Quod si post illam
inflammatam igne funesto corporum coniūctio
nem/firmatam ꝓmissis omnibus/anulis datis
ꝯsensionibus in coniugio mutuis factis: altera
partium penitentia ducta statim aspirauerit in
celibem vitam/votoqꝫ firmauerit: nec ad fune-
stam ꝯiunctionem deinceps fecerit recidiuū/aut
ad similem: ꝙtum cūqꝫ altera renitente: illam di
xerim non teneri: vt nec magis obliget illa con-
iunctio/ad quam vocauit diabolus: ꝙ casta vita
ꝛ celibis/ad quam reuocat christus. Quid di-
cam de coniugijs in propatulo celebratis sine
respectu ꝓlis/ob affinitatem magnam/ob aua-
riciam/ ꝓpter dotem nimiam/ ꝓpter delectatio
nem carnalem/ ꝓpter pulchritudinē/ob rē peni-
tus aliā ꝙ ꝓpter ꝓlem? Quid de illis qui vxores

steriles q̄rūt? Quid de illis q̄ habēt ⁊ nō q̄sierūt?
Quid de illis q̄ ꝓpter paupertatē filios plures
nolūt: ⁊ aut vxores nō cognoscūt/aut vxoribus
abutunł? Sȝ de illis aliud ꝙ ecclesia nō dico in-
dicū: sȝ in malis intētionibus ⁊ abusibus peni-
tus nō dico deesse pctm̄. Et licet tolerenł in ma
trimonio multi actus impuri ⁊ impꝑtinētes: nū-
ꝙ tamē excusanł/si nō corrigantł pessime intētio
nes. Ad q̄d igił in matrimonio q̄runł/que de iu
re matrimonij nō esse noscunł? Ad q̄d pulchritu
do q̄rił in vxoribus: que magis est meretricib⁹
exposita ꝙ vxoribus apta? Fecūditas in vxore/
nō pulchritudo querenda est. Multis malis se
onerat/q̄ pulchram petit vxorē. Aptior esset sa-
piēti viro vxor turpis ⁊ fecūda/q̄ custodia nō ege
ret: ꝙ pulchra q̄ indiget. Ista nēqȝ a multis ap-
petił: ⁊ difficile fit custodire. Illa nō appetitur:
⁊ est a turpitudine custodita. Peccāt q̄ vxores
volunt steriles: q̄bus ꝑter carnis delectationes
matrimonij nullus est fructus. Utinam cauerēt
ꝯiuges steriles a ꝯcubitu post experientiā cer-
tam. Nā carnis delectationē habēt: fructū cōiu-
gij nō habēt: q̄bus nulla fiat adulatio/ꝙ ꝓpter
ꝓlē excusał carnis delectatio: dū possent absti-
nere ꝓpter virtutē castitatis: quos delectat con
cumbere ob delectationē carnis/ nullo respectu
habito ꝓlis. Ac ꝑ hoc iusticia christiana a ma-
trimonio velut regula fabrilis/omne impꝑtinēs/
indecēs/indecoꝝ/inhonestuȝ excludit. Omnem
causam male delectatiōis deuitat: amplexus ve
nereos/suauia turpia/omnē immundiciaȝ ꝓcul
pellit. Noscāt nēpe oēs christiani: qm̄ spūssan-
cti virtus habitat in mēbris nostris. Nō eīm est
caro nostra pecoꝝ/nō auiū/nō pisciū/non pura
hūana vt in paganis atqȝ iudeis: sed baptizata
est chrismate/signata est/celesti ornamēto insi-
gnita est. Non decēt immūdicie ⁊ nō fucamēta
immūda: vbi est mūdicia tanta in baptismate ꝓ-
rogata: ⁊ ornamēta celestia christi bonitate do-
nata. Sit intētio agētis in matrimonio cū insti-
tuēte ꝯformis: sint actus matrimonij/vt vult iu-
sticia christi. Nā q̄cūqȝ aliq̄d ꝑter id ad quod or
dinatū est/in toto vel in ꝑte ad aliā ꝑtē inflectit/
in toto vel in ꝑte delinq̄t. Cū bonū sit matrimo-
niū/sȝ sepe abusus cōmittił: bona sunt q̄cūqȝ cre
ata: sed amor sepe ꝑuertił/ex quo ꝑuersus vsus
exorił. Igił matrimoniū ꝓpter ꝓlem: ⁊ habeā-
tur vir ⁊ vxor ad deuitandā fornicationē: nō ꝙ
ducat vxorē q̄ potest cōtinere: nec q̄ coniugati
sunt necessario copulenł/si cōmuni ꝯsensu caste
viuere volūt. Fragilitatē humanam ⁊ diaboli-
cam surreptionē apostolus ꝑcauēs: debitū ma-
trimonij nō ad imperiū/sed ad indulgentiā alle
1.Corin.7 gauit dicēs: Uxori vir debitū reddat. Si sc3 ver
bo vel signo petiuerit: aut si vir aliter cognoue-
rit vxorē suā ab ipso debitū velle: quod ob vere
cundiā qua mulieres frenanł/nec ꝟbo vel signo
velint expetere: cepit nō incōgrue vt debitū red-
dat: qm̄ q̄ potior est in rōne/magis ⁊ ꝑus obliga
tur ad debita/si qua sunt reddenda. Similiter ⁊
vxor debitum reddat viro suo expetenti. Nam
vxor ꝙuis ligata lege mariti/si amatrix est casti
tatis/vir nō sollicitet ꝑ blandicias: nec curet eā
actionibus ꝑuenire ob verecundiā eius. Inuere-
cundi eīm sunt cōmuniter ꝑcipue cū vxoribus
viri. Ecce quod factū est in matrimonio quod-
dā corporis debitū/ ꝙuis matrimoniū nō sit in
christiana vita ꝑceptū: sed debitū factum est ad
euitandam fornicationē: ꝯiugiū ordinatū extitit
ꝓpter ꝓlem. Ad ꝓlem aūt nō debitum est neqȝ
ꝑceptum: si ad castitatē ꝓpter deū seruandam
mariti ⁊ vxoris fuerit concordia voluntatū. Ne
cessitatē debiti reddēdi apostolus ꝑ translatam
corpoꝝ potestatē ostendit: cū neuter sui corpo-
ris habet potestatē. Ait eīm: Mulier sui corpo- 1.Corin.7.
ris potestatē nō habet/sed vir: similiter autē vir
sui corporis potestatē nō habet/sed mulier. So
lertissima intelligētia op⁹ est: vt verboꝝ claritas
pateat. Neuter coniugatoꝝ habet sui corporis
potestatē retinēdi corpus in se ⁊ ad se ꝓpter ca-
stitatem/aut ob aliam rē: nec denegādi vbi expe
tił debitū: nec potestatē alterius tribuēdi aut cō
isigendi ob aliquod placitū. Ac per hoc non est
hic facta translatio potestatis in volūtatibus/
sed in corporibus: vt vnusquisqȝ castitatem dili-
gere: debitum vero per corpus cum expetił/red
dere teneatur. Ut si cōmuniter non queritur ca
stitas/corpoꝝ sit translata potestas: ꝙuis vnius
castitatem non velit omnino vnius partis volū
tas. Sed omnis iusticia libera potestate conce-
dit: vt vnusquisqȝ plene ratiōis capax volūtarie
nō coactus possit iuri suo abrenūciationis dare
libellum. Unde si vir castitatis amore ꝑfusus iu
ri suo renūciauerit in vxore: non petat debitum
quod renūciauit/sed reddat cuȝ expetił quod al-
tera pars nō voluit. Similił ⁊ vxor faciat in ma-
rito. Si vero ambo renunciauerint adducere q̄e
ta ⁊ deliberata concordia: nihil in matrimonio
christiano sanctius dixerim ꝙ sit castitas/⁊ cor
poꝝ tanta libertas/⁊ animarū in libertate tanta
iocūditas: ꝙuis contrariū sentiant q̄ castitatis
altitudinē nō viderūt. Qui vero illā cognoue-
rūt/oīno postposuerūt ꝓlē ⁊ corpoꝝ ꝯiūctionē.
Et sepe fit vt vna partiū ex certa culpa iura cor
poris ꝑdat in altera/ex cōmixtione ꝓpinq̄ san-
guinis: q̄ nunꝙ debitū exigat/sed cū exigił red-
dat. Si vero altera simile fecerit/⁊ ambe ꝑtes de
liq̄rint: ad idem dixerim: vt aut tacite seruet ca-
stitas/ab vtraqȝ parte ius perditum non petēte:
aut exꝑsse vtriusqȝ facinus ad inuicem notum fi-
at: ⁊ vterqȝ penitentiam agat ⁊ castitas mone-
at: vt quod nō fit ex electione voluntatis/fiat ne
cessitate perditi iuris. Quod si fornicatio inter-
fuerit ꝑterꝙ in ꝓpinquis/ altera partiū castita-
tē seruāte: aut libellus repudij penitus interue-
niat: aut reconciliatio fiat cuȝ emendatione f da
sceleris/⁊ regula honestatis. Si vero altera ꝑtiū
in malo ꝑseuerauerit: nullo modo in carnis ꝯiū-
ctione ꝯsentiat/que fidem matrimonij ⁊ castita-
tem seruauit. Nam si debitum redditur dicente
apostolo ad deuitādā fornicationē: igił si nō de-
uitał/penit⁹ nō reddał. Nec obstat quod obij-

ci posset ꝙ etiam ex parte que fornicata est/si cũ
honestate in idipsm redierit/valeret suscipi bo-
num plis: quia christiana iusticia/q̃ nihil impu-
ritatis admittit/magis respicit fidem/honestatẽ
atq̃ virtutẽ/ꝙ que posset egredi ꝓlem: nec patit
ꝙ pars casta fideq̃ seruans participiu habeat
cũ parte adultera in cõmixtione carnis: quis ꝑ
mittat in cura ⁊ obsequio rei familiaris. Adulte
ram dico partẽ/q̃ cum adultera libens in carnis
cõmixtione se sociat: nisi altera pars a malo pe-
nitus resipiscat ⁊ recõciliatio fiat. Proinde non
interueniẽte castitate in ↄiugio ex om̃i ↄcordia:
fornicatione vero ab vtraq̃ parte ꝓcul pulsa: ⁊
corpoꝝ potestate translata si reqrit debitũ/nõ fi-
at fraudatio corpoꝝ. Propter quod apostolus
1. Corin. 7. dicit: Nolite fraudari inuicem/subtrahẽdo cor
pus cum expetit debitum: nisi ad tempus vt va-
cetis orationi: hoc dumtaxat ex ↄsensu atq̃ ↄcor
dia volũtatum/scz subtrahat debitum. Sed nec
credendum ꝙ post redditũ debitum nõ sit oran
dum/nisi cõmunis interueniat ⁊ vtriusq̃ consen
sus: quia post redditum debitũ altera potest ora
tioni vacare/reliqua dissentiente. Proinde hoc
quod dicit apostolus: Non fraudari inuicem ni-
si ex ↄsensu vt vacetis orationi: sic dilucescit ha-
bentibus iusticiam christianam atq̃ intelligen
tiam sanam: ꝙ ꝓpter orationem ⁊ diuinum cul-
tum ↄtemplatiue deducẽdũ/coniuges possunt se
mutuo separare a cõiunctione corpoꝝ/⁊ vacare
diuinis: ⁊ dimittere intentionem plis: si nolint
consentire fenori libidinis: que sepe diuersimo
de sollicitat in membris per hebdomadam siue
mensem/siue quadragenam/siue semiannum/si-
ue totum/siue dum viuunt. Prefert enim cul-
tus diuinus per lectionem/orationem/medi-
tationem/ↄtemplationem generationi filioꝝ.
Beati enĩ in hac parte possent iuste cẽseri: si q̃n-
tũcũq̃ fecundi ⁊ apti propagationi filioꝝ: si ob
diuinum cultum coniuges a concũbendo cessa-
rent: ⁊ quod ꝑmittit fraudationem corpoꝝ non
reddere debitum ꝓpagationi filioꝝ: dumtaxat
ex cõmuni consensu ꝓpter diuinum cultum ⁊ ex
peditum virtutis actum: tanq̃ ꝓpter melius in
comparatione ꝓpagationis filiorum. Sed cum
vult atq̃ ꝓcipit/ꝙ fiat regressio in idipsum: non
ꝓpter ꝓlem si sic permanere possunt: sed ꝓpter
tentationem/ne deueniatur in fornicationẽ aut
in turpẽ libidinis actum: si cõtinere nõ possunt
ambe vel altera partiũ. Exceptionem nihilomi
nus patit istud apostolicum dictum: videlicet si
qui voto atq̃ ↄcordia sanxerint de castitate ser-
uanda: tũc si altera partium diabolo instigante
libidine carnis sollicitãte/peniteat atq̃ debitũ
repetat: certũ fiat ꝙ mortaliter peccat. Reaccipe
sane vult semetipsm deo de altari mũdicie: i quo
se obtulerat ⁊ mãcipauerat omnipotẽti deo. Al-
tera vero nullũ ꝓstet oĩno ↄsensum: ac si nollet ꝑ
ficere adulteriũ: quod oĩno cõmitteret si vterq̃
copularet. Quod si post carnalẽ copulã aut an-
te/cõmuni ⁊ deliberata ↄcordia se castrauerit ꝓ-
pter regna celoꝝ: iura ⁊ ptãtem corporũ mutuo
vnus in altera ꝑdiderunt: vnus non tenet alteri
quantũcũq̃ petenti debitũ reddere: neq̃ ꝓ deui-
tanda fornicatione/neq̃ ꝓ prole. Et essent adul
teri si cõiungerent in seipsis: velut si cõmiscerẽ
tur cũ alijs: ⁊ vnusquisq̃ altero ꝑmittente reac-
cepit in se potestatẽ sui corporis: nec est alteri⁹
iuris: dũtaxat seruata curã ⁊ sollicitudine rei fa-
miliaris ⁊ cõmunis habitationis: q̃ nisi regula
ri regulatione vtriusq̃ nõ auferunt. In primiti-
ua ecclesia qñ virtus christianitatis tanta corru
scatione mũdo intonuit: multa sunt facta diuor
tia matrimonij quantũ ad cõiunctionẽ corporũ
ꝓpter regnũ celoꝝ. Multi post conceptũ semẽ
nunq̃ ad inuicẽ iungebant/tantũ videlicz respe
ctum habentes ad ꝓlem. Aliqui stabant ꝑ men
sem: aliqui se castrabant: nõ abscisione membro
rũ/sed cõtinentia voluptatũ per quadragenas
⁊ annũ: ⁊ aliqui seruabant totius vite tpe celiba
tum. Pro eo vero ꝙ dicit apostolus: iterũ reuer-
timini in idipsum: causam supponit/dicens: Ne
tentet vos sathanas propter incontinentiã ve
stram. Sed nec hoc imperare se dicit: asserens
matrimoniũ in christianitatis tẽpore de prece-
pto non eẽ: neq̃ concumbere cũ vxore/cadere
sub mandato: nisi ꝓpter incontinentiã/non ꝓ
pter prolem: si vouerunt animo ⁊ moribus ca-
stitatẽ. Unde adiecit: Hoc autẽ dico s̃m indul- 1. Corin. 7.
gentiã/nõ s̃m imperiũ. Ut expresse dicere velit:
Coniugiũ nõ est sub precepto/neq̃ concubitus
sed in voluntate cõtrahẽtiũ ⁊ cõcũbentiũ. Ideo
nõ dico reuertimini in idipsm/velut imperãs: vt
vos mandato subijciam/⁊ obnoxios faciã. Sed
dico s̃m indulgentiã: vt si ↄtinere non potestis
indulgeo/concedo/permitto/parco/ꝙ ad inui-
cem coniungamini: tam respectu prolis/q̃ forni-
cationis vitande. Si vero altera pars contine-
re posset: altera v̓o omnino nollet aut nequiret
in hoc superuenit preceptum/vt reddat petenti
debitũ: cũ sit volũtatis expetere: sed debiti ⁊ ne-
cessitatis sit reddere. Asperiori aũt itellectu hec
litera intellecta turbabũt plurimi ꝓ his que di-
cturus aduenio/cũ dicit s̃m indulgentiã: nã vbi
requiritur indulgentia/manifestũ est nõ deesse
peccatum: solum indulgentia indiget quod pro
bat fore peccatum siue delictum. Igit omnino
in illa cõiunctione corpoꝝ coniugatoꝝ: in q̃ in-
tẽdit aut querit aliud/aut agitur preter intenti
onem prolis: etiam si omni desyderio queratur
beneficium prolis: peccatum saltẽ veniale non
deerit: quis diuina gratia operante deesse pos-
sit: quod si deest/cognoscere nõ est de hũano iu
dicio/sed reseruat diuino. Idcirco s̃m indulgẽ
tiam apostolus dixit: vt si aliud in cõiugio pre-
ter prolẽ ex delectatione libidinosa/in cõcũbẽ-
do aut nõ ↄcumbendo/ex cõtactu corpoꝝ que-
rit: peccatũ nullo modo vitat/quod indulgẽtia
indiget: etiã si cũ hoc desyderiũ ꝓlis viget: nec
propter hoc damnat coniugium/quod natura
le noscit bonũ propter propagationẽ filioꝝ: q̃-
uis culpabiles sint lubricitatis ⁊ cõcupiscentie i
opus deducere filioꝝ hominũ. Quod autem s̃m

indulgentiã/nõ ꝑm impiũ dixerit/adiecit: Volo aũt oẽs homĩes sicut meipsum esse. Virgo erat apostolus aĩo ⁊ corpe/cõtinens erat/castus erat: nec in nuptias aspirabat. Hic oĩno paulus nuptijs ꝓtulit virginitatẽ: nõ ꝑ impiũ/sꝫ ꝑ cõsilium: nec nuptias ꝑ imperiũ/sꝫ ꝑ ꝑmissum ad ꝑlis bñficium: vt etiam deuitet fornicale periculũ. Naꝫ si sub affirmatiuo mandato essent nuptie cõstitute: virginitas ⁊ continẽtia sub negatiuo sisterentur. Si vero virginitas ⁊ continentia affirmatiuo mandato subiacerent: nuptie negatiuo mandato ascriberent. Hec est eñ regula mandatoꝝ dei ⁊ eoꝝ omniũ que mandato tradunt: ꝙ si vnũ diligendũ/odiendũ/sciendũ/faciendũ mandato subiacet affirmatiuo: desperatũ contrariũ subijcit negatiuo. Et si vnum iubet/contrariũ ꝓhibet: ⁊ quod dicit reconuertit. Sed coniugiuꝫ ⁊ virginitas neqꝫ sub mãdato affirmatiuo aut negatiuo ꝑma electione subdunt. Virginitas vero electa votoqꝫ firmata/ꝓcepto subdit affirmatiuo/vt oĩno seruet: contrarium eius subdit ꝓcepto negatiuo/vt nulla ratione admittat. Coniugium electum/ratum ⁊ confirmatum/hoc soluꝫ habet ꝓceptum/vt reddat si expetitur debitum. Vigilãti verbo apostolus locutus est: Volo autem omnes homines sicut meipsum esse: sꝫ hoc non est humane virtutis. Proinde adiũxit: Sꝫ vnusquisqꝫ ꝓprium donum habet ex deo: alius q̃dẽ sic/alius vero sic. Sꝫ o apostole dei/sancte dei/electe dei: si omnes te imitarent/vnde filij ⁊ filie/homines ⁊ mulieres nascerent? Si omnes essent virgines: vnde nascerent ⁊ virgines? Vnde genus humanũ ꝓpageretur: si omnino ab omnibus celibaretur? Sed vtinam ab eo tempore quo christi euangeliuꝫ claruit/aut nũc sicut ista vita decreuit: omnes homines ⁊ mulieres tenuissent aut tenerent ꝑfectissime celibatuꝫ. Quod autem sic compleretur numerus electorum/⁊ finiretur ista miseria: siue aliter ꝓuideret in ꝓpagatione hominum: deo possibile est: qui simul ac repente aut etiam ex nihilo eduxit militiam angeloꝝ. O hominum magna temeritas ⁊ infrunita vesania: ꝙ imaginat dominum aliter homines educere non posse/nisi ex carnis corruptione. Vnde eduxit angelos: vnde sublimissimos celos: vnde multitudinẽ stellarũ: magnitudinẽ ipsaruꝫ vnde composuit: quatuor elemẽta vnde ꝓduxit? Vtinam facerent homines quod in eis est/⁊ implerẽt ꝑ castitatem domini volũtatem: fecit ⁊ faceret dominꝰ omnipotens quod in eo est: q̃ faciendi omnia possidet omnimodam ⁊ celerem facultatem: sicut dixit/⁊ facta sunt: sic si vellet ⁊ fieret. Que insipiẽtia/sapiẽtie infinite dare consiliũ: ⁊ ꝙ deesset creatori potẽtia vnde ꝓpagaret creatura? Quid cure sit hominibus de ꝓpagatione hominum/ dũ placeat creatori omnium? Videbat apostolus ꝑ spm̃sanctum/a quo intus illumiatus erat: ꝙ virginitas magis q̃ cõiugiuꝫ creatori placebat: ideoqꝫ dicebat: Volo autem omnes sicut meipsum esse. Non eñ hec dixisset vas electionis: si nõ cognouisset in hoc

volũtatẽ omnipotẽtis. Videbat apostolus in deo non deesse potentiã: q̃n aliter humanã naturam posset ꝓpagare. Videbat Joãnes baptista/cũ iudeis dixit: Potẽs est aũt deus de lapidibꝰ istis suscitare filios abrae: quod q̃uis multi referant ad gẽtiles: nihil penitus obstat q̃n referat ad lapides/ex q̃bus possent fieri homines supne ciuitatis heredes. Sꝫ q̃uis velit apostolus oẽs donum virginitatis habere: pariter nouit nõ oẽs habere. Idcirco dicit: Sꝫ vnusq̃sqꝫ ꝓpriũ donũ habet ex deo. Nõ ex homine donũ est castitatis. Proinde sapiẽtia dicit: Et sciui q̃m aliter nõ possuꝫ esse continẽs/nisi deus det. Magis aũt absqꝫ dubio tenẽdum est/ ꝙ hoc donum deus volẽti nemini denegat: nec eñ ad aliq̃d hortat quod vellet a nobis fieri/quod ipse ꝑsto nõ sit petẽtibus elargiri. Alioquin sua exhortatio atqꝫ volũtas magis haberet in se captionis discrimẽ/q̃ infallibilẽ largitatẽ. Sed alius quidẽ sic: quia voluit hoc donum/⁊ deus dedit. Alius vero sic: quia noluit/⁊ deus nõ dedit. Alloquit siquidẽ apostolus oẽs: ad virginitatem ⁊ castitatẽ/ꝓmpto verbo ⁊ animo compellãs. Dico aũt nõ nuptis ⁊ viduis: bonũ est illis si sic ꝑmaneant: sicut ⁊ ego vt cõiugari nolint: quia castitas ex toto in nouitate vite ꝓcellit. Judeus erat apostolus: ⁊ ex circũcisione mosaice legis ⁊ paternarũ traditionum magnus emulator: qui ante vocationem interrogatus decreuisset ꝓ cõiugio: q̃ q̃ ipse adhuc coniugio nõ catenatus: in nouam vitam quam initiauit deus inter homines factus homo/christo vocante ingressus ꝓ castitate decreuit: vt omnium corpora vellet eius sigillo muniri quo se nouerat/imo amabat eẽ munitum. Nec in eo ꝙ dicit: bonum est illis si sic ꝑmaneant: matrimonium obfuscat ad maluꝫ: sed bonum ꝓ meliori sumitur/vt castitas tanq̃ melius bono matrimonij ꝓferat. Et ne omnimode ꝓferat matrimonium castitati/sed subijciat: comparat ad pctm̃ cum adiungit: ꝙ si se nõ continẽt/nubant: melius est eñ nubere q̃ vri. Videat igit qui legit quale bonum est/quod solum ꝑmittit deuitatione peccati. Sed sunt q̃dam hoc dictũ apostoli ꝑuerse intelligẽtes: qui hoc quod dicit apostolus vri/ad tentationẽ referũt: vt melius sit nubere q̃ tentari: aut quotidie sustinere incẽdia carnis/ignẽ libidinis ⁊ ꝑpapismata multa. Quibꝰ in fide christi audacter rñdeo: ꝙ si libidinis incẽtiua ⁊ tentationes carnales/aut a demonibus imisse/nunq̃ vsqꝫ ad mortẽ in agonistis christianis cessarẽt: melius esset illa ꝑpeti cũ ꝓposito castitatis/q̃ cõiugari ꝓ talibus deuitandis. Et vltra ꝓgredior: quod forte sanꝰ silẽtio ꝑterirẽ: sꝫ nõ dicam vt inijciã laqueũ/sꝫ vt ostẽdã melius sup bonum: quod si q̃spiam firmũ habẽs castitatis ꝓpositũ ꝓpter deũ/siue voto aut non voto firmatũ/diabolo impellẽte corruerit: dixerim adhuc cõiugato ꝓferri/si in veritate resurgit. Nam si a monte virginitatis ꝑ corruptelã ⁊ meritum perditum irreuersibiliter omnino desuxit: nihilominus habet vnde se tollat in collem

Mat.3.
1.Cor.7.
Sap.8
1.Cor.7.

cōtinentie: cuius meritū ſm christianā iusticiā
excedit meritū casti coniugij: hoc dūtaxat exce
pto ꝙ in cōiugio si seruet illa castitas qua car-
nis cōsistat integritas: ⁊ corpoꝝ nō fiat lasciuus
cōtactus: huius assero ꝙ maior est fructus: quia
nomen coniugij nō admittit/ quod ꝓpter deū
seruata castitas in sua virtute sortit. Etiam si al
ter cōiugū animo firmo diligat castitatē: ⁊ nūq̄
debitū exigat: sed solū cū exigit/ reddat: ꝙ nō ꝑ-
dit meritū seu premiū sexagesimū cōtinentie: q̄r
fecit quod potuit ꝓ castitate in ordine christia-
ne iusticie. At vo quoquo modo se habeat ordo
rei: hoc quod dicit apostolus: Melius ē nube-
re q̄ vri: nō refert ad vstiuas tentationes: sȝ ad
actuales corpoꝝ ꝑlapsiones. Alioquin quō di-
ceret apostolus: Volo oēs eē sicut meipm̄. Etiā
extitit vt ipe asserit/ a carne tentatus. Multi san
cti quoꝝ suffragia petit ecclesia/ extiterūt crude
liter a carne tentati/ atq̧ a sathanā turpiter agi
tati: quoꝝ aliq̄ decennio/ aliq̄ ꝑ quindecim/ aliq̄
ꝑ viginti/ aliq̄ ꝑ triginta/ aliqua per quadragin-
ta annos: dispariter ⁊ pariter/ magis ⁊ min⁹ car
nis adustiones incessanter pertulerunt: hoc si-
bi asscribentes ad coronā: quia vincebant libi-
dinis pugnā. Et malebant magis vri sic non p̄
stando consensum/ q̄ per coniugij copulam su-
scipere refrigeriū. Hec omnia pro tanto dixi-
mus: ne matrimoniū sub p̄cepto ponamus/ ⁊ ca
stitatē ei p̄feramus: ⁊ quanta honestate agatur
ab his q̄ voluerunt in hoc mare descendere na-
uibus voluntatis. Sed ad directionē eius alio
loquendi ordine reuertamur: cū oīno hoc sit cō
sueta lege ꝙ cōiugia fiant. Talis cōiugibus ab
apostolo indicit forma viuendi: ꝙ nullū diuor-
tium fiat/ nisi ſm legem christiane iusticie: atq̧
ſm ordinē occulte vel publice honestatis: quod
non solum ab apostolo/ sed a domino prohibe-
tur: in eo quod dicit: His aūt qui in matrimo-
nio iuncti sunt/ precipio nō ego/ sed dn̄s vxorē a
viro non discedere: ꝙ si discesserit/ manere innu
ptam: aut viro reconciliari. Et vir vxorem suā
non dimittat: ⁊ quod dicitur recōuertitur: q̄r cō-
iugatorum scilicet maris ⁊ femine pro cōiugio
equalis est vna ⁊ equa conditio: que verba om̄i-
no dissuadent diuortiū in vtroq̧ atq̧ in altero
cōiugatoꝝ: nisi propter amorem castitatis vsq̧
ad terminū vite: aut pro certo tempore vt vace
tur orationi/ cū cōmuni cōsensu atq̧ concordia
voluntatis: aut causa peracte fornicationis: ita
ꝙ recesserit ab altero: q̄r fornicatus/ aut fornica
ta est: siue qui fornicationē dimiserit/ aut recon
ciliet/ aut maneat sine nuptijs ⁊ sine om̄i alio
actu alterius fornicationis/ siue damnate libidi
nis. Altius p̄rogat in cōiugibus documentū ꝓ
pter diuinū cultū atq̧ obsequiū: vt q̄ vxores ha
bent/ sint tanq̄ nō habentes: ⁊ reconuerte quod
dicit. Acsi aperte innuat: vir nō dimittat facere ꝓ
vxore quicq̄d faciendū est ꝓ salute: nec vxor di-
mittat pro viro/ quod necessario exquirit a deo:
Nec vnus in hoc alteri p̄stet obstaculū/ vt diui-
nū impediat p̄ceptū. Ac noluit vnus ab alio tātū
diligi vel timeri: aut diligat siue timeat: vt fiat
quod fieri ꝓhibet christiana iusticia: seu nō red
dat quod sapiētia querit diuina. In his nempe
q̄ ad deū ꝑtinent/ ꝓ honore sui culminis/ decore
honestatis/ necessitate salutis/ ꝓ lege christiane
iusticie/ ꝓ robore cōsuetudinis iuste in pulchri
tudine ordinis: nec vir reuereat vxorē/ nec vxor
viro in aliquo deferat: ⁊ si timeri velit/ minime
ꝑtimescat. Legim⁹ thomaidā nobilē christia-
nā sustinere maluisse trāsuerberantē mariti gla
diū/ q̄ eius iniustū imperiū. Et cōsecrata ē per
mortē in mariti gladio/ ꝓ seruando diuino p̄ce-
pto. Igit q̄ sūt diuina opportune zelātes: si ha-
bent vxores siue maritos/ penitus sint tanq̄ nō
habentes. A ratione atq̧ christiana iusticia oī-
no exorbitat: vt ordo cōiugij prepediat ordinē
diuini obsequij atq̧ precepti: cū ipe sit dn̄s ordi
nis vtriusq̧: qui licet multa fecerit/ varia siue di
uersa: nulla tamē fecit ad seipm̄ cōtraria. Nā si-
cut in rebus creatis nihil sibi creauit aduersū:
ita in reb⁹ ordinatis atq̧ cōcessis nihil sibi vult
esse cōtrariū. Et naturalis ordo iusticie omnino
suadet/ ꝙ primo latrie atq̧ iusticie cult⁹ exhibea
tur creatori: deinde inculpate teneat ordo con-
iugalis obsequij. Et cū multa ex veteri testamē-
to sub enigmatibus de ordine seu honestate cō
iugij ⁊ forma viuēdi habeant: tantūmodo apo-
stolū ſm iusticiā christianā in hoc opere prosequi
mur. Scribit ipse ad Ephesios totū esse coniu
gij/ dicens: Videte itaq̧ fratres quomodo cau Ephe. 5
te ambuletis: nō quasi insipientes/ sed vt sapien
tes redimētes tēpus: quoniā dies mali sunt. Et
cum hoc intulisset ad omniū generalē cautelam
statim ad cautelā ⁊ formā ⁊ intentionē cōiugij
declinauit. Mulieres viris suis subiecte sint si-
cut dn̄o: quoniā vir caput est mulieris/ sic chri-
stus caput est ecclesie: ipse saluator corpis eius.
Sed sicut ecclesia subiecta est christo: ita ⁊ mu-
lieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxo
res vestras/ sicut christ⁹ dilexit ecclesiā: ⁊ semet-
ipm̄ tradidit ꝓ ea/ vt illam sanctificaret: mūdās
eā lauacro in verbo vite: vt exhiberet ipe sibi ec
clesiā gloriosam/ nō habentē maculā neq̧ rugā
aut aliq̄d huiusmodi: sed vt sit sctā ⁊ imaculata.
Ita viri debent diligere vxores suas vt corpo
ra sua: q̄r ꝑ suā vxorē diligit seipm̄. Nemo enim
carnē suā vnq̄ odio habuit: sed nutrit ⁊ fouet
eā sicut christus ecclesiā: q̄r mēbra sum⁹ corpis
eius/ de carne ⁊ ossib⁹ ei⁹. Propter hoc relinq̄t
hō patrē ⁊ matrē suam/ ⁊ adherebit vxori sue: et
erūt duo in carne vna. Sacramētū hoc magnū
est. Ego aūt dico/ in christo ⁊ in ecclesia. Verū-
tamē ⁊ vos singuli vnusq̄sq̧ suam vxorē sicut se
ipm̄ diligat. Vxor aūt timeat virū suū. Aspicite
sacramētū in matrimonio signatū: aspicite mū-
diciā: aspicite dilectionē: ⁊ qualiter sint tractan-
da matrimonia christiana/ cognoscite. Quāto
timore atq̧ honore/ quāta reuerētia/ quanta ho
nestate mēbra christiana sint tangenda/ vosipsi
ꝑpendite: nisi forte reprobi sitis: vt inter chri-
stianā carnē ⁊ iudeoꝝ ⁊ paganoꝝ ⁊ brutoꝝ non

velitis oīno distinguere. Qui vero distinguere noluerūt/sordide suis voluptatib⁹ detenti sūt: se in volutabro horrende libidinis imergētes. Ad honorē aūt muicē sentiendū atq3 tenendum ꝛ conuersationē bonā habendā: ornatus formā in mulierib⁹ omnino seruandā apostol⁹ ad Ti-
1.Tim.2. motheū scribit/dicens: Uolo orare viros in oī loco: leuantes puras man⁹ sine ira ꝛ disceptatione. Certū est ꝙ matrimoniū oratione oportet ornatū fieri: ꝛ sine ira ꝛ questione cū vxorib⁹ viros viuere decet. Ad mulieres vō dicit: Similiter ꝛ mulieres in habitu ornato cū verecūdia ꝛ sobrietate ornātes se. Nō in tortis crinib⁹ aut auro aut margaritis vel veste pciosa: s3 quod decet mulieres ꝓmittētes pietatē p opa bona. Ornatus habitus nō interdicit mulierib⁹ christianis: s3 fastus ꝛ excessus a necessitate/a statu/ab etate. Aliud est enim quod vult necessitas/aliud quod stat⁹/aliud quod etas. Necessitas refugit oē supfluū in oī genere suo. Stat⁹ eīn ꝗrit ornamentū p signo. Etas aliud puulis aliud adultis/aliud adolescētib⁹/aliud iuuenib⁹/aliud senib⁹ aliud decrepitis tradit. S3 ī oīb⁹ necessaria verecūdia. Si verecūdari mulieres oīno sāꝑit apl's īmo de⁹ atq3 natura: nunꝗ ornatus nisi de vanitate notabit. Nam vanitas verecundiā de moribus omnino ꝓpellit. Sobrietatē adesse inexcusabilit declarat apostolus: q̄ in nullo excedit ꝓfixā a vitate mensurā. Calamistrari mulierib⁹ penitus apostolus interdicit. Capilloꝝ eīn contortio contorte mētis est signū: ꝛ obliquā mentē ad deū insinuat. Aurari nō decet formam christianā/vt eius fulgore ad se alienos oculos prouocet: ne dum cōspicit aurū/hypantie fiāt mutue spectātiū oculoꝝ. Dum eīn radiat in oculis aurū/oculoꝝ nutus pforat animū. Et ex aspectibus mutuis ignis libidinis excandescit: et impudicitia in corporib⁹ nascit. Cuius occasionē prebuit radians aurū. Margarite vō min⁹ dānose proijcerent ad porcos: ꝛ vtilius ad medicinalia frāgerent/ꝙ ꝙ collo aut capiti aut apponerent vestibus mulieꝝ. Preciosa vestis ornat iudeam siue paganā: sed deturpat omnino ī moribus feminā christianā: nō enim vestis debet esse preciosa/pro q̄bus mors christi extitit preciosa: nec in precio vestimentū/p quib⁹ sanguis christi est preciū. Hinc Petr⁹ in canonica sua
1.Pe.3. dicit: Quaꝝ nō sit extrinsec⁹ capillatura aut circūdatio auri: aut indumēti vestimentoꝝ cultus. Capillatura extrinseca rete diaboli est ad aīas hoīm capiendas. Et quot flaui capilli/tot diaboli laquei. Habet hoc ꝓpriū mulier: capite discoperto intensius incitare luxuriā. Et flauitas capilloꝝ flauū ignē accendere ī funerib⁹/sepe animas induxit in funus. Nec abs re velare mulierē ꝓcipit apostolus. In primitiua enim ecclesia decreto summoꝝ pontificū firmatū erat: vt nisi capite velato mulier nō posset in cōgregatione fidelium introire. Circūdatio auri ad idē quod supradictum est/refertur: vt hoc nō addat incōgrue. Quia que possunt in necessitatibus pauperum christianoꝝ suppetere/in ornatū assumi non possunt/prohibēte christiana iusticia: q̄ vl' uno cultui cōsecrata in vsum cōuerteret egenorum/si aliunde ceperit nō adesse. Multo magis prohibet nō ornari per aurū aut per preciosum vestimentū: quod sine fraude nequit fieri egenorum. Et exterior cultus spiritus interioris generauit incuriā: vt nec ad veꝝ deum animi esset aspectus: nec ad deū debitus cultus. Necessario enim cultus cultū impedit. Sed incedant et ornent se mulieres sicut decet: q̄ promittūt pietatem per opera bona. Pietas enim theosebia est/sc3 diuinus cultus: q̄ fit p opa bona/nō per corporis vanissima ornamenta.

¶ De iusticia fratrum et propinquorum atq3 amicorum. Ca. IIII.

Fratres fratribus/ꝓpinquos propinꝗs alio vinculo nectit: atq3 ab alio more viuendi christiana informat iusticia ꝙ ꝓpinꝗtas siue natura: ꝗuis oīno bona sit naturalis siue originalis iusticia. Legim⁹ primos humani generis fratres cain ꝛ abel ex vno semi- Gē.4.
ne/in vno vtero/ex vna porta nature ad lucem et habitū huius mūdi habuisse ingressum: quorū alter creatorē/satorē/parentē/genitricē/matrem nature cōmunitatē/cōmune obscurū habitaculū/portā egredičdi equalē/creatoris cōmunem participationē nō veritus: inuidia/deinde odio cū multis malis intermedijs/cū irrogatiōe funeste mortis exarsit in fratrē. Cōquerit hic ordo naturalis iusticie: aut quotienscūꝗ simile factū legit/cōquerit ordo iusticie christiane. Un⁹ est qui creauit/vnde diuersitas? Una animarū natura: vnde diuersitas. Una in oīb⁹ est carnis natura: vnde diuersitas? Unus est pater ꝛ vna mater: vnde diuersitas? Unū semen/vnū habitaculum/vna porta: vnde diuersitas? Unus modus nascendi/ꝛ vna mors dominat in oībus: vnde diuersitas? Quodlibet hoꝝ inspectū oculo rationis/diuersitatē debuit ꝓhibere. Sed nihil hoꝝ aspexit/q̄ sic agitabat in fratrē. Quid si superaddimus ꝓpinquitatē fidei/cōmunitatē diuini ꝛ effusi sanguinis? Quid si participationem sacramēti? Quid hec addent sup ꝓpinquitatem generis siue nature: quas nexiones oīno insolubiles cōsyderatio ista ꝓspiciet: q̄b⁹ vinculis vinculabunt vinculati fratres in ordine nature: si ꝓspectabant irreuerberate in ordinem iusticie christiane: liber pterire silentio/ꝙ disserere verbo. Sed ista est iusticia christiana/q̄ vertitur seu habenda est ꝓtinus inter fratres: vt in his consyderationibus maneāt/q̄bus in eis nutrit eq̄litas/ꝛ in forma viuendi cōmunitas: ꝛ oculos erigant in actiones vt nascat charitas. Ex quo cōtinue auferet vitiosa diuersitas. Cur cain fraterna torquebat inuidia: si deus abel respiciebat ꝛ munera eius: ꝛ ipse non erat a deo respect⁹ neq3 munera eius? Potius debuit latentem siue occultam causam inquirere/ꝙ fratricidium perpetrare. Deum non esse acceptorem personarum/sed virtutum/absq3 ambiguitate seruandum in

cordibus est. Quare igitur respexit deus abel & munera eius? Pro eo ꝙ abel respexit deū recto animo/& in oīb⁹ moribus eius: deūq; honorabat sine fraude de muneribus eius. Cur aūt cain nō est respectus & munera eius? Quia peruersa agebat i animo & morib⁹ eius. Ut q̇d cain ordinem iusticie cōturbas in fratrē? Quid tibi mali fecit? In quo aduersum te ledit iura iusticie? Te ip̄m primo cōfode/q̇ ordinem iusticie aduersus deū primitus peruertisti. Quod deus ad te atq; ad tua munera nō respiciat: non fecit bonitas fraterna/sed hoc tua malicia meruit. Respexisset vtiq; si respexisses. Nā si diligentes se diligit & respicientes eū respicit. Inequalitatē irradiātis solis nō fecit lucis natura: sed corpoꝝ dispositio maior vel minor ad susceptionē ei⁹. Quod si ad beneficia diuina/insurgētia in natura/irrogata ꝑ parentes referamus: cur frater surgit in fratrē? Cur excitat̄ inuidia in tam ꝓpinquū nature cōsortem? Si videt elegantiorē/ industriorem/aptiorem: quid cause noscit̄ inuidentie aduersus huiusmodi fratrē: qui aut accepit ab omniū conditore/aut a laboribus studiosis. Si accepit ab omniū conditore/non est iusta inuidie causa. Nihil enim acceptum est vni/quod datū est alteri. Sed quare datū alteri & nō vni/ datoris nō est querenda voluntatis causa. Proinde nec ei qui nō recipit aduersum q̇ recipit/ habēda inuidia. Licet omniū regi regū pro velle retribuere: nostrū vero nō est inuidere. Excandescens inuidia in cōsortē/vt hypallage loquar: arguat deū omniū largitorē: quē nō potest iuste arguere/nō inuideat fratri: aut nō debet inuidere qui & debuit largita recipere. Sed ex proprijs sudoribus quis excessit? Arguat semetipsum excessus: quia factus est negligens: & non sit inuidus in solertē. Et si cuiq; ad bonoꝝ optatoꝝ copiam veniendi/nec deus aut natura cōcessit: tamē q̇etus maneat/q̇ hoc accipere non meruit: nec etiam quod accepit. Ubi nulla precesserunt munerum & denarioꝝ merita: nō accipientes pulsari nulla debent inuidia. Licitū est facere quod velit/q̇ esse iniquus nequit: nec si patern⁹ atq; carnalis amor in vnū filioꝝ auidiori signo q̄ in alios vt assolet sepe transfunditur: alter frater inuidia diffundit̄. Latētes causas singularitatis diligendi atq; inuestigabiles habet omnis dilectio: & emanationes infrenabiles ad obiectum. Unde qui nō aut minus diligit̄/aduersus dilectū inuidia seu odio aut offendiculo iniuste mouet̄: cū q̇ diligit̄/solūmodo diligētis placito diligat̄: ac etiā multa iniuste diligant̄: & multa iusta dilectione priuent̄: & sine ꝓcuratiōe dilecti vt plurimū sit/dilectio impendat̄. Quid nāq; cause poterat adesse oīno vt isaac plus esau/ rebecca iacob animo plus amaret: nec esau blandiebat̄ patri/nec iacob matri applaudebat: & ip̄m posteriorē priorē fecit in hereditate ꝑire? Nō ergo ex hoc debet esse inuidia inter fratres: q: in amore nō equant̄ apud parētes: cū nō videāt dilectiōis causas latentes. Nā si forte isaac ꝑamabat esau rōne venatiōis & primogeniture: rebecca iacob propter virtutis insigne: vnde remouēda est causa inuidie. Si vero esau habere videbat̄ causam iuste q̄rele/similiter & inuidie: q: iacob pacto vilis edulij eū priuauerit primogenitis: pot⁹ debuit arguere voraginē sui ventris. Si q: suā surripuit benedictionē argumēto materno: magis stare cōtentus debuit decreto paterno: q̇ post cognitā fraudulentiā & surreptionē nō mutauit benedictionē. De iure nāq; diuino scit̄ esse parentū/ꝙ ꝓ velle distribuāt/& hereditario iure relinquāt filijs ſm maius & min⁹ que proprijs sunt parta sudorib⁹ atq; studijs aggregata. Decretū nāq; paternū in donarijs/in honorib⁹ primationib⁹ atq; relictis: causam inuidie in cordibus/q̄rele in lingua debet abscidere ad inuicē filioꝝ. Et si nō aliter/saltē reuerētia decreti paterni frater in fratrē quantūcūq; in omnibus potiorē debuit reprimere inuidiā: refrenare q̄relam: nec etiā debuit in opus malū erūpere. Quid oberat fratrib⁹ ꝙ ioseph a patriarcha iacob plus ceteris amabat̄: & ipsi cū suo modulo amarent̄? Nō eīm amoris vt aque vena violēter diuertit̄: nec q̇sq; potest ad se amorē alterius plusq; velit diligens inclinare: & ipse sepe q̇ diligit/retinere nō possit: nec amoris vena quin ad placitū effluat/possit intra retrudi. In quo derogabat̄ ceteris fratrib⁹/ꝙ ioseph induebatur polymita & talari? Etenī ipsi ſm paternā ꝓuidētiam vestimenta susceperant. Et p̄ter figure mysteriū aliq̇d placiti specialis habebat pater in filio: quo se ad eū singulari signo vigebat. Unde fratrib⁹ ceteris nō causa inuidie atq; odij eē debuit ad ioseph penultimū in ordine fratrū: sed potioris amoris: q: videbant ad eū inclinatum affectū paternū. Degeneres probant̄ filij q̇ acta paterna nō amant: q̇ q̄uis nō reprehendunt patrem ex actib⁹/tamē ei⁹ inuidebāt in filiū. Magna vō derogatio est in parentē/si nō diligūt filij/quē nouerūt patrē diligere. Et q̇dam volūtaria mutatio est paterni decreti: cū fratres ex his q̇ pater agit singulari⁹ in quempiam filioꝝ/inuidia cōpluunt̄. Quid demebat̄ fratribus/ꝙ somnia videbat ioseph: in q̇b⁹ superferri q̇busdam diuinis augurijs videbat̄. Uolebat enim deus sibi & nō alijs sua mysteria reuelare. Non enim oīb⁹ sūt diuina pandenda. Forte inq̇es: Ideo inuidebant & oderant/ ꝓ eo ꝙ apud patrē accusauit eos crimine pessimo: sed nec accusauit vt inuidus/nō vt odiosus/nō machinator iniqui. Alioq̇n ex iussiōe paterna in puritate cordis ad eos requirēdos in solitudinib⁹ nō iuisset. Quia vero nihil habebat versutie/nihil timebat odij vel inuidie: sed accusauit vt iust⁹ & maloꝝ actuū detestator: cupiens fratres suos potius habere correptos/q̄ felices habere in felicitatib⁹ peccatoꝝ: quod pot⁹ amorē q̄ inuidiā & odiū merebatur. Prouidebat̄ a deo dauid in regē pplō israeli pre omnib⁹ filijs isai: vt q̇d emulatio fert̄ in fratrē: q: ipse/nō alij fuerat a deo ꝓ ministerio tanto precisus? Potius gratulari debebāt quā

erat eoꝝ caro/os eoꝝ/vterinus eoꝝ/consemina
tius eoꝝ qui assumebaꝶ ad regnū. Et vnus esse
poterat/imo vnus rex esse debebat: nō oēs re
ges esse poterant atq̄ debebant. Filij dauid ce
perūt in simul inuidia propulsari: ⁊ plurimi viuē
te patre ꝑsumpserūt. In regnū vero pater quē
voluit/vniuerso israeli ꝑfecit. Hec omnia idcir-
co dixerim: vt inter fratres vbi ex omni pte tan
ta cōmunitas geritur/ꝙ inuidia/ emulatio ma-
la/schisma/discordia/⁊ omnis actio perperā ꝑ-
pellaꝶ: vt inter eos christiana iusticia vigeat: cu
ius vigor animos dirigit atq̄ cōfortat: cui⁹ du
catus oberrare nō finit: ⁊ in superna quos ducit
inobliquato tramite subuehit. Prohibet artio
ri mandato iusticia christiana omnē inuidiam
inter fratres: ⁊ diligentiori cautela occasionem
omnis mali auertit: ne frater inuideat fratri: aut
eū inhumane impieq̄ ꝯtractet: dū equaliter oēs
subduntꝶ paterno imperio/nullis suasionib⁹ pa
trem auertat a fratre: nec ad se magis ꝙ ad reli-
quos aliqua illectione inclinare coneꝶ: etiam si
dignū se credat amore/atq̄ primationib⁹ ꝑha-
beri. Lederet enim talis rectitudinē amoris: et
cōtra ei⁹ naturā vellet obliquare rectū aspectū.
Inobliquabilis est amor cū se prefixit in placi-
to: ⁊ si diligendi dignitate careret. Lux ipa inob
liquabilis est: etiā radiat in stercoribus. Fraus
cruda oīno reprehensibilis est a fratre paternū
amorem auertere: ad se aūt inclinare peccatoris
crimē/oīs criminis notā gerens. Studebit igiꝶ
bene cognatus frater amorē paternū seruare cō
munē: ⁊ ardentiorē in fratres ꝙ in seipsum face
re. Auertet paternā iram a fratre: ꝙuis iuste fie-
ret vitio sup eū. Estimabit se posse peccare: vt
etiā fratrū intercessionib⁹ indigeret: delinquen-
tium delictū nō aggrauabit in conspectu pater-
no: magis ꝗ̄ extenuabit: ⁊ conabiꝶ paterna ful
gura cōminantia/in pluuiam misericordie face
re. Quoniam naturalis ⁊ christiana iusticia cla
mat: q̄ vultis vt faciāt vobis hoīes/facite: que
nō vultis/facere nolite. Multo magis iubet fra
tribus vni⁹ seminis ⁊ propinquis in sanguine:
christianitate subiuncta/vt eadē lege ligentur.
Nō furabiꝶ frater paterna siue materna/i fran-
dē amoris fratru: nec quomodolibet appropri-
abit sibi q̄ de iure naturalis iusticie atq̄ christi-
ane debent esse cōmunia: ⁊ parētes ad hoc nul-
lis artabit articulis. Raptoris ⁊ furis non effu-
giet nomē/magis vero rem: si quis frater a fra-
tre parentū bona defraudet. Etiam prerogati-
uas deberet renuere: licet parentes libere pos-
sint ꝓrogare. Melius enim est cū cōmunitate re
rū fratrē habere cōcordē/ꝙ rē habere priuatā: ⁊
perdere aut habere occulte turbidū fratrē. Per
suadebit frater fratri q̄ bona cognouerit: nec si
bonus est/gaudebit ꝙ amētes/stultos/mōstruo
sos aut defectu notatos habet secū natos fra-
tres: aut q̄ seipso videt inferiores/aut q̄ in he-
reditate minores. Nec enī ex his reddiꝶ maior:
magis ꝗ̄ germanoꝝ infimitate notabiꝶ: ⁊ sepe
ob ipsoꝝ causam mallet esse ignot⁹. Et si potior
in hereditate nō ꝑ equale diuisa letabiꝶ: vt suū
potius sit ex eo ꝙ ad fratrē factū est min⁹. Mise
rū ⁊ errantē dixerim fratrē/q̄ ꝑamauit sensu ac
ratione carentē magis ꝙ rōne fulgentē: ⁊ in tan
ta cōmunitate cōsortē. Prohibet iusticia chri-
stiana de ꝑpinquoꝝ infimitate letari. Et nihilo
pendit ꝑminentiā visibiliū atq̄ corruptibiliū re-
rū: ꝙuis gaudere ꝑmittat de infallibili adhesio
ne virtutū/etiā si q̄s habeat ꝑ excessum. Hec ea
dē iusticia ꝑmogeniturā seminis partus ⁊ tpis
oīno nō nouit: ꝙuis aliter fuerit in lege gentiliū
⁊ in populo iudeoꝝ/atq̄ ꝑmittaꝶ in lege regum
siue regnoꝝ. Nā diuina sapientia oīa ꝑuidit ab
eterno: ⁊ in ipso ⁊ apud ipm nullius creature ra
tionalis tēporis pensaꝶ prioritas. Sed creatura
rū omniū ꝑcellentia ꝑ corruptibile ⁊ incorrupti
bile/mortale/⁊ imortale/vegetabile ⁊ nō vegeta
bile/sensibile ⁊ insensibile/ rationale ⁊ irratio-
nale/corporeū ⁊ incorporeū/virtute fulgēs ⁊ pal
lidū/iusta cōsyderatione decerniꝶ. Unde si quis
inter fratres rōne primogeniture debeat ꝑha-
beri: siue in hereditate partoꝝ ex paternis sudo
ribus/aut in regimine regnoꝝ ⁊ ꝑncipatuū atq̄
terraꝝ/si ꝑprio ⁊ singularis virtus non mereaꝶ
ex christiana iusticia nō mereꝶ: ꝙuis ꝑ ipsam ex
longa cōsuetudine ad maiora deuitanda pericu
la toleret. Nā ipsa nō respicit ordinē atq̄ priori
tatē temporis/sed virtutis. Proinde dauid de fi
lijs suis nō prefecit antegenitū ad regimina po-
puloꝝ: sed eū quē aspexit insigniorē claritate vir
tutū: ꝙuis in posteris regib⁹ primogeniture tē-
poris sit delatū. Nec christus ꝑfecit andream/q̄
ꝑmo venit ad christi noticiā: sed petrū quē ꝑin-
signē agnouit: q̄ nō est de ordie vere iusticie: vt
magis deferaꝶ prioritati temporis/ ꝙ dignitati
virtutis: si potior esset virtus ꝙ in primogenito
aut antegenito in nascentib⁹ posteris. Sed an-
te aut primogeniti/certo iudicio preornāꝶ virtu
tibus. Dignū vsq̄quaq̄ dinosciꝶ/vt in partici-
patib⁹ ꝑferanꝶ: dūmodo iustis hereditarijs ce-
teri nō priuenꝶ: q̄ de iure nature ⁊ christiane iu-
sticie pro equali portione debenꝶ. Ubi aūt in oī-
bus esset equalitas virtutis/tūc iure ꝑferꝶ prio-
ritati temporis: q̄ citius discerniꝶ prior in tem-
pore/ꝙ potior in virtute. Quā ob causam i mul
tis regnis/etiā fere in omnib⁹ ad vitandū schis-
ma regnoꝝ ꝑferꝶ tēpore prior/etiā virtute poste
rior: ne dissidiū oriaꝶ/dū potior in virtute reqri
tur. Nec dignū esset ex quacūq̄ iusticia: vt si mul
ti essent eadē virtute pollentes: ꝙ in principatu
⁊ regno/familia ⁊ domo plures principēꝶ: q̄ eo
ipso iusticia gubernatiua cōfundiꝶ/quo ꝑ mul-
ta capita principantia ministraꝶ. Sed quia hec
tractāda alibi locū habēt/ad fraternā ⁊ propin
quoꝝ iusticiā reuertamur. Iob enī se dicit fecis-
se extraneis/quod de oībus iusta lege fieri dico
ꝑpinquis. Dicebat enī: Oculus fui ceco et pes Job.ii
claudo: vt credamus ipm aut ꝑ suos subiectos
ꝑprijs membris priuatis taliter subuenisse. Et
ꝙuis ex christiana iusticia iuuare quomodolibet
imporē/omnib⁹ sit iniunctū: tamē propinquos

inexcusabiliter plus astringit si possibilitas as-
sit. Et illos magis arctat/quos maior ꝓpinqui-
tas ligat. Nam quod ex natura iuste debet/ gra
tia christiana nō remouet/sed cōfirmat ⁊ supap-
ponit nostra iusticia. Erunt igitur fratres atq;
proximi charitate vnanimes: ⁊ sine fraude/ si-
ne dolo/sine ꝑlatione/sine fastu viuentes: sub-
uenientes in cōmunitate membrorum: vt si vnus ali-
quo membro careat/alter cū suo importunitate
subueniat: nō datiōe mēbri/quod fieri nulla iusti
cia patit: sed interuentione obsequij/quod iube-
tur. Auertent ab inuicē mala: cōmunes amiciti
as ⁊ honestas querēt: inhonestas ⁊ reprehēsibi-
les deuitabit in cōmune/similiter ⁊ pro se face-
re vnusquisq;: ne aliquando ex malis amicis ex-
periat dehonestari fratrū ⁊ ꝓpinquorum cōmuni-
tas: ⁊ offerre offensiōes illis a quibus nulla pre-
rogat iniquitas. Si quēpiā viderēt dyscolū /cona
bunt corrigere: ne ipse pereat/⁊ ipsos ad pericula
ponat. Si vero nouerint cōtumacē/a cōuersatio-
ne rescindēt. Proscribet a verbis mutuis/vt nō
habeat vt frater aut ꝓpinquus/ sed velut ciuis
iniquus: ne sua iniquitas fiat alijs detrimētum
cū participijs cū ipso seruat. Cōsueuerunt enim
tales inimicitias ꝓcurare: ⁊ cū amicis discordiā
cū bonis quandoq; habere iacturā. Nec christi
ana iusticia patit: qui in posterum crudeliter vlci-
scatur. Si tibi reputas fratrē/ reipublice corru-
ptorē/inuasorē alienorum/sine causa iniurias alijs
inferentē/cōturbatorē amicorum/⁊ inimicorū co-
piam afferentē: dei est inimicus: cui corpus est fra
ter siue ꝓpinquus/reipublice atq; omnis iusticie
inimicus. Et si taliter nō valet celebrata corre-
ctio/corrigendus ⁊ puniendus ministris iusti-
cie in republica ꝑsentet: cū amore hominis ⁊ odio
iniquitatis. Melius est asit q vnus ꝓpter suam
iniquitatem iuste pereat/aut ꝓ suo scelere certis
simas penas luat: quam multitudo fraterna siue ꝓ-
pinqua non merita mala sustineat. Quod si ad-
huc ex subortis causis non emendaret iniquus
doleatur/fleatur/oretur vt diuina potentia cor-
rigat/quē humana potentia noluit aut nequit.
Memorent fratres atq; propinqui q vnius sunt
seminis/ne supra rapiant vltra cōdignum: ma-
gis vero christiane virtutis atq; baptismatis/ vt
nihil inter se cōmittant indignū. Et amor q de-
betur fratribus siue ꝓpinquis /decoret atq; fir
met validius cōmunitate baptismatis: nec na-
tura superaddat ad gratiā/sed gratia supaddat
⁊ decoret naturā. Justicia/ veritas/charitas in
uisibilis ⁊ actualis: q seruanda est inter omnes
⁊ maiori audacia securitatis/inter ꝓpinquos ⁊
fratres: nunquam melius seruabit quam consyderatiōe
protoplastorum ⁊ ꝓpinquorum parentū: cōsyderatio
ne cōmunitatis que in nascentibus ex natura cō-
surgit: quam consyderatiōe baptismatis ⁊ effusi ꝓ
nobis sanguinis dei/naturā nostrā assumentis
⁊ ad celestia regna vocantis. Cauebunt prouidi
fratres atq; ꝓpinqui/ne prestent aures zizania
seminantibus: vt diuidant ab inuicē animo: aut
postmodū separarent in facto. Uxoribus impo-
nent silentiū: ipsarum garrietum audire vitabunt: q
semper querulant ad aures vt diuidantur factis:
amātes potius singulariter viuere in egena ꝓ-
prietate quam cū multis in diuite cōmunitate. Nū-
quam vero cōmunitas in sua veritate seruata defecit
egentibus: dūtaxat in ipsa viuentibus diues est
cōmunitas: ꝓprietas vero in regione indigentie
tentoria fixit. Jn filijs ⁊ seruis frenabūt linguas
ne proferant implacita: docebunt reuerentiam
⁊ obsequiū ad placita cuncta. Conabunt maio
res sine fraude seruare iura minorum magis quam fi-
liorum: curabunt expedientia hominis vtriusq; si
relicti fuerint absq; patre. Si prohibet patribus
ne ad iracundiā filios prouocent: multo magis
maioribus natis/ne minoribus inferāt damna
doli. Minores defuncto patre maioribus obe-
dientiā prestabūt filialē: dū in illis paternā co-
gnouerint pietatē. Et siquidē si omnino expedi
erit rerum ⁊ habitationū celebrare diuortia: dum
cōiunctim animorum nō seruat vera cōcordia/ver
ba ebulliunt/scandala surgūt: tūc erit melius di-
uortiari cū pace/quam residere cū lite. Et taliter fi-
at diuortiū rerum q vnitas maneat animorum. Nec
pro vili re velit perdere fratrē/quē amare tenet
vsq; ad mortē: pro quo sepe ponit vita/dum ab
extraneis irrogat iniuria. Abraam ⁊ loth se mu
tuo diuiserūt iurgia deuitantes: malētes corpo-
rum ⁊ rerum/quam animorum habere diuortiū. Et quia se-
pe cōtingit minorē suspicatū se decipi aduersus
maiorē querelā habere in animo/ emittere verbo
⁊ velut rerum ignarum: nec tanti potem carere auda-
cia postulandi: ꝓinde ad claritatē dilectionis/
quā nullus debet in alio maculare: ad pacis et
vnionis vinculū irruptibile ꝑseruādū maior di
uidet minori/⁊ optionē prestabit. Concedetq; tē
pus deliberate virtuti: patiet habere cōsilia: ne
ferat in preceps. Sed eligat est melius. Et ali-
ter maior fuit sibi de iure sortitus: atq; eligendi
licentiā est largitus. Quod abraā loth fecisse sa Gen. 13
cra scriptura cōmemorat. Et exinde fuit ꝓ iure
susceptum atq; firmatum: vt maior minori diui
dat/⁊ qui minor est eligat. Jllegittimos fratres
aliunde preterquam secundum matrimonij leges susceptos:
quamuis reprobat atq; priuat humana seu impera-
torum iusticia: nō tamē reprobat atq; priuat chri-
stiana iusticia. Qui quamquam nō possint ingredi seu
cōsequi paternas hereditates: nō tamē eos de-
spiciant/qui sunt legitimi fratres: nec eorum boni-
tas fuit q lege matrimonij de bona natura sūt:
nec fuit illorum iniquitas q preter regulam matri
monij sic nati fuerūt. Et licet nati sunt preter le-
gē matrimonij: nati tamē sunt de seminaria vir
tute nature: nec qui dicunt legitimi/ nascuntur
de regula ⁊ ordine matrimonij: nec cōcipiūt nec
pariunt ordo aut matrimonij regula: sed nascū
tur de bona seminaria naturaliq; virtute secundum or
dinē ⁊ regulā matrimonij. Unde vtrorumq; no
scitur seminis ⁊ nature cōmunitas: quamuis in con
cumbendo defuerit coniugalis honestas. Nec in
his q spurij ⁊ bastardi vocāt/siue naturales/ de
fuit humana figura in corpore: nec similitudo ⁊ ima-

q̄ꝺ ꝺeitatis in m̄te. Ac ꝑ hoc q̄uis honesta nō
fuerit cōcūbēdi cōditio: pulchra tamen fuit ſm
nature ordinē ipa cōceptio. Nec ex cōcubit⁹ ꝺe
honestata cōditione/turpat pulchritudo natu-
re. Porro nature bonū elucet ex oībus clarius:
q̄uis ibi nō fuerit regula nuptiaꝝ. Bono natu
re in hoc nihil est adēptū/si nō fuit iustū cōiu-
giū ꝓpter libidinis siue adulterij malū. Nec le-
gitimi ab istis aliud habuerūt cōceptionis initi
um: neq̃ nascēdi honestiorem modū. Proinde
nō ꝺespiciant cū q̄bus est omnis natura cōmu-
nitas: q̄uis ꝺefuerit nuptiaꝝ honestas. Nō ꝺe
spiciant in quibus ꝺiuina imago eque refulget:
quos ꝺeus nō ꝺespicit: quos creauit atq̃ rede-
mit: q̄bus eternam vitam si voluerint repromi-
sit: q̄ eandem sortiti sunt fidem: qui sub eisdē sa-
cramētis militāt regi regū: q̄ precedere pnt mul-
tos legitimos acquisitione virtutū: q̄bus nō ob
stat illa inhonestas ad supernū regnū: vbi nul-
la ꝺistinctio cōceptionis/sed glorie atq̃ beatitu-
dinis. Et si olim ex lege humana ꝓhibebantur
nūc vero ꝺe iusticia christiana gubernant: τ q̄-
uis vigor humanaꝝ legū vsq̃adeo ꝑdurauerit/
q̄ etiā adhuc hereditate priuent. Nō etiā repro
bat hoc ista iusticia/vt ꝑhonorent filij legitimi
ꝓpter legē matrimonij: τ auferat atq̃ refrenet
mulieꝝ audacia lasciuaꝝ: q̄ se vltro viris offer-
rēt/vt filios susciperēt: quos hereditate ꝑesse pre
scirēt. Ac multi filij ꝺarent honorib⁹/quos nū-
q̄ ex militib⁹ susceperūt. Et nulla in filijs poti-
or esset cōditio honestaꝝ matronaꝝ a cōditioni
bus ancillaꝝ: si hereditatē earū filij cōmuniter
sortirent. Et frustra ꝺarent ꝓ oneribus matri
monij: si vxorū τ cōcubinaꝝ filij equarentur. Ni
hil attulit vicarijs cōcubina: plurima solet affer
re q̄ vxor est vera. Proinde nō īmerito etiā chri
stiana iusticia repellit ab hereditate: natos sine
matrimonio. Quā iusticiā sara prenoscēs ꝺixit
ab abraam virū suū: Ejice ancillā τ filiū ei⁹: nō
enī erit heres fili⁹ ancille cū filio meo isaac. Sȝ
nec ꝑtulit filiū suū filio ancille: q: illa libera/illa
ancilla: sed q: malignitatē hismaelis agnouit: q̄
ꝑsequebat isaac ad interitionē hominis vtriusq̃
ꝺū ad idolatriā eū inuitabat: τ tanq̄ animatus
eū sibi volebat habere subiectū. Ludebat enim
cū eo: q: ludus ꝺeceptio est/si a maiore ad mino
rem infert. Sed cū abraam moleste tulisset: ac
si eū vellet parificare cū filio libere/nisi sua mali
cia ꝺemeruisset: a ꝺn̄o ꝺatū est ꝺe hac questione
ꝺecretū: vt ſm q̄ sara ꝺicebat/abraā audiret pe
nitus vocē eius. Nec te moueat q̄ filij ancillaꝝ
iacob coequalem hereditatē vxoꝝ filijs sūt sor-
titi: q: iacob patriarcha tam sanctus non acces
sit ad thorū ancillaꝝ/nisi ꝺe voluntate vxorum.
Ut q: nō habebant ex seipsis/saltē sumerent ex
ancillis: τ qui nascebant/nascebant vxoribus/
nō ancillis: nec vxores sic natos fouebāt vt ali-
enos: sed velut in earū ventre conceptos: τ ap-
pellabant ꝓprios filios. Et ipse velut ꝺominus
in ꝺei populo ꝺispēsabat: τ lex quedā erat quod
ipse mādabat. Necnō in ista christiana iusticia

pōtificū τ imperatoꝝ ꝺispēsat autoritas: vt his
legitime ꝺet hereditas. Sed quod talibus non
fit ꝺe iure testamēti paterni: fiat tamē ꝺe chari
tate supnaturalis remedij. Tenentur enim fra-
tres inexcusabiliter eos alere/fouere/non turpi-
ter pertractare: ꝺiligere ꝓ cōmunitate nature:
necnō τ pro volūtate paterna/quā sciūt ad hos
filios inclinatā: licet viderint legū autoritate fre
natā. Magis ꝟo ista suadet christiana iusticia:
que nō ꝺiscernit hoīes in ordine ad ꝺeū/nisi per
virtutes atq̃ peccata: quāq̄ in ordine hui⁹ vite
ꝑmittat fieri multa. Sed ad oēs fratres ista iu-
sticia clamat/vt nō reddant mala ꝓ malis: sed si
possibilitas assit/reddant bona ꝓ malis. Hoc
enim τ ioseph in egypto fecit fratribus suis: et Gen. 45
cū omnes potuisset impune pariter morti trade
re/si eū agitasset ira zelotica in vltionē q̄ eū ode-
runt occidere voluerunt: τ vt crudele mancipiū
exposuerūt cōmercio iustū/inocentē τ piū. Sic
armauit eū pietas humana/cōmunis natura/ꝺi-
lectio fraterna/gratia ꝺiuina: τ eos preseruauit/
aluit τ ꝺitauit. Hec eadem lex ꝑut interest/serue
tur inter sorores: siue habeant siue non habeāt
fratres. Sed inter fratres atq̃ sorores stabilia
tur iusticia: vt inter eos seruet oīmoda pudici-
tia: ne velut amon ita ꝑfixo intuitu frater sororē
aspiciat: vt eā animo libidinose cōcupiscētie con
cupiscat: q̄ agitatus a pruriente libidine concu
buit cū sorore: q̄ cōcubitorē aliū occidisset si sci
uisset. Uide igit quanta cū sororib⁹ iusticia pu-
dicicie est seruanda: vbi tantū exagitat infruni-
ta luxuria: vt omnis pellat reuerentia/oīs ꝺepri
mat verecundia necessaria. Nullus frater presu
mat sororem adultā tangere nuda carne: in eāȝ
oculū figere: nec fixū in se ꝺiligere/ꝺeuitet oēm
ictum/ꝺeuitet secretum/renuat obsequiū/vbi ta-
ctus nascit manuū: maxime si formosa/si iuue-
nis/si apta/si amabilis/si audax/si procax/si cō-
ceptioni studet. Similiter soror fratrem calami
stratū/τ egregie forme pompatice incedentem
omnino ꝺeuitet. Ubi enī securitas est ex propin
quitate/ibi ꝺiabolus infallibiliter ꝺecipulā ten
dit. Nulla superflua est cautela/vbi viget natu-
ra corrupta. Nec vir adustus ab igne libidinis
cōsyderare nouit sororē/sed mulierē: quem soror
nō cogitat fratrem/sed estimat aliū hominē. Nō
vilipendant fratres/q: sunt mulieres: sed hono
rent ꝺebitis atq̃ honestis modis: q: sunt natu-
ra similes/q̄uis sexu ꝺissimiles. Maior ꝑfecto
est nature similitudo/q̄ sexus ꝺissimilitudo. Et
se mutuo ad aliā vitā ꝺiligant atq̃ ꝺirigāt: pro
qua se norunt esse creatos. Ne sint aman fratres
quomodolibet ad sorores: pusillanimes enim
sunt/τ sepe ad sinistra ꝺeclināt. Nec ꝺetineant
ꝺiu apud semetipsos a philargyria ꝺetētī/post
q̄ ipsas viderint etate ac oīmoda volūtate nubi-
les: cōsueuerūt enim ꝺiu ꝺetente ꝺomuȝ fedare
paternā. Si ꝟo ipsas cognouerint firmo propo
sito aspirare in celibem vitā: tanto eis sint cha-
riores/quāto mūdiores: nec molestent eoꝝ con-
scientiā/si volūt firmiter pudicitiā: τ in hoc con

temnāt voces atq̧ iudicia q̄ pferunt in contra-
riū castitatis. Dignius nāq̧ gloriosiusq̧ peni-
tus esset/christū q̄ terrenū regē p sorore habere
cognatū. Sūmope caueāt sane germani: ne sus
cipiāt verba vxoꝝ ad detrimēta sororꝝ. Sepe nā
q̧ vxor omnē amorē ad virū suū estimat odiū: ꝛ
suā reputat fraudem/si vir diligat iusta lege soro
rem. Teneat vxor gradu suo: ꝛ soror ꝑmaneat or
dine suo. Nam lex matrimonij non excludit so-
rorem: lex nature atq̧ christiane iusticie non ex-
cludit vxores. Miseria ꝛ iniquitate circūfusus ē/
qui alteraꝫ ledit ex altera. Multe pfecto ex hoc
ad mala patrāda viam compendij captauerunt.
Itaq̧ stantibus his q̄ diximus/fratres sic suas
tractent sorores/sicut ipsi vellēt tractari si essent
pauide mulieres. Sed odiū euangelicuꝫ ad hūc
Lu.14. amorem iuxta ponatur. Quia qui non odit fra-
tres aut sorores: vt saluator ait/non potest chri
sti esse discipulus. Et q̄ nō est discipulus christi/
diaboli esse ipse conuincit: ipso dicente: Qui nō
Lu.11 est mecum/aduersum me est. Quod non solū de
moribus/sed de doctrina intelligit. Nam ex do
ctrina suscipiūtur mores: ꝛ moribus doctrina ꝓ
ficit. Quod odium non tendit in ꝑsonam crea-
tamq̧ naturā: sed ad id q̄ frater fratri/frater so-
rori/sororq̧ fratri ad diuina impedimenta pstа-
ret. Exagitat me sermo veteri mei: vt aduersus tē
pora funesta declamem: in q̄bus pene omnia p
cedere vident in tenebris: nā omnis crudelitas
omnium nationū ad ppinquos ꝛ fratres/ꝛ om-
nis inhonestas ad sorores in christianis noscit
reuixisse: vt retardari non possit a malo nature
cōmunitas/moꝝ honestas: nec ipsa gratia chri-
Gen.4. stiana/qua solum sperat pueh i ad supna. Reui
xit Cain: qui ob solam inuidiam peremit pdito
Gen.21 rie fratrem. Hismael/qui ꝑsequebatur Isaac ad
Gen.27 vtriusq̧ hominis mortem. Esau/qui abs re vo-
luit interficere fratrem/vt impune potuisset: isaac
Gen.37 patris pstolabatur ꝛ mortem. Inuidia/ira/im-
patientia filioꝝ Jacob aduersus iustum ioseph/
in christianis fere vbilibet locum habet: vt nec
frater fratri pacifice loqui possit: vt frater fratrē
oderit/occidere velit si possit: ac etiam pcio ven-
dat more illoꝝ fratrem: duꝫ magis amat/querit
2.Paral.21 ꝛ vult q̄ ipsum pecuniam aut hereditatem. Re-
uixit crudelitas regis Joram: qui postq̄ assum-
ptus fuit in regeꝫ/omnes fratres suos interfecit
gladio/zelo malo pcauens futurum equalē/aut
sui regni raptorem. Quotquot fuerūt in popu-
lo iudeoꝝ atq̧ gentilium vt vtriusq̧ chronica ꝛ
historica facta retexūt: qui crudelitatem ob tur-
pem damnatūq̧ respectum in fratres pegerunt
in christianis vt plurimum repullulauerunt. Ex
retroactis tempibus audiuimus nostrisq̧ tēpo-
ribus vidimus fratrē: vt tota paterna sibi ascri-
beret hereditas/interfecisse germanū aliūq̧ p-
pinquū: ꝛ vt offiū domīaut ciuitatis ageret abs-
q̧ collega/tradidisse crudeliter exicio vterinum/
pꝑter pecuniā fratri abstulisse vitā. Necnon ꝛ
similia pꝑter ista fecerūt in parētes/in quos fue
rūt crudeles: quia occiderūt ꝛ matres/quas sepe

viduauerūt. Adhuc incestuat ꝛ stuprat Thamar 2.Reg.13
lubricus frater Amō in lubricis christianis/vt
frater cū sorore libidinosa cōmixtione ꝯcūbat: ꝛ
puet pudoris lilio anteq̄ sit tradita viro. Abijcit
hodie inter ppinquos honestas: ꝛ pudicitia san
guinis iacet pulsa p foribus. Nulla pōt esse nisi
cū difficultate custodia/vbi est germana securi-
tas: vt videat absonū dicere vt inter fratres ꝛ so
rores custodia celebret/q̄ soroꝝ pmi deberēt es-
se custodes. Cui ergo custodiēda dabit mulier/
quam oportet pseruare a fratre: cui cōmittetur
pseruāda extraneo: si ne fedet/abstrahit a ppin-
quo: ad nullos pterq̄ ad ppinquos iure huma-
no hec cura debetur. Ex iure autem diuino nisi
p violentiā non potest honestis hec cura cōmit-
ti. Qui frēs sūt ꝛ pximi/mulierū debēt esse custo
des: q̄ sepe si turpant ab alijs/ł gladio sunt vltō
res. Sed prohdolor q̄ sorores atq̧ ppinq̄s ab
alijs tuerent: cū eis impune ꝑniciosa securitate
clādestine fornicant. Proinde si custos effodit
thesauꝝ/ꝛ thesaurarius asportat aurū: custodie
nullū erit remediū. Si pastor lupus efficit: inua
cuū balat ouis. Supꝫ succēsam domum a pprio
possessore/vbi de vicinarū periculo nō timet/nul
lus effundet aquā. Magis vero supꝫ occultum ꝛ
inopinatū malū nullus opponet medelā. Quā-
obrem inuisibilis hostis ibi pedicam ponit/vn-
de auferri neq̄t. Pelliceus gloriosus Herodes Mar.6.
rex adhuc mortalitate damnata regnat in chri-
stianis: vexillificat imitabiliter vt vxoreꝫ fratris
subrepticie atq̧ incognite accipiat alter frater:
contra quos etiam nūc Joannes/scꝫ christiana
iusticia ex euangelio clamat: q̄ nemo p explēda
libidine vxorem fratris accipiat: quia ipsa iusti-
cia damnat. Seruet igit christiana iusticia in-
ter fratres/ppinquos atq̧ sorores: depulsis vi-
tijs/adhibitis subuētionibus: ꝛ toleret omnino
iniuria ꝑperā retributio: neq̧ fiāt fraudes: ꝛ do
li non irruāt: omnis omnimode pudicitia reser-
uetur. Ipse autem christus in bonis fratrib9 ve
rus est frater: q̄ nobis ꝑ carneꝫ factus est frater.
Et pudicus est in fratribus ꝛ sororibus qui faci
unt in hoc ꝛ in alijs voluntatem altissimi patris
eius: ꝛ tales appellat suos frēs ꝛ sorores: in q̄b9
iusticiā quā impleturus aduenerat/ipse implet.

¶ De iusticia vitricoꝝ/nouercarū et priuignoꝝ. Capitulum V

Vitricos et nouercas atq̧ priuignos in retia sua trahit ipsa decora iusticia: vt omnis coniunctio preter eam omnino sit turpis: et penis ascribit tartareis omnem hominem ipsa carentem. Superductus ho mo a matre renupta super filios alterius homi nis ita tractet si egent/vt filios proprij seminis: quibus patre orbatis matrem abstulit: et quasi crudelis vultus super vulnus inflixit. Ad infeli citatem humanam atq̧ mundanā debuerat suf fecisse/q̄ mors pripuerat patrem: absq̧ q̄ super inductus matrem per matrimonij legem in suo dominio vēdicaret. Et q̄uis diuia lex atq̧ iusti cia christiana ad deuitādā fornicationem pmitt-

tas secūda ⁊ deinceps cōnubia: nihilominus sup-
inductus abstulit sepe filijs matrē: ꝯsensit in cru-
delē feminas / se ꝓpter libidinē filijs auferentem.
Quod si dicaꝰ nō ꝓpter libidinē nuptias iteraſ-
se: sed vt ꝓlē susciper̄ ampliorē: cōtra hāc iusti-
ciam fulminat sententiā: ꝑ eo ꝙ susceptam atq͡ꝫ
certam relinquit: ⁊ futuram ⁊ incertam expectat.
Qualis enī est amplior ista ꝓlis affectio / vt filij
querantur ⁊ filij exponantur exicio? Exposuit pe-
nitus q̄tum in se fuit / feralis anime mater ma-
millicos filios / ⁊ pupillaris etatis sua ope peni-
tus indigentes / si dimisit inalitos. Filios que-
rere / filios male relinquere: nescio que vtilitas in
vtrisq͡ꝫ. Sed nulla in affectione prolis applau-
dat / si filios alendos reliq̄t: non ꝓpter ꝓlem / sed
ꝓpter incontinentiam aut aliquam violentiam
fecit. Idcirco dixerim superinductū ad hos pri-
uignos christiana lege teneri: q͡ꝛ si deus ꝑ mor-
tem abstulit patrem / ipse per coniugium abstu-
lit matrem. Sed de ꝑ fornicationem accipienti-
bus non daꝰ hic doctrina: quia eos nō includit /
sed excludit iusticia christiana. Hec ꝑ tāto dixe-
rim: si filiaſpatres omnino gubernatore carēt: vt
ꝓbabiliter desit illa ꝓpinquitas / cui gubernan-
di matre relinquente incumbebat officiū. Nam
vitricus filiaſpatribus ꝯnexus est per eoꝝ ma-
trem quam accepit vxorem: vt si ipse cū ipsa ⁊ ip-
sa cū ipso facti sunt caro vna: ⁊ mater cū filijs su-
is similiter est caro vna. Ex quo erit filiaſpatrum
cū vitrico quadā secreta lege christiana iusticie
coniunctio magna. Filij etiam qui nascenꝰ vte-
rini / cum filiaſpatribus erūt: ⁊ ipsoꝝ erit indisso-
lubilis connexio: ⁊ in cōmuni vocabulo vocabū-
tur fratres carnis: ꝓpter vnitatem vterinaꝫ per
veram legem maternam. Et q̄uis vnitas semi-
nis desit: vnitas coagulationis in vētre vno nō
defuit. Et si nō sunt ex eodem semine patris / sed
tamen ex eisdem sanguinibus matris: ⁊ per ean-
dem portam habuerunt ingressum in mundum
hūc quē incolimus tenebrosum. Prospectabit
desuper superinductus homo: connexionē vtrā-
q͡ꝫ aspiciet: ⁊ videbit se debitorē qui eis abstulit
matrem. Ingredieturq͡ꝫ aulam christiane chari-
tatis: vt ibi se induet viscera charitatis: ⁊ orbatis
vtroq͡ꝫ parente: vno per morteꝫ / altero per hanc
legem: se constituet curatorem / autoreꝫ / tutorē.
Et filiaſpatrum non ꝑ naturam / sed per pater-
na officia se faciet dulcem patrē: ⁊ eoꝝ bona cu-
rabit / augmentabit / fouebit: quia matrem abstu-
lit que fecisset. Necnon ⁊ p̄uignos zelabit zelo
ꝓprioꝝ filioꝝ / si sibi zelādi aderit opportunitas:
nec alios zelatores habebūt quibus zeletur ho-
norabilis castitas: nec in ea aliq̄d inhonesti ten-
tabūt. Prohibet diuina iusticia turpidinem fi-
lie vxoris sue penitus reuelari: ⁊ si fieret punire-
tur: ⁊ ipse perderet iura ꝓpria in vxore. Ipsi ve-
ro in omnibus venerabuntur vitricos more pa-
trum: vbi ab eis paternam curam suscipiūt. Si
bona paterna non aderūt: ꝓuidebit ipse facul-
tatem librante iusticia: q̄bus inexcusabiliter ex
quadam diuina ⁊ occulta iusticia ꝑ tanto tene-
biꝰ / ꝑ q̄nto dāno intulit auferēdo matrē. Nam si
crudelis mater viꝝ nō inuenisset / inuenisset ama-
siū. Ego vero inquā certissime ꝙ hec cura nō erat
a deo tibi cōmissa: vt huiuscemōi matrē accipe-
res / vt fornicationē ipsa vitaret: de se solū / nō de
alio vbi occasionaliter corā deo vnusq̄sq͡ꝫ teneꝰ
reddere rationē. Si aūt filiaſpatres ex matre re-
linquēte nihil ꝑtulerūt incōmodi / liberi erūt vi-
trici: tn̄ inter eos seruabiꝰ christiana iusticia: ⁊ il-
la moꝝ honestas ⁊ obsequioꝝ exhibitio / ꝓuētio
in honoribus: ꝓut dictat ista ꝯnexio ⁊ antiq̄ cō-
suetudo: ⁊ sicut postulabit moralis fides: q̄ noui-
ter fundata ē in vnius singularitate ꝑsone / in le-
ge ꝯiugij secūdas aut deinceps nuptias ipsa re-
nēte / in lege nature matre manēte. Ad nouercas
vero eque vel amplius ista iusticia loquiꝰ: vt fili-
aſmatres vt ꝓprias filias atq͡ꝫ filios si nō habēt.
aut si haberent / vero amore / sedula cura / solerti
cautela diligāt / foueāt / atq͡ꝫ custodiāt. Cuius ge-
nere ex millesimo fere vna reperiꝰ irrep̄hensibilis
que huius infausti vocabuli nō habeaꝰ ip̄a per-
actrix. Nā nouū p̄ncipatuꝫ ipsa exercet in quos
inuenit apud viruꝫ: q̄bus melius sepe si vrsa ca-
ptis filijs aduētasset. Cōsueuerūt fere semꝑ ma-
ledicte more anteq̄ filios ex viris suscipiāt / ter-
minare ꝑ p̄uignos: ⁊ incessanter q̄rulam emitte-
re vocem: ꝙ aut despiciūtur / aut minus debite ꝓ
honoranꝰ. Ascribūt p̄uignis masculis ꝓdigali-
tatem / furta / rerū dissipationē. A feminis vero re-
mouent honestatē: ⁊ ad iram conantur inflecte-
re contra eos pium in filios patrem: nec sufficis
ꝑ illoꝝ ⁊ illarū miseria ꝙ filiaſmatres sunt / nisi
earū malicia filiaſpatres fiant. Et nescio q̄ maio-
ra damna nouerca possit inferre: q̄ a filijs patris
amorē auertere. Cū aūt filios genuerint / extollū-
tur suꝑbia: ⁊ vigore natoꝝ crudelius renouant
nouercatū. Accēdunꝰ zelo inuidie ꝑ filijs ad nō
filios: auaricia compluunꝰ ad alios: ad ꝓprios
suꝑflua largitate descēdūt: latrocinanꝰ bona cō-
munia: exercēt furta ꝑ filijs: zeras obfirmant: ꝑ
archiuis nouas seras inueniūt: vt nil pateat il-
lis / suis vero nihil lateat: Et erit ab eis matrum
vt plurimum facies squalida / suffusa lachrymis /
cesaries inculta / lacera vestis. Filioꝝ vero suo-
rum nitida cutis / splendidus vultus / caput lotū /
ꝯtorta cesaries / bisi suta ⁊ polymita vestis. Stra-
uēt ad viros verboꝝ inexpugnabile bellum / or-
natū lachrymis / suffultū suspiriis / fulcitū āplex-
ibus: ⁊ sepe suauijs vt ipsos auertāt a recordatio-
ne ꝓmortue ꝯiugis: ad hoc deuenire tentātes vt
ipse amenꝰ ardētius. Quod vbi factū cognoue-
rint: nouā ilico exordiunꝰ telā: quā imꝑterinisse
ꝯtexūt: nouitate vero magis an veritate dicā: vt
a p̄oribus filijs patris auertant amorē / ad poste-
riosq͡ꝫ conuertant. Tētat mala nouerca ordinem
mutare rōnis: cū in amore paterno filios nititur
ꝑposterare. Ordo est naturalis iusticie: vt prior
natus / p̄or sit in amore. Hoc dico vt filij sunt: nā
si posterior p̄orē ꝓbitate virtutis excesserit: q̄ in-
sta causa est amplioris dilectionis: quia tunc di-
lectio non preposteratur ad filium / sed ad probi-

tatẽ virtutũ. Nõ frenabit animus malefide nouerce: qñ in hereditate puertere velit ordinẽ legalis iusticie: cũ suos filios posteriores/petit fieri heredi tate pores: natu priores/petit esse posteriores. In hoc allegabit infantiã: allegabit puericiã/debilitatẽ mẽbrox/ineptitudinẽ ad lucrandum: et abs matribus nõ amore/sed odio: nõ animo diligẽdi/sed versutia decipiẽdi: ascribet eloquentiã/peritiã: fortitudinẽ dicit adesse mẽbrorum/lucrãdi aptitudinẽ didicisse: relevãdos esse maternis ꝯsanguineis etiã si perirent: extollit illos vt deprimat: suos infimat vt extollat: non cessabit cuz verbis/a lachrymis sepe loquet: donec adhibeat alios quos a viro noverit eẽ dilectos: donec suos filios eis quos nouercat/quomodolibet anteponat. Et si retundit verbis ꝙ absonum esset cõplere iure legali: et scãdala et scbisma ta essent inevitabiliter inter fratres: et pceptum est in lege domini ꝙ vir diligens vxorẽ secundã magis ꝙ pmam: filios dilecte potare non poterit filijs non dilecte aut minus dilecte pons: et quod dicit/eadem iusticia reconuertit: tunc nouerca eñ omni fera/crudelior omni serpente astutior se ad callida cõmenta conuertet: vt fiãt ante donationes/pecunie/progationes abs matribus inscijs: et ipsa se offert archiuum custodire: spondet oĩno secretũ: adducet charos quos habet consortes: vt si velit depositorios faciat: et res in posteruz lateat. Sed ve misero patri: si tali nouerce sic nequiter suggerenti p re petita pstabit assensum. Probaret eñ amisisse rõnabilẽ et pprium sensum: et puersor esset ordinis naturalis/iusticie legalis turpator: amoris et legis eius destructor: magis ꝯsentaneus blandienti femine/ꝙ diuine iusticie. Ipsis vero nouercis subdole sic agentibus/iusticia poculum damnationis ppinat/nisi errata corrigant. Et quicquid furto/dolo/suggestione abs matribus est ablatum/iuxta posse restituant: ac ordinatione contraria ad id redeant bona vnde sunt nequiter deriuata. Magna miseria nouerca comprimitur: vt vicinos filiox atqꝫ amicos diligat: ad ipsoruz vero fratres infaustis emulationibus agitetur. Unde plerũqꝫ filiastmatres paternam domuz dimiserunt inuite: pcesserunt in peregre: p longa exilia perierunt: asciuerũt se latronibus: cum pdonibus expoliauerũt insontes/et cũ furibus patibula pertulerũt: non valentes ferre tyrãnidem/imo fraudem incessabilem nouerce. Priuignas sine culpa inculpauerũt ad patrem: infamauerunt verbis et apud notos famam pudicitie abstulerũt: et diuersimode intendẽtes in causam/ex qua ppria sepe corpora lubricarunt. Quis ergo medebitur nouercis iniquis: quis earum expiabit delicta: ꝙs lachrymas perimere/lachrymis ꝯfodere/interimere verbis dixerim? Sepe i multis vltimum genus infortunij nouercari: cui iratus est deus/incidet in eã. Sed aspiciat in animo generosa nouerca ordinẽ nature/legis iusticiã: et nihil eox sua ordinatiõe pmutet. Seminis cõmunitatẽ oĩno ꝯsyderet: ex quo sui posteri cuz poris sunt exorti. Appellet verbo filios: opere vero pertractet vt pprio corpore natos. Que filijs optat amicos/diligat ꝯseminatos. Nã quo iure nouerca pbabit diligere virũ: si nõ diligit filiũ? Quõ diligit patrem: si eius nõ diligat filiasmatrẽ? Quomodo diligit quẽ alit in pprio vẽtre: si eius nõ amat fratrẽ cõmunẽ in semine? Adiungit his pia nouerca gratiam christianã: et filiasmatres ea lege pcuret/qua suos si ad hãc venirent miseriam/optat ab alia pcurari. Et nomen nouerce vincat materna virtute. Mater fiat ministerio/ꝗ pariẽdo non fuit. Intueat acutius alio ꝙ oculo corpali: qñ imago et similitudo dei in suis et abs matribus eque refulget/put a domino sunt creati: vno sanguine sunt redempti: vna fide signati: vnam vero vitam que vocatur eterna/pariter expectãtes. Filiasmatres vero nouercas venerent: vt matres defectibus indulgentiam dantes: et si non meret eax cõditio/deferat tamẽ honore paterno. Honestas seruetur ad eas velut ad pprias genitrices: quia improperatus est defectioni ascriptus ruben/ꝗ paternum cubile maculauit. In lege vero phibet. Absolon vero qui contra fecit/interemptus est eo merito alijsqꝫ adiunctis. Quid ergo dulcius in cõmuni habitatiõe post mortẽ patris/matrisqꝫ discessum: ꝙ ꝙ ꝗ non sunt parentes natura/fiãt parẽtes gratia: ꝗ pater non est in semine/fiat in gubernatione: que nõ genuit/fiat charissima nutrix: ꝗ cõcepti nõ sunt in feruore libidinis/fiant filij vere dilectionis: vt eo sit gloriosior et iocũdior pater/quo habet filios sine corruptiõe carnis: et mater leta ꝯgaudeat/quia filios habet/partus nõ experta dolores: et noua sit materia exultãdi: cũ habeãt filios ex corruptiõe carnis: et filij habeant filios castitatis. Sepe multi sine aliquo pcedenti ꝯnexu filios adoptarunt. Et filia pharaonis adoptare voluit sibi p filio Moysen filium ex hebreis. Uxores Jacob voluerãt habere omnino filios ex ancillis. Omnipotẽs deus nõ omnes voluit habere filios p gratiam: qui esse poteramus minime per naturã. Animalia terrestria alienos nutriunt natos: similiter ipse fecerunt et aues. O ꝙ pulchra paternitas cum castitate: ꝙ decora cũ honestate maternitas: quam laudabilis filiatio ex ꝗ pater nõ est succensus in carne: mater nõ angustiata in vẽtre/ois implet christiana iusticia. Dabit meritũ bonum bonis vitricis et nouercis/similiter et puignis: et mala malis retribuent digna dignis.

Exo. 2

Gen. 30

¶ De amicitia. Capitulum VI

Honorabile/amabile/desyderabile nomẽ amicitie diu ꝗsitũ raro vero inuẽtũ/realiter difficillime seruatũ. Christiana iusticia excedens super omnẽ iusticiã ipsam amicitiã partim cũ alijs: partim p excessuz exornat. Sz anteꝗ applicemus ad ipsam iusticiã errorez venãtes: flumẽ/riuulos/mare in quo se colligit/videamus. Cuius veritatẽ nũꝗ videre atqꝫ intelligere potuerũt sapiẽtes mũdi: neqꝫ philosophi naturales: neqꝫ ꝗ vnius dei atqꝫ creatoris fide caruerũt: sed

nõ intellexerũt legẽ datã populo manu Moysi. Ab eo aũt tempe quo altissimo placuit mundũ renouare doctrinis: ꝛ ꝑ suã corꝑalẽ ꝑsentiã ꝑ assumptã carnē in vnione diuine hũaneq; nature se hoibus exhibere: quotquot in eũ nõ crediderũt/ euangeliũ eius nõ receperũt: de amicitia neq; de aliq̃ virtute verã potuerũt ꝓferre sententiam: q2 nec virtutes dicẽde fuerũt/ nec in ꝑsenti dicẽde sunt: q̃ sub creatore ſm varietatẽ tempoꝝ sua intelligibili lege in hominũ mẽte cõsistũt: atq; sub eadẽ lege eterno fine ꝑciso/ in actus exteriores ꝓsiliunt. Et q̃uis hoc absonũ sciolis videat̃: christianis speculatiuis in christi vita ꝛ doctrina fũdatis/ luce clarius patet. Sz ve semel ꝛ iterũ qui hãc virtutẽ ꝛ reliq̃s ſm Aristotelẽ/ socratẽ/ ciceronẽ/ varronẽ/ senecã legũt: allecti stylo rhetorico/ subtilitate disserẽdi: ꝛ scire ꝯtemnũt ſm legẽ aut scripturã veteris testamẽti/ dictatam virtute spũssancti: ꝛ ſm euangeliũ eructatũ per verbũ incarnatũ: quia solum cor eius per linguam carnis eructuauit verbum bonum: ꝛ qui eius virtute similiter sunt locuti. Ceteri vero si non per ipsum ꝛ ad ipsum verbum de hac virtute deficiũt/ imo atq; ꝓfecti inanes facti sunt. Proinde ad lumen huius veritatis pandendum/ esse amicitie oportet oculo intellectus inspicere. Amicitia custodia est amici: magis vero custodia est amoris: necnon ꝛ animi animeq; dicitur esse custodia: hoc eñ est esse amicitie ꝓut sub hoc nomine fertur. Custodire oportet amiciam eo amore quo custoditur placitum: super quo mens se accidẽtali delectatione fundauit: ne aliquid irruat quo destruatur visibile inuisibiliter habitaculũ mentis. Custoditur sepe corporis habitaculũ hũana peritia: ꝛ firmat̃ diligentia quã requirit. Anime habitaculum est amicus. Sepe imo incessanter habitat anima in amico: ꝛ in absentia inuisibiliter apud eum sedule hospitat̃: ꝛ requiescit in eo velut in lecto corpus. Magis vero amoris custodiam dixerim amicitiã. Semꝑ ad vbera pendet amor quẽ semꝑ expedit lacte nutriri: nõ ꝓsilit ex fasciis: velut infans oportet ꝯstrigi: in balneo expedit interdũ immergi: etenĩ improuise plerũq; turpat̃. Nunq̃ coalescit amor: nunq̃ suis pedibus gradit̃: nunq̃ firmat̃ quin cito pateret ruinam: nisi animoꝝ ꝓut corpoꝝ certissimus esset aspectus: vt q̃ta/ que/ qualis esset amicitia vtriusq;/ posset esse animus certus. Semꝑ suspectus est amor ne minus diligat̃ q̃ diligat: aut nõ diligatur sicut diligit: ꝛ a tertia lingua ꝯcutit̃: deficiẽtibus interdũ signis estimat dissolutionem. Interdum fastidit̃ ex nimio: aliquando ex modico torpet: deficeret omnino nisi gubernet̃ a fide: aut signoꝝ ꝛ nutuũ fomenta suscipiat. Que igitur erit amoris custodia/ si ex hoc amicitia nuncupat̃. Fide omnis tenet̃ amor: quatuor ꝑo virtutibus custoditur: vt infra cancellos prudẽtie/ iusticie/ tempantie/ fortitudinis includat̃: ꝛ nulla ipsarum a plaga quã tenet/ ad campestria ꝓsiliet egressum: ꝛ velut discipulũ doceat vnaqueq; rudimẽta doctrine. Nunq̃ vero a doctrina desistant: ipse vero discere nunq̃ cessent. Non eñ doctor effici põt amor: nulla sibi nisi ad obiectũ est actio: neq; tantũ discere vt vltra nõ egeat: q2 puer siue infantulus semꝑ ē/ nunq̃ senio appropinquat: fert̃ eñ cecus ꝛ surdus/ cũ placitum habet obiectũ. Et cũ se firmũ videt in placito: fere nõ suscipit disciplinã. A seipso caret amor custodia. Expedit oĩno a virtutib9 custodiri: quaꝝ ad eũ actio aliter infra patebit. Animi ꝛ animi custos est amicitia: animoꝝ nõ corpoꝝ dicat̃ amor. Quis eñ amat cadauer: q̃s vellet ex turpi amore cõmotus/ cũ exanimato corꝑe tẽtare cõmertia? Igit̃ inter animũ ꝛ animum ꝑma effusio est amoris: postmodũ ad adiecta. Proinde oportet intendere quo iure amicitia ē animoꝝ custodia. Nã si animi nõ sunt ad inuicẽ custoditi: non erit amicitia animoꝝ custodia. Duo autem animi se mutuo diligẽtes/ duo sunt specula viua: ꝛ quod est in vno/ resultat in altero: ꝛ quod ē in altero/ resultat in vno: ꝛ iterũ resultatũ resultat/ si ad inuicem apponant̃. Vnũ vero in altero suã fracturã ostendit. Nubilũ aũt existens recipit̃ in opposito speculo: sed oppositũ ipsũ nõ recipit. Ambobus albuginẽ habẽtibus/ neutrũ resultat in altero: nec imago q̃ ante in vtroq; apparebat. Erũt igit̃ duo animi/ due insignite imagines serenitatem habentes: quaꝝ vna ꝑ amorem in altera apparebit: ꝛ alterius recipiet apparitionẽ in seipsa/ cum seipsa apparebit in alia: ꝛ erit mira ꝛ mutua reuerberatio speculoꝝ ꝛ serenaꝝ imaginum/ sic ꝛ animoꝝ. Nã animus dilectus resultat ꝑ amorẽ in animo diligente. Si vero animus diligẽs rediligit̃: resultabit in dilecto cũ ipso dilecto. Custodia porro erit ad inuicem se amantiũ animorum: nõ q᷑ animus se custodiat in seipso/ sed q᷑ se custodiat i amãte amato. Nã in amato/ nõ amãte difficillime se custodit. Sepe certe frangit̃ nõ compensatus amor: vt amabit anim9 aut reamabit. Si ꝑmo amauit: aut irrationabiliter ꝛ tũc cesset: omnino brutalis est amor/ a iusta ratione deficiens: aut rationabiliter/ ꝛ tunc omnino se custodiat in amato. Quod eñ semel rationabiliter placuit/ nunq̃ placere non debet: quod si displicet/ erumpit in crimen. Et ꝑ rationem se custodiat in eo quod ꝑ rationem sibi fuit acceptum et amanti animo gratum/ vt ꝑter rationem nõ moueat̃. Circa dilectũ animũ aũt ratio ordini se ꝯsociat: ordo vero causa est ꝑmanendi. Si vero animus reamauit: forte volebat causari superbia/ si non reamaret amatus: aut q2 generositate gratitudinis voluit insigniri/ rependẽs vicẽ ad amãtem: aut extollentiã omnino cognouit in eo qui amorẽ iniciauit. Et forte ad eundem se inferiorẽ asperit vnde dignum duxit amorem rependere: aut forte amori ab aliquo insigniri q̃rebat: ꝛ ꝑuẽtus est a nesciente q̃sito: aut iusta ratio exigit: vt non solũ reamet̃ amorẽ inicians/ sed q̃escẽs meretur vt ad eum iniciaret̃ amor. Quodlibet horũ ex lege amoris cogit: vt anim9 in amato rõnabilit̃ vt ex suppositis iustis causis se in reamato custodiat: dũ semꝑ teneat̃ moderamẽ ab animo.

ad animũ: vt sit serenus/non caliginosus amor:
castus/nõ impurus: honestus ⁊ irrephensibilis
vt libera facie/apta fronte possit ad iudiciũ rati-
onis iuste declarationis/muerecũde atq; impaui
de cõuenire. Proinde amicitia custodia est ani-
mor: Rationẽ amicitie velle inuestigare in ex-
celsis animũ tolleret: ⁊ transcendit intellectũ ne
gantiũ creationez ex nihilo/⁊ nouitatẽ animarũ
quas fides purissima ꝓfitet. Ratio amicitie to-
ta pma ⁊ summa/vltra quaz nulla/ipse deus est:
ratio exemplaris omniũ rationũ existens: q̃ ami
citiã non statuit inter irrationabilia: q̃uis q̃daz
naturalis ab eis nõ cognitus amor sit in eis: aut
ratiõe silitudinis: quia sibi simile appetit: aut ra
tione generationis. Nec inter ipsa ⁊ rationales
creaturas amicitiã copulauit/ꝓpter incapacita
tem creature irrationalis/eius quod a creatura
rationali ꝓcedit. Sed inter ratiõales creaturas
quas etiam sui diffusiui amoris statuit esse capa
ces: posuit ⁊ esse voluit amicitie dulce nomẽ. Nã
dei ꝓuidentia infallibilis ordinauit decreuitq;
mandato: vt homines ratione fulgentes inuicẽ
amicarent in terris/quibus ipse amicabat de ce
lis. De lege fertur iustissima dominor: vt om̃es
serui mutuo se diligant/qui ab vno domino pre-
amantur. Et dilectio quam ad creatorez omnis
rationalis creatura tanq̃ a deo in amore ꝑuen-
ta tenetur rependere/cogit ad consimiles amica
ri: quia tali ratione diligendus est deus/vt dili-
gatur om̃e quod diligit. Et huiusmodi ratione
amor qui agitur inter homines/secuz stet: vt cũ
dilecto diligant ab ipso dilecta. Signatio vul-
tus domini sup omnes: ⁊ imago ⁊ similitudo ei
quibus sunt homines insigniti/adducũt inexcu
sabiliter omnes inuicem amicari. Una omniũ
animarũ natura/carnisq; traduce nos ad amo-
rem inuitat: vna materia ex qua facti sum: vna
forma humanitatis in omnibus: vna nascendi
⁊ moriendi cõditio: vna terra per quã gerimur:
vnũ celũ quo tegimur: vna lux qua perfundimur
debent iure inter homines indissolubilẽ amici-
tiam copulare. Sed nunquid inter omnes equa
lem? Omnino sic dixerim/nisi virtus preter ista
in aliquo plus apponat: ad quẽ tanto intensior
sit amicatio/q̃to eũ virtus pre alijs fecerit clari-
orẽ. Attrahit secreto animos virtus ad id quod
a deo gratis collatũ noscit: ⁊ firmat quod amica
tũ inuenit: ⁊ vinculat artius mẽtes. Proinde vir
tus perfecta ratio est amandi: nihil em̃ habet re
phensibile virtus. Quod rephendi ratione nõ
potest/eadem ratione diligit: quod reprehendit
dissonat a virtute/nec meret amorem. Igit qui
nõ amat: caretq; in splendorib eius. Et virtus
est dilexisse virtutẽ. Qui ad irrephensibile nõ af-
ficit/rephensibilis constituit. Profecto cogen-
tem rõnem habet virtus annexam/vt ad posses-
sorẽ eius plurimi: magis aũt omnes differentes
ab animalibus ratione habituali ⁊ practica veri
tate amicitie copulent. Amicant sane demoni-
bus qui nõ amicant virtutis alumnis: ⁊ federa
tenẽt cum vitijs/ qui se virtute pollentibus non

ascisscunt. Aurea tuba in silentio tubat: ⁊ ad oẽs
florida loquit virtus: ⁊ ad sui amicitiã sine cla-
moribus trahit. Nam post omniũ creatorẽ ra-
tionabilior ratio amicandi dicit virtus. Nam
si virtus non habet amicũ/cui amicabitur ho-
mo? Et si homo puro homini amicat/amicitia
est nature: super quam amicitia virtutis volitat
aquilina. Multi ambulauerũt ad lumen facula
rũ/similiter ⁊ stellar. Plures ad lumẽ lune sur-
rexerũt: coniunctim agẽtes negocia. Excesserũt
hunc numer qui se in aurore rutilationib asci-
uerunt: pluriores omnib his qui se cõglobaue
rũt ad splendidissimũ lumen solis: vt de ⁊ vir-
tus sit potior ratio amicitiã inter hoĩes generã
di. Non habet tediũ conuersatio amicorũ/vbi
virtus est mediũ: nec fastidium generat/q̃ respe
ctu agitur creatoris. Idcirco dixerim deum et
virtutẽ rationes potissimas amicandi: quia si te
nemur omnibus ex suprapositis rationibus ꝓ-
pter deum amicari: amicitia in hominibus vir
tutis potest esse defectus: a quibus amorẽ auer
tit creator omniũ deus: a quib expedit vt auer-
tat ⁊ proximus. Si autẽ aderit hominibus vir-
tus: seruat ad eos qui diuinus est amor. Et nos
amorem nostrum amori diuino coniungere ol-
no iusticia cogit: vt cum ipso amor noster gra-
diatur: ⁊ cum ipo quiescat: ⁊ cum ipso quem di-
ligit/diligat. Superi nempe ciues quorũ nunq̃
hic fuerit peregrinatio corporalis/in hoc eter-
no deo maxime sũt cõformes: nõ solũ q deũ dili
gũt ꝓpter seipm: sed q diligũt ⁊ odiũt/quẽ sciũt
ipsum diligere vel odire. Palmaris siquidem
amicitia ratio est/que sumitur ex iusticia chri-
stiana: sm quam iusticiam non amicari amaris
sima mors es. Nihil amarius q̃ nõ amare chri
stiano dixerim affuisse: quia vita eius in amore
consistit. Et dulcedo anie fugit ex amore: ⁊ ami
cãdi ratio sic alte intelligẽtib patet. Post has
oẽs suadet nobis ex christiana virtute dilectio.
Omnibus indicit amicitia in carne degentib.
Etenim verbum caro factum est: vt mõstretur Ioh. i.
signo visibili quantum deus dilexerit creaturã/
pro qua voluit incarnari: ⁊ exinde omnes ami-
carentur nouo amicandi genere: quibus dei fi-
lius ab eterno amicus: nouum amoris signum
ostendit in assumpta carne. Si filij hominis ex
patre vno transducti amicantur amplius q̃ ex
diuersis parentibus geniti: permaxime amica-
bũtur ad inuicem filij dei. Dedit enim christus
hominibus potestatem filios dei fieri his q̃ cre
dunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus/
non ex volũtate carnis aut viri/ sed ex deo nati
sunt. Effici debet ex hoc amicitia inexcusabili-
ter inter homines qui filij nouogeniti sunt per
fidem: vt quanto nobilior est pater/tãto sit stri-
ctior amicitia filior. Etenim generosa paterni-
tas iure filios in amore strictius nectit. Generã
di modus etiã impollut/segregat ab om̃i alia
serie ꝓducẽdi/supra naturã/supra rationem/su-
pra visum/supra modũ/super omnẽ hominis in-
tellectũ/in hos filios dei gratie ac adoptiõis te-

nactus vinculum amicitie ac dilectionis effudit. Necnō τ christi pmogenitura fraterna: que facta est non ex traduce humani seminis/aut ex cōmuni habitaculo vētris: sed ex incomprehēsibili potētia deitatis/in ostensione infinite benignitatis: homines iustissime in amicitia ligat
Ro. 8. a qua se penaliter quisq̈ dissoluit. Primogenitus enī est christus in multis fratribus: τ ipse nobis omnibus nobilior frat. Hereditatis etiam mortalibus oculis inuisa cōmunitas/quam omnibus volētibus per dei gratiam pmissum est posse sortiri/ad amicitiam indicibilem ligat hominum animos: vt tāto charius se ament ad inuicem/q̈to nouerint diuine hereditatis se fore psortes. Ad quid inquit apostolus ad Roma-
Ro. 8. nos: Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro: quoniam filij dei sumus. Si autem filij τ heredes: heredes quidem dei/coheredes autē christi. Solēt specialius homies inuicem amicari si habēt cōmunē hereditatem omnino indiuisibilem: τ qui possessionē possidēt in eadem regione. Qui vero eadem porta egrediūtur τ ingrediūtur: qui perambulāt eādem viam: conuicini/pciues/compatriote: nisi auaricia diuidat τ scandala interponātur/aut vitium turbās euertat: quadam etiam psueuerūt amoris singularitate pstringi. Multo ardētius in supernā hereditatem anxie aspirantes/se amore singulari cōuincīēt: ad quam his omnibus schematibus peragramus/quā auaricia nulla turbat. Quod enī ibi ē vnimō minuitur ex psorte: τ vitia si qua quietem illam ineffabilem nullo interuētu perturbāt. Mandatum christi datum hominibus de amore/sicut euāgelij textus eloquitur: rationem insolubilem p amicitia pcurauit: vt non diligentibus/velut christi mandata pcōtemnētibus damnatio procuretur. Sunt τ alie infinite rationes/ex quibus amicitia sumpsit originem: Ipse quidem inuisibilus amor qui semper venatur extra seipsum placitum: vt in illo amando quiescat: ratio est amicitie initiande. Accidentalis quedam complacētia generatur ex pšcitaliter visu ab oculo corpali: que anime renunciata per ministrum sensum/qui ab extra percepit: facta est in amore sine respectu mercedis. Proprium est amoris amare: mercedem querere omnino non nouit. Questus est/non amor vbi merces exquiritur. Sufficit amanti solum pro pabulo amoris habere quod iure possit diligere: naz si non amat ex iure: non amor/sed affectus deordinatio dici debet. Necessitas sepe facit amicitias innumeras. Non enī datum est homini in sua natura per seipsum viuere: nam τ ille qui cōdidit/statim decreuit nō esse bonum hominē esse solum: τ factum est simile adiutorium: Et vt essent omnia/deus non fecit omnia equalia. Et vt essent omnes homies/nō fecit omnes equales. Aliquis plus/aliquis minus habet: τ sufficiētia naturalis vnius/nec pter habētem solum est pcessa/sed vt in alium diffundatur. Et alius inferior in vna sufficientia; in alia forte potior erit qua τ ille in sua sufficiēs erit: atq̈ in pnuersationē grata tempe quo dominatur necessitas. Grata pnuersatio τ subuētio esse nō posset: nisi amicitia interiora τ viua specula copulasset: τ vera esse potest amicitia que ex necessitate cōtrahitur: Quis de amicitia solertissimi cōtrarium dixerint tractatores: volētes amicitiam omni necessitate carere/sed a libertate pcedere voluntatis. Sed aliud est necessitas: aliud est libertas. Necessitas ē ex re: libertas est ex volūtate. Sed nec rex necessitas volūtatis libertatē ānihilat: aut in seruitutē redigit alterius voluntatis. Voluntaria porro libertas nunq̄ necessitas est: ad amicitiā faciendam pprio motu τ a seipsa mouetur. Rota enī est que non patitur ab extra violentum motorē nisi conditorem: qui sic liberam fecit a seipsa et in seipsa/vt ad aliud sua sponte moueret. Proinde necessitatem non est ponere voluntatem/sed ad aliquod remouendum molestans: aut ad perfectibile aliquid inducendum: vnde causabitur ratio τ causa: vnde amicitia contrahat: que magis declarabitur si abūdans effundat in vacuum: vacuū a pleno suscipiat: τ plenus in vno vacu⁹ in alio: refundat in alio ex eo q̄ plenus: accipiat a pleno in eo q̄ vacuus. Et erit videre decorē sub ordine amicandi: vt duo sint carnales ad personas duas appositi: vnus per quē infundatur/alter/vnde debite refundat. Creator etiā omniuz deus/qui in sua dispositione nō fallitur: ita disposuit ad vniuersi decorem/ vt in hominibus sit ex qualitatibus pfectura: vt cum sit collatio in alterutrum/generetur inter homines amicitia: que vera τ pulchra erit: que nō turbat: imo quod suū est confert ad ordinem vniuersi. Huius enī plura sunt exempla q̄ dicta. Ipse ordo viuendi ab arte suffultus amicitiam generat: aut quia nō poterat sine socio ars deduci ad actuz: vnde coget in qualibet arte peritus inuenire collegam/qui animo τ corpe sibi ad artificium educendū incōtradicte psentiat: quod esse nequibit nisi amicitia fuerit mediatrix: aut qz indigentes opibus artis oportebit cū artificibus amicari. Orbe aūt cōmertiū quandā amicitie habet causam. Ornamēta regionū que diuina pnidentia sunt nō omnia omnibus/sed singulis singula distributa: hoies a diuersis mūdi partibus ad contrahendā amicitiā fecit conuenire in vnū: τ docuit homies per marina diuortia posse alteros ad alteros trāsire per rates. Erunt aūt amicitie tantum durātes q̄tum pnuersatio durat: q̄tum q̄ necessitas τ alterius subuētio pseuerat: q̄tum cōmercij tēpus/q̄tū emptio τ asportationis ordo/q̄tūq̄ adest tēpus in placitis. Sicut τ vsq̈ ad finem vite hominū est inuenire plures qui post mortem dispari causa/dispari cultu pdurāt. Ad cuius maiorem euidentiā cū christiana iusticia ptractemus: nō derogātes veris sententijs q̄tūcūq̈ veteribus atq̈ infidelibus dictis. Primo inspiciētes cum quibus est amicitia christianice deuitāda: deinde cū quibus iubet aut pmittit copulāda; nō fm philosophos mūdi q̄ sapien-

tes: qui quãuis multa dixerint de natura: verita-
tis fontẽ et originẽ penitus ignorauerũt: nec illã
inspexerunt scripturã et legẽ/ quã spũsscũs suis
fidelib9 inspirabat. Ad quã pro eliciendis sentẽ
tijs anim9 noster intendit: in qua iacebat obuo
1.Corin.10. luta veritas et iusticia christiana. Omnia enĩ in
figura ptingebãt illis. Deuitanda nec ptrahen
da federib9 amoris et puersationis amicitia cũ
illis/ qui signant in filijs chanaan. De quibus
dñs dixit ad moysen/ vt pmulgaret ad populũ:
Exo.34. Caue ne vnq̃ cũ habitatorib9 terre illi9 scz cha
naan iũgas amicitias/ q̃ tibi sint in ruinã. Legi
mus libro genesis cham reprobatũ a patre: pro
Gen.9 eo q̃ cũ nudatũ in tabernaculo habuerat in de
risum. Ex quo exorte sunt gẽtes quas p̃ ceteris
deus odio habuit: quib9 post longa tpa terrã ab
stulit et tradidit in possessionẽ filijs israelis sub
ducatu iosue successoris moysi: cũ quib9 phibi
tũ est amicitiã copulare. Ut aũt audacter affir
mem: nemo angelorũ aut hominũ nouit a quib9
cauendũ/ cum quib9 conuersandũ/ q̃ infallibilis
et eterna veritas: nec melius ordinare hominũ
mores: sed humana hominũ sapiẽtia q̃ stulticia
est apud deũ/ pretermisit sepe diuina/ cũ asserti
Gen.10. one atq̃ ordinatione suorũ. Primogenitus vero
chanaan sidon fuit: a quo egresse sunt gentes
suo noie nominate. Sidon interpretat venatio
tristicie aut cõmotio iniquitatis. Cũ talibus hu
iusmodi nullo mõ est amicitia federãda. Est enĩ
amicitia christiana leta dilectio animorũ. Leta
dilectio esse non potest/ vbi venatio est tristicie.
Porro tristicia dicit a trina diuisione quã vena
tur: que falsitatib9 et vanis rumorib9 prestat au
ditũ: vnde intellectus cõfundit. Qui memor est
iniurie/ querit vnde tristetur: perditorũ irrecupe
rabiliũ memorator/ causam tristãdi habet p̃ fo
ribus. Qui ad aliena bona suspirat/ tristiciã se
pe nãciscitur. Qui appetit quod nequit habere
semp in cruciatibus manet. Hic nemini letus
erit amicus: q2 sibi nõ adest anim9 christianus: q̃
solũ illa intelligit/ memorat et vult: vnde in chri
stiana iusticia licitũ sit gaudere. Christiana nẽ
pe iusticia nil aliud nisi pctm̃ iudicat dignũ tri
sticia. Cõmotio iniquitatis sidon: cũ quo amici
tia nõ est ferenda. Nã aliud est ab iniquitate cõ
moueri: aliud cõmouere iniquitatẽ. Primũ se
pe atq̃ pluries sine pctõ/ et interdũ cum peccato
peragit: secundũ vero sine pctõ nunq̃. Cõmouet
quis ab iniquitate alteri9/ ppulsat/ concutitur/
agitatur: cui si patientia nõ deest/ absq̃ peccato
manet: si nõ rependit/ iustus in eo est: si vero repẽ
dit cũ inculpata tutela/ adhuc iniqu9 nõ est. Si
aũt cõmouet ab iniquitate inuisibilis hostis: si
ab iniqtate sensibilis et fragibilis carnis: si non
cõsentit: et quod anteq̃ agitaret erat/ id manet:
immo forte pmiũ est p virtute resistentie acqui
situ. Tunc vero ab iniquitate cõmoueri pctõ asci
scit: cum anim9 frangit aut male ɔsentit. Com
moueri iniquitatẽ impossibile dixerim fieri abs
q̃ pctõ. Iniquitatẽ cõmouet q̃ alteri absq̃ cau
sa iniuriã infert et damna: qui seipsum in carne
sollicitat/ seipsum demonibus obuiã facit et pue
nit nõ tentatus: agitans tamẽ a ppria volũtate
corrupta. Proinde cũ his omne participiũ ami
citie deuitet. Nõ est vera amicitia que vertitur
inter malos. Neq̃ quis palliet q̃ aliter sit bon9
q2 eoipso malus efficitur/ quo se cũ malo conso
ciat. Letis et puris animis assistit amicitia sana.
Filij alij q̃plures fuerũt cum/ quib9 preceptum
fuit populo electo dei/ ne amicitiã quoquomõ
firmarent. Quod p̃ceptũ nobis seruabat: nunc
aũt in veritate clarescit: quorũ ista sunt nomina:
Etheus/ iebuseus/ amorre9/ gergeseus/ eueus/
aratheus/ ferezeus/ aradius/ samaritheus et ama
theus. Genus igitur hominũ aliud in amicitia
deuitandũ in etheo signatur. Stupidus enĩ di
cit. Que amicitia esse potest cũ stupido: qui qua
si lapideus est et stolidus: et vxorẽ habet inertiã?
Est enĩ amicitia sensus inuisibilis potissim9 ani
morũ. Quid enĩ tanq̃ id quod amatur/ sentit in
animo. Nam si sentit in animo quod ratiõe ca
ret cũ diligit: multomagis sentit homo ratione
fulgens si amatur. Sentitur aurum/ sentitur ar
gentũ/ lapides p̃ciosi domus et predia: et anima
lia ratione carentia/ in amãtis animo sentiunt.
Sed certũ est q̃ amari seipsa nõ sentiũt: pro eo
inter hominẽ et ratione carentia quãtumcũq̃ di
ligantur ab hoie/ non tamẽ dicit amicitia: quo
niã ipsa fit ab animo ad animũ/ non ab animo
aut ad aliquod insensibile siue equum. Et aliud
est diligere/ aliud amare. Diligere quippe dicit
cũ animus ad aliquod rationale aut irrationa
le/ sensibile siue insensibile colligatur. Amare
vero siue amicitia solũ est rationabiliũ animorũ.
Proinde cũ stupido q̃ amari se nescit/ neq̃ sen
tit/ aut amare nesciuit: q̃ amoris humani ratio
nabilis atq̃ christiani penitus iura non nouit:
nulla est amicitia contrahenda: barbarus est.
Discretus amator ei cui amare nõ sapit/ nõ in
telligitur christianus amator: eo q̃ christianus
nõ nouit amorem apponere stupido. Epule ap
ponunt sepulchro: margarita preciosa pijcitur
inter porcos: honestũ canibus datur: ascẽditur
sup mortuũ equũ: quiescit cũ cadauere: locutio fit
cum muto: surdo irrogat scientia: parabola di
citur stulto. Ut quid perditio hec? Amor animi
nõ debet inanũ effundi. Prohibet alibi sapiẽ
tia cũ stulto amicitie fedus/ dicens: Fatuo non Eccli.20.
eris amicus. Vigẽt multi pulchritudine corpo
ris: eloquentiã videt habere insignẽ: pollẽt di
uitijs/ nobili psapia sunt exorti: quos si posses
introspicere/ stupidi sunt et stolidi/ rationẽ amo
ris penitus ignorãtes/ eius nõ intelligẽtes vir
tutem. Honestatẽ vero amoris/ qua ornãdus est
amor/ q̃ perseuerãdi dat causam/ exilio tradide
runt. Hi cũ inertia fouent in lecto: tẽpus irrecu
perabile exponũt pditioni: subuenire in necessi
tatibus nesciunt/ q̃ aliorũ nõ sentiũt passiones.
Compati nõ nouerũt: quorũ amicitia melior est
sepe noticia bestiarũ. Et tale noscit cũ stupidis
amicari/ quale cũ statuis velle fedus inire: q̃ mẽ
bra videt habere/ sensus virtute carentes. Ha

bet amicitia delicatissimũ sensum in aĩo amicorũ/vt alter alterũ sentiat: ꝛ affectiones similiter ꝛ passiões vni⁹ ab altero sentiant. Et ꝓuentiões ordinat fieri amicitia: ꝛ ꝓuidentiã acuit ad decentia ꝛ iure cõpetentia necessitatibus amicoꝝ. Non eñ expectat auditũ/ipsa inuestigat: nõ expectat verbũ querens: ipsa tribuendo ꝓuenit/si adest optata ꝑ amico facultas: si vero desit/gemit ꝛ cõpatitur: ꝛ magis sepe in aĩo punitur/ꝙ in corpore aut in aĩo ille qui patit. In his maxime que sunt christifere latrie/bene sentientem oportet habere amicuʒ. Et amicitia christiana nitit ad hoc copulare bene sentientes: qñqꝫ ꝟo facit si non sint insensibiles. Refugit oĩno stupidos ꝛ indociles: dociles si docti non sint/etiã qñqꝫ deuitat: si nouerit eos aliunde posse doceri: ꝛ se teneri nõ nouerit aliquo debito vel mandato inferre doctrinã. Non querit docere amicitia: impetuosa est amicitia: ꝛ statim fert in frui: frui ꝟo non potest inscio: ꝙuis aptitudinẽ habeat omnino ad scire. Docere autẽ supeminentia est. Equalitatẽ amicitia querit: ꝙuis non imprimatur doctrinaliter amori: tamẽ se nisi ad cognita nõ extendit. Oportebit igit omnino esse in vtroqꝫ cognitionem: amandoꝝ ipsoꝝ ꝛ extra ipsos positoꝝ. Amicari volens nõ vacabit sciolis imprimere/si potest inuenire ꝑfectos: inter quos statim oritur frui: et fit ilico reuerberatio animoꝝ. Ubi vero nõ inuenerit ꝑfectos scientia/charitate diffusa in cordibus hoim/que amicitia vera est: suscipit indoctos dociles/et pro posse ad ꝑfectum inducit: vt amicitia debita esse possit. Sed etheos ꝗsi stupidos/stolidos/insensibiles/inertes deuitabit oĩno. Est quoddã genus hominũ velut summa pestis ab omni amicitia remouendũ/si aderit: si aũt non aderit/nullo modo initianda. Quod mõstrat filius ali⁹ chanaan noĩe hiebuseus: qui reproba interꝑtatiõe presepe meũ dicit. Presepe locus est in quo bestie seu animalia rodũt. Sed ve qui fecit suũ pabulum bestiarũ: ꝛ vitam suã animalib⁹ assimilauit: deiect⁹ eñ est a dignitate nature/quã habebat ex similitudine ad deũ. Uita hominis non ideo dicit brutalis/quia ex his sepe fouet ex quibus aluntur ꝛ bestie: sed cum feruntur motibus volũtarijs absqꝫ decreto rõnis in placita: ꝛ aguntur ab aĩalibus more brutoꝝ/ad aliud semetipsos nõ ordinantes nisi ad corporũ vitam: ꝛ oĩs labor ipsoꝝ in ore illoꝝ vertitur/epicureã sequẽtes doctrinã: ad ipsam animã ꝛ effectum operis dantes: omne damnũ inuisibiliter accidẽs computauerũt flabilẽ auram: molestationẽ vero corporis extremũ periculũ putauerũt. Qui corporalibus placitis atqꝫ carnalibus delicijs dediti solũ his similes atqꝫ talibus dantes opem nouerunt amicos. Ueritatis ꝟo ꝛ virtutum inuisibiliũ seruatores in amicitia fugerũt: pro eo ꝙ sobria est veritas: ꝛ virtutes corporũ delicijs contradicũt. Nunꝙ virtutũ cultores ꝑter fragilem necessitatẽ corporum curauerũt: ꝛ sepe attenuauerunt corpora ꝑpter vigilẽ sensum. Nunꝙ cõpaginabit amicitia veritatis cũ delicate fouẽtibus carnẽ: quoꝝ eñ venter est deus/ null⁹ verus erit amicus. Suspirabit sedulo ad deũ suũ: ꝛ de ipso velut fidelis cultor ipsius sepe loquet: ꝛ cũ amicis queret de cultura cõsiliũ/magis ꝟo auxiliũ. Tabosa est amicitia que contrahit cũ cultoribus ventris: ꝛ eoꝝ loquela desinit in fetorẽ. Et inuisibilis amicitia ꝛ inter inuisibiles agit: ꝛ ꝑpter inuisibilia initiat atqꝫ ꝑdurat. Incorruptibilis est ꝛ incorporea: et ꝑpter hoꝝ cõtraria nunꝙ fiet. Gastrimarg⁹ deuitet: venere⁹ depellatur: qui studet calicib⁹ epotandis/ amici noĩe non est dignus. Querit amicitia plerũqꝫ secretũ nullũ autẽ secretũ vbi regnat ebrietas. Si ꝟo similis habitudinis sunt amici/nomẽ quidẽ amicitie habent: sed lupi rapaces ꝛ aues sunt cõuenientes ad escã. Peiori aũt articulo deuitandi sunt/qui ꝑsepe meũ dicũt: pro eo ꝙ est ꝑsepe hoĩ ꝑ suis aĩalibus nutriendis. Totus est mũdus in cõmune atqꝫ ꝑ cõmuni vtilitate creatus. Qui ꝟo cõmune ꝑ hoc vocabulũ meũ/ in ꝓprium reduxerũt aut reducere conati sunt: lucẽ intellectualis atqꝫ cõmunis amicitie nõ viderũt/neqꝫ cognouerũt excellentiã eius. Et nemo in amicitia tanta sollicitudine deuitãdus/ꝙ qui ꝓprietari⁹ censetur. Sine re nulla põt esse amicitia/vbi regnat ꝓprietas: ꝛ ꝓpriũ diligẽs nemini amicat. Cui amicabit qui vellet omniũ bona in propriũ vendicare dominiũ? Cui amicabit qui naturam fertilẽ odit ꝑterꝙ ad seipsum? Immo inimicus est qui oĩm bona vellet auferre. Et si nollet aliorum bona vendicare in ꝓprium: dapsilitate carens/iure nõ habet amicũ. Proprie ꝓprium est amicitie/libens dapsilitas. Et qui effundit libẽter amorẽ/quod exterius est retinere non nouit. Qui aperit animũ/aperit ꝛ thesaurũ. Relatiuũ nomen est quod dicit amicus: esse vero relationis totũ ad aliud est. Nihil igit habet ꝗ ex christiana iusticia ẽ amicus/ad seipm/sed ad amicũ: Nemo nisi ꝑ improprie ad seipsum amicus vocatur: cũ amicitia duoꝝ requirat cõsistentiã animoꝝ. Ad seipsum homo quilibet est/ ad aliũ refertur amicus. Proinde ꝓprium suo damnato iure omnẽ abiecit amicũ. Iure alio altiori ꝓprietarium ꝛ nõ dapsilem omnis amicitia maxime christiana condemnat. Etenim quia reipublice crudelior noscitur inimicus: nihil tantũ reipublice aduersatur/ꝙ in rebus aut honorib⁹ ꝛ dominationib⁹ retenta siue quesita ꝓprietas: ꝛ incõmunicabilitas eorũ que a summo ꝓueniunt: aut eoꝝ que in ordine viuendi atqꝫ gubernandi rempublicã ab hominibus conceduntur. Hoc sepe constituit tyrannos ꝛ reipublice destructores. Quo igit iure quis amicabit ei/qui reipublice aduersatur. Inimicus omniuʒ est/qui huic amicus efficit. Inter ꝓprietarios amicitia esse non potest: quia non est relatio animorũ ꝛ rerũ: que ab amicitia ipsa statim cum incipit/ generatur. Nam sicut eoipso quod est paternitas siue filiatio/est pater ꝛ fil⁹: ꝛ realis relatio inter eos sic ilico cum est amicitia/amicus est ꝛ amicus; ꝛ

ea lege qua sunt/ad inuicē referunt relatione reali ⁊ rerū iusta dapsilitate. Ac ꝑ hoc nō dixerim amicitiā visibilium ⁊ corruptibiliū rerū glutino construi: sed attestatiōe firma desanctio: vt nullus ei amicari velit q̄ amicus esse nō vult. Penitus sane amicitiā negat/q̄ sua nō cōmunicare contendit. Amicitia iubet amicos iuste inuicē releuari. Justicia christiana lucidius clamat: vt indigēs ab habēte requirat. Nā sicut largiri amicabilis est volūtatis: sic expetere ob indigentiā est iuste necessitatis. Equaliter igit̄ in amicitia si aderint/tollerentur donatio libera ⁊ expetitio iusta: vt quos delectat donare/nō pudeat expetere cuz indigentia premit: ⁊ quos iuuat expetere necessitate premente/libeat dare cū alter petit ⁊ dandi copia suppetit. Proinde qui ꝓ̄sepe meū dicunt/in speculū amicitie nō aspiciunt. Et cui⁹ ꝓprie ꝓpriū est cōmunitas/ei aduersat̄ detestāda ꝓprietas. Igit̄ cum auaris nulla sit amicitia contrahēda. Inter auarū ⁊ largum cōuersatio esse pōt: nulla amicitia vera. Et si ꝓprietarij atq̄ auari amicitiam inter se fouere vident̄/aduertat q̄ nouit: quoniā talis est ipsorum amicitia sicut latronū atq̄ ꝓ̄donū: qui vnanimiter in ꝓ̄dā insiliunt: qui cū diuidunt/gladio se ꝯfodiunt.

¶ De ira quā iusticia christiana excludit. Capitulū VII

Iusticia christiana/ que ab omni virtute seu actibus eius auertit impertinēs: omne amarū amicitia velut impertinēs resecat. Quod significat̄ in eo ꝙ cū amorreis prohibitus est dei populus amicitiam aggregare. Nihil em̄ deus ꝓhibet/ nisi quod est virtuti ac moribus eius aduersum. Amorrei amari interpretantur. Amarum vero ꝓut inoleuit in vsu/est gustui dissuaue: quod aduersus dulcedinē bellū habet. Sed accōmodato vocabulo amarū dicitur/ quod inuite sensus corporis patit̄ et nostre opponitur volūtati. Homines siquidē eo sensu dicunt̄ amari/quo eoꝝ ꝯuersatio est siue cognoscitur dissuauis: ⁊ importuna hominibus fit: aut irrogant vnde hominū animi amarescāt. Amari sunt om̄es qui nature suauitatē/humanitatis dulcedinē in seipsis inficiunt: ⁊ impossibilitate detinendi ad alios sepe transfundūt: ⁊ propter improbos mores diu tolerari nō possunt: ⁊ tolerari volunt: sed tolerare nesciunt: ⁊ multa inferre/ pati nulla nouerūt. Om̄es vitiosi ratione dictante amarissimi sunt: ⁊ priuant̄ virtutū saporibus. Necessario em̄ sic agitur: vt vbi vitiū sapit virt⁹ desipiat. Sed cū multa sint amaritudinis genera siue hominū amaroꝝ/ ad ꝯstringendū solū aliqua suscipienda tractauim⁹. Amarus est omnis homo/sup quem ira seu furia dominat̄. Ira est animi nostri absynthium: venenū vero si fuerit pertinax. Et cum infecerit quēpiam: ad sodales/aut assistentes reddit amarum: vt nihil suaue in animo habeat: nil molle in verbis eliceat: nil in moribus mite splēdeat. Amicitia em̄ est suauitas animoꝝ: et mollitiē non labefactā ꝓ̄tendit in verbis: mititatē in morib⁹ habet. Cui ergo suauis in aio/ verbo dulcigena/ moribus aptus: qui sibi amarus existit? Ire turbulēto appetitu in aio residente/ amicitia patit̄ exilium. Ira ⁊ amicitia/vt ignis ⁊ aqua ita ꝯueniūt. Sed obiectabilis ira in aliū/amicitia in amicū. Contra naturā agitur vt due cōtrarie passiones animū hois eodē momento possideāt: nec in diuersitate tēpoꝝ passionis ⁊ affectionis facta distributio excusabit: vt vno tp̄e ira in alium/ alio sit amicitia in amicū. Qui ex pristina cōsuetudine sepe ardescit in irā/obuenīti aliquo ad amicitiā non assistit. Etenim cum accendit̄/amicū nescit intueri: quod iusta ꝯtestatione clarescit. Nemo alicui magis ꝙ̄ veritas debet esse amicus. Sed tali caligine anim⁹ ex ira plerūq̄ inuoluitur: vt verū a falso/honestū a turpi/vtili a dāno sonullaratione cernat̄. Hinc ꝓ deuitatione per salomonē dicit̄: Noli esse amicus homini iracundo neq̄ ambules cum hoie furioso: ne forte discas semitas eius: ⁊ sumas scandalū anime tue. Unde satis aperte colligit̄ ꝙ nemo amicus iracundo fiat: ⁊ si ad te omnē seruaret amicitie regulā: ⁊ ꝙ ad tuam visionē ab oī ira mitesceret: in vno penitus ineuitabiliter te offendet: q: iracundus semꝑ agitat̄ ad malū quos offendit: alios si tibi amicitiā seruare volueris/ tibi faciet inimicos: Jus est infallibile i ordine amicitie: vt amicus amici tibi fiat amicus: ⁊ inimicus eius tibi pariter inimicus. Recusabit̄ omnis iracūdus ex solito/ne in amicitie gratiā veniat. Quod si venit aut toleretur/ si sperat̄ correctio ⁊ leuis ē furor: aut deuitet̄/si desperatur ⁊ est ꝑtinax. Ubi vero aduersus teipsum amici furor deseuiet: aut patientiā adhibe sine vtriusq̄ damno christiferam: aut assumpta causa/rescinde. Nec dictū salomonis semꝑ accipiat̄ in malū/cū dixit: causam querit qui vult discedere ab amico: quia querere debet/ vt discedat bonus a malo/verus a falso/pacificus ab inquieto/patiens ab iracūdo/suauis ab amaro: si correctio nō sequat̄ ad tolerantiā: ⁊ decor amicitie non resurgat/ qui improboꝝ est morum. Est quoddā aliud amaroꝝ genus/qui turpibus intendentes ad hec amicos exquirūt: ⁊ quos habēt grauare ꝓ̄sumunt. Sed diabolica nō christiana est amicitia/vbi assistitur turpitudo peccati: vbi moꝝ honestas polluit̄: vbi vera innocentia condēnatur: aut si cōturbat̄ iusticia publice honestatis. Alius amarus qui memoriā iniuriarū fixam in animo tenet: beneficioꝝ immemor factus: ⁊ calculat sepe dāna siue impēsa. In catino amaritudinis pabulat iniurie calculator: ⁊ illate malicie memor/iacet in lecto spinarū. Omniū ꝟo amarissimus est qui deū peccando reliquit: ⁊ in peccatoꝝ pace quiescit. Unde Hieremias ad hierusalē dicebat: Scito ⁊ vide ꝙ̄ malū ⁊ amarū est reliquisse te dominū deū tuū/ ⁊ non esse timorez eius apud te. Sed peius esse oīno refert̄/in pace quiescere peccatoꝝ: propter quod deus relinquitur. Hinc esaias verba ezechie regis recitās: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Omniū amaritudine amarior

Prouer. 22.

Hiere. 2.

Esa. 38.

penitus pacē habere in vitijs: cū quib⁹ omnino expedit habere diuortium: ꝛ aduersus stupꝛum duro ꝛ incessabili bello cōsurgere/ donec vitia depellant. Deuita omnes amaros: nec cum eis amicitias iūgas: ne ipsoꝝ consoꝛtio tuus ocul⁹ in amaritudinibus cōmoret: vt aut cogaris videre quod displicet: aut non possis videre quod placet: ꝛ si nō artaberis ad maloꝝ cōsensum/ penitus nō effugies sensum pessimū. Etenī amaritudinis gen⁹ est/ christianū christianice nō amare. Vitalis anime in virtutib⁹ radix est amoꝛ: et vitissima vita honesta dilectio: que non reperit preterꝙ in cāpis christiane iusticie. Proinde qui nō diligit christianū/ amarissime moꝛtis est vasculum: ꝛ christianū non diligere christianice christū atqꝫ christianū amarissime vite ferūt in exiliū. Et deflent dāna vsqꝫquo regrediat aīa in patriā: vbi amoꝛis plantule vigēt/ germināt/ floꝛent/ fructusqꝫ parturiūt in odoꝛez suauitatis viteqꝫ perennis.

Quod vera amicitia omnē extraneum a fide excludit. Ca. VIII

AMicitia sane omnē aduenā et in opere tediosum deuitat. Cui⁹ deuitationis edictio in alio filio chanaan/ noīe gergeseus vel gergesan designat: qui interpꝛetatur ꝓpinquans aduena/ siue eijciens colonū. Aduena ꝓpinquans est ꝙ de suo loco recedit/ ꝛ in terris moꝛat aut discurrit alienis. Colonus vero terre cultoꝛ dicit: cuius actus absqꝫ nimio laboꝛe nō geritur. Et quāuis possint interꝑtationes nominū plerūqꝫ ad bonā aut malam partē reflecti hominū vero repꝛobatoꝝ a deo nunꝙ debent noīa in sanam partē conuerti. Certum enī est vt ꝑmisimus/ deū moysi pꝛecepisse/ cū talibus amicitiam nō iungi. Qui vero cōditoꝛ omniū est atqꝫ liberatoꝛ/ non nisi malū dissuadet hominibus. Proinde penitus expedit huius noīs ꝛ similiū interpꝛetationē ad repꝛobum sensum ꝯuertere. Iustum enī est ꝛ regula pꝛefixa esse debet tractatoꝛibus sacre scripture: vt illoꝝ nominū interpꝛetationē in sanam partem nō vertant/ quoꝝ est repꝛobata persona: quia repꝛobate persone frustra interpꝛetatio nouit in bonū moꝛale conuerti: quāuis interpꝛetatio bonū sonet. Veruntamen ꝑ mysterio ꝛ in varietate tempoꝝ atqꝫ moꝝ vna ꝛ eadē interpꝛetatio diuersum habuit applicatū intellectum: sicut diuina scriptura in litera simpla manens/ sensum habet quandoqꝫ diuersum: quod sacre scripture ꝑspicacibus tractatoꝛib⁹ luce clarius patet. Idcirco ex hac interpꝛetatione ꝯcipiendū est cū amicitia cū gergesanitis seu gergeseis/ velut cum alijs ꝓhibitus est dei populus oīno contrahere: idolatra enī erat tota natio illa: ꝛ plura nefanda cōmiserat. Sed quia nos ꝙ moꝛaliter in tēpoꝛe nostro loquimur/ opoꝛtet illam interpꝛetationē in sinistram partē deflectere: vt deuitationis causam in amicitia cōtrahenda possimus facilius inuenire. Aduene ꝓpinquātes sunt omnes infideles qui nobiscū in cōuersatione ꝓpinquant: cū quibus opoꝛtet amicitiā abhoꝛrere. Infideles omnes aduene sunt/ qui nō habent ꝓpꝛium incolatū. Pꝛopꝛius incolatus est cuiuscūqꝫ hoīs/ vt id agat quod de⁹ mandat: ꝛ id teneat quod ipse cōmendat. Id enī esse debet ꝓpꝛiū rationalis anime/ ad quod inuitat accedere. Inuitat oēs: ad fidem venire renuūt. Quia ergo fideles nō sunt aduene sunt. Scribebat apostol⁹ ephesijs/ gentilibus baptizatis: vt non existimarent se aduenas/ dicens: Iam non estis hospites ꝛ aduene/ Ephe. ii. scilicet nō estis aduene a deo vel ab ecclesia: sed estis ciues sanctoꝝ ꝛ domestici dei: vt a contrario sensu firmit teneat infideles esse aduenas: ꝓpinquantes vero qui nobiscū cōuersatione aut inter nos habitatione/ vt iudei dispersi aut aliqua moꝝ similitudine. Cū his omnino amicitia precauenda. Nā omnis vera ꝛ rationalis amicitia colligatur aliquo sacrificio: quo colatur qui ab oībus creditur summus vnus ꝛ verus deus. Pagani idola colunt: nec nobiscū in vnius dei cultura ꝯueniunt: sacrificium nostrū spernunt: nos vero ipsoꝝ immolationes detestamur. Quō ergo erit amicitia/ vbi animo disparitas sentiendi: cū in amicitia paritas sentiendi de sacrificio ꝛ de vno deo penitus requirat? Dissentiūt intellectus: quia christianus aliter/ diuerse paganus intelligit. Dissentiūt affectus: nam aliter christianus/ aliter paganus afficit. Dissentiunt memoꝛie: quia christiani memoꝛia circa vnū deūm pagani vero memoꝛia plures deos meditatur. Nulla ergo erit amicitie veritas vbi animoꝛum tanta diuersitas: cū amicitia sit animoꝝ equalitas: nō solū ꝙ se diligant mutuo/ sed ꝙ omnino cōueniant in quocūqꝫ tertio. Intellectus hominū aut consentiūt/ aut dissentiunt. Si ꝯsentiunt aut in vero/ aut in falso. Si ꝯsentiūt in vero: nulla concertatio facta est amicitia intellectuū qui in veritate cōueniunt. Si vero in falso consentiunt/ oēs errant. Errantium aūt amicitia nulla vera. Qui sibi errat/ alterius nō erit rectus amicus. Si dissentiunt verū ꝛ falsum: dissensiōis adduxerunt causam: ꝙ dissensio intellectuū aliter causat ꝛ nō potest nisi ꝙ vnus verū/ alius sentit falsum. Et non solum in fide/ sed in omnibus intelligibilibus ꝛ in oībus intellectibus hec sententia locū habet. Inde scripture contrarie/ inde questionū pertinaces pugne: quia ī vero aut falso dissentiunt intellectus. Igit omnino inimici sunt fidelium ꝛ infideliuz intellectus: ꝙ aut nos verum/ ipsi vero sentiūt falsum: aut nos falsum/ ipsi vero sentiunt verū. Sed de ipsoꝝ falsitate non vertit in dubiū vera multitudo fideliū. Similiter affectus hominū aut cōsentiunt/ aut dissentiunt in amoꝛe relato. Si dissentiunt/ non est amicitia. Si cōsentiunt/ facta est amicitia in seipsis ad seipsos: quia se mutuo diligere volūt. Sed adducatur illud quod verā amicitiam ꝓbat/ si in tertio isto ꝯueniunt. Si diligimus deū illi idolum: si nos vnū deum/ illi ac plures afficiuntur: si nos vnum verum sacrificium affectu fideli peragimus/ illi ad infausta sacrificia con-

uertunt: que igit amicitia inter animos erit vbi affectuū tanta pnotatur diuersitas? Etenim nō solū i diuinis/sed etiā in humanis oportet in ter tio conuenire. Sepe nāq videmus ꝙ vnus ter tius dilectus ab vno amicorū/ ab altero exosus fomitez discordie ministrauit. Et veros seruos oportet in amore domini fidutim amicari. Et se pe dissensiones fiunt ex diuersitate affectiua pro pter dominū tertium vel amicū: multomagis in diuinis affectuū debet esse cōsensus. Sinautē/ nunꝗ ver9 erit amicus. Memoriarū vo dissen sio vel consensio eandem sententiā resonabit. Ad veritatē amicitie omnino exigit/prout fun datur in animis hominū: ꝙ cōsensio intellectuū sit in vero/affectuū in bono/ memoriarū in ho nesto. Et primo quidē expedit ꝙ harū potentia rum cōsensus fiat in summo vero/in summo bo no/in summo honesto. Nulla erit omnino ami citia veritatis: si de vno deo viuo et vero/ et eius cultu per omēs anime vires nō bene vsquaq sentitur. Judeorū vero et christianorū non erit amicitia recta: quia si de vno deo quod nos sen timus/sentiunt: si de suo cultu atq sacrificio in eorū tempore bene sentiunt: tamē de redempto re nostro christo vtiq male sentiunt et senserunt super quē inflexerūt zelum legis/vt cū morti tra derent: et veri sacrificij renouationē non credūt sed deridēt. Proinde si de domino nostro atq redemptore male sentiūt: nullo iure nobis ami cabuntur. Seruus amicus inimici domini/ini micus est domini. Christianus paganorū atq iu deorum amicus/dei ꝯstitutus est inimicus. Nā si amicitia illorū que deum non offendunt/ neq amare possunt/dei inimicitias generat: multo magis amicitia offendentiū/et de ipso indebite sentientiū. Jnde iacob9 inquit in canonica sua: Quicūq voluerit esse amicus huius seculi/ini micus dei cōstituetur. Peramplius vo qui ami cus inimicantiū fuit. Nec excusat ꝙ homo est: si male aut nō debite sentit de deo. Sed isti adue ne sunt: et sepe ppinquātes nobis in aliquo/aut quadā similitudine morum. Propinquatio ma gna fit in cōmertijs. Propinquatio iudeorū ha bitantiū inter nos: ꝯuersationes mutue. Amici tia fieri nequit/nisi eorum consensio fiat: non ꝙ qui bene sentit/cum male sentiente: sed qui male sentit/cum bene sentiente consentiat. Christia no sentiente cū pagano atq iudeo/amicitia ve ra nō gignitur: pro eo ꝙ ab vtroq de deo male sentitur. Ab eo siquidem tempore quo dei filius pro humana generatiōe dignatus fuit carnem suscipere: atq innotuit euangelium sanctū eius vera amicitia inter fideles atq infideles profe cto nō potuit reperiri. Non ergo velit qui titu lū christianitatis agnouit/cū infidelibus amica ri. Conuersationē autē nisi propter ineuitabilē causam omnino declinet pro loco/tēpore atq re bus: ne forte quodā humanitatis intuitu et mo rū aptitudine/obseqndi liberalitate cor nostrū in ipsorū amore mollescat: et cū ceperim9 amare paulisper iudicabimus deū/quare ipse sic dam

Jaco.4.

nat. Vult enī appositus amor sepe diuinum in amato mutare iudiciū: etiā si non mutatur deli ctum. Qui vo imperitiores sunt/possent audire ab illorū ore verbū: quod credentibus generaret aliquod dubiū. Qui vero habent legis christia ne peritiam/similiter cōuersationē auertere de bent: nisi compulerit iusta necessitas: magis vo cū aderit charitas/si possent quempiā infidelez ab infidelitate diuertere/ cōuerterēq ad fidem: vt primo euz dei amicū constituant: deinde ipsi efficiant amici: qr gehennali dign9 est pena/qui primo sui anteꝗ dei aliquē vellet amicū: siue qui ad suaz amicitiā dei receperit inimicū. Aduene ppinquantes etiā esse feruntur: qui nulla pceun te noticia /nulla phabita experiētia velut adue ne puenerunt. Sed cū ignotis non est amicitia copulāda: neq cū illis quorū nulla experientia pbabilis antecessit. Amicus secretorū aperiet ostium vo amico. Quō ergo nota secreta faciet ei/cuius personā ignorat? Notissima res amici tia est: mentis notos peragit. Si omnia sunt cū amico tractanda: de ipso primū oportet habere noticiā. Et anteꝗ tuum animū amico cōmittas experientia pcedat pbate virtutis. Nō emunt equi nisi pbentur: nec aialia que ad vsum que runt. Non dant precia siue arre p eo quod emi tur/aut emptio querit: nisi experientia pbabilis antecedat: si experiri cōsuetudo permittit vt ra tio ꝗrit. Nemo vult incassum inexperte pꝓcere preciū. Precium vo nullū amore preciosius est amore vo solum cōparatur amicus. Proinde nobilem thesaurū non effundas in ignotū: aut experientia nō probatū. En forte dicetur: Quē inueni omnib9 est perfectus amicus: nemo de ipso conquerit: omnē nouit amicitie regulā: quā omnibus seruare didicit verā. Adhuc vero pal pitatio restat: forte copulat tecū nouam/qui ve terem amicitiā pretermisit. Qui veterē dimittit amicū/de nouitate aut instabilitate causat. Vir vanus amicari alicui nō est dignus: aut pmortu us est suus amicus. Nolēs inamicate viuere/cū alijs fedus amicitie querit. Nec te moueat: quia quod alteri placuit/tibi forte omnino displice bit. Non eadē ratio que alteri/ tibi hominē red dit acceptū. Preter cōmunes rōnes amicandi aliquid in hoibus latet: vnde singularior amici tia redditur/ vt etiā virtutis pbitas postponat placito singulari. Propinquātes aduene/simu latores sunt qui mores morib9 nouerūt: ferunt autē in animo quod ore non proferūt. Proinde autē expedit cuz talibus derogare amicitiā aut pbare/anteꝗ corde atq morib9 pfitearis ami cū. Hinc iesus filius syrach dicit: Si possides amicū/in tentatione posside illū. Tentatio pro batio est rerum/et eorū que requirunt ad vsum/si militer et hominū. Probet homo qui ad famili arem amicitiā querit. Honestius est nō iungere ꝙ segregare coniunctā. Amicum verū probauit angustia: hoc salomon asserit: Frater in angu stijs comprobat. Virtutis amicus ob pressuraz a virtute nō decidet: qr dupliciter lederet: per

Ecci.6.

Prouer.17.

deret rem et famã: nec deuitaret q̃sq̃ pressurã. Qui amicatur homini amore virtutis: non dimittet eũ in angustijs atq̃ pressuris. Naz si periret corpore amicus/ virtus ipsa nõ perit. Qui vero ex corruptibilib⁹ initiauit amorẽ: ipsis pereuntib⁹ amicitia perit. Proinde dicit: Non cognoscetur in bonis amicus. In bonis tẽporalib⁹ atq̃ corruptibilibus oĩbus velatur amicus. Ipsis abeuntib⁹/ aperte cognoscitur quale fuerit amicitie fundamentũ. Auertunt sepe faciẽ amici corruptibiliũ ab oppresso: et quasi non fuerit/ a memoria remouetur. Ex hoc iob dicebat de amicis qui euz
Iob.6. videbant oppressum. Fratres mei me preterierunt. Sicut torrens ex repentinis et niueis fluuijs aggregatus/ cuius naturalis vena nõ extitit statim defluit: et alueus remanet inhumectatus: sic repente transit/ qui ex vena vere amicitie nõ fuit amicus. Propinquãt et adueniũt multi amici more torrentiũ ex aquarum inundantiũ multitudine: sed in angustie tẽpore/ amicitie ac amicorum alueus remanet desiccatus. Nõ emas aurũ aut argentũ ex colore: habent enĩ simile falsum: materiã/ pondus potius require et imaginẽ et superscriptionẽ: si ad cursum sunt deuoluta monete. Non respicias in homine blandã faciem: nõ mores ex arte facetos: non forinsecã dolaturã: sed que moneta metaphorice in hoĩe amicãdo
Prouer.27. perquire. Qui vero prudentes sunt/ nouerũt sepe quod in puerbijs salomonis dicitur: Quõ aquis resplendent vultus pspicientiũ: sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.

Acidiosi excluduntur ab amicitia vera. Capitulũ IX

Omnes firmissime acidiosi sunt in amicitia reprobãdi: quod ex alia interpretatione gergesan aperte colligitur. Est enĩ eijciens colonũ. Cultor terre colonus dicitur: qui operando laborat: qui eũ eijcit/ abrenũciauit laboribus. In tentorio quiescens/ latitat in cauerna pigricie: sub vmbra dormit/ in secreto dãnate remissionis. Delicat⁹ amicus nemini gratus: querit oĩno amicitia in euentib⁹ actuosos. Amicitia delicata pp̃ter hoĩes indigentes nõ cadit: non enĩ surgit cũ indigẽtia pmit. Quod premat eos necessarium est/ qui mũdi huius habitant incolatum. Habitatio terrena misera est: et semp agitatur aduersis: labores/ dolores/ defect⁹ habet certissimos/ quietes incertas/ suauitates dubias/ pfectus instabiles: ex quib⁹ oportebit actu euigilare amicũ dei qui patitur: et studio animi aptitudine corporis subire labores: et nõ solũ rerum/ sed corporũ cõitatẽ amicitia facit: vt si pede vn⁹ deficiat/ p ipso alteri⁹ ambulet pes amici si man⁹/ alterius altera officiũ debitũ agat: si oculus eruetur aut caligabit/ qui videt oculus erit amici: auri surde audiens oĩno subueniet: elinguis factus lingua indigebit amici: pdominante infirmitate in vno/ alter p subuẽtione discurret: vno quorũlibet carceri tradito/ alter p remedio vigilabit ad ostiũ: vno sustinente iniuriã/ alter ppulsare conabitur. Hec penitus actuosum querũt amicũ. Nulla nãq̃ iusticia christiana pcedit: vt p his euẽtibus relinquatur amicus. Non enĩ relinquẽdus/ quousq̃ desierit esse homo et rationis cõposq̃ virtutis. Sola enĩ mors hoĩem soluit: que aĩam alienat a corpe. Cũ exanimato corpe nulla ẽ amicitia retinẽda: excepto q christiani ce tradatur debite sepulture. Rationẽ soluit fatuitas siue ꝯtrari⁹ error: q̃ si incurabilia sunt/ amicitia oĩno soluatur. Cuz fatuis atq̃ errãtib⁹ iusticia phibet amicari: et firmatã iubet dissolui: virtutẽ vitiũ soluit: et de finib⁹ hominis pulsat. Ab aĩo prorsus exulet amicus/ a quo exulat virtus. Si vero pro quibuscũq̃ cõiter in corpe accidentib⁹/ nõ est relinquẽdus amicus: nisi spe correptionis expectaretur interdũ: igitur ab amicitia repellatur inexceptuate oĩbus ociosus: simul in aĩo se amore foueant/ corpe vero quiescant. Duntaxat qui ponior est corpore alijs amicis siue substantijs/ minus valenti se atq̃ suos accõmodet. Colonũ eijcientes etiã sunt qui de suis laborib⁹ viuere nolũt: sed per turpia et violentias/ furta siue rapinas/ falsitates atq̃ vsuras media vite captãt. Horũ sicut mala que faciũt/ est amicitia fugienda: etiã si ad ista turpia nõ requirãt.

Feri/ crudeles excludendi sunt ab amicitia vera. Ca. X

Aliud genus hoĩm in amicitia deuitãdũ/ in alio filio eueo noĩe designatur: cuius interptatio plenitudinẽ mali portat. Euei nãq̃ interpretantur feri/ feroces/ pessimi colligẽtes lapides. Feri crudeles vsitato vocabulo et ptãte male agẽdi dicuntur. Et feruntur more ferarũ motu/ omni rõne priuato. Ferus est q̃ ab oĩbus aĩo et moribus dissidet: magis vero cõtradicit. Proinde hismael appellatus est ferus homo: q: man⁹ eius ꝯtra oẽs/ et manus oĩm contra eũ. Feri sunt oẽs hoĩes qui efferato aĩo viuunt: quib⁹ meli⁹ esset corpe fieri efferato. Multi natura sunt hoĩes/ aĩo ferali viuentes: et moribus in alio id agentes. Ferus anim⁹ indulgere nõ nouit: sepe fingit pacẽ: vt exosum incautũ infallibiliter trucidet. Ferus nõ placatur mulierib⁹: acquiescere precib⁹ nescit. Fer⁹ gaudet sanguine in certamine fuso. Ualescit/ cũ audit hoĩes in hoĩes seuiẽtes. Ferus semp noua machinatur tormenta: et nõ saturatur cruciatorum penis: et nihilopendit hoĩm vitã. Ferus semp aĩo ferit. Ferus sine causa litẽ inquirit. Ferus ferit et cõtabescit aĩo si non ferit: et nõ cruciante cruciatus est illi. Ferus soci⁹ demonis/ q̃ lapsis requiẽ nõ pcedit Ferus nunq̃ se ad pericula obicẽ/ sed preuiũ facit. Ferus dolet si ab hoĩe mala cauentur. Ferus maledixit oẽm pcutientẽ incassũ: benedixit aũt qui signãter transuerberat. Ferus expedite nisi ad malũ ꝯsulit: eius ligatur lingua in ꝯsilio bono Ferus nõ remouet irã/ sed accẽdit in passo: Ferus oẽs occidit in lingua: in animo vero tam alte pcutit atq̃ flagellat: q si decẽ miliũ hominũ vires adessent in corpore/ nõ possit tã alte ferire. Ferus benignus crudelib⁹: pijs autẽ oĩno crudelis. Fer⁹ autẽ afflictionẽ afflicto/ desolationẽ

desolato delectatur inducere: viduarum/ pupil
lorū/egenorum/ expoliatorū/ iniuste passorum
causam videre renuit: compati nescit: τ lachry-
mis placari atq; inclinari omnino negauit: vti
tur irremediabilibus armis: et cū tangit/ vellet
transfodere. Ferus nature atq; sacramento cō
temnit deferre: ferrū ferum semper portat τ in-
nouat ferus. Crudelia sunt viscera feri: ferum
animū fert semper: feritur ferus: fera verba fert
in lingua ferus: sed interdū suauia/ vt ferius fe
riat ferus: vitam ferani/ ferosos mores fert fe-
rientibus se ferus. Ferus furēs/generis ꝓpin-
quitatē abhorruit. Ferus nō subuenit: ferꝰ hor
rea tempore necessitatis claudit: ferus innocen
tiā odit: ferus vilaniat: ferus percutit: ferus ex
poliat: ferus occidit: ferus in occidēdo consen
tit: ferus cū feris demonibus sociādus erit: nū
ꝙ cū hominibꝰ amicādus. Subijcit bestijs hō
a feritate deuictus: nō natura/sed animi ꝑtina-
cia τ immanitate morū. Ferus libētius ad ma
la facienda ꝙ ad cōuiuia pergit/ad turpia ꝙ ad
escas. Sanguisuga insatiabilis est: ex sangui-
ne procul odoratur bellū. Ferus soluz sistit ab
omnipotētia: et ab impossibilitate ad mala su-
stinet morā. Huius feritatis in veteri testamen
to τ in histo᷑ijs gētiliū multa sunt exempla: sed
nulla peiora ꝙ que a christianis facta sunt tem
pore christianorū. Tyrānides/partialitates/se-
cte/latrocinia/auaricia/dominādi libido/si cir
cūspiciātur τ interrogentur: nullū feritatis ge
nus inuenitur nō actū. Noui demonū ꝓ omni
bus esse feros/feriores atq; similiores collegas
quorū amicus sciat quia demonuz est amicus.
Igitur cū feris hominibus sicut cum feris est
amicitia socianda. Quoniā amicitia initiuz est
animorū/τ mansuetorū amabilis q̄litas. Ami-
citia animi refugit feritatem: velut totiꝰ sue cō-
sistentie omnino contrariā: et sui regni atq; do
minij emulā. Amicitia nō nouit iniuriā: proin-
de nec rependere nouit. Amicitia nō hospitat
in domibus feritatis: pacatū est hospitiū eius.
Abhorret amicitia truces: nec assistit animis ef
feratis. Amicabilis in visceribus pius: τ mores
habet iure tractabiles. Pius et ferus/hostis et
hostis. Inter hostē et hostē amicitie sella sub-
uertitur. Mors tractabilis et furēs vita/ignis
et aqua. Inter ignē τ aquā que sit cōuētio/ expe
rientia loquit. Ut breui sermone perstringam:
ad ferū vera amicitia esse nō potest: imo peni-
tus esse nō debet. Feroces referuntur ad cor-
pora tm̄: vt feri sint animo semp: quandoq; ve-
ro et corpore feroces intelliguntur: sed magis
amicandū esset cum fetentibus infirmantibus
corpore/ꝙ cū ferocibus malis. In illis corpa:
in istis mores infesti penitꝰ sūt horrori. Nefan
diori per omnia interpretatiōe sunt euei/ī ami-
citia declinādi: pessimi nāq; interpretant. Pes
simus est/qui in malo nō pōt deteriorari. Pessi
mus est/ qui ascendit turrem nequitie: qui at-
tingit apicem mali. Pessimꝰ est/ qui ab ea qua-
litate bona qua deficit/ perfecit extremū: et ad
eam qua disposuit infici/totū tote se dedit. Pes
simus est/qui ꝓ posse nullū malum dimisit in-
haustum. Legitur ꝙ Sodomite pessimi erant.
Pessima res erat/ꝙ magis insaniebāt in iuue-
nes homies ꝙ in pulcherrimas mulieres. Sed
pena ostendit qualis eorū pessimitas fuit. Pes-
simus est/qui seipsum violētat ad malū. Pessi-
mus est/qui adinuentiones τ nouitates adinue
nit in peccatis. Unde populus dei cōminatio-
nē accepit a Moyse in deserto: ꝙ ꝓpter adinuē
tiones pessimas in peccatis esset perdēdus. Ad
inuētiones pessime in peccatis sunt: cū q̄s pre-
ter alueū malorū insurgentium a natura corru-
pta/ ꝑ subtiles τ sedulas adinuētiones ad ma-
lū conatur: vt plus velit facere ac inuenire sua-
sus a malicia ꝓpria/ ꝙ cōmotꝰ a fragilitate aut
corrupta natura. Pessimꝰ igit qui semp ad ex-
trema vitioꝝ accedit. Pessimus est/cui si ad ali
quod malū agendū desit aliquādo facultas: ad
nullū tamē deest iniqua volūtas. Pessimus est
in quo nō est aliquod rectū in animo siue mori
bus inuenire. Pessimus spondet faciliter fidē/
vt maiorem inferat fraudem. Horum doctrina
bat Salomon cauere amicitiā/ nequitiā eoruz
declarans: Qui relinquunt iter rectū: et ambu Prouer.2.
lant per vias tenebrosas. Qui vero letātur cū
malefecerint: τ exultant in rebus pessimis. Nā
qui exultat ī malo/malus: in peiore peior: ī pes-
simo pessimus est. Et inter septē que dominus
odit/hoc numerat: Et cor machinās cogitati- Prouer.6.
ones pessimas. Meditatur atq; machinat co-
gitationes pessimas: qui circa deum huma-
nū aliquid atq; impertinens/excepto ꝙ carnem
assumpsit machinatur: et aduersus christū hu-
mana ratione cōsurgit. Ille machinat pessimū
qui sine causa/omi dolo subuertere nitit proxi-
mū. Ille machinat pessimas cogitationes/qui
semp cogitat quō statuatur iniq̄tatis thronus: τ
virtutis soliū τ iusticie cathedra subuertat. Cū
his omnino amicitia nō est ferenda. Necesse fit
penitus vt hic aut alibi deprimant/qui ad pessi
mos amicitias copularunt. Legitur paralipo-
menon/ ꝙ Josaphat rex iuda post multa bona 2.Paral.19.
opa iniuit amicitias cū ochozia rege israel/ cuiꝰ
opera fuerūt pessima. Et particeps fuit vt face-
ret naues que irēt in tharsis: feceruntq; classes in
asyongabar. Prophetauit aūt elyeser filius do-
daym de maresa ad iosaphat dicens: Quia ha-
buisti fedus cum ochozia: percussit deus opera
tua/contriteq; naues: nec potuerūt ire ī tharsis
Ecce desup omniū inspectator demōstrat/ quā-
tū sibi displiceat cū pessimis amicari: qui nō so
lū pessimi/sed etiaz destruxit opera confederati
amici. Sed hic aliquali mora sistitur animus/
vt notus fiat pessimus. Et in quo ē penitꝰ ami-
cus pessimus ochozias/refertur. Quia secutus
est peccata paterna/similiter τ materna. Pec-
catū grāde inter cetera fecerat Achab pater eiꝰ 3.Reg.21.
qui vineam pauperis volebat auferre: et cum
aliter nequiret/cōsensit in mortē eiꝰ/atq; posse-
dit: adorauitq; idola. Mater vero eiꝰ suo tempo- 3.Reg.19.

re inuenta est pessima mulierū: persequebatur enim prophetas domini: et falsos prophetas tuebatur atq; fouebat: quorū impietatē Ochozias animo et operibus sequebatur: adorauit Baal: irritauit omniū creatorem: quod est iniquitas maxima. Sequebatur q; vestigia illi⁹ qui preuaricationē et idolatriā per autoritatē regiam et iniquā induxerat primo in populo Israel: cuius Iosaphat factus amicus/extitit punitus in nauibus nauigantibus in tharsis p auro ophir. Tharsis exploratio gaudij interpretatur. Naues studia sunt ad aliquod arduū operandum. Proinde illorum omnium studia qui pessimis amicantur/diuina vindicta franguntur: ne in explorationē veniant infallibiliū gaudiorum. Idcirco nulli vertatur in dubiū/ quin pessimus pessimabit amicū: vt eius participio prematur animus: ne figatur in regione illa vbi vera sunt gaudia. Igitur omnimode pessimorum amicitia repellatur. Optimū est in moribus amicitia. Optimū et pessimū nō habent legem glutinij. Optimū et pessimum nulla iusticia nectit. Amicitie proprium est intrinsecari ad animos amicorū: nō extra manere. Sed cōtrariorum nulla intrinsecatio/ ex substātia et qualitate manēte. Nō intrinsecatur ignis aque/nec aqua igni. Nō intrinsecatur nox diei/aut dies nocti: lux i tenebras nō ingreditur/nec tenebre in lucē: oportet q; vnum maneat/alterū abeat: et alterum depellatur ex altero. Habentia similitudinem aliquā cōmiscentur: vt aqua et vinum/ et q;plures liquores: et aliqua genera metallorū/ et horum similiū: q;uis neq; habeant similes qualitates. Contrariorum vero nulla commixtio: in talibus natura respuit: magis vero i intellectualibus virtutibus atq; bonis christianis morib⁹ diuina iusticia cōtradicit. Nā intrinsecatio cōtra nature ordinē inquietudinē sepe parit. Vapor intrinsecatus terre contra ordinem sue nature terremotū generat cū erumpit: in aere vero densitatem nubiū interclusus/ aut tonitruum aut coruscationem parit. Pessimū si includatur in optimo: si optimū includatur in pessimo: aut vnū conuertetur ad reliquū: aut parturient inquietum: quoniā hec ordo non patitur. Ubi ordo/ibi quietem est necessario adesse. Colligētes lapides eos insinuant/qui verbis duris alios dilapidant: ac animi duricia persequuntur. Colligūt lapides qui lapidare volunt. Colligūt lapides qui edificare in mūdo isto concertant. Edificatio lapidū signū est superbie: indeiectabile querit edificiū facere. Colligere ad edificium lapides/negatio est mortis. Difficile mori credit qui edificat. Colligere ad edificiū lapides/rebellionem fecit. Qui vero edificādo excessit/conturbauit rempublicā. Collectio lapidum/insensibiliū aggregatio: et ad duriciā fit aceruus. Colligit nāq; lapides/qui se materialibus atq; prementibus onerauit. Fertur in pfundum aque lapis proiectus/ne colligas submergentia mentē. Ad hec scriptura dicit: Qui (Eccl. 22.) proijcit lapidē in volatilia/deiecit illa. Collegit quisq; lapides/si quis in animo verbū durum emisit ore: in volatilia: id est in hōmines contēplatiue viuentes: qui nisi tm̄ pro esca nō declinat ad terrā: et persecutus est eos: atq; propellit de pprijs finibus. Cū his nulla sit federatio amicitie: si autem fuerit/abrogetur.

¶ Cauendi sunt in amicitia/qui solū norunt temporalia/et non eterna.

Capitulum XI

Omnis aliud fugiendū in amicitia/ filio nomine aratheo cōprehendit: qui longitudo consulēs interpretat. Est eternitas: est et lōgitudo. Eternitas in alia vita longitudo in ista cōsistit. Si eternitas cōsulit/ cōsyderet p eternis. Lōgitudo p longis tēporalibus atq; tēporibus cōsulit. Plura sunt vti q; cōsilia quomodo vita trahat in longū: q; fuit si possit protrahi in eternū. Cōsilia multa sunt/ quomodo viuatur in vita beata. Inuenitur cōsiliarius ad euadēdū temporales penas: rarus ad euadendum eternas. Inuenitur pro vxore/ nō pro virtute: pro lucro rerū/nō meritorū: pro honoribus perfunctorijs/nō pro eternis: p sanitate corporis/rarus pro sanitate mentis. Cauēdus est omnis ne ad amicitiā asciscatur/ qui solū nouit pro longitudine temporū dare consilia. Etenim auertet hominis mentē ab his/quorum penitus nō est finis. Qui solum temporaliter cōsulit: nō pro eternis/sed p temporalibus quesiuit amicum. Idcirco dixerim nullorū veram fuisse amicitiam: qui nō tradiderūt aut quesierunt eterna. Nempe iusticia christiana respectu eternorū maxime ligat amicos: ad hoc eni iubet diligere inimicos. Proinde sepe accidit inspecta lege credulitatis christiane/interueniente amore charitatis christifere: vt amicus de amici morte nō doleat/ credens ipsum in eterna deduci: et ipso in eternis pariter in domino frui. Nec nō amicus amat bonum amici: q;uis ad ipsum bonum aliquando non possit. Multotiens et procurat/et ad deū gradū puehit: ad quē non posset aut vellet attingere. Non curat amicitia graduū altitudinē/dum animorū credat equalitatem. Proinde christianus amicus nō gaudet hic amicari/ si amicitiam dei sperat eternā: nec multipendet presentiā/si premortuus illuc ingreditur/vbi erit libera in omnibus amicitia in p̄sentia creatoris. Deuitabit omnino tibi duntaxat terrenorū cōsultor: queratur omnino qui sciat et valeat ad eterna cōsulere/similiter et prestare auxiliū. Inde dicit Jesus filius syrach: Pacifici sunt tibi multi: et cōsiliarius (Eccl. 6.) sit tibi vnus de mille. Pax cū omnib⁹ est habenda: sed cōsiliarius amicus sit vnus de mille: sit vnus electus ex mille. Millenarius numerus est vltra quē nō progredit/ nisi replicetur. Sit vnus qui ad vnū deū cōsulit: qui ad eterna te dirigit: qui te possidere possit in deo: in quo nō perdit si morit amicus hō: sed rar⁹ est/singularis est/sicut vn⁹ in mille. Ista multitudo con-

sulit pro longitudine valde brevi: huiusmodi amicus qui ꝑ eternis cõsulit/ omnis boni medi
Eccl. 6 camentũ portat. Unde scriptũ legitur: Amicus fidelis/medicamentũ vite ꝛ immortalitatis. Et qui metuunt dominũ/inuenient illũ. Ecce qualis est fidelis amicus/ medicamentũ vite. Ordinat istam vitam/ officiũ assumit medici verus amicus: dietam a nociuis imponit: purgat verbis: et asper sepe videtur: dulcis in malis semꝑ amicus nõ dicitur verus: quia dum adhibet curam in moribus/etiã ad immortalitatẽ preordinat. Qui vero ꝑ tempore peritur orũ longitudinem consulit/amicus est temporis: et nõ ꝑmanebit/si nubilũ tempora paterent. Hinc di
Ibidem. citur: Est amicus ꝯm tempus suũ: et nõ permanebit in tempore tribulationis. Amicus igitur tẽporũ in hoc tẽpore deuitetur: ne forte ad eternitatem beatificam a tempore infelici perueniꝛe nõ sinat. Temporales amici ad eterna ire retardant: et multo impedimento fiunt ne celestia capiamus. Quorum vox de humo/ꝛ cor terrena insultat: nescit consulere pro eternis. Nec quis dabit alteri consilium/quod pro seipso nõ accipit. Et si verbo dicit/ contrarium ostendit operibus. Operũ autem mutatiua fit in hominibus amicitia.

Apostate veri amici esse nequeũt. Capitulum XII

Iniqua phereseorũ generatio nõ recipiatur ad amicitiã. Dominus enĩ iubet/ imo ꝓhibet q̃ nouit iniquã. Interpretant enĩ pheresei/separati siue dissemiati. Unit amicitia/ nõ separat. Separati atq; disseminati ad amicitiã nõ conueniunt. Et q̃uis possit vtrũq; in bonã partem reflecti: nos vero cogimur omnino in malam: pro eo ꝙ reprobatus est homo/ cuius nominis agit interpretatio. Separati cũ quibus amicitie nõ tractande/ sunt omnes qui a religione christiana recesserunt/ et apostatauerunt a fide: in omnibus est inutilis fact⁹. Sa
Prouer. 6. lomon dicit: Homo apostata vir inutilis/ graditur ore peruerso: annuit oculis: terit pede: digito loquitur: prauo corde machinatur malũ: ꝛ in omni tẽpore iurgia seminat. Huic extemplo veniet perditio sua: ꝛ subito cõteret: nec habebit vltra medicinã. Separatus a fide christiane religionis/nihil nobiscum debet habere cõmercij. Secessit in contrariã partẽ qui fidei abrenunciauit christifere: repudiauit et christum amicitia iterũ repudiat ipsum. Separat⁹ a christianis solus nõ mansit: ergo ad aduersos accessit. Aduersarijs amicus/nobis inimicus erit. Qui a fide catholica errauerunt/nulli seruabũt debitam fidem. Sunt separati apostate professionũ. Cũ quibus velut cũ falsarijs amicitia denegetur: quoniã ipsi deo/ hominibus/ sibimet amicitiã negauerunt: ꝛ maledictioni subiacẽt: nisi spe correctionis ꝛ cõuersionis omnino ineuitabile participiũ habẽt ad eos: vt etiam aue nõ offeratur eis. Separati sunt qui actioni scripturarum intellectu diuidũtur: finxerunt tales fectas: ꝛ fecti sunt. Separabãtur maliciosi in veteri testamento/donec adesset purgatio legalis manebantq; sepe foris domos et extra castra. Proinde quos separat omnino amicitia/recti nõ sũt: donec iusticia christiana iudicet esse purgatos/cũ quibus amicitia sit ferenda. Separati appellãtur/omnibus moribus singularib⁹ incedentes: qui nõ verentur ꝑturbare mores publicos et ꝓbatos. Qui etiã propter aliquod insigne virtutis aut scien. ie/quam habere se credunt: ab alijs recte viuentibus intẽtione/ conuersatione/morib⁹ separant: vicissitudinẽ amicabilẽ nõ merent: separati enĩ sunt. Omnes vero separati sunt ineq̃les ꝛ impares: eterẽ ab equalitate atq; paritate recesserũt. A separatis igitur omnino expedit separari: nec amicitiam fieri ad eosdem. Expertũ et probatũ est/ꝙ ꝓpter aurũ et argentũ homo ab homine ꝓpinquo vel remoto seiungit: separat sepe ꝓpter rem vilem/ etiã ꝛ turpẽ. Et magis dilexit irrationabilib⁹ ꝛ insensibilib⁹ atq; turpib⁹ assistiꝙ̃ reseruare cũ homie iustũ fedus. Multi sunt vniti sub tecto animo autẽ separati sunt. Ostenderũt pleriq; magnã vnionem verbis: intentione diuidebantur. Sed de intimis quis iudicabitur? Amicitia in credulitate peragitur. Quõ fiet amicitia/ nisi amari me credam: et alter amari se credat? Quid mihi de intimis iudicare/si separat⁹ aut vnitus? Quis introspexit hominũ viscera? Interiora quis nouit? Libet quod dicit: sed regulam infallibilẽ aduerte vniti ꝛ separati. Amicus est alter amicus: sicut quidã interrogatus: quid tibi est amicus? respondisse fertur: alter ego. Si amicus alter tuus est: nunq̃ allegabit accusationes in peritiis/in erumnis/in laboribus/in tribulationibus pariter sustinẽdis: sicut tu cõtra teipsũ nõ allegabis. Quem videris inuenire ad ista suffugia: excusationes inquirere: letãter nõ exponere corpus ꝛ res: separat⁹ est animo: amicitiã solũ verbis/amore vel opere non fouebit. Expedit omnino cũ separatis nõ amicari: ꝛ amicatũ separatũ fieri. Huius enĩ insolubilis est ratio: quia melius est nõ confidere/ꝙ̃ post confidentiã decipi. Multi sepe amici multa fecerũt/ pericula nõ timuerũt: releuari credebãt si affuisset oppressio: tẽpore vero quo amicitia ꝑ opera debuit clarescere/palluit: et indigẽti melius fuisset prouisum/si talem nõ habuissent amicũ. Uoraginem desperationis parauit/ qui amico in necessitate defecit. Diuisit domin⁹ multo miraculo ab egyptijs israelitas: pro eo ꝙ q̃uis essent in eadẽ regione: religione vero et cultu separati erant. A nequiter igit separatis recede: amicitiã nõ coniũgas: disiũge q; coniunctã. Cũ disseminatis expedit idem agere. Disseminati dispersi sunt in omnẽ vanitatẽ atq; vanam doctrinã: quorũ amicitiã oportet necessario deuitare: quoniã qui ad seipsum non colligatur/nunq̃ colligatur aut colligabitur ad amicũ. Dissemi natus ad se/conueniet nemini. Collectus ad sei onera iuste portabit amici.

¶ Mali consiliarij veri amici non sunt. Capitulum XIII

Orum vero qui signantur in aradio/
qui de numero male sobolis fuit: ab
amicitia iubemur atq3 premonemur
auerti. Aradij deponentes consiliũ/aut descen-
dentes festinanter interpretantur. Septem ho
minũ genera deponunt male consiliũ. Alij qui
audire contemnũt consiliũ: alij qui audiunt et
abijciunt: alij qui subito et improuise consu-
lunt petentibus/consilia deponunt: alij qui ob
rem consiliũ porrigunt: alij qui perperam con-
sulũt: alij qui bonũ aliorũ consiliũ paruipẽdũt/
et qui vt nõ fiat impediũt. Qui contemnũt au-
dire consiliũ/falli nõ possunt: quod solius dei
est per naturã/et confirmatorũ per gratiã: quod
solum in superis agitur: aut cum viantibus de-
us illuxit: et inuisibili luce inuisibilez perfudit
animã tanto certitudinis argumento/vt omne
dubiũ sit amotum. Quod paucissimis datũ le-
gitur: illis succedunt aliqui excellere intellectu
ali lumine: et veritatis totius splẽdere fulgori-
bus: vt nõ indigẽtes sibi solis appareant. Qui
bus vt sopore pressis euenit: qui vidẽt in somno
lumen solis/fulgentẽ meridianã lucem: et per-
ambulare multa loca tramite recto: Qui cũ eui
gilauerint: aut in ꝓfunda nocte/aut zeta obscu
rissima dormiũt. Hi sunt deponẽtes consiliuz:
qui audire penitus nolũt/sibi omnes sufficien-
tias ascribẽtes. Et sepe nõnulli reperti sunt at-
q3 reperiunt: qui se cognoscũt indigere cõsilio/
et insufficientiã autumant qua premũtur: sed q2
penitus reputari inter homines volũt: consiliũ
non petendo deponũt: ne inferiores his quos
consulũt esse videãtur: vt eo ipso aliquid esse ap
pareant/cũ aliorũ cõsilia nõ pertractãt: sapien-
tes in eo videri se credũt/quo aliorum cõsilia refu
giũt. Hi penitus ad amicitiã nõ querãtur/ qui
in ꝓpria virtute confidũt: aut aliorum consilia
spernẽdo deponũt: de quibus per Esaiã dicit:
Esa.30 Ue filij desertores ait dñs: vt faceretis consili-
um/et nõ ex me: et ordiremini tela nõ per spiri-
tum meũ: vt adderetis peccatũ super peccatũ.
Qui ambulatis vt descẽdatis in egyptũ: et os
meũ nõ interrogastis. Os enim dñi est quicunq3
nouit dei scientiã et veritatem agendorũ: et po
test et scit prestare consiliũ: a quo est anteq̃ fiat
aliquid requirendũ. In lege dei est consiliũ agẽ
dorũ et cauendorũ verius q̃ in lege hominum.
Multi vero legem dei omnino audire contem
Zacha.7. nũt. Cõtra quos zacharias clamat. Posuerũt
cor suum vt adamantẽ/ne audirent legẽ. Et per
Prouer.1. Salomonẽ sapientia dicit: Despexistis omne
consiliũ meum: et increpationes meas negle-
xistis. Ego quoq3 in interitu vestro ridebo: et
subsannabo cum vobis quod timebatis/ adue
nerit. Contemptores ergo consiliorum sibijpsis
parauerunt ruinã. Cũ ruinosis ascisci/aut ami-
citiã contrahi velle/ruere est cũ ruẽtibus. Mul-
ti audiunt consiliũ/et abijciunt. Audiuit sanum
et seniorum consiliũ Roboam rex filius Salo
monis regis: q̃ mite/dulciter et leniter respon-
deret populo alleuiari petenti. Qui eorũ cõtem
psit consiliũ/adherens peruerso et infelici cõsi-
lio iuuenũ: vñ secuta est diuisio regni sui. Que
q̃uis deberet merito paterni delicti: potuisset
sisti ordinatione sani cõsilij. Multis enim malis
obuiãt consilia sana. Et ruptis habenis incon
sulta bona nõ veniũt aut ruũt. Audiuerũt mul-
ti cõsilia prophetarũ/et deposuerũt: id solũ agẽ
tes ad quod ex volũtatis impetu ferebãtur. Ut
in Regum volumine legimus: reges Israel et 3.Reg.22
hierusalẽ cõgregati atq3 parati ad ꝓliũ: ꝓphe-
tam quendã Micheã nomine/ iustũ et sanctuz
pro ꝯsilio prophetice visionis interrogauerunt
Qui adiuratus respõdit eis/prout acceperat a
domino veritatẽ. Ipsi vero ꝓprio impetu agita
ti/aliorũ suffulti cõsilijs: cõtra prophete consi-
liũ quo decreuerãt ascẽderũt: sustinẽtes exinde
quẽ propheta ꝓdixerat ante conflictũ. Nõ igi-
tur sunt hi ad amicitiam euocandi: magis vero
sunt respuendi qui consilia sana deponũt. Ami
citia vero ipsa processus cautos inquirẽs/ semꝑ
cõsiliatiua est: et sana cõsilia querit: et ad inuicẽ
cõsiliatiuos amicos: vt vnus ab alio ꝯsilia que-
rat: vt cautior in omnibus ambulet: et alteri cõ-
sulat/si preest consulendi virtute. Si vero i ero-
gando consilio deficit: inquirat ab alio/ vt ami
co fidenter et ex amore petenti consiliuz/in fide
atq3 amore consulendo respondeat. Proinde
consiliũ deponentes/carent amicandi virtute.
Deponũt quidam consiliũ/ videlicet irrogan-
do petentibus: sed consiliũ alijs inferendo/de
ponere eo vitium est: atq3 deponẽtes vitiosi red
dunt: q̃ faciliter et improuise deponũt. Nõ enim
expedit improuise inferre cõsilia/vbi pondero-
sa res agit: maxime his qui nõ habent certã sci
entiã aut expertã negociorũ et agibiliũ. Tales
sunt qui consilia improuise cõferũt/quales ca-
nes in incertũ latrantes/aut aues ad incerta vo
lantes: siue aues nutrite iuxta humanas voces
que aliqua humana verba ex audiendi frequen-
tia didicerũt/nõ intelligentes cũ proferũt. Cõ-
sultor improuidus ruina est populi: magis ve-
ro amici/si in ipso confidit. Qui subito consulit
in re dubia/philocompus aut amẽs est. Multi
subito dederũt ad interrogata consiliũ/ ne sup-
sedẽtes haberẽtur ignari. Quos cenodoxia in
loquẽdo deludit: nunq̃ dominati sunt verbo.
Possent multi sana ꝓstare ꝯsilia si preuidissent
et subita responsio induxit errorẽ/parauit atq3
periculũ. Nõ omnibus sciẽtia: et omniũ memo-
ria suppetere cõsueuit extemplo. Quibus sapien
tius ascriberet ignorantiaz allegare aut tẽpus
prouisionis/q̃ verbũ proferre in cassum. Unde
scriptũ est: Anteq̃ loquaris disce. Et alibi: Ne Eccl.18
temere quid loquaris. Subuersio audiẽtiũ/nõ Eccl.5
deliberatum consilium. Melius enim est et ami-
citia tutior/amicum habere ignorantẽ/et digi-
tum apponentẽ ori suo super his que nõ nouit
q̃ qui importune consulit: et ab ignorãtia tem-
poranea siue a semꝑ insita detinetur. Non olim

est inferre consiliū: sed plurimū est indigere. A ta
libus taliter consilia deponētibus caueat / qui
Ecl.3 amicus querit esse securus. Merces fecit cōsi-
lia multa deponere: interdū vero nō pauciora
puertere. Mercēnari9 cōsiliarius nūq̄ erit fid9
amicus: aspicit semꝑ ad manū cupidus oculus
eius. Man9 vacua munere / vacua redibit sepe
consilio / aut reportabit impertinēs: plena vero
dabit cōsulenti materiam consulendi: ꝛ non ad
amicū consiliū / sed ad datū. Amicitia hoc pro-
priū habet: vt non solū de rebus / sed de visceri
bus velit amico seruire: quod fit dū amico con
sulendo seruitur: et hoc excepto / q̄ amicus ve-
rus nollet amicū ab aliqua idigētia premi. De
nobilibus tamen cum obsequitur / vellet habe-
re materiā obsequendi. Nulla dona nobiliora
q̄ sapientie verba siue cōsilia: que ab animi vir
tute ꝓcedūt. Que dona deturpat / qui ob rē ami
citiam consiliaq̄ deponit. Et si congruū inter
dū noscitur ab alijs quippiā expetere pro cōsilio:
nūq̄ tñ dignū geritur in amico. Honesti9 in ami-
cis rerum permutatio ad inuicē toleratur / q̄ con-
siliorū vēditio: que nunq̄ ꝑterq̄ inhoneste agi-
tur. Si a dilecta et pia matre omniū natura ꝓ-
condita insit alicui beneficiū atq̄ scientia cōsu-
lendi: omnino quesitus gratis cōsulat / ꝛ nō ven-
dat. Si vero a studio multo tēpore cōquisito ex
pensis atq̄ sudoribus: licite venditur quod est ex
pensis / laboribus atq̄ sudoribus acq̄situ: ami-
co autē nunq̄. Nam hoc lucrū est scientie atq̄ la
boris acq̄siuisse amicos: quib9 gratis se donat
generosa volūtas. Proinde qui venaliter depo
nit dando cōsilia / ab amicitia secludatur. Gratis
Mat.10. accepta gratis dare iubemur a iusticia christi-
ana: laborib9 parta gratissime gratis amicis.
Sunt quidā ꝑperā ꝯsilia deponentes: q̄ anfra-
ctuose querentibus cōsultū / serpētino more an-
fractuosis gressibus incedūt: consilia infausta
emittūt: dolū semꝑ aduersus quempiā in consi
lijs includentes. Hoc fecerūt filij iacob / volen
tes vlcisci de sichimitis: dederūt ꝯsiliū circūci-
sionis: ꝛ eis amicari ex alio videbātur: imo ꝑ nu
ptias artiora federa ꝯtractare: quo facto / irrue
rūt sup eos torquēte dolore circumcisionis: et
quos voluerūt / in ore gladij occiderūt. Contra
quos ꝛ ꝓpter quod scrūs patriarcha iacob / cū
Gen.49. filijs bn̄dicere posit9 in egypto / dixit: Symeō ꝛ
leui vasa iniquitatis bellātia: in cōsiliū eorum
nō veniat anima mea. Semꝑ eñ perperā cōsu-
lunt qui prodere volūt. Hoc persimile etiā fu-
nestū consiliū Aman dedit regi Asuero: vt om-
nes iudei vno pariter die interficerētur: ob in-
uidiam et indignationē animi / quā aduersus an
te se nō inclinātem cōceperat Mardocheum:
Quis diuina bonitas eius dissiparet cōsilium.
Sepe consiliū iniquū ꝑmit / qui ab impietate
Prouer.16. animi definetur. Unde Salomō dicit: Uir im-
pius lactat amicum suum: et ducit eū per viam
nō bonam. Infinitus est eñ impiorū numerus
qui cōsulēdo dulciter / nequiter amicum decipi-
unt: ꝛ rationibus ornāt cōsilia / vt fidelia videā
tur: a quibus difficile atq̄ raro cauetur: dū more
materni lactis in pueri ore trāsfunditur. Et ite
rum dicit: Cōsilia impiorū fraudulēta. Erum- Prouer.12.
pit in illa qui gerit in animo fraudē: ꝛ decipit
cōsulendo quem vocat amicum / qui fert animū
vipereū. Et vir iniquus decipit amicum suum.
Unde in Ecclesiastico dicitur: A cōsiliario ma Eccl.37.
lo serua animā tuā: prius scito que sit illius ne-
cessitas. Malus cōsiliarius aut infidelitati aut
ignorātie subiacet. Malus ꝯsiliari9 / humanus
diabolus: qui semꝑ dū cōsulit / venenū infundit
Interroga ꝓtoplastos / vt tibi binus annunci-
ent veritatē: sup quos fraudulento cōsilio mor
tis induxit imperiū. Consiliari9 vero malus ad
pericula exponit amicum. Consiliarius malus
in seipso lapsus / ad nullum mansit erectus: feli
citatē se dixit habere / si visibiliter atq̄ inuisibili
ter habeat infelices. Sed quis cauebit? Subiū
ge anteq̄ amicitiam copules / id quod sapientia
dicit: Prius scito que sit illi9 necessitas. Si ad
amicitiam mali hominis / aut cuiuscunq̄ noui-
ter fueris requisitus: vide prius qua causa mo-
uetur amicitiā copulare: qua ꝓcognita / cōiunge
siue deuita: si tu vero quesieris / causā ꝓstringe
tuā / ineuitabilē aut leuē. Mot9 ad aliquid ex le-
ui causa / leuē animū monstrat. Qui autē ineui-
tabiliter stringit: ꝛ quadrigā damnorū trahit a
tergo: absq̄ probatione tamē: nō amicitia / sed
quedam conuersatio ꝑ tempore permittitur. Nā
q̄ malus consiliarius est abscisendus amicus:
Proinde cōsilia perperā deponētes / in amici-
tia deuitentur vt demones.

¶ Multiplices consiliarij.

Capitulum XIIII

SUnt ꝛ nōnulli qui ꝯsilia bona prolata
in iudicio ꝑ republica siue ꝑ re priua-
ta cōtēdēdo deponūt: eisq̄ aduersan-
tur verbis / factisq̄ subuertūt: aliosq̄ ad subuer-
tēda submittūt: quoꝝ ꝯditio eo periculosior no-
scitur / quo preterq̄ ꝓpriā omnē substantiam de-
struunt: qui rempublicam pro qua et in qua cō
sulunt / nō amant: sed propriā firmare sententiā
certant. Quid periculi quidve damni eueniat
ab eis in cura nō agitur: dūmodo eorū firmetur cō
siliū / et alterū destruatur. In hoc mercantur vm-
braticam gloriā: q̄ eorum alijs sunt prelata cō-
silia: Et quo plura subuerterunt / peramplius ex-
tollūtur. Et prout si aduersarijs dedissent bel-
lo conflictum: sic infauste letātur / si bonorū ci-
uium consilia diruerunt: qui prius mouent ver
borum bella ciuilia / q̄ armis aggrediantur ad
hostes: quos ex subuersiōe ꝯsilioꝝ sup eos fece
rūt sepe victores. Et munera mala ī republica
euenisse cognoscim9: cū ab īprobis bonoꝝ ꝯsi
lia diminuūtur. Cōfunditur respublica / si ꝑ ipsa ve-
xillū veritatis inflectitur: aut ipsa veritas tremefa
cta in hominib9 ꝑregnāte nequitia / nō loquitur
aut tremula lingua balbutit. Sed peior vsq̄q̄
q̄ cōditio: cū sanum elucescit consilium / ꝛ abro
gatur potestate maloꝝ: quo abrogato / statui-
tur quod est malū. Euenit plerūq̄ vt consiliū

deponat consiliũ/et sapiens stultuʒ: vt stult⁹ sa
piens reputetur. Deposuerũt potentes inferio-
rum consilia :quibus nihil irreprehẽsibile cõpe
tebat: aut ea nihilopendẽtes: aut suffulti vere-
cundia si tenerẽt cõsilia deiectorũ: aut existimã-
tes ꝙ quibus deest facultas ⁊ apparatus exte-
rior/ꝙ etiam desit ratio interlucens: sed prius
esset examinãda/ꝙ deijcerent consilia plebeio-
rũ. Multi emulatores agitati ab ipsa rabie in-
uidendi/ conati sunt deponere eorũ ꝯsilia/ qui-
bus respublica siue ciuitas queq; tuta mãsisset
Perhorrebant em̃ tales supra se illorũ exalta-
tionẽ fieri: quorum firma tenerentur/ si felix se-
querez euentus. Qui vero alios inaniter antici
pare concertant libidine apparendi: ab ipsa de
ficientes potentia/ qua nec virtus suppetit con
sulendi: iustorũ atq; verorũ subdole nitũtur con
silia deprauare: timentes abiectiores fieri/ quo
amplius aliorũ consilia in repũblica refulgerẽt
Et aliorũ fulgor cecat oculos illorũ qui fulge-
re appetunt/et nõ possunt/seu nequiter possint.
Ex hoc em̃ in publicis cõsilijs atq; priuatis or
te sunt rixe/seditiones et secte/bella ciuilia/ ciui
tatum destructiones / exulationes ciuiũ/ plaga
reipublice insanabilis/ irremediabilisq; fractu
ra. Ubi omnes quotquot sunt/ pro placito rerũ
abijciũtur: et tanta sepe pertinacia detinenz/vt
potius velint cũ pereuntibus tolerare iacturã/
ꝙ patiantur alios anteferri. Proinde ad ami-
citiã nulla ratione perueniãt /qui aliorũ consi-
lia recte deponũt. Qui veris consilijs quomo-
dolibet aduersatur: velut pestis corrumpens in
amicitia refutetur: etiã si tibi sane ꝯsuleret: alijs
vero ꝯsilijs factus hostis. Nemo em̃ veritatis
amicus ⁊ inimicus existit: ad alterã om̃ino par
tẽ oportet affigi. Nemo veritatẽ et falsitateʒ si-
mul habebit amicas: reliquam illaꝝ expedit re
pudiare libello. Igitur in homine qui tibi bo-
nus/alijs malus existit/amicitiã nõ reqres: for-
te captato tẽpore tibi etiã pedicã ponet: et si nun
ꝙ tibi: tamen noueris amicũ esse hominis/⁊ nõ
veri. Nõ em̃ ad amicitiã colligãdus est homo/
qui tibi et nõ veri voluerit esse amicus. Quedã
alia mala hominũ natio in isto aradio designa
tur. Dicũtur aradij descendẽtes festinãter. De-
scensus vt plurimũ in scriptura vitiũ sonat: vt
recedam⁹ a sensu corporeo/qui semꝑ ad inferi-
ores gradus atq; partes attẽditur: descensũ mẽ
tis in his potius inquiramus. Descẽdere id di
xerim defectũ meliorũ ad bona/ et bonoruʒ ad
mala ꝓclmiũ. Qui vero festinanter descẽdũt a
ratione/a virtute in vitiũ festine ꝓsiliũt. Ad ma-
lũ irretardato gradu descendũt: a veritate ĩ fal-
sitatẽ faciliter incuruantur: qui ꝯtinue ĩ rumorẽ
falsũ opinione nequã descẽdũt. Qui relatorib⁹
facile atq; festine relationibus credũt/ab amici
tia fiũt omnino anathema. Caret honesta atq;
laudabilis amicitia festinatiõe ad malũ: ⁊ rela-
tiões q̃ possint illã adimere lõge pellit: nec leuit
ꝯstat aures relationib⁹ diuersoꝝ: quod est tota-
le amicitie detrimentũ atq; venenũ.

Innodati varijs vitijs/ ab amici-
tia repelluntur. Capitulu XV

Semaritheĩ significant peruersã homi-
nũ sobolẽ/ab amicitia penitus diuertẽ
dã. Interpretanz em̃ lane. Lane a lani:
ando dicte ferũtur: ꝙ a dorso seu corꝑe suꝑ quo
natura ꝓduxerat/dilaniate atq; diuulse sunt: ꝓ
pter quod necessario in partẽ malã interpretati-
onẽ reflectentes: ꝓpter reprobatuʒ hominẽ seu
populũ ab amicitia populi sancti dei eos intel-
ligimus/qui auulsi sunt a dorso condite nature
sensibiliter ac insensibiliter se ornãtes varijs co
loribus vanitatis: et inseparabili tinctorio tin-
gunz: vt nulla sit lauãdi acrimonia qua lauen-
tur. Quãuis em̃ natura corrupta suaʒ in nobis
tyrannidẽ teneat: ⁊ semꝑ nos verberet ĩ hac val
le miserie/in quã sic ꝓiecti sumus: tamẽ condi-
ta natura extincta nõ est: ex cuius bonitate peni
tus nati sumus: a qua ꝓpria voluntate nõ debe-
remus laniari/moribusq; auelli: ꝙuis in mem-
bris nostris militet natura corrupta. Sed qui-
dam atq; plurimi velut lane a corꝑe ouiũ insen
sibiliter ꝑ parte lanarũ auferũtur: sic quoq; a de
monibus atq; vitijs insensibiliter se permittũt.
Quot sunt? Innumerabilis est multitudo ho-
minũ et mulierũ/qui lane sunt hostis antiqui:
quos ipse violẽto tractu dilaniauit a dorso mi-
tis ⁊ diuine nature: et eos malo artificio lanificã
di in multã enormitatẽ distraxit. Ue omnibus
qui diabolico lanificio sunt subiecti. Tingũtur
sepe colore tetro iuidie: vt videlicet pena sit eis
aliorũ videre felicia. Tingũtur flammeo colore
iracundie: vt vsq; ad extinctionẽ in alios inarde
scant. Perfundũtur sepe sanguineo: vt etiã fe-
stinẽt effundere sanguinẽ. Immergũtur colore
celesti: vt ab importabili superbia/que falso ap
petitu homines facit esse celestes: et velut celuʒ
omnibus/ita velint mali tincti omnib⁹ superfer
ri. Albo colore albãtur: nõ ad puritatem/ sed ad
abolitionẽ omniũ gratiarũ. Uiridi colore mul
tos infecit: qui virẽt in putrida carnis actione:
cũ plus debito replẽtur/ aut lasciuiter effundũ-
tur/vt tauri super herbã male delectatiõis. Nec
nõ diuersitate colorũ rubricauerit hominũ cor-
da: vt in vestibus laneis monstrez varietas va-
ni cordis. Quẽ igitur videris vanitate atq; va-
rietate colorũ depingi/vanũ ⁊ varium ex corde
iudicare nõ dubites: perperã em̃ aguntur vesti-
menta multicoloria in corporib⁹ affectãtes. Et
hierusalẽ in typo reprehendiz: eo ꝙ sumpserit
vestimẽta multicoloria: et vestita eis fuit preter
dñi voluntatẽ. Quid tincte lane varietate infe-
liciũ colorũ ad amicitiã admittũtur? Quid ho-
mines varij/malis cõsuetudinib⁹ tincti: ad quo-
rum lauamen nulla videz valere industria: fir-
mato cõsuetudinis more/velut natura quadam
ad amicitiã requirunz? Cur si venire in amicitiã
volunt/nõ repellunz extemplo? Cur eis applau
dit leta hominũ facies? Cur cũ eis per viã con-
serta graditur manu? Cur mutua obsequia siue
cõuiuia inter eos quibus indelibiliter adhesit

tinctura maloꝝ: quib⁹ mos firmatus iniquus ꝑ
cipit vt natura. Quedam sane sunt hoīes mali:
quoꝝ morib⁹ cōuersans vt indumēto se induit.
Et palliū inhonestatis efficit socio malus ho-
mo. Propter quod cōtra eos qui ꝓpriū nature
colorē abijciunt/alijsq; colorib⁹ tingunt/oīpo-
Hiere.12. tens clamat: Nunquid auis discolor hereditas
mea mihi: nunqd auis tincta ꝑ totum? Discolor
proculdubio dicit qui ꝓprio colore mutato/aliū
impertinentē assumpsit. Unde subiecit/aut auis:
scʒ malis coloribus tincta ꝑ totū. A proprio nā
q; colore nature create atq; decentis virtutis ꝑ
mutant colores/quē a diabolo sunt sane tincte.
Proinde tu q in hoc mūdo sub timorib⁹ degis
nō ineas amicitie fedus cū his de quib⁹ cōque
ritur qui nouit oīa deus: et qui taliter tincti sūt
malis/vt oīno impermutabilis sint tinctura. In
Hiere.13. quit alibi ꝑ prophetā oīpotens: Si potest ethi-
ops mutare pellem suam: ⁊ pardus varietates: ⁊
vos poteritis benefacere cū didiceritis malum.
Sed quod impossibile sit hoībus/a diuina potē
tia nō trahamus. Oīa eī quecūq; voluit/fecit.
Sed quousq; noueris sup malis coloribus tin-
ctos ꝑ impotentiā diluendi diuinā illusisse po
tentiā: cui ad lauādū nihil resistere pōt: nō iun-
gas amicitiā: q cū malis ptinacib⁹ esse nō debet

¶ Similitudo virtutū et morū amicitia iungit: dissimilitudo econuerso. Capitulum XVI

Alij nequā signantur in amatheo filio
chanaan: in cui⁹ interꝑtatione colligi
tur popul⁹ reprobat⁹. Interꝑtant eī
amathei ppli peccantes vel indignātes rigidi.
Alij nēpe sunt pctōres/alij peccantes. Pctōres
dicunt q peccauerūt ⁊ substiterūt. Peccātes ṽo
q ad mala more fluminū semꝑ fluūt/⁊ mala mal
adijciūt: quos nō terret irremediabilis pena ge
henne: amor supne patrie nō refrenat: rationa-
bilis ordo iusticie nō deterret: nec trahunt amo
re societatis honeste: nec pudore ꝑfundūtur in
libello maloꝝ ascribi. Effluunt ⁊ defluūt ⁊ ꝑflu
unt/⁊ nō refluūt: vmbrosis reb⁹ satiari querētes
quos male agendi accedit iterū rabies. Et ꝗuis
qsq; videat adesse satietas ex quadā impotentia
plus agendi: nō tamē est correcta volūtas/q sta
tim ꝑficit malū dum resurgit in mēbris nefan-
da facultas: q ab omni amicitia sunt separādi: ⁊
si credunt amicitiā copulasse/falluntur. Ac ꝑ hoc
aliquali dissertiōe opus est: vt pateat his qui de
amicitia natura noticiā querūt: si agi pōt inter
peccantes ⁊ peccātes/si inter peccātes ⁊ iustos.
Et multi quidē hinc argute multa locuta sunt:
asserentes amicitiā esse similitudinē animoꝝ/et
vni⁹ finis intentionē. Peccantes ṽo similes sunt
his: vnde amicitia sine cunctatiōe agitur inter
eos. Sed lumē veritatis nō circūfulsit illos qui
talia dixerunt: nec diuinā atq; christianā iusticiā
inspexerunt. Quibus absentib⁹ velut ꝑsentibus
loquor: q aut necessariū est amicitiam denegare
oīno esse virtutē: vel si virtutē ipsam dicim⁹/in-
ter peccantes esse posse oīno negabimus. Uir-
tutem esse veram amicitiā nullus vere sapientiū
negauit aliqñ: q si qs negaret eē virtutē/altiori
sciencia vinceretur. Aliqui aūt opinati sunt esse
quid indifferens ad conuertibile: bonū ⁊ malū
pro voluntate illā habentium. Sed his veritas
amicitie nō eluxit: ⁊ ratiōe verissima refelluntur:
malum ṽo nullus hominū ausus fuit amicitiā
nolare. Sed omnes hos oportet refellere: no-
stramq; asserere veritatē. Bonū esse amicitiam
sua origo declarat a ꝯdita natura: non eī a cor
rupta insurgit. A ꝯdita natura nō viciata nunq
nisi bonū procedit atq; ꝓcessit. Alioquin coge-
gemur infamare creatorē ⁊ creaturā: ⁊ scriptu-
ram diuinā asseuerare mendosam. Inquit eī:
Uidit deus cūcta inuisibiliter visibiliter: ⁊ erāt Gen.1.
valde bona. Ubi laudare neq; vituperare possu-
mus materialē rerum causam. Non eī erat ma
terialis causa/quod philosophātes ꝑterijt. Nā
creauit deus omnia ex nihilo. Et bon⁹ creator
quē vt manichei negare nō possumus/nec debe
mus: bona cūcta creauit: igitur bonū est amici
tia. Et oēs cause originales quas supra ꝓtuli-
mus/ostendūt amicitiā esse bonum: sed multa
sunt bona/etiā lapides ⁊ ligna ⁊ his similia: bo
num autē amicitie supergredit corporalia ⁊ sen
sibilia bona. Est eī bonū animoꝝ ⁊ morum agi
bilium: sine quib⁹ politica vita ⁊ christiana con
iuncta nō agitur. Sed multa sunt bona inuisibi
lium animoꝝ atq; agibiliū morum: que velle nu
merare iret in longū. Sed bonū amicitie/ vt au
dacter affirmem: dicam bonum virtutis: immo
bonū que virtus est animoꝝ ⁊ agibiliū morum
eterno regi acceptū: sine quo acumulcem animi
non referūtur: ⁊ cōfundit tota moralitas: ⁊ sine
quo etiā acceptus deo nemo fieri potest. Uirt⁹
igit est amicitia vera: que nō solum inter hoīes
sed inter hoīes ⁊ deū ꝯtrahi potest. Inquit eī
Jacobus in canonica sua: Credidit abraā deo: Jaco.2.
⁊ reputatū est ei ad iusticiā: et amicus dei appel
latus est. Et iudith octauo legit: Abraam ꝓbā
tus/amicus dei factus est. Nec quis autumet
q vocabulū amicitie velim appellare virtutem
nullū eī vocabulū virtus: sed veram amicitiam
dico esse virtutē. Nam luce clarius hoībus in-
tellectu patet: deum neq; in veteri neq; in nouo
testamento ꝑcepisse nisi virtutē. Et ꝗuis crude
nostre imaginationi repugnet/absonūq; videa
tur: nihilomin⁹ tamē oēe quod precipit virtus
est/virtusq; fecisse. Ipse siquidē precepit hoīes
ad inuicē amicari/dicens: Diliges amicū tuū. Leuiti.19.
Quod preceptum amicitia facit ⁊ generat inter
duos. Cum eī dicit/diliges amicū tuū: intelli-
git q amicus iā erat factus/aut ex precepto aut
ex alio. Et qui diligere iubet amicū/amicari ne
cessario cogit. Et de ipso firmū stabit ꝑceptum
vt etiā diligatur. Igit diuinū preceptū clare in
tellectum/amicitiā saltem duoꝝ facit ⁊ generat
Et in euangelio hoc idē saluator asserit cū an-
nexo: vt diligeret etiā inimicus. Et alibi ꝯsulit:
Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: Lu.16
Et suos apostol⁹ appellauit amicos. Proinde

nullū indifferens sub precepto diuino ↄcludiť: τ nihil a deo τ a christo filio ei⁹ nisi virtus. Per amplius autē si contrariū amicitie cōuinciť esse peccatum: erit amicitie virtus: τ pro equali trutinando fit ascensus atq₃ descensus: vt pro quāto amicitie contrariū descendit in vitiuʒ/ amicitia in virtutē assurgit: et quod diciť/reconuertitur. Amicitie autē contrariū non est indifferens/ sc₃ nō amicari/ sed odium. Odium quidē ad homicidium spectat. Canonica dicit: Qui odit fratrē suum/ homicida est. Igiť amicitia ꝑut in se agiť virtus viuifica est: quia qui nō diligit/ manet in morte. Porro si aspicimus mētis quaslibet qualitates: nō omnis qualitas virt⁹/ sed illa que diuinam perficit legē atq₃ preceptū: τ inter homines gubernať in iusticia illa moralitas: sine qua non bene viuit nostra mortalitas. Jubet sane iusticia christiana vt inter se viuāt hoīes inculpate: quod iuste fieri nequit/ nisi amicitia copulet animos moresq₃ disponat. Et si quispiā forte iusticie timore perterritus/ innocenter se gessit ad proximū: non impleuit iusticiā ex amore: quo solo/ nō timore ꝑficitur. Nam qui timet/ vellet auferre iusticiam vt lesionē possit inferre: fortasse si nō ledit timore iusticie: tamē expediētia bona amico nō contulit/ si amicitia caret que oīa expedientia confert. Et si adhuc timore solo agitatus cōferret/ sarcinā portabit inuitus. Amicitia vera in suis affectibus τ morib⁹ libera/ iusticiam christianā inter hoīes hoc duplo perficit: sc₃ vt non lederet τ iuuaret. Virtutē ergo indubitanter esse amicitiā veram credatur: que deo placet: aīos hominū moresq₃ ordinat: vt inter eos inculpata fiat iusticia christiana. Que siquidē virtus inter peccantes esse nō potest. Quoniā qui ad peccata more fluminū defluunt/ virtutem seruare nō possunt. Nec aliquos fallat ꝙ si ad alia sunt/ nequaꝙ in amicitia vera possent eē veraces: quoniā oīs virtus talis cōditionis existit/ vt ab omni inherenti vitio sustineat detrimentū. Nec fluenter peccantes possent in bono aliquo amicabiliter cōuenire: ꝙuis vtiliter sepe possint ad se vel ad alios extra se. Unde statuamus duos homines: ex quib⁹ ad plures ꝓcedat animus iniectiuus: quoꝝ vterq₃ sit plenus vitijs τ deprauata volūtate actuq₃ ꝑuerso: τ vnusquisq₃ pro posse labatur in nefas. In quo bono isti ↄuenient ſm amicitie iura? In superbia τ actib⁹ eius: in auaricia/ in acidia/ in gula τ luxuria/ τ eorū nefarijs actib⁹: in inuidia/ in ira/ in philopompia/ τ eoꝝ pessimis incentiuis. Dixeris fortasse in custodia vnius ad alterū/ in subuētionib⁹ mutuis: non inhonestis τ turpib⁹/ sed in his q̄ iure decent vitā hominū. Audeam respondere/ nemini veraciter amicari. Qui sibi crudelis existit/ quomodo in amicitia vera christiane iusticie amicabiť proximo: τ qui per iniquitatē inimicať deo? Duoꝝ certe peccantiū vnusquisq₃ inimic⁹ est ad seipsum: τ quod execrabili⁹/ vterq₃ inimicus ad deū/ custodieq₃ et subuētiones nō sunt de vena vere amicitie/ que oīno est virtus: sed de quadā ↄsuetudinaria τ retransitiua opitulatiōe aut ex emanatiōe quadā/ que vocat human⁹ instinct⁹. Ad maiorē hoꝝ euidentiā faciendā/ illam differentiā oportet inducere: per quā actus distinguitur a virtute. Unde aliud est virtus/ aliud actus eius. Actū quippe virtutis prope modū habere quilibet pōt etiā ꝙtumcūq₃ iniquus: virtutē ṽo habere nō potest volūtarie malus. Act⁹ siquidē virtutis est ex corpe/ in corpore/ de corpe/ ꝑ corpore: virtus oīno inuisibilis τ in corpore/ consistens in aīa. Proinde amicitia virt⁹ haberi nō pōt a voluntarie vitiosis. Actus aūt eius a multis habeť iniquis. Eadē igiť lege qua peccātes inter se vere amicitie federa tenere nō possunt/ ad bonos τ iustos nequiuerūt amicari: nā quod nō fecit similitudo/ ꝑcti similes sunt/ ꝙuis non semꝑ per oēm modū peccantes: nec tñ veritatē amicitie sortiūtur: τ cum dissimiles sint a bonis multominus in veritatem amicitie fiant ad eos. Similitudo pōt esse inter bonos τ bonos: τ inter malos τ malos nulla similitudo. Dissimilitudo aūt fit que non nasciť ex eo ꝙ bonus recedat a malo: sed ex eo ꝙ cū quis mal⁹ appetit fieri/ recedit a bono. Bonū quippe naturā habet positiuā atq₃ stabilē. Malum ṽo nullam naturā habet: ꝙuis in aliqua natura sistat: priuationē habet τ fluxum. A priuatione nullus pōt esse recessus neq₃ dissimilitudo: nō em̄ est natura neq₃ positio id a quo receditur: aut a quo dissimilitudo causať. Igiť dissimilitudo semꝑ iniqtatē sonat: sc₃ dissimilari a bono quod naturā habet et ꝑd est/ aut a vero bonitatē habente. Bonus nunꝙ vere diceť dissimilis a malo: sed mal⁹ dissimilis diceť a bono: q₃ esse nō pōt dissimilitudo ab eo quod nō est/ sed ab eo quod est. Quia nō est dissimilitudo inter hoīes ex bono/ ꝙ hoīes sunt: sed in hoc siles sunt: ꝙuis in figura siles non semꝑ existant: sed ex eo est ꝙ vn⁹ agit bona positionē habētia: alter ṽo in priuationē opib⁹ aut ruina tendit. Bonus ṽo a malo non ꝓprie diciť dissimilis: ꝙuis ita sepe diciť: ſ₃ veriori modo diciť liber/ siue a malo in genere aut ab hoīe malo. Dissimilitudo recessuʒ dicit a bono. Quō ergo amicabiť malus bono: qui ꝑ dissimilitudinē incessanť recedit a bono/ animi prauitate ac ꝑuersitate moꝝ? Obsequi corꝑaliter pōt: amicari nō pōt. Bonus aūt sic existēs/ ad malū amicū fieri nō tentabit: si mal⁹/ fieri refugit. Indignatores rigidi ad amicitiā nō sunt apti. Mala res est indignatio/ oīno in moribus hoīm deuitanda: sed pessima rigiditas: que vbi assistit emēdabile malū/ fit inemendabile. Indignatio est cū q̄s sensu mētis/ aut aliquo sensu corpis aliq̄d ꝑcipiēs/ aut ruga frōtis aut verbo oris/ ꝯtra illud agiť τ mouetur. Rigiditas ṽo est/ post indignationē aut irā implacabilitas animi. Difficile q̄s noscitur/ q̄ aliqñ indignatiōe quātalibet nō pulseť. Sed nisi accedat rigiditas/ facile ad mitiatē reuertiť anim⁹ indignatus: si post indignationē ipsa sequtur: firmať indignatio q̄ obrepserat: τ peramplius accēditur/ si de mititate rogať. Nam rigidi-

tas est algor mentis/duricies animi/torpor spi
ritualiũ viriũ/horror animi ⁊ sepe in vultu mõ
strat⁹: turbatis rationis etiã nimius rigor: qui
vsq3 ad intemperatũ zelum sepe peruenit. Sed
natura ⁊ insignis amicitia/indignationẽ nõ ha
bet nec indulgentiã. Amicitia vera nõ indigna-
tur amico nec indulget: q2 offensionẽ non reci-
pit/quã oporteat indulgere. Si vo recipit ⁊ indul
get: magis amicitia erit de genere recõciliatio-
nis/ꝙ de sue generositate vtutis. Nã i indulgẽ
tia vterq3 amicus cõuincit deliquisse. Primus
q2 fecit iniuria bile quippiam: alter quia recepit
iniuriã: ꝙuis cito prestiterat veniã. Male ami-
citiã nouit/qui cognouerit etiã tantillã iniuriã.
Male firmatus erat/qui huius facile suscepti-
bilis erat. Proinde quia difficile indignatio: vt
interdũ nõ accidat/pcauetur: ob quã nõ est ami
citia resecanda/si ex pristino more sumpserit fir
mitatẽ. Rigiditas ꝓpellẽda omnino a foribus
amicitie: penitus more suo eneruat amicitiã iaz
firmatã. Ubi vo amicitie nondũ sunt federa ce
lebrata: indignatores rigidi si prenoti fuerũt ex
periẽtia siue fama/caueant: post federa vero to
lerentur/nisi rigiditas cognoscat: qua cognita
per seipsam amicitia se subuertit. Nã indigna-
tio nõ decet preterꝙ ad vitia ⁊ ꝓpter vitia. Im
patiẽtia est/qua homo minus cõuincitur esse do
ctus. Et tolerantia caruisse videtur/qui ab indi
gnatione deuincit. Se singulariter reputat qui
animo indignat. Indignatio animi sepe nause
are fecit: ⁊ rugas ꝯtraxit in facie: semifactis ver
bis ⁊ tortis fecit ꝓferre sententias: ⁊ linguã bal
butire fecit pre ira. Linguã disertam ⁊ tremẽtia
labia excitauit ad verba/que a mentis dominio
non exibant: necnõ sepe improuide loqui suasit
verbũ conturbãs amicitiam/aut semp reddens
in futuro suspectã.. Exhaurit indignatio a cor-
de verbũ absconditũ aut subito generatũ: quod
alter amic⁹ nunꝙ credebat audire. Ignisq3 sepe
factus est aut extinctus/qui ante flãmabat. La
tet ignis in lapide: nec cõburit approximantes
incẽdit portat⁹ manib⁹ aut sinu: excussus ex cha
lybe scintillat ignẽ sufficientẽ ad multã materi
am succendendã: ⁊ educentẽ fumũ sanis oculis
emulum. Latent multa i corde hominũ/ ipsis ⁊
extra positis oĩno ignota/ interdũq3 nota. In-
dignatio vo excussit a cordib⁹ latentia mala/de
struentia placitos mores/ ⁊ emula oculis ratio
nis. Rigiditas vo ire atq3 indignationis est ro
bur: ⁊ stabiliuit accidentia mala: vt quod erat se
parabile per naturã/fiat inseparabile per rigidi
tatez nequã. Aspiciant igit in regulis ⁊ iuribus
amicitie christiane: si quo mõ possunt indigna-
tores rigidi ad amicitiã ꝯuenire: nempe vsus re
fugit/ratio dissuadet. Nam in ꝓuerbijs dicitur
Prouer.29. Qui ad indignãdũ facilis est/erit ad irascendũ
ꝓcliuior. Jesus vo aduersus scribas ⁊ pharise-
os loquebat: quia sibi ꝓ salutiferis opibus in-
dignabant: nam indignatio germẽ est inuidie.
Quo genere indignati sunt apostoli aduersus
Mat.26. mulierẽ magdalenã/ dicẽtes: Ut quid perditio
hec? Potuit istud vnguentũ venundari multo:
⁊ dari pauperib⁹. Que omnino virulẽte inuidie
noscit plantula: pro eo ꝙ indignatio quãdoq3
est aduersus opa bona. Fit etiã indignatio ad-
uersus alterius ꝓrogatiuã absq3 proprio detri-
mento: qua indignatione indignati sunt primi
operarij aduersus patrẽfamilias/ꝙ equa ꝓuisi-
one oibus prouidisset. In quo nemini deroga-
bat aut faciebat in aliquo detrimentũ: ꝙuis pre
honoraret aut eis equaret indignos. Decẽ vo
apostoli indignati sũt aduersus duos/ qui poti Mat.20.
ora in superis petiuerũt: sed nec eis adimebat
aliquid/ etiã si duo fuissent iuxta vota suscepti.
Frustra est indignatio aduersus aliquẽ prehono-
ratũ/vbi nihil demit indignanti. Nec iuxta
vocabuli ꝓpinquitatẽ / indignatio aliud sonat
ꝙ aliquem eo bono quod h3/reputare indignũ:
aut pena dignũ qui non deliquit: aut si deliquit/
in eũ plus debito deseuire: vel ꝓ odiũ ⁊ non per
amorẽ iusticie excandescere cõtra eũ. Rigiditas
algor vel aquilo/congelans fluxibilẽ aquã.

¶ Simulatores et negociatores ad veram amicitiã incõpossibiles sunt. Capitulum XVII

NOrum omnium filiorꝫ pater infaustus
sua interꝓtatione gen⁹ pessimũ homi-
nũ monstrat ab amicitia secretorꝫ/qui
dictus est chanaan/interꝓtatus negociator aut
emulator. Simulatores siue negociatores ad ve
ram amicitiã omnino incõpossibiles sunt. Et si
aliqñ compositi sunt/nõ vt sic existentes. Cũ vo
ad hanc notã deuenerint/propellant velut ami-
citie destructores. Negociatores omne ocium
negauerunt: hoc enĩ vocabulũ infaustũ sonat:
Sed est ocium sanctũ quo mẽtis religiositas ex
ercetur: ⁊ ꝯquirunt illa que ipsam impfectã per
ficiunt. Imperfecta est anima cui⁹ impfectionẽ
omniũ habentiũ animã experientia sana demõ
strat: illa dũtaxat excepta que ab instãti sue cre-
ationis inseparabiliter vnita fuit ad verbũ. Cõ
tinue nãq3 cum vult/suscipit virtutũ honorabi-
les qualitates: ⁊ per studiũ ignorantiã/per exer
citiuz ignauiã longe pellit: ⁊ gradu inuisibili de
tenebris festinat in lucẽ: que nisi quieta fuerit a
ꝓcellis/nõ adipiscetur veritatis splẽdores: sine
quibus semp tenebras patietur. Absq3 sapientia
nulla cõuersatio peragit viã rectam. Cõgrega-
tio est taurorꝫ qui per ociũ in aula sapientie nõ
sederunt. Et qui ꝓ curis temporalibus ociũ ne
gauerunt /nõ viderunt decorẽ atq3 consistentiã
domus eius. Negociatores ocium negãt: vt di-
stracto corpore anim⁹ distrahat: cui nulla sit re-
quies ad capiendum inuisibiles elucidationes.
Et eo esset delectabilior amicitia/quo a sapiẽtia
foueret. Tuti⁹ est amicus paup ⁊ sapiens/ꝙ di
ues indoctus: ⁊ quietus fultus scientia: ꝙ nego
ciator ignarus. Quietus omnino ad perita faci
lis. Scientia fulgẽs cito dabit consiliũ: liber a
negocijs triplicẽ respõdebit amicis. Semp idẽ
erit ad amicum demitans negociũ. Negociato-
rem amicari ad quempiam veritas contradicit.

Gerit animo aurū: mēte condit thesauros: copulat agrū agro/domū domo cōiungit. In corde ṗo eius nisi materialia nō versantur. Et aut auaricia plus habendi aut sollicitudo querēdi/ nō sinet esse amicū. Qui negocijs animū dedit/ habens pelago ratem a fluctib⁹ agitatā/terris amicū a periculis circūseptum: hunc ꝑmittit ex itio/vt liberet ex pelago nauē. Semꝑ valefecit amico/pro rebus importune negocians. Seipsum modis varijs moriēdi/ qui se tradidit negocijs varijs. Qui ꝑ seipso nō deuitat periculū ꝑacturus negocia: nec deuitabit ꝑ tpe in amico. Obmittet rōnabilē amicitiā deperire/dū timet deperire thesauros: ꝛ dū augmētū auctionat in sensibiliū atq̧ irōnabiliū/ amicitie patient̄ sustinebit eclipsim. Sȝ nec oīs negociator ab amicitia abcidend⁹ est: nā ipsa negociatio i amicitia fecit amicos: dū habita est ꝯtractio ꝛ mutua visio ꝛ frequēs locutio ꝑ reb⁹ atq̧ negocijs. Mūdus ṗo postq̄ fuit natura corrupta/indiguit vt negociatio fieret: sine qua vita hominū voluntaria ꝛ placita nō subsisteret. Verūtamen negociator importunus/ad amicitiā opportunus oīno non erit. Importune agere negocia dicit̄: qui excusabilē atq̧ iustam causam ꝛ irrephensibilē in negociando nō habet: sed sequit̄ impetū appetitus inordinati atq̧ culpabilis: qui esse cognoscitur marine receptionis: quod claudit ostia ingredientib⁹ sinuijs. Sed quāto plures ingrediunt̄/pluriores suis hiatibus suscipit. Nō potest cōuenire in lege amicitie christiane: qui solū cōgregare didicit/distribuere ṗo nō nouit. Hanc sane nouimus habere amicitiā gratiā: vt nō tribuere credat esse iacturā. Et christianoꝝ amicorum nosciť propriū: amicitiā negocijs/nō negocia fraudibus amicitijs anteferre. Si more loquēdi negociari ad auariciā scribim⁹: auarus ꝑfecto nemini erit amicus. Ex rei veritate inimica sunt nōia: quoꝝ vnū auariciā/alterū amicitiā sonat. Peramplius ṗo sine ꝯuenientia oppositū holes contrarijs studijs aīo ꝛ ope intendentes: vt vnus vrbanitatē amicitie nouerit aut velit: alter defossum habuerit animū in terrenis.

¶ Emuli ad amicitiā non admittantur. ¶ Capitulum XVIII

Emulatores autē tanto cautius in amicitia declinent̄: atq̧ si ꝯiuncta cuȝ illis fuerit/ celerius abroget̄: quanto solū ipsorum hec irremediabilis pena suoꝝ ꝑximorū videre felicia: ꝛ i hoc gaudet serenitas amicitie: cū amicos in bonis ꝯspexerit esse felices. Emulator inimicus feliciū/amicus ṗo felicez querit ꝛ optat inuenire amicū. Tristat̄ animo inuidus de felicibus: ꝛ tristat̄ verus amicus de infelicitate amici: reputat eñi suam: quia velut alteꝝ se reputauit amicū. Desperate aduersant̄ amicus ꝛ emulator/ in affectionib⁹ atq̧ passionib⁹ mentis. Gaudet amicus in ꝓsperitate amici: emulator letatur in aduersitatibus. Dolet amicus pro his que amicū mala contingūt: emulator gladiatur animo/si viderit quātalibet amenitate florere. Inuidus semꝑ in claustris amicitie claudicat: neq̧ loquendo pacificū aut rectū potest proferre sermonē. Sepe ṗo ne detegatur/ sibimet violentiā facit: ꝛ mentitur ore leticiā in contingentibus bonis: cuius cor pertulit inuidie venenatas sagittas. Ridebit interduȝ simico more: nam vere minime potest: cū non ꝓcedat ex corde leticia. Et totus simulatus incedet: ꝛ serpentinis anfractib⁹ gradietur. Pullulabit inuidia iocūda facie/ quā virib⁹ nō amore ad amici oculos hilarauit: et stabit sepe attonitus in secūdis rebus amici: ꝛ collaudabit fallaciter cūcta opa eius. Domum dicet bene dimensam/quā vellet esse subuersam. Agrū fertilem/ quē sterilem plus affectat. Filios facetos/quos isanire gauderet. Vxorē castam/ quā secū aut aliter vellet cōiugū federa dirupisse. Prefert suppellectilez verbis quā ignis incēdijs cremari libenti⁹ aspexisset. Dilectū ab oībus falso dicit aut vere sic credit quē odiosum fieri oībus plus exoptat. Et si aliquādo casus in euētibus esset: clanculo ꝛ possibiliter decipulā perditionis ꝓtenderet. Sepe aūt ostendit se dolentē de illa q̄ secreto procurauit ipse iacturā. Nihil penitus est in emulatoribus rectū: nihilq̧ sanū habēt vnde debeant in amicitia cōuenire/aut si cōuenerint retineri. Moritur animo emulator: vnde amicoꝝ est vita iocūda. Et vnde nascit̄ occasio pluris gaudēdi/ fiendi acedinē carpit. Igit̄ penitus inuidus ab amicicia resecādus/qui bona in amico suā fecit miseriam. Nec posset necessitate cogente in amici bonis intēdere: de cuius iocūdis euētibus eius simulationis ꝓprium est dolere. Si vero referre volumus emulationē ad inimicationē: sicut ad mala/ sic pōt ad bona referri: de qua nullus sermo nisi q̄ malos imitat̄ certissime mal⁹. Habes malā sobolem/diuino ꝓcepto in amicitia deuitandā: Habes patrē male sobolis genitorē: vt ex auaricia ꝛ inuidia omniū maloꝝ hominū genera in amicitia deuitanda nascant̄.

¶ Testimonia noui testamēti de amicitia. Capitulū XIX

Preter ista testimonia q̄ de veteri collegimus testamēto/contra eos cū quibus est amicitia deuitāda ꝛ disiungenda ꝯiuncta: ex nouo testamento aliqua similiter assumamus: ex quib⁹ multa peritia ministrabit̄ cum quibus amicitia deneget̄. Aliquos in euangelio saluator despectiue appellauit amicos: q̄ federa in amicitia nō seruauerūt: quoꝝ vnus appellatur amicus erroneus atq̧ molestus: alius amicus ineptus et inuerecūdus: tertius ꝓditor pertinax ꝛ domesticus. Sunt quippe aliqui homines preter rationē infesti: qui plura expetunt voluntate q̄ merito: largitatem omnē ad alios q̄ ad eos reprehendūt: ꝛ iniusticiā dicunt largitatem benignissimi porrectoris. Refert sane historia euāgelica: q̄ cū paterfamilias operarios indnxisset in vineā: aliquos ex pacto/aliquos ex iusto merito pro diuersitate tempoꝝ ꝛ horarum Cū ṗo serotina hora esset in retributione mer- Mat. 20

cedis: omnes acceperunt tantundẽ: murmuran
tibus operarijs prime hore conductis ex pacto
aduersus patrẽfamilias/ ⁊ arbitrantib⁹ plus re
cipere: paterfamilias inquit: Amice nõ facio ti
bi iniuriã. Nonne ex denario conuenisti mecũ?
Tolle quod tuum est/ ⁊ vade. Uolo huic nouis
simo dare sicut tibi. An nõ licet mihi facere q̃d
volo? An oculus tuus nequã est: quia ego bon⁹
sum? Ex patrisfamilias responsionib⁹ ostendit/
quãtus hic fuerit infestus atq; molestus amici
tia. Amice nõ facio tibi iniuriam. Hoc ꝓ tanto
saluator parabolice dixit: q2 illi primi existima
bant iniuriã domini libertatẽ atq; liberalitatẽ
⁊ alterius bonũ homines infesti atq; molesti ꝓ
priam iniuriã reputabant. Ad iniuriam etiã sibi
prouenisse cõcipiunt: si nõ supgredit pactum in
quo voluntarie cõsenserunt. Multi eñ pacto se
astringunt peracto ministerio/pl⁹ pacto iniustis
sime gliscũt. Iusticiã pacti volũt excedere: atq;
peruertere debitã equitatẽ. Non cõuenit amico
qui nõ conuenit pacto. Non nouit amicitiã/qui
pactũ iniuriã reputat. Non erit amicus qui cõ
uẽtionis federa odit. Si plus reciperet/superero
gatio est: de largitate ꝓueniens largientis. Si
ƒm conuentionẽ ⁊ pactum iusticia est: proueniẽs
de actione rectissima vtriusq; partis/eius q̃ me
ruit ⁊ qui retribuit. Si minus: aut operarius deli
quit in opere vt cõuentio frangeret: quia defe
ctus operis in pacto deducti frangit federa pa
cti: aut operarius ꝑfecit impositũ/⁊ in retributi
one defecit cõductor. Huic fuit ꝓut dictabat cõ
uentio retributũ: et indignabat velut iniuriam
passus: φ plus alijs nõ accipiebat in ꝑmio: cui
quod iustum erat/dedit domin⁹: q̃uis ex sua lar
gitate alijs voluit ꝓuidere pacto tantundẽ qui
largus est domin⁹. Proinde ad amicitiã recipi
nõ meretur/qui conuentionẽ vertit in volunta
tem: ⁊ pactum deducit in placitũ. Quis amican
di modus erit ad eũ/qui aduersus pacta seruan
tem animo ⁊ ore murmurare nõ cessat? Omnis
eñ amicitia conuentionẽ ⁊ pactum habet. Ami
citia penitus nõ esset/ nisi homines i aliquo cõ
uenirent: aut pacto moralis ⁊ diuine iusticie in
aliquo firmarẽtur. Conuentio ṽo toti⁹ vere ami
citie hec est: vt seruatis legibus iusticie atq; ho
nestatis: ⁊ animo ⁊ corpe quis fiat ad aliũ/ quo
aliũ vellet fieri ad seipsum. Pactũ vero est ipsa
pax que inter hominũ agitur mores: qui ex obse
quijs ⁊ cõuersationibus ⁊ rerũ cõmutationibus
oriuntur: interdũ verbo/interdũ scripto/inter
dum teste firmata: sepe ṽo his omnib⁹ ⁊ penis
appositis aut datis obsidibus atq; aliquãdo fi
deiussoribus: plerũq; oblatis pignorib⁹ robo
rata: etiam nõ perturbatis legibus honestatis
atq; iusticie. Qui ergo pacto nõ stetit anio quie
tus/perturbauit ⁊ pacẽ: pacis perturbator ami
citiã traxit exilio: quoniã in ipsa pace fundatur.
Peramplì⁹ arguũtur infesti/ erronei atq; mo
lesti: pro eo φ vni noie omnium dicit: tolle quod
tuum est ⁊ vade. Si quis autẽ pro tolerato labo
re supra meritũ vellet ⁊ pactum ↄcupiscere alie
num: ꝓpterea huic dicit correctiue: tolle quod
tuum est: quasi dicat: esto amicus in pacto/⁊ no
li concupiscere meũ. Si autẽ plus quis supra cõ
uentionẽ ⁊ pactum receperit de bonitate donã
tis/non erit in crimine iuste rephensionis. Nam
licitũ est supererogatũ recipere: non cõcupisce
re aut murmurare: si nõ recipit supra pacta. Ue
rũtamen supra pacta recipiens a benigna largi
tate datoris: nõ recipit velut alienũ: quod iust⁹
possessor benignusq; largitor dãdo voluit esse su
um. Non est recipienti alienũ quod benigne de
iusto possessore datur grateq; rapitur: nec quod
ex pacto seruato tribuit: sed id penitus dicit ali
enũ quod querit supra pactũ ⁊ meritũ: aut quod
inuito domino ↄtractat: quo circa huic molesto
amico dicit: tolle quod tuũ est ⁊ vade: videlicet
recede tibi pacto seruato/ab improbitate peni
tus plus petendi. Nam improb⁹ exactor ampli
oris q̃ debiti/nunq̃ stabit amicus. Uelut enim
supra suum meritũ/quod omnino est alienũ. Ui
olentator eñ alterius volũtatis ex igne cupidi
tatis: omnino fregit aut amicitiã denegauit. Si
solum tolleret vnusquisq; quod suũ est: nec a de
bitoribus negaret: nunq̃ ex rebus inter hoies
amicitia palluisset. Nemo sibi debet ad iniuriã
retorquere recipienti ex pacto meritum: si domi
nus aut quispiã absq; pacto alicui vult tribuere
suum. Uellet quippe alterius impedire volũta
tem atq; donandi dominiũ: qui murmurat aut
iniuriã putat/φ alij sibi merita ꝑferantur: q̃uis
illi ex pacto/alteri absq; pacto/et quod plus est
dicere absq; merito tribuatur: ⁊ quãta sit hec ꝑ
uersitas/ipsa ratio docet. Que hoim maior per
uersitas siue molestia/q̃ murmurare siue suã re
putare iniuriã: vbi in largitionibus non turba
tur ordo iusticie? Nã si recipit q̃s ex pacto quod
meruit: seruatur ordo iusticie ex factione impo
siti operis. Si vero quis preter pactũ eque rece
perit: etiã seruat ex largitate potestatiua dato
ris. Ex hoc ad improbationẽ murmurantis pa
terfamilias intulit: Uolo autẽ ⁊ huic nouissimo Mat. 20.
dare sicut ⁊ tibi. Quid aduersus me anio ⁊ ore
declamas? Uoluntas mea libera est/iniqua nõ
est: mei sunt iuris que possideo: tibi dedi meri
tum ex opere tuo: huic merẽti aut nõ merenti ex
mea largitate tribuo: cui de tuo non tribuo/sed
de meo: tolle quod tuũ est ⁊ vade: meum vero in
mea potestate dimitte. An non licet mihi quod
volo facere? Quãto plura verba paterfamilias
aduersus hũc multiplicat: tãto magis nequitiã
eius accusat: Omnino nõ pertinet ad amicitie
ordinẽ/qui licentiã iustam in alio rephẽdit: atq;
impedire conat siue molestat. Nequicia est rati
onis inordinate: φ quis benignitatis opera re
prehendit: ac sibi neminẽ equari vellet in bonis
Und adiungit: An oculus tuus nequã est/quia
ego bonus sum? Nequã oculus/nequã ratio est.
Oculus cuiuslibet hois est aspect⁹ interior ra
tionis. Sed eo quis nequã dicit/ quo repreben
dit irreprehensibilẽ bonitatẽ. Et qui bonũ reph
ẽdit/malus est: qui iustũ iniquus/qui sanctum

superbus: qui murmurat de benig nitate/est om
nino malignus. Cũ talib⁹ penitus amicitia non
est ferenda: ⁊ constructa funditus eruat. Alius
est inuerecũdus atq; ineptus: vt etiã in euãgelio
Mat.22, publice iterũ dixit ipse saluator: Amice quõ huc
intrasti/nõ habens vestẽ nuptialem? Inuerecũ-
dus p̃sumptionis alũnis omnia putat sibi posse
competere: locũ/tempus/hoies nõ veretur. In
eptus qui publicis bonis moribus atq; homi-
nibus nõ concordat. Hic eñ talis erat: nõ veri
tus locũ/tempus ⁊ homines/conuentũ inuitato
rum ingressus: nõ habens vestem nuptialẽ/ sc;
aptitudinẽ ad publicos mores hominũ. Secer
ni quippe a publicis/ magne ineptitudinis est ⁊
verecundie. Vestis eñ nuptialis/ de cuius carẽ
tia reprehendit qui accesserat inuitatus ad nup
tias: intellecta pro moribus/est ꝯuementia stan-
di ⁊ conuersandi cũ illis qui digni sunt in ꝯuen
tibus residere: atq; in conspectu regum ⁊ aliorũ
hominũ accepte/necnõ irreprehensibiliter viue
re norunt. Sicut eñ vestis ornamentũ est cor-
poris ⁊ tegumentũ turpitudinis ⁊ ꝓtectio frigo
ris: sic conuenientia cõuersandi ornamentũ est
vite/defectusq; operimẽtũ ⁊ defensio a nociuis.
Conuersandi eñ aptitudo multos sibi beniuo-
los fecit. Nec patietur iure discordes/ qui cum
omnib⁹ iure cõcordat: Quis etiã omnino inno-
centes sepe ledat iniquorũ improbitas. Sed in
veritate christiane iusticie ledi ab improbis abs
q; culpa/supernũ nanciscitur premiũ. Et si pa-
cate sufferat/apud homines laudis preconiũ ha
bet: ac etiã iuste i sui compassionẽ animos ⁊ lin-
guas intuentiũ vertit. Proinde decentẽ ratio-
nabiliter fieri est quedã felicitas super terram/⁊
quedam securitas ꝓdeundi. Sunt autẽ nõnulli
qui de carentia honorabiliũ morum nulla vere
cundia suffundunt: non verentur cõuentus in-
gredi discretorũ: improbe assistere sapientibus
nõ formidant: loqui presumũt vbi nulla necessi
tas poscit: tacere nesciũt cũ deposcit: ex impro-
bitate atq; audacia simulant apparentiã ⁊ a vir
tute deficiunt: inuerecũda facie se sociant virtu-
osis: aut fingẽtes se habere quod nõ habere co-
gnoscunt: aut decepti aut p̃sumentes quod non
habẽt/habere se credũt: non consyderant ꝙ ab
alijs discrepant: sed ex singularitate se reputant
notiores: ex qua certũ est fieri despectiores: naz
in nuptiarũ conuiuio ceteris acceptatis vestem
nuptialẽ non habens/sc; competentẽ conuiuio
et cõuiuis extitit reprobatus atq; regis iudicio
proiectus in penas. Impossibile omnino est ex-
cusare: quẽ iusti regis iusta condẽnat sententia.
Non eñ fuit ausus aliquis pro eo interpellare
ad regẽ sicut nolentes/immo nõ valentes iustã
regis improbare sententiã. Et velut se reputan
tes offensos/ꝙ ab eis dissimilis venerat in con-
uentũ. Ipse autẽ mente cõfusus obmutuit/deli-
ctum suũ taciturnitate cõfessus: nõ eñ iuste po
test excusationis verba ꝓferre/quẽ ꝯsciẽtia vite
torquet. Inuerecũdi sunt de numero ebriorum:
qui madefacti animo inhonesta ꝓ honestis per
ficiũt. Et per frequẽtia verba inherentẽ ebrieta
tem excusare concertant: quib⁹ tremulis plus ac
cusant. Sic ⁊ inuerecũdi ⁊ inepti polita reputãt
que perficiũt/⁊ magne peritie q̃ loquũtur. Nec
non si sociantur insignibus/ opinant insignes
posse decerni. Sed ꝙuis virtus possit esse cõmu
nis: virtus vero ꝓpria nõ transfundit in soda-
lem. Vnusquisq; eñ flos ꝓprio colore refulget.
Et si possibile foret ꝙ virtus vnius transfunde-
retur in aliũ: sed huius transfusionis nõ sunt re
ceptibiles carentes verecũdia ⁊ inepti. Inuere-
cundos appello/ quos p̃sumptio decipit in his
quib⁹ illos gratia/ingeniũ/ars/potentia/natura
priuauit. Inuerecũdi sunt quos audacia excitat
honoꝝ honorabiliũ carentia non refrenat: per-
ditionẽ virtutũ incendiũ reputant palearũ. Ex-
ultant cũ mala cõmittunt et in perditis morib⁹
gloriant: qui proprio impetu/ nõ ratione loquũ
tur atq; ferũtur: ⁊ quod nefanditer sonat: turpi-
tudines dicũt iocos: ac in infrunita turpia que
ꝗ raptant. Et in conuentu ꝓcerũ atq; sapientũ
residere nulla consyderatione desistunt: ac etiã
nihilopendũt turbare publicos mores. Sic iste
qui amicus vocat/accessit: vnde cõfusus omni-
no recessit. Inepti v͏̃o sunt qui aptis moribus
non sunt apti: nec conueniunt cũ alijs qui se iu-
stis morib⁹ aptauerunt. Etiã sunt inepti ſm tẽ-
pus siue inepti ſm locum: sunt ⁊ ſm virtutem et
actum: sunt ⁊ ſm publicos mores/⁊ ſm eos qui
licite singillatim agũtur. Primi quidẽ non con
ueniunt nec ꝯcordant cũ tempore/ quod per na
turã vicissitudines recipit: atq; sumit impressio
nes in aere ad vtilitatẽ atq; decorẽ/ plerũq; ad
incutiendũ terrorem: ⁊ ostendendã diuinã ⁊ in-
effabilem potestatẽ siue nature ordinem. Hi nõ
recipiũt tempus quod omnia habẽt/vt suis spa
cijs trãscant vniuersa sub sole: nec recipiũt pla-
cide tempus/quod varijs accidentibus in ho-
minibus variatur: sed tempus sibi/nõ se volunt
tẽpori coaptare. Mutationẽ vero temporũ que
a cũctis accidentib⁹ in hoibus prouenit/abhor
rent. Et ipsi mutationi renuit se animo et effe-
ctibus conformare: vt saltẽ ostenderent ꝓ statu
temporis affici ad amicos. Secũdi v͏̃o a primo
conditore dissentiunt: atq; cũ arte atq; hominũ
prudentia nõ concordant. Tertij habent simili
tudinẽ pecorum aut demonũ. Quarti rempub-
licam in animo vilipendũt: ⁊ sunt velut rami in
utiles/q̃ sunt a cõmuni vinea abscindẽdi. Quin
ti nemini amicant: vt nec sibi singulariter proui
deant de amico. Proinde cũ verecundia ⁊ apti
tudine amicitia foueat: nec poterit recta cõsiste
re: nisi sup his basibus fuerit situata. Si v͏̃o per
spicacius intendere volum⁹: columnã quandaz
rotundã ⁊ erectam amicitiã vtrãq; dixi: que neq;
sinistrum neq; dextrum ostẽdit. Tota ⁊ eodem
modo inuisibilis est: cui velut quedã basis sub-
sternitur verecũdia: ⁊ velut epistylium ornatus
supponitur aptitudo. Basis amicitie verecun-
dia delinquẽdi/aptitudo ad optima epistylium
eius. Hec siquidẽ sunt aliter differẽda. Sed in-

cunctaliter inerecundi atq; inepti/ pulchritudinis
et côuenientie veste carêtes: nô recipiâtur in ami
citie lorametis. Amici pditores/ptinaces et do-
mestici designantur in eo qui pdidit per pacis
osculû verû omniû regê regû. Cui rex oim dñs
et saluator ait: Amice ad quid venisti? osculo fi
liû hois tradis? Côuersabat cû saluatore iudas
et cû mûdi spûalibus senatoribus quos elege-
rat: ad quê saluator/ vt ad ceteros idez erat: sed
cum ceteris ipse non idem. Et eandê cum aliis
suscipiebat aure doctrinâ/ et i miraculis potesta
tem: cui omniû cômissa erat cura viuendi/ q spe
ctabat ad corpus: ad quem quanta benignitate
saluator descêderet/ euâgelica nô tacet historia
Qui nô solû saluatorê tradidit/ sed dispersit et
gregê: incurabiliter eni grex ledit leso pastore
Domesticus amic9 difficile deuitat/ si voluerit
inferre iacturâ. Confidit eni in eo cor eius ami
ci: et in sinu eius velut in materno quiescit. Cau
telâ nô adhibet in periculis contra amicû. Quê
credidit aduersus inimicum firmû habere cu-
stodem: quâq; potuisset cauere saluator: qr cor
eius ante pnouerat. Sed ab isto malefido et pdi
tore et pertinaci amico domestico: qui autorê vi
te tradere psumpsit: ad simule loquêdi materiaz
assumamus. Est amicus domestic9/ amic9 inter
polatus/ amicus semotus/ amic9 inuisus. Ami
cus inuisus est/ quê solum fama virtutis porta-
uit ad aures. Amor vero virtutis et boni/ sedez
amicitie parauit in corde. Amicus semotus est
qui aliquibus interuallis distat: inter quos fuit
aliquâdo visio corporalis et obsequiû/ si expostu-
lauit euentus: cuius elôgatione facta/ persone
amor remanet in pmptitudine amicitie regula-
te. Interpolatus est/ qui vices temporum et op
portunitatû/ et rerû et negociorû obseruat: et in
termittit puersationê: ne amicitie crebritate vi
lescat. Solet hoc aliquando amicitie inherere:
vt si côuersatio nimis intêdit/ amicitia fastidio
nauseat. Et si discrete itermittit/ auidi9 sepe re-
doleat. Optima res in amicitia noscit/ côuersa
tio intermissa. In hoc conuenit puerbiorû vera
Prouer.25. sentêtia: Subtrahe pedem tuû de domo primi
tui: ne forte satiat9 oderit te. Bonû igit est cau-
sam satietatis abscindere: ipsa eni satietas sepe
displicentie fomitê ministrauit. Hec omnia pli
bauimus/ vt ad amicû declarandû pditorê do-
mesticû veniremus. Omnis amicus domestic9
est inuisibiliter cordi: alis nâq; amicitia copula-
retur. Sed de inuisibili domesticitate nô inten
dimus ad presens. Amicus visibiliter domesti-
cus est aularis/ cenicus cômêsalis/ crumenicus
archanaticus/ viatic9/ et peregrinationis comes
et in lecto sepe soci9. Et nihil clausuz repperit: q
domestic9 vocat amic9. Hic si voluerit lesionê
inferre/ nemo cauebit: nisi supra humanitatem
nouerit hoim corda/ siue mala futura. Prodi-
tor est q bñdicit ore: sed maledicit aut odit i cor
de: cui lingua est aurea: cor vero ferreum manet.
Proditor laudat in psentia: i absentia ifamias
loquit. Proditor est q in amico vitia laudat: ac

eû extollit fauorib9 vt pparet ad ruinâ. Prodi-
tor ê q sub virtute palliat iniqtatê/ quam amico
suadet. Proditor est q sm amici placitû côuer-
sat/ et nô sm iusticiâ. Proditor est qui singilla-
tim moribus côcordat amici/ publicis perturba
tis: dû eni quispiâ alicui cô sentit i placito derelic
ta iustitia/ eû ordinat ad gehennâ. Et q priua-
tis morib9 alludit amici: eû reddit publicis odi
osum/ si ex priuatis turbant. Proditor multû p
mittês/ vt amic9 ui nô bona psumat: siue perfece
rit/ aut nô si qua pmissa. Proditor est q relatio
ne turpi ab amico auertit amicû. Proditor ê q
sibi soli têtat hoiem vêdicare/ ab aliis melior-
ibus aut eque bonis auertês. Proditor ê q ver
ba loquit inuoluta/ q ad vtrâq; partê psit infle
cti: vt post peracta ex verbis cepta negocia/ si
malû puenit/ verba vergat in dexterâ: si bonuz
in sinistrâ partê omnino deflectat: ac si pditor in
posterû loqueret: dextrû dedi côsiliû: sed tua i-
cautela malû pstat exortû: sinistrû tibi ostendi
vt velut improuidus deuitares: ideo tibi amice
hec bona peruenit. Proditor est/ q tacêdo ami-
cû perire permittit: post periculû vero dolere se
simulat. Proditor est/ qui têpore pferêdi côsilij
atq; remedij allegat ignorantiâ/ et impotêtiâ fin
git. Proditor est/ qui ea i absentia nô perficit/ q
in psentia perficeret p amico. Proditor est/ q
placide amici absentis vidit blasphemias sibi
ab aliis irrogatas. Proditor est/ q côtra que in
amicû fuit male cômêta/ etiâ ipso inscio nô isur
git. Proditor est/ q amico imposturâ aliquâ fa-
cit/ vt ipse inculpat9 appareat: maxime aût i his
q insimul patrauerût siue dixerût. Proditor ê/
qui cû inimicis delectat amici. Nec sumêdû est
hmôi vocabulû a pdêdo/ aut traditor a traden-
do: qmuis iudas amic9 domestic9 ideo pditor fit
appellatus/ qui christû iudeis pdidit: aut tradi
tor/ quia eû in eorû manibus tradidit. Sed pdi
tor aut traditor actione maligna dicit/ nô ptra-
cto vocabulo: vasculû existens omis maligni-
tatis ad pximû. Unde proditor aut traditor de
cipulorû censor/ pedicarû absconsor/ simulator
boni et honesti: corde côtraria diligês/ ope vero
perficiês. Proditor deceptiua figura blâd9 insi
diator et incognit9 et inuisus: pacifica verba loq-
tur/ sed in dolo. Proditor est et impi9/ cui suppe
tit causa. Proditor est et qui se côformat ei quê
ledere optat: et tamê ei9 côformib9 in patul mo-
ribus se coaptat. Pertinax est q amore/ benefi-
cio/ pce/ dono nô reuocat a malo: nec innocen-
tia eius quê disposuit ledere/ a pditione auertit:
nec eû timor penarû/ ne côceptû nefas peragat
recôpingit. His eni malis iudas pessim9 vrge-
bat: qbus patet domesticus et proditor ptinax
q amicus: qui ab imagine amabil amicitie/ ve-
lut color impertinês nô ponêd9: et velut pulchri
tudinê amicitie turpâs/ modis oîb9 abolêd9
qmuis difficillimû sit cognoscere proditorê: cuz
aliquando facile sit cognoscere pertinacez. Ad
horuz noticiâ veniendû/ prout in amicitia sunt
cauêda/ prediximus: non vt omnê proditionem

et pertinaciā satagerimus vacuare. Que quidē omnia et si qua esse possent similia/ nō recipiat vera amicitia in iusticia christiana. Quia multa mala in amicitia iniquorum atque infideliū tolerentur. Sed nec ita in amicitia detestāda supra posuimus/ quin et multa cōuenientia posuerimus. Non enim potest profecto sermone atque sententia sic contra malū incendi/ vt etiā bonū differēdo nō luceat: qua differtione malū in sua turpitudine verius condemnetur. Nūc autē ad cōpositionē amicitie velut cuiusdā pulcherrime et specularis imaginis veniamus: dumtaxat secundum iusticiam christianā: nulla enim vera fuit aliquādo/ est aut erit: nisi fundamentū in illa susceperit. Verūtamen intelligamus iusticiā christianā in pluribus hominibus veteris testamēti fuisse realiter: quis ex nouis tēporibus huiuscemodi vocabulū fuerit ipsa sortita: in quibus esse potuit amicitia vera. Imago quedā est egregie forme amicitia christiana/ aptissima mēbra possidens perfectāque iuncturā membrorū: in quā omnes bene viuere cupiētes/ delectantur aspicere. Quā vere cognoscēs in cōtuberniū duxit: quā ignorans/ nesciuit inter homines conuersari: aut māculose cōuersatus: quam preeuntē comitē subsequentē habens/ conuersationē duxit inter homines immaculatā: et irreprehēsibiliter ad domesticos ambulauit. Christiana profecto amicitia supponit eternā in initio/ medio et in fine: et quod tēporaliter agitur volūtate aut necessitate/ ad eternorū ordinat aspectū. Que si diffūgantur interdū pro moribus dissimilibus aut viciosis/ tēporibus aut spacijs: semper in animo manet eadem/ cū tedio contrariorū/ et amore animorum. Christianus nō sic dolet separatus ab amico corpore aut animo derelictus sicut dolet: quia offendens deū/ ab ipso derelictus est deus: a quo iudicio iusto desertus est amicus: vt preter id quod derelictus est deus/ maior cruciatus accedat/ quod amicus sua nequitia est derelictus a deo: quam quod ipse derelictus sit ab amico: nec tāti appēdit quod ipse ab amico si quam accepit offensam: quanti quod offendit amicitie causā/ quā sciebat esse eternā. Nā numquam vera esset in suis limitibus amicitia temporalis: nisi causa prima et eterna esset/ que ipsā copulat per eternis. Tēporalis enim pro tēporalibus et in tēpore amicitia infallibiliter et incōsolabiliter et omnino deficiet: nisi post huius mūdi egressū recompēsationē in eternis firmiter preuideret. Que nāque dulcedo esse potest amicitie/ que subiacet timoribus finis: que amenitas hāc perfunctoriā amicitiā fulcit: que gladio diuisionis terretur: vt sepe quo dulcior amicitia fuit/ diuisio amarior subsequatur: et tāto necessariū est vt fiat amarior separatio/ quāto amicitia fuit amenior. Amicitia vero christiana nullū amicū christianū/ nullū charū amittit: quia omnibus amicatur propter eternū deū: apud quē nihil deperit etiā nobis. Amicitia christiana que propter christū animos copulat: ac etiā mores facit esse cōmunes: nihil in amico pertimescit amittere nisi virtutē: que iure amicitia pollet. Amicū vero aliter posse perire nō credit/ nisi adempta virtute. Nā si spacia diuidāt presentias corporales: nihil de veritate demitur amicitie animorum manēte virtute. Corporales enim presentie vere amicitie causa esse nō possunt: turpes enim sunt si aliquando fuerunt. Vera penitus nō est amicitia/ que causas corruptibiles habet. Que enim videntur corruptibilia sunt: ex corruptibilibus autem corruptibilis amicitia generatur. Nec timenda sunt in amicitia christiana locorū diuidētia spacia: nā animus presentior fit dilecto quam corpori suo. Si separat mors amabiles presentias corporales: manet adhuc per integritatē veritatis amicitia christiana. Quid enim abstulit mors in amico/ quē priuauit vmbratica vita: an ne abstulit ipsa amicum? Sustulit amicitiā: secū reportauit amicitie causam: Ut audacter pro veritate respōdeā/ minime: priuauit nempe mors vita corruptibile corpus. Quod vt corpus neque amicitiā fecerat: neque facere honestā causam in amicitia potuisset: Quod si sic: et omnia corporalia/ sensibilia et sensu carētia/ possent in amicitiā quā verā dicimus deuenire: quod pro nefas est opinari: aias vero vita sua quia imortalis/ omnino priuare nō potest: cū qua contrahitur ab alia aia/ illa de qua loquimur amicitia christiana. Utraque nēpe aia inter quas erat amicitia: viuit illa in corpore/ illa extra corpus. Et forte tāto nobilius/ quāto eā non aggrauat corruptibile corpus. Illa vero tāto viuit miserius/ quanto eā premit corruptibilis corporis pondus. Proinde mors nō priuauit vita sua id quod amicabatur videlicet aiam imortalē: sed forte fecit illā liberius viuere/ cū suo bello exemit a corpore. Cui post corporis egressum magis amicandū/ si aut corporis mortē nō se virtute priuauerat. Ineffabilia enim sunt aie dona post hāc vitā: que ab aggrauāte corpore cū virtute recessit: que causam nō modicā porrigant remanētibus amplius amicādi. Ecce enim ex hoc sancta mater ecclesia quos credit recessisse maiore virtute clarētes: ampliores illis exoluit gratiarū debitas actiōes/ et pro eis acceptissimas deo laudes. Nō ergo abstulit mors amicū/ cuius corpus vita priuauit: aiam vero dimisit intactā. Nec priuauit aiam virtute/ quā nō potuit vita priuare. Nō enim moritur nisi quod nascitur: quis omne quod nascitur/ nō moriatur. Uirtus vero non nascitur/ sed infunditur: super quā mortis nō regnat imperiū. Et nedum quod nisi regnet/ vt ipsā virtutē possit interimere: sed nec ab ipsa potest ipsam auferre. Mors enim incorruptibilia et immortalia et inuisibilia ab inuicē separe nō potest. Incorruptibiles enim sunt aie et virtus: et nunquam marcescit sapiētia qua decoratur aia. Causam amicitie mors auferre non potuit: eterna enim erat si deus erat: aut si virtus pro eternis p̄strerat: aduersus que aculeus mortis retunditur: vt neque deo neque virtuti aut eternis bonis ipsa dominetur. Luce clarius claret quod amico christiano nihil deperit de amico: neque per interualla locorum et momēta temporum: neque per mortē que solum super corpora tenet imperiū: vt cū venerit/ adimat sensū: quo adeste

pro anima corpus velut hospitiū dimittit diu
priū. Hoc enī tñ aduniꝫ de amico/ cū mors vi-
ta priuauerit/ scꝫ presentia corpalꝫ. Sed corpus
nō est amicitie locus. Inuisibilis enī ꝛ incorru
ptibilꝫ est amicitie sedes. Ac ꝑ hoc multis ami-
camur ex fama virtutis: quoꝝ nunꝙ habita fuit
ꝑsentia corpis. Et his q̄ de hac vita pie atqꝫ fide
lr fideles recesserūt/ amicitiā seruam⁹: siue ipso
rū cognitionē habuerim⁹: siue ad aures adhuc
viuentes solū fama portauerit: aut quoquo mō
decesserint/ dū ipsos regnare credam⁹ ī superis
Fidē de his auditorib⁹ facit: qꝛ multos venera
mur obsequio: ꝛ eoꝝ auxilia ꝛ patrocinia iplora-
mus/ ꝑ quoꝝ honore missa vocib⁹ ꝛ luminib⁹ ꝛ
alijs votis plurib⁹ exolunꝫ. Toleranꝫ incōmo
da corporū ꝑ amore ipsoꝝ: construūtur tēpla: ex
sculpūtur figure atqꝫ pingūtur: ornantur monu
mēta: erigūtur altaria: margaritis ornātur: ꝛ in
aere instrumenta metallica resonant. Et quis
hec mereaꝫ dignitas: ꝑpter tñ aliquod insigne
virtutis. Hoc est quod dicere gestiebā: qꝛ si di-
gnitas collata est ꝑpter insigne virtutis: ergo
virt⁹ ī aliquo fuit: nō in corpe quod incinerādū
remāsit: sed in aīa q̄ cū imortalitate recessit: q̄ li
cet post mortē virtutū actib⁹ nō insistat: possi-
det tñ virtutē promissa trophea. Nō ergo dici-
tur anima priuari per mortē virtutib⁹: si priua
tur corpus virtutū actibus: cū ipsarū suscipit fi
nalia premia: in que virt⁹ ordinata cognosciꝫ.
Pro quibus amicādi peramplī⁹ latior causa ꝑ-
struiꝫ: qꝛ si amicabimur his quos credebam⁹ ī
aīo virtuosos: in corpe vero laudabiliter actu-
osos: q̄ etiā hec oīa subintrāte malicia poterant
perdere ac priuari causa: qua inter hoīes ami-
citia christiana diuoluiꝫ: multo magis cū exem
plis a mūdo in celo repositis: de quoꝝ gloria
ꝙ auferri aut perdi possit/ non dubitatur. Hec
oīa ꝑ tāto dixisse voluerim: vt sup ceteras extol-
lā iusticiā christianā: qua sedēte in sedibus sibi
aptis/ amico christiano nihil deperit de amico
nisi amic⁹ sibiꝑsi ꝛ amico per abiectionē virtu-
tis pereat. In hoc solū per mortē amico christi
ano tot⁹ perit amicus: si eū post mortē in tetrali
bus locis icluserit inimic⁹ antiqu⁹: q̄ nullū adul
tū potest violenter includere/ nisi priuatū virtu
tibus ꝑpria voluntate: qui merito destitutus/ si
bi traditur includēdus. Sed qui post mortem a
diabolo est inclusus: in omni vita sua siue mor
ti appropinquās a virtute fuit exclusus: ac ꝑ hoc
esse non potuit verus amic⁹ ꝑ eo tpe quo extitit
virtute priuatus. Sed cū inclusis destruiꝫ ami-
citia: ex eo ꝙ ipsius est causa sublata: nō enī pñt
recipere nec referre. Superi vero recipiūt et re-
pendūt: et pro amicis in mūdo relictis incessan
ter et infatigabiliter intercedūt. Utrū vero vir
tus veraciter inhereat in tempore: que in tēpo-
re deperit et redit: aut quē nūꝙ reditura perit?
Ut ista questio aliā generet: Utꝝ damnatus si
dū vixit/ esse potuerit verus amicus? Sed hec ꝑ-
sentis dissertionis nō sunt: quoniā ad alia nos
tractāda cōpellūt: vt ipsā christianaꝫ amicitiā

modis quib⁹ possumus declarem⁹: quā etiā fe-
re de mūdo deplorem⁹ abolitā: vt vix in paucis
et incognitis ipsa remāserit. Amicitia christia-
na est q̄dā imago virtutis/ rōnabilꝫ aīata intrin
sec⁹/ ꝛ extrīsec⁹ laudabilꝫ viuēs/ ī nullo deficiēs
quod suā exprimat ꝑfectionē. Nō velut imago
depicta parietib⁹/ vita/ rōne/ sensu ꝛ mēbris inte
riorib⁹ carēs: q̄ deficientē silitudinē exprimit/ nō
ꝑprietatē: cui⁹ cor piramidalē figurā et ꝑprieta
tē quandā semper in amore deferuet: ꝛ q̄si extin
ctionē reputat tepefieri. Cor quidē hui⁹ specio-
se imaginis/ semper amoris ignib⁹ calet: ꝛ ligna
supponit/ ne deficiat verus amor. Et nō amare
estimat seuā mortē. Propriū est ignis/ sursū fer
ri: ꝛ nunꝙ sua leuitate ad inferiora deuoluitur.
Amor a corde huius imaginis exiēs diligit ꝑ-
pter superna: nec ꝑ terrenis alicui se cōmodat.
Propriū est ignis sui natura eq̄liter calefacere
oīa eque cōburere vel purgare. Sed nō equali
ter agit ꝑpter inequalē dispositionē corpoꝝ ob-
iectorū: in quorū aliq̄bus magis/ aliq̄bus min⁹
exercet ꝑprias actiones. Sic amor christianus
oīa diligēda equaliter diligit. Sed oīa equa-
liter diligēda nō sūt. Et preter ea q̄ ī amicitiā ve
nire nō possunt: quis ab omnibus diligantur
etiā rationales inter se in amicitia ꝑferūtur: vt
solū ille in igne aut ex igne amoris reddaꝫ cali
dior/ qui potior fuerit in virtute. Neqꝫ potētie
neqꝫ sapientie/ neqꝫ preminētie/ neqꝫ eloquentie
neqꝫ alicui cōditioni vel statui sicut virtuti chri
stian⁹ debeꝫ amor: vt velut plurificaꝫ atqꝫ mul
tescit seu inclarescit virtus in homine/ amor in
tentior fit ad deū. Nā virtus mereꝫ amari/ mo-
dica modicū/ magna magne/ maior magis/ ma
xima maxime/ tota tote: q̄ sola de⁹ est. Idcirco
totius aīe/ cordis atqꝫ mentis/ oīmqꝫ viriū sibi
mādauit referri amorē: velut sūma/ ꝑfecta tota
qꝫ virtus. Feruet ī amore hui⁹ imaginis sancte
cor: vt quos inferiores recipit/ digniores ampli
us replet. Et quis ad oēs eque nō ferueat: vt
eque in oēs suū amorē diffundat: tñ ad receptio
nē cōtrarij eque feruet/ vt nullius hoīs odiū ap
propinquet. Nā aliud est equaliter oēs diligere
aliud non equaliter oēs amare: aliud equaliter
oēs odire: aliud inequaliter neminē odire: ali
ud inequaliter omnes odire. Oēs equaliter di
ligere lex est diligentis animi ex ꝑpria emanati
one. Cui licet ꝯsentiat christiana iusticia ꝑ par-
te diligentis: nō tamē cōsentit ꝑ parte suscipiē-
tis. Nā quis sol equaliter luceat: nō tñ corpora
eque sunt apta recipere ipsam lucem. Et quis
eque irradiet: nō tamē sub ipso equaliter estuat
omne corpus. In qua estuatione nō tñ atten-
ditur virtus caloris/ quantū dispositio suscipi-
tis corporis. Proinde christiana iusticia ꝑmit
tit amorē a seipso equaliter effluere: sed dignuꝫ
nō iudicat ipsum omnes eque suscipe: aut ꝑmit
tit inculpabiliter inequalitatē fieri ī plurib⁹. Si
quidē permittit preferri ordine nature parētes
et natos atqꝫ cognatos: ordine ꝯuersatiōis do
mesticos: ꝛ ampli⁹ bñfactores ordine subuētio-

nis:sed omino iubet ⁊ vult preferri omnib⁹ vir-
tuosos. Equaliter ergo nõ amare iusticia tolerat ĩ
natura:iubet in gratia. Ex hoc nẽpe claret q̃ iu
sticie nõ derogat̃/preferẽdo ĩ amore remotis p̱
pinquitatẽ siue personã propinquã:sed deroga
ret/si non prehonoraret eis in amoribus gratiã
christianam. Oẽs equaliter odire nulla iusticia
patit̃ nec cõcedit: nã odiũ nõ debet̃ nature/ sed
vitio: Neminẽ ergo odire permittit̃ in natura:
in vitio vero nec oẽs equaliter:qꝛ neq̃ sunt om
nes equaliter vitiosi. Equaliter neminem odire
approbat sana iusticia:qꝛ in criminibus dispar
conditio/dispar meretur odiũ. Proinde ineq̃-
liter diligere/in diligẽdis siue dilectis virt⁹ assi-
stens afficit inequalis. Inequaliter aũt oẽs
odire/inequalis iniquitas afficit: ⁊ iusta ratiõe
amoris et odij aliqua tolerat/aliq̃ iubet/pro in
equalitate regula christiane iusticie. Cor ĩ hõie
rationali receptaculũ est virtutũ. Sic cor istius
rational̃ imaginis earundẽ hospitiũ est:necnõ
et isti⁹ pulcherrime imaginis aĩa suas potẽtias
habet in imagine ista: solũ et bonorum et oim
que validiorẽ ad amorẽ animũ propriũ faciunt
Et memoratur tẽporis et locorũ et rerũ et op-
portunitatũ:pro quibus et ĩ q̃bus fuit facta tri
butio. Nec intermittit dulce verbũ aut iocundũ
aspectũ: etiã si preter eũ aliũ possedit aut acq̃si
uit amicũ:aut si quem habebat gratãter aliquã
do receperit preter eũ. Et altius appendit exi-
stimatio cõiũcta memorie/ quãto fuerint dona
tributa seu irrogata subsidia. Et nihil puipẽdit
in acceptis memoria: cũ omne quod in re fuerit
paruũ/magnũ reputat: ex quo fuit ex amore col
latũ. Et cũ nubilũ nunq̃ in hmõi patiatur sere
na memoria: in hoc vero eclipsim patit̃ ad p̱-
fectũ: q̃ ɔtrariorũ olm nõ recordatur: sed quod
magis est/nunq̃ tenuit in seipsa vestigiũ. Ma-
gnũ profecto esse cognoscit̃ iniuriarum atq̃ dis-
plicentiarũ obliuisci: et eo maius quo celerius.
Sed id maximũ dixerim/nunq̃ suscepisse cha-
racterẽ: quod spectat ad amicitiã christianã. Fi
pa memoria de amico ipsũ fouet in sinu mẽtis
presentẽ/corpore vero absentẽ. Inde excogitat
super eũ bona et mala: vt illis inhereat/ab illis
caueat: illa cõquirat/ista deuitet. Et spũs eius
dulcit̃ anxiat⁹ moleste tolerat tenebras noctis
expectat vt statim aspiret dies: vt eructet que ĩ
aĩo excogitauerat p̱ amico. Et morã absentiã
velut iacturã quãdã grauiter portat. Fecit hoc
in pluribus amici memoria: vt inter alios illi⁹
similitudines amoris igniculũ reinflãment: ⁊ fiãt
ad illos amabiles/in q̃bus amici aliquã simitu-
dinẽ agnouerunt morũ siue persone/ gestuũ si-
ue loquele. Fertur quidã quesiuisse inter viuen
tes similitudinẽ aliquã amici premortui: vt pos
sit illius viuã habere indaginẽ ad sui solatium
aut copulare amicitiã. Qui cũ paululũ inuenis-
set/paululam amicitiã fecit: qꝛ nõ totã similitu-
dinẽ prioris expresserat: quem ob ipsius amo-
rem de vicino periculo quod ineuitabiliter sibi
imminebat/eripuit. Vide igit̃ quãta erat in su-
perstite premortui amici memoria: vt etiam suis
similib⁹ nõ amicis/ verbis ⁊ operib⁹ deseruiret.
Amicitie memoria vbiq̃ memorat̃: in tribula-
tionibus et cõsolationib⁹ equaliter secũ portat:
sed nõ vult ipsũ illarũ equaliter esse consortem
Nã tribulationũ suarũ nollet esse participẽ: ve-
lut perhorrescens ipsarũ augmentũ/ si secũ tor
queretur amicus. Nã nõ est vera amicitia/ si si-
cut seipsum quis in penis affectaret amicũ: q̃-
uis etiã sit de amicitia vera/in tribulationibus
cũ amico velle percipere participiũ. In prospe
ris vero ita secũ inconuulsibilẽ memoriam portat:
vt etiã tedeat esse in gaudijs sine ipso: et ĩ gustu
vnius delectabilis holi velit ipsũ habere cõsor
tem. Et tunc prospera cuncta ridẽt/cũ ĩ partici
pio sit amic⁹. Et duplicabit̃ rerũ delectatio at-
q̃ iocũditas/cũ amicus amicũ p̃senter bonorũ
suorũ sciuerit esse participẽ: suis qualitatibus
oĩa vident̃ augeri / cũ ab vtroq̃ ẽ participatio
bonorũ: et pp̱rijs vident̃ priuari muneribus ea
que participant̃ ab vno/ altero nõ presente. Cõ
dimentũ superappositũ et perficiẽs est/ ĩ cõmu
nicabilibus rebus alteri⁹ amici p̃sentia. Dice-
bat quidam in amicitia vera factus: torqueor in
bona. Et cũ dicti causa q̃reretur/adiecit: qꝛ his
indiget/aut nõ habet amic⁹: est mihi plena io-
cũditas/si vbiq̃ sic his aut meliorib⁹ mea scien
tia potiret̃. Amicitie christiane memoria inconuul-
sibiliter amicũ hominẽ fixum tenet: vt etiã pro
ipso diurnis atq̃ nocturnis bonis ignitis preci
bus interpellet ad omniũ regũ regẽ. Et si a vir
tute deficit: dolet ampli⁹ pro amico q̃ regi sua
nõ fuerũt accepta p̃camina: ⁊ seipso vellet fieri
meliorẽ: vt ĩ eo amici anim⁹ securi⁹ pro optatis
omnib⁹ requiesceret: cui⁹ vt pp̱rijs vellet respõ-
dere oĩbus votis. Hec memoria tristiciã facit
et gaudiũ/pro amici cõtrarijs atq̃ suis vtilita-
tibus aptis. Et qm̃ bona ⁊ mala memoria cõti-
net / ex q̃b⁹ letat̃ aut patiat̃: id agit ne patiatur
amicus/cũ quo fact⁹ est anim⁹ vnus. Et tẽpo-
raliter nitit̃: sed maxime satagit ne ĩ eternũ pa
tiat̃: nec acriter configit̃/si corpe torquet̃: aut ĩ
rebus labentib⁹ infelicitat̃ amic⁹: si sp̃ualia sal-
ua sunt omnia: et si nõ minuũtur interne virtu
tes/que in amicitia prestauerũt maximã causã
Nec merore cõtrahitur/si tẽporaliũ plumis de
pilatur amicus: dũ sibi eterna in fidẽ chirogra
pho et virtutũ instrumẽto seruãtur. Signa ma
gna memorie de amico sunt frequẽtia somnis
⁊ allocutiões ⁊ cõfabulatiões ⁊ peregrinatio-
nes/et similia q̃ apparẽt in eis: ⁊ relatiões gesto
rũ eius / que interponunt̃ in alijs plerisq̃ cõdi
ctis: ⁊ nolatio nois ei⁹ in absentia ei⁹: etiã cum
ad alios sermo dirigit̃: vt sepe nomẽ amici no-
minet̃ in persona p̃sentis: ⁊ p̃sens ad quẽ fit v̱-
bosa locutio / amici noie proferatur absentis.
Sunt etiã signa optatiue de bonis affectiões ⁊
frequẽtia verba/et inuentiones vtiliũ: ⁊ sepissi-
me interrogatiões de ipso in denegata presen-
tia: cũ p̃sto fuerit interrogãdi materia. Fecit se-
pe hãc virtuosã memoriã ⁊ omino inconuulsibilẽ

ex virtute amicitia christiana/in his q̄ hui⁹ vti-
lia cognouerūt: ac ipsam acceperūt indiuiduam
spōsam: vt ab his q̄ prohibita fuerūt inter eos
secundū iusticie regulam/se abstinuerūt in amici
absentia ꝓpter ipsius memoriā. Et velut tribu-
nalis iudex prohibuerit vetitum fieri/ memoria
christiani amici. Necnon ꝛ plerūq; magis ve-
ritus est amicus inuisum ꝛ absentē amicū: ꝙ in-
uisum et p̄sentem in oībus deum. Et plus fecit
ad mali cautelam memoria terrēs amici amabi
lis/ꝙ penarū terror horribilis. In his etiā que
secundū altissimi et honorū atq; laudabiliū moꝝ
legem firmauerūt / honesto decreto p̄uenti sunt
sepe amici memoria plusꝙ dei: vt ab ipsoꝝ exci
tati memoria/excusserint negligētiā/promptitu-
dinem sumpserint et sollicitudinē ad agendum.
Nec huiusmodi ad defectū amicitie asscriban-
tur/sed profectū: si sepe quis magis amici porta
uerit memoriā ꝙ dei: cū deū nunquā viderit/sed
amicū: cū quo tenet amicitiā ꝓpter deū: quē etiā
in malis deuitandis agendisq; bonis reueretur
in oībus propter seipsum. Nec mirandū/si noui
tij hoīes ad amicitiam atq; virtutes/amici ho-
minis magis ꝙ dei memoria sepe tenēt. Nam
predominaꝝ incipientib⁹ sensualitas: ꝛ magis
occurrit memorie quod sensu precipiꝝ /ꝙ quod
fide apprehendiꝝ: velut discipulus nou⁹ qui nō
dū nouit dignitatē atq; virtutē scientie: magis
cōmendat memorie id quod discit timore sensi
biliū verberū et blāditijs/aut spōsione seu ostē-
sione donorū/ꝙ amore aut fide sciētie q̄ doceꝝ.
Sensualiū ꝛ nouitiorū memoria: excepta opati
one spūssancti/ q̄ in hoīm mētib⁹ operaꝝ: repē-
te impressiones nisi ꝑ sensus non recipit: ꝛ ma-
gis viue voci ꝙ ei quod diciꝝ tribuūt. Sed i his
oīa excusanꝝ/cū amicitia copulata fuerit ꝓpter
christū: ꝙuis amicus mereatur quē sensu perce
pit amicū: cū nō postponat in illa intima rōne ꝛ
deliberato secreto iudicio: verū oīm deū. Corri
gitur paulatim in proficiētibus: correctuz vero
expedit esse penitus in perfectis. Laus autē est
huius imaginis: ꝙ eius interna memoria tantū
facit vt caueat infausta: honesta ꝑficiat. Intel-
ligentia vero siue ratio huius admirāde imagi
nis est aspectus ad verū/ꝛ ab omni fucamento
amicantiū aīos liberare. Nescit eñ ratio vere
amicitie aliqd palliare aut fucare ficticijs: neq;
angulos querit ad delitescendū in defectū aut
preiudiciū amicorū. Primo porro hui⁹ proces-
sus fit ad sanctiones ꝛ decreta cōdenda: qbus
cepta perficiaꝝ/ꝛ stabiliatur ꝑfecta. Prima ꝟo
decreta siue sanctiones sunt: vt q̄ntū se proten
dit aut extēdit virt⁹ humana/et desup creata ꝑ
gratiā: ꝙ repugnātia magna siue parua christi
ana iusticie deuiteꝝ. Christiane amicitie cau-
sa est iusticia christiana: cui⁹ oīno expedit caue
re cōtraria/si diligiꝝ amicitia: nā ip̄a causa per
eo q̄ sibi aduersanꝝ/auferꝝ: vñ causata inter ho
mines amicitia necesse sit vt etiā auferatur. In
oīni etiā genere amicitie honeste atq; inhone-
ste eo quo ꝯstruiꝝ/suspēso destruiꝝ. Nec ami-
citie vere pura intelligentia negligit/ si q̄ sunt
deuitāda intelligere: ne incidat i laqueū offensi
onis: ꝛ i scopulos displicētiarū/velut nauis do
cto ꝑreta carēs impingat. Ratio aūt hoīb⁹ in-
sita discutit rōnes: ꝛ ꝓbabiliter depingit i tabu-
lis mirise dolatis: et si q̄ possunt huic imagini
cōtumeliā facere/in horū forib⁹ nō ꝓpinḡt. Dis
cernit presertim iusto iudicio nō tm̄ deuitanda
cognoscere/q̄ possent turbare amicitie imagi-
nē: quantū deuitare cōtendit quod turbare pos
set causā/maxime primā et summā. Prima ꝛ sū
ma causa oīm honorū et vere amicitie de⁹ est: q̄
ꝑ nobis in tēpore homo factus est: atq; redem
ptor appellat⁹ est christus: a quo vocabulū sum
psit ꝓpīs christianus: vnde nuncupaꝝ amicitia
christiana: q̄ optima est in morib⁹ virtus. Pro-
inde primū atq; ad primū atq; apprime christi-
anā amicitiā seruare cupiētes: pre oīb⁹ caueāt
diuinā offensaz: vt nō solū ex multis alijs subo-
rientibus causis ad peccandū mouētib⁹: ꝙuis
cause dici nō debeant que ad peccādū inclināt.
Sed si ex amico aut propter amicū subintraret
causa delicti: anteꝙ offendatur deus/ turbetur
aut dimittatur amicus. Non enim est amicus
causa dei: sed extat causa deus amici. Nec iusti-
cia christiana iudicat turbationē dici/aut quod
agiꝝ esse peccatū: si amicus ꝙuis magn⁹ offen-
diꝝ ꝓpter deū: immo nequā est iudicād⁹ amicus
si scandalū suscipit de actibus cōparis eius: dū
ipse caueat aut faciat quod iubet seu gratū reci
pit deus. Qm̄ q̄ppe iustā et veram excusationē
habet ānexā: cū amico ab altero dici pōt: Hec
oīa ꝙuis ad tuā displicētiā arrogaueris: feci ta-
men ea ipsa propter deū: sed nullā habet excu-
sationis causam/si deo diceret: te offendi pro-
pter amicū. Tegit eñ deus delictū i amico: sed
amic⁹ amici delictuz in deo penit⁹ excusare aut
operire nō potest. Si de⁹ est finis oīm: hō ami-
cus iuste relinquiꝝ propter deū. Et oīs vera
copulāda est amicitia ꝓpter ipsū: hō vero finis
hominis esse nō pōt. Nō perdiꝝ amicus/si pla-
citus remanet deus. Et si ex hoc turbatus rece
dit/nō fuit verus amicus: qꝛ se deo voluit pre-
ferri/cui debuit in oībus subiacere. Que tur-
batio eē pōt/vbi hō nō relinquiꝝ aut offendiꝝ
ꝓpter hoīes/ sed propter omniū creatorē. In
solubiliter atq; irreuocabiliter sanxiuit christi
ana iusticia: vt pater ꝛ mater/frater ꝛ soror/fili-
us ꝛ vxor/ac ipsemet hō a seipso relinquaꝝ pro-
pter omniū regū regē. Proinde si seip̄m ꝓpter
deū debet homo relinquere: nō turbetur homo
peccator ꝛ subditus/si fiunt imperatoris summi
precepta per eū qui amicus est eius. Alioquin
ipsius dei cōuinciꝝ inimicus: inimicus vero dei
nemini sit amicus. Et ex hoc clare intuetur no-
stre rationis aspect⁹ eum quē habet / si amicus
est verus. Si cōtentaꝝ contēni ab altero amico
in his q̄ precipit de⁹: aut in his in quib⁹ aperte
cognosciꝝ placitū voluntatis eius: vt in hoc sit
sūma ratio amicitie cōqsita/ꝙ amic⁹ ab amico
velit amoris vinculo p̄seruato incōturbate morē

suscipere: si deus mandaret illi ꝑ illu̅ sic trans-
uerberari: ac etiã inferri/ si quid fuerit sensuali-
tati ac volũtati aduersũ. Ab ipsa em̅ rõne chri-
stiane amicitie cogimur: vt quẽpiã amicũ super
nos si deus iusserit siue ꝑmiserit/ velut instrume̅
tũ sue infallibilis iusticie incõtur bato amico to
leremꝰ. Nã si quispiã reus sup̱ se a iusto iudice
iustã et vltricẽ sententiã ꝑ forefactis acceperit:
de satellitibus nõ conqueratur: aut de ferro secan
te aut igne vrẽte: aut de fune quo est in patibulo
suspẽdẽdus: aut de quolibet instrumẽto illatiuo
penarũ: nõ em̅ satellites autoritatibꝰ ꝓprijs trũ
cãt ferro caput: auellũt a corpibꝰ mẽbra: ligant
collo funẽ: trahunt ad patibula reũ: vstiuũ ignẽ
accendũt. Nec ista instrumẽta penarũ motibus
suis agũtur/ vt inferãt cruciatũ: sed sedentes in
tribunalibus iudices/ hec fieri iuste decernunt.
Igitur nõ de his/ sed de sententiarũ latoribus si
pñt/ rei rõnabiliter conquirantur. Cũ vero de iu-
sto iudice iustaq̃ sentẽtia/ nisi falsam et iniustã
querimoniã proferre nõ pñt: nõ ambigitur ꝙ ne-
cesse sit vt de forefactis ꝓprijs cõquerantur/ ⁊ lau
dent iudices et executores/ ac etiã instrumẽta iu

Sap. 14. sticie. Nã scriptũ est: Benedictũ lignũ ꝑ quod
fit iusticia. Idcirco hec dicta cognoscat inspe-
ctor: vt videat quo vinculo copulatur amicitia
christiana: ꝙ si amicꝰ ab altero dictante diuino
iudicio / manifesto siue occulto / sup̱ se senserit
põdera tormẽtorũ: ⁊ om̅ino incussũ seruet amõ
rẽ: nec discõpaginetur amicitia ob illatas ⁊ tolera
tas penas: vbi deꝰ est iudex/ virtꝰ manet: et ami
citie cause nõ sunt mote de sitibꝰ. Posset tñ in-
ste cõqueri/ si amicꝰ inferret iniuriã. Sed aliud
est penã/ aliud iniuriã irrogare: nõ em̅ ois infe
rens penã/ inferre dicitur iniuriã: sed ois q̇ alicui
facit iniuriã/ infert et penã. Pena naq̃ ex iusti-
cia esse põt: que nõ est reputãda iniuria/ cũ in-
fertur. Iniuria vero est/ que om̅i remota iusti-
cia/ nequiter alicui irrogatur: nec ex hoc dicat in-
iuriã passus ꝙ possit iuste reprehẽdere/ vbi rei-
publice regnat autoritas: q̇ habet de iniurijs iu
dicare: cũ nec autoritas reipublice dimittat in-
ultũ: etiã quod ab hoie fuerit vindicatũ. Maxi
me aũt nemini passo iniuriã repẽdere licet/ pre-

Deute. 32. scribẽte sibi sacrosancta sentẽtia dñi: Mihi vin

Rom. 12. dictã/ et ego retribuã. Procedat vlteriꝰ huius
imaginis intelligẽtia siue ratio: vt si q̇ fieri pñt
ad ornatũ atq̃ firmamentũ eiꝰ/ iusto et imutabi
li decreto ꝑquirat: rerũ em̅ relatio atq̃ mox in
amicitia verior q̇ꝫ nois. Nihil vero amicitiã sic
ornat et firmat/ q̇ꝫ ad primã causã totis viribus
cõdigna referre: atq̃ polinormis firmatis/ inde
fesso aio cõsũmare certamina. Et agones mul-
tos abfugere: ꝑ supernis leges factas seruare:
pro iminẽtibꝰ casibꝰ de nouo si expedit cõdere:
vt iusticia q̇ proficimꝰ: qua profectuũ nostrorũ
palmiferũ attingimꝰ culmẽ: ꝓpter quã deꝰ terre
nos aspicit nos: incõcussa ꝑmaneat. Nõ em̅ ni
si in legibꝰ iustis amicitia vera cõsistit. Iusticie
quippe lex est: vt prima causa fiet ex creditorꝫ ex
actiones primas atq̃ honores priores suscipi-
at. Deinde ꝑsoluantur credita/ siue offerantur pla-
cita: ceteris in amicitia coniugatis: ea lege vel pa
cto/ vt nihil de debito atq̃ honore cause prime
oim auferatur. Et si qd offertur eis q̇ cuꝫ amicitia
fedus habẽt: a deo nihil debet habere diuersũ.
Sicut em̅ turpis est ꝑs q̇ suo toti nõ cõuenit: sic
om̅e quod agitur/ turpitudinẽ habet annexã/ si nõ
cõuenit rerũ oim creatori. Quod ṽo aliq̃ turpi
tudine tingitur/ pulcherrime huic imagini cõue-
nire non põt. Turpitudo vero nulla deterior q̇ꝫ
q̇ summã iusticiã nõ veretur. Proinde si cõstãs
et ꝑseuerãs inter hoies amicitia queritur/ iunitã-
tur querẽtes legibꝰ iustis: iusticia ꝓrsus dat con
stãtie basim/ ⁊ perseuerãdi ministrat materiã et
fulcimẽ. Occurrit iusticia cũ patribꝰ suis in om̅i
termino amicitie gradiẽtibꝰ viã: ⁊ sua solamina
⁊ fomẽta ꝑsentat/ ne deficiant q̇ ceperũt. Nulla
penitus decipiẽdi aut deficiẽdi causa/ cũ quibꝰ
iusticia graditur: occurrit aũt his q̇ promiserunt
amicitie sacrã iusticiã: siquidẽ preminẽtiã rex fa
cit atq̃ ostẽdit: ⁊ cogit sub interminatiõe pena
li oim actionũ inuisibiliũ atq̃ visibiliũ primi-
tias meliores: atq̃ electione primũ primo red-
dere ꝑminẽti. Et sicut in deuitatiõe malorũ ad
primũ ꝑminentẽ suũ habet aspectũ: sic in factiõe
bonorũ ipsũ primo ponit an̄ suũ cõspectũ: qm̄ il
lũ oportet esse oim finẽ/ q̇ oim extitit causa prima
bonorũ. Delectatur siquidẽ ipsa ois ratio in rosa
rijs rõnis: sic ⁊ ratio huiꝰ imaginis in rõnis viri-
ditate se pascit: vt nõ solũ in ordine ad primã oim
bonorũ causã cõdecẽtia q̇rat: sed etiã ad secun-
das. Nec iste esse debet subsistẽtie gradꝰ: sed
ꝑquirat semp̱ amicitie ratio/ quod nouit esse in
moribꝰ ⁊ mẽtibꝰ veriꝰ atq̃ vtiliꝰ: vt cognitione
philosophica/ imo preeũte ꝑ duce illa solũ eli
gat q̇ secernere põt a mal. Et in plura se oino ex
tẽdat: vt a bonis eligat meliora/ ⁊ a melioribus
optima. Si malũ habet amicitia/ ergo nõ vera:
nulla em̅ veritas vbi malicia/ ꝓter illã veritatẽ
qua constat verã adesse maliciam. Nõ ergo de
malo cognito/ cũ quo ⁊ sup̱ quo amicitia nõ est
fundãda sermo ꝑsens eloquitur: multa em̅ noui-
mus esse ꝑmissa: sꝫ de malo incognito et preter
intentionẽ accidẽti. Malũ cõtingẽs est preter
intẽtionẽ adueniẽs in amicitia/ ⁊ etiaꝫ incaute-
la ⁊ improuidẽtia. Cautela q̇ppe semp̱ oculũ di
rexit ad malũ/ ad bonũ aũt nũq̇ꝫ. Nemo em̅ rõ-
ne vtẽs intẽdit bona cauere/ sed mala. Incaute-
la cuius semp̱ oculus est sopitꝰ: malis om̅ibus
quousq̃ euigilauerit/ prestauit ingressũ. Pro-
uidẽtia ad vtrũq̃ direxit aspectũ: ad malũ vt ca
ueat: ad bona vt faciat. Improuidẽtia penitꝰ ni
hil borũ fecit. Opponitur oino cautela ⁊ incau
tela/ prouidẽtia ⁊ improuidentia: ille bone/ iste
male consistũt. Ratio vero amicitie se cõiectat
in mediũ: ⁊ secernit atq̃ eligit bona pro captu
potẽtie/ mala iusto iudicio reprobatis. Accidunt
etiã sepe suspitiones assũpte/ immisse a demo-
ne: gestꝰ/ nutus/ delature/ verba/ digressiones/
auersiones facierũ ⁊ oculorũ/ itinerũ ꝓhibitio
nes/ celationes/ relatiões/ substitutiões [illegible]

obsequiorum tepiditas aut denegatio improuisa aut iracūdia sermonis/aut maiores ostensiones amoris in alium/aut inepte seu implicite reprehēsiones. Bonū oībus his oppositū est firma credulitas vtriusq₃: q̄ neuter ferat animū cōmutatū: nec ex signis mala/sed cordis bona dijudicet. Si aūt horum ignis aīo incēdiū fecerit: solū restat remediū/q̄ amicorum animi p̄ v̄ba ad seinuicē declarent: vt q̄ patit̄ suā exp̄mat τ de quo patitur passionē. Alter eñ sereno v̄bo pformi cordi declaret. Sepe nāq₃ fit/vt q̄s patiat̄ ex inculpabilis gestis aut v̄bis amici: aut ascribit̄ ad culpā q̄ innocēter fecit/aut dixit amicus: τ silētiū passi nubilā mentē tenuit: τ innocētia gesta dānauit corde: q̄mus haberēt ab amicicia obliquū aspectū: nō eñ immutabilis est hō: s₃ affectiōib⁹/passionibus τ extrinsecis accidētib⁹ variat̄. Periculosum penit⁹ est tacere: nō eñ cessat ab his ex q̄bus nō credit inferre grauamē. Cū vero passus que grauabāt patefecit amico: aut a grauaminib⁹ est cessatū: aut responsionē apologeticā is q̄ grauabat̄/accepit. Progredit̄ vlteri⁹ rō vt etiā meliora secernat a bonis: nō reprobatis bonis/s₃ potiorib⁹ electis iudicio rōnis. Melior est in ordine p̄uersandi τ p̄uersatiōib⁹ hoīm emul⁹ manifestus/q̄ fict⁹ seu duplex amic⁹. Ille cauet̄/ille difficillime declinat̄. Et melior est vicin⁹ p̄pe q̄ frater aut amic⁹ p̄cul. Quia vita nostra sepe angit̄ periculis/p̄ euētibus τ opportunitatib⁹ hoīs vtriusq₃ p̄ p̄pinquū celeri⁹ subuenit̄. Melior ē manifesta correptio q̄ amor abscōdit⁹. Amic⁹ placidus timēs fieri amico in v̄bis aut morib⁹ grauis/sepe tacēdo pire p̄mittit. S₃ tabosus ē amor abscōditus qui corrigēdi t̄pe nō p̄cedit in publicū. Frustra morat̄ in p̄clauibus etiam vehemēs amor: si amic⁹ in foueā labit̄ te tacēte scienter: τ nō cōpescit̄ v̄bo duro: aut si v̄bis correptionis nō corrigit̄/cū firmiter fecerat casū₃. Proinde meliora sunt vulnera diligētis/q̄ fraudulēta odiētis oscula. Qui diligit/vulnerat v̄bis amicū factisq₃ cū expedit/ne labat̄ in nephas. Et pon⁹ decernit ille q̄ v̄e diligit/amici p̄cutere corp⁹/q̄ p̄tis p̄cutiat̄ inuisibilis anim⁹. Qui diligit/obuiat opportune τ importune dānis amici. Qui nō corrigit/odit: τ fraudulēta oscula imp̄mit. Et odij signū est p̄termissa correptio. Vulgo sepe refert̄: Qui me odit/ad risum: q̄ me diligit/p̄uocat ad lachrymas. Vñ dicit̄: q̄ corripit hoīem/g̱ram postea inueniet apud eū magis q̄ ille q̄ p̄ lingue blādimēta decipit. Judicat τ eligit p̄s prudētie q̄ nouit eligere: τ stabilit in aīo s̄n̄iam Salomonis: Meli⁹ ē hūilari cū mitib⁹/q̄ diuidere spolia cū sup̄bis. S₃ vt breuiter edicā: meli⁹ sup̄ bonum in amicicia noscit̄ patientia in tempe quo comp̄rehēdit̄ alteratus amicus: vt post omnem ebullitionem fiat correptio eius: zelantis amici melior est patientia/q̄ tempore incongruo verba proferre. Et melior est ad amicum temperatus zelus/q̄ zelus acutus: dummodo non intermittatur qui dicitur temperatus. Temperatus enim zelus verbo aut signo monstratus/abstersit amico plagam: et induxit cataplasma tolerabile sup̄ vulnus: acutus vero iterum vulnerauit: τ rarus est inter hoīes/qui asperam velit sustinere medelam. Melius est ad amicū in omnibus temperatum fieri/q̄ ipsum impatientia zeli aut amoris importunitate cōuersandi/corrigendi/obsequendi tractare. Oīa in moderamine ad amicum τ librate fiant. Teneri enim sunt animi hominū: τ in bonis τ malis cito frangunt̄. Difficultas maxima amicū inuenire veraci: maior vero custodire inuentum. Instrumentū quoddam resonans est amicus ad amicū: ad cuius sonitum oportet choreisare amicū s̄m varietatem morum atq₃ nature: dummodo funestū se nun aut turpem non resonet cantilenam. Melius est in amicitia q̄ donationibus colligatā amici sustinere naturam: τ tractim ad bona ducere/q̄ festine: festinatio enim causam ruine sepe festinis apposuit. Ad amicitiā vero sana ratio solū illos p̄ melioribus nouit assistere quos viderit potius moribus fulgere/q̄ rebus/aut gemmis/aut q̄buslibet ornamentis. Melior est τ verior amicitia pauperum q̄ diuitum: illos enim virtus/istos rerum claritas manifestat. Diues si amicabit̄ in veritate pauperibus/nobilius est q̄ si diuiti pauper erit amicus. Ille de virtute laudabit̄: iste nō poterit de necessitate causari. Melior est τ verior superioris ad inferiorē amicitia/q̄ que in reconuersione agitur. Superior libera voluntate/inferior forte vmbra timoris constringitur. Amicitia inequaliū si vera est/a potiore nobilius nomen sortiet̄. Equalium vero omnino illam precellit. Eterne dei ad nos ab eterno amicitia ordinata/omnē dignitatē τ honorē atq₃ perfectionē ex sui parte/non ex nostra sortitur: sed equalem dari non inuenit/cui amicari possit. In hominibus autem inuenitur equalitas: vt ex vtraq₃ parte amicitia possit suum perfectum laudis sortiri preconium. Amicitia inter equales inclytos potest eque versari: τ nancisci p̄fectū. Inter equales plebeios tendit in idem. Inter sub et supra nunq̄ cadit amicitia vera. In omnibus his dictis similibusq₃ dicendis amicitiā excipim⁹ christianam: que propter annexam gratiam/conditionem/euentū/statum fortuitu acquisitum vincit: atq₃ natura christiane gratie sacramēta τ pura iusticie τ de superis a christo declarata doctrina non p̄mittunt in christiana fieri amicitia sublime vel altū/infimū vel depressum: sed omnem equalitatem constituit animorum/rerum/temporum τ locorum: in qua nihil indicatur potius/nisi potior virtus: que eo ipso est potior/quo in alta nō se tollit: τ se per humilitatē omnibus animo/vita/moribus equat. Sed vt latam loquēdi materiam coartemus/si me interrogarēt ex animo lingue nationū omniū: quid est in amicitia melius? responderem/iusticia τ veritas. Quid autem optimū? dicerem/his virtutibus fretus amor. Hec enim tria multam ministrāt materiam eloquendi. Sed hic intermittimus/vt alibi requirātur. Si aūt a me vlterius q̄rerēt: qui sunt melio-

Prouer. 16.

res amici: respōderēt: illi cū quibus meli⁹ ista ser
uant. Et si q̄rerent: q̄ sunt optimi amici: responsio
nib⁹ vtiq̄ affirmarēt: qui veritatē/iusticiā ⁊ amo
rē sup eos inuicē magis/q̄ seipsos aut ꝓpriam
vitā diligūt: vt magis velint finire crudeliter cor
poris vitā/q̄ ꝑtermittere amorē/veritatē atq̄ iu
sticiā: ⁊ tēpus breuiare quod possunt ꝓrogare in
sistentes in eis/q̄ videre longeuū terminū fine
eis. His em̄ amici/suis in omni honesto genere
amicandi nunq̄ deficiunt. Qui huiuscemodi vir
tutibus deficere nolūt: nunq̄ talium conuersatio
fertur in dubiū: quorū mentes illuminat virtus:
iusticia dirigit ⁊ fouet ⁊ nutrit sedulus amor. In
hesitanter anima/corpus ⁊ res/vxor ⁊ filij talib⁹
cōmendantur: qui sacramenta veritatis/charita
tis atq̄ iusticie iurauerūt. Fertur ⁊ in sctōꝝ li
bris legisse me memini: q̄ quidā sui peregrinan
tis amici eius precibus cōmendatā suscepit vxo
rem: quā sedula ⁊ diligētissima cura fouens/sua
pulchritudine tentabatur: qui timens vrgeri/ꝑ
ualide ab aspectu decoris eius: ⁊ suā ꝑcauēs fra
gilitatē/acuto gladio abscidit sui corporis cum
dolore verēda: notans diē ⁊ abscisionis horā/ne
amico posset etiā tentatus fidē frangere in vxo
re: necnon ⁊ murmurationē aduersus cōmenda
tā veritus/ que facile surgit in vulgo. Si accidis
set: paratus erat fidē facere reuertēti marito aut
vulgo in ventrina truncatione/q̄ ipsam serua
uerat illibatā. Pro his exponunt merito corp⁹
⁊ res: ⁊ mors intētata suscipitur. Et nihil in hac
felicius ꝑ relatiuis moribus/q̄ cū talibus viue
re inuenitur. In multa fert intelligentia sine ra
tio huius imaginis/que discurrēdo ꝑquirere de
ficit mens ⁊ manus. Volūtas huius miranda fi
gure/ad suā ꝑfectionē se obsidem facit. Et nihil
valēt que ad amicitiā possunt ordinari/virtutes
gestus aut patuli mores: nisi voluntatis aderit
ꝓmptitudo. Volūtas receptaculū est inuisibili
um impressionū. Voluntas in amicitia/executio
aptitudinū inuisibiliū est imperatrix: vt sit cōpo
sitio iusta exterius exhibita. Imperio em̄ ei⁹ mē
bra mouentur ad actus/ac etiā omnia conferen
tia conquruntur. Volūtas amicitie christiane ha
bet idem velle ⁊ nolle/sceptꝝ ⁊ dominatiōis vir
gam tenente iusticia christiana: sine qua in pre
ceps labitur queq̄ volūtas. Et in his solū agen
di firmat imperium que ipsa decernit. Hoc tñ fir
mū habet ista volūtas/vt velit penitus ſm istaꝫ
iusticiā amicari: ⁊ ad hoc se inuariabilē prestat.
Cetera vero firma non tenet: sed variat animi at
q̄ corporis motū: sicut iusticia christiana variat
modulamina ꝑceptorū. Nec enim aliter vult fie
ri ad amicū: nisi ꝓut ipsa disponit. Habet a deo
quendā actum mediante natura voluntas vt ve
lit: qui actus volendi terminatur in bonū; quod
a seipsa penitus ipsa non nouit. Nam voluntas
non influit in seipsam volitū/aut quod iure volē
dū: sed volendi actū ab alio influitionē suscipit:
vt quod volendū est/velit. Non discurrit inqui
rendo volūtas: sed repente fertur in id quod bo
nū vel tanq̄ bonū ostendit sibi a potētijs superio

ribus luminosis. Que potentie q̄uis errare pos
sunt: volūtas tñ in actu volēdi errare non potest
semp em̄ motu ꝓprio fertur in bonū: vel quasi.
Quocirca si alie potētie luminose siue supnatu
ralis luminis ⁊ īfallibilis susceptiue/vtputa ratio
intelligētia/appropinquāt fontibus iusticie chri
stiane: suisq̄ splendoribus illustrant: nunq̄ vo
lūtati renūciant/aut influūt: nisi quod certū est
⁊ infallibile bonū/seu meli⁹/aut optimū atq̄ ꝑ
fectū. Et q̄ sui causa nō errat/merito splendoris
christiane iusticie fert in debitū. Proinde volū
tas christiane amicitie in his sua volēdi agilita
te reptat/q̄ sibi a virtutib⁹ a christiana iusticia il
lustratis suū ponūt an̄ ꝯspectū. Mādat siqdem
ipsa iusticia ista velle: atq̄ ꝑmittit in ꝯcupiscētiā
ꝑuenire: q̄ diuinis ꝑsonis oīno ꝯueniant ⁊ super
no ꝯcentui: q̄ nō dormit ꝑspectans sup his que
agunt a viatoribus vite hui⁹: ⁊ q̄ omnino expe
diant ad fidē ⁊ actionē indeclinabilē coꝝ q̄ acce
pimus sacro mādato siue iusto ꝯsilio: ⁊ subseruī
ant publicis iustis moribus/quos perturbari a
quoq̄ diuina cēsura inulte nō patit. Talē ꝑordi
nat christiana iusticia in amicitia volūtatem: vt
vnā bō ꝑeuntē altera subsequat: obliquātē vero
deserat rediēs ad seipsam: vt talē velit esse amicū
nō qualis ipse ē/si bon⁹ aut malus: sed qualē esse
vult iusticia/que neminē male ordinat siue dispo
nit: nec velit in seipso īrāsitiue aut ad seipm trā
sitiue aliter fieri: ꝑter id quod licitū est ex modera
mine christiane iusticie. Ac ꝑ hoc oīs amic⁹ amī
cū ꝑus intētiōe/aīo/volūtate/fide/vita/ morib⁹/
ad iusticiā ⁊ ī iusticia/q̄ ad seipm fieri velit. Nul
lus quēpiā ad seipm ꝑusq̄ ad iusticiā fieri velit
amicū. Nō em̄ esse pōt hoi ver⁹ amic⁹/si an̄ iusti
cie amic⁹ vere nō fuerit. Habet etiā in intimis
suis hec formosa imago quādā notabilē trinita
tē. Irascitur defectibus/ꝑfectionē in ꝑfectibus
cupit. Omnia vō si recta est/sine repꝛhensione cō
ponit: habet affectiōes ꝯtra falso philosophan
tes. Gaudet de ꝑntia: dolet de absentia: sperat
sanctū terminū: timet ne fiat diuortiū: gaudet si
placet/dolet si displicet. Sperat placere: timet
displicere: gaudet de ꝓsperis/dolet de aduersis
sperat prodesse/timet ꝓdesse nō posse: gaudet si
gaudet/dolet si dolet: sperat si sperat/timet si ti
met. Et totiens ⁊ taliter he affectiones variant
in cordib⁹ amicoꝝ/quotiēs reꝝ visibiliū ⁊ inuisi
biliū variant euētus. Et eo feruētius in amicitia
christiana quo in adeptiōe seu ꝑditione rerum
spūaliū ⁊ virtutū/q̄ tēporaliū seu corporaliū re
rum christiana iusticia plus accendit. Sed nec
mirū: quoniā si animoꝝ vere amicantiū diuersa
est substātia/voluntas tñ ⁊ affectio est vna. Est
em̄ amicitia/sensus verus alterius amici. Et vbi
animorum facta est vnitas/sensus prosperi vel
aduersi factus est vnus. Et eque generantur in
animis a rebus contrarijs passiones/⁊ affectio
nes a placitis: vtrunq̄ crucient/aut perfundunt
leticia/ velut vnum. Specie sua et pulchritudi
ne sua ista imago dilecta intendit prospere: at
q̄ procedit vt regnet. Specie videlicet inuisibi

lium virtutum: pulchritudine vero irreprehensibili
mor: his velut gemmis ornata placet: patiturqȝ
omnes cū ipsa in federe coniugalitatis ascisci.
Nempe specie virtutū prospere ipsa intēdit atqȝ p
cedit: vt ipsam prudentia precat / sagaciter deui
tans contraria que amicitiā turbant / aut ex toto
confundunt: ꝛ eligit que iuste amicitie dent au-
gmentū: ꝛ ducit per semitas equitatis / vt in neu
tram partem se flectat: sed via regia gradiatur.
Comitantur a lateribus temperantia ꝛ fortitu-
do / ne procedat in nimium: ꝛ vt procul pellat / aut pa
tienter ferat aduersum. Iusticia quandoqȝ seq-
tur / qñqȝ precedit / qñqȝ collaterisat / qñqȝ subest /
qñqȝ superuolitat. Verba symbolica sūt: qui legit
intelligat. Imago que amicitia vera ē / nō est de
picta parietibus / nec metallo aut lapidibꝰ scul-
pta / siue pmittens deducta figura: sed in cordibꝰ
hoim scribitur: in moribus vero pminet: ꝛ oēm
aptitudinē cōpositionis habꝫ. Qui inuenit ami
cū dicit scriptura / inuenit thesaurū. Audeo dice-
re / amicū esse sup omnē visibilē thesaurū. Nā se
pe thesaurus furibꝰ patet / multipliciter pditur:
verus amicus non nisi p eternam mortē / nequa
ꝙ vero p temporalem aut corporalem pdit / si ppter
deum diligit qui amicat. Subuenit amicus tē-
pore indigentie: atqȝ si nouit amicitie veritatem
amicū vt se pro equali parte gubernat: ꝛ propria
commodat membra / si pdidit sua. Verus ami-
cus melior ꝙ thesaurus: nam furibus non pa-
tet neqȝ pdonibus. Amicus ignitus est carbo: ꝛ
prope positū reaccēdit extinctū. Amicus verus
magis studet amicitie ꝙ psone / cū qua disposuit
amicari. Etenim psona sepe fallit: amicitia vero
sp est eadē. Si amicꝰ aspexit in amico amicitie al
tissimā causam: nunꝙ nouit diuortiū facere / ꝙ-
uis meruerāt male acta psone: sed expectabit vt
corrigat / aut detrudat vbi male acta meruerunt.
Amicus verus lectus est in quo animus amici
alterius inuisibiliter portat ꝛ portat amicꝰ: ꝛ mi
rum est videre / ꝙ ex duobus duo portatores et
duo portati ꝯsurgūt. Nam eodē momento vter
qȝ portat ꝛ portat. Amicitia vero hoim christiana
que sola est vera / corona inclyta morum est ꝛ vi
te confidentia / ꝛ tutela ꝛ baculus sustentationis
etiam his defecerunt indubitatū refugium: ꝛ in
tra pelagus portus / redemptio de carceribus / a
seruitute libertas / diuine impdabiles domus p
tectiōis / turris securitatis / vinea leticie / ager sp
fertilis / viridariū ꝯsolationis / aromatū apothe
ca / promptuariū plenū / apiarium mellis / mamil
la ideficiēs lacte iuste dulcedinis / claritatis spe
culū / ꝛ visio intellectualis / collateralis spōsa cū
qua sumunt solatia vite: pia mater / pedissequa
obsequens / ancilla parata / stipatoriū cōmodita
tis / opportunitatis balneū / fons aquarū viuenti
um / custodia non dormitans a malis / puidētia
in bonis / lorametū vite. Que p singula velle dis-
cutere / potius deficeret tempus / ꝙ loquendi ma
teria: necnō ex his omnibus cognoscit qui ami-
cus est verus. Habebit enī pro amico supperēte
potentia / oia officia christifere amicitie. Christi-

ana iusticia fundans amicitiā christianā atqȝ p-
fectā / inimicū dissuadet oīno ꝛ inimicitias phi
bet: tm̄ ad id quod positione caret / amicitiā nō
exhiberi. Naturā ꝛ christianitatē oportet oser-
uare ab odio: ꝛ solū vitiū in odio fieri. Amicitia
christiana latissima est generalitate: ad omnes
enī inexceptuate p distinctionē extenditur: ꝛ cū
qbus non potest in via cōuiuere / in patria ma-
gis pfici sperat. Intendit etiā ipsa p scientiā cer
tā ꝛ frequētē ꝯuersationē / aut p pcellentē virtutē
Ipsa siqdem virtus est solo diuersa noie / ab illa
que virtutū est maxima / videlꝫ charitate. Chari
tas ꝛ amicitia pfecta siue christiana / solis nomi
nibus distinguunt. Virtus enī est ex qua rex re-
gū voluit noiari: ac etiam suos apostolos quos
mūdi pncipes fecerat spūales. Dicit enī scriptu
ra: Qui diligit cordis mūdiciā ppter gratiā la- Prouer.22
biorum: habet amicū regē / eternū scꝫ deū / oim re
gum regē. Amicus ab amicitia dicitur. Ecce vni
uersoꝝ dn̄s sibi amicus efficitur / qui ab amici-
tia sic vocat: ꝛ amicus relationis est nomē. Vn-
de saluator apostolis dixit: Vos amici mei estis Joan.15
si feceritis q̄ pcipio vobis. Et iterū: Nō vos dixi
seruos / ß amicos. Amicus enī est qui habꝫ ami
cos. Et amicari vult q̄ qrit amicos: nomēqȝ sor-
titur amici. Proinde est amicitia qua saluator
oim noiatur / amicos habens ꝛ querēs amicos:
ꝛ ab eo quesiti ꝛ habiti vocant amici. Virtus est
in corde hoim sedē habens: in exterioribus mo-
res. Virtus oim virtutū participiū habens / at-
qȝ ipsarū officiis digna sp manet. Nā si non esset
fides: tota in hoibus amicitia deperiret. Utili-
tas fidei qua nō visa credimus / ꝯsiliatio est ami-
citie: atqȝ vinculū quo vnita manet: ꝛ retinaculū
quo non pscinditur. Non aliter scimus nos dili
gi / nisi p fidē. Signa vero exterius mōstrata / nō
tantū conferunt ad scientiā velut fides. Opera
si qua sunt ostensa forinsecus / signa sunt amici-
tie: non amicicia que solū in cordibus hoim re-
gnat: quā solū credimus p fidem. Non enim per
reuelationē spūalē atqȝ diuinā / que sunt in cordi
bus hoim: aliter ꝙ p fidem hoibus innotescit.
Ac per hoc sepe fit vt magis dilectio expendat
ex eo ꝙ amicicia inuisa credit: ꝙ ppter munera
que largiunt / aut ppter signa que ostenduntur:
si non amicitia crederet. Et hoc maxime ppter
fidei bonū in amicitia precauetur: ne minor ꝙ fit
aut nulla credat dilectio. Nā deficiente fide / ili-
co amicitie alueꝰ in altero amicātiū siccaret: aut
in vtroqȝ / si fides in vtroqȝ deficeret. Proinde
bonū fidei stabilimētū est amicitie: sine qua esse
amicitia nequaꝙ potest: bonū vero amicitie fidei
ē pulchritudo. Cū fide / p fidē / ꝛ in fide initiat ho
minū amicitia: quā initiatā fides etiā nutrit ꝛ fo
uet. Habꝫ etiā amicitia indubitatā spem: sub cu
ius vmbraculis secure quiescit amicus. Sed ip-
sa partita est vt diuina sit ꝛ humana: humana si
quidē pro euentibus nouis / si vni amico in cōtin
gentibus opus esset. Nam frustrata spes necessi
tatis tēpore in amico in possibilibus ꝛ honestis
iure amicitiā abrogaret: quia quod credebat in

cuanuit. Diuina vero est spes vere amicitie/qua
supna siue diuina sperant: quoꝝ respectu maxi-
me culpari debet amicitia christiana: q̄ sola est
que si euulsa de cordibus fuerit/amicitia vera nō
stabit. Nō eñi amicandum est de his quoꝝ vita
desperat̄ ꝑ superis atq̄ diuinis: tales enim sunt
eterne mortis mācipia. Charitatem nempe sibi
asciscit in sociā: immo vt verius loquar/ipsa cha
ritas est: nec aliter interrogātibus responderē.
Sed qd est amicitia vera/nisi charitas christia-
na? Nam si vera vertit̄ amicitia inter deū ꝛ nos
inter hoies ꝛ angelos/inter hoies ꝛ hoies: ergo
amicitia vera est charitas. Aliter ꝙ charitatē deo
ꝛ angelis ꝛ hoib⁹ honeste hoies nō amicāt̄: ꝙ si
aliū ꝙ ꝑ charitatē: hoies hoib⁹ amicāt̄/amicitia
ꝟa nō ē. Quatuor aūt ꝟtutib⁹ qb⁹ disponūt̄ ho
minū mores/supra descripsimus ipsam fretā ꝓce
dere. Cetere siqdē virtutes/humilitas/patiētia/
obedientia/honestas/castitas/benignitas/ora
tio/silentiū/pax/ꝛ his similia se penitus coauli-
sant: reperiunt̄ eñ non semꝑ actu/sed suis tempi
bus omes: habitu vero mētis semꝑ oportet esse
paratas. Nam ꝛ supra mōstrauimus a contrario
sensu in his qui sunt in amicitia deuitādi/quot ꝛ
q̄ntis aut q̄lib⁹ ꝟtutib⁹ verā amicitiā decet eē sti
patā. Nec in ista dissertione ꝑtereūdū est/vnde
in amoris actu sit amicitia verior: qꝛ ꝓ amicitia
vera nūc noster sermo ꝯcertat. Nulla est amici-
tia vbi nullus est amor: etiā si totius mūdi dona
ꝯflarem. Nam reddunt̄ census ꝛ debita soluunt̄
pedagia/ꝛ his similia: ꝛ ꝑ cōmercia multa fiunt
vbi sepe amicitia oīno non esse dinoscit̄/si cor-
dis amor de medio tollit̄: aut si inter huiusmodi
hoies nō assistit. Erit nempe amicitia vera/si q̄s-
piam diligat̄ nō dilectus: hic amicitia est/s; nō
vera. Potest amor verus impendi absq̄ reꝑhē
sione seu amati scientia. Sed amicitia vera semꝑ
agit̄ vnitis ad aliū: que verior est ex ꝑte diligētis
ꝙ ex parte dilecti. Semꝑ eñ amicitia nō in dile-
cto/sed in diligēte ꝓ sua virtute fundat̄. Naz vt
supra fati sumus/virtus est amicitia: diligi autē
virtus nō est/sed felicitas quedā: christiane vero
diligere q̄nq̄piā/est certissima virtus: ad quā vir
tutē oēs homines totius sacre scripture robur
inuitat. Profecto verissima erit/cū fuerit rea-
matio vera per equale aut per excessum: vt semꝑ
amicitia ex eo sit verior/quo maior impenditur
aut rependit̄: nō ex eo quo suscipit̄ amor. Nedū
verior/sed certior est amicitia ex ꝑte diligētis/ꝙ
ex ꝑte dilecti. De inuisibilib⁹ certior est agens ꝙ
patiens: ꝛ is qui effundit/ꝙ sug quē effunditur
amor. S; de sensibilibus secus est diffinire: nā
aut eque dans ꝛ recipiēs/aut animo certior pati
ens est: put in donis placitis claret: ꝙ dans ꝛ re
cipiens certitudine pari pendunt̄: ꝙ ille dedit/il
le recepit. In molestijs vero patiens in certitu-
dine antefert̄: velut vulnus inflictū certius pati
ens sensit ꝙ senserit qui inflixit. Sed in dilectio
ne amicitie certior est diligēs ꝙ dilectus: effun-
dens amorē ꝙ amore alieno ꝑfusus: ille in scien
tia/iste vere manet in fide: ille scit/iste vero cre-
dit. Nec non ꝑmiū virtutis viaticū etiam patriē
quod ex diuina iusticia debet̄ vere amicitie: non
ex eo ꝙ quis diligit̄/sed eo ꝙ diligit/firme tribui
tur. Viaticū ꝑmiū cuiusl̄bet virtutis veꝝ ꝛ ꝓpri
um est tātūmodo fecisse/quod cōperit fecisse vir
tuti: amicatiue vero virtutis siue amicabilis di-
lectiōis viaticū ꝑmium est diligere/aut dilexisse:
quod solū ei qui diligit/nō ei q̄ diligit̄ adest: nā
ille impendit/ille recepit: ille fecit/ille sustinuit.
Similiter ꝛ ꝑmium patrie donat̄ non dilecto/s;
diligēti: ꝓ eo ꝙ ab illo actus intrinsecus ꝟtutis
effundit̄. Si vero amor rependit̄/his premijs re
pendens ꝑmiat̄: nō qꝛ dilectionē diligētis se sus
cepit/sed qꝛ dilectionē rependit: nam vbi erat re
cipiendi patiēs/rependendo factus est agens: ꝛ
taliter nempe agēti virtutis ꝑmiū vtrunq̄ debe-
tur/ꝛ ipse nanciscit̄. An reciprocari possit amici
tia nulla rōne vertatur in dubiū: que ꝙuis sit ad
alium/ad seipm velut ad alium esse potest: ꝛ ad
deū ꝛ ad angelos ꝛ ad hoies est. Qui ergo seip-
sum diligit/hoiem diligit: qui seipm odit/homi-
nem odit: qui seipm occidit/hoiem occidit/ꝛ ho-
micidiū ꝯtra ꝑceptū dñi facit. Sic ꝛ q̄ seipm di-
ligit/hoi amicat̄ ꝛ hoiem diligit/ꝛ ꝑceptū dñi
facit. Nā sicut q̄ diligit iniq̄tatem/odit aiam suā
sic ꝛ q̄ diligit bonitatē/amicat̄ ad aiam suam. Et
vt audacter affirmē/nisi amicitia fuerit recipro-
ca: nunꝙ in veritate ad alios esse poterit transi-
tiua. Nam ex eo ꝙ quisq̄ in veritate atq̄ virtute
se diligit/ad alios vere amicitie sacramēta cu-
stodit. Et diligit ꝺm christianā ꝛ verā amicitiaꝫ
ꝓximū/si ꝑmo dilexerit in veritate seipm: ꝛ ꝺm
interꝑtatiōes amicitie ꝑmo positas ad seipsum/
debito nature q̄lib; est amicus: debito vero gra
tie multomagis esse debet. Ois nanq̄ virt⁹ suo
modo ꝑus ad possessorē ex actu refertur. Pro-
inde vtroq̄ debito reciprocatur amicitia: ꝛ velut
inter duos in reciprocatiōe pagit̄: ꝛ ꝟitate gau-
det/ꝛ certitudine fulget: ꝛ ꝑmiū vtrūq̄ cōplectit̄
viaticū atq̄ patriū: si ꝺm iusticiā christianā ad
seipm fuerit effusa dilectio.

¶ Unde nascitur ratio diligēdi de prima vena amicitie. Capi. XX

Amicitie aūt vena est ipsa rō diligēdi si-
ue amicādi: quā in ꝑncipio hui⁹ tracta
tus multipliciter disseruim⁹: sed nunc
alio loquēdi ordine resumim⁹ disserēdā. Ratio
q̄ppe diligēdi q̄ vena est amicitie/aliq̄ñ nascit̄ ex
excellētia rei: q̄ sua bonitate atq̄ ꝑfectiōe dilecti
onē meret̄: nec ampli⁹ visa/nec inuisa min⁹: ꝑsen
tia nō addit/ꝛ in nullo absentia minuit. Hec in-
tellectus human⁹ siqdem inuestiget: q̄ in absen-
tiaꝝ atq̄ presentiaꝝ tantundē merentur amorē.
Que etiam bonitate propria nanciscunt̄/necnō
ꝛ si nihil speretur ad commodū: partitionē aut
diminutionē nō merent̄ amoris. Ratio alia dili
gendi est precepti certissima meritabilitas: ꝙꝙ
sit vsq̄q̄q̄ difficile/ꝙ amor ꝑcepto siue violētia
exigat̄ aut īpedat̄: libera ē eñ actio mētis amor
ꝛ itinera coertionis ignorat: nec ab agente dari
quit auferri ꝑt inuite. S; alius cui assat actio dig

ligendi ratione pdoctus/iustū diligit pceptorē:
τ ɔsequenter diligit quod iubet: maxime vero si
nec iussum rōne atq͡ʒ iusticia τ honestate caret.
Nā pceptor iustus iuste diligit: τ pceptū iustum
etiā si iniustus dñs est: pamplius vnū τ reliquū
si vtrunq͡ʒ pollet. Habet nempe ipsa iusticia chri
stiana amicari penitus sub precepto: quod si ne
gligitur/tendit in gehennā/ si non pficitur: si ve
ro pficit/ pgressus est ad supna. Protinus expe
dit facere de necessitate virtutē. Quod omino fa
ciet animus qui sibi nouit in salutē ɔsulere: τ de
amicitie vena potabit aquā a tali rōne coactus.
Porro nullū pceptū sub celo nobilius q̄ chri
stiani ce amicari: ad quod omnis rationalis ani
mus si sibi timet τ ɔsulit/se coaptat. Ad finē aūt
beatitudinis ordinat amicandi pceptū: etiā cū
illo bono quod amicitia in moribus hominū p
stat. Qui vero finē beatificū diligit: ex necessita
te oportet diligere illa que ordinant ad finem.
Proinde beata necessitas nos ineuitabilr ami
cari compellit. Est etiam amicitie vena nō solū
ratio diligendi/sed virtus in cordibus hoim in
sita diligendi: que vena omnino erumpit: τ eius
aqua deriuat foras: vt ex insitā vtute nature ali
ud aliquid q̄ seipm cū seipso noster animus di
ligat. Similia similibus copulare opus est na
ture: τ in animalibus dicti veritas claret: q2 oē
simile appetit suum simile. Omnis vero appeti
tus pcedentē aut sequentē amorem habet ad ali
quid ppter se: siue ad aliqd propter aliud. Si ve
ro amicitie vena pintendit aliqd aliud q̄ hone
stū/corrupta erit τ non bene dicta. Vere amici
tie vena que solū est ratio diligēdi/oīno est de ir
reph̄ensibili ratione. Virtus vero diligendi de
se irreph̄ēsibilis est: nihil eñ deus indidit repre
hēsibile rebus a se creatis: alioqn excusarent iu
stissime maleacta. Vena ipa fluit τ refluit: τ labi
lē deriuat in amnem. Preter hec de vere amici
tie vena sensu altiori tractātes/dicimus illā eter
nā atq͡ʒ ineffabilē rōnem qua deus voluit oīa rō
nabilia in vnū p amorē cordiū ɔuenire: ac etiam
dicim⁹ fontē vbertatis τ delectatiōis: circa quā
castrametant oēs q̄ ɔglobatim atq͡ʒ delectabili
ter transire volūt vitā vmbraticā huius mundi.
Vena hec approꝑatione quadā est fons ille qui
Gen. 2 scaturit in medio paradisi/ad irrigandā vniuer
sam terrā: q̄ diuidit in capita quatuor/id est in
quatuor fluuios: quoꝝ vni nomē Phison. Ipe
est qui circūit oēm terrā Euilath: vbi nascit aurū
τ auꝝ terre illius optimū. Ibiq͡ʒ inuenit bdelli
um τ lapis onychinus. Et nomē secūdi Gion:
ipse est q̄ circuit oēm terrā Ethiopie. Nomē ve
ro fluuij tertij/Tigris: ipse vadit ɔtra assyrios.
Nomē fluuij quarti ipse est Eufrates. Sʒ vt hec
clarius innotescāt/interꝑtationes fluuioꝝ atq͡ʒ
terraꝝ ad quas fluunt/intēto animo videamus.
Phison interꝑtat caterua: nā virtus quedā egre
dit de amicitie vena: que habet oēs coaceruare
seu cateruare in vnū. Qui huic fluuio appropin
quauerunt: condiderūt ciuitates/terras/villas et
castra: τ habitare insimul elegerunt: atq͡ʒ vnus

accessit ad alium/ hoc amicitie amne potatus.
Quid autem est ciuitas/terra/villa/quid castra
quid habitatio quelibet: nisi quedam amicitia
hominū cateruata seu cateruatorū hominū de
lectabilis amicitia? Unde homīes diuersi gene
ris quos nec vnit linea sanguis/ad habitādū in
simul accessissent: vnde cinxissent se muris/vnde
se firmassent ad recte viuēdū legibus τ statutis:
nisi aquā habuissent ad bibendū de flumine ami
citie: de fluuio scilʒ Phison/que caterua interꝑ
tatur: illā signanter virtutē que nouit homines
diuersaꝝ regionū/ disparium moꝝ/diuersi sangui
nis insimul cateruare. Quā virtutē non immeri
to concordiā appellaui: que nihil aliud est q̄ cō
uenientia cordiū. Nisi enim corda prius insimul cō
uenissent: nunq̄ corpa in eodē situ ad habitan
dū/ ad ɔuiuendū fundamēta iecissent: neq͡ʒ mo
dica in magna creuissent/aut aucta stetissent: ni
si concordia imperasset: nisi cateruans fluuius p
mediū ptransisset. Iste fluuius de amicitie vena
veniens/dicit pmus: q2 hoibus ad cōuiuendū et
recte viuendū necessaria est pmo cōcordia: q̄ ca
teruat hoim corda: deinde cateruat τ corpa. De
paradiso egredit fluuius iste cum alijs. Paradi
sus locus est ad orientē indie: q2 in loco poris lu
minis susceptiuo τ pleno deliciaꝝ/amicitia vera
nascit: immo eius vena exorit. Oriet nempe ve
rus oriens dei filius/his qui cōcordiā τ verā ami
citiā seruauerūt. Et absq͡ʒ dubio ipsa cōcordia si
ne amicitia lumē est: τ delicias habet vite pñtis:
pariter τ future magnalia pstolat. Hec quippe
cateruans virtus distinxit in originali mūdo fi
lios dei a filijs pditiōis: τ in subsequēti similr fe
cit. Sed multi sub hoc noie contra deum τ iusti
ciam cateruati sunt. Et plurime sunt condite ci
uitates/que dedite cultibus idoloꝝ/dei omipo
tentis iusticiā negauerūt. Virt⁹ bona/q̄ vnit τ cō
gregat. Mali vo q̄ malo fine se cōgregāt/τ pdi
tis morib⁹ viuūt. Infausto fine ad nemroth fuit
hoim facta caterua. Conabant eñ q̄uis inua
nū/edificiū tale constituere sup terrā/quo celi al
ta conscenderēt. Sed de⁹ iuste diuisit p linguas
q̄ se malis cordibus cateruauerāt: vt vocis τ lin
gue nō esset intellectus/q̄uis esset auditus: qui
bus añ fuerat intellectus ad supbiam damnatā
vnitus: τ iustam penam luit iniuste cateruata ca
terua. In omni populo τ in oñi ritu fluuius iste
discurrit: τ dispari fine bono τ malo corda ho
minū cateruauit τ corpa. Quotquot eñ sunt cō
dite ciuitates sub vnius dei cultu τ reuerentia/
aut veneratiōe idoloꝝ/aut a tpe quo christ⁹ ge
neri humano illuxit in his qui fidē eius etiā su
sceperūt/ab interꝑtatione huius fluminis sum
psere principiū. Ab vbertate fluuij huius inebri
antur qui cateruas ad iusta siue iniusta bella fe
cerūt: ad inculpatā seu culpatā tutelā/ad iustā si
ue iniustā offensam. Claret in populo hebreoꝝ
atq͡ʒ gentiliū: elucet in gente latinoꝝ atq͡ʒ greco
rum: in omni natione habitante europam/ asi
am τ africam: quoꝝ omniū intentiones perfe
cte solum de superis nouit atq͡ʒ prospexit altissi

mus: ꝛ loro ꝓuidentie sue frenauit vt voluit/ ma
las hoim facultates. Et irrephensibili modo q̄
bus ꝛ quantū voluit laxauit habenas: sepe suo
imperio nō turbato/ bonos ꝑmittēs a malis pes
sundari: malos a bonis plerūqꝫ terreri. Et iusto
fine sibi soli cognito terminauit aliqua regna: fi
niuit imperia aliqua: innouauit aliqua: ꝓroga
uit q̄ in cateruā dn̄i legū atqꝫ moꝝ viuēdi ꝯuene
rant. Et simile de innumeris ciuitatibus fecit: q̄
multitudine hoim fuerant cateruate: quaꝝ aliq̄
deuenerūt ad solū: ꝛ viꝝ apparēt modice reliq̄e:
alique in modicis ꝛ paucis ciuibus manent: ali
que bello intestino se collidunt: ꝛ edificia minant
ex omni parte ruinam: alique de nouo cōsurgūt:
alique ad sui augmentū vicinas pro posse diru
unt. He siq̄dem varietates eueniunt decurrente
a fluuio deficcato cateruante: siue ꝓcul pulsa/ si
ue magis aut min9 astāte cōcordia. Ab abundā
tia ꝛ ab vnda fluuij huius altissimi/ miris virtu
osisqꝫ modis potati sunt qui cenobia magna in
solitudinibus ꝛ nemoribus atqꝫ vrbibus ꝯstru
xerūt: cateruati sub altissima disciplina/ sub infle
xibili cēsura: mūdo mortui/ christo viuentes: in
ter se moribus optime cōuiuentes: coartātes se
mutuo ad occultas ꝛ inuisibiles luctas: ꝛ ad sen
sibiliter deuincendū carnē ꝛ sanguinē in ꝓmpti
tudine spūs ad opera sancta dei: eo ꝯtenti quo
despecti/ eo leti quo abiecti a seipsis ꝛ ab homi
nibus habebant. Hoꝝ caterua tanto constrin
gebat affectu/ ꝛ adhuc constringit ab his q̄ flu
minis huius dulcedinē gustauerūt: ꝙ vno infir
mato/ ceteri ex compassione animo infirmant.
Membra exponūt propria pro alienis langui
dis membris: vt lecto decubās/ membroꝝ vali
tudine destitut9/ vt ꝓpriis se foueat alienis. His
diebus ꝛ noctibus ad diuina officia se cateruāt
ꝛ ꝑ posse hymnos/ psalmodias ꝛ orōnes ꝛ postu
latiōes ꝛ gratiarū actiones ꝛ obsecratiōes/ aio ꝛ
ore omnipotēti deo ꝑsoluūt. Hoꝝ caterue ama
biles/ eadē hora ꝛ tempore ꝑ signū datū ad pa
stū conueniunt: ne pro cibo sumendo possit oiri
ri discordia. Conueniunt ad correptionis locum
humiliter delicta p̄sidenti pandētes/ tūdētes pe
ctora: ꝛ sepe dei ꝛ patris indulgētiā fusis lachry
mis postulātes. He caterue taliter catenate no
scunt: vt cateruati poti9 mortē eligāt/ ꝙ fieri ex
tra cateruā: quā dirimit absentia corporum/ vbi
tanta noscitur concordia inuisibiliū animorum
Ad istum fluuium realiter ꝛ mystice/ differenter
ꝛ varie accesserunt quotquot in animo ꝛ corpo
re in aliquo/ pro aliquo ꝛ ad aliquid cōuenerūt
Omnibus autem dicitur diuinitus/ velut si de
hoc lumine voꝝ egrederetur dicēs: Appropiate
indocti/ ꝛ congregamini in domum discipline.
Aquam istius fluminis p̄gustantes/ congregari
expedit ad disciplinaꝝ domum vtilium doctrina
Esa.48 rum. De quibus Esaias: Ego dn̄s deus tu9/ do
cens te vtilia. In scholis christi fiat omniū con
gregandoꝝ ingressus/ vt discamus vtilia. Utilia
enim sunt que inculpate vitam istam expediunt
et ordinant ad futurā: que solum docētur in do
mo discipline domini saluatoris. Et apphende
re omnino cogimur disciplinam/ intimante scri
ptura omnibus ratione vtentibus: Apprehendi Ps.2
te disciplinam/ ne quando irascatur dominus et
pereatis de via iusta. Nisi nos in hac vita didice
rim9 que nusq̄ discuntur: furor domini in nos
desemet: et ira eius ad inferna desanciet. Loq̄
tur in suo cursu nobis cateruatiu9 fluuius: et ad
congregationē alti p̄mij ex verbo dn̄i nos inui
tat. Ubicunqꝫ duo vel tres cōgregati fuerint in Mat.18
nomine meo/ in medio eoꝝ sum. Et exauditiōes
petitoꝝ promittit iusto animo et intentione ca
teruatis. Et vere atqꝫ inexceptuate confitet do
mino/ qui cum iustis animo et moribus se cater
uat. Inquit enī psalmista: Confitebor tibi do Ps.110
mine in toto corde meo/ in cōsilio iustoꝝ et con
gregatione. Nemo enim in toto corde atqꝫ p̄ter
exceptionē confitet dn̄o: nisi animo et moribus
bonis hominibus iustis fuerit cateruatus. Hic
siq̄dem ꝑ inditiam vadit: que nutus dilucidus in
terp̄tatur. Sane amicitia vera q̄rit lucidas volū
tates: inter opacas atqꝫ obtectas aliqua nube
amicitia vera esse non potest. Uelut lumē in lu
mine se reuerberāt vere amicantiū mētes. Nihil
gestat secretū in corde amicitia vera: omnia de
nudat/ omnia pandit amicus amico. Facit etiā
ipsa nutus dilucidos cū aduenerit: vt ex eo sint
lucide volūtates/ quo solū apperuntur honesta.
Nutus dilucidus charitas est signoꝝ: vt in ami
citia vera signa oculoꝝ et gestuū virtutibus in
clarescāt. Expedit enī ꝑlucida signa mōstrari/ si
veritas amicitie regnat in cordibus: q2 sol9 de9 ꝛ
cui miro modo concessit/ cordiū intuet arcana: q̄
foris vero parēt/ tm̄ hoies vidēt: nisi lucide nut9
appareāt/ plurimoꝝ amicitia remoueretur et a
basibus. Et maiestates splendētes et mundi po
testates/ q̄ nutus dicūtur/ sepe hic fluuius adaq̄
uit et cōuenire fecit in vnū: ꝓpter omniū domi
nū vnū. Hi vero mūdi potestates/ honore mun
dano fulgētes/ ad quos is fluuius amicitie non
ꝑuenit/ discateruati adhuc sunt: armis hostilib9
certant: q̄rētes diuidere cornu clemētoꝝ cateruā/
et vendicātes in ꝓprium: ꝓ eo ꝙ de cateruatico
fluuio aquā nō hauserūt. Ad intellectualē hau
stū et regionē circuit fluuius iste nutuū dilucido
rū scilicet p̄ceptoꝝ: nutus enim p̄cepta esse q̄sqꝫ
noscunt. Sed vnum est p̄ceptū lucidum/ et que
sub ipso iubentur. De quo psalmista dicit: Pre Ps.18
ceptū dn̄i lucidū illuminās oculos. Ut luce clari
us pateat concordiā p̄terq̄ inter dominica p̄ce
pta seruātes/ esse non posse. Nam de vena vere
amicitie fluuius egrediēs q̄ concordiā sonat: ad
eos decurrit/ qui lucida dn̄i p̄cepta custodiunt.
Uide sedulo quam terrā circuit vere amicitie p
mus amnis. Hec omnia mēti/ non sensibus cre
dita sunt. In regione quā fluuius iste circuit/ sa
cra referente scriptura/ inuenitur optimū aurū.
Aur a splēdēte aura nomē accepit. Ecce q̄m oia
veniūt in concentum: vt in lucida regione ruti
lās aurum inueniatur et optimum. Ubi omnia
lucida sunt per intentionem et mores: vbi pures

et lucida est obseruatio splēdentissi preceptoꝝ: au rum optimum inuenitur. Optimū est quod me liorari non potest: quia in comparationib⁹ non est altior gradus/cum ad id quod est optimū per uenitur. Caput sponse vt habetur in canticis/est optimum aurum. Caput sponse/scilicet toti⁹ ec clesie christus est: nihil i. creatis melius christo. Creatus est christus ex carne/increatus deitate: qui semetipsum premium fecit/ et voluit esse vir tutum. In lucidis mentibus et voluntatib⁹/ma iestatibus/potestatibus atq; preceptis inuenitur optimus christus. Necnon inuenitur gratia qua sibi placet: q̄ aurū optimū est. Inquit eñ aplus:

Hebre. 13 Optimū est gratia stabilire cor. Optima res est gratia/que ministrū regi facit acceptum: et chri sto dei filio cōparatū exhibet christianū. In hac etiā regione ad quā fluui⁹ iste decurrit/bdelliū inuenit. Bdellium est arbor in india: cui⁹ robur ꝛ folia nigra esse feruntur: cui⁹ lachryma lucida est ꝛ amara gustui/odorifera olfactui. Cōnectit amicitie christiane absq; vitio q̄dam obscuritas vt nō semp fiat albescētib⁹ morib⁹ ꝛ in claritate verborū. Detinent eñ in exterioribus homines et ad interiora ingredi plerunq; non sinunt. Nā non in conuersationibus et verbis amenis/sed domi et i penetralib⁹ solidant amicitia ꝛ amic⁹. Rugata facies ꝛ obscura pre morib⁹/animū ꝓ bauit amici. Et horridū verbū idē quādoq; fecit. Si semper in adulationibus et blanditijs albe scunt amici: nescitur quanta firmitate amicitia polleat. Nigrū hu⁹ arbor robur/firmitatē ami citie absq; humana complacentia esse ostendit: qua etiam deficiente/ amicitia firma manet. Fo liorum vero nigredo/ verborum adulationē ex cludit. Nō adulatoria/sʒ vera sunt verba charo rum: necnō firmitatem amicitie si expedit/opor tet nigrescere ad delinquentē. Dissuadet oīno iu sticia christiana: vt leta facie occurratur ei q̄ di uina mandata contempsit / aut perturbauit pu blicos bonos mores: q̄uis sit pietate parcēdū/ si perficere volet emendam: nec verboꝝ folia in id tēdant vt ad reū allocutio blanda fiat: ne no cēs sibi arroget innocentiā non repssus. Consul tus actu/verbo nigrescit ad amicū exorbitantē q̄ ad piculū leuiter foueat. Gutta vel lachryma lucida emanans/amoris est claritas. Firmitas amicitie amenitate sensuali detecta / et verboruʒ veritas lenitiōe deposita/lachrymam seu guttaʒ lucidam scaturire fecerūt: morū nēpe synceritas atq; verboruʒ/claritatē amoris eructuat. Quod nigrū sepe forinsecus noscit/interius albet. Et

Canti. 1. sponsa eterni regis dicebat in cāticis: Nigra sū sed formosa: vt nigredo exterius/albedo interi⁹ referat. Idcirco subiungit: Nolite considerare q̄ fusca sim: quia decolorauit me sol. Multa vi dent exterius horrida/abiecta/nō delectātia hu manū aspectū: q̄ interius a sole veritatis atq; iusti tie illustrant: ꝛ emittūt exterius lachrymā ꝟe sa nā. Amara est ista lachryma gustui/olfactui ꝟo grata: sepe nāq; ꝯtigit q̄ simpla res diuersimōe se obijcit sensibus; alijs ad gratitudinē/ alijs ad horrorē. Typice ꝟo multa sunt horrida morib⁹ q̄ discretioni sunt grata. Et pferendū est quod sa ne discretiōi/nō quod morib⁹ placet: nisi mores fuerint ex toto discretioni difformes. Ac per hoc quod amicitia vera scaturit/lucidū est ꝛ veꝝ: si in terdū morib⁹ dissipit ꝛ discretiōi delectat. Ama ra gustu sepe noscit potio bibenū illā: sed ratio impat gustui/ꝛ illaʒ cogit bibere pro salute. Ad discretionē spectat olfact⁹: ad mores refert gu stus. Igit quod ē simplū / sepe horret i morib⁹: et discretioni placitum fit.

De secūdo riuulo amicitie: qui lu ctatio dicitur. Capitulū. XXI

Secūdus ꟝o riuulus qui ab amicitie ve na pcedit/vocat gion: cuius interptatio est luctatio vl arena. Sed mirū q̄ ab amicitie vena luctatio pcedat: cū ipsa leticiam et quietē gignat cordibus amicatis: ꝛ causa paci fici gaudij/dolorē abiectio/cū effluxerit. Uerūta men si acute discutit: luctas ꝓprias imo congru as amicitia pfert. Et quāto verior est amicitia: certiores et eminentib⁹ possidet luctas. Atq; semp ipse nascunt de pia suspitione dilecti: ne min⁹ q̄ diligat diligat: aut ne surrepat id quod dirimere illā solet. Et pugna expedit impermisse tenere aduersus linguas dolosas: q̄ semināt inter frēs ꝛ propinquos atq; inter diutinos amicos sepe discordiam. Multos ꝛ multa cōmouit tertia lin gua: sed magnifici animi est qui nouit et potuit linguas repugnare dolosas. Supponit eñ ami citiam linguā dolosā cū discordiaʒ parat: secus eñ non psumeret ad detrahendū ꟝ba formare: nisi q̄ dilectionē solide amicitie ostēderet ad eū: quē ab aliquo vult auertere/aut ab ipo quēpiam segregare. Inqt eñ: Amicitia firma cōmotus ꝛ tua charitate cōpulsus/et p honore tuo sollicit⁹ hec tibi pandere obtētaui: ꝛ inter dulcia ꟝ba ve nenosa cōmiscet. Qui ꟝o ab hoc fluuio hauserit aquā: pmo luctabit clādestine in seipso: deinde aduersus dolosam linguā/sagittas potēter recō pungētes opponet. Dura res est ꝛ magnanimi tatē sonat luctari aduersus eū q̄ se dicat amicū: ꝛ eo⁹ zelo zelat⁹ loquit. Sed iclyti amici ē nō pre stare auditū. Nā si amic⁹ est q̄ loquit: ꝛ amic⁹ ē ille aduersus quē scismā depromit. Si ꟝o au dit cōsulentē aut quomodolibet loquentē aduer sus amicū/nō videt amic⁹. Si ꟝o aduersus ab sentē amicū loquēti faciles prebet aures: op⁹ fa ciet inimici/acsi alter non esset amicus. Sed ex pedit oīno ad vtrūq; amicitie iura seruare/ad ab sentē similr ꝛ psentē. Hec nēpe luctatio sepe con tingit: ꝛ luctatorē expedit fieri eum q̄ vult sacra mēta vere amicitie custodire. Quid ergo faciet alius inter has necessitudines constitut⁹: pbebit aures loquēti/aut fidē seruabit absenti. Non de crimine quod idifferētiā habet/sed puidētia lu ctatio muniat: vt oīa secū psēti/si cū ratiōe cōue niunt aut ab ipsa dissentiunt. Et luctator proui dus nouerit prestare audientiam/ et dare repul sam: audire verbum/ et seruare aut increpare amicum; ac in sacramentis amicitie ꝓpriū aim

cuſtodire. Alia etiam ratione luctatio in amicitiā
naſcitur: cū aduerſus inimicū amici pro varijs
euentib⁹ loco ⁊ tēpore/pſonā/verba/res et arma
expediat quādoq; mouere: quod in tēporalib⁹ et
pure humanis amicitijs fieri ſepe cōtingit: etiaȝ
in his qui non ligant̄ vinculo rationis. Secūdū
vero chriſtianā iuſticiā colligatis: multo magis
hec fieri iuſticia concedit. Nā eo ipſo pro amico
huiuſmodi iuſte mouent̄ quo iuſte amicitia col
ligatur. Et eo iuſte amici expugnat̄ inimic⁹: quo
ab ipſo iniuſte impugnabat̄ amic⁹. Nā oīs iniu-
ſticia iuſte retundit̄: ⁊ ex equo iure reprobat̄ iniq̄
tas: ⁊ mala facultas ꝑ aliā potētiā iuſtiſſime re-
frenatur. Nō tñ dicimus vt hoſtilib⁹ armis aut
cōuitijs et ꝟbis infauſtis amic⁹ tueat̄: amicum
e⁹ interpretās inimicū. Sed reſpublicā iuſticia
ſub alis e⁹ apprime protegit ⁊ gubernat. Super
flua ſunt duo auxilia leſo/ſi vnū habet ſufficiēs:
nec duo reprimētia cōpetūt ei/ qui plene ab vno
reprimit̄. Et iniuſtū eſt vt vnus idem quantūcun
q; ꝯuerſus a ſingularib⁹ ⁊ a publica iuſticia dā-
na ſuſtinuerit: ac etiā ipſi⁹ turbaret̄ penit⁹ ordo
iuſticie: ſi vbi ponit ipſa remediū/alius apponat
antidotū: ⁊ vbi ſua virga caſtigat/q; ali⁹ ſuo gla
dio laniet: ⁊ quod cōmunis ē iuris/ vindicetur a
ꝓprijs. Ubi aūt iuſticia publica quōlibet deficit
amic⁹ modis oībus ſi valet iuſte afflicto aut op
preſſo amico luctetur. Fecit hoc moyſes q̄ egy-
ptiū iniuſte opprimentē vnū de filijs iſrael occi-
Prouer. 18. dit/⁊ abſcondit arena. Et ſcriptura dicit: Frater
q̄ iuuat̄ a fratre/q̄ſi ciuitas firma. Multi luctati
ones ⁊ pugnas pro amicis horribiles aſſumpſe
runt: cuȝ expoſitione ꝓprij corporis atq; rerum:
Hoc experiētia mag⁹ clamat/q̄ diſſertio ſcriptu-
rarū. Per arenā vero intelligo innumerabilem
quandam grauedinem ſiue multiplicia pondera
que iubet amicitia tolerare. Et qui de hoc fluuio
bibit/facile tolerat omnia pro amico. Circumit
iſte fluuius ethiopie regionē: q̄ interpretat̄ cali-
go vel tenebre. Uera luctatio aduerſus caliginē
ignorātie depellēdā/aīo prōpto ſe munit. Et cō-
tra tenebras pctōꝝ de iuſte amicitie vena proce-
dit lucta firmiſſima: vt caligo auferat̄ de cordi-
bus atq; de moribus amicoꝝ. Peſſimū eſt igno
rare amicitie iura et per ignorantiam ſacramēta
ipſius obmittere nefas: et inter ſciolos aut igna
ros veritas amicitie nō ſubſiſtit. Proinde auteȝ
expedit/aut amicitiā aut poſt cōtractā caligineȝ
ignorātie ꝓcul pelli. Et vt ſepe dixim⁹ amicitiā
verā fieri non permittunt tenebre peccatoꝝ: aut
factā diuortiāt: aduerſus que velut fluuius lucta
tio cōtinuo luctare non deſinat/vt depellat. Ut
aūt alio ſenſu loquar: amicitia chriſtiana nō de-
ſpicit caligatos ſenectute aut corpore fuſcos: mē
tes approbat/non etates: corpora nō cōſyderat/
ſed virtutes: ⁊ inſidialiū rex tenebris inuolutos
nō abijcit/ſi diuinis chariſmatib⁹ fulgeāt. Sed
magna eſt om̄ino luctatio et vincere triumphus
non modicus: hominem mundum/abiectum/de
ſpectum vndiq;/foris ſqualentem corpore/ſene
ctute compreſſum/paupertate et infirmitatis te-
nebris obuolutum/ propter inherentē virtutem
non abijcere: ſed in animo placito om̄ia reſerua-
re. Lucta duriſſima eſt ⁊ occulta: et conatus lau
dabilis ſeparare in hoīe abiecto atq; plebeio: ꝓ-
cioſum a vili/animam a corpore/virtuteȝ ab hu-
mana caligine/chriſtianitateȝ a deſpecta huma-
nitate/inuiſam veritatē atq; rationem a tenebris
mundi: vt propter id quod refugit ſenſus exteri-
or/inuiſibilia bona ſenſus interior nō relinquat.
Iuxta hunc fluuium ethiopiam circumeuntem
caſtrametati ſunt omnes ſeruientes infirmis cor
poribus/leproſis/aridis atq; cecis/ aut a quacū
q; infirmitate detentis: non abijcientes paupe-
res domo carētes/nudos/inedia preſſos atq; ca
ptiuos: ſubuenientes animo/corpore/compati-
entes propter rationalem aīam intus latentem/
atq; chriſtianitatis participationē/et nature cō-
munitatem. In omnibus his eſt aſpera luctas
que inter has caligines tranſit et tenebras: ⁊ ſuo
curſu humectat ⁊ rigat. Hec ſiquidem virt⁹ ani
mi generoſitas merito appellatur.

¶ Tertius amicitie riuulus/qui feſti natio dicitur. Capitulum XXII

Tertius riuulus q̄ de amicitie vena ꝓ-
cedit/ tigris nominatur. Interpretat̄
autem velocitas ſiue velox. Uelocitas
celeritas aut feſtinatio aut agilitas in agendis
eſt. Amicitia vero facit feſtinare ad opitulandū
amicos: vt tanta celeritate vnus alteri/neceſſita-
te vrgente ſubueniat: quāta ſibi vellet in articu-
lo ſubueniri. Amicitia vero tarda molimina ne-
ſcit: procraſtinare non nouit: tempus prorogare
non patitur: citiuolis pennis occurrit: nihil un-
go pigritie ſubijcitur ibi: et in his ſolum contra
hit in neceſſitatibus atq; placitis moꝝ/cuȝ facul
tas non ſuppetit. Uellet qui amicus eſt fidus tā
celeriter placitum amici perficere: q̄ percipit au
ditus/aut intelligit animus: et tanta velocitate
parere profectibus/ſubuenire defectibus: vt nul
la eſſet diſcretio inter placitum et effectum: nul
la dilatio inter adiutorium ⁊ defectum. Aliquid
queſitus preſtare amicus: non dixit/expecta: ſed
ſtatim obtulit ſi poſſedit: perſonaliter expetitus
proſiliuit velociter: ⁊ ſepe ad queſita proceſſit in
eptus/morā facere in aptando deuitans. Req̄-
ſitus ſubito non inquiſiuit cauſam: ſed plerunq;
feſtine ad periculū acceſſit incaut⁹. Uelocitas li
bertas ē diligētis animi ⁊ ꝟe amicātis hoīs: in
cui⁹ aula nutrit̄ amic⁹. Qui de veloci flumine bi
bit aquā: nihil nouit excipere aliq̄d agere inq̄ſi-
tus/niſi turpe aut impertinens iuſticie chriſtiane.
In turpibus ⁊ iniuſticia chriſtiana dānatis tar-
dus neq; feſtinus eſt ꝓſtandus aſſenſus. Nā iob
ꝯtra ſe iprecat̄: ſi feſtinauit in dolo pes ei⁹. Qui Job. 31
enī ad turpia inq̄rit amicū/nomē nō veritatē ha
bet amici. Si amicum habes: de aq̄ huius flumi
nis bibe: ſalomoniſq; tene ſententiā: Diſcurre: fe- Prouer. 6
ſtina: ſuſcita amicū tuū: que dupliciter eluceſcit.
Feſtina et ſuſcita: ſi quōlibet cōprimit̄/q̄ veraci
ter eſt amicus. Aliaȝ citus ſuſcita: ſi q̄ſcit i fecib⁹
peccatoꝝ: aut ſi fuerit collapſa. Permodicum

hac in re a pigritia detineri /periculū indicibile
generat et inexplicabilem nodum. Suscita festi
nanter a virtute collapsum: suscita festinanter eū
quē opprimit sarcina vitiorꝫ: etiā festina suscita-
re corpore iam prostratum. Alio eñ sensu istorū
verborꝫ elucet sententia: vt si te cognoueris in ali-
quo infausto articulo/ in vtroqꝫ homine aut i al
tero detineri: amicum tuum vt te suscitet/ suscita
re festina: nullus eñ tibi ocyor ad leuamen/ ꝙ fi-
dus et christianus. Non eñ tardabit si abroga-
re poterit omne ledens: et tibi prostrato manuꝫ
porriget leuatricem. Non in omi re amicitiā cō
uenit esse velocem: sed in his remouendis ꝗ mo-
res turpant et mentem: ꝛ illis que opprimūt pe-
naliter nostrum corp⁹. Ad hec omnis mora/ dis-
crimen et iactura grauis omnis tarditas: ami-
cus piger/ pes lapsus tempore ambulandi. Qui
velociter subuenit/ erectio mortis. Ad requisita
opportune tardus amicus/ frustra fiducia: festi-
ne adueniens/ stabilimentum vite: opitulandi ꝛ
leuandi velocitas probauit amicū: tarditas ve
ro latentem detexit amicitie maculam. Nihil ve-
locius in homine/ ꝙ affectus: non eñ in sua ob-
iecta tam cito et prospere feruntur intellectus ꝛ
visus/ sicut in amicum fertur affectus: qui si om
nino est verus/ nihil habet preterꝙ impossibile
Gen. 2. tardū. Amnis iste ad assyrios fluit: qui factu-
re interpretantur domino vigilantes. Facture
dei sunt cuncta creata: sed domino non omnia
eodem modo vigilant: quis omīa sibi vigilēt.
Vigilant domino cuncta insensibilia et irratio-
nabilia nescienter: dei eñ voluntatem et ordina-
tionem perficiunt: et non sentiunt aut ignorant
quid in eis agat sublimis illa maiestas. Vigilāt
domino celum et terra/ ignis/ aer et aqua. Vigi-
lant sol et luna et cuncte stelle lucentes: ꝛ dei vo
luntatem in lege posita complent. Vigilant ani
malia/ indita in natura seruando: ꝛ cōsyderatio-
nem mentibus hominū/ et sepe aliqua corpori-
bus coram domino corporꝫ vsuꝫ prestant. Sed
ad has facturas velocem fluuium amicitie dici-
mus non decurrere. Non eñ ista recipiunt ami-
citiam: neqꝫ cognita ratione rependunt. Factu
re domino vigilantes/ boni et mali spiritus sunt
qui domino insopitis oculis vigilāt. In gloria
boni et in pena mali perdurant/ diuinum impe-
rium vigilanti animo facientes. Sed nec de ipsis
noster sermo cōtexitur. Nempe facture domino
vigilantes: ad quas sermo noster dirigitur: et ꝗs
velocitatis defluit amnis: homines sunt in hac
vita degentes: quorꝫ aliqui coram domino boni
tate/ aliqui vero vigilant prauitate. Profecto ve
locitas amicandi et subueniendi/ facturas scili-
cet homines domino vigilantes. Qui domino
non vigilant/ omnia inaniter agunt: ꝛ vigilātes
aliter dormiunt. Vigilare domino est ad ipsum
de luce veritatis tota intentione conuerti: et ad
ipsum omni fiducia erigi. Hoc eñ modo vigila
bat Dauid cum esset in deserto ydumee/ dicens:
Ps. 62. Deus deus meus/ ad te de luce vigilo. Vigilare
dño/ ē ad ipm oi desyderio ferri. Propter quod
sequit: Sitiuit in te anima mea: ꝙ multipliciter
tibi caro mea. Domino igit vigilat/ qui ad ipsuꝫ
de luce fidei atqꝫ veritatis suspirat: ꝛ ad ipm to-
ta intētione se tollit. Domino vigilat/ ꝗ omnē
aie atqꝫ corpis beatitudinē in ipso sitit habere.
Domino solū vigilat/ ꝗ ppter ipsum segregat
a mūdo: et aie similiter ꝛ corpis solitudinē que-
rit: ꝛ deuitat humana cōsortia: ne vigilia ꝑpedi
atur diuina. Hoc eñ dicebat dauid orans ora-
tione pauperis/ dū eius aia anxiaretur corā do-
mino. Vigilaui ꝛ factus sum sicut passer solita- Ps. 101.
rius in tecto. Quod siue dicatur penaliter siue
agibilit/ idē sonat. Vigilare sīqdē expedit dño
soli: solū ꝛ alienū fieri ab his ꝗ pstāt ipedimenta
vigilie. Qui dño nō vigilat/ sibi dormit: nec dñm
habet vigilē super eū. Qui dño vigilat/ suos sepe
suscepit affatus: ꝛ cum domino loqui est domi-
no vigilare. Nulla prsus locutio dignior/ ꝙ cū
domino loqui. Ad sapientiam vigilare cogitur
qui recta gradi vult via: ꝛ ꝗ sapientiam qua regi
mur et beatificamur/ desyderat inuenire. Scriptu-
ra eñ de sapientia dicit: Qui mane vigilant ad Prouer. 8.
me/ inuenient me. Mecū eñ sunt diuitie et gloria/
ꝛ opes supbe ꝛ iusticia. Et paulo post subditur:
Btūs hō qui audit me: ꝗ vigilat ad fores meas
quotidie: et obseruat ad postes ostij mei. Qui
me inuenerit/ inueniet vitam: ꝛ hauriet salutē a
dño. Ineffabilia et incorruptibilia sunt dona/
ꝗ vigilia cōtulit. Ne ꝟo incauto fine claudamur
icessabili vigilia op⁹ est/ dicēte dño: Vigilate ita Mat. 24.
qꝫ: qꝛ nescitꝭ diem neqꝫ horā. Oppido cogimur
dño vigilare: ne nos iparatos ei⁹ aduent⁹ inueni
at. Ideo alia sñia dicit: Vigilate itaqꝫ: qꝛ nescitꝭ Ibidem.
ꝗ hora dñs vester vēturus sit. Et multa excitatio
ibi agit: vt seruus dño suo vigilet: cū seru⁹ nō vi-
gilās reprobationē/ vigilās ꝟo beatitudinē eter
nā suscipiat. Idē ali⁹ euāgelista dicit: Btī serui Luce. 12.
illi quos cū venerit dñs/ inuenerit vigilātes. Ne-
scio ꝗd apti⁹ inueniri possit ad agēdū in ꝟtutib⁹
vitā et ad captandū eternā: ꝙ ꝙ facture rōnales
dño vigilēt. Nihil rephensibile habet/ sed oēm
decorem possidet talis actus: ꝙ factura factori/
creatura creatori/ seruus dño/ filius patri/ disci-
pulus magistro/ hō deo/ mortalis imortali sedu-
la mēte inuigilent. Necubi et nemini melius/ ꝙ
corā ꝓprio factore factura cōsistit. Respect⁹ fi-
unt mutui ꝛ accipiunt a deo excedētia sensū: ꝛ di
rectiōes inobliqbiles vigilāti aie a dño progan
tur. Ac p hoc amicādi velocitas ꝛ subuentio ve-
lox/ ad facturas dño vigilantes iuste decurrit.
Null⁹ i amicitia est assistēdus veloc⁹/ ꝙ ꝗ vigi
lat oīm regi regū. Amic⁹ ē regi miles eidē iuigi-
lās/ ꝛ seru⁹ dño. Amic⁹ null⁹ ocyor atqꝫ velocior
tibi occurrat/ ꝙ eterni regis amic⁹. Et velocita-
tē amicitie christiane nemo aptius recipit/ ꝙ ꝗ
christo vigilat dño dñorꝫ. Ad neminē ꝓ quopiā
expediēti ꝛ cōgruo veloci⁹ ē currēdū/ ꝙ ad factu-
rā dño vigilātē: nouit eñ ista cōsulere cauti⁹/ ꝓ
pter diuinas ꝗs suscepit in vigilia theorias. Ad
nulli⁹ cōsiliū accedit tuti⁹/ ꝙ ad ei⁹ qui vigilan-
do studet sub dño. Et vellet in piculis meli⁹ ora

tionibus q̄ rebus sensibilib⁹ subueniret quibus
etiā validius q̄ armis tueł configientē amicū.
Habet ꝓtinus talis vigil assistentes dño ange
lorū choros in amicos. Amicanł eīn ex eorū bo
nitate nature: ac etiam quia diligūt cui assistunt
et quē nouerint domino vigilare. Amici vero
ex iure amici iuuant ꝛ ꝓtegūt amicū/ aliū iuuan
tem et ꝓtegentē amicū. Uide igił q̄ sit pulchra
ꝯcordia: vt sepedicta velocitas ad facturas cur
rat domino vigilātes. Si vero aliā interpretati
onē sequi tentabimus/ in candē pulchritudinem
concordie redundabit. Interpretanł etiā assyrij
directi siue dirigētes/ dilecti siue diligentes. Di
recti quippe quoꝝ vie a domino dirigunł: a quo
Ps.5. dirigi petebat dauid dicēs: Dirige in cōspectu
tuo viam meā. Uere directus est/ cuius via corā
dño ꝛ a domino est directa. Directi sunt/ quos in
veritate sua dñs dirigit. Quod etiam psalmista
Ps.24. petebat: Dirige me in veritate tua. Inobliqua-
bilis est veritas dei: q̄ dirigunł in ipsa/ sunt om-
nino directi. Omnis profecto via tendit in obli-
quum et tenebras/ preter q̄ illa quā domin⁹ diri
git: ꝛ scp̄ture sue aut sua spēali reuelatiōe ostēdit
ꝛ oīa subiacēt falsitati: nisi q̄ veritas diuina glu
strat: q̄ ꝟo in viā dñi ꝛ in ipsi⁹ ꝟitate dirigunł/
Prouer.20. directi sane vocanł. Et in ꝓuerbijs dicił: A dño
dirigunł gressus viri: nō ab alio seu a seipso. Et
Hiere.10 Hieremias dicit: Nō est in hoīe via ei⁹: neq3 est
viri vt ambulet ꝛ dirigat gressus suos. Uiri dire
ctio etiā in altissimis ꝟtutib⁹ est: quā directionē
2.Thes.3. ꝓ suis charis optabat apl's/ dicēs: Dñs aūt diri
gat corda ꝛ corpa vestra in charitate dei ꝛ patiē
tia christi. In charitate directi ꝓcedūt directe:
q3 in supna gradiunł. Patiētes sūt ꝑfecti: q3 pa
tiētia op⁹ ꝑfectū habet. Dirigētes aūt sunt q̄ ali
A Tempore diluuij vsq; ad diuisionem lingue similiter ⁊ terre anni credūtur sexcenti viginti sex quoꝝ trecēti quinquaginta anni p iusto mūdi dñio spectauerunt ad noe: qui tantū diluuio superuixit: quo mortuo/ reliquū tempus vagū in quo aliqd dignū memoria virtutis ⁊ vitij factū a nullo refertur: nō tamen quin in illo tēpore fuerint scriptura sacra ꝑdente/ vnius dei cultores similiter ⁊ contēptores. Ab initio quippe mundi vsq; quo resoluat/ bonoꝝ erit mixtio cū iniqs: nec aliud sentiendū/ etiā si omnis scriptura tacuerit. Prima vero peracta distinctione populi dei per lingue diuisionē: in qua populus humanā ⁊ primā linguā retinēs creditus est deo gratus: omnis autē alius populus in nouitate lingue tanq̄ reprobus est punitus: vsq; ad abraam aliā distinctionem factā non legimus: q̄uis multiplicatis cum idolatria in populis/ populū vnū verum ⁊ summū deum colentē passim omnino credam⁹. Est eñ persecutio magna absq; flagris ⁊ ferro: cū quis cogitur intueri quod nō est licitū imitari: ⁊ cōpellit audire quod nefas est facere: ⁊ conuersari cū eis qui quotidie mala peragūt digna
Gen.11. penis. Quia ꝑsecutione perniotus thare pater abraam: cū oī progenie sua dimisit terrā natiuitatis sue/ scʒ chaldeā. Nam quia vnū deū colebat/ aut vexabat angustijs ab idolatris: aut ipse idolatriam videre nō poterat. Et cogebat eum ratio diuine iusticie/ ac etiā omnē hominē pie viuere volentē: a dissimiliter viuētibus maxime a cultoribus idoloꝝ/ ⁊ a cogētibus ad inhonestū siue nefidiū suadentib⁹/ omnino recedere. Abra
Gen.12. am vo adhuc viuente patre/ a deo ꝑceptū egressionis a terra natiuitatis ⁊ cognitionis accepit qr cogebat idolatrare per ignem: q̄uis alia causa posterioris egressionis subesset: pro eo q futurus ad magna ⁊ ardua parabat. Claretq; per alioꝝ relata veridica: q diuino iussu recesserit abraam a dissimiliter viuētibus: factus cū gente sua domino gratanter acceptus: ⁊ omnis ali
Judith.5. us populus reprobat⁹. Nam vt legitur in libro Judith cū ab holoferne dux ammonitarū achior de dei populo quereret: ab hoc quē dicimus abraam/ ⁊ ab eius tēpore cepit ordinē narrare/

dicens: Si digneris audire dñe mi/ dicā veritatem in cōspectu tuo de populo isto qui in mōtanis habitat: ⁊ nō egredietur verbū de ore meo falsum. Populus iste ex ꝓgenie chaldeoꝝ est. Hic primū in mesopotamia habitauit: quoniā noluerunt sequi deos patrum suoꝝ: qui erant in terra chaldeoꝝ. Deserētes itaq; cerimonias patrum suoꝝ que in multitudine deoꝝ erant: vnū deum celi coluerūt. Et precepit eis vt exirent inde ⁊ habitarent in tharram. Denotat iste hunc populū non a prima origine/ sicut per rectā genealogiam trāsductus est ab adam vsq; ad noe ⁊ a noe vsq; ad diuisionem lingue: sed ab illa diuisione in qua etiā diuisa est terra: ⁊ heber cum generatione duntaxat phalech filij sui: quando quidem non in oī generatione prima lingua remansit: a nemroth ⁊ ab alijs generationibus separatis/ in chaldeoꝝ terrā seu mesopotamiā ipse secessit. In qua recta successione abraā na
scitur ex thare: q̄ hoc totum recedendo ab his qui Gen.11.
nō sunt populus dei/ construit populus dei. Et magna oritur fama nois: cum deū nō relinquit qui terram reliquit. Recedere ab improbis vestigium est virtutis: ⁊ nominari digne meruit q̄ hoc fecit. Ecce iterū per alloquium diuinū distinguitur populus dei a nō populo dei. Loqui
tur dñs abrae/ quē cephas volebat ꝑficere ma Gen.12.
gne gētis: vt tale alloquium magnū secretionis sit signū q in hoc ⁊ gente sua sit deo accepta iusticia: in reliquis vero iniusticia/ dei reuerentia derelicta. Et est irconuincibile argumētum/ q ab impijs segregat dominē pium. Nunq̄ eñ in hac vita nisi respectu deserende iniquitatis aut maioris inserende virtutis/ deum legimus talia diuortia ꝑcepisse. Iniquitatē/ non aliquā iusticiā in illa gente deus esse prospexerat: a qua fidelem suū abraam tanto studio segregabat: quē poti⁹ volebat in mūdo fieri peregrinum/ q certam patriam incolere cū iniquis. Proinde audaci vo
ce holoferni loquit achior: quoniā noluerūt se Judith.5.
qui deos patrū suoꝝ. Unde colligitur etiā generationē heber q̄ non totā/ tractu temporis se ad colenda idola ɔtulisse: vt vno deo relicto/ deos multos ritu nephario adorarēt: quos deum vnū colentes colere noluerunt: ac illoꝝ colentiū cerimonias abhorrētes/ diuortiati ab eis in partē aliā secesserūt: ⁊ coluerunt deū celi. Deus celi apud hebreos tantūmō creator oīm intelligit: apud alias nationes deus celi quasi deus altissimus habebat. Nam alie nationes ꝑter hebreā q̄uis vnū summū deū crederent: non tamē fide nouerant creatorē. Semp eñ a ɔfusione lingue tnētes excessit terrena sapientiū/ ex nihilo fieri creationē primā omniū rerū. Idcirco in oībus gentib⁹/ linguis/ populis ⁊ nationibus q̄diu firma mansit noticia siue firma credulitas creditoris/ nunq̄ delatū est dijs. Qua descēdēte aut tremula manēte in cordib⁹ hoīm cultus affuit idoloꝝ: quē thare pater abraā/ ⁊ ipse abraam nōdū prole letatus a deo iussus deseruit. Quod etiā stephanus vt in actib⁹ legit in consilio respon-

Actu. 7. dēs disseruit: Viri patres et fratres audite: De
us glorie apparuit patri nostro abraam cū esset
in mesopotamia/priusq̄ moraret in charram: et
dixit ad illum: Exi de terra tua et de cognatione
tua: et veni in terrā quā monstrauero tibi. Tunc
exijt de terra chaldeorū et habitauit in charrā.
Et inde postq̄ mortuus est pater eius: trāstulit
illū in terrā istam in qua vos habitatis. Hec id
circo memorando decreuim⁹ vt sciamus in gen
tibus verā non esse iusticiā morum atq̄ regimi-
nis: a quib⁹ deus separabat aīo et corpore quos
elegit. Electio et reprobatio iusticie et iniusticie
vera sunt signa: vt intelligat iusticia ī electis: in
reprobis vero iniusticia relinquat. Magna pro-
ximus sunt testimonia scripturarū: q̄ ꝓpter ido
latriam sit popul⁹ reprobatus: a quo fidelis vni
us dei cultor exiuit diuino oraculo segregatus.
Ac per hoc neq̄ intentione/neq̄ in morib⁹ no-
scitur vera iusticia: si accept⁹ deo ab ipso segre-
gatur in voce: implacit⁹ vero tacendo relinquit.
Non legim⁹ sepe deū habuisse colloquia cū ini
quis/excepto cain quē volebat corripere: cū suis
electis vero ad dirigendū eos in viam rectam/fre
quenter allocutū cognouimus. Proinde in his
quos direxit ꝑ obseruatione iusticie/suum erat
placitū voluntatis: in his quos allocutus nō est
illis tēporib⁹ erat implacitū: q̄q̄ post illas pri-
mas eruditiones patriarchaꝝ atq̄ prophetarū
non semꝑ fuerit locutus electis: ne sequeret dā-
nata cōclusio: q̄ cui deus nō loqueretur/electus
esse nō posset.

¶ Q̄ ex allocutione diuina et circū-cisione apposita comprehenditur in abraam et sibi applicitis vera fuisse iusticia: ī alijs vero regnis iniusticia reprobata. Ca. XXXVIII

Fn posterius autē placuit oīpotenti speci
ali charactere populū suū a ceteris insi-
gnire: videlicet circūcisionis sacramen
to: vt sic data penit⁹ circūcisio agnoscat: vt om-
Gen.17. nis masculus circūcideret de semine Abrae: vt
sic characterizetur dei populus: ac etiā quicūq̄
nō fuerit de semine abrae nat⁹: si voluisset in fide
hebraica circūcidi /reputaret acsi esset de po-
pulo scō dei solo: in quo directione diuina ser-
uabat vera iusticia: in alijs popul et regnis vni⁹
dei vera iusticia derelicta. Porro iā erat regnū
babylonis initiatū a nemroth: regnū assyriorū
inchoatū ab assur: regnū sacborū inchoatum a
ragau: regnū egypti initiatū a saruth: et alia plu
ra regna q̄ numerare ꝑlixitatē ꝓter vtilitatē ge-
neraret. Maxime vero tpe abrae tria regna in or
be ꝓcellebant: assyrioꝝ in asia/egyptioꝝ in afri-
ca/sycioniorꝝ ī europa: in quib⁹ vero nulla vera
iusticia. Nam si dño placitū fuesset in eis: allo-
cutus aliquē illoꝝ regnoꝝ principē vel plebeiū
fuisset: et direxisset in omnē veritatē: sicut abrae
locutus est quē dilexit atq̄ direxit: et tanto circū
cisionis sacramēto ipsum cū oī domo sua distin
xit a ceteris: cui etiā suos angelos in mysterio
magno direxit: cui etiā futura mysteria reuela-
uit. Nunq̄ vero hoib⁹ alioꝝ regnoꝝ deū legimus
allocutū nec angelos direxisse: sed deceptiōes et
multa peruersa ꝑdenda figmēta/ demones pessi
mos in idolis et alijs modis deceptorijs iuste ꝑ
mittente dño accessisse. Bella siquidē q̄ iniuste
alijs intulerunt illoꝝ regnoꝝ arguūt prauitatē:
successiones improbe dicūt improbitatē. Nā si
bona erāt illa regna: cur idola coluerūt: Cur in
iusta bella finitimis intulerūt: Cur de illoꝝ ali
quib⁹ hoibus nō est locut⁹: Cur aliqua mādata
nō dedit: Cur angelos nō direxit aut hoies nō
ꝓuenerunt cū illis: a quib⁹ illa mala facta nō fu
erūt: et in quib⁹ diuina bona et oracula oīno mō
strata fuerūt: Ac per hoc ab eo ꝓtinus tpe quo
thare recessit a cultoribus idoloꝝ: et ab eo tpe
quo abrae locut⁹ est vsq̄ dū erat abraam: in nul
lis regnis et gentibus legim⁹ verā iusticiā: ma-
gis vero nequitiā et seuiciā reperimus. Sed deus
occulto iudicio illa regna tolerauit/ augmētari
permisit: nō ꝓprijs meritis/ sed vt dei patientia
mōstraret in eis: qui aliq̄d ad vniuersi pulchritu
dinē facit ex eis. Abraam aūt si aliqua gessit nō
est condēnandus iniustus: q: hominū iniusticiā
et violentiā improbā ꝓpulsauit: atq̄ defensauit
ꝓtinus innocentes: vt velut ad rempublicē statū
atq̄ tutelā secura esset innocētia/ improboꝝ co-
ercita malitia. Nec nō congruū erat vt alioꝝ vi-
olentus ereptor/ per aliorū violentiā iustissime
artaret. Nec iniustus aut mal⁹ ipse iudicandus
est: acsi merito non esset caput sue gentis/ q: pel
licem habuit: quā sibi sua legitima vxor suppo
suit: qua non est vsus ardore libidinis/ sed desy
derio ꝓlis: satisfaciens vxori/ nō lasciuie pruri
tū. Nec ex hoc ipse peccauit illo in tpe quod
ꝓhibitū est mosaica lege tradente. Nec iacob
quē cum plurib⁹ legimus corpus sociasse: nō li-
bidine adustum/ sed varia prole letatū:

¶ In quib⁹ fuit iusticia vel nō a mortuo abraam vsq̄ ad moysen. Capitulum XXXIX

Uiuente ipso abraā regna plura sunt ex
orta: ipsoq̄ mortuo viuētib⁹ filijs et ne
potib⁹ pluriora: dateq̄ fuissēt a phoro
neo leges in grecia: q̄ quandā humanā iusticiā
innuebāt: nō tñ quib⁹ vera bona fierēt/ sed que
mala horrida in morib⁹ hoīm ꝓhiberēt. Tamē
gratā deo iusticiā in illoꝝ moribus hoīm nō
inuenimus vsq̄ ad moysen: q: nō illis/ sed istis
locutus est dñs. Nam isaac diuinū accepit ora- Gen.25.
culum: rebecca corpore bellū gerēs in geminis
diuinū responsum: q̄ due gentes erant in vtero
suo: in quaꝝ vna bñplacitū dei futurū ex iusticia
in alia vita nequā dei iusticia nō retenta. Iacob Gen.28.
similiter visiōes altissimas habuit: et diuina su-
scepit oracula vt q̄liter diuinū placitū ageret/nō
errarret. Vendit⁹ in egypto fili⁹ ei⁹ interꝓtandi Gen.37.
somnia et visiones gratiā accepit a dño: et ab hō
mine dux et gubernator egypti cōstitut⁹ est: ita
vt saluator ex diuina sibi cōcessa ꝓuidentia me- Gen.41.
rito vocaret. Tandē inualescēte fame pater ei⁹
in egyptū cum omni sobole sua descēdere compl

pulsus est. Esau vero frater ei⁹/quãuis de circũci
sione fuisset: a vero dei cultu discedere visus est
et eo fact⁹ est iniust⁹/quo ab eo et suis seq̃cib⁹ di
uinus intermissus est cult⁹. Patru⁹ etiã sui⁹ cir
cũcisus fact⁹ est vanus: et sup ppl̃m magnũ etiã
dei iusticiã atq̃ culturã cũ suis cõplicib⁹ dereli
querat. Et restringebat modico numero ppl̃s
deũ colẽs/et verã iusticiã seruãs: et deũ ver̃ ppl̃i
derelinquẽtes/derelicti a dño videbant: vt i oi
bus his popul̃ patriarcha nõ esset neq̃ pp̃heta
q̃ diuina verba susciperet: neq̃ gẽs sup quã fie
ret sermo dei: sola dũtaxat excepta generatiõe
iacob: hoc diuina scriptura tradẽte: q̃ multipli
cata i egypto et post mortẽ Joseph ab egyptijs
oppressa/vehemẽter i alijs ppl̃is origina iusti
cia cõfundebat: nec fiebãt alloquia diuina/ ne
q̃ directões i malis deuitãdis/atq̃ i actiõe virtu
Job.1. tũ. Solũ iob legim⁹ vera iusticia p̃ditũ i alijs na
tionib⁹ incircũcisis. Si vero in sua natione aut
alijs fides aliq̃ fuerũt: scriptura sacra nõ expli
cat: quãuis esse potuisse ipossibilitas nõ excludit
Alloquia diuina si facta fuissent i alijs popul̃
ex aliq̃bus innotuisset relatiõib⁹ siue scripturis
Sed ideo nõ innotuerũt/q: nec facta fuerũt: sed
tm̃ i illo ppl̃o circũciso/ex quo debebat scd̃m car
nẽ oriri vnigenitus dei fili⁹: cui cõiũgẽdus erat
populus a peccatis omnibus circũcisus. Et si
cut in libris antiq̃tatũ mũdi legit: multa sũt ex
orta regna ritusq̃ viuẽdi/eo tp̃e quo dei popu
lus i egypto tenebat: et nisi hũc/nullũ aliũ noui
mus dei ppl̃m appellatũ. Proinde suadet ra
tio vera/ ibi iusticiã esse nõ credere vbi nõ est ti
tulus aut effect⁹ ppl̃i dei: et ibi esse noscit vere
iusticie ratio/ vbi ppl̃i dei ab ip̃o deo iudicit ap
pellatio. Nõ eñ absq̃ occultis meritis atq̃ de
meritis: cũ de⁹ acceptor psonarũ nõ sit neq̃ po
pulorũ: iste appellat⁹ est ppl̃s dei/ceteris repro
batis: in quibus lumẽ et actio vere iusticie nõ il
luxit. Et mirũ q̃n vna eadẽq̃ regione sub vno
principe habitabat populus dei/et nõ ppl̃s dei:
a quo tandẽ deus populũ suũ propter iusticiã
quã in terra peregrinus seruabat/exemit: quem
propter iniusticiã diu ppl̃s viciatus oppressit.

¶ Quo iure fuit dominium equum a moyse vsq̃ ad saul in populo dei/et non alibi. Capitulum XL

Exo.2. Tempore quo populus ab egyptijs in
debite premebat: quẽdã dei prouiden
tia p̃seruatũ a iussa morte puerorũ he
breorũ/noie Moysen: q: de aq̃s sum
ptũ: iste per figurã ex egypto i rubo de⁹ allocu
tus est: vt educeret oẽm illũ ppl̃m ex egypto/in
terrã quã eis daturus erat: nõ tm̃ ppter eorũ iu
sticias/q̃ntũ ppter iniusticiã opprimẽtiũ/et iniq̃
tatẽ terrã quã pmiserat possidẽtiũ. Quod et fa
ctũ est i multis p̃digijs atq̃ signis. Quo quidẽ
tp̃e facta ẽ maior distinctio ppl̃i dei/et data forma
viuẽdi aptior/q̃ retroactis tp̃ib⁹ facta fuerit aut
p̃stituẽda fuerit fieri in futuris. Jlla dũtaxat ex
cepta/q̃ p mediatorẽ dei et hoim facta est: qua
nulla p̃cessit potior: nulla ẽ futura posterior. Jn
q̃ nõ solũ ille rudis populus ab alijs est dictus et
assumptus in dei ppl̃m peculiarẽ: sed oib⁹ alijs
populis est prerogata norma viuẽdi: vt si sicut
moyses a dño susceperat/viuere vellẽt: essent le
gitim⁹ et peculiaris ppl̃s dei. Hec siq̃dẽ distin
ctio fuit p legẽ/quã q̃nq̃gesimo die quo egressi Exo.19.
fuerãt ex egypto: moyses vocat⁹ a deo in synai
mõte suscepit: in q̃ precepta decẽ tante autorita
tis atq̃ firmitatis et imutabilitatis apposuit: vt
q̃cũq̃ aio cõtumaci rõnis capax seruare cõtem
psit/damnaret: omni spe redẽptionis adem
pta: et dum viueret/a dei populo fieret anathe
ma: si q̃s illa inuiolata seruaret/esset absq̃ du
bio de populo dei futurus suo tẽpore in gloria
summi regni. Nõ inuenim⁹/neq̃ in credulitatẽ
veniat q̃ alia lex fuerit data i alijs ppl̃is et nati
oib⁹ mũdi/p̃ter istã quã p vniuerso mũdo non
tm̃ p illo populo dedit dñs moysi: sed iste ppl̃s
accepit merito paterni/ qui fidẽ et vni⁹ dei cul
tũ seruauerũt: et iste ppl̃s paternis dictis credẽ
do seruauit. Proinde indubitata fide tenendũ
est/lege a deo pmulgata/non esse de ppl̃o iusto
dei/non custodita fide atq̃ moribus legis dei:
nec esse posse alibi rationẽ vere iusticie/p̃terq̃ i
diuina lege. Lex eñ dei explicat volũtatẽ: et in
sinuat q̃liter est in aio/ vita moribusq̃ viuẽdũ:
Lex dei imaculata est: irreprehensibil̃ est: cõuer Psal.18.
tẽs aias hoim ad vnius dei fidẽ et cultũ: et quali
ter viuat in regula irreprehensibiliũ morũ. Lex
dei est illa iusticia qua homines recto placito
sunt ad deum: et inter seipsos sine querela irre
prehẽsibiliter cõuersant. Ac p hoc dei volũtate
manifesta p legẽ/et iusticia p eãdẽ innotuit. Ni
hil eñ iustius volũtate dei: que ad hoc p legem
dei eluxit/et hominib⁹ claruit: vt ad id ad quod
facti sunt veherent. Nec aũt querẽdũ cur sic vo
luit hoies viuere: sed hoc p veritate habẽdũ: q̃
ideo legẽ iustã humano generi posuit/et i moy
se renouauit: ne hoies p humana et corruptibi
lia defluẽtes/auerterẽt a creatore: q̃ eos ad se
ipsũ vt beatificaret/creauerat: et ne p̃uerterẽtur
ad pessimũ hostẽ/q̃ totũ humanũ gen⁹ i paradi
so et protoplasto deceperat. Amor etern⁹ fuit
q̃ de⁹ iusticie legẽ hominib⁹ posuit. Sit̃ inter
nis questionib⁹ non angustet: cur ad oẽs hoies
ista lex iusticie nõ puenit: quoniã lex diuina est
in hominũ electione anteq̃ capiat/ nõ i necessi
tate dantis siue recipiẽtis: cũ vero fuerit volũta
te suscepta/vere fit necessitas obseruãtis: nõ tñ
seruatã sequit iusticia puniẽtis. Fuit dei pp̃riũ
illã dare: hoim vero fuit illã suscipere: neq̃ da
ta fuit in cõclaui aut in occulto: sed in monte/in
igne / coruscationib⁹ et terremotibus atq̃ toni
truo. Nec ppl̃s mundo ignot⁹ illã accepit nec
numerositate paru⁹: s; ppl̃s notus mũdo decla
ratus a deo in magnis signis atq̃ portẽtis /in
miro transitu rubri maris/in columna ignis et
nubis: vt etiã in eorũ trãsitu p desertũ omnes fi
nitimi terrerent. Et quãta moysi/et i manu io
sue et iudicũ tp̃e deus huic et p isto populo fece
rit: melius sacer text⁹ eloquit. Paru⁹ numero

nec dici poterat, q̄ in sexcentis sex miliū hominū absq; pueris ꝛ mulierib⁹ egressus fuerat de egypto. Et quāq̄ tota illa multitudo mortua fuerit in deserto: in eodem ex nouiter natis fact⁹ est numerosior. Proinde alie nationes q̄ illā iusticie legē in illa pⁱma datione nō acceperūt, si voluissent potuissent accepisse in posterū. Maxime dū ille pp̄ls expulsis a deo exosis, firmat⁹ est in hierusalē: ꝛ samaria visus est: ꝛ habuit reges sicut cetere nationes. Et illud famosissimū templū ꝛ sapientia cōditoris eius ad sui visionē homīes de vniuersi mūdi partib⁹ aduocauit: ꝛ ꝓphete huius populi habiti sunt veraces: poete aliorū inuēti sunt vsq̄quaq; mēdaces. Sed voluerūt hoīes vt nati erāt gētiliter viuere cū modicis legibus hūaniter factis, iusticia dei ꝯtēpta: quā si cepissent: aut ī morib⁹ ꝛ vita iusti fuissēt: aut dūtaxat cognitiōe atq; scriptura dei iusticiā tenuissent. Nō illā dico iusticiā q̄ porte patefacte sunt celi q̄ ī mediatoris dei ꝛ hoīm edicto tm̄ vulganda seruabat̄: q̄ ab illa prima ꝛ originali q̄ fuit ante peccatū in parētibus primis: nunq̄ post peccatū fuit vsq; ad christū in nascētib⁹ ꝛ viuentibus ceteris: qm̄ illa originalis iusticia custodita, sicut iusticia mediatoris tradita p̄ euāgeliū, supnū patefecisset regnū. Nā que iusticia esse potuit, qñ p̄ legib⁹ tenebant̄ volūtates maiorū: qui a veritate discisi, ꝛ turpia ꝛ nefāda imperabant? Qui et si aliq̄d p̄ morib⁹ et subiectorū pace sanxerūt: nō tñ respectu illi⁹ boni finis, ad quē debꝫ eē intētio olm in hac vita nascētiū: neq; cōdiderūt leges tp̄ales sub moderamine legis eterne, sed libera volūtate. Erāt imutabiles leges persarū atq; medorū: sed nihil ꝓuidebāt eternū: nec oīe tp̄ale decernebāt honestū: sꝫ ī plurib⁹ impingebāt ī naturalē legē: et honestatē morū ī plurib⁹ perturbabāt. Cōdidit leges prim⁹ ī grecia Foroneꝰ: ꝛ ordinauit publicas vētilatiōes causarū. Sed nec in eis detulit oīpotēti deo: nec suis legib⁹ finē iustū apposuit. Ex fine ꝑfecto multa iusta siue iniusta iudicant̄. Dedit legē altissim⁹ vniuersi dñs ꝛ creator. Cur ante ipsā leges condite nō cesserūt in ipsā? Cur posteri conditores nō tenuerūt illā? Sed vnaq̄q; gēs voluit suo arbitratu gaudere: ꝛ mūdi principes et tyrāni voluerūt imꝑare subiectis: nō s̄m legē dei, sed s̄m arbitriū ꝓprie volūtatis. Vñ igit̄ equū ius dominādi, nisi ex vera iusticia legis diuine? Equitas dominādi esse nō potuit, in quib⁹ iusticia legis naturalis nō fuit, quousq; lex scripta mūdo inclaruit. Ab eo aūt tp̄e quo ab hoīb⁹ est lex scripta suscepta: eq̄tas dominādi esse nō potuit in alijs natiōib⁹, dei lege cōtēpta. Ac p̄ hoc postq̄ lex scripta mūdo innotuit: et moyses cū populo mādata suscepit: p̄terq̄ in ipso, ipso viuēte penitus equitas dominādi nō fuit. Ipse siquidē cōstitut⁹ a deo dux populi sui peculiaris in manu eius facta est dispositio legis: cui iosue a deo p̄ordinat⁹, ꝛ a moyse intronisat⁹ ī diuino iure successit: post quē secuta est in pp̄lo dei iudicialis autoritas eo iure dñandi quo seq̄bant̄ legē dei. Tādē ille pp̄ls voluit regē sicut cetere natiōes: quē p̄ volūtatē dei accepit ī vnctiōib⁹ Samuel. 1. Reg. 8.

In alijs vo natiōib⁹ nūq̄ a deo reges legim⁹ datos, sed in sua dispēsatione p̄missos. Leges sūt datas nō legimus: sed ipso permittente plures factas ab hominibus in historijs lectitamus.

Quod de⁹ primū regē populo suo primo dissuadēs ne veniret, dedit. Capitulum XLI

Ab omī creatore omīpotēte deo rege sup̄ suo pp̄lo cōstituto: inclaruit ipsū esse legitimū regē, quē de⁹ cū sua lege cōstituit: non illos quos ipsa tyrannis aut hominū multorū volūtas instituit: maxime q̄r taliter institutis lex diuina nō astitit: cum sepe postsint reges ab hoīb⁹ instituti: absq; q̄ deus desuper faciat manifesta voluntate decerni. Qui eo ipso veri sunt reges: naꝫ leges inducūt in hoīb⁹ mores: peragunt̄ aūt morib⁹ leges: quarū actio reciproca et relata, eq̄tatē ponit ī mysterio dominādi: et p̄stat imaculatā securitatē in officio exequendi. Sed cū suus pp̄ls petisset regē: dñs per samuelē penitus dissuasit, p̄cauere cupiens quod euenit. Sed cū insisteret pp̄ls: regē cū iure dominādi cōcessit. Et q̄q̄ primus rex in populo suo demerito extiterit reprobat⁹ a deo: tñ institut⁹ est iustus. Sed ob hoc nolebat dñs populo suo dare regē: volens vere regere in manu sacerdotū et prophetarū: quib⁹ vt bene regerētur vt Moysi prestabat et prestauisset alloquium. Reges cū culmē potētie attigisse cognoscunt: ipsū omniū cōditorē sepe contemnūt: nec refertur gratia cōditori: sed pretermittūt positā legē et sequūtur improbā voluntatē. Et deū sepe deserūt, vt ipsi a dño deserātur: quod factū est in Saul. Magna prius erat benignitas creatoris q̄ ipse volebat populū suū regere in dispositione date moysi legis: et in suis alloquijs et directionibus atq; reuelationibus adhibendis.

Quod quales debeant esse reges moysen ante instruxit. Ca. XLII

Sed p̄uiderat deus regē suū populū petiturū. Quāobrē qualis deberet esse q̄ regeret, moysen docuit. Ut exinde regib⁹ omibus atq; principibus daret̄ iusta forma viuēdi atq; regēdi: vt vera esset eq̄tas dominandi: ał's iusta nō esset potestas seu ratio imperandi. Dixit quoq; moyses populo: ꝑut ip̄e accepit a deo: Cū ingressus fueris terrā quā dñs deus tuus dabit tibi: et possederis eā habitaueris in illa, et dixeris: Constituā super me regē: sicut habēt oēs per circuitū nationes: eū cōstitues quē dominus deus elegerit de numero fratrū tuorū. Deut. 17.

Nō poteris alterius gētis hoīem regē facere, qui nō sit frater tuus. Cūq; fuerit cōstitut⁹: nō reducet populū in egyptū eq̄taris numero sublevatus: p̄sertim cū dñs preceperit vobis, vt nequāq̄ amplius per eandē viā reuertamini. Nō habebit mulieres plurimas, q̄ alliciant animū eius: neq; argēti et auri immēsa pōdera. Postq̄ autem sederit in solio regni sui; describit sibi

deuteronomiũ legis huius in volumine: accipi
ens exẽplar a sacerdotibus leuitice tribus: & ha-
bebit secu3: legetq3 illud oĩbus dieb9 vite sue: vt
discat timere dñm deũ suu3: & custodire verba &
cerimonias eius/q̃ in lege pcepta sunt: nec eleue
tur cor eius in supbiã sup fratres suos; neq3 de-
clinet in partẽ dexterã vel sinistram. Ecce quale
decretũ omnipotẽs regibus posuit: & quales esse
voluit q̃ gubernant. Sed huiuscemodi in nullo
alio populo legimus: neq3 simile in manu cuius
piam pphetarũ: vnde rationẽ dñandi & recte vi
uendi iusticiã possimus aduertere.

Quibus probatur documẽtis/ veram regendi iusticiam gentibus defuisse. Capitulum XLIII

Qualis enĩ veri & iusti regiminis apud gẽ
tiũ reges imperandi & obsequendi or-
do esse potuit: vbi reges aut facti sunt
angarijs/non virtute: fraude/ non lege: violenta
potentia/non rationabili electiõe humana: qui
adorauerũt omnem celi miliciam in excelsis: ho
norem vero non tribuerunt omnipotenti deo?
In qua gẽte vncti sunt decreto dñi reges a san
ctis viris atq3 pphetis: pterq̃ in populo subdi-
1.Reg.10. to pceptis diuinis? Nam pmus rex a dño ɔstitu
tus/vnctus est a Samuele: secũdus q̃ dauid/vn
1.Reg.16. ctus fuit ab eodẽ. Nec q̃dem autoritate Samue
lis/nec ɔstitutione illius gentis/sed mãdato do-
mini sic desuper decernentis. Uncti fuerunt eti-
am deinceps in populo dei reges: & quanq̃ om-
nia in figura ɔtigissent illis: nihilominus tamen
illo in tempe in eis vera erat ratio ɔcessa iusti do
minij atq3 regiminis. Quomõ verũ dominiũ in-
ter gentes q̃ ignorabãt deũ? Quomodo habeba
tur vera ratio dominãdi/& vera iusticia inter gẽ
tes: a q̃bus suũ peculiarem populũ cauere voluit
ne opera eo ɔuersando discerent: & si aliquãdo
mixti sunt cum eis/eo damnata opera ɔdiscen-
tes/ilico sunt puniti? Et si a lege data tanto erro
re discesserũt/cõtinuo traditi sunt ad puniendu3
in manibus exterorũ. Quanta diligentia omni-
potens studuit pcauere/cum populus suus tra-
dendus esset sub iugo gẽtilice seruitutis: ne sub-
iecti etiam eo opera sequeret: cum q̃bus voluit
suos adesse pphetas/a quibus quotidie mone-
rent. Quãta claritate verbo Hieremias incus-
sit transmigratis: ne timerent gẽtes/sub quibus
captiui tenebant/ne desererent legem dei/vt gẽ
tium idola non sequerent: declarans que sunt il
la/& illos in omnibus aspernatus: quicũq3 sacrũ
textũ legendo intellexerit/ista cognouit. Et si po
pulus dei sibi sua lege & certo cultu ligatus/in
regibus sepe deliquit atq3 subiectis: vt etiã tur-
piter & pbrosa morte in Sedechia rege ipso re-
gnũ finiret: nõ fuit culpa iuste dei legis/s3 deme-
ritũ ppe iniq̃tatis. Lex q̃dẽ iusta & mãdatũ sctm̃
erat: q̃bus male vsi sunt/q̃obrẽ deliq̃rũt: ipsam
tñ legẽ sentiẽtes in penis/quã in moribus abie-
cerũt. S3 nec iniq̃tas hoĩs verã excludit iusticiã
legis: sicut iusticia legis nõ cõicat cũ malicia ho
minis: s3 illã psequit autorẽq3 punit/aut ab ipsa
oĩno diuortiũ facit. In hoc quoq3 deliq̃rũt gẽ-
tes: quia ipsam nõ susceperunt sicut illi q̃ susce-
ptam nõ seruauerũt: illi nõ suscipiẽdo/isti nõ ob
seruãdo. Sed ampliori delicto ille qui suscepit &
credidit & postmodu3 resiliuit/q̃ is q̃ nunq̃ tali
lege subiacuit. Peccauit populus nationum p
superbiam/p eo q̃ accipe noluit: & p ignorantia3
quia nesciuit. Peccauit populus dei p supbiam
atq3 maliciã: quia seruare ɔtempsit.

Rationibus astruitur quibus possit: cum non possit in regnis esse iusticia. Capitulum XLIIII

Sed habet populus dei populus ipsius
lege pdoctus quo cõsurgat in regibus
& subiectis si aliquando deliq̃t: quia ad
ipsam legem p ipsam eandem recurrit quam cre
didit. Gentium vero eo irremediabilior est ca-
sus: quo lege carens in quo resurgat/non habet:
sed semp ad peiora relabit/nisi dei legem credẽ-
do suscipiat. Ac p hoc ab eo tempe quo ceperũt
mundi regna ɔstitui atq3 distingui: pterq̃ in his
in q̃bus facti sunt diuini affatus atq3 directio-
nes: in nullis vera ratio dominij fuit: neq3 in re
gno assyrio: neq3 in regno medo/persa/sagi-
no/sycionio/dardanio/egyptio/sytharum &
eparchamo/atheniensiũ/lacedonio/macedo
num/laurentino/latino/carthaginensium/ro-
mano/atq3 omniũ quoquo nomie censeant: p
eo q̃ ipso iusticia originẽ vere iusticie non re-
spexit: potentia dominandi/vsurpationis & libi
dinis accepit initium: & non cognouit illũ a quo
potestas regnandi vera pcedit: nec cum illi re-
gnabant/vnum verum deum/sed deos dicebant
autores. Et eoipso in obliquum cadebat poten
tia dominandi/quo cuncto non verebat auto-
rem: quoniam omnium rerum ordo q̃ p prius &
posterius ɔstituit/vnum arguit pncipium a quo
sumpsit initium: vt si quid in illa inuisibili regu-
la ordinis q̃ omnia in ordie ɔstituunt/a pncipio
discreparet: rõnẽ ordinis nõ haberet: & turparet
inuisibili turpitudie ordo: in quo fit p pus & p me
diũ cõpetẽs pgressio/vbi posterius irrephẽsibi-
liter nõ aptaret. Na3 oĩs ptãs a dño deo est: vt Ro.13
oĩbus eterno & incõmutabili iure sit ipsa supior
atq3 pot: ad quã irrephẽsibili ordine oĩs est refe-
rẽda potestas: put vna aliam vsq3 ad minimam
certa serie subalternat. Sed ceca gẽtiliũ libido
regnãdi/a rectitudine ordinis deuiauit: vt suum
pus nõ cognosceret/a quo se regẽs & a se rectum
per impietatẽ auertit. Multitudo q̃cũq3 ex suis
aggregata cõpositis/ab vnitate sumpsit exordi-
um: vt nec multiplicitas esset/nisi por vnitas ex
titisset: vt vsq3quo puenire possit ratio calculãdi
ad multitudinem faciendã: quotu3 sit in ordine
numeri/tantu3 distet ab vnitate initiali: & pcipi-
tat omnis ratio numeralis/si pmã partẽ non re-
spicit. Proinde si ratio dñandi esse in hoĩb9 no-
scit/q̃ in ipso seruat rõ multitudinis vñ pcessit:
sit necessariũ vt sciat: vñ dñandi ptãs aut ẽ in il-
la multitudine q̃ ab vna/pma & vera vnitate pro
cessit seruata ratiõe/qua in multitudine esse ɔtin-

git: aut est in alia multitudine/que illam sacro-
sanctã pmã nõ respicit: sed ab illa se auertẽs ꝓ-
pria dominãdi libidine seipsam ꝯstituit: ⁊ seque
tur ⁊ sequit male volũtatis vnũ pncipiũ malum
relinquens naturale atqꝫ eternũ vnũ pncipiũ ve
rum bonũ. Bonoꝝ omniũ quedam est inuisibi-
lis ⁊ rõnabilis ꝯnexio/ que cepit in aliquo ⁊ ab ali
quo adoriri. Porro ꝯnexa sunt bona diuina/ad
que omnia bona ⁊ in rõne bonitatis cõueniũt.
Iure igit cũ dominãte pmo cõuenient: ⁊ tanto
coniunctius/quo seatim peius agent: ⁊ quo ab
ipso pcedũt sine quo esse nõ possunt. Et hec ra
tio noscit insita entibus vt velint esse quod sunt:
nec male aut nõ esse conglisciũt. Sed quod appe
tũt omnino nõ esset: ⁊ quod refugiũt fieret: si nõ
se ad ꝯstituens ⁊ ꝯseruare valens omni rõne cõ-
necterent. Magis aũt libet intueri qd pfectum
est in rebus ⁊ qd imperfectũ/⁊ ex volũtate corru
pta repit aliqd vitiosum. Porro quod mancipa
tum est vitio/excludit ab ordie perfecti ⁊ imper-
fecti: ⁊ qm̃ omne pfectũ nequaqꝫ est vitiosuz. Per
fectũ siqdem atqꝫ imperfectũ ꝓgressiori oculo se
ꝯspiciũt: velut si vnum ab altero ꝓgrediat. Im-
perfectũ eñ dominiũ quod in hoibus a deo con
stitutum est/si non vult transire in vitiũ: respici-
et ⁊ se tenebit ad suũ perfectũ a quo traxit initiũ
⁊ fecit subiecta gubernando ꝓgressum: ⁊ illius
tenebit in animo ⁊ moribus legẽ a quo traxit ori
ginẽ: maxime vt nõ exorbitet a quo penitus ha-
buit vt sic esset. Omnia siqdem que nõ p naturam/
sed ꝑticipatiõe alicuius boni bona sunt: eo sunt
meliora quo illo bono magis ꝑticipãt: sicut cor-
pora que participãt lumen solis/ex eo habẽt plus
luminis quo ex ipso ꝓprietate sua partẽ capiũt
ampliorẽ: ⁊ que calefiunt ab alio quam ipsoꝝ natura
cõtineat/ eo magis calescunt quo ad calefaciens
habent ꝓximitatẽ: ⁊ omnia dependentia magis
sunt quam sunt/si a quo dependent iure iusto respi-
ciũt: ⁊ que minus/minus: ⁊ que nihil/id quod faciunt
habent: ⁊ eo peiora/quo se a suis ꝯstitutionibus
quomodolibet abegerũt.

¶ Eterno fine non constituto/modica si qua fuit reputatur bonitas nationum. Capitulum XLV

Non aũt negamus in aliis natiõibus
boni aliquid affuisse: ꝓ eo quod quam plures
virtutib⁹ studuerũt ad terrenũ regnũ
in ꝑturbãte tenendũ. Et vt multoꝝ improboꝝ
frenaret iniqua facultas: iusticia vsi sunt ⁊ pru-
dentia in agendis/⁊ temperãtia in cauẽdis: ⁊ ex
fortitudine anime multa firma tenuerũt: plura
qꝫ sustinuerunt ⁊ ardua sunt aggressi: sed nec ex
his facti sunt cultores eius luminosissime veri-
tatis/sed sectatores tetrissime falsitatis. Nec eti
am affirmamus in his que acceperũt legẽ dei/ pec
cata deesse: ⁊ deliquisse in lege cognoscẽtes pec-
cata per legẽ. Sed sicut illi ex aliqbus bonis hu
manisqꝫ operibus nõ habuerũt veram iusticiaz:
sic isti ex quibuscũqꝫ malis operibus dei legem nõ
fecerũt iniustã. Et vt vsqꝫ ad christũ vniuersoꝝ
legitimũ regẽ tempa ⁊ regimina ꝯnectam⁹/mo-
dica tangentes: vt ex ipsis eoꝝ cõsyderationib⁹
plura capiamus. Qui hesitant/respõdeant: sed
prius alta mente ptractent. Non legim⁹ dei po
pulũ sibi fecisse legẽ/sed accepisse a deo: fecerũt
sibi leges alie nationes: qꝛ pter datã moysi aliã
non acceperunt/istamqꝫ noluerũt: quam si acce
pissent/condendis legibus nõ vacassent. Nam
neqꝫ opus erat lege humana/iam ꝓmulgata di
uina. Nec populi dei reges leges facere alias p-
sumpserunt: sicut reges gentiũ seu paganoruz.
Sed qui fuerunt legis dei ꝯspicui zelatores/ illã
⁊ ipsius cultum iusserũt seruari a populis: sicut
illa dictabat que a deo data omni carebat erro
re. Cum schisma vero post salomonẽ in dei po-
pulo nasceret: diuise sunt tribus/diuisi sunt mo
res/destructi sunt ritus/⁊ constituti sunt reges
peregrini ⁊ improbati cultus altaria facientes:
⁊ si quid boni zeli dei ⁊ legis illorum reges ha-
bere visi sunt: in hoc maxime cõdemnatur/quod ex
celsa nõ abstulerũt: ꝯtra quos missi sũt pphete ad
improbationem regũ ⁊ populoꝝ: contra quos
missi sunt pphete ad improbationẽ regũ et po-
puloꝝ/⁊ ad cõfundendũ idolatricũ cultum. In
hierusalem vero remanserũt duo tribus ⁊ semus
in templo salomonis deũ statuto cultu colẽtes/
qui de tribu iuda regẽ habuerũt: ⁊ vnctionem in
manibus pphetaꝝ/⁊ argutionẽ maleꝝ suorum
in manibus eorundẽ. Ecce diuina sollicitudo su
per reges populi sui etiã tam diuisi: vt pphetas
ad vnctionẽ/ad pdicendũ futura/ad pdicandũ
bona/ad detestandũ ꝑuersa: quos reges ⁊ po-
puli possent de suis actionib⁹ interrogare: non
abstulit/imo dedit: ⁊ solũ ipsi vnius dei ⁊ nomi-
nis eius noticiã habuerunt. Unde psalmista di Psal. 75.
cit: Notus in iudea deus: ⁊ in israel magnũ no-
men eius: nõ in aliis nationib⁹. Que noticia in-
ra dominandi/regendi/recteqꝫ viuendi conces-
sit. Agnoscat igitur que oberrat/quantã autorita-
tẽ nõ solũ bonis/sed his qui peccauerunt noticia
vnius veri dei cõcesserit: sine qua nullus ad seipsum
iustus sit ⁊ ad alios regendos: aut cũ aliis cõui-
uendo iustus esse nõ possit. Si qui vero nequiter l-
cesserũt: nõ merito iuste legis/nõ negligentia ꝓ
phetaꝝ veroꝝ: sed demerito male voluntatis ⁊
falsoꝝ pphetaꝝ: quos secũ p placitis voluerũt.
Nõ aũt cõdiderũt nouas leges: nec mosaicã im
probauerũt vt malã: quãqꝫ sacerdotes tẽpli ali-
quas traditiões fecerũt/que diuinis mandatis re
pugnare videbãt: sicut eos dñs noster iesus de Mat. 15
honore parentũ in euãgelio reprehendit: quod Mar. 7
nõ pcessit ex decreto regũ: nec ex oraculis pro-
phetaꝝ: nõ ex cõtẽptu populoꝝ: sed ex philargy
ria pessima sacerdotũ: ꝯtra quos sepe clamauit
cognitio pphetaꝝ. Sed cetere nationes nõ re-
ceperũt legẽ mosaicã: ⁊ arbitrariã cõdiderunt: ⁊
quãqꝫ viderent cõdite ab homib⁹ leges ex mul-
tis fere cõcordes: nõ tamẽ verã iusticiã possede
rũt/nec regnãdi sup homines irreꝑhensibilẽ eq
tatem. Erratur omnino in virtutibus/si earum
nõ referunt autori: ⁊ mores omnino culpant que
vagant incerti: nec ordinantur ad illum a quo

ethica pfecta cõsistit. Supra solum posita pulchra domus: si a fundamento deficit/ modici est momẽti. Virtutũ omniũ fundamentũ cõditor est earũ. Ius subsistẽdi atq̄ crescẽdi nõ habet l arbor: si precisus est ramus: nec precissi membrũ nature in corpe iura tenet. Nõ condunt leges sub regula sub monarcha: sed ipsi sequuntur/ cũ editã nouerint atq̄ vulgatã. Sũmus monarcha potestate/ natura/ sciẽtia semp fuit conditor vniuersi: qui prout nouit expedire hominibus a se creatis/ in hac vita degẽtibus: leges tradidit cõuiuẽdi et secernẽdi eos qui sunt eius ab his qui iuris proprij esse voluerunt. Ac per hoc quoniã virtutes inuisibiles sunt: in actũ visibilẽ inducentes/ eternũ respectũ habẽt. Misera protinus esset virtutũ ipsa cõditio: si terminarentur in his que varietate temporũ peraguntur. Qui vero virtutũ directionẽ disponere cũcta videñt: eo ipso oberrãt in intẽtione/ quo virtutũ finẽ debitũ abiecerunt: nec virtutes suam possident rationẽ/ virtutẽ si dimittãt eternã. Et vt in his qui ab ipsis se credũt ad agẽda mouere defectus appareat: in illis quas credũt virtutibus male agunt: si finẽ eternũ appositũ in virtutibus nõ aduertunt. Potest tamen in eis plus vel minus informiter oberrari: si hominũ gestus exteriores et interiores virtutis finẽ perfunctorium sortiũtur. Que ipsarũ erit celebris differentia: cum omniũ rerũ respectu finis maxime comparationis distinctio attẽdat: et eo nobilior sit virtus vel actio/ quo nobiliorẽ finẽ ipsa intendit/ et agendo perstruxit. Rerum omniũ visibiliũ et inuisibiliũ cõditor/ ipse perstat cõtinuus et infallibilis et iustissimus ordinator: qui virtutibus inuisibilibus inuisibilẽ et eternũ statuit finẽ: et actiones hominũ ad eundẽ voluit retorqueri: nõ eñ inuisibilia ꝓpter visibilia/ sed visibilia propter inuisibilia sunt creata: vt etiã que visibiliter et sensibiliter et in corporibus fiunt: eterna dei lẽge ad finem referãtur eternuz: vt sicut certus manet ordo causarũ/ maneat et voluntatũ/ consistat et actionũ. Igitur modica fuit bonitas/ que nõ hunc finem intelligendo et agendo constituit: sed tantũ minor quantũ execrata malicia/ si peiora nõ fecit.

¶ Author concludit. Ca. XLVI

Nec sapientes qui exorti sunt in populis atq̄ reperti/ q̄q̄ leges condiderint et tractauerint subtilissime de physica: ethicas multas conscripserint: et normã in republica presumpserint declarare ratione syderis in terra: et mẽbranis deponere iniusticiam dominãdi excusant: et viuẽdi mores digna eqtate compalliant. Magis autẽ ipsorũ exaggeratur iniquitas: et eorũ innotescit improbitas: vt quanto sapientiores/ tanto criminosiores: si ad finẽ vere sapientie atq̄ morũ prestructo itinere nequiuerũt peruenire. Quid eñ profuit si de vera beatitudine tanq̄ de fine vltimo/ acerrimo ingenio sunt locuti: si illum qui est omnium adipiscentiũ tota beatitudo atq̄ perfectio/ non intellexerũt: neq̄ ad illũ verum inuenerunt tramitem dirigentẽ? Quid eis profuit eorũ sciẽtia? quid boni veri contulit his/ quod in eorũ mẽte conspecta dictabant/ a dei sciẽtia penitus oberrãtes? Quod aduersus eos sapiens diuinorum in clamitat: Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia dei. Et de his que videntur bona/ non potuerunt intelligere qui est: neq̄ opibus attendentes agnouerũt q̄s esset artifex. Sz aut ignem/ aut spm/ aut citatum aerem/ aut gyrum stellarum/ aut nimiam aquam/ aut solem et lunã/ rectores orbis terrarũ deos putauerũt: quorũ si specie delectati deos putauerũt: sciant q̄to his dñator eorũ speciosior est: speciei eñ gubernator hec omnia ꝯstituit. Aut si virtutẽ eorum et opa mirati sunt: intelligant ab ipsis: q̄m qui hec constituit/ fortior est illis. A magnitudine enim specie et creature/ agnoscibiliter potent eorũ creator videri. Sed tamen adhuc in his minor est querela: et hi eñ fortassis errant deum querentes et volentes inuenire. Etenĩ cum in opibus illius conuersentur/ inquirunt et ꝑsuasum habent quoniam bona sunt que videñt. Iterum autem nec his debet ignosci. Si eñ tantũ potuerũt scire vt possent estimare seculum: quomodo huius dñm non facilius inuenerũt? Infelices eñ sunt et inter mortuos spes illorum est: qui appellauerunt deos opera manuum hominũ: aurũ et argẽtũ: artis inuentionẽ et similitudines animalium aut lapidẽ inutilem/ opus manus antique. Aut si quis faber artifex de sylua lignũ rectum secuerit: et huius docte eradat omnẽ corticẽ: et arte sua vsus diligenter fabricet vas inutile in cõuersatione vite: reliquijs aũt eius operis ad ꝑparationem esce abutat: et reliquum horũ quod ad nullũ vsum facit/ lignum curuum et verticibus plenum sculpat diligenter ꝑ vacuitatem suã: et ꝑ sciẽtiã artis sue figuret illud: et assimilet illud imagini hominis: aut alicui ex animalibus illud comparet/ pliniens rubrica et rubicundũ faciens fuco colorem illius: et omnem maculam q̄ in illo est/ pliniẽs terra: et faciat ei dignã habitationẽ: et in pariete ponẽs illud: et cõfirmans ferro/ ne forte cadat: prospiciens illi d/ sciens eñ nõ põt se adiuuare. Imago eñ est: et est opus illi adiutoriũ: et de substãtia sua et de filijs suis et de nuptijs suis faciens votũ/ inq̄rit ab illo: nõ erubescit loqui cuz illo/ qui sine anima est: et ꝓ sanitate quidẽ infirmum deprecat: et ꝓ vita mortuum rogat: et in adiutorium inutilem inuocat: et ꝓ itinere petit ab eo qui ambulare nõ potest: et de acq̄rendo et de operando et de omni rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis. Hoc idem psalmista cõmemorat dicens: Simulachra gentium/ opera manuum hominum. Itaq̄ verum est talia fecisse hominum nationes/ sed eorũ consilio sapientum. Quod si sapiẽtes nationũ talibus nõ ꝯsenserũt: cur ipsos nõ legimus reprehẽdisse: aut cur ab eis nõ fecere diuortiũ/ si frustra eorũ argutio laborabat: cum in tantam insipientiaz vidissent hoies fuisse ꝓcliues: cũ ipsos legamus ob alias morũ

Sap. 13.

Psal. 113.

improbitates a populorū moribus segregatos Que scientia/que mora virtutis: quis ordo virtutū esse potuit in gentibus/ que demones coluerunt? Psalmista dicit: Quoniā oēs dij gentiū demonia: dominꝰ autē celos fecit. Que virtus illorū/que ratio dominādi: qui coluerūt creaturam potius ꝙ omniū creatorē? Cōtra quos Apostolus loquit/ipsorū preintendēs cognitionem/inferens erroneū morē. Etenī ad Romanos ait: Reuelatur enī ira dei super omnē impietatē et iniusticiā hominū/ eorū qui veritatē dei et iniusticiā detinent: qꝛ quod notū est deo/ manifestū est in illis. Deus enī illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi/ per ea que facta sunt/intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoqꝫ eius virtꝰ ac diuinitas: vt sint inexcusabiles: quia cū cognouissent deum: nō sicut deū glorificauerūt/aut gratias egerūt: sed euanuerūt in cogitationibus suis: et obscuratū est insipiens cor eorū: dicētes enī se esse sapientes/stulti facti sunt: et mutauerunt gloriā incorruptibilis dei/in similitudinem imaginis corruptibilis hominis/et volucrū et quadrupedū ⁊ serpentiū. Que pfecto excusatio erit si cognouerūt: et si ppria depranataqꝫ voluntate eū sapientes se crederēt/stulti facti sunt? Que iusticia gentiū illarūqꝫ sapientū: si quod est dei summus cultus/creaturis corruptibilibus tribuatur? Et nullo iure status sui potest constare aut permanere iusticia/si rebꝰ insensibilibus tribuit diuini cultus honor: et inimicis inuisibilibus iniusticie tribuit ius honoris: aut quibuscūqꝫ creaturis cultura diuina cōfertur. Non pmittit deus nūc firmata christianitate vniuersalē mundi regem: ne homines quasi quid in mūdo isto perpetuū/adorent dominiū potentie secularis: ⁊ efficerentur idololatre: in eo ꝙ ex seipso ⁊ hereditario more/aut successu aut carnis ppagatione perpetuū crederent temporale dominiū: aut male credentes/ꝙ sub vno monarcha tanꝙ hereditario iure dominādi/mundū gubernari disposuerit: neqꝫ stabilita crederet spiritualis autoritas/si sibi ex toto nō subijceret aut superferretur humana potestas.

Psal. 95 · Roma. 1.

¶ Quintidecimi libri de iusticia christiana/et iusto iure dominij Finis.

SIMONIS DE CASSIA, CHRISTIANISSIMI euangelicarum ueritatum interpretis, librorum. XV. de doctrina christiana, summa uigilantia recognitorum, finis.

Canon ternionum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz AA BB CC DD EE FF GG HH II.

Omnes terniones/preter II qui est quaternio. Et in fronte operis ternio et quaternio/ numero duntaxat signati ponuntur.

BASILEAE, Ex ædibus Adæ Petri de Langendorff Mense Martio. Anno. M. D. XVII.

REGNANTE IMP. CAES. MAXIMILIANO. P. F. AVGVSTO.

Digitized by Google